DECRETUM GRATIANI EMENDATUM ET NOTATIONIBUS ILLUSTRATUM...

Digitized by Google

NAZIONALE
BIBLIOTECA VITT. EMANUELE
13
19 D
11
13-16, B, 37
M
Digitized by Google

13-19-D.11

DECRETVM GRATIANI

EMENDATVM ET NOTATIONIBVS ILLVSTRATVM

Vnà cum gloſsis,

GREGORIO XIII. PONT. MAX.

iuſſu editum.



VENETIIS, MDXCI.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

13. 19. b. 11

DE ILLVSTRISS^MO ET REVER^MO LAVRENTIO PRIOLO PATRIARCHA VENETIARVM, & Dalmatiæ Primate.

JO. DOMINICI TRAIANI NEAPOLITANI.

EST *Laureatus Laurea Laurentius*
Apollinari, flos peritorum omnium
Sincerus, integerrimus, Sanctiſsimus.
Et hoc volumen, Sanctionum ſcrinium,
Fertur per orbem Laureatum nomine
Laurentij, virentiori Laurea.
In fronte pileus viret Laurentij
Inſigne Sanctitatis, & magiſteri.
Frontemq; libri frons vt ornat Laurea
Inſigniter, viuaciter, perenniter.

EIVSDEM.

Ἄλλοις μὲν εὐκλειῶντε, καὶ σέφος πορεῖ
Θέμις πολιτικῶν δαήμοσι νόμων.
Τοὐναντίον δ᾽ ἐξέςω ἐν Λαυρεντίῳ
Ἰδεῖν, γέμοντι πανσόφυ παιδεύσεως,
Ἠχῆς τε μύςη σωςικῆς ἔνδον φρενῶν
Ἅπαντα δειξάσης ἄνευ διαςροφῶν.
Βίβλος γὰρ ἥδε θεσμῶν ἡ πανδέκτρια
Θεορρύτων, εὐφημίαν ἀειθαλῆ,
Τὴν ἐκ Πριώλυ, τῷ μετώπῳ ζωσμένη,
Αἰῶνας εἰς ἀπείρονας δαφνηκομεῖ.

Digitized by Google

ILLVSTRISS.MO ET REVER.MO
LAVRENTIO PRIOLO
PATRIARCHAE VENETIARVM,
& Primati Dalmatiæ deſignato.

VNIVERSA *lætitia de tua in Patriarcham Venetiarum cooptatione frequenti Senatu, ſummo ſtudio, magnoq; conſenſu facta, et acclamatione populi ſuſcepta, ita animos tangit, vt ſigna tamquam teſtimonia ad gratulationem vndequaq; procurari videantur. hæc quidem lætititia oritur, non quòd dignitas tibi contigerit, tamquam eximiæ magnitudinis meritorum tuorum in Rempu. præmium acceperis; ſed quòd tantum incrementi fecerit Eccleſia his temporibus, difficillimis quidem rebus, cum te, in quo incredibilia virtutis, & induſtriæ ornamenta ſunt ſita, ſuum Paſtorem conterranei tui intueantur; non tua quidem cauſſa gratulamur, tibi enim abſenti, & prætura Brixiæ fungenti nihil minus optatum euenire potuit & inamabilius; quamuis cæteri pro ea dignitate prenſantes contenderent; illam enim ſæpe in familiaribus colloquijs angelicis humeris formidandam vocas; cum tibi ille animus, illud conſilium inſit, quo antiqui illi Patres talia onera penſantes verſis tergis conſtantiſſime detrectarent; ac eadem ſubirent, cum Deo auctore ipſis non ambientibus oblata intelligerent, à quo, cum eius cauſſam, & miniſteria ſe tractaturos ſciebant, ſibi vires ſuffectas fore ſperabant: qua modeſtia ad tantum munus iam te alacriter accingis: quod illico Deus Opt. Max. ita fortunat, vt cum ſola expectatione tui pleraque incommoda huius diocæſis attenuata, atque imminuta videamus, quid officijs tuis ſperandum præbes. probe nouerunt omnes quàm egregiis te ab ineunte ætate inſtructum moribus, virtute, & ſanctitate, quàmq; egregijs artibus & præſertim Philoſophiæ ſtudiis diuinum ingenium tuum à pueritia colueris; ita vt quaſi e ſatione meſſem, tua officia qualia futura forent, cum adoleueris, præſcita ſunt; quæ tanta à te vno habentur, quanta in omnibus reliquis deſiderantur. teſtis eſt Belluni Ciuitas, quæ te penè ex ephæbis ex-*

Digitized by Google

cedentem Prætorem accepit, vbi qui te erudiendum de regimine prius cenſebant, cęteris præcepta de optima prætura exemplo præbuiſſe prædicant. Teſtis eſt Crema, quę te Prætore vilitatem annonę ex inopia, & caritate rei frumentariæ conſecuta eſt; & clauſa itinera ob prædonum iniurias ita aperta, tutiſſimaq́ue reddita ſunt, vt quisq; ſecurus quaſi per propriam domum perambulare videbatur; ſublata enim per te fuit illa exulum infeſtiſſima ſentina, quæ non ſolum omnem oram tetris latrociniis premebant, ſed ad eam temeritatem deuenerat, vt prætoriam dignitatem facinorum nequitia, & verborum ſcelere lacerare non extimuerat. Teſtis eſt Brixia, quæ te Prætorem venientem formidauit, nunc abeuntem illachrymat; per te enim ſedata ſunt ciuium ſimultates, & odia; pauperes, & qui premebantur ſubleuati ſunt, liberæ enim querimoniæ de maiorum iniuriis prodiere; & ita pacata ſunt omnia, vt in frequentiſſimo ludorum ſpectaculo nulla altercatio, quod aliis temporibus difficillimum & impoſſibile fuit conſequi, ſed ſolum humanitas, & modeſtiæ contentio audita eſt; tanta valet vnius viri pręſens grauitas: ſed illud in te mirum eſt; Quòd cum amplitudine verendus omnibus incedis, facilitate par infimis, præter in eo, quòd cum die, noctuq; ad te pateat aditus, ad audiendum adamantinus, ad reſpondendum de cęlo lapſus eſſe videaris. Quid referam de legationibus iuſſu Reipublicæ factis? Primum Florentiam, deinde ad Philippum Hiſpaniarum Regem, à quo equeſtri dignitate fuiſti donatus; poſt ad Henricum III. Galliarum Regem, poſtremo Romam ſub duobus Pontificibus, Gregorio XIII & Sixto V. à quo iterum fuiſti eadem equeſtri dignitate inſignitus: in quibus quanto conſilio, quanta dicendi grauitate præſtiteris, quantamq; curam tum Religionis, tum Reipubl. præbueris, teſtantur negotia quamuis ardua, et difficillima tua opera pulcherrime confecta: ita vt Sixtus V. cum de hac tua electione certior factus eſſet, mirificis verbis Patrum ſententiam iactauit; lætatus ſcilicet, quòd Eccleſia tantum decus ſibi acquiſierit: apud quem cum deprecator fueras, omnia, quę ad Reip. commoda petiiſti, gratioſus fuiſti conſecutus. Quid referam quæ egeris conſiliarius, & conſiliorum Sapiens, & quæ demum in omnibus vrbanis magiſtratibus, quos ſemper aliquo inſigni facto peregiſti? Patauinum Gymnaſium non ſolum præſtantiſſimis viris vndequaq; accerſitis, et magno ſtipendio allectis adornaſti, verum perfectione ædifi-

cij,

cij, quæ diuturno tempore interrupta fuerat, illuſtraſti. Brixianam arcem natura munitam funditus inſtaurare hominum labore compleuiſti. In ęrario tot millia H-S. collecta ſunt, vt immania ſcrinia opus fuerit fabricare; ibiq; eam curam adhibuiſti, vt minore impenſa argentum, et aurum purius nunc exhibeantur. ſingula demum tua munia ita tractaſti, vt poſtera ætas ſilentio præterire nequibit. Quapropter progreſſus iam fuiſſes ad maiora, ſupremaque munera, quò etiam peruenere maiores tui, ſi tua recens ætas maturitati conſiliorum tuorum reſpondere viſa eſſet; ad illud inquam culmen Principatus, vbi alter LAVRENTIVS PRIOLVS, eiusque frater felicis recordationis Principes viguere. Quapropter nunc demum Eccleſia ſuum LAVRENTIVM PRIOLVM nanciſci voluit, ita vt hæc duo paria lumina in vtraq; dignitate exiſtentia ad accipiendam lauream huius mundani certaminis indubitatum iter oſtenderent. Tuorum morum ſanctitas, probitasq;, tua conſilia, tua induſtria, tua humanitas, tua dexteritas, tua eximia doctrina res inclinatas erigent, firmatasq; diuinis ſanctionibus reddent in poſterum; errantes. e. ad meliorem frugem conuertentur, & ſaluti animarum ſuarum accuratiſſime ſtudebunt: quæ cum omnes facile perſpiciant, incredibili gaudio efferuntur, & ſigna amantiſſimi animi erga te præbere conantur: de me ſuſcipe pauliſper partes meas: Decretum, & decretalia, quæ tot concilia, & Pontifices compoſuere; quæ ſacroſancta Synodus Tridentina confirmauit; quæ Gregorius XIII. ſummo ſtudio recognoſci, & mendis purgari pręcepit, ego omni diligentia imprimenda, et tuo nomine quaſi laurea decoranda cenſui; Tu enim (quod maximum eſt ſupra omnes) perages obſeruanda. maiora in poſterum eodem ſtudio exhibebimus, cum enim te omnibus ſupremis dignitatibus ornatum in Eccleſia ſperamus, magnificentiſſima etiam in dies pro virili noſtra parare ſtudebimus. Vale.

Tuæ Illuſtriß. & Reuerendiß. amplitudini.

Adiectiſſimus ſeruus

Aſcanius Coloſinus.

Digitized by Google

DECRETVM ABBREVIATVM ſigillatim cuncta attingens.

LIBER DECRETI DIVISVS EST IN TRES PARtes. Quarum prima eſt de diſtinctionibus. Secunda de cauſis. Tertia de conſecratione. Prima pars diſtincta eſt in diſtinctiones centum & vnam.

PRIMA diſtinctio tractat de iure naturali & humano, ius ipſum naturaliter eiuſque ſpecies omnes diffiniens, & inter ius ſcriptum, & non ſcriptum differentiam ponens. 1

ii. de iure Quiritum ſiue Romanorum, ipſum per ſpecies diffiniens. 6

iii. iuris canonici varia nomina diſtinguit, breuiterque exponit. 7

iiii. ad quid leges inuentæ ſunt, & quid ſacri canones mandent 9

v. quomodo ius naturale eſt immobile, nec obſtat quod ibi ponitur. 12.

vi. an illuſiones nocturnæ ad peccatum imputentur, & circa finem proſequitur de iuris naturalis dignitate. 14

vii. ponit legiſlatores, oſtendendo qualiter ius inceperit. 18

viij. ponit differentiam inter ius naturale & conſuetudinem. 19

ix. auctoritate & exemplo probat cõſtitutiones hominum iuri naturali cedere. 24

x. oſtendit quod leges Imperatorum vincuntur à canonibus. 27

xi. dicit conſuetudinem legibus approbatis cedere. 33

xij. habet laudabilem conſuetudinem eſſe ſeruandam, quæ nec canonibus ſacris, nec veritati, nec bonis moribus obuiet. 38

xiii. vult quod contra ius naturale non admittatur diſpenſatio, niſi in fuga maioris mali. 44

xiiij. quod quis non debet minus peccatum committere, vt aliud maius euitare poſſit. 47

xv. notat de tempore quo ſacri canones, librique & concilia celebrata fuerunt: & quæ opuſcula ſunt admittenda. 48

xvj. ponit quod canones Apoſtolorum ſunt recipiendi, poſtea oſtendit quo tempore & quo reſidente in Papatu vel Imperio quodlibet concilium eſt celebratum. 54

xvij. dicit non concilia, ſed conuenticula celebrari ſine Papa. 62

xviij. oſtendit quod prouincialia concilia nihil generaliter poſſunt conſtituere, ideo conſequenter declarat ad quid ſint vtilia, & quoties in anno, & quo tempore anni, & cuius auctoritate ſunt celebranda, & quod metropolitanus nihil debet exigere ab epiſcopis ad concilium conuenientibus. Addit de pœna epiſcopi, qui vocatus ad ſynodum non venit 66

xix. vim decretalium oſtendens dicit mandata eccleſiaſtica deuote ſeruanda. 73

xx. Dicit quod in cauſis diffiniendis ſacri canones, in exponenda vero ſacra ſcriptura ſancti doctores attenduntur. 81

xxj. Tractat de diuerſis ordinibus & gradibus miniſtrorum, docendo qui ſunt executores ſiue miniſtri canonum à maiori vſque ad infimum. Et differentias miniſtrorum locorum aſſignat, probans qđ maior à minori nõ debet iudicari. 84

xxij. de dignitate Romanæ Eccleſię, & quarundam aliarum. 92

xxiij. de ordinatione miniſtrorum incipiens à Romano Pontifice, & deſcendens vſq; ad oſtiarium. 96

xxiiij. de examinatione ordinandorum. 108

xxv. de officiis clericorum, incipiendo ab oſtiario, & aſcendendo vſque ad epiſcopum. Circa medium diſtinctionis inchoat. xiij. præcepta regulæ apoſtolicæ, vt proſequitur ibi, Oportet epiſcopum eſſe ſine crimine. Et inde nacta occaſione ponit varias ſignificationes huius nominis, crimen. Et oſtendit quod ſit mortale, & quod veniale. 111

xxvi. exequitur ſecũdum præceptum Apoſtolicæ regulę, Oportet epiſcopũ eſſe vnius vxoris virum. 118

xxvij. probat quod nolentes vouere continentiam, ad ſacros ordines promouendi non ſunt, aſſignans differentiam inter ſolenne & ſimplex votum. 122

xxviij. probat quod clericis habere vxores non licet in eccleſia occidentali, addens de ſubdiaconatu, qui olim prohibitus non erat. 125

xxix. oſtendit quædam capitula tradita eſſe ex cauſa, quædam ex tempore, quædam ex loco, quædam ex perſona. 133

xxx. quia dictum fuit. xxviij. diſt. ſupra, quod ſacerdotes non debent à ſe abiicere vxores ſuas prætextu religionis: hic dicit ꝙ ex cauſa fuit hoc ſtatutum, ſcilicet propter quoſdam hæreticos, qui coniugia deteſtabantur. 134

xxxj. probat & ponit exempla in terminis, qualiter clerici continere debent, & quod ab omnibus eſt ſeruanda continentia, niſi ab oriẽtalibus. 139

xxxij. adhuc proſequitur de continẽtia clericorum, & dicit quod conſtituti in quattuor ſacris ordinibus tenentur continere, & ſi habẽt publicas concubinas, nullus eorum Miſſam audiat. 145

xxxiij. oſtendit quod bigami, corpore vitiati, vſurarij publice pænitentes, luſores in ſcena ludentes, furioſi, arreptitij, accipientes meretrices in vxores, & concubinas habentes promoueri non poſſunt. 154

xxxiiij. ponit quod oportet epiſcopũ vitare nimiam familiaritatem domeſticarum perſonarum, & etiam conſanguinearum, & quod venari non licet. 157

xxxv. agit de tertio capitulo Apoſtolicæ regulæ, oportet ordinandum non eſſe vinolentum. 164

xxxvi. exponendo illud, prudentem, dicit quod clerici debent habere peritiam litterarum ſacrarum. 168

xxxvii. oſtendit quod clerici non debent libros gentilium reſpicere, peritiam tamen ſecularium debẽt habere. 170

xxxviij. probat quod litteris debet eſſe eruditus ſacerdos, & canones ignorare non debet. ignorantia. n. ipſi eſt periculoſa. 177

xxxix. oſtendit quod oportet epiſcopum eſſe prudentem in negotiis ſęcularibus, vt ſua cautela reddantur eccleſiæ indemnes. 182

xl. proſequitur quintum capitulum Apoſtolicæ regulæ. Oportet epiſcopum eſſe ornatum. Et primo de ornatu interiori, qui conſiſtit in virtutibus. 82

xlj. tractat de ornatu, qui conſiſtit in grauitate, inceſſu, habitu, & temperantia potus & cibi. 188

xlii. declarat illud, hoſpitalem. 191

xliij. illa duo, pudicum, & doctorem. 193

xliiii. illud, non vinolentum: quod

eſt

Digitized by Google

eſt pars eius, quod diximus ſupra xxxv. diſt. 198
xlv. illud, non percuſſorem. 202
xlvi. illud, non litigioſum. 210
xlvii. illud non cupidum, domui ſuæ bene præpoſitum. 213
xlviii. illud, non neophytum. 218
xlix. prædicta præcepta apoſtolicæ regulæ ſub compendio. & breuiter recapitulat. & ponit cauſas & rationes quare criminoſi & nitioſi non debent in epiſcopos promoueri. 220
L. agit de lapſu, & reparatione clericorum. 223
li. de curialibus ſiue officiarijs ratiocinijs obligatis, iudicibus, & aduocatis ordinandis uel non. 254
lii. de præpoſteratione ſacrorum ordinum, ſiue de clerico per ſaltum promoto. 258
liii. de curiæ annexis in clero, vel monaſterio recipiendis vel non. Et ibi probat quare curiales, & aliter obligati ordinandi non ſunt 258
liiii. de ſeruis à non dominis manumiſſis non promouendis, niſi libertatem ſint conſecuti. 259
lv. de corpore vitiatis, bigamis, illiteratis, publice pœnitentibus ordinandis uel non 270
lvi. de filijs presbyterorum, & natis de fornicatione, & adulterio non ordinandis. 275
lvii. de baptizatis in ægritudine an ordinentur. 281
lviii. de monachis non ordinandis ſine licentia abbatis. 282
lix de laicis litteratis nõ ſubito ordinandis. 282
lx. oſtendit ex quibus ordinibus aliquis eligendus ſit in præpoſitum, vel decanum, vel archipresbyterum vel epiſcopum. 284
lxi. oſtendit quòd laici non ſunt eligendi in epiſcopos: ſed poſtulandi. 286
lxii. oſtendit ꝙ clericorum eſt eligere, & populi conſentire. 295
lxiii. probat quòd nullo modo laici debent ſe ingerere electioni epiſcoporum. 296
lxiiii. ponit quo tempore, & quibus præſentibus debent epiſcopi conſecrari. 314
lxv. dicit quòd pręſentibus omnibus epiſcopis comprouincialibus uel ſe excuſantibus debet epiſcopus conſecrari ab archiepiſcopo. Et ibi dicit, ꝙ ſi cæteris ordinationi epiſcoporum cõſentientibus duo uel tres contradicant, obtineat plurimorum ſententia. 317
lxvi. de promotione archiepiſcopi, qui ab omnibus epiſcopis comprouincialibus eſt ordinandus, & non eſt conſecrandus: & à paucioribus quam à tribus. 321
lxvii. de promotione ſiue ordinatione presbyterorum. 323
lxviii. dicit quod illi qui ſunt ordinati ab illis, quos non conſtat eſſe epiſcopos iterum ſunt ordinandi. Siue determinat de ordinatione non iteranda, & de epiſcopis. 323.
lxix. quòd prima tonſura clerici de manu abbatis poteſt ſuſcipi. Vel dic ꝙ determinat de non ordinatis ne in eccleſia Dei miniſtrent. 327
lxx. tractat ne quis ordinetur ſine titolo. 328
lxxi. ne quis ordinetur à non ſuo epiſcopo. 329
lxxii. ne ignotus clericus ſine litteris dimiſſorijs ſine commendatitijs recipiatur. 332
lxxiii. oſtendit qualiter litterę formatæ & dimiſſoriæ fiant. 333
lxxiiii. tractat an inuitis ordines conferantur. 335
lxxv. de tempore & die conſecrationis epiſcoporum, necnon de temporibus ordinationũ aliorum clericorum. 340
lxxvi. de ieiunijs quattuor temporum, & quare ſunt ieiunanda. 343.
lxxvii. ponit qualiter clerici ſunt per gradus ordinandi. & etiam tractat de interſtitijs temporum. 349.
lxxviii. in qua ætate ſunt ſacerdotes ordinandi. 354
lxxix. repetit de ordinatione ſummi Pontificis, quæ à ſolis Cardinalibus fieri debet. 355
lxxx. in quibus locis ſunt ponendi epiſcopi uel archiepiſcopi. 359
lxxxi. epilogando docet, ꝙ ordinandus in epiſcopum debet eſſe ſine crimine, nec clerici mulieribus cohabitare debent. 362
lxxxii. docet ꝙ epiſcopus his qui ſuis manibus laborare nõ poſſunt, prouidere debet. Et addit ꝙ ſi quis miniſtrorum fornicationem committat, & agat pœnitentiam, ex diſpenſatione poteſt in ordinibus remanere. 372
lxxxiii. docetur quõd prælatus non ſolum à peccato immunis eſſe debet: ſed etiam peccatis aliorũ conſentire non debet. 377
lxxxiiij. vult quòd prælatus ſit vigilans circa defenſionem pauperum, releuationem oppreſſorum, & curationem monaſtetiorum. 379
lxxxv. tractat de hoſpitalitate clericorum, quæ epiſcopis eſt neceſſaria. 382
lxxxvj. probat quõd oportet epiſcopum eſſe doctorem vt ſciat ſubditos corrigere: item liberalem circa patientes neceſſitatem, non circa hiſtriones. 384
lxxxvij. probat quod viduis, orphanis & oppreſſis epiſcopus debet dare ſubſidium. 393
lxxxviij. dicit quòd clerici cupiditatis cauſa negotiatores eſſe non debent: ſed pietatis cauſa coram orphanis & viduis impendere. 396.
lxxxix. dicit quòd oportet epiſcopũ eſſe domui ſuæ bene præpoſitum, vt ſciat in diſpenſatione rerum eccleſiæ regulam eſſe obſeruandam. 401
xc. docetur qualiter litigioſi corripiendi ſunt, & non ordinandi, tractans de licitis & honeſtis operibus. 405
xci. de modo cantandi in eccleſia: etiam de electi poteſtate. dicit etiã quod ſi clericis ſua beneficia non ſufficiant: poſſunt ſibi neceſſaria quærere artificio licito. 408
xcii. dicit ꝙ magis corde, quàm vocibus cantandum eſt. 410
xciij. de obedientia minorum erga maiores, & quòd nullus debet cõmunicare inimicis Romanæ Eccleſiæ. 414
xciiij. de Legato Romani Pontificis qui impediendus non eſt. Et impedientes ſunt excommunicandi. Probat etiam quòd maior in officio minori vices ſuas committere poteſt. Et de præſumptione archidiaconorum. 428
xcv. dicit quòd etiam præſentibus epiſcopis presbyteri quamuis eis ſubditi poſſunt ſacra myſteria celebrare, & prædicare. 429
xcvj. dicit ꝙ laicis (etiam Imperatoribus) non licet aliquem ordinare, vel de rebus eccleſiarum iudicare. 435
xcvij. dicit quòd precibus eccleſiæ Imperator & ceteri principes poſſunt eam iuuare: ſubiiciens, eccleſiam Romanam legationem vndecunq; ſine ſignatis apicibus nõ recipere. 447
xcviii. dicit quòd clerici peregrini & vltramarini ſine teſtimonio quinque epiſcoporum recipiendi non ſunt. 450
xcix. docet de primatibus & poteſtate eorum qualiter nullus eſt appellandus vniuerſalis. 451
c. Tractat de pallio, & vſu eius. 454
cj. & vltima dicit vnam prouinciam in duas non diuidendam. 459

SECVNDA PARS, quæ eſt de Cauſis, diſtincta eſt in cauſas trigintaſex, quarum quęlibet plures ſub ſe quæſtiones continet.

Prima Cauſa quæſtiones habet. VII.

Prima quærit vtrum vendere ſpiritualia ſit peccatum. Solutio. ſic. 461.
ii. an pro ingreſſu eccleſiæ vel monaſterij pecunia ſit exigenda, vel perſoluenda. Solu. non. 529
iii. vtrum præbendas eccleſiæ emere ſit ſimonia. Solu. ſic. 535

iiii. vtrum ille reus criminis ſit cuius pater pro eo ignorante ſimoniam commiſit. Sol. ignorantia facti non iuris excuſat eum. 545

v. vtrum liceat ei retinere, quod pater pro eo ſimonia acquiſiuit. So. de rigore iuris non, de miſericordia ſecus. 553

vi. vtrum ignoranter à ſimoniaco ordinati ſint abijciendi, vel non So. probata ignorantia miſericorditer tolerantur. 556

vii. vtrum renuntians ſuæ hæreſi in epiſcopali dignitate ſit ſuſcipiendus. So rigor uult eum deponi:ſed diſpenſatio ſuſtineri. 557

Secunda cauſa habet VIII. quæſtiones,& in ea quinta præcedit quartam.

Prima quærit utrum in manifeſtis ſit ordo iuris ſeruandus. Sic, niſi ſint notoria. 575

ii. vtrum ſpoliatus ab aliquo ſit iudicandus. Non, ante reſtitutionem. 591

iii. qua pœna ſint feriendi in accuſatione deficientes. Talione. 592

v. vtrum accuſatore deficiente reus ſit cogendus ad purgationem. Non, niſi infamia publica laboret. 599

iiii. an duorum teſtimonio epiſcopus ſis condemnandus. 612

vi. quo remedio cauſa ſubleuatur. Appellatione, quæ tamen ei danda non eſt,qui cauſa dilationis appellat 614

vii. an laici, vel monachi, uel quilibet inferiorum ordinum ſint admittendi in accuſatione maiorum. Non de iure nouo 640

viii. qualiter accuſatio fieri debeat. Sol. in ſcriptis. 667

Tertia Cauſa quæſtiones XI. complectitur.

Prima vtrum reſtitutio ſit facienda quibuslibet ſpoliatis. Sol ſic, niſi in certis caſibus. nam infamatus apoſtata, iuſte ſpoliatus, præciſus, & ſuſpectus non ſunt reſtituendi. 670

ii. quærit de inducijs quo ſpatio ſint dandæ: an poſt reſtitutionem tantum, an poſt uocationem ad cauſam quibuslibet concedendæ ſint. Sol. ad arbitrium iudicis. 673

iii. quo ſpatio menſium ſint utrique concedendæ. So. vt prius. 676

iiii. vtrum infames ſint recipiendi ad teſtimonium. Sol. non,niſi contra ſui ſimiles. 860

v. an teſtes domeſtici uel inimici ſint producendi. So. non. 683

vi vtrum reus extra prouinciam ſit producendus. So. non. 689

vii. vtrum criminoſus poſſit eſſe iudex. Sol. ſi ab eccleſia toleratur. 697

viii vtrum epiſcopus poſſit ab vno iudicari. Sol. non, niſi à xij. epiſcopis: reſeruata ſententia ſummo Pōtifici. 704

ix. vtrum accuſatores teſtes in abſentem vocem accuſationis uel teſtificationis exhibere valeant. So. non. 705

x. vtrum deficientes in uno capitulo ſint admittendi ad ſequentia. So. non. 712

xi. vtrum accuſatus in accuſatorem poſſit conuertere accuſationē. So. non, niſi in maiori crimine. 713

Quarta Cauſa habet VI. quæſtiones.

Prima an in excommunicatione conſtitutus alium accuſare ualeat. Sol. non. 717

ii. an infra duodecim annos in criminali cauſa quis teſtificari poſſit. Sol. non. 718.

iii. an ab accuſatione prohibitus poſſit eſſe teſtis. Sol. non. 718

iiii. an idem poſſit eſſe accuſator & teſtis. Sol. non. 725.

v. an ſi uocatus ad cauſam non ueniat, ſit excommunicandus. Sol. ſic, niſi iuſtam abſentiæ cauſam probauerit. 727

vi. an calumniator in propria cauſa ſit audiendus. Sol ſic, ſi cauſa non ſit criminalis. 729

Quinta Cauſa habet VI. quæſtiones.

Prima qua pœna ſit feriendus, qui famoſum libellum ſcribit. Solu. anathemate, niſi ſcriptura probauerit, 730

ii. quoties quis ſit ad cauſam vocandus antequam excōicetur. Sol. non tantum ſemel: ſed bis. 732

iii. an per procuratorem quis cauſam agere ualeat criminalem. Solu. non, niſi ſit perſona illuſtris. Cauſam uero iniuriarum ciuilem ſic. 734

iiii. an abſque ſynodali audientia epiſcopus ſit damnādus. Sol. non. 736

v. an ſit habendus pro inimico, qui aliquem accuſat. Sol. non, ſi hoc faciat ex charitate. 737

vi. qua pœna ſit plectendus, qui non probat obiecta. Sol. talione. 740

Sexta Cauſa quæſtiones V. continet.

Prima utrum criminoſi, vel infames religioſum epiſcopum poſſint accuſare de ſimonia. Non. 743

ii. ſi epiſcopus accuſationem in accuſantem conuertere uoluerit: an eius verbo ſimplici fides adhibenda ſit. Non. 753

iii. an liceat petere iudicium epiſcopi alterius prouinciæ, Non, niſi in cauſa damnationis. 755

iiii. cuius iudicium ſit expetendum cum epiſcopi prouinciæ in ſua ſententia diſcordant, Archiepiſcoporum & epiſcoporum uicinæ prouinciæ. 757

v. an accuſator deficiente reus ſit ad probationem cogendus. Non, ſed bene ad purgationem ſi laboret infamia. 759

Septima Cauſa habet II. quæſtiones.

Prima utrum uiuente epiſcopo alius poterit in eadem eccleſia ordinari. Non, niſi transferatur uel cedat. Tamen pro infirmitate uel ſenectute datur ſibi coadiutor. 761

ii. vtrum hi qui ceſſerunt cauſa infirmitatis, ſanitate recepta poſſint cathedram repetere. Non. 790

Octaua Cauſa quæſtiones V. colligit.

Prima utrum liceat epiſcopo ſibi ſucceſſorem eligere. Non. 791

ii. an amicorum patrocinia in electione ualeat. Non. 802

iii. an ſit ſimonia poſt electionem pro indemnitate eccleſiæ iuramentum præſtare. Sic, ſi pactum ſuper hoc præceſſerit. 803.

iiii. an liceat clericis declinare iudicia epiſcopi de crimine accuſati ante ſententiæ tempus. Non ante cōdemnationem, niſi per appellationem. 805

v. an accuſatus coram Apoſtolico, ſine eius litteris debeat reuerti. Nō. 805.

Nona Cauſa habet III. quæſtiones.

Prima an ordinatus ab excōmunicato eijciendus ſit. Non, ſi ignorauit illum eſſe excommunicatum. 806

ii. an liceat archiepiſcopo vel ep̄o clericos alterius ordinare. Non, ſine litteris proprij epiſcopi, 809

iii. an liceat archiepiſcopo clericos ſui ſuffraganei abſoluere uel damnare. Non, niſi data negligētia uel appellatione interpoſita. 813

Decima Cauſa tribus quæſtionibus eſt contenta.

Prima an eccleſia cum omni dote ad epiſcopum pertineat uel ad eius ordinationes Sol ſic. 822

ii. an liceat ep̄o res eccleſiæ diſtrahere. So. nō, niſi certis caſibus 827

iii. quid à ſingulis eccleſijs nomine cathedratici ualeat exigere. Sol. duos ſolidos. 834

Vndecima Cauſa habet III. quæſtiones.

Prima an clericus ante ciuilem iudicem ſit trahendus. Non. 840

ii. qua pœna dignus ſit qui clericum ad ſæcularem iudicem traxit. Exmunicatione. 859

iii. qua pœna dignus ſit qui ſententiam epiſcopi non ſeruauerit. Depoſitione. 859

Duodecima Cauſa quæſtiones continet V.

Prima an liceat clericis proprium habere. Non, regularibus. 902

ii. an res eccleſiæ poſſint dare. Non, niſi in caſibus. 916

iii. vtrum clerici acquiſita de rebus eccleſiæ poſſint relinquere quibus

Digitized by Google

bus valuerint. Non, niſi eccleſiæ. 951
iiii. quibus poſſunt clerici relinquere quæ de ſuis, & eccleſiæ rebus prouenerunt. Partim eccleſiæ, partim hæredibus. 953
v. an liceat clericis teſtamentum facere. Sic, de propriis rebus. 954

Trigeſima Cauſa habet II. quæſtiones.

Prima vtrum decimæ ſint dandæ ratione territorij vel perſonæ. Solut. ratione vtriuſque. 958
ii. an ius percipiendi, & ſoluendi decimas tollatur ratione temporis. Sol. ſic. 961

Decimaquarta Cauſa habet VI. quæſtiones.

Prima an liceat clericis in iudicio ſua repetere. Sic. 978
ii. an ſuper rebus eccleſiæ teſtes eiuſdem ſint audiendi. Sic. 980
iii. an præter ſortem aliquid accipere ſit vſura. Sic. 982
iiii. an liceat clericis vel laicis vſuras accipere. Non. 984
v. an eleemoſynæ ſint de vſuris faciēdæ. Non 987
vi. an vſurarij poſſint pænitentiam agere. Non, ſi habeant vnde poſſint reſtituere. 992

Decimaquinta Cauſa habet VIII. quæſtiones.

Prima an ea quæ fiunt ab ignorantibus vel mente alienatis ſint eis imputanda. Non, niſi culpa ſua ad ignorantiam deuenerint. 995
ii. an pro impenſis patrociniis liceat clericis munera exigere. Sic. 1003.
iii. an per confeſſionem mulieris cū qua peccauit ſacerdos ſit condemnandus. Non. 1004.
iiii. an die Dominico debeant epiſcopi cauſas audire. Non. 1008
v. an neganti crimen purgatio ſit indicenda. Sic, ſi laborat infamia. 1009.
vi. an in criminibus confeſſio ſit extorquenda. Non 1011
vii. an ſolus epiſcopus diaconum: vel presbyterum deponere poſſit. Non. 1015
viii ſi confeſſus vel conuictus de his quæ ante ordinationem commiſit, valeat miniſtrare. Non. 1017

Decimaſexta Cauſa habet VII. quæſtiones. Et in ea quinta quæſtio ponitur in tertio loco.

Prima an liceat monachis officium celebrare. Sol. ſic cum permiſſione ēpi, & licentia abbatis. 1021
ii. an liceat eis in capellis ſuis ſacerdotes inſtituere So. ſic ſi quas poſſideant pleno iure. 1056
v. an ēps vel abbas iure territorij capellā valeāt vēdicare. So nō. 1060
iii. an iura eccleſiæ per præſcriptionem tollantur. Sol. ſic. 1061
iiii. an eccleſia contra eccleſiam vel monaſterium poſſit præſcribere. Sol. ſic. 1076
vi. ſi quis in rem eccleſiæ ab aliquo detentam ſua auctoritate irrepſerit: an cadat à cauſa. Sol. ſic, ſed non eccleſia. 1077
vii an liceat alicui eccleſiam de manu laici recipere. Sol. non, niſi eccleſia vel monaſterium habeat ius patronatus. 1082

Decimaſeptima Cauſa habet IIII. quæſtiones.

Prima an reus ſit voti qui à propoſito ſui cordis recedit. Solut. non, quantum ad eccleſiam: niſi ore pronuntiauerit. 1098
ii. an beneficia ei reddenda ſint qui eis in infirmitate renuntiauit. Sol. ſic, ſi non erat ſui compos. 1100
iii. an liceat illi qui ſe monaſterio tradidit poſtea ad propria redire. Solu non. 1101
iiii. an diſcedens de monaſterio ſine ſui abbatis licentia, poſſit ſua vendicare. Sol. non. 1102

Decimaoctaua Cauſa habet II. quæſtiones.

Prima an abbas factus epiſcopus acquirat eccleſiæ vel monaſterio. Solu. dum fuit abbas, acquiſiuit monaſterio. ſed factus epiſcopus eccleſiæ. 1119
ii. an per epiſcopum ſit eligendus vel inſtituendis. Solu. ab epiſcopo eſt ordinandus, à fratribus vero eligendus. 1120.

Decimanona Cauſa continet III. quæſtiones.

Prima an epiſcopus debeat permittere clericos tranſire ad monaſterium. Solu. ſic. 1131
ii. ſi noluerit, an liceat eo inuito trāſire. Sol. ſic. 1134
iii. an liceat canonicis regularibus tranſire ad monaſterium monachorum. Solut. non, ſine licentia prælati. 1135

Viceſima Cauſa quæſtiones IIII. comprehendit.

Prima vtrum pueri traditi monaſteriis ſint cogendi ibi manere. Non, niſi poſtquam venerint ad annos diſcretionis. 1140
ii. ſi præter voluntatem parentum intrauerint monaſterium, an per eos inde poſſint extrahi Sic, infra annum & diem: ſi ſint infra annos diſcretionis. 1145
iii. an qui inuitus cucullam induit cogatur eam retinere. Non, niſi poſt conſenſerit. 1147
iiii. an liceat ab vno monaſterio ad aliud tranſire Sic. 1150

Viceſimaprima Cauſa habet V. quæſtiones.

Prima an clericus poſſit in duabus eccleſiis inſcribi. Solutio, non. 1152
ii. an liceat clericis à ſua Eccleſia ad aliam tranſire. Solut. non ſine literis vel licentia ſui prælati. 1155
iii. an liceat clericis ſuſcipere procurationem ſæcularium negotiorum. Solu. non, niſi cauſa pietatis. 1157
iiii. an liceat clericis veſtibus fulgidis ornari. Sol. non. 1159
v. qua pœna ſint puniendi clerici ad iudicium ſæculare fugientes. Solu. excommunicationis. 1161

Vigeſimaſecunda Cauſa gerit quæſtiones V.

Prima an iuramentum ſit præſtandum. Sic, cauſa neceſſitatis. 1163
ii. an ſit periurus qui iurat falſum & credit verum. Sic, propter intentionem fallendi, tamē poſtea dicitur contrarium. 1171
iii. an liceat clericis denegare epiſcopo conſuetam obedientiam. Non, ante condemnationem. 1183
iiii. an iuramentum illicitum ſit ſeruandum. Non. 1183
v. an periurus ſit qui alium peierare cogit. Sol. ſic. 1193

Vigeſimatertia Cauſa habet VIII. quæſtiones.

Prima an militare ſit peccatum. Nō, ſi iuſte ſit. 1202
ii. quid ſit bellum iuſtum. Solu. quod ſit edicto ſuperioris repetēdarum rerum, aut propulſandarum iniuriarum cauſa. 1207
iii. an iniuria ſociorum ſit armis propulſanda Sic. 1209
iiii. an vindicta ſit inferenda. Sic, ab eo cuius intereſt. 1213
v. an ſit peccatū iudici, vel miniſtro reos occidere. Non, cauſa iuſtitiæ. 1250.
vi. an mali ſint ad bonum cogendi. Sol. Sic. 1272
vii. an hæretici ſint ſpoliandi ſuis & eccleſiæ ſuæ bonis. Sic. 1275
viii. an liceat clericis arma mouere. Non, manu propria, niſi cauſa neceſſitatis. 1278

Viſimaquarta Cauſa habet III. quæſtiones.

Prima an hæreticus aliquem poſſit excommunicare. Non. 1295
ii. an poſt mortē poſſit aliquis excommunicari. Sic, pro hæreſi, 1310
iii an pro peccato domini, eius familia poſſit excommunicari. Non, ſed interdicto ſupponi. 1315

Viceſimaquinta Cauſa habet II. quæſtiones.

Prima an auctoritate priuilegij quis contra ius commune valeat ſe tueri. Sol ſic. 1346
ii. an ſequentia priuilegia derogent prioribus. Solutio. Sic, ſi ex certa ſcientia fuerint conceſſa. 1352

Viceſima

Vigeſimaſexta Cauſa quæſtiones VII. contingit.

Prima an ſint ſortilegi, qui ſub ficto religionis nomine futura promittunt. Sol. ſic. 1363

ii. an ſit peccatum eſſe ſortilegum. Solut. ſic. 1363

iii. à quibus genus diuinationis ſumpſit exordium. Solutio, a Perſis. 1367

iiij. quot ſunt genera diuinationis. Solu. quattuor ſecundum numerum: duo ſecundum formã: quod videre potes. 1367

v. an ſortilegi ſint excommunicandi. Solut. ſic. 1370

vi. an excommunicatus ab epiſcopo poſſit reconciliari à presbytero. Solu. non, epiſcopo inconſulto, niſi in neceſſitatis articulo. 1378

vij. an morientibus ſit pęnitentia imponenda. Solu. Non, tamen eſt eis innoteſcenda. 1383

Vigeſimaſeptima Cauſa habet quæſtiones II.

Prima an coniugium poſſit eſſe inter uouentes. Sol. non, ſi votum ſit ſolennizatum. ſecus ſi ſimplex fuerit. 1390

ii. an liceat ſponſo à ſua ſponſa recedere. Solut. non, ſi deſponſatio ſit de præſenti. 1411

Vigeſima octaua gerit quæſtiones III.

Prima an coniugium ſit inter infideles. Sic. 1434

ii. an liceat conuerſo ad fidem ducere aliam viuente priore. Sic, ſi ſit diuiſus ab ipſa infideli. 1449

iii. an bigamus ſit qui ante baptiſmum vnam uxorem, & poſt aliam habuit. Sic. 1450

Vigeſimanona Cauſa habet II. quęſtiones.

Prima an ſit coniugium inter ſeruũ & ingenuam. Sol. ſic: niſi error impediat. 1451

ii. ſi prius putabat hunc eſſe liberum & poſtea deprehenderit ipſum eſſe ſeruum: an poſſit eum deſerere. Sol. Sic. 1454

Trigeſima Cauſa habet V. quæſtiones.

Prima an liceat reddere debitum vxori, quæ filium de ſacro fonte leuauit. Sic, niſi ex conſenſu vtriuſque ſit factum. 1458

ii. an ſponſalia contrahantur inter infantes. Non 1464

iij. an ſpirituales vel adoptiui filij poſſint naturalibus copulari. Nõ. 1464

iiij. an liceat alicui commatrem uxoris ſuæ ducere in uxorem. Sic mortua uxore, ſi commaternitas matrimonium præceſſerit. 1468

v. an clandeſtina deſponſatio manifeſtæ præiudicet. Non apud eccleſiam. 1470

Trigeſimaprima Cauſa habet III. quæſtiones.

Prima an poſſit duci in uxorem quę prius fuit polluta per adulterium. Sol. ſic, niſi adulter dederit ei fidẽ uiuente uiro: uel machinatus ſit in mortem eius. 1477

ii. an filia ſit inuita alicui in uxorem tradenda. Sol. non. 1483

iii. an poſt patris ſponſionem poſſit alii nubere. Solu. ſic, ſi non conſenſerit. 1486

Trigeſimaſecunda Cauſa habet VIII. quęſtiones.

Prima an liceat ducere meretricem in uxorem. Sic. 1488

ii. an ſit uxor appellanda quæ ducitur incontinentiæ cauſa. Non 1495

iii. an mulier ſequatur arbitrium aui liberi, an patris ſerui. Aui. 1504

iiij. an uiuente uxore liceat alicui ex ancilla filios quærere. Non. 1504

v. an ea quæ patiatur inuita, pudicitiam perdat. Non. 1514

vi. an adulter adulteram dimittere poſſit. Non. 1513

vii. an viuente dimiſſa aliam accipere poſſit. Non. 1525

viij. ſi in hoc ſaltem infidelem ducere poſſit ea conditione vt ad fidẽ conuertatur. Non. 1536

Trigeſimatertia Cauſa habet V. quæſtiones.

Prima an propter impotentiam coeundi ſit aliqua à viro ſeparanda. Solu. ſic 1537

ii. an ſeparata poſſit et nubere cum quo prius eſt fornicata. Sol. ſic pænitentia peracta. 1540

iij. an ſola cordis contritione poſſit peccatũ deleri. Solu. ſic, vbi facultas confitendi non ſuppetit. 1552

NOTANDVM HIC quòd ratione huius tertiæ quęſtionis mota agitur de Pœnitentia, cuius tractatus per diſtin. VII. eſt diſtinctus.

Prima quærit, an ſola cordis contritio deleat peccatum. Sic, ſi confitendi facultas deſit. 1552

ij. an charitas ſemel habita poſſit amitti. Sol. ſic, in via, ſecus tamen in patria. 1603

iij an pœnitentia poſſit reiterari Solu. ſic, præter ſolennem. 1633

iiij. an peccata ſemel dimiſſa redeãt. Sol. non ſimpliciter. 1662

v. quis modus debeat obſeruari in imponenda & accipienda pœnitẽtia. Sol. ad arbitrium proprii ſacerdotis diſcreti. 1677

vii. cui quis confiteri debeat. Solut. proprio ſacerdoti, ſi ſit diſcretus, alioqui alteri de eius licentia. 1683

vii. an pœnitentia timore mortis accepta ſit fructuoſa Sol ſic. 1686

iiii. quęſtio cauſæ ſupra proximę eſt, an actus coniugalis ſit prohibitus tempore orationis. Solut. ſic. 1689

v. an vir ſine conſenſu vxoris & ecõuerſo vouere poſſit cõtinentiam. Solu. Non. 1693

Trigeſimaquarta Cauſa habet II. quæſtiones.

Prima an rea ſit adulterij quæ credens maritum mortuum nupſit alteri. Sol. non. 1701

ij. an redeunte priore cogenda ſit recedere à ſecunda, & ad priorem redire Sol. ſic. 1702

Trigeſimaquinta Cauſa habet X. quæſtiones.

Prima an liceat aliquam ducere de propria cognatione. Sol non. 1708

ij. an liceat aliquã ducere de cognatione vxoris ſuæ. Sol. Non 1711

iii. vſq; ad quẽ gradũ debeat quis abſtinere à cõſanguineis ſuis, & vxoris ſuę. Solu. olim vſque ad 7. hodie vſq; ad 4. 1711

iiij. quare vſque ad 7. gradum computatur conſanguinitas. Sol. ad inſtar ſeptem ætatum mundi. 1718

v. quomodo gradus conſanguinitatis ſunt computandi. Sol. ſicut oſtẽditur in arbore. 1718

vi. qui iuſiurandum de propinquitate firmare debent. Solu. propinqui & uicini. 1731

vii. an inceſtuoſi filij reputẽtur. Sol. Non. 1736

viii ſi conſanguinei ignoranter coniuncti ſimul poſſint remanere. Solut. non niſi, ex diſpenſatione Papæ in quinto gradu vel ſupra. 1736

ix. an matrimonium per falſos teſtes ſeparatum: ſi poſtea apparuerit eccleſiam fuiſſe deceptam, ſit reintegrandum. Sol. ſic. 1739

x. ſi relicta alicuius in ſecunda nuptias tranſierit: an proles ex eis ſuſcepta poterit copulari conſanguineis prioris viri. Sol. Non. 1743

Trigeſimaſexta & vltima Cauſa habet II. quæſtiones.

Prima an virginem opprimẽs raptũ committat. Sic. 1745

ii. an rapta raptori nubere poſſit. vtique. 1747

TERTIA PARS EST de Conſecratione, quæ quinque diſtinctiones duntaxat cõplectitur.

Prima agit de conſuetudine eccleſiarũ & miſſarum celebratione. 1752

ii. de ſacramento Euchariſtię. 1776

iii. de feſtiuitatibus per anni circulũ celebrandis. 1826

iiii. de baptiſmi ſacramento. 1835

v. de confirmatione & ieiunio. 1892

DECRE-

DECRETI TOTALIS
materia per metra notatur ſequentia.

***DECRETVM DOMINI GRATIANI** tres habet partes principales. Prima eſt de diſtinctionibus, quæ ſunt vna ſupra centum. Et ſingulas diſtinctiones ſinguli verſus ſequentes luculenter aperiunt.*

	1	PRIMO legat quiſque diuinum ius, hominiſque.	pagina 1
	2	Altera dat textum, quo noſces iura Quiritum.	6
	3	Canonico varia iuri dat nomina terna.	7
	4	Quarta docet legum quæ cauſa, moduſque ſtatuti.	9
	5	Ius naturale probat immutabile quinta.	12
	6	Sexta notat vitium diſtinctio ludificatum.	14
	7	Septima ſignat eos, qui leges compoſuere.	18
	8	Parte octaua mores, naturaque pugnant.	19
	9	Nona ſtatuta tenet naturæ cedere iuri.	24
	10	In decima regum leges canon ſuperabit.	27
	11	Canonis & ſecli, ſuperatur legibus vſus.	33
	12	Id quod Roma tenet, diſcretio ſæpe relinquit.	38
	13	Si perplexum te reddunt mala: tunc minus imple.	44
	14	Non facias leuia, quo quis vitet grauiora.	47
	15	Canonis hæc ortum dabit, apocryphoſque libellos.	48
	16	Suadet apoſtolici vim canonis iſta teneri.	54
	17	Auctor ſit Papa, ſi concilium celebretur.	62
	18	Dicitur hic quod bis ſynodus celebretur in anno.	66
	19	Hæc Decretalis referat quid epiſtola poſſit.	73
Pri. ca.	20	Biſdena Papæ ſanctorum dogmata cedunt.	81
Apoſtoli	21	Inferior ſummum non iudicat hac prohibente.	84
ca regu-	22	Iſta locos diſtinguit, & ordinat eccleſiarum.	92
le & ij.	23	Ordinat hæc omnes, maiores ſiue minores.	96
	24	Poſt examen honos ordini eſt attribuendus.	108
	25	Optat Apoſtolus hic, quod ſit ſine crimine præſul.	111
	26	Si poſt baptiſma contentus coniuge ſola.	118
	27	Nullus poſt factum præſumat nubere votum.	122
	28	Iſta ſacratorum connubia pagina damnat.	125
	29	Hac locus, & cauſa, tempus, perſona notantur.	133
	30	Connubium ter dena probat contra Manichęos.	134
	31	Tangitur hic quod contineant offerre volentes.	139
	32	Deſere presbyterum, qui ſcorta palam retinebit.	145
	33	Luſori bigamove ſacer non traditur ordo.	154
	34	Fęmina Pontifici perſona domeſtica non ſit.	157
iij. capi.	35	Non vinolentus præſul, ſed ſobrius eſto.	164
iiij. cap.	36	Inſtruit hæc prudens, quod debeat eſſe ſacrandus.	168
v. capi	37	Hæc prohibet legere gentilia metra ſacratum.	170
	38	Scripturas ſacras ſacrandus ſcire iubetur.	177
	39	Vult hæc Pontifices callere negotia ſecli.	182
	40	Internis pars dena quater virtutibus ornat.	182
	41	Sit modus ingreſſu, cunctis, verboque, ciboque.	188
	42	Clericus hoſpitijs peregrinos colliget omnes.	191
	43	Factis & verbis doctor ſit, atque pudicus.	193
	44	Vites ingluuiem, conuiuia, ſiue tabernas.	198

Atque

vi.c.vij. 45 Atque caue quenquam palma linguave ferire.
& viij. 46 Reſpuit hæc hominem diſtinctio litigioſum. 209
47 Non bene præpoſitos domui, cupidoſque repelle. 210
ix c.x.c. 48 Abijcitur ſacrandus in hac, ſi neophytus ſit. 213
xi.et 12. 49 Crimina non delet reliquorum, crimine vinctus. 218
xiij.ca. 50 An reparetur habet pars quinquageſima lapſus. 220
51 Sacrari vetat hæc homines, quos pondera ſtringunt. 223
52 Præpoſitus primo datur hic præpoſterus ordo. 254
53 Eſt ratione ne quis annexos ordinet vllos. 258
54 Hæc prohibet ſeruos ſine libertate ſacrari. 258
55 Cæſos iſta viros reijcit, membriſque carentes. 259
56 Condemnatur in hac generatio presbyterorum. 270
57 Qui baptizatur æger, manet ordinis expers. 275
58 Hæc vetat abbate monachos nolente ſacrari. 281
59 Officium negat hæc: niſi ſit bene quiſque probatus. 282
60 In ſacris præſul vult ſexageſima quòd ſit. 282
61 Non in Pontifices laicos aſſumere debes. 284
62 Clerus, plebs, princeps: hic eligit, hæc petit, hic vult. 286
63 Vſurpans laicus id vt eligat, audiat iſtam. 295
64 Pars hæc Pontifices iubet a tribus eſſe ſacrandos. 296
65 Cum diſſenſio ſit, a pluribus edita ſtabunt. 314
66 Vt ſacretur ab omnibus archiepiſcopus, hæc vult. 317
67 Presbyter inſtitui valet hic a præſule ſolo. 322
68 Si dubius præſul quos ordinet, hi reſacrentur. 323
69 Si benedictus erit, lectoratum, dabit abbas. 323
70 Expertes tituli pars ſeptuageſima pellit. 327
71 Reſpice dicta patrum, ne promoueas alienum. 328
72 Vili non detur miſſoria, ni rogitetur. 329
73 Illius hæc nobis formam diſtinctio præbet. 332
74 Inuitus nullus erit hic ad ſacra trahendus. 333
75 Diſtinguit tempus hæc in quo promoueatur. 335
76 Temporibus vult hęc nos ieiunare quaternis. 340
77 Rectos indicat hęc modulos interſtitiorum. 343
78 Iſta dat annorum numerum, quo promouearis. 349
79 Ad cardinales ſpectat delectio Pape. 354
80 Vrbes præſulibus pars octogeſima tradit. 355
81 Crimine quòd careat ſacrandus, in hac replicatur. 359
82 Præſul pauperibus dabis, & lapſos reparabis. 362
83 Nunquam peccatis conſenſum des alienis. 372
84 Sollicitus quod ſis, & monogamus, iubet iſta. 377
85 Non præſul fies, hoſpes niſi noſceris eſſe. 379
86 Corrigito, doceas: ſed non turpibus vllis. 382
87 Libertos, inopes, viduas defendere debes. 384
88 Reſpuitur clerus opus exercens, & auarus. 393
89 Iſta beneficia te diſpenſare docebit. 396
90 Placat diſcordes pars nonageſima fratres. 401
91 Arte parabis opes: niſi ſint ſatis eccleſiæ res. 405
92 Hæc plus corde probat domino quàm voce canendum. 408
93 Hæc dat obedire maioribus inferiores. 410
94 Sub ieuita vices Papæ geſtare valebit. 414
95 Presbyteris præſente licent hinc præſule multa. 428
96 Hic ſecli princeps non ordinet eccleſiæ res. 429
97 Eccleſiæ precibus huic princeps auxilietur. 435
98 Vult ius muniri peregrinos quinque ſigillis. 447
99 Vniuerſalem nullum ſinit iſte vocari. 450
100 Pallia prælatis donat centeſima multis. 451
454

Abſit

Decretum abbreuiatum in verſibus.

101 Abſit vt vna duos habeat prouincia patres. 459

Decreti ſecunda pars principalis eſt de cauſis: quæ ſunt XXXVI.

Prima cauſa.

Cauſa prior labem condemnat ſimonialem.

Septem quæſtiones primæ Cauſæ.

1 Delinquit qui res mercatur ſpirituales. 461
2 Eccleſias intrans non cogatur dare nummos. 529
3 Si pro præbendis dederis quid: dicere ſimon. 535
4 Ignaros maculant natos delicta paterna. 545
5 Vult rigor vt linquat natus ſibi quæ pater emit. 553
6 Ordinet ignaros ſi quos ſimon, tolerantur. 556
7 Abiurans hæreſim præſul poterit tolerari. 557

Secunda cauſa.

Accuſare docet, ac appellare ſecunda.

Octo quæſtiones ſecundæ Cauſæ: & in ea quinta præcedit quartam.

1 Si ſit cauſa patens, iuris non quæritur ordo. 575
2 Nemo ſuis rebus diiudicet expoliatum. 591
3 Talio punit eos, qui falſo crimina ponunt. 592
4 Si cadit accuſans, ſe non purget reus inde. 599
5 Per teſtes binos præſul conuincitur aptos. 612
6 Qui cauſas differt appellans reiiciatur. 614
7 Arguit inferior maiorem crimine vinctum. 640
8 Mandato legis datur accuſatio ſcriptis. 667

Tertia cauſa.

Tertia reſtituens tempus dabit induciarum.

Vndecim quæſtiones tertiæ Cauſæ.

1 Singula reſtituit ius omnibus expoliatis. 670
2 Inducias debet varias ſpoliatus habere. 673
3 Induciis varium dat tertia queſtio tempus. 676
4 Accuſare nequit hominem vir turpis honeſtum. 680
5 Ipſa domeſtica vox nulli nocet, aut inimica. 683
6 Sub ſenſore rerum proprio producere debes. 689
7 Hic non condemnet, ſimilis quem culpa remordet. 697
8 Solus Pontificem iudex non iudicet vmquam. 704
9 Pellitur accuſans abſentem, teſtificanſque. 705
10 Submouet à reliquis teſtem defectus in uno. 712
11 Mutua numquam ſit delatio iure vetante. 713

Quarta cauſa.

Quarta quis accuſet, quis poſſit teſtificari.

Sex quæſtiones quintæ Cauſæ.

1 Accuſare nequit aliquos anathemate vinctus. 717
2 Impubes teſtis in cauſa criminis haud eſt. 718
3 Qui nequit accuſare, nequibit teſtificari. 718
4 Teſtis & accuſans nemo ſimul eſſe valebit. 725
5 Non eſt ſtringendus anathemate, qui nequit eſſe. 727
6 Pontificis delator agit ciuilia tantum. 729

Quinta cauſa.

Quinta vocare docet, delatoremque ferire.

Sex quæſtiones quintæ Cauſæ.

1 Mulctant ſcriptorem famoſi flagra libelli. 730
2 Eſt condemnandus ſemel, & bis vterque vocandus. 732
3 Nemo procuret crimen, ciuilia curet. 734

Præſu

4 Præſulis in ſynodo ſit condemnatio ſola. 736
5 Celans crimen obeſt multo plus quàm manifeſtans. 737
6 Aut caput, aut lingua delatori capuletur. 740

Sexta Cauſa.

Sexta dat infames, delatos atque forenſes.

Quinque quæſtiones ſextæ Cauſæ.

1 Non accuſabunt infames ſimonialem. 743
2 Accuſans verbo non vincis ſimplice Præſul. 753
3 Quærere iudicium nunquam debes alienum. 755
4 Externi veniant, ſi ſit ſententia diſcors. 757
5 Si cadit accuſator, erit reus exoneratus. 759

Septima Cauſa.

Septima Pontificem tangit cathedram repetentem.

Duæ quæſtiones ſeptimæ Cauſæ.

1 Præſule viuente nullus det Pontificatum. 761
2 Nec Cathedram repetit præſul, quam ſponte reliquit. 790

Octaua Cauſa.

Octaua legitur deſertio Pontificalis.

Quinque quæſtiones Octauæ Cauſæ.

1 Vult ius ne ſtatuat ſucceſſorem ſibi præſul. 791
2 Nullus amicorum mihi poſſit vt eligar inde. 802
3 Detur ab electo vitandi cautio damni. 803
4 Linquendus non eſt (niſi ſit ſententia) Præſul. 805
5 Ad dimiſſa redire nequis Papæ ſine ſcriptis. 805

Nona Cauſa.

Soluere nona vetat alienos atque ligare.

Tres quæſtiones nonæ Cauſæ.

1 Bannitus præſul nequit ordinis eſſe miniſter. 806
2 Alterius patriæ clerum tondere vetamus. 809
3 Pontificis clerum primas non ordinet vllum. 813

Decima Cauſa.

Dena dat, in ſacra quid ſumat epiſcopus æde.

Tres quæſtiones decimæ Cauſæ.

1 Baſilicæ iuri ſubduatur Pontificali. 822
2 Nullus eccleſiæ præſul fructus alienet. 827
3 Nihil præter ſolidos præſumat quærere binos. 834

Vndecima Cauſa.

Præfigens vndena forum ligat atque relaxat.

Tres quæſtiones vndecimæ Cauſæ.

1 Non coram laico clericus producitur vllus. 840
2 Officii punit tales ſuſpenſio culpas. 859
3 Seu bona, ſeu mala ſit ſententia dic timendam. 859

Duodecima Cauſa.

Eccleſiæ res ac propria biſſena docebit.

Quinque quæſtiones vndecimæ Cauſæ.

1 Clericus hic aliquid proprium prohibetur habere. 902
2 Accipiens vel emens res eccleſiæ ſibi reddat. 916
3 Linquas eccleſiæ totum quod habebis ab illa. 951
4 Ex re communi quæſitas diuide terras. 953
5 Si fortaſſe voles teſtari, de proprio des. 954

Tertiadecima Cauſa.

Tertia poſt decimam decimas, & funera tractat.

Duæ quæſtiones tertiædecimæ Cauſæ.

1 Eccleſiæ dandæ baptiſmali decimæ ſunt. 958

Tem-

2 Tempora longa trahunt ius funeris, & decimarum. 962

Decimaquarta Cauſa.

Improbat vſuras poſt denam quarta voraces.

Sex quæſtiones decimaquartæ Cauſæ.

1 Quiſque poteſt licite ſua quærere, dummodo non plus. * 978
2 Pro propria valet eccleſia quis teſtificari. 980
3 Si tulerit plus quàm dederit quis fœnus habetur. 982
4 Non petat vſuras laicus, vel clericus vllas. 984
5 Ex male quæſitis eleemoſyna non fit egenis. 987
6 Si male parta tenet, & digne non pœnitet vllus. 992

Decimaquinta Cauſa.

In dena quinta furor, & mulier memorantur.

Octo quæſtiones decimaquintæ Cauſæ.

1 In furia pœnam non des, nam ſat furor viget. 995
2 Pro patrocinijs non quærat munera clerus. 1003
3 Sola voce nequis condemnari mulieris. * 1004
4 Nullas luce Dei cauſas tractare valemus. 1008
5 Infami detur purgatio probra neganti. 1009
6 Extorquenda rei pœnis confeſſio non eſt. 1011
7 Solus non tollit præſul quem præſtat honorem. 1015
8 Ordine non ſumpto tua te probra facta repellant. 1017

Decimaſexta Cauſa.

In ſextadecima præbent monachi ſacramenta.

Septem quæſtiones decimaſextæ Cauſæ. Et in ea quinta quæſtio tertium locum occupat.

1 Dantur in hac monachi paſtores eccleſiarum. 1021
2 Plena poſſeſſas dabit abbas iure capellas. 1056
3 Eccleſias iure terræ non vindicat abbas. 1060
4 Temporis eccleſiæ tollit præſcriptio iura. 1061
5 Hæc quadragena dabit dominus ius religioſis. 1076
6 Vſurpans ſine iudicio rem, decidet a re. 1077
7 Si dedit eccleſiam laicus, non hanc retinebis. 1082

Decimaſeptima Cauſa. *

Septima poſt decimam prohibet diſſoluere vota.

Quattuor quæſtiones Cauſæ decimæſeptimæ.

1 Nulli facta Deo liceat dimittere vota. 1098
2 Gonſaldus tenuit ſua quæ dimiſerat æger. 1100
3 Abbas ad propria monachum nunquam ſinat ire. 1101
4 Dum reddit illicite, quæ contulit illa manebunt. 1102

Decimaoctaua Cauſa.

Fratribus abbatem bis nona dat inſtituendum.

Duæ quæſtiones decimaoctauæ Cauſæ.

1 Si monachus fiat præſul: bona parta bipartit. 1119
2 Inſtituit præſul abbates a grege lectos. * 1120

Decimanona Cauſa.

Dat decimanona præſul clero monachatum.

Tres quæſtiones decimanonæ Cauſæ.

1 Pontifices clerum non impediant monachandum. 1133
2 Præſule nolente clauſtrum bene clericus intrat. 1134
3 Multus canonicos canon prohibet monachari. 1135

Vigeſima Cauſa.

Biſdena pueri traduntur religioni.

Quattuòr

Quattuor quæſtiones vigeſimæ Cauſæ.

1 Quem pater offert, ſi placet exit cum ſit adultus. 1140
2 Extrahit clauſtro puerum pater illico, ſi vult. 1145
3 Cogitur inuitus nemo retinere cucullam. 1147
4 Strictius ad clauſtrum monacho tranſire licebit. 1150

Vicinorum facta præſumitur ſcire. pag. 1205
Victimæ impiorum abominabiles dicuntur. 1788
Victus & veſtitus ſufficit clērico. 198
Victus nomine comprehenditur veſtitus. 143
Vidua. 347
Vidua non benedicitur. 1410
Viduæ poſſunt indiſtincte cõtrahere. pag. 1482
Viduæ ſunt ſumptibus eccleſiæ ſuſtentandæ. 532
Viduæ & pupilli ſunt circa forum priuilegiati. 393
Vigilia Pentecoſtes eſt neceſſario ieiunanda. 347
Vigilantibus iura ſcripta ſunt. 380
Vilitas eſt fugienda. 251
Vim vi repellere licet. 316
Vim faciens non ſemper vi poſſidet pag. 1641
Vindicta inferẽ duplici ex cauſa. 1214
Vindicta ratione multitudinis relaxatur. 1234
Vinum & aqua vtrum tranſeant in ſanguinem tantum. & vide quod ibi notatur. 1778
Vinum tranſubſtantiatur in corpus: hæc propoſitio concedenda nõ eſt, nec illa panis tranſubſtantiatur in ſanguinem. 1783
Violẽtia inferẽ perſonis & rebus. 1205
Vir & vxor erunt duo in carne vna qualiter exponitur. 1419
Vir non ſit vxoris ardens amator. 1510
Vir pro dote nõ tenetur fideiubere 914
Vir vtrum puniebatur talione in veteri lege. 1699
Vir & vxor tenentur duplici ſeruitute. 1450
Vir & mulier non debent iudicari ad imparia. 1522
Vir debitum vxori non ſemper, nec vbique reddere tenetur. 144
Vir quandoque habetur ab vxore, & non habet eam. 1531
Vir nõ poteſt eſſe curator vxoris. 1701
Vir cur miſceatur vxori cauſæ quattuor. 1497
Viro non licet adulterum interficere. pag. 1193
Virgo dici poteſt etiam corrupta. 778
Virgo velata repræſentat eccleſiam. pag. 1398
Virgo beata & ſanctus Ioannes fuerũt in vtero ſanctificati. 115
Virginitas ſoror eſt angelorum. 1493
Virginitas æquiuocatur. 1697
Virginitatis laudes. 1408
Virginitatẽ Deus reſtituere nõ põt 1518
Virgilium putare eſſe Platonem eſt impoſſibile. 1452
Virtus omnia percunctatur. 1329
Virtus non eſt ſine fide & charitate pag. 1447
Virtus quælibet intenditur & remittitur. 1610
Virtutis diffinitio. 1516
Virtutem ingreditur, qui malitiam egreditur. 1229
Virtutes omnes habet, qui vnam habet. 1846
Virtutes omnes ab vno vitio detrimẽtum patiuntur. 423
Viſitator an ius habeat in electione. pag. 293
Viſitatorẽ quis conſtituere poteſt. 295
Viſitatio quoties fieri debet. 825
Viſitans ſit contentus euictionibus à iure taxatis. 838
Vita an ſit pecunia redimenda. 376
Vita actiua non eſt contemplatiuæ præferenda. 666
Vita hominis eſt peregrinatio. 1507
Vita præſens ſine venialibus non ducitur. 1808
Vitæ præſentis tempus breue dicitur eſſe. 424
Vitæ mutatio non eſt facilis. 1635
Vitam hominum corrigi bonum eſt. pag. 384
Vitiis reſiſtere eſt verum poſſe. 1633
Vnctio extrema poteſt iterari. 430
Vnctio extrema an poſſit fieri ſine oleo. 430
Vngere an poſſit quis ſine oleo non cõſecrato. 430
Vnguntur varijs varia membra. 430
Vnguntur infirmi propter duas cauſas. 430
Vnitas perfecta eſt inter nos & Chriſtum. 1819
Vnius dicto quandoque creditur. 392
Vniuerſitas delinquere poteſt. 761
Vniuerſitas an poſſit accuſari. 941
*Vniuerſale concilium vocari interdũ ipſius Africæ. 729
Vniuerſalis ex indefinita colligitur. 541
*Vniuerſalis Papæ nomen qua notione Romano conueniat. 453
Vnus an puniatur pro alio. 545
Vnus vicem plurium ſupplere non poteſt. 401
Vocatis ad munera quot dies dentur ad ſe excuſandum. 628
Vocem aptare ad clarius cantandum non eſt peccatum. 411
Voci vnius quandoque creditur. 449
Voci viuæ magis credẽdum eſt quam mortuæ. 450
Voluntas verbo aut facto declarari poteſt. 1416
Voluntas etiam in bonis nõ operatur pro facto. 1554
Voluntas potius quàm factum attendi debet. 738
Voluntas ſola non punitur. 752
Voluntas manifeſtatur ſignis, & voce, pag. 335
Volũtas ſine effectu nõ punitur. 1558
Voluntas an ſit magis attendenda, q̃ perſeuerantia. 1560
Voluntas bona ſufficit. 388
Voluntas nuda eſt quandoque plectẽda. 546
Voluntas ſola an facit ſimoniacũ. 462
Voluntate delinquendi efficitur quis reus 1563
Voluntates duæ fuerunt in Chriſto. pag. 56
Voluptas eſt ſpernẽda teſtimonio Horatij. 1900
Votum de præſenti plus obligat quàm votum de futuro. 1644
Votum continentiæ tribus modis ſolennizatur. 1391
Votum quodlibet aliquas conditiones continet. 1173
Votum ſolemnizatur tripliciter. 124
Votum quoddam eſt expreſſum: quoddam tacitum. 1415
Votum ſimplex frangens an ſit adultero peior. 1041
Votum an impediat & dirimat matrimonium. 1390
Votũ an pro opere ſit reputãdũ. 1554
Votũ diuerſa ſortitur vocabula. 1393
Votum ſolemne poteſt fieri coram priuata perſona. 1145
Votũ vxoris põt maritus impedire. 893
Votum emittens an ſemper teneatur illud ſeruare. 1103
Votum deſerere vtrum ſit permiſſum. pag. 1098
Votũ ſolemne quod dicemus eſſe. 1390
Voti ſimulatio obligat. 1392
Voto nemo obligatur ante legitimam ætatem. 1140
Vouere nõ omnibus eſt pmiſſũ. 1099

Vouere religionem & vouere continẽtiam differunt. 1391
Vouentes ſimpliciter an poſſint ad inuicem contrahere. 1410
Vouentes contrahendo & contrahere volendo peccant. 1408
Vouens ſimpliciter qui contraxit, an mortua vxore continere teneatur pag. 1409
Vox præconia paucis innoteſcit 1182
* Vrbani. 11. decretum ex codice manuſcripto de loco vbi dandæ ſint decimæ. 1042
Vrbani ii. capitula duo ex vetuſtis Gratiani codicibus relata. 969
Vſucapio quid ſit: & quot in ea exigantur. 1062
Vſucapio non currit contra creditores. 1072
Vſucapio. 6
Vſus quattuor ſpecies. 1493
Vſucapi nequeunt res aliquæ. 1075
Vſusfructus an tollatur per ingreſſum religionis: vel an quæratur monaſterio. 1139
Vſusfructus eccleſię relictus durat cẽtum annis. 1051. & 1076
Vſura quandoque non ſit licet pro quattuor quinque ſoluantur. 986
Vſura centeſima. 828
Vſura aliquando non committitur licet vltra ſortem quid accipiatur pag. 982
Vſurarij & alij multi nõ poſſunt promoueri 154
Vſurario poſt mortem nõ eſt communicandum. 1322
Vſuræ cauſa damni vitandi poſſunt peti. 985
Vſuræ etiam ſecundum leges non ſunt dandæ. 486
Vſurpare quis dicitur. 588
Vt, dupliciter ponitur. 635
Vt, eſt conſecutiuum. 463
Vtile per inutile quandoque vitiatur. pag. 711
Vtile non debet per inutile vitiari. pag. 1863
Vtilitas quando eſt fugienda. 251
Vtilitas. 335
Vtilitatem ſuam an poſſit quis præferre publicæ. 779
Vulnerans occidiſſe dicitur. 1292
* Vuirigeldum. 1106 & 1110
Vxor quæ à viro diſceſſit, in tribus caſibus ſibi non reſtituitur. pagina 1540
Vxor inconſulte dimiſſa eſt reſtituenda. 1421
Vxor adultera perdit dotem. 1544
Vxor & filij de bonis eccleſiæ paſci poſſunt. 244
Vxor clerici eſt de foro eccleſiæ. 151
Vxor à viro ſeparata, ſub qua cautione eſt ei reſtituenda. 1490
Vxor dans viro licentiam promouendi, vouere videtur. 1420
Vxor duplicem ſeruitutẽ viro debet. pag. 1695
Vxor quæ plures viros habuit, cum quo ſepelietur. 964
Vxor ſequitur forum viri. 841
Vxor an teneatur ſequi virum vagantem. 963
Vxor viro leproſo an debitum reddere teneatur. 470
Vxor promoti an matrimonium contrahere poſſit. 152
Vxor poteſt accuſare virum de adulterio. 1523
Vxori virum impotentem alleganti vtrum ſit credendum. 1519
Vxori virum petenti non ſemper ſit reſtitutio. 436
Vxore adulterante, an perdat vir ius exigendi. 1489
Vxorem occidere grauius eſt quam matrem. 1545
Vxorem habens, nauiganti in periculis comparatur. 1101
Vxorem cognoſcens, cum qua votum emiſit, inceſtum committit. 368
Vxores à viris per dominos non ſeparentur. 1458
Vxores plures ſimul habere non licet. pag. 1481
Vxores quare debent eſſe viris ſubditæ. 1700
Vxores ordinandorum quid vouere debeant. 130
Vxores viris ſubſunt. 1402
Vxores clericorum ſi peccent: quid iuris. 1546

X

XEnodochium. 1289

Z

ZEllus domus tuæ comedit me, qualiter exponitur. 1241
Zelum bonum quidam ex Iudæis habuerunt. 956
Zizania eſt à tritico ſeparanda. 505

F I N I S.

EA DE QVIBVS LECTOREM principio viſum eſt admonere, hæc ſunt.

IN Eccleſia Romana omnium eccleſiarum magiſtra ſolitos eſſe aſſeruari conciliorum canones,& Pontificum decreta, ac ceteris eccleſiis communicari plane compertum eſt. Atque in vſu pręcipue videtur fuiſſe collectio illa, quam Nicolaus Papa in c. ſi Romanor. diſ. 19. Codicem canonum nominat: in quo continebantur canones,& regulæ illæ, quæ recenſentur à Leone IIII. c. de libellis. diſ. 20. Huius codicis tria manuſcripta exemplaria Romæ habentur in Vaticana bibliotheca. Extat etiam impreſſus Maguntiæ Ann. Salu. 1525. Repertus eſt autem in vetuſtiſſimo Cardinal. Vercellenſis codice Creſconij ad epiſcopum Liberinum quidam quaſi nomocanon: in quo, cum pluribus cauſarum titulis propoſitis, exponatur deinde, quibus ſynodorũ, ac Decretalium epiſtolarum locis cauſæ illæ tractentur; capita capitibus Maguntini codicis, & numeri numeris optime reſpondent. Quæ quidem à Creſconio adhibita diligentia ſatis indicat frequentiſſimum fuiſſe huius collectionis vſum: & hæc ea eſt, quæ in notationibus, quę nunc eduntur, abſolute Codex canonum vocatur. Ceterum inter priuatos collectores, qui multo plura congerere ſtuduerunt, perantiquus eſt, Iſidorus: cuius collectio protenditur à canonibus Apoſtolorum vſq; ad concilium Hiſpalenſe ſecundum: habeturq; in duobus codicibus Vaticanæ bibliothecæ,& vno monaſterij Dominicani S. Mariæ ſupra Mineruam: extat autem impreſſa in editionibus conciliorum, in antiquioribus quidem purior, in recentioribus autẽ, multis aliis conciliis, ſcriptiſq; admiſta. Iſidorum hunc Igmarus archiepiſcopus Rhemenſis in libro de ſynodis celeberrimum illum Hiſpalenſem fuiſſe affirmat, à quo teſtatur etiam Tritemius librum Decretorum eſſe conſcriptum: ac certe multa verba, quæ in præfatione huius collectionis leguntur, ſunt in libro quinto Ethymologiarum. In codice autem Dominicanæ bibliothecæ initio præfationis ita legitur, *Iſidorus mercator ſeruus Chriſti lectori conſeruo ſuo &c.* nec multo ſecus in Vaticanis: quo loco in impreſſis eſt. *Iſidorus peccator ſeruus Chriſti, &c.* Secutus deinde eſt (vt de iis primum quorum opera typis excuſa ſunt, loquamur) Burchardus Vuormacienſis epiſcopus Othonis III. & Henrici II. Bauari Imperatorum ætate: qui non ordinem temporum,& prouinciarum, vt Iſidorus, ſed rerum, & cauſarum ſibi ſequendum putauit. Iiſdem veſtigiis inſtitit non ita multo poſt Iuo Carnotenſis epiſcopus: ſed exorta interim Berengarii hæreſi multa ad illam confutandam pertinentia addidit, ac multa etiam præterea ex Pandectis.& codice: dum de laicorum quoq; officiis ſibi agendum putat: quod Burchardo minus neceſſarium viſum fuerat. Extant autem duo volumina Iuonis nomine inſcripta, eandemq; habentia præfationem: quorũ vnum, quod Pannormia, alterius, quod abſolute decretũ inſcribitur, quaſi epitome quędã eſt. Verum in hoc eodem campo alii etiam grauiſſimi viri (quorum libri partim in publicis, partim in priuatis bibliothecis manuſcripti habentur) Creſconius, Anſelmus, Deuſdedit Cardinalis, Gregorius presbyter qui volumẽ ſuũ Polycarpum inſcripſit, aliique nonnulli pręclare ſe exercuerunt, ſuamq; operam probauerũt. Nouiſſimus iſtorum omnium præter auctorem Pannormiæ (nam is recentior fortaſſe eſt) Gratianus monachus Benedictinus non tantum decretis colligendis, quod ſuperiores fecerãt, operam dedit: ſed Iuonis fortaſſe præfatione excitatus eo potiſſimum incubuit, vt certis quęſtionibus propoſitis, quid in vtramque partem ex canonibus, qui inter ſe nonnunquam pugnare videbantur, dici poſſet, ipſe & afferret & explicaret; omninoque eorum varietatem, quæ ſpeciem diſſenſionis habebat, ad concordiam reuocaret. Ceterum in longo, ac per difficili opere multa à parum æquis hominibus exagitabantur: nonnulla pij etiam & verecundi interdum deſiderabant. Quamobrem ne huiuſce vtiliſſimi, & grauiſſimi codicis vacillaret auctoritas, placuit primũ PIO IIII. ac ſubinde PIO V. & Gregorio XIII.) apud quem etiam huius perfecti operis, quemadmodum & aliarum maximarum rerum, laus fuit,) vt illi corrigendo ſumma opera daretur, menda librariorum tollerentur, ſi qua etiam in re Gratianus, vt homo minus vidiſſet, modeſte notaretur, ipſaque omnino capita ſuis auctoribus quam diligentiſſime reſtituerentur. Itaque & Romæ Vaticana bibliotheca, & monaſterij Dominicani ſupra Mineruam, aliæque non paucæ exceſſæ ſunt: & ex aliis vrbibus, atque regionibus inuitati doctiſſimi homines, qui idem facerent, & ſi quid inueniſſent, quod ad hanc rem pertineret, pro ſua pietate libenter communicarent, atque ad Pontificem mitterent. Qua diligentia illud factum eſt, vt cum iam magnam partem ſuum vnicuique tributum ſit, ac propterea

De codice canonum.

De collatione Iſidori.

Burchardus.

Iuo

Pannormia.

Decretum.

Creſconius.

Anſelmus.

Deuſdedit Cardinalis.

Gregori. presbyter auctor Policarpi.

Gratianus.

pretea intelligi plerunque poſſit, quæ ſynodorum generalium, quæ ſummorum Pontificum, quæ prouincialium conciliorum, quæ Patrum decreta, ac ſententiæ, atque inter hęc, quæ ſanctæ Romanę ſedi probata ſint quæ minime; vix quiſquam errare, atque incerta pro certis ſequi, certa vero pro incertis ſuſpecta habere poſt hac queat. *De citationib.* Quod ad citationes auctorum pertinet, vbi error euidens erat, aut nonnulla Gratiani exemplaria cum veriore, atque ab aliis collectoribus allata citatione conſentiebant, ſublatis falſis inſcriptionibus veræ ſunt reſtitutæ. Vbi vero, quamuis caput apud alium auctorem eſſet inuentum, fieri tamen poterat, vt illius quoque eſſet, quem Gratianus citaret, (ſunt enim haud raro decreta tralatitia, & ſententiæ ſimiles in bonis auctoribus) retenta Gratiani citatione ſatis viſum eſt locum, vbi hodie habeatur, indicare. Et quoniam interdum aut capitis aliqua quidem pars illius auctoris eſt qui citatur, aliqua vero minime, aut verba valde ſunt mutata; id quoque eſt indicatum, adſcriptumque præterea in margine, quo loco idem caput in gloſſa Bibliorum ordinaria, in libris ſententiarum, & apud cęteros collectores habeatur, eos præſertim, qui in huius operis emendatione magno vſui fuerunt. Animaduerſum vero eſt multa olim fuiſſe (quorum nonnulla hodie etiam habentur) homiliarum ex variis auctoribus collectarum volumina: quibus homiliis nomen auctoris aut non eſſet prepoſitum, aut etiam mutatum: quod decretorum collectoribus, qui fontes adire in illa librorum penuria plerumque non poterant, errandi interdum dederit occaſionem. Sæpe etiam Gratianus multas Patrum ſententias ſimul colligit, atq; in vnum caput concludit (quamuis in vulgatis codicibus plerunque in diuerſa capita ſint diſtractæ, ſed fere ſine rubrica:) idque cum facit, non ipſa prorſus auctorum verba affert: ſed arbitratu ſuo mutat, addit, imminuit, ſummatim complectitur: quod etiam Burchardus, & Iuo faciunt, cum citant hoc modo, *Ex dictis Auguſtini*, *Ex dictis Hieronymi*.

De emẽdatione textus. In emendando textu, primum initia capitum ob vſitatas doctorum citationes non ſunt mutata: ſed vbi ab originali diſcrepabant; in margine, aut in notatione eſt indicata germana lectio. Deinde hæc gloſſæ ipſius habita ratio eſt, vt nihil in textu ſit mutatum; vbi mutatio ipſa impeditura erat, quo minus quid ſibi auctor gloſſę voluiſſet, animaduerti poſſet: ſed eodem modo aut in margine, aut in notatione mendum eſt indicatum. Vbi vero hæc non obſtabant, hęc fere ſeruata corrigendi ratio eſt: vt ſi videretur voluiſſe Gratianus auctorum, quos citaret, ipſa prorſus verba referre, ea ex ipſo originali emendarentur, & interdum etiam non leui propoſita vtilitate, aliqua adderentur: niſi ſicubi vulgata lectio viſa eſt melior: nam tunc illa retenta notatum eſt, quomodo originale ipſum habeat. Sin autem Gratianus non eadem prorſus verba afferre voluerat, ſed aut in ſummam quamdam ipſe redigere, aut ab aliis redacta, vt ab auctore gloſſæ ordinariæ, ab Iuone, & aliis collectoribus referre; tunc nihil fere emendatum, vel additum eſt: niſi forte Patris illius, vnde collector acceperat, reſtituta lectio magnam afferre viſa eſſet vtilitatem, multiſque locis id notatum eſt, & verba ipſius originalis allata: vt lector identidem in memoriam huius adhibitæ cautionis reuocaretur, & labore ad originalia adeundi leuaretur. Quod ſi idem caput ex pluribus vicinis alicuius Patris locis confectum eſt; (nam quæ multum diſtabant, ſatis plerumque fuit in margine indicare) adiectæ ſunt in textu particulæ illæ, *& ſupra*, *& infra*: Scilicet, vbi ſeriem & nexum collectionis impedituræ non erant. Vbi vero Gratianus ipſe loquitur, ex manuſcriptis huius libri exemplaribus pura, germanaque lectio eſt reſtituta.

De verſionibus. In codice canonum capita, quæ ex Græcis ſynodis recitantur, ſunt à Dionyſio Exiguo in linguam latinam conuerſa, cuius præfatio manuſcriptis ipſius codicis exemplaribus prepoſita legitur. Iſidorus autem partim hac ipſa Dionyſii verſione, quamquam raro, partim fortaſſe priſca illa, cuius mentionem in præfatione ſua Dionyſius facit, vſus eſt aut integris aut aliquantulum immutatis, partim etiam aliis, quę tunc, vt ipſemet Iſidorus teſtatur, extabant hodie, præterquam apud iſtos decretorum collectores non extant. Quo circa mirandum magnopere non eſt; ſi ceteri collectores, & omnium fere poſtremus Gratianus, qui & codicem illum canonum, & Iſidori collectionem, & alias etiam habebant, eumdem canonem non ſemper ex eadem verſione recitent. Qua de re ſæpe in notationibus lector eſt admonitus, & vbi neceſſarium viſum eſt, græca canonicis verba cum verſione noua ſunt allata: idemque in ceteris patrum græcorum ſententijs factum eſt. *De paleis.* De nomine Paleę ſunt variæ doctorum hominum ſententiæ. Multi ea capita, in quibus res inanes ac leues continerentur, hoc nomine appellari cenſuerunt: alij quaſi τὰ παλαιά, ideſt antiqua: alij quaſi additiones quaſdam deriuata, aut potius deprauata voce ab aduerbio πάλιν, id eſt, rurſum, quo ſcriptores etiam Latini tempore Gratiani vterentur. Verum Ioannes Andreæ in addition. ad Specul. titu. de diſputation. & allegation. prope finem (quem Imola in rubr. de verborum obligation. Alexandrinus in proęmio Decretal. Iaſon in rubri. tit. de action. & alij ſunt ſecuti) putat quemdam Protopaleam, quem Iaſon addit Cardinalem fuiſſe, collectioni Gratiani capita hæc adiunxiſſe,

xiſſe. Atque vt in re tam incerta aliquid elici coniectura poſſit, exponetur, quid in collatis exemplaribus obſeruatum fuerit. In tribus, quæ ſunt antiquiſſima, & videntur ſcripta paulo poſt Gratiani ætatem, pauciſſima ex huiuſmodi capitibus habentur. In vno valde emendato ſunt appoſita in margine ſine vlla nota, ſed non omnia quæ in impreſſis: quamuis viciſſim in illo additiones aliquæ ſint, quæ in his non habentur.

In alio litteris perantiquis deſcripto, Paleæ ipſæ recentiori ſcriptura toti volumini præponuntur. In ceteris habentur aut omnes, aut pleræque, & partim quidem cum paleæ nomine, partim vero ſine vllo à ceteris capitibus diſcrimine. Ex qua obſeruatione illud videtur poſſe colligi, has paleas eſſe additiones non eodem tempore factas ad primam collectionem Gratiani, in margine primum adſcriptas, ac nonnullas fortaſſe ab ipſomet Gratiano, vt fit, inter componendum, aut relegendum: quas deinde librariorum quidam omiſerint, quidam in contextu poſuerint, interdum coniunctè cum prioribus capitibus, interdum cum aliquo diſcrimine. Falſam vero eſſe illorum opinionem, qui eas contemnendas putant, ex eo conſtat, quòd multæ & in Decretalibus, & apud vetuſtiores Gratiano collectores habentur: quod ſuis locis indicabitur.

De titulo. In plerique vetuſtis huius collectionis exemplaribus hæc tamquam inſcriptio rubris literis poſita eſt, *Concordia diſcordantium canonum*, addita in quibuſdam dictione, *Incipit*, ſine vlla Gratiani mentione. Verum in Vaticano illo vetuſtiſſimo, cui voluminis ipſius initio recentiori ſcriptura paleas eſſe præpoſitas dictum eſt, ante ipſas paleas eſt hic titulus, *Decretum Gratiani monachi S. Felicis Bononienſis, ordinis S. Benedicti, compilatum in dicto monaſterio Anno Domini Milleſimo centeſimo quinquageſimoprimo, tempore Eugenij Papæ tertij*. In aliis vero duobus codicibus, in extremo eſt. *Explicit Decretum compilatum à Gratiano monacho monaſterij S. Felicis de Bononia.* In chronico, quod inſcribitur. *Pomarium Eccleſiæ Rhauennatis*, qui liber in Bibliotheca Vaticana ſeruatur, hæc de Gratiano leguntur: *Anno Chriſti milleſimo centeſimo quinquageſimo primo. Gratianus monachus de Claſſa* † *ciuitate Thuſciæ natus decretum compoſuit apud Bononiam in monaſterio S. Felicis.* Idem teſtatur Hugutio vetuſtiſſimus huius codicis interpres ſecunda, quæſtione ſexta, capi. poſt appellationem. & Vincentius in libro Hiſtoriarum bis, ſemel libro vigeſimotertio, cap. trigeſimoprimo, loquens de Iſidoro, & iterum lib. vigeſimoquinto ca. octuageſimoquarto, agens de Iuone, & aliis decretorum collectoribus: & S. Antoninus parte iij. hiſtor. tit. 18. cap. 6. Trittemius vero in lib. de ſcriptoribus Eccleſiaſticis Gratianum agnoſcit huius collectionis auctorem: itemq; in lib. 2. de viris illuſtribus ordinis S. Benedicti: quo tamen loco addit (ipſam fortaſſe operis inceptionem ſpectans) fuiſſe ab eo compoſitum Anno Domini Milleſimo centeſimo vigeſimoſeptimo. Hanc collectionem Innocentius III. in epiſtola ad Archiepiſcopum Compoſtellanum vocat corpus Decretum. Ob has igitur auctoritates, & receptam apud omnes opinionem in prima huius voluminis pagina præpoſitus eſt titulus nomine Gratiani.

† *Alij, Cluſio, alij Ginſa.*

De notationibus in gloſſas. Quod ad gloſſas pertinet, quæ pios & catholicos auctores habuerunt, quæ in illis errata paulo maioris ponderis pro humani ingenij infirmitate obrepſerunt, ea in margine ſunt notata, & quid catholicè ſentiendum ſit, oſtenſum eſt. Hæ autem notæ, quibus aſteriſcus affixus eſt neceſſario poſt hac in omnibus impreſſionibus apponendæ erunt.

INDEX

INDEX LIBRORVM QVI VARIIS EX LOCIS SVNT HABITI.

A

AMbroſij ſermones aliquot, qui adhuc non extãt impreſſi, ex bibliothecis Vaticana,& monaſterij Mediol. S. Amb.

Anſelmi collectio canonum ex Vaticana, & Hieronymi Pariſetti.

Alexãdri ij. epiſtolæ aliquot, partim miſſę ab Antonio Auguſtino archiepõ Tarraconẽſi, partim ex bibliothecis, Vaticana, Nicolai Ormanetti epiſcopi Patauini Michaelis Thomaſij Epiſcopi Ilerdenſis.

Anaſtaſii bibliothecarii chronicon, & verſio ſeptimæ ſynodi, & octauæ ſub Hadriano ex Vaticana, & Cardinalis Sirleti.

B

Bonifacij Papæ concilium ex Hiſpania ex vetuſto codice monaſterii Populeti.

Bonifacii martyris epiſtola ex bibliotheca monaſterii B. Mariæ ſuper Mineruam.

C

Creſconij Nomocanon ex bibliotheca Cardinalis Vercellenſis.

Capitula aliquot Pontificum ex eodem codice monaſterii Populeti.

Capitulariũ liber ſeptimus & capitularia adiecta, miſſa à Iacobo Amioto epiſcopo Antiſſiodorenſi ex bibliotheca eccleſiæ Belluacenſis.

Collectio decretorum Romanorum Pontificum ab Auguſtino archiepiſcopo Tarraconenſi.

Codex canonum, qui apud veteres Pontifices in vſu fuit, ex Vaticana, Dominicana, & Cardinalis Sirleti.

Collectio canonum incerti auctoris ex Vaticana.

Collectio canonum ex bibliotheca eccleſiæ Mutinenſis.

Collectio canonum pænitentialium incerti auctoris ex bibliotheca Michaelis Thomaſii epĩ Ilerdenſis.

Conciliorũ Hiſpalenſium, & Carthaginenſium varietates lectionis ex bibliothecis Regis Catholici, Lucẽſi & Sorienſi à Cardinali Quiroga.

Centii Camerarii liber de formis iuramentorum ex bibliotheca Achillis Stathii.

Concilii alicuius fragmẽta quædam poſt Anſelmi collectionem in codice Hieronymi Pariſetti.

Cypriani operum exemplaria ex Vaticana, & monaſterio S. Saluatoris Bononienſi.

D

Decreti huius vndeuiginti exemplaria manuſcripta, partim ſine gloſſis, partim cum gloſſis, duodecim quidẽ ex Vaticana, reliqua vero ex bibliotheca Macelli Papæ ij. Cardinalium Vercellenſis, & Sirleti, Michaelis Thomaſii epiſcopi Ilerdenſis, Achillis Stathii.

Decretorũ excerpta ex bibliotheca S. Trudonis ab Alberto Leonino nomine vniuerſitatis Louanienſis.

Deuſdedit Cardinalis collectio canonum, & libri quatuor de rebus eccleſiaſticis ex Vaticana.

E

Eugenii ij. concilium ex Vaticana, & tertii ex Vaticana, & ex Gallia.

Emeritẽſe cõciliũ à Cardi. Quiroga.

Epheſini concilij primi antiqua verſio ex Vaticana.

F

Fulberti epiſcopi epiſtola deſcripta ex vetuſto codice eccleſiæ Belluacenſis à Iacobo Amioto epiſcopo Antiſſiodorenſi.

G

Gregorii III. epiſtola ex bibliotheca monaſterii ſupra Mineruam.

Gelaſii ſcripta quædã, & aliorũ Pontificum epiſtolæ ex Vaticana.

Gelaſij epiſtola ab Antonio Auguſtino archiepiſcopo Tarraconenſi.

Gregorii I. epiſtolæ manuſcriptæ ex Vaticana, & epiſcopi Ilerdenſis.

Gregorii vii. regeſtum ex Vaticana, & multis priuatis.

Gregorii iiii. epiſtola ad vniuerſos epiſcopos per Galliã &c. ex bibliotheca monaſterii ſupra Mineruam.

Gregorii x. epiſt. ad Regẽ Armeniorum ex bibliotheca Cardin. Sirleti.

Græcorum Patrum commentarii in ſacram ſcripturam, aliaq; eorumdẽ ſcripta, & concilia ex Vaticana.

H

Humberti legati Leonis ix. ad libellũ Nicetæ cõtra Latinos reſponſio ex monaſterio S. Mariæ nouæ.

I

Iſidori Hiſpalenſis operum codex ex Monaſterio Neapolitano ſancti Auguſtini in Carbonaria.

Iſidori collectio canonũ ex Vaticana, & Dominicana ſupra Mineruã.

Ioannis 8. epiſtolæ ex Vaticana.

Iſidori collectionis canonum præfatio alia à vulgata, miſſa ab archiepiſcopo Tarraconẽſi, & Aluaro Gomez ex bibliotheca Eccleſ. Toleta.

Iſidori epiſtola ad Lanfredum ex bibliotheca ſupra Mineruam.

Innocentii ii. conſilium ex Vaticana.

Iſidori Hiſpalenſis regula monachorum ex Hiſpania.

L

Leonis iiii. epiſtolæ duæ: vna ex bibliotheca M. Antonii Mureti, altera ex bibliotheca Franciſci Turriani.

Leonis ii. epiſ. à Cardin. Quiroga ex vetuſto codice regiæ bibliothecæ.

Leonis iiii. concilium ex Vaticana

Nicolai primi plures epiſtolæ ex bibliotheca ſupra Mineruam.

Nicolai concilium aduerſus Ioannẽ Rauennæ archiepiſcopũ ex bibliotheca eccleſiæ Mutinenſis.

Nicolaus ad conſulta Bulgarorũ ex Vaticana.

P

Pontificalia manuſcripta ex Vaticana, & Cardinalis Sirleti.

Polycarpus, ideſt collectio canonum Gregorii presbyteri ex Vaticana.

Petri Damiani oratio de priuilegio Sedis Apoſtolicæ & diſceptatio inter regium aduocatum, & Romanę Eccleſiæ defenſorem ex bibliotheca Cardin. Sirleti.

Paſchalis primi epiſtola, & decreta ex bibliotheca Ormanetti epiſcopi Patauini, & fragmentum concilii apud Guardaſtallum ex Vaticana.

R

Rhemenſe concilium in pago Troſleiano habitum miſſum, ab epiſcopo Antiſſiodorenſi.

S

Scriptum de moribus, vita, & morte Agapiti ex Vaticana.

Stephani v. epiſtola in collectione canonũ incerti auctoris ex Vaticana.

Sanctorum vitæ ex bibliotheca, S. Mariæ maioris.

Stephani iiii. conciliũ in collectione Deuſdedit Cardinalis ex Vaticana.

Synodus octaua ex bibliotheca Cardinalis Sirleti, & Vaticana.

T

Ticinenſe cõcilium à Iacobo Amioto Epiſcopo Antiſſiodorenſi.

Theodulphi capitula ex bibliotheca M. Antonii Mureti.

Theophanis chronicõ ex Vaticana.

Toletanæ eccleſiæ priuilegiorum liber ex Hiſpania.

Toletana concilia xiiii. xv. xvi. xvii. à Cardinali Quiroga, & xvi. etiam à Petro Põtio epiſcopo Placẽtino.

V

Vrbani ii. concilium Placentinũ, & fragmentũ alterius cõcilii, & epiſtola L. præpoſito S. Iuentii ex Vaticana ſynodus apud Melphiã ex Vaticana, & à Iacobo Pãmelio canonico Brugenſi, & concilii Claremõtenſis, apud Aluerniã ſummæ capitũ à Frãciſco Riccardotto epõ Arrebatenſi ex Vetuſto codice Lãberti epiſcopi Atrebatenſis, eiuſdemq; cõcilii fragmẽtũ à Iacobo Pammelio.

Z

Zozimi, & epiſcoporum Africanorũ ad ipſum epiſtolæ ex Vaticana.

Zachariæ decreta ex bibliotheca Ormanetti epĩ Patauini, Synodus Romana ex Vaticana; Francica ex Dominicana ſupra Mineruam.

Hæc ſunt, quorum nunc memoria ſuppetit. Ceterum & alia aliunde habita: & omnium fere librorũ, quorum in hoc opere mentio fit, editiones cum manuſcriptis codicibus Vaticanæ, & aliarum bibliothecarum diligenter collatæ ſunt.

Quoniam

GREGORIUS PAPA XIII.

Vniuerſis Chriſti fidelibus ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

EMendationem Decretorum, locorumque à Gratiano collectorum, (erat enim is liber mendis, & teſtimoniorum deprauationibus pleniſſimus) a nonnullis Romanis Pontificibus prædeceſſoribus noſtris optimo conſilio ſuſceptam, ſelectiſq. ad id negotium ſanctæ Romanæ eccleſiæ Cardinalibus, et alijs erudititiſſimis viris adhibitis commiſſam, multis autem, varijsq. impedimentis hactenus retardatam, nunc tandem vetuſtiſſimis codicibus vndique conquiſitis, auctoribuſq. ipſis, quorum teſtimonijs vſus erat Gratianus, perlectis, quæque perperam poſita erant ſuis locis reſtitutis, magna cum diligentia abſolutam, atque perfectam, edi mandauimus. In quo magna ratio habita eſt operis ipſius dignitatis, & publicæ eorum præſertim, qui in hoc ſtudio verſantur, vtilitatis. Iubemus igitur, vt quę emẽdata, & repoſita ſunt, omnia quam diligentiſſime retineantur, ita vt nihil addatur, mutetur, aut imminuatur.

De hoc titulo dictum eſt in præfatione.

CONCORDIA DISCORDANTIVM CANONVM,

Ac primum[a] de iure diuinæ & humanæ conſtitutionis.

DISTINCTIO PRIMA.

1 Ps. *HVmanum genus[a] duobus[b] regitur, naturali[c] videlicet iure, & moribus[d]. Ius naturale eſt, quod in lege & Euangelio continetur: quo quiſque iubetur alij facere, qđ ſibi vult[e] fieri: et prohibetur[f]*

Gloſſas Ioãnis ſuppleuit in multis Bartho. Brix.

QVONIAM nouis ſuperuenientibus cauſis, nouis eſt remedijs ſuccurrendum: idcirco ego Bartholomæus Brixienſis confidens de magnificentia Creatoris, apparatum Decretorum duxi in melius reformandum, non detrahendo alicui, nec attribuẽdo mihi gloſſas, quas nõ feci: ſed ſupplẽdo defectum ſolummõ, vbi correctio neceſſaria videbatur, vel pp ſubtractionem decretalium. & diminutionem earumdem, vel propter iura, quæ ſuperuenerunt de nouo. Interdum etiam ſolutiones interpoſui, quæ prætermiſſæ fuerant a Ioanne. Hoc feci ad honorem omnipotentis Dei, & Eccleſiæ Romanæ, & ad communem vtilitatem omnium ſtudentium in iure canonico. Bar.

HVmanũ genus.] Hæc diſtinctio diuiditur in duas partes. In prima probat per quattuor canones, ꝙ humanum genus regitur duobus, ſcilicet iuribus, & conſuetudinibus. In ſecunda parte, q̃ incipit ibi. [Eſt & alia,] ponit ſeptem drĩas iurium. Ioan. de Fan. & Pet.

CASVS iſte ſic ponitur. Dr̃ hic ꝙ duo ſunt inſtrumẽta, ꝑ q̃ genus humanũ regit̃ & gubernat̃, .ſ. ius naturale, & conſuetudo ſiue mos. Ius naturale eſt qđ in lege & in Euãgelio continet̃: quo iure quiſq; iubet̃ alij facere, qđ ſibi vult fieri: & hoc ꝓhibet̃ alij iferre, qđ ſibi nolit fieri: & hoc ꝓbat̃ auctoritate Chr̃i dicẽtis, Oĩa q̃cumque, &c.

a ¶ Humanum genus.] Tractaturus dñs Gratianus de iure canonico, primo incipit à ſimpliciorib. ſcđm naturã, ſ. a iure naturali, qđ antiquus & dignius eſt 1: Cępit. n. ab ipſa rõnali creatura, ut Inſt. de re. diui. §. cõmodius. Aſſignat ergo multas drĩas iuris naturalis ad alia iura, vſq. ad 15. diſ. in qua aggreditur principale ꝓpoſitũ đ iure canõico, originẽ eius aſſignãs.

b ¶ Duob.] Signat̃ cõtrariũ ĩ 96. diſt. duo. ſed illis duob. regit̃ tãq̃ auctorib. iſtis tamquã inſtrumentis. 11. q. 1. c ſicut enim. §. ex his.

c ¶ Naturali.] id eſt, diuino 2.

d ¶ Morib.] .i. conſuetudinatio iure, vel etiam iure humano, ſiue ſcripto, ſiue nõ ſcripto. 25. q. 2 inſtitutionis.

e ¶ Vult.] Sed nonne ego volo ꝙ alter det mihi rẽ ſuã, non tñ ego volo ei dare rẽ meã? Expone ergo, vult, id eſt dẽt velle. & ſic exponitur ibi, Habe charitatem, & fac quod vis: & ſic exponitur lex. ff. de ſolu. l. j. vel expone, iubet̃, id eſt conſulitur 3. ſic econuerſo verbũ rogãdi ꝓ verbo p̃cipiendi ponit. 11. q. 3. rogo.

f ¶ Prohibetur.] Nũquã inuenimus expreſſe ꝓhibitũ in lege, uel in Euãgelio, niſi per quandã conſequẽtiã. Nã vbi vnũ cõtrariorũ p̃cipitur, ꝑ cõſequẽs aliud ꝓhibetur: ſic vbi aliquid iudicatur meũ eſſe, per cõſequẽs iudicatur tuum non eſſe. ff. de procu Pomponius §. 2.

Ius naturale reliquis antiquius eſt.

1 Vt 5. diſt. c. 1 in prin.

2 Idẽ Alex. de Imo. in l. militis. C. de teſt. milita.

Volo, id eſt velle debeo.

3 Conſulitur, & male: quia omnino p̃cęptũ eſt: ſed expone, vult ex eodẽ naturali dictamine, nõ autẽ ex perturbatione cõcupiſcentiæ.

alij inferre[a]*, quod ſibi nolit fieri. Vnde Chriſtus in Euãgelio:*[b] *[Omnia quæcunque vultis*[c] *vt faciant vobis homines, & vos eadem facite illis. Hæc eſt enim*[d] *lex & prophetæ.]* Matth. 7.

Hinc[e] *Iſidorus in quinto lib. etymologiarum, c. 2. ait.*

NOT. *a* ¶Ac primum.] *Hoc loco in manuſcriptis codicibus magna eſt varietas. Nam partim nulla eſt hoc loco inſcriptio: partim uero legitur,* De iure ſcripto, & non ſcripto, & quod cui præponatur, & legum auctoribus, & duorum malorũ electione, ſiue diſpenſatione *Aut,* Ac primum de iure conſtitutionis naturæ diuinæ, & humanæ. *Aut,* De iure naturæ, & humanæ conſtitutionis, *quam Dominicus de Geminiano agnoſcit, & extat in nonnullis antiquioribus editionibus Aut,* De iure naturæ, & conſtitutionis: *quæ inſcriptio maxime uidetur conuenire tractationi Gratiani, qui ſæpe ad hæc capita reuertitur, ut initio diſt. 5. 7. 8. 15. & 11. q. 1. c. ſi qua cauſa hunc totum locum indicans ſcribit:* Require in principio, ubi differentia ſignatur inter ius naturale, & ius conſtitutionis *Verumtamẽ in hac tanta uarietate, quæ ut alia coniectura m ttantur, argumento eſſe poteſt, nullam hic a Gratiano ipſo poſitam eſſe rubricam, ſatis uiſum eſt retenta vulgata lectione ceteras indicare.*

¶Diuinæ leges natura, humanæ moribus conſtant. C. I.

OMnes leges[f] aut diuinæ ſunt, aut humanæ. Diuinæ natura, humanæ moribus conſtant, ideoque hæ diſcrepant[g]; quoniam aliæ alijs[h] gentibus placent. ¶Fas lex diuina eſt, ius lex humana. ¶Tranſire per † agrum alienum[i] fas eſt[k], ius non eſt.

† per alienũ] I Iſid. manuſc.

Ex verbis huius auctoritatis euidenter datur intelligi, in quo differat inter ſe lex diuina & humana: cum omne quod fas eſt, nomine diuinæ uel naturalis legis accipiatur: nomine vero legis humanæ, mores iure conſcripti, & traditi intelligãtur. Eſt autem ius generale nomen, multas ſub ſe continens ſpecies. Vnde in eo lib. Etymol. c. 3 Iſidorus ait.

¶Ius genus, lex autem ſpecies eſt. C. II.

IVs generale[l] nomen eſt; lex auté iuris eſt ſpecies. Ius au-

---

Iudex non cõdemnat, ſed lex.

a ¶Inferre.] Sed nonne iudex uult inferre mortẽ reo, ſed tñ nõ uult ut ſibi mors inferatur? Sed dic, ꝙ iudex non infligit mortem, ſed lex, ut 23 q. 5. homicidas. & c. cum homo. Vel intelligas hæc omnia de operibus miſericordiæ, ad q̃ quilibet tenetur. ut 86. diſt. nõ ſatis. Io.

b ¶In Euangelio.] Matthæi 7.

c ¶Vultis.] ideſt, debetis uelle.

d ¶Hæc eſt. n.] id eſt, in his cõſiſtit. ſic ponitur ibi, Deum time, & mãdata eius obſerua: hoc eſt omnis homo, Eccleſiaſt ci 12. de pæ. diſt. 2. charitas.

e ¶Hinc] ad probandam diuiſionem ſupradictam.

OMnes leges.] CASVS. Capitulum iſtud diuiditur in tres partes. In prima parte dr̃, ꝙ legum aliæ ſunt diuinæ, aliæ humanæ: diuinæ natura, humanæ autem moribus conſtant: & quia mores hominum ſunt diuerſi, ꝑꝑ quos humanæ leges ſtatuuntur, ideo humanæ leges diſcrepant: qm̃ aliæ alijs placent, & aliæ alijs. In ſecunda parte dr̃ ꝙ hoc nomine, fas, lex diuina: hoc nomine, ius, lex humana continetur. In tertia parte dr̃, ꝙ trãſire per agrum alienum fas eſt, id eſt iure diuino permittit̃, ius autem non eſt, id eſt, nõ permittit̃ iure humano. Scd̃a pars incipit ibi, [Fas.] Tertia ibi. [Trãſire.]

Plurale in ſingulare ſoluitur.

f ¶Omnes leges.] id eſt, omnis lex & ponitur plurale pro ſingulari ſi enim demõſtrares duas leges, unam diuinam, & aliam humanam, non poteſt uere dici ſi iſtæ leges aut ſunt diuinæ, aut humanæ. Et ualet talis interpretatio in reſcriptis quandoque, cum ita ſcribitur: ſi iſta uera ſunt, id eſt, ſi hoc uerum eſt, & ſi illud uerum eſt: ſic extra de appel. ſignificauit. in fin. & extra de præben. cum iam dudum & extra de reſcrip. ex parte. ſic. ĩ. 2. q. 1. in primis 1. & ff. de condi. & demon. falſa. & ff. de ſtatu homi. ſumma.

a Ibi, ſi alij accuſatores &c.

g ¶Diſcrepant.] Non tamen ſunt contrariæ. nam tranſire per agrum alienum diuina lex permittit, humana prohibet: ſed prohibitio & permiſſio non ſunt contraria. nam Dominus permittit vxorem infidelem dimitti, Apoſtolus prohibet, vt 28. q. 1. iam nunc.

h ¶Alijs.] vt ĩ. 12. diſt. illa. & ĩ. 32. diſt placuit.

Omnia ſũt cõia iure naturali.

i ¶Alienum.] Sed nonne iure naturali omnia ſunt cõmunia, vt ĩ. cap. ius naturale. & ĩ. diſt. 8. quo iure, non ergo aliquis ager alienus eſt, ideo expone, alienum, ideſt; qui eſt alienus modo

a Vel dic, adeſt licitũ

k ¶Fas eſt.] ideſt, æquum eſt a cum ſubeſt cauſa, & innoxius eſt tranſitus, vt 23. q. 2. c. vlt. Item iure diuino licitum eſt comedere vuas in agro alterius, ſed non exportare. conterere ſpicas & comedere licitũ eſt 6. q. 3. c. 2. ſed non mittere falcem, vt ĩ. de conſe. diſt. 5. diſcipulos ſed licet ſit æquum iure diuino, tñ non eſt ius, id eſt, ius non dat ciuilem actionẽ. Vbi enim aliquid mihi prodeſt, & tibi non nocet: æquum eſt ut mihi non prohibeas, licet ius ibi deficiat, vt ff. de aqua plu. arcen. in ſumma. §. item Varus. Tranſire tñ per agrum alienum licet in caſibus, ſcilicet, ſi ſeruitutẽ debeat, vt C. de ſerui. per agrum. Item ſi theſaurum ſuum quis vult effodere. ff. ad exhib. theſaurus in fi. Item ſi glans mea decidit in agrum tuum. ff. de glan. legen. l. unica. & dum quæro hominem fugitiuum ff. de ſer. fugi. diuus. & in alio caſu 23. q. 2. c. vlt. Item dum uia publica deſtructa eſt, ut ff. quemadmo. ſer. amit. ſi locus. §. vlt. Io.

eſt, ſ. domino non ꝓhibẽte. Prohibitio. n. domini tol lit hanc ꝑmiſſionem. Et dicas licitũ eſſe ei in ſua natura, & à iure naturali permiſſam, & à l. Moſaica. nam ius poſitiuũ ex conſtitutione licitum eſt, nõ ſemper æquum eſt. ſcdm Lau.

EX VERBIS. CASVS. Concludit Gratianus ex ſupra dicto cap. differentiam eſſe inter legem diuinam & legem humanam: cum omne quod fas eſt, nomine diuinæ uel naturalis legis intelligatur: nomine uero legis humanæ mores conſcripti & traditi intelligantur. In fine dicit, quòd ius eſt generale nomen multas continens ſpecies. & hoc probat per ſequentia.

IVs generale.] Caſus trium capitulorum ſequentium planus eſt: & per te uidebis.

l ¶Ius generale.] quia iuſtum eſt: nec iudex dr̃ niſi iuſtus ſit,

ſtus ſit,vt 23.q.2.c.1.Quandoque eſt aliquod ius quod non eſt æquum nec iuſtum,vt ſi alicuius vxor adulteratur,ꝙ ille non poſſit promoueri.vt 34.diſt.ſi cuius. quod intelligo ſi ille poſtea cognouerit eam 1:quia ſine culpa ſua puniri non debet,vt 16.q.7.inuentum.Itē æquū &

1 Siue ſciēter, ſiue ignorāter.

ꝙ non refert vtrum conſuetudo ſit ſcripta, an ſola ratione,ideſt ſine ſcriptura conſiſtat:quoniam & legem ratio commēdat.In tertia parte, quę incipit ibi.[Porro.] dicitur ꝙ lex eſt ratio:quia rationem habet:& conſuetudo erit lex, ideſt, ſeruabitur pro lege,quæ rationem habet,dummodo religioni congruat, diſciplinæ cōueniat,ſaluti proficiat.& dicitur cōſuetudo, quia in vſu communi eſt.

tem eſt dictum:quia iuſtum eſt. Omne autem ius legibus, & moribus conſtat.

¶Quid ſit lex. C. III.

Iſid.eod.l. c.3.

LEx eſt[a] conſtitutio ſcripta.

¶Quid ſit mos. C. IIII.

Iſid.ibidem. Iuo p.4.c.200. † tātumdem] in ori.manuſc. & aliquot Gratiani.

MOs eſt longa[b] conſuetudo de moribus [c] tantummodo † tracta.

¶*Apud Iſidorum hæc antecedunt.* Mos eſt vetuſtate probata conſuetudo ſiue lex non ſcripta. Nam lex à legendo vocata eſt, quia ſcripta eſt. Mos autem longa conſuetudo eſt,&c.

¶Quid ſit conſuetudo. C. V.

Iſid. ibidem. Iuo ibidem. Pann.l 2.c.161 Tertullianus in lib. de corona militis.

COnſuetudo autem eſt ius quoddam moribus inſtitutum[d]; quod pro lege ſuſcipitur,cum deficit lex[e].¶Nec differt,an ſcriptura, an ratione conſiſtat, quando & legem

d ¶Inſtitutum.]Videtur hic manifeſte, ꝙ plures vices non ſufficiunt ad hoc ut aliquid dicatur conſuetudo: niſi inſtitutū ſit, ꝙ illud ꝓ conſuetudine amodo ſeruetur.nam poteſt eſſe ꝙ ex gratia vel tolerātia hoc ſæpius pmiſſum ſit, vt extra de ver. ſig. abbate & 10.q.3.quia cognouimus.vnde licet aliqd ſępius factū ſit: niſi

Conſuetudo anegeat inſtitutione.

& iuſtum eſt,vt nemo cum alterius iactura locupletetur,vt extra de pœnis,ſuam & ff.de cond.ind.nam hoc. & tamen contra illam æquitatem inducta eſt vſucapio ſiue præſcriptio. Item iniquum eſt vt vnus puniatur pro alio:quia non debet vltra progredi pœna quam reperiatur delictum,vt extra de his quæ fiunt à ma. par. cap.quæſiuit. tamen cōtra hanc æquitatem multa iura loquuntur,vt 1.q.4.eccleſia.§.item ex peccato Achor. & 6.q.1.ſunt plurimi.§.verū.& extra de ſpon.nō eſt vobis.Sed dic ꝙ in oibus caſibus ex cauſa & ꝓ bono pacis vel publico inducitur quandoque rigor cōtra naturalem æquitatē: quandoque tn̄ ſine ratione inducitur rigor cōtra æquitatē:& hoc ſolū pro ratione ſufficit, ꝙ ita ſcriptū eſt,vt ff.qui & a quib.manu.libe.non fi l.proſpexit.

Rigor quandoque præfertur æquitati.

a LEx eſt,&c.]iuſtum præcipiens,& contrarium prohibens.23.q.4. ſi eccleſia. in fi. & dicitur lex eo quod legitime ligat,2.diſt.omnis.Archi.

b MOs eſt longa.]Quam conſuetudinem dicis eſſe longam, vel quot vices dicis inducere cōſuetudinē? nunquid illud quod bis factum eſt, vt 25.q.2. ita nos.Vel illam,quæ ter facta eſt,vt extra de elect.venerabilem.in fin. Vel illam,quæ ſæpius quam ter eſt facta,vt extra de cauſa poſ & proprie. cum eccleſia Sutrina.Vel illam, quæ decies facta eſt:ſicut longa præſcriptio dicitur,quæ eſt x.annorum,vt C.de præſcrip. lon. temp.per totum.Vel illam cuius nō extat memoria, vt 3.q.6.hæc quippe ff.de aqua quoti.hoc iure.§ ductus aquæ? Dici cōſueuit ꝙ in criminalibus duæ vices inducunt conſuetudinem:ſed in alijs tres non ſufficiunt.C. de epi.aud.l.4.in fi.Io. Hoc teneas pro certo,ꝙ ſecundum ius canonicum non valet conſuetudo, niſi præſcripta ſit & rationabilis,vt extra de conſue.cap.vlt. Videtur tamen hic ꝙ quaternarius actus inducat conſuetudinem.C.de ſer.l.vlt.Bar.Brix.

Conſuetudo quot vicibus inducitur.

c ¶De moribus.] Hæc deſcriptio dupliciter vr̄ inconueniens,& quia idem ponitur in deſcriptione quod in deſcripto:& quia idē ponitur pro ſpecie & genere. Sed dic,ꝙ aliter ſumitur hic hoc nomen,mos; & aliter hoc nomen,moribus;& aliter hoc nomen,conſuetudo. Nā mos ſumitur pro iure non ſcripto, conſuetudo ſumitur generaliter pro iure ſcripto & non ſcripto,vt ỹ.cap. proxi.ſed hoc nomen moribus,ſumitur hic pro,frequētibus actibus hominum.Ioan.

Mos & mores differūt

COnſuetudo.] CASVS. Capitulum iſtud diuiditur in tres partes. In prima parte ponit diffinitio conſuetudinis,q̄ talis eſt [Cōſuetudo eſt ius quoddā,&c.] In ſecunda parte,quæ incipit ibi,[Nec differt.] dicitur

eo animo factum ſit,vt in poſterum fieret: etiam ſi ſuo iure id faceret,talis vſus non dicitur vſus,vt ff.de itine.actuq; priua l.1.§.Iulianus recte ait.& l.vlt.Itē alia ratione patet, ꝙ ſolæ vices non inducunt conſuetudinē: quia licet pluribus vicibus aliquid iudicatum ſit, non ideo in poſterum ita iudicandum eſt: quia non exemplis,ſed legibus eſt iudicādum,vt C.de ſen.& inter. nemo,ſed ſecundum cōſuetudinem bene iudicatur 2, vt extra de eo qui mit.in poſ.cum veniſſent. 12. diſt.illa. & 32.diſt.placuit.Item multa alia requirunt ad hoc, vt aliquid dicat̄ conſuetudo,vt dicemus ỹ.diſt.8.fruſtra.

2 Arg.extra de teſtibus Raynucius §.dictus. ver p̄cedit. de hoc no. 12. diſt illud. in glo. arg. contra ibi videas.

e ¶Cum deficit lex.] Hic videtur ꝙ tunc demum recurrendum eſt ad cōſuetudinem,cum lex deficit.Et ſic eſt arg.ꝙ nūquam ſcd̄m cōſuetudinē eſt iudicandū, ſi ius cōtrarium præcipiat,& arg.ỹ.11.diſt.cōſuetudinis. & cap.conſequens.& ỹ.diſtinct.8.ſi conſuetudinem.& cap.conſuetudo.& extra de ſen.& re iud. cum cauſa.& extra de foro comp.quod clericis.Rndetur,ꝙ nō ſecūdum conſuetudinem,ſed ſecūdum iura eſt iudicandū, vt ff.de ſepul.vio.l.3.§.diuus. ſecundum hoc multa occurrunt contraria,vt ỹ.diſt.32.placuit.& extra de eo q mit.in poſ.cū veniſſent.& extra de cog.ſpi.ſuper eo.& extra de arbi.dilecti.& extra de cōſue.ca 2. & extra de teſta.cap.ad hæc.Ex iſtis omnibus habetur,ꝙ cōſuetudini ſtatur contra ius ſcriptum.Solutionē aut̄ iſtius quando conſuetudo præiudicet iuri,dicemus ỹ.8.diſt. cap.fruſtra.Ioan. Hoc tene,ꝙ conſuetudo rationabilis & præſcripta iuri ſcripto præiudicat. ita mihi videtur, vt extra de conſue.ca.vlt.etiā ſi alia non interueniant, de quibus facit mentionem Ioan.in illo cap.fruſtra.B. Sed ad quam cōſuetudinem dicis recurrendum?an ad conſuetudinem terræ?an ad Romanā conſuetudinem? an ad conſuetudinem loci vbi contractum fuit: an ad conſuetudinem vicinarum prouinciarum? Videtur ꝙ ad conſuetudinē Romanam,vt ỹ.11.diſt.cap.vlt. Inſti. de ſatiſd.§.vlt.Econtra videtur, ꝙ ad conſuetudinem loci,vt 12.diſt.illa.& C.de adi.priua.an in totum.& iura prællegat.ad hoc inducas. Ad hoc dico,ꝙ iudex maxime delegatus primo ſecundū canones iudicabit:deficientibus canonibus iudicet ſecundum leges 3, vt extra de nou.oper.nunc.intelleximus.& ỹ.diſtin.10.ſi in adiutoriū. deficiente omni iure procedat ad generalē cōſuetudinem 4,vel etiam particularem, cum defuerit generalis:licet quidam tunc dicant recurrendū ad cōſuetudinem Romanam: deficiēte iure & cōſuetudine procedat de ſimilibus ad ſimilia, vt 20 diſt.de quibus. ff.de legib.l.nō poſſunt.oībus deficiētibus ad Romanā

Conſuetudo vtrū ſiti dicet iuri ſcripto.

Iudex per quæ iura debet iudicare.

3 De hoc 15. q.3.§.cum autē. verſi. ſed ſicut.

4 Adde Bal.in l.aduerſus.C.ſi aduer. rem iud & Alexā.de Imo. in l.ſolet.ff. d iuriſ.om. iud. circa princ.

cõſuetudinẽ ꝑcedat, vt ff. de legi. & cõſt. de quibus, in prin. licet ſit arg ꝙ ad conſuetudinem vicinarum prouinciarum ſit recurrendum, vt extra de cen. ſuper eo.
a ¶Ratione.] Arg. ꝙ deficiente lege vel canone poteſt allegari ratio, vt 19. diſt. ſi Romanorũ, & diſt. 8. fruſtra.

vel ius gentiũ. ſecundũ hoc ius canonicum dicitur ius ciuile, ſcd̃m ꝙ hic ſumiť. Scd̃o mõ dř ius ciuile omne illud qđ non eſt canonicũ ius. Tertio modo ius ciuile dř lex xij. tab. ff. de orig. iur. l. 2. § exactis. Quarto modo dicitur ius ciuile ad differentiam iuris prætorij. Io.

Ius ciuile quadrupliciter diciť.

ratio commendat. ¶Porro ſi ratione [a] lex conſtat: lex erit omne iam quod ratione conſtiterit; dũtaxat quod religioni conueniat [b], quod diſciplinæ congruat [c], quod ſaluti proficiat [d]. Vocatur autem conſuetudo, quia in communi eſt vſu.

Cum itaque dicitur, non differt vtrum conſuetudo ſcriptura, vel ratione conſiſtat: apparet, quòd conſuetudo eſt partim redacta in ſcriptis, partim moribus tantum vtentium eſt reſeruata. Quæ in ſcriptis redacta eſt, conſtitutio ſiue ius vocatur†*: quæ vero in ſcriptis redacta non eſt, generali nomine, conſuetudo videlicet appellatur. Eſt autem & alia diuiſio iuris, vt in eodem lib. 5. c. 4. teſtatur Iſidorus ita dicens.*

† Quando ita ſimpliciter, vt ex nunc ſtatuitur: ſed ſi cõſuetudo publica auctoritate in ſcriptis redigitur, & auctorař, ne dubitetur, & alia ꝓbatione opus ſit; nihilominus conſuetudo eſt.

¶Quæ ſint ſpecies iuris. C. VI.

IVs † autem aut naturale eſt, aut ciuile, aut gentium*.

† *Ius aut naturale.*] orig. & aliquot Gratiani codices.

* Concor. tex. in §. huius ſtudij. verſ. dicendum. Inſti. de iu. & iu.

¶Quid ſit ius naturale. C. VII.

IVs naturale [e] eſt commune omnium nationum, eo quòd ubique inſtinctu naturæ, non cõſtitutione aliqua habetur; vt viri & fœminæ coniunctio [f], liberorũ ſucceſſio *a* [g], & educatio [h], communis omnium [i] poſſeſſio, & omnium vna libertas, acquiſitio eorũ, quæ cælo, terra, mariq. capiuntur [k]; item depoſitæ [l] rei, vel commendatæ † [m] pecuniæ reſtitutio, violentiæ per vim [n] repulſio. ¶Nam hoc aut ſi quid huic ſimile eſt, numquam iniuſtum, ſed naturale æquumq. habetur.

Iſid. eo. l. c. 5.

†*al. commodatæ reſtitutio.*

a ¶Succeſſio.] *In tribus codicibus manuſcriptis Iſidori, & aliquot Gratiani legitur,* liberorum ſuſceptio, & educatio; *quæ lectio conuenit cum l. 1. ff de iuſt. & iur. verſ. hinc deſcendit.*

b ¶Quod religioni cõueniat] multa eñ ſunt cõtra rationẽ*, tamen congruunt religioni, vt virginem peperiſſe.

* *Propriè nõ ſunt cõtra rationẽ, ſed ſupra rationem.*

c ¶Quod diſciplinę cõgruat.] quia licet p̃latus de rõne poſſit coercere ſubditũ delinquentẽ: tamen diſciplinate tenet ipm coercere, vt ꝓficiat ei ad ſalutem, vt 45. diſt. cum beatus.

d ¶Quod ſaluti ꝓficiat.] licet rõ * ſit ꝙ homo debeat perſequi inimicum: tamẽ non proficit hoc ad ſalutem.

* *Eſt ratio vel deprauata, vel infirma, cum nõ ꝓficit ad ſalutem.*

CVM ITAQVE, CASVS. Infert ex ſupradicto cap. cõſuetudo. dicens, cũ non refert, an ſcripta ſit conſuetudo, vel non ſit ſcripta, apparet ꝙ quædam cõſuetudo eſt tradita ĩ ſcriptis: quædã moribus vtẽtiũ reſeruatur. quæ autem ſcripta eſt, cõſtitutio ſiue ius vocatur: q̃ ſcripta non eſt, cõſuetudo vocatur. Et dicit etiam ꝙ eſt alia diuiſio iuris, & ad hoc inducit ſequens capitulum, exempla ponendo de quolibet mẽbro diuiſionis.

IVs autẽ. CASVS. Capitulũ iſtud diuidiť in tres partes. In prima diuidit Iſidorus ius trifariã, in ius naturale, in ius ciuile, & in ius gentiũ. In ſcđa parte, q̃ incipit, [Ius naturale.] dř ꝙ ius naturale eſt cõe oium nationũ, eo ꝙ inſtinctu naturæ ꝑcedit, & nõ ex cõſtitutione aliqua. In tertia q̃ incipit ibi, [Vt viri.] ponit viij. q̃ ex naturali iure ꝑcedũt, vt viri & fœminæ cõiunctio, &c. nã iſta aut his ſimilia de iure naturali ꝑcedũt.

Ius naturale dicitur multipliciter.

e IVs naturale.] Ad intelligentiam iſtorũ nota, ꝙ natura multis modis dř, quãq; dicitur natura vis inſita rebus ſimilia de ſimilibus ꝓcreans. Secundo modo dř natura quidam ſtimulus, ſeu inſtinctus naturæ ex ſenſualitate ꝓueniẽs ad appetendũ, vel ad ꝓcreandũ, vel ad educandũ, 32. q. 5. horrendus. ff. de ven. inſpi. l. 1. §. ius naturale. Inſti. de iure na. gen. & ciui. in prin. Tertio modo dř inſtinctus naturæ ex rõne ꝓueniẽs, & ius ex tali natura proueniẽs dř naturalis æquitas, & cõmunia ſcd̃m hoc ius naturę dñr oĩa, ideſt, cõicãda tꝑe neceſſitatis, vt 47. diſt. ſicut. Quarto modo dicitur ius naturale p̃cepta naturalia, hoc eſt: Non furtum facies: Non mœchaberis: 32. q. 7. quod adulterio. Inſti. de obl. quæ ex delic. naſ. circa prin. & omne ius diuinũ* dř naturale ius. & ſecundũ iſtud ius ſimiliter oĩa dñr cõia. i. cõicanda: bene enim fuit aliquid proprium* de iure diuino. nam ipſi Adæ fuit dictũ: In ſudore vultus tui veſceris pane tuo, & alibi: Nõ concupiſces rẽ proximi tui. 47. diſt. virum. Similiter ius ciuile dicitur variis modis. Quãq; dicitur ius ciuile illud ius, quod nõ eſt naturale,

* *Declaratur infra diſt. 6. c. non eſt peccatum § his itaq;.*

* *Vide B. Th. 2. 2 q 57. art 3.*

a ¶Quia ſicut.] *Hinc vſque ad ver.* Ne dum *addita ſunt ex Beato Gregorio.*

Item.

Greg. ibid. continenter. Nicolaus ad conſulta Bulg. c. 68. Beda lib. 1. de hiſt. Angl. c. 27. Iuo par. 8. c. 88

¶Antequam puer ablactetur, vel mater purificetur ad eius concubitum vir non accedat.

C. IIII.

AD eius vero concubitum vir ſuus accedere non debet,

c ¶Pœnam.] Afflictis enim non debet afflictio addi. vt 7. q. 1. cũ percuſſio. iſtud tamen fallit: quia corrupta per violentiam non conſecrat̃, infra 26. diſtin. Acutius. & 32. quæſtio. 5. ille autem. & mutilati membris nõ promouentur, vt 55. diſtinctio. per totum 1.

Afflictio afflictis quandoque datur.

1 De hoc not. ĩ. ead. ad eius. in gl. hoc eſt. Archid.

BAptizari.] CASVS. Mulier vel quod ex ipſa natum eſt, ſtatim in periculo mortis baptizari poteſt, ne parua mora imminente inueniri non poſſit quod redimatur.

d ¶Mora.] argu. ꝙ mora eſt uitanda vbi timetur periculum, vt 28. diſt. de Syracuſanæ. de conſec. diſt. 4. ne quod abſit. argumen. contra. ff. de iud. ſi debitori. & ff. de ſolu. l quod dicimus. Solu. illud in cõtractibus: iſtud in periculo animæ. Ioan.

AD eius.] CASVS. Tria dicit præſens cap. Primo, quòd vir nõ debet dormire cũ vxore ſua tempore purgationis antequam puer ablactetur: nec alij debet tradi ad

teſt eccleſiam ingredi: nam ex hoc nullo peccato grauatur: quia voluptas carnis in culpa eſt, non dolor: alioquin dolorem partus ſibi verteremus, in culpam h. d.

a ¶Si mulier.] quidam libri habent, cum enixa: ſed illud eſt palea vſque ad hunc locum.

nutriendũ cauſa incontinentiæ. Secundo: ibi, [Quæ tamen.] dicit ꝙ mulier tempore purgationis poteſt eccleſiam ingredi: quia ſuperfluitas non debet culpæ adſcribi. Tertio ibi: [Sancta quoque.] dicit quod mulier tempore partus non eſt arcenda a corpore Chriſti: ſi

tamen

tamen abſtinet ex deuotione, laudanda eſt.

a ¶ Ablactetur.] tempus ablactationis hic appellatur tempus poſt partum, quando mulier nimis abundat lacte: & niſi extraheretur per puerũ, oporteret ipſam infirmari: nõ autem prohibetur illis temporibus commiſceri cũ eis, quia ex tali coitu naſcuntur morboſi, & leproſi. ſed quid ſi mulier petat debitum à viro tẽpe menſtrui, vel tẽpe purgationis? Dico ꝙ non reddet debitum ei, niſi timeret fornicatio eius. 13 diſt. duo mala. Itẽ ſi vir petit debitum tempore menſtrui à muliere: mulier negabit, & exponet ei cauſam quare nõ poteſt. ff. de ſolu. l. quod dicimus.

b ¶ Prohibeantur.] ideſt, ſub forma prohibitionis diſſuadeãtur. ſic exponũt quidam.

c ¶ Inuita.] hoc eſt regulare, vt quod quis inuitus patitur, non afferrat ei præiudicium, vt hic, & 50. diſt. in ꝓsbyteros. & C. de inſti. & ſub. l. 1. & C. qui pe. tu. l. cum à matribus. C. de app. præſes. Argu. contra. ĩ. 55. diſt. c. ult. 49. diſt. c. vlt. C. de cõdi. inſer. legatum. Item arg. ꝙ quæ fiunt ab inuitis & nolentibus eis imputari non debent 1, vt de conſec. diſt. 5. diſcipulos. 15. q. 1. aliquos. & q. 6. c. 1. & 31. q. 2. Lotharius. lo. Sol. ſi aliquis cogitur coactione abſoluta aliquid facere cõtra Deum, non imputatur ei quo ad Deũ. ſecus ſi conditionali coactione, vt ex. quod me. cau. ſacris. 50. diſt. in ꝓsbyteros. In cõtractib. ſi aliqs cogitur ꝑ metũ, q debuerit cadere in cõſtãtẽ virũ, non imputatur ei, vt ibi, & quod me. cau. ad audiẽtiã. niſi culpa ſua incideret in talem metum, vt ff. quod me. cau. ſi mulier. Sed in ordinibus ſecus, nam ſi quis per vim mutiletur, promoueri non poteſt vt extra de cor. vi. expoſuiſti. etiam corrupta per vim non conſecrabitur inter virgines, vt 32. q. 5. ille. & hoc fit propter reuerentiam ſacramentorum & defectum myſterij. ſic mihi Bar. Brix. videtur breuiter diſtinguendum.

Men. ſtrui temporecõiugale debitum an debeat reddi.

Facta ab inuitis an ſint imputanda 1. Nec talia poſſunt, vt patet in eo quod legi. & no. ĩ. 13. q. 2. q̃ præpoſterum.

quouſque qui gignitur, ablactetur[a]. Praua autem in coniugatorum moribus conſuetudo ſurrexit, vt mulieres filios, quos gignunt, nutrire cõtemnant, eoſque alijs mulieribus ad nutriendum tradant: quod uidelicet ex ſola cauſa † incõtinentiæ uidetur inuentum; quia dum ſe continere nolunt; deſpiciunt lactare quos gignunt. Hæ itaque, quæ filios ſuos ex praua conſuetudine alijs ad nutriendum tradunt, niſi purgationis tempus prius tranſierit†, viris ſuis non debent admiſceri: quippe cum & ſine partus cauſa, cum in conſuetis menſtruis detinentur, viris ſuis miſceri prohibeantur[b]: ita ut morte lex ſacra feriat, ſi quis uir ad menſtruatam mulierem accedat. Quæ tamen mulier, dum ex conſuetudine menſtrua patitur, prohiberi eccleſiam intrare non debet; quia ei naturæ ſuperfluitas in culpam non valet imputari: & per hoc quod inuita[c] patitur, iuſtum non eſt, ut eccleſiæ ingreſſu priuetur. Nouimus namque, ꝙ mulier quæ ſanguinis fluxum patiebatur, poſt tergum Domini veniens †, ueſtimenti eius fimbriam tetigit, atque ſtatim ab ea ſua infirmitas receſſit. Si ergo in fluxu ſanguinis poſita, laudabiliter potuit Domini veſtimentum tangere; cur quæ menſtruum ſanguinis patitur, ei non liceat Domini eccleſiam intrare? *& infra.* ¶ Si igitur bene præſumpſit, quæ ueſtimentum Domini in languore poſita, tetigit; quod vni perſonæ[d] infirmanti conceditur; cur non concedatur cunctis mulieribus, quæ naturæ ſuæ vitio infirmantur? ¶ Sanctæ autem communionis myſterium in eiſdem diebus percipere non debet prohiberi. Si autem ex veneratione magna percipere non præſumit; laudanda eſt: ſed ſi percipiat, non iudicanda. Bonarum quippe mentium eſt ibi etiam [aliquo † modo] culpas ſuas agnoſcere,[e] vbi culpa nõ eſt: quia ſæpe ſine culpa agitur quod uenit ex culpa. Vnde etiam cum eſurimus, ſine culpa[f] comedimus; quibus ex culpa primi hominis factum eſt, ut eſuriremus.

† *al. carnis incontinentia*

† *tranſierint*] orig.

Leuit. 15.

Matth. 9.

† *al. humiliter ueniens*

† additæ ſũt iſtæ duæ voces ex beato Greg. & Beda.

DISTINCTIO VI.

Ex 11. interrogatione Augu. Anglorum epiſcopi.

QVia vero[g] *de naturæ ſuperfluitate ſermo cœpit haberi; quæritur, an poſt illuſionem, quæ per ſomnium ſolet accidere, vel corpus Domini quilibet accipere valeat; vel ſi ſacerdos ſit, ſacra myſteria celebrare.*

De his ita ſcribit B. Gregorius Auguſt. Anglorum epiſcopo, reſp. 11.

Beda lib. 1. hiſt. Angl. c. 27.

d ¶ Quod vni perſonæ.] Arg. ꝙ vni conceditur, per cõſequens videtur alij eſſe cõceſſum. ſic ĩ. d. 54. deniq;. & hoc verum eſt ſi de iure communi aliquid conceditur. ſecus ſi ex priuilegio, vt 16. q. 1. hinc eſt. & 7. q. 1. petiſti.

e ¶ Agnoſcere.] Arg. contra. ĩ. 22. q. 2. cum humilitatis. Dic quòd quilibet poteſt dicere ſe peccatorem, dumtamen nõ credat cõtrarium. de pœ. diſ. 3. ad hæc.

f ¶ Sine culpa.] Arg. ꝙ non ſemper imputatur factum vbi culpa præcedit. 15. q. 1. ſane.

QVia vero.] CASVS. Grat. quærit an poſt nocturnam pollutionem uel illuſionẽ valeat quis ſumere corpus Chriſti: & an ſacerdos Miſſam valeat celebrare? & de hoc quid iuris ſit, in cap. ſeq. diſtinguitur.

g ¶ Quia vero.] Hic intitulatur. diſt. 6. in qua, quia fecerat mẽtionem de ſuperfluitate naturæ, digreditur a principali propoſito agens de nocturna pollutione.

oſten-

oſtendit ergo auctoritate Greg. quibus modis, et ex quibus cauſis cõtingit, & quã ſit peccatum, & quñ non: poſtea rñdet obiectioni factę in pmiſſa diſ. in illo §. his itaq; Et not. ſcdm quoſdã, ꝙ nocturnæ pollutio, & illuſio, quę pcedit ex infirmitate, non eſt peccatũ, etiã veniale, maxime cũ ſit pęna, vt ĩ c. pxi. ibi; oĩno hæc pollutio, vel illuſio nõ eſt timẽda, quia animus, &c. Illa vero quę pcedit ex crapula, eſt veniale peccatũ, vt ĩ. c. pxi. ibi; habet exinde animus aliquẽ reatũ. ſimiliter illa quę prouenit ex cogitatione pcedente, peccatũ eſt, ſed diſtinguitur; quia ſi illa cogitatio nõ proceſſit ad cõſenſum, veniale peccatum eſt 1 pollutio ex ipſa pueniens. Si vero pceſſit, tũc eſt mortale 2. ſcdm iſtorũ opi. accidit, ꝙ aliqs neſciens peccat mortaliter & venialiter 3. & operatur bonũ, & ẽt meretur vitã æternam; quia ſi corpus dormit, anima vigilat. Vnde illud, Cor meum vigilat ad te Deus. Idẽ in furioſo dicũt, ſi culpa ſua deuenit ad furorẽ. arg. 15. q. 1. ſi qs in ſi. immo neſciens peccat 32. q. 7. quẽadmodũ. Arg. cõtra. ff. de act. & oblig. ex maleficio. §. ſi qs abſẽs. vbi dr̃, ꝙ neſciẽs non peccat. Alij dñt, ꝙ dormientes nõ peccant. 15. q. 1. ſi cõcupiſcẽtia & c. aliquos. dormiẽs. n. furioſo cõparatur. ff. de acqu. poſ. l. 1. §. adipiſcimur. & ita nõ peccat. Si ergo in nocturna pollutione homo nõ uenit ad conſenſum, nullo modo peccat: ſi vero peruenit, peccat mortaliter ſcdm iſtos, niſi forte imaginetur cũ vxore ppria; quia tunc dirigit affectũ in uxorẽ, & non peccat mortaliter hãc opi. fouet H. & pbatur ĩ. ea diſ. non eſt. ibi; luxurię. &c. Sed hoc nõ eſt uerũ; quia nullo mõ peccat, vt ĩ. c. proxi. & 15. q. 1. aliquos. Sed cõtra priorẽ opi. obijcitur; quid ſi cogitaui turpiter, ſed antequã dormiui, ſtatim pœnitui, poſt polluor in ſomno, peccaui, uel non? & vr̃ ꝙ ſic. Reſp. licet contritus ſim: tñ ueſtigia remanent, & reliquiæ, ſicut in liberto veſtigia ſeruitutis. vnde patronus ei ſuccedit. inſtit. de ſucc. lib. §. ſed noſtra. ſic matrimonium in furioſis manet propter reliquias prioris voluntatis, ff. de his qui ſui, vel alie. iuris ſunt. l. patre furioſo. Imputetur ergo mihi ſaltem ſi initialiter turpiter cogitaui.

1 Sicut & ipſa cogitatio ex qua procedit.

2 Sub. ſicut innuitur ĩ. in ſi. c. ſeq. & in palea, ſed penſandum.

3 Hoc reſpicit dictũ antecedẽs, ibi, ſed cogitatio, &c.

Pollutio nocturna turpẽ cogitationẽ ſequens imputatur.

TEſtamentum.] CASVS. Capitulũ iſtud diuiditur in tres partes. In prima parte dr̃, ꝙ ſi qs pollutus fuerit pollutione nocturna, niſi aqua lotus fuerit, et vſq; ad veſperã intrare eccleſiam nõ concedit. In ſcda parte quę icipit, ibi [Quod tamen.] dicit Greg. ꝙ hoc põt intelligi ſpiritualiter. ſ. de illo, qui in mente prauis cogitationibus eſt pollutus, qui aqua pnĩæ lauãdus eſt, & niſi prius ignis tentationis receſſerit, ſe reum vſq; ad veſperam cognoſcat. In tertia parte, quę incipit ibi, [Sed eſt.] dr̃, ꝙ pollutio tripliciter accidit. Aliquando. n. accidit ex ſuperfluitate naturę, vel infirmitate, aliqñ ex crapula, aliqñ ex præcedenti turpi cogitatione. Cum ex ſuperfluitate vel infirmitate naturæ pcedit, pollutio nõ imputatur alicui; quia potius eſt pœna quã peccatũ. Cũ vero pcedit ex crapula, talis pollutio habet aliquẽ reatũ: uerumtamen, ſi neceſſitas adeſt, pp hoc ſacerdos non prohibetur à celebratione miſſarum; ſed ſi alij ſacerdotes adſint, celebrare non debet, ſed a corpore Chriſti non prohibetur, maxime, ſi dormientem turpi imaginatione non concuſſerit pollutio. Cum autem ex turpi cogitatione præcedenti procedit, abſtinere debet ab vtroque; quia animo patet reatus ſuus: quia quod cogitauit ſciens, pertulit neſciens.

Pollutio tripliciter accidit.

¶De multiplici genere illuſionis. C. I.

Burch. l. 5. c. 43.
Iuo par. 2. c. 52.
Pann. l. 1. c. 160.
Poly. l. 3. tit. 16.
† paulo aliter in orig. & apud ceteros collectores.

TEſtamentum [a] veteris legis hunc [b] pollutum Domino dicit; & niſi lotum aqua, etiam vſque ad veſperã † intrare eccleſiam non concedit. Quod † tamen aliter intelligens populus ſpiritalis quaſi per ſomnium eum illudi reputat, qui tentatus immunditia [c], veris æ imaginibus [d] in cogitatione inquinatur. Sed lauandus eſt aqua [e], vt culpam cogitationis lacrymis abluat; & niſi prius ignis tentationis receſſerit, reum ſe quaſi vſque ad veſperam [f] cognoſcat. ¶ Sed eſt in eadem illuſione valde neceſſaria diſcretio; qua † ſubtiliter penſari debet, ex qua re accidat menti dormientis. Aliquando enim ex crapula, aliquando ex naturæ ſuperfluitate vel infirmitate, aliquando ex cogitatione contingit. Et quidem cum ex naturæ ſuperfluitate, vel infirmitate euenerit, omnimodo hæc illuſio non eſt timenda; quia hanc animus neſciens pertuliſſe [g] magis dolendus eſt, quàm feciſſe. Cum vero ultra modum appetitus gulæ in ſumendis alimentis rapitur; atque idcirco humorum receptacula grauantur, habet exinde animus aliquem reatum [h], non tamen vſque ad prohibitionem percipiendi ſacri myſterij, uel miſſarum ſolemnia celebrandi; cum fortaſſe aut feſtus dies exigit, aut exhibere † myſterium pro eo, quòd ſacerdos alius in loco deeſt, ipſa neceſſitas [i] compellit. Nam ſi adſunt alij, qui implere myſterium valeant, illuſio per crapulam facta, à perceptione ſacri myſterij prohibere non debet; ſed ab immolatione ſacri myſterij abſtinere †, vt arbitror, humiliter [k] de-

† *al. quia*
Iuo. p. 9. c. 111.
† *al. exhiberi*
† *al abſtineri*

a ¶Teſtamẽtum.] In Leuitico legitur Dñm dixiſſe, Si fuerit homo pollutus nocturno ſemine, egrediatur extra caſtra, & nõ reuertatur vſq; ad veſperã donec lauetur, & poſt ſolis occaſum reuertatur ad caſtra. hoc Greg. exponit hic, & retorquetur ad illos, qui polluuntur mẽte.

b ¶Hunc] talem morẽ, de quo quæris, adhuc Romani ſeruant 4. vt 33. q. 4. vir cum propria uxore.

c ¶Immunditia.] ideſt immunda cogitatione.

d ¶Veris imaginibus.] cum uidet mulierem, & delectatur in ea

e ¶Aqua.] id eſt pęnitentia.

f ¶Ad veſperam.] i. quouſq; receſſit ignis tentationis. ADDITIO. Id eſt, prauæ cogitationis. i. quouſq; cedat illa cogitatio reatu: licet enim peccatum tranſeat actu, remanet tamen reatu 22. q. 7. non ſolũ. de conſe. diſt. 4. non ex quo. Vel dic, ad ueſperam. ideſt, pęnitentiã; quia veſpera, id eſt finis eſt peccati. & idem ſenſus eſt. Hu.

g ¶Pertuliſſe.] quaſi dicat, potius intelligitur tunc pati, quam facere.

h ¶Reatum.] ideſt veniale peccatum, & ideo non prohibet à ſumptione Euchariſtiæ, ſed prohibet uel diſſuadet à confectione, niſi ſit neceſſitas.

i ¶Neceſſitas.] quæ legẽ non habet. de cõſe. diſ. 1. ſicut.

k ¶Humiliter.] ergo eſt conſilium. bene. n. poteſt celebrare,

4 Sub. Iudæi à cõtactu mortui in pollutis. de conſect. diſt. 4. nec quemquã. Hug.

bet : ſi β tamen [a] dormientem turpi imaginatione illuſio non concuſſerit [b]. Nam ſunt, quibus ita plerumq. illuſio naſcitur, vt eorum animus etiam in ſomno corporis poſitus non fœdetur turpibus imaginationibus. ¶ Qua in re vnum ibi oſtenditur, quòd ipſa mens rea [c] non ſit tunc γ: ſed ſuo iudicio penitus libera [d]: cum ſe, etſi dormiẽti corpore nihil meminit vidiſſe, tñ in vigilijs corporis meminit in ingluuiẽ cecidiſſe. Si vero ex turpi cogitatione vigilantis oritur illuſio in mente dormiẽtis, patet aĩo ſuus reatus : Videt.n. à qua radice [e] inquinatio illa ꝓceſſerit; quia †, qđ cogitauit ſciẽs, hoc pertulit neſciẽs; & δ ꝑꝑ talẽ pollutionem à ſacro myſterio ea die abſtinere oportet. † al. quẽ

α ¶ Veris] *In pleriſq. codicib. B. Gregorij, & apud Bedam, & in collectione conciliorum Colonia* 1530 *impreſſa, legitur*, vanis: *in aliquibus vero B. Gregorij codicib.* varijs : *ſed ob g.oſſam non eſt mutatum.*

β ¶ Si tamen] *In codicibus B. Gregorij, & apud Bedam eſt,* ſi tamen dormientis mentẽ turpes imaginatio nõ cõcuſſerit. *In collectione uero Iſidori etiam manuſcripta,* ſi tamen animum dormientis turpes imaginationes concuſſerunt : *quem ſenſum retinet etiam lectio Panormia: nam Burchardus & Iuo parum ab originali diſcrepant.*

γ ¶ Non ſit tunc: ſed ſuo.] *Omnia fere Gratiani manuſcripta exemplaria habent,* vel ſuo: *cæterum magna hoc loco eſt inter ceteros collectores, & Bedam, & B. Gregorij codices varietas. In collectione Iſidori etiam manuſcripta eſt,* qua in re unum ibi oſtenditur, ipſa mens non rea, nec tamen ſuo iudicio libera. *Verum ob codicum uarietatem nihil eſt in contextu mutatum*

δ ¶ Et propter.] *Hac vſque ad finem, neque in codicibus B Gregorij, neque apud Bedam. neque in tribus vetuſtis Gratiani exemplaribus habentur. Sunt tamen apud Burchardum, et Iuonem et Pannormiam, & Polycarpum.*

brare, ſi vult : nam ꝓ leuibus criminibus non abſtinebit ſacerdos a celebratione miſſarum, ſed pro talibus abſtinebit, pro quibus poſſet excõmunicari, ut de conſe. diſt. 2. ſi non ſunt. & c. quotidie. tamen pro quolibet mortali peccato quilibet eſt ſuſpenſus quo ad ſe, ut extra de cohi. cler. & muli. c. ult. niſi peregerit pœnitentiam, ut extra de tẽpo. ord. quæſitũ. Hu.

a ¶ Tamen .] id eſt maxime.

b ¶ Non concuſſerit.] pollutio ipſa.

c ¶ Rea .] quaſi dicat, nec mens eſt rea in ſomno, nec eſt rea poſt ſomnum, cũ eſt libera in ſuo iudicio: ſed tunc fuit rea quãdo ſe ingurgitauit. unde ſatis patet hic, ꝙ homo in ſomno non peccat.

d ¶ Libera.] ſupple. ſed prius peccauit.

e ¶ Radice .] id eſt, mala cogitatione.

Non

¶ Peccatum non dicitur perpetratum cogitatione ſolum, ſed delectatione, & conſenſu. PALEA. α C. II.

SEd penſandũ eſt, ipſa cogitatio vtrum in ſuggeſtione, an delectatione, vel (quod maius eſt) peccati cõſenſu acciderit. Tribus enim modis implẽ omne peccatũ, videlicet ſuggeſtione, delectatione, cõſenſu: ſuggeſtio quippe ſit per diabolũ, delectatio per carnem, cõſenſus per ſpiritũ; quia & † primo culpã ſerpens ſuggeſſit, Eua velut caro delectata eſt, Adam velut ſpiritus cõſenſit. Et neceſſaria eſt magna diſcretio, vt inter ſuggeſtionem β, delectationem, & conſenſum iudex ſui animus præſideat. Cum enim malignus ſpiritus peccatum ſuggerit in mente : ſi nulla peccati delectatio ſequatur, peccatum omnimodo perpetratum non eſt: cum vero caro delectari cœperit, tunc peccatum incipit naſci: ſi autem etiam ad conſenſionem ex deliberatione deſcendit, tunc peccatum cognoſcitur perfici. In ſuggeſtione igitur peccati ſemen eſt: in delectatione fit nutrimentum ; in conſenſu perfectio. Et ſæpe contingit, ut hoc, quod malignus ſpiritus ſeminat in cogitatione, caro in delectationem trahat; nec tamen animus eidem delectationi conſentiat. Et cum caro ſine anima delectari nequeat; ipſe tamen animus carnis uoluptatibus reluctans in delectatione carnali aliquo modo ligatur inuitus, vt ei ex ratione contradicat, nec conſentiat, & tamen delectatione ligatus ſit; ſed ligatum ſe vehementer ingemiſcat. Vnde & ille cæleſtis exercitus præcipuus miles gemebat dicens: [Video aliã legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ; & captiuum me ducentem in lege † peccati, quæ eſt in membris meis.] Si autem γ captiuus erat, minime repugnabat: quapropter & captiuus erat, & repugnabat. Igitur legi mẽtis eius lex, quæ in mẽbris eſt, repugnabat

Beda. ibidem. Burch. l. 5. c. 43. Iuo par. 2. c. 52.

† al. cũ primã

Rom 7.

† al. legem

pugnabat: ſi autē repugnabat, captiuus non erat. Ecce itaq. homo eſt (ut ita dixerim) captiuus, & liber; liber ex iuſtitia, quam diligit; captiuus ex delectatione, quam portat inuitus.

α ¶Palea.] *Abeſt hac palea non ſolum à primo et decimo Vaticanis, verum & ab alijs, quæ aliquot paleas habent. Rubrica autem abeſt ab omnibus. In quibus enim caput hoc reperitur, coniunctè ponitur cum ſuperiore, quemadmodum etiam apud Burchardum, & Iuonem.*

ϛ ¶Suggeſtionem.] *Sic emendatum eſt ex originali, à quo parum diſcrepat Iuo; antea legebatur,* & neceſſaria eſt magna diſcretio inter ſuggeſtionem & delectationem; & inter delectationem atque conſenſum, iudicem ſui faciat animum præſidem *Burchardus,* iudicem ſui præſidere animum *Reliqua fere ut Gratianus. Apud Bedam vero,* & inter ſuggeſtionem atque delectationem; inter delectationem & conſenſum, iudex ſui animus præſideat *In collectione Iſidori,* & neceſſarium eſt magna diſcretione inter ſuggeſtionem & delectationem, atque conſenſum iudicem ſui prodere animum.

γ ¶Si autem.] *Magna etiam hoc loco iudicum varietas eſt: breuiſſima, & ſatis integra lectio eſt in codice epiſtolarum B Gregorij olim Lutetiæ impreſſo.* Si autem captiuus erat, minime pugnabat: ſed pugnabat, quapropter captiuus non erat. Ecce itaque, &c

Item Iſidorus lib. 3. ſententiarum de ſummo, bono. cap. 6.

¶Quando ſit peccatum nocturnis imaginibus illudi. C. III.

Iuo p. 9. c. 112.

NOn eſt peccatum, quādo nolentes imaginibus nocturnis illudimur, ſed tunc eſt peccatum; ſi, antequam illudamur, cogitationis affectibus præuenimur. Luxuriæ quippe imagines, quas in veritate geſſimus, ſæpe dormientibus in animo apparent: ſed innoxiæ, ſi non concupiſcendo[a] occurrunt. Qui nocturna illuſione polluitur, quamuis extra memoriam turpium cogitationum ſeſe perſentiat inquinatum; tamen hoc vt tentaretur, culpæ ſuæ tribuat, ſuamque immunditiam ſtatim fletibus tergat.

† al. ita.

His itaq; † [b] *reſpondetur. In lege & in Euangelio naturale ius continetur non tamen quæcumque in lege & Euangelio inueniuntur, naturali iuri cohærere probantur. Sunt enim in lege quædam moralia præcepta, vt non occides: quædā myſtica, vtpote ſacrificiorū præcepta, vt de agno, & alia ſimilia his. Moralia mandata ad naturale ius ſpectant; atque ideo nullam mutabilitatem recepiſſe monſtrantur. Myſtica vero quantum ad ſuperficiē à naturali iure probantur aliena: quantum ad moralem intelligentiam, inueniuntur ſibi annexa; ac per hoc, & ſi ſecundum ſuperficiem videantur eſſe mutata; tamen ſecundum moralem intelligen-*

NOn eſt.] CASVS. Quæſitum fuit ab Iſidoro, an peccet homo cum dormiens nocturna illuditur pollutione? & reſpondet, q non; niſi adſit concupiſcentia: ſed tunc peccat cum vigilans luxuriam prouocat: ſed tamen quocunque modo accidit pollutio, ſuæ culpæ

culpæ attribuere debet.

a ¶Non concupiſcendo.] Id eſt abſq; libidine præcedentis ardoris.

HIS ITAQVE. CASVS. Iſte §. diuiditur in duas partes. In prima parte ſoluit Gratianus qōnē, quam fecit ſ. in illo. c. hæc quæ, de priuilegijs. in 5. diſt. de mutabilitate, & variatione iuris naturalis dicens, q ius naturale in lege, & in Euangelio continetur; ſed tū nō oīa quæ ſūt in lege, & in Euangelio cohærent iuri naturali q̄tū ad ſuperficiē. Sunt. n. in lege quædā p̄cepta moralia, ut non occides, &c. iſta nō mutātur, nec ius naturale in eis: quædam myſtica præcepta, vt de agno ſacrificādo, & his ſimilia. iſta mutātur quantū ad ſuperficiē, & non quantū ad moralē intelligentiā: & q̄tū ad hoc ius naturale immobile perſeuerat, & permanet, ſicut fuit ab exordio rōnalis creaturæ. In ſecunda parte, quę incipit ibi, [Ius vero cōſuetudinis.] dr̄, q ius cōſuetudinis cœpit poſt legē naturalem: ex quo hoīes cœperūt ſimul habitare, qđ crediē factū eo tpe quo Caī legitur ædificaſſe ciuitatē: quod ius cum fere eſſet extinctū ꝓpter diluuiū, fuit reparatum à Nemroth ſiue potius immutatū; q a cępit opprimere hoīes. & hoc ꝓbaē auctoritate Gen. ibi. [Cœpit Nēroth. &c.]

b ¶His itaque.] Hic ponit Magiſter ſol. obiectionis, quā feceerat in pręcedēti diſt. Nos ergo cū ipſo plenius diſtinguamus, q eorū, quæ continētur in lege, alia ſunt moralia, alia myſtica moralia ſūt q̄ mores informant, & ſic ſunt intelligenda, ut ipſa verba ſonant, vt diliges Deū: nō occides: honora patrem, de q bus notatur 32. q. 7. quid in omnibus. myſtica ſunt figuralia, quæ aliud ſignificāt præter id quod litteræ ſonat: horum alia ſunt ſacramentalia, alia ſunt cæremonialia. Sacramentalia ſunt de quibus ratio reddi poteſt quare ad litteram ſic fuerunt pręcepta, ut de circunciſione, & obſeruatione ſabbati, de q bus habes extra de bapt. maiores. & extra de conſt. tranſlato. Cæremonialia ſunt de quibus rō reddi nō pōt quare ad litterā ſic mādata, vt nō arabis in boue, & aſino, vt 16. q. 7. in noua. non feres veſtem de lana, & lino contextā, nō ſeres agrū diuerſo ſemine. Lex ergo quantū ad moralia

non recipit immutationem,ſed quantum ad ſacramẽ talia, & cæremonialia mutatur quantum ad ſuperficiem litterę.ſed non ob hoc dicitur eſſe mutatum ius naturale:quia in his non conſiſtebat ius naturale,quo ad ſuperficiem litteræ, ſecundum quam hæc ſunt mutata: ſed quo ad myſticam intelligentiã, ſecundum quam nõ ſunt mutata:ſed myſticus eorum intellectus nõ eſt mutatus, vnde lex non dicitur mutata. 1.q.1. Marchion.

ſes iudicia ſua,ut dicitur in Exod.Ioan.

f ¶Quas.] Nam & à diuinis ſcripturis ornatus omnis ſciæ ſumpſit initium,vt j.37.diſtin.legimus.§.hinc ẽt.

MOyſes.] CASVS.In prima parte huius c.enumerãtur ſeptem perſonæ quæ primo leges alijs ediderunt.

tiam mutabilitatem neſcire probantur. Naturale ergo ius ab exordio rationalis creaturæ incipiens, vt ſupra dictũ eſt, manet immobile.Ius [a] *vero conſuetudinis poſt naturalem legem exordium habuit; ex quo homines conuenientes in vnũ cœperunt ſimul habitare, quod ex eo tempore factum creditur; ex quo Cain ciuitatem ædificaſſe legitur: quod cum diluuio propter hominum raritatem fere uideatur extinctũ*[b], *poſtea à tempore Nemroth reparatum,ſiue potius immutatum exiſtimatur; cum ipſe ſimul cum alijs alios cœpit opprimere,alij ſua imbecillitate eius ditioni cœperũt eſſe ſubiecti; vnde in Geneſi legitur de eo:[Cœpit Nemroth robuſtus venator eſſe coram Domino* [c]*] id eſt a hominum oppreſſor, & extinctor;quos etiam ad turrim ædificandam allexit.* Gen.4. Gen.7. Gen.10.

a ¶Id eſt.] *Gloſſa ordinaria ad iſtum locum ex Alcuino ita habet*, id eſt hominum oppreſſor, & extinctor: quos allexit, vt turrim contra Deum conſtruerent.

a ¶Ius.] Nunc oſtẽdit à quo tẽpore cœpit ius conſuetudinarium, & conſtitutionis,& dicit, ꝙ a tempore Cain cępit ius conſuetudinarium. qui primo ædificauit ciuitatem, quam ex nomine filij ſui vocauit Enoch: ſed ius conſtitutionis à Moyſe ı:lo.

b ¶Extinctum.] Ius ergo nõ terminatur. i.non finitur in vij. ſicut nec incipere poteſt à vij. quia ad minus x. debent facere plebem, vt infra. 10. q.3.vnio.

ps

z Hoc non debet hic eſſe,qa hoc dicitur in ſeq. di. nec hoc ponit Hug. nec Lau. nec ẽt ponit in antiqua gloſ. ho.

c ¶Corã Domino.] id eſt corũ, qui ſunt Dñi, vel permittente Dño,quidquid enim fit iudicio Dei fit, ut 26.q.5. nec mirum.

DISTINCTIO VII.

IVS *autem* [d] *conſtitutionis cœpit à iuſtificationibus* [e] *quas* [f] *Dominus tradidit Moyſi dicens: [Si emeris ſeruum Hebræum, &c.]* Exod.12.

Vnde Iſidorus in libr. 5. Etymol.cap.1.ait.

¶De conditoribus legum. C. I.

MOyſes gentis Hebreæ primus omnium diuinas leges ſacris litteris explicauit. Phoronæus Rex Græcis primus leges,iudiciaque conſtituit.Mercurius Triſmegiſtus[g] primus leges Aegyptijs tradidit. Solon primus leges Athenienſibus dedit. Licurgus primus Lacedæmonijs iura ex Apollinis auctoritate confinxit.Numa Pompilius, qui Romulo ſucceſſit in regno,primus[h] leges Romanis edidit.Deinde,cum populus ſeditioſos † magiſtratus ferre non poſſet;Decemuiros[i] legibus ſcribendis creauit, qui leges ex libris Solonis in latinum ſermonem translatas xij.tabulis ex poſuerunt.

† al.ſeditioſus.

IVs aũt.] Hæc diſtinctio diuidĩ ĩ duas partes.2.ibi:[Paulatim.] CASVS. ſupra oſtenſum eſt, quo tẽpore ius naturale, & ius conſuetudinis incœperunt. Nunc autem oſtẽdit in hac 7. diſt. quo tempore incępit ius cõſtitutionis,& dicit Gra.ꝙ primo incępit à Moyſe,& poſtea ab alijs,ut dicitur in ſeq.cap.

d ¶Ius autem.] In hac vij.diſt. oſtendit quando, & à quibus cęperunt cõſtitutiones humanæ tam eccleſiaſticæ,quam ſæculares.Eccleſiaſticæ cęperunt à Moyſe, & tempore Moyſi:Sæculares à diuerſis,& tempore diuerſo cęperunt,ut patet in ſeq.cap.

e ¶A iuſtificationibus.]i.à iudicijs Legitur in Exod. ꝙ Dominus dixit filijs Iſrael ꝑ Moyſen. Si emeris ſeruũ Hebræum.ſ.qui ante ſeruus non fuit, vj.an.ſeruiat tibi, niſi annus iubilęus interueniat in vij an. egrediatᷣ liber & gratis,cum quali ueſte intrauit.ſi habuit prius uxorem cum filijs,cum uxore & liberis exeat: ſi dominus dedit ei uxorem,mulier cum filijs erit domini:ſed ſi elegerit ſeruus manere cum domino amore domini,uel uxoris, & filiorum, offeret eum dominus dijs.i. ſacerdotib.& applicabit ad oſtium tabernaculi, & per forabit aurem eius cum ſubula in ſignum ꝑpetuæ ſeruituris 2.& eius erit ſeruus uſq; dum uiuet, uel uſque ad annum iubilæum:Ab hac conſtitutione cœpit Moyſes,Phoronęus,Mercurius,&c. In ſecunda parte,quæ eſt ibi, [Deinde] dicitur,ꝙ populus Romanus ordinauit x. viros qui leges ex libris Solonis x.tab. tranſtulerunt in latinum ſermonem; & eas poſtea exponentes duas tabulas addiderunt.

2 Et ita hic inducitur ſeruitus ex preſcriptione ſeptennij, vt not. 1.diſtin.ius gentium.

g ¶Triſmegiſtus.]Propter tres potentias.ſ.eloquẽtiã, ſcientiam, & uirtutem de quibus habes 37.diſtin.relatum.& 16.q.1.ſic viue.C.de profeſ.l.magiſtros.

h ¶Primus.] Immo prius Romulus tradidit: ſed paucas.ff.de origi.iur.l.2. & quia paucas: ideo dicitur ille primus edidit.3.

i ¶Decemuiros.] Cum enim leges ꝑꝑ diſcordiã plebeiorum cum nobilibus fere per xxx.an. in deſuetudinem abijſſent,creati ſunt x.uiri,qui de Græcis ciuitatibus leges collectas trãſtulerũt in latinũ,& eas ĩ tabulis ebumeis ſcripſerunt.poſtea ijdẽ x.uiri accepta poteſtate corrigendi,& interpretandi leges,uidẽtes multa deeſſe tabulis x.poſtea duas tabulas ſuꝑaddiderũt: & appellatæ ſunt illæ leges xij.tabularũ: qui autem fuerunt illi x.viri,ſtatim determinat Iſidorus dicens ſeq.cap.

3 Vt ff. de orig. iur. l. 2. Laur.

Fue-

FVerunt.] CASVS. Hoc c. diuiditur in tres partes. In prima parte ponuntur nomina x. virorum, qui leges primo tranſtulerunt, & dicitur etiam, ꝙ Pompeius primus Conſul, & Cæſar leges cõdere voluerũt, ſed nõ potuerunt perficere. In ſecunda parte dicitur, ꝙ leges propter

¶Nomina eorum, qui leges xij. tabularum expoſuerunt. C. II.

† Adde tex. ſim. in l. 2. §. iuris ciuilis. cum §. ſe. ff. de orig. iuris.

Iſidorus ibidẽ continenter.

† al. libros.

† exoleuerũt] orig.

† Adde an lex abroganda fit abroganda. no. C. de lat. lib tol. l. 1. & C. de nou. cod. com. l. 1.

Iuo p. 4. c. 170. Pann. l. 2. c. 144

† al. iunior.

FVerunt autẽ hi †, Ap. Claudius, T. Genutius, P. Seſtius, Sp. Veturius, C. Iulius, A. Manlius, Ser. Sulpicius, P. Curatius, T. Romilius, Sp. Poſtumius. Hi Decemuiri legum conſcribendarum electi ſunt. Leges autem redigere in libris† primus Cõſul Pompeius inſtituere voluit: ſed non perſeuerauit obtrectatorum metu [a]. Deinde Cæſar cœpit id facere: ſed ante interfectus eſt. Paulatim autem antiquæ leges vetuſtate, atque incuria abſoluerunt†; quarum etſi nullus iam vſus eſt; notitia tamen neceſſaria [b] videtur. †¶Nouæ leges à Conſtantino Cæſare cœperunt, & reliquis ſuccedentibus: erantque permixtę, & inordinatæ. Poſtea Theodoſius minor† Auguſtus ad ſimilitudinem Gregoriani, & Hermogeniani codicem factum conſtitutionum à Conſtantini temporibus ſub proprio cuiuſque Imperatoris titulo diſpoſuit; quem à ſuo nomine Theodoſianum vocauit [c].

DISTINCTIO VIII.

† al. natura.

Act. 4.

1 Differt autem [d] ius naturale † à conſuetudine, & conſtitutione. Nam iure naturali omnia ſunt communia omnibus: quod non ſolum inter eos [e] ſeruatum creditur, de quibus legitur: [Multitudinis autem credentium erat cor vnum, & anima vna, &c.] verum etiam præcedenti tempore à philoſophis traditum inuenitur. Vnde apud Platonem illa ciuitas iuſtiſſime ordinata traditur; in qua quiſque proprios neſcit [f] affectus. Iure vero conſuetudinis, vel conſtitutionis hoc meum eſt, illud alterius.

Vnde Auguſtinus ait tract. 6. ad c. 1 Ioannis.

¶Iure diuino omnia ſunt communia omnibus: iure vero conſtitutionis hoc meum, illud alterius eſt. C. I.

Anſel. l. 12. c. 62 Iuo p. 3. c. 194. Pann. l. 2. c. 63.

Pſal. 23.

QVo iure defendis [g] villas eccleſiæ? diuino, an humano? diuinum ius in ſcripturis hẽmus; humanũ ius in legibus Regum. Vñ quiſq; poſsidet, qđ poſſidet? nonne iure humano? Nam iure [h] diuino, [Domini eſt terra,

DIfferent autẽ.] Hæc diſt. diuiditur in duas partes, in quarũ prima probat, quòd de iure naturali omnia ſunt communia. Secũda, ibi: [Dignitate.] CASVS. Supra in 5. diſtin. aſſignata fuit differentia iuris naturalis ad alia iura ĩ origine, & dignitate. nunc autem aſſignat dñam iuris naturalis ad alia iura in amplitudine: quia hoc iure omnia ſunt cõia: ſed non alio iure. Repetit etiam de dignitate. Dr ergo in hoc §. ꝙ hoc ius naturale differt a conſuetudine, & conſtitutione: nam iure naturali omnia ſunt cõmunia. & hoc probatur auctoritate noui teſt. & auctoritate Platonis: ſed iure cõſuetudinis dr hoc meum, illud tuum: & ad hoc inducitur ſeq. cap.

d ¶Differt autem.] In hac 8. diſt. oſtẽdit magiſter, qualiter ius naturale excellat alia iura amplitudine; quia ſecundum hoc ius omnia ſunt communia.

e ¶Inter eos.] i. Apoſtolos. 12. q. 1. dilectiſſimis.

f ¶Neſcit.] Quiſque enim tantum diligit alium, vt ſe 1, finxit enim Plato quãdam Rẽpublicam, in qua omnia ſunt communia. 12. quæſt. 1. cap. 2.

1 Vr de pœniten. diſt. 2. charitas eſt. iuxta fin.

propter vetuſtatem ad vſu ceciderunt, quarum notitia eſt neceſſaria, etſi in vſu non ſint. In tertia parte dr, ꝙ nouæ à Conſtantino & eius ſucceſſoribus cęperunt: ſed quia permixtę & cõfuſæ erant, Theodoſius minor ad ſimilitudinem Gregoriani, & Hermogeniani codicis, compoſuit codicem ex conſtitutionibus Imperatorum, quem Theodoſianum vocauit. Secũda pars incipit ibi: [Paulatim.] Tertia ibi: [Nouæ.]

a ¶Metu.] Arg ꝙ metus verborum excuſat. arg. ĩ. 23. q. 8. cõuenior. ibi, dic aliquod verbum in Deum, & morere. & arg. ff. de acquir. hære. l. 6. in fi. arg. contra, extra quod met. cau. factis.

b ¶Neceſſaria.] Sed ſi nullus eſt earum vſus, vt quid membranas occupant. 19. diſt. ſi Romanorum? ſed iõ notitia eſt neceſſaria, vt ſciatur cauſa quare tollantur, vt C. de cadu. tol. l. vna. quia & ipſe Papa argumentatur ex abrogato iure, vt extra de iud. nouit. Vel eſt neceſſaria non vt probentur, ſed vt reprobentur maledicta, vt 37. diſt. legimus. & c. qui de menſa.

c ¶Vocauit.] Hunc tamen immutauit poſteà Iuſtinianus, & fecit vnum codicem ex tribus. C. de nou. cod. com. verſus princ. Ioan. Theutonicus.

QVo iure.] CASVS. Quidam hæretici conquerebãtur ſe iniuſtè expoliatos rebus quas noĩe eccleſiæ poſſidebãt, cõtra quos inuehit Aug. dicẽs eos nõ poſſe conqueri: nã aut poſſident iure diuino, aut iure humano, ſi iure diuino omnia ſunt communia, & ita res eccleſiæ poſſidere non poſſunt: ſi iure humano; ſed iura humana ſunt leges Imperatorum, q̃ ſtatuunt, vt hæretici nil noĩe eccleſiæ poſſiderent. ſi ergo renunciant legibus Imperatorum, per conſequens & poſſeſſionibus; ſiue noĩe eccleſiæ, vel ꝓprio noĩe velint poſſidere: cũ Apoſtolus Reges p̃ceperit honorari.

g ¶Defendis.] i. petis, vel defendendo retines.

h ¶Nam iure diuino.] Ex hoc vr, ꝙ tantum iure humano aliqua poſſideãtur & nõ diuino. & ſic ob. ĩ. 23. q. 7. c. 1. vbi dr, ꝙ iure diuino aliqd poſſidet. Sed nõ eſt contrarium: quia dr ibi, ꝙ iuſtorum ſunt omnia cõia

Poſſeſſio an ſit de iure diuino an humano.

& plenitudo eius.] Pauperes & diuites Deus de uno limo fecit: & pauperes & diuites una terra ſupportat. Iure tamē humano dicitur †; hæc uilla mea eſt; hæc domus mea, hic ſeruus meus eſt[a]. Iura† autem humana, iura Imperatorum ſunt: quare? Quia ipſa iura humana per imperatores, & reges ſæculi Deus diſtribuit generi humano. *Item ibidem paulo inferius.* ¶ Tolle [b] iura Imperatorū; & quis audet dicere, mea eſt illa uilla, aut meus eſt ille ſeruus, aut domus hæc mea eſt†? ſi autem, ut teneantur iſta ab hominibus, regum iura fecerunt, vultis, ut reticeamus leges, ut gaudeatis[b]? *Item ibid. paucis interiectis.* ¶ Legantur leges[c], ubi manifeſtè præceperunt Imperatores, eos †, qui præter eccleſiæ catholicæ communionem uſurpant ſibi nomen chriſtianum, nec uolunt in pace colere pacis auctorem, nihil nomine eccleſiæ audeant poſſidere[d]. Sed quid nobis & Imperatori? Sed iam dixi, de iure humano agitur, & tamen Apoſtolus uoluit ſeruiri regibus, uoluit honorari reges, & dixit: [Reges reueremini.] Nolite dicere[e], quid mihi, & regi? Quid tibi ergo & poſſeſſioni? Per iura regum poſſidentur poſſeſſiones. Dixiſti, quid mihi & regi? Noli dicere poſſeſſiones tuas: quia ipſa† iura humana renunciaſti, quibus poſſidentur poſſeſſiones.

Gen. 2.

† *dicit*] orig.

† *Iure ergo humano, iure Imperatorū: quare?*] orig.

Cod. lib. 1. tit. 5 cap. 4. & Cod. Theod. lib. 16. ti. 5. c. 43. 52. 54

† Concor. tex. in l. ex hoc iure. cū ibi not. ff. de iuſt. & iur.

† *al. ve*

1. *Pet.* 2.

† *ad ipſa*] orig. & Iuo

a ¶ Eccleſiæ.] *Hæc dictio non eſt apud B. Auguſtinum: Nam ibi agit contra Donatiſtas, qui legibus Imperatorum uillas ſibi ademptas, & Eccleſiæ catholicæ attributas eſſe querebantur: Quare, cum Donatiſtæ dicerent,* villas noſtras tulerunt: fundos noſtros tulerunt, *vt eos ipſe conuincat nullum ius in illis habuiſſe, aut habere, quibuſdam præpoſitis addit iſta.* Quo iure defendis uillas? diuino &c. *Et infra 11. q. 1. c. ſi quæ cauſa, ubi Gratianus citat initium huius capitis, iſta dictio,* Eccleſiæ, *non habetur: eſt tamen apud Anſelmum, Iuonem, & in Pannormia locis indicatis.*

b ¶ Tolle.] *Quoniam gloſſa obſtitit, ne omnia emendarentur, aut adderentur, quæcunque addenda uidebantur: placuit integrum apponere locū B. Auguſtini. Apud ipſum igitur poſt uer.* humano, *antecedentis paragraphi, hæc ſequuntur:* Vultis legamus leges Iuriſperitorum? & ſecundum ipſas agamus de uillis? Si iure humano uultis poſſidere; recitemus leges Imperatorum: uideamus, ſi aliquid uoluerint ab hæreticis poſſideri. Sed quid mihi eſt Imperator? ſecūdum ius ipſius poſſides terram. Aut tolle iura Imperatorum; & quis audet dicere, mea eſt illa uilla, aut meus eſt ille ſeruus, aut domus hæc mea eſt? Si autē ut teneantur iſta ab hominibus, iura acceperunt regum, uultis recitemus leges, ut gaudeatis, quia uel unum hortum habeatis, & non imputetis niſi manſuetudini columbæ, quia uel ibi uobis permittitur permanere? leguntur enim leges manifeſtæ, ubi præceperunt Imperatores, &c.

2 *Dignitate[f] vero ius naturale ſimiliter præualet cōſuetu-*

iure diuino. & bene poteſt eſſe, ꝙ iure diuino aliquid ſit proprium; ſed ideo dicit hic, ꝙ iure humano poſſident poſſeſſiones: quia iura humana potiſſimè tractāt de poſſeſſionibus: ſed ius canonicum principaliter de decimis, vel primitijs. Vel dic, ꝙ ibi ius diuinū ſtrictè ſumit, ꝓ iure canonico: ſed hic ius canonicū cōprehēdit ſub iure humano, & hinc 1. habes, ꝙ petenti reſtitutionem obſtat exceptio hæreſis. Hæretico. n. nihil eſt licitū poſſidere, vt 23. q. 5. ſi vos. & q. 7. c. 1. & 2. Item hic eſt arg. ꝙ à petēte reſtitutionē poſſumus quærere quo iure petat: an ꝑ interdictum vel iudicis officio. Itē ꝙ cauſam petendi tenetur explicare: & ꝙ ſecundū iura canonica actio ſit proponenda: habes extra de iudi. examinata. & extra de libe. obla. dilecti. nec obſtat extra de iudi. dilecti 2, Ioan. Sol. ego credo, ꝙ cauſa, & modus agendi eſt proponendus, vt ſecundum illum modum iudex ferat ſententiam, extra de ſimo. licèt Heli. licèt non cogatur actionē proponere; quia etiā ſecundum leges, ſola cauſa ſufficit, vt C. de edic. diui Hadri. tol. l. 3. Bar.

1 Illud hic elicitur ſecundū illā expōnē, q̃ ſit s̄. ead. in uer. defendis. i. petis, ſecundū Io. de Fant.

2 Vbi de hoc & 2. q. 6. decreto.

a ¶ Meus eſt.] Hæc verba meum, & ſuū ſpectant ad dñum, non ad bonæ fidei poſſeſſorem, vt ff. de re. & ſump. fu. l. 2. §. j.

b ¶ Gaudeatis.] Retinendo poſſeſſiones, vel eas recuperādo.

c ¶ Leges.] Conſtitutiones Imperatorum ſuper rebus eccleſiaſticis, non valuiſſent, niſi poſtea confirmatæ fuiſſent ab eccleſia, vt 96. diſt. bene.

d ¶ Poſſidere.] Hoc canones præcipiunt, vt 23. q. 7. c. 1. & 2.

e ¶ Dicere.] Arg. eſt hic, ꝙ qui vnū dicit, dicit, & omnia, quæ ſequuntur ex illo, vt 11. q. 3. æſtimant, & c. ſeq. & extra de do. & contum. cum dilecti: filius, & ff. quod met. cau. l. 1. Item arg. ꝙ idem iuris eſt in vno connexorum, quod in reliquo, vt 1. q. 3. ſi quis obiecerit. & 3. q. 6 hæc quippe. Item argu. ꝙ qui renunciat vni, renunciat omnibus, quæ ſequuntur ex illo, & etiam omnibus cohærentibus, vt 81. diſt. ſi quis ſacerdotum, & prima quæſt. prima, ſi quis epiſcopus. & 9. q. 2. nullus primas.

DIGNITATE. CASVS. Oſtendit, ꝙ differt dignitate ab alijs ius naturale: quia ſi conſtitutio, vel conſuetudo aliqua ſit huic contraria, irritatur: & hoc probatur ſeq. cap.

f ¶ Dignitate.] Hic incipit 2. pars diſt. in qua oſtendit quare ius naturale ſit dignius q̃ alia iura: nā quęcūq; conſti-

conſtitutio, uel conſuetudo eſt contra illud ius, eſt irritũ, & ad hoc inducuntur omnia .c. ſeq.

Q Væ contra.] CASVS. Dicitur in hoc c. ꝙ flagitia, quæ ſunt contra mores hominum, uitari debent: ita ut pactũ hominum, uel conſuetudo ciuitatis ſeruetur, nec ab aliquo uioletur: ſed perpetua gaudeat firmitate: Si tamen Deus iubet aliquid fieri contra pactum uel conſuetudinem, ei eſt obtemperandũ: nam ſi regi eſt obtemperandũ in regno, uel ciuitate ſua, multo fortius regi uniuerſæ creaturæ eſt obediendum.

dini, & conſtitutioni. Quæcunque enim vel moribus recepta ſunt, vel ſcriptis comprehenſa ſi naturali iuri fuerint aduerſa, vana & irrita habenda ſunt.

Vnde Auguſtinus ait lib. 3. confeſſ. c. 8.

¶Aduerſus naturale ius, nulli quidquàm agere licet. C. II.

Iuo p. 4. c. 178.

Q Væ contra mores [a] hominum ſunt flagitia [b], pro morum diuerſitate [c] vitanda ſunt, ut pactum inter ſe ciuitatis, aut gentis conſuetudine, uel lege firmatum, nulla ciuis, aut peregrini [d] libidine violetur. Turpis enim omnis pars eſt ſuo vniuerſo non congruens. Cum autem Deus aliquid contra morem, aut pactum quorumlibet iubet; etſi nũquam ibi factum eſt, faciendum eſt: & ſi omiſſum, inſtaurandum eſt; & ſi inſtitutum nõ erat, inſtituendum eſt. Si enim regi licet in ciuitate, cui† regnat, iubere aliquid, quod neq; ante illum quiſquam, nec ipſe vnquam iuſſerat; & non contra ſocietatem ciuitatis eius obtemperatur, immo [e] contra ſocietatem non obtemperatur (Generale [f] quippe pactum eſt ſocietatis humanæ obedire regibus ſuis) quanto magis Deo regnatori vniuerſæ creaturæ ſuæ, ad ea quæ iuſſerit, ſine dubitatione ſeruiendum eſt? ſicut [g] enim in poteſtatibus ſocietatis humanę maior [h] poteſtas minori ad obediendum præponitur, ita Deus omnibus.

† *al. in qua*

Item Nicolaus Papa Igmaro Remenſi archiepiſcopo.

¶*Caput hoc eſt ex epiſtola Nicolai, quæ incipit,* Epiſtolã Beatitudinis tuæ, *extatque vna cum alijs eiuſdem, & aliorum Pontificum epiſtolis manuſcriptis Romæ in Bibliotecha monaſterij Dominicanorum, ex qua hoc caput emendatum eſt.*

¶Radicitus eſt euellenda pernicioſa conſuetudo. C. III.

Iuo p. 4. c. 203. Pann. l. 2. c. 28.

M Ala conſuetudo [i], quæ non minus [k] quàm pernicioſa corruptela† vitanda eſt, niſi citius radicitus euellatur, in priuilegiorum ius ab improbis aſſumitur: & incipiunt præuaricationes, & variæ † præſumptiones celerrime non compreſſæ, pro legibus venerari, & priuilegiorum more perpetuo celebrari.

† *al. vana*

† Concor. text. in Auth. habita. cũ in gl. in uer. peruerſa conſuetudine. C. ne fil. pro pat. & in c. Maſſana, de elect.

Item Auguſtinus libr. 3. de baptiſmo contra Donatiſtas, cap. 6.

Sub perſona Liboſi Vagenſis. Iuo p 4. c. 208. Pann. l. 2. c. 165. ꝗ. ead. c. qui cõtempta. Ibid. c. 8. ſub ꝑſona Fælicis a Buſlaceenſis.

¶Veritati & rationi conſuetudo eſt poſtponenda. C. IIII.

V Eritate [l] manifeſtata [m] cedat conſuetudo veritati: plane reſpondeo, quis dubitet [n] veritati manifeſtatæ debere conſuetudinẽ cedere? *Item.* Nemo conſuetudinem rationi,

a ¶Mores.] Bonos.

b ¶Flagitia.] Id eſt quaſi flagitia. 32. q. 7. flagitia.

c ¶Diuerſitate.] Id eſt aduerſitate. Io.

d ¶Aut peregrini.] Nunquid ergo peregrini, & ſcholares tenentur ſequi conſuetudinẽ illorũ inter quos commorantur? Ar. vr hic, ꝙ ſic 1, & 12. diſt. illa. & 41 di. c. 2. Arg. contra quia uiatores non ſortiuntur forũ illius loci ꝑ quẽ tranſeunt, ut ff. de iudi. hæres. §. 2. Et eſt argu. ꝙ ſoli perpetuo habitantes obligantur legi ciuitatis, vt ff. de pi. debitor.

1 Et eſt hic arg. ꝙ conſuetudo loci attendenda eſt in ſcacorũ ludo ſecundum Lau. ſed ar. contra 41. diſti. illud. in fi.

e ¶Immo.] q. d non eſt cõtra pactum humanæ ſocietatis ei obtemperare: immo ſcdm pactũ: quia in oĩ pacto ſemper intelligit excepta maioris auctoritas, ut extra de iu. iur. uenientes.

f ¶Generale.] Id eſt generalis lex.

g ¶Sicut.] In hoc facit ad ꝑpoſitũ: quia id quod Deus præcipit cũ ſit de iure naturali, præfertur conſuetudini, uel conſtitutioni.

h ¶Maior.] Ergo magis obedit monachus epiſcopo quàm Abbati 2: quod falſum eſt, vt 58. diſtin. c. 1. & 2. ſed de hoc dic, ut no. 11. q. 3. qui reſiſtit.

2 Ad hoc facit quod not. 2. q. 7. cũ paſtoralis. ſed contra, 18. q. 3. in fin. Archid.

M Ala.] CASVS. Quædam praua conſuetudo inoleuit in archiepãtu Remeñ. quare Papa præcipit. Igmaro Remeñ. archiepõ, ut illã cõſuetudinem tollat: quia niſi illa conſuetudo radicitus euellatur, ab impijs in ius aſſumetur, & ꝑſumptiones incipiẽt pro legibus uenerari.

i ¶Mala conſuetudo.] Argu. quòd id quod aliàs eſt illicitum, ratione conſuetudinis nõ fit licitũ. Ar. contra .ſ. diſ. 4. denique. ar. contra, ex. de cõſue. c. ult. & minus rõnabilis cõſuetudo inducit ius. extra de in integ. reſt. cõſtitutus. Itẽ hic eſt ar. ꝙ honeſta conſuetudo inducit priuilegiũ, vt 9. q. 3 conqueſtus. & 82. diſt. plurimos.

k ¶Nõ minus.] Hęc vij. c. de mala conſuetudine loquuntur.

CASVS autẽ ſequentis cap. planus eſt, & per ſe patet.

l V Eritate] Arg. ꝙ ueritas præiudicat opinioni, ut hic. & 81. di. quicũque, & extra de biga. nup extra q. fi. ſint legi. ꝑ tuas. & ex de pur. uul. ſignificantibus. & extra de frig. & ma. fraternitatis. ar. contra. ſ 3. q. 7. infamis. §. tria. & ex. de iure pa. cõſultationib. & C. de teſ. l. j.

m ¶Manifeſtata.] Per doctrinam, & reuelationem.

n ¶Dubitet.] Quandoque tamen conſuetudo præualet legi. extra de conſue. c. ult.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

SI conſuetudinem.] CASVS. Quidam epiſcopus habebat quandam prauam conſuetudinem. ſcribit ei Greg. & mandat, ut illam aboleat, & ꝙ hoc facere debeat, probat auctoritate Chriſti, qui dixit: Ego ſũ veritas, & non dixit: Ego ſum conſuetudo. & ſententia Cypriani, qui dixit, ꝙ q̄tũcumque ſit vetuſta conſuetudo veritati cõtraria, eſt abolẽda.

a ¶ Dicit argu. ꝙ verbis eſt inhærendũ. extra de deci. ad audiẽtiam.

b ¶ Vetuſta.] 1. q. 3. ſi quis præbendas. arg. contra. ff. de legi. de qb. §. inueterata. cõmunia prædi. l. venditor. §. ſi conſtat. & extra de conſuetu. cum dilectus. & extra de iurepa. c. cura paſtoralis, in his propter diuturnitatem temporis ſuſtinetur, id qđ eſt minus rõnabile. dic ꝙ vetuſtas eſt ſeruanda, ſi poteſt ſine ſcandalo ſeruari. contra diſt. 4. denique.

QVi contempta.] CASVS. Quidã cõtẽpta veritate conſuetudinẽ ſequebantur, quos dicit Aug. facere cõtra fratres, & cõtra Deũ, qui dixit: Ego ſũ veritas, & non dixit: ego ſum conſuetudo. & hoc ẽt probatur exẽplo Petri. qui ceſſit Paulo veritatem prędicanti. Ratio igitur & veritas conſuetudinem excludit.

c ¶ Circumcidebat.] Et cibos diſcernebat propter quod Paulus ei reſtitit in faciem, 2. q. 7. c. Paulus Petrum. 27. q. 1. ſicut enim. ver. ecce.

FRuſtra.] CASVS. Quidam contra ſacramenta, & alia ſpiritualia conſuetudinem veritati ꝑponebãt, quare quęſitũ fuit ab Auguſtino, qđ iuris eſſet? Et rũdet Auguſtinus, ꝙ fruſtra obijciunt conſuetudinem veritati, ſi tñ conſuetudini veritas ſuffragatur, nil oportet firmius retineri.

d ¶ Conſuetudinẽ.] Ex his omnibus cap. videtur, quòd ſemper ius præiudicet conſuetudini. Videamus ergo quando conſuetudo præiudicet iuri. Eccè inuenio in electione conſuetudinem præiudicare iuri. nam perſona, quę aliàs eſt ineligibilis, ratione conſuetudinis fit eligibilis, vt ĩ. 12. diſt. nos conſuetudinem. Item rõne conſuetudinis coguntur aliqui eligere de aliena eccleſia, ut extra

Conſuetudo in multis præiudicat iuri.

& ueritati præponat: quia conſuetudinem ratio & ueritas ſemper excludit.

Item Gregorius a VVimundo† Auerſano epiſcopo.

† *al. Guitmũdo.*

a Gregorius.] *In aliquot manuſcriptis, & apud Iuonem, eſt* Gregorius vij. *Et in huius Pontificatu Guitmundus Auerſanus epiſcopus ſcripſit de corpore et ſanguine Domini contra Berengarium, qui liber extat.*

¶ Quælibet conſuetudo veritati eſt poſtponenda. C. V.

Iuo p. 4. c. 213. Pann. l. 2. c. 166. *Ioan.* 14.

SI conſuetudinem fortasſis opponas; aduertẽdum eſt, ꝙ Dominus dicit [a]: [Ego ſum veritas, & uita.] Non dixit, Ego ſum conſuetudo; ſed, veritas. Et certe (ut Beati Cypriani vtamur ſententia) quælibet conſuetudo, quantumuis vetuſta [b], quantumuis vulgata, veritati omnino eſt poſtponenda: & vſus qui veritati eſt contrarius, abolendus.

Cyprianus in toto illo ſuo cõcilio.

Item Auguſtinus lib. 3 de baptiſmo contra Donatiſtas, c 5.

Sub pſona Caſti Siccenſis.

¶ Veritate reuelata, conſuetudinem ſibi cedere oportet. C. VI.

Iuo p. 4. c. 234. Ibid. c. 6. ſub ꝑſona Liboſi Vagenſis. Io. 14. ſ̃. ea. c. veritate Ibid. c. 7. ſub ꝑſona Zozimi à Tharaſſa. Gal. 2. Ibi. c. 9. ſub perſona Honorati à Tucca. ſ̃. ea. c. veritate.

QVi contempta ueritate præſumit conſuetudinem ſequi; aut circa fratres inuidus eſt & malignus, quibus veritas reuelatur; aut circa Deum ingratus eſt, cuius inſpiratione eccleſia eius inſtruitur. *& infra.* In Euangelio Dominus, Ego ſum, inquit, veritas: non dixit, ego ſum conſuetudo. Itaque veritate manifeſtata, cedat conſuetudo veritati. *& infra.* ¶ Reuelatione facta veritatis, cedat conſuetudo β veritati: quia & Petrus, qui prius circumcidebat [c], ceſſit Paulo veritatem prædicanti. *& infra.* Cum Chriſtus veritas ſit; magis ueritatem, quam conſuetudinem ſequi debemus: quia γ conſuetudinem ratio & ueritas ſemper excludit.

β ¶ Cedat conſuetudo.] *Apud B. Auguſtinum, & Iuonem, & in Pannormia legitur,* cedat error *Sed vere B. Auguſtinus ex ipſiuſmet Zozimi verbis colligit, quod ille errorem appellabat, fuiſſe conſuetudinem. Ita enim reſpondet.* Noluit quidem iſte dicere, conſuetudinem, ſed errorem: Veruntamen cum dicit, quia & Petrus, qui prius circumcidebat, ceſſit Paulo veritatem prædicanti, ſatis indicat, quòd aliud etiam de baptiſmo fieri ſolebat.

γ ¶ Quia conſuetudinem.] *Verba hæc vſque ad finem, apud Iuonem, & Gratianum ſatis commode hic nectuntur, repetita ex verbis Fœlicis, quæ referuntur ſup. c. veritate.*

Idem in lib. 4. de baptiſmo contra Donatiſtas, cap. 3.

Hic refert B. Auguſtinus verba B. Cypriani in epiſt. ad Iubaia. Iuo. p. 2. c. 94. & par. 4. c. 235. Hic B. Auguſtinus reſpondet.

¶ Conſuetudo rationi fruſtra opponitur. C. VII.

FRuſtra, inquit, quidam qui ratione uincuntur, conſuetudinem [d] nobis obijciunt: quaſi conſuetudo maior ſit ueritate; aut non id ſit in ſpiritualibus ſequendũ, quod in melius fuerit à ſpiritu ſancto reuelatum. ¶ Hoc plane verũ eſt; quia ratio & veritas cõſuetudini pręponẽda eſt. Sed cũ cõſuetudini veritas ſuffragač, nihil oportet firmius retineri.

extra de conſuetu.cum dilectus.in fi. Item ratione cõſuetudinis poteſt eps eligi in præpoſitum. extra de cõceſ.præb.cum noſtris.Item ratione conſuetudinis eligit minor eccleſia cũ cathedrali.extra de cauſa poſſeſ. & proprie.cum eccleſia.extra de conceſ.præb. & eccl. non vac.cum noſtris.& c.litteras.Item ratione cõſuetudinis ſolus abbas ſine cõſenſu fratrũ confert ſtipẽdia, vt extra de his,quæ fi.à p̃la.ſine conſ.c.ea noſcit.Itẽ in ſacro baptiſmi p̃ualet cõſuetudo,vt ĩ. de conſec.diſt. 4.de trina. Item in matrimonio reſpicitur cõſuetudo extra de cog.ſpi.ſuper eo. Item in continentia clericorum.84.di.cum de quorundam. Item in alijs caſibus, quos not.ſ.1 diſt.c.conſuetudo. Scias ergo,ꝙ ad hoc ꝙ cõſuetudo p̃iudicet iuri, requirit̃,ꝙ ſit præſcripta, vt extra de cã poſ.cũ eccleſia.& extra de conſue.c.vlt. Item ꝙ obtinuerit in cõtradictorio iudicio populi, vt extra de verb.ſig.abbate.ff.de leg.cũ de cõſuetudine. Itẽ ꝙ eo aĩo fiat,vt credãt ſe ius hr̃e,& in poſterum illud intendant facere. alioquin talis vſus non dr̃ vſus, vt ff.de iti.actuq; pri.l.1.§.Iulianus rectè ait. Itẽ vt res illa ſit p̃ſcriptibilis,vt 93.diſt.c.illud. Itẽ ꝙ poſſit dici antiqua & approbata,vt extra de poſtula. p̃la. bonæ 2. circa fi.Item continere debet naturalẽ æquitatẽ.extra de do.& contu.c.1.extra de conſue.ex parte. Itẽ ꝙ ſit de ſciẽtia Principis inducta,nõ tñ de tolerantia 1,vt extra de præb.cum iam dudũ.Item ꝙ nõ p̃ errorẽ ſit inducta.ff.de leg.ꝙ non rõne.ĩ.ea.cõſuetudo.Itẽ ꝙ maior pars populi cõſueuerit.illa cõſuetudine vti: quia ſi cut maior pars populi non poſſet inducere legem: ſic nec conſuetudinem.Quidam tñ dicunt,ꝙ illa conſuetudo præiudicat iuri, q̃ excedit hoĩum memoriã. Illud.n.loco cõſtitutĩ hr̃, vt ff. de aqua quot.& eſt. hoc iure.§.ductus aquæ.& 3.q.6.hæc q̃p pe. Ioan. Hoc bñ teneas,ꝙ ſufficit ſecundum canones, ꝙ ſit rationabilis, & præſcripta,vt extra de cõſue.c.vlt Bar.Brix.

Conſuetudinis multæ ſunt cõditiones.

1 Idem ſen tit Inn qd' dic vt plenè not. extra de conſue. in prin. ibi videas. & eo.tit.c.vlt. in glo. arg. cõtra,quia, & c.quã g'. quidam habent ſigna tam ad tit. ex parte. De hoc ẽt not.3. diſt. c.in iſtis.§. leges.ibi videas,Arch.

Item Cyprianus in epiſtola ad Pompeium contra epiſtolam Stephani.

¶Rationem conſuetudo impedire non debet. C. VIII.

CONſuetudo[a], quæ apud quoſdam obrepſerat, impedire non debet, quominus veritas præualeat, & vincat. Nam conſuetudo ſine veritate, vetuſtas erroris eſt: propter quod relicto errore ſequamur veritatem, ſcientes, quia & apud Eſdram[b] veritas vicit, ſicut ſcriptum eſt: [Veritas manet, & inualeſcit in æternum, & viuit, & obtinet in ſæcula ſæculorum.] *Idem in epiſt. ad Iubaianum, circa med.*

Eſdra 3.& 4.

Ignoſci *a* poteſt ſimpliciter erranti, ſicut de ſeipſo dicit Apoſtolus Paulus [Qui primo, *inquit*, fui blaſphemus, & perſecutor, & iniurioſus: ſed miſericordiam merui; quia ignorans[c] feci.] Poſt inſpirationem vero, & reuelationem factam, qui in eo quod errauerat, perſeuerat, prudens & ſciens ſine venia ignorantiæ peccat: præſumptione enim atque obſtinatione quadam nititur, cum ratione ſuperetur.

1.Tim.1.

a ¶Ignoſci.] *Apud B.Cyprianum legitur,* Ignoſci enim poteſt, *& his antecedunt ea,quæ leguntur ſupra,c.fruſtra. vſque ad ver.* reuelatum.

Idem lib.2.epiſt.3.ad Cecilium.

¶Dei veritatem, non hominum conſuetudinem ſequi oportet. C. IX.

SI ſolus[d] Chriſtus audiendus eſt,non debemus attendere,quid aliquis ante nos faciendum putauerit;ſed quid, qui ante omnes eſt,Chriſtus,prior fecerit.Neque enim hominis conſuetudinem ſequi oportet; ſed Dei veritatem, cum per Eſaiam prophetam Deus loquatur,& dicat,[Sine cauſa autem colunt me, mandata & doctrinis hominum[e] docentes.]

Anſel.l.9.c.6. Matth.17. Hic eſt filius meus,&c. Eſa.29. Matth. 15.

Liquido igitur apparet,quòd conſuetudo naturali iuri poſtponitur.

CONſuetudo.] CASVS.Hoc capitulum diuiditur in duas partes. In prima parte dr̃,ꝙ cõſuetudo praua, q̃ apud quoſdã obrepſerat,p̃iudicare non dẽt veritati & rõni.& hoc p̃bat exẽplo Eſdræ, qui dicit; veritas valet, & inualeſcit. In ſecũda parte,quæ incipit ibi,[Idem.Ignoſci.]dr̃ ꝙ ſimpliciter erranti poteſt & dẽt ignoſci: & hoc probatur exemplo Pauli dicentis: Miſericordiã merui: quia ignorãs feci: ſed qui ſcienter facit,veniam non meretur.

a ¶Cõſuetudo.] Pone caſum,vt ĩ.de cõſec.diſt.3.c.2.& 3.

b ¶Eſdram.]Qũ p̃hibuit Iudæis ne alienigenas ducerẽt vxores, niſi eſſent de tribu ſua:ipſi autem duxerũt alienigenas de filijs Chananæorum, vt 28.q.1.§.1.Vel tangit qualiter bibliotheca & pſalterium à Babylonijs deſtructa,per Eſdram reparata ſit. Vel aliter quæſitum eſt quæ virtus eſſet maior? Reſpondet quidam mulieris,alius regis,alius viri,alius vini.alius veritatis.hanc approbauit Eſdras.

c ¶Quia ignorans.] Arg.ꝙ ignorantia iuris excuſat,vt hic,& 30.q.1.de his.& 2.q.3.ſi quem. §. notandum 2. & 24.q 1.ſi quis dederit.& 28.diſt.presbyterum.

2 Not.etiã 38. diſt. in prin de cõſecr..diſt.2. cap.3.

SI ſolus.]CASVS.Dicit Cyprianus in hoc cap. ꝙ nõ omnis conſuetudo imitanda eſt, ſed Chriſti veritas: & illud quod ipſe fecerit, qui prior eſt ante omnes. Et hoc probatur auctoritate Eſaię reprehendentis Iudęos,qui veritatem non ſequebantur.

d ¶Si ſolus.]Id eſt,nullus ei contrarius.ſic infra 8. q. 1.ſciendum.in fi.

e ¶Hominum.]Ergo Iudęi reguntur humanis conſtitutionibus,& ſic eſt econtra.ĩ.12.diſt.omnia vbi dicit ꝙ Iudęi tantum diuinis conſtitutionibus regũtur:ſed verum eſt ꝙ olim regebantur conſtitutionibus humanis,ſcilicet ſcribarum & Phariſęorum,vt hic dicit̃. ſed hodie non,vt ibi.

Iudęi vtrĩ conſtitutionibus regãtur.

DISTINCTIO IX.

1 Q*Vod autem*[a] *& conſtitutio naturali iuri cedat, multiplici auctoritate probatur.*

Ait enim Auguſtinus ad Bonifacium comitem, epiſt. 50.

¶Leges principum naturali iuri præualere non debent.

PALEA. α C. I.

IMperatores quando pro falſitate contra veritatem conſtituunt malas leges, probantur bene credétes, & coronantur perſeuerantes: quando autem pro veritate contra falſitatem conſtituunt bonas leges, terrentur ſæuientes, & corriguntur intelligentes.

Quicunque β [b] ergo legibus [c] Imperatorum, quæ pro Dei veritate feruntur, obtemperare non vult, acquirit grā de ſupplicium. Quicunq; vero legibus Imperatorum, quæ contra veritatem Dei feruntur, obtemperare non vult, acquirit grande præmium. Iuo p.4. c.184. Pann.l.2. c.154

Nam & temporibus prophetarũ omnes reges; qui in populo Dei non prohibuerunt, nec euerterunt, quæ contra Dei præcepta fuerant inſtituta, culpantur: & qui prohibuerunt, & euerterunt, ſuper aliorum merita laudantur. Et rex Nabuchodonoſor, cum ſeruus eſſet idolorum, conſtituit ſacrilegam legem, vel ſimulachrũ adoraretur: ſed eius impiæ conſtitutioni qui obedire noluerunt, pie fideliterq; fecerunt. Idem tamen rex diuino correctus miraculo, piã, & laudabilem legem pro veritate conſtituit, vt quicumq; diceret blaſphemiam in Deum† Sidrac, Miſac, & Abdenego, cum domo ſua penitus interiret. *Dan.3.* *Ibid.* † *Deum verum*] orig.

α ¶Palea.] *In exemplaribus antiquis Gratiani, in quibus aut nulla, aut paucæ ſunt paleæ, hoc loco habetur tantum à verſ.* Quicunque *vſque ad verſ.* Nam & temporibus. *In alijs autem in quibus ſunt, habetur integrum hoc caput, & ſine nota Palea. Eſt autem totum in eodem B. Auguſtini loco.*

β ¶Quicunque.] *Commutatus etiam apud Iuonem, & in Pannormia eſt ordo verborum Beati Auguſtini, apud quem qui meretur præmium, priore, qui ſupplicium, poſteriore loco ponitur.*

Item ex verbis Iſidori, lib.3. ſententiarum de ſummo bono, c.52.

¶Principes tenentur, & ipſi viuere legibus ſuis.

C. II.

IVſtum eſt principem legibus obtemperare ſuis. Tunc enim iura ſua ab omnibus cuſtodienda exiſtimet, quãdo ipſe illis reuerentiam præbet. Principes legibus teneri ſuis nec in ſe conuenit † poſſe damnare iura, quæ in ſubiectis conſtituunt. Iuſta eſt enim vocis eorum auctoritas, ſi quòd populis prohibent, ſibi licere non patiantur. Burc.l.15.c.42. Iuo p.16. c.41. †*conuenit fruſtrare iura*] orig.

¶*In aliquot vetuſtis exemplaribus caput hoc non habetur. in alijs vero coniunctum eſt ſuperiori, & non habet rubricam.*

Item Auguſtinus in prologo libri tertij de Trinitate.

¶Scripturis canonicis tractatorum litteræ deſeruiunt. C. III.

NOli meis Iuo p.4.c.71. Pann.l.2.c.120.

QVod ãt.] Hæc diſtinctio diuidit ĩ duas partes. In prima ꝓbatur ꝙ nõ valet conſuetudo contra Deum. In ſecunda ibi, [Noli.] ꝓbatur ꝑ ix. cap. ꝙ cõmenta Sanctorum nõ ꝑiudicãt nouo & veteri teſta. Io. de Fã.

CASVS. In ſuperiori diſtin. oſtẽſum eſt, ꝙ ius naturale præponitur cõſuetudini, in hac 9. diſt. oſtendit ꝙ ius naturale præponitur cõſtitutioni: & hoc ꝓbatur ꝑ ſequẽtia c. & intellige hoc de iure naturali, qđ conſiſtit in præceptis & prohibitionibus.

a ¶Quod autem.] ſ. in proxi. diſt. 8. oſtendit qualiter ius naturale præualet conſuetudini. In hac 9. diſt. oſtendit qualiter ius naturale præiudicat & præualet conſtitutioni hominum: & ſumitur per totam hanc diſtin. ius naturale pro iure diuino, quod continetur in lege & in Euangelio. Item per totam hanc diſtin. vocat canonicam ſcripturam, nouum & vetus teſtamentum.

IMperatores.] CASVS. Dicitur in hoc cap. ꝙ qui bonis legibus, & q̃ ꝓ veritate latæ ſunt, non obtemperat, puniri debet: qui vero malis legibus, & q̃ cõtra Dei volũtatem latæ ſunt, non obtemperat, remunerari debet.

b ¶ Quicunque.] Hic incipit cap. aliud eſt palea. & habes idem 23. quæſt. 4. non inuenitur.

c ¶Ergo legibus.] Not. arg. a contrarijs, vt 15. q. 3. de crimine. & 24. quæſtio. prima. quodcunque ligaueris. & ead. cauſa. quæſtio. 2. ſanè. 35. diſtin. qualis. & fortiſſimũ eſt argu. a contrarijs 1. ff. de offic. eius cui mãd. eſt iuriſdi. l. 1. & 11. q. 3. Imperatores. Argumẽtũ à contrario, eſt in iure fortiſſimũ.

1 De hoc legi. & not. 8. q. 1. ſciendum. iuxta finem.

NOli meis.] CASVS.

CASVS. Quærebant quidam ab Aug. vtrum ſcriptis eius eſſet fides abhibenda tamquam ſcripturis canonicis noui & vete. teſta. & reſpondet ꝙ non. In ſcripturis. n. canonicis quod inuenitur, incunctanter credendum eſt, in ſcripturis autem Auguſtini quod reperit, non poſtea retractauit 1. vt 29. q. 6. vides. 12. q. 1. certè. & 26. q. 4. quodam loco.

r Ad idem 28. q. 4. c. vltimo.

EGo ſolis.] CASVS. Quæſiuit Hiero. ab Aug. an credat ſcriptores vete. & noui teſta. erraſſe in ſcribẽdo. Et reſpondet Aug. ꝙ non: ſed ſi aliquid in illis ſcriptis mẽdacij inuenitur, dicendũ eſt codicẽ eſſe mẽdoſum, vel interpretem non bene de Græco in Latinũ trãſtuliſſe, aut dicã me nõ intelligere quod ſcriptum eſt. Alijs autem ſcriptoribus non eſt credendum, & ſi ſancti ſint: niſi quod ſcripſerint probauerint ꝑ canonicas auctoritates.

litteris, quaſi canonicis[a] ſcripturis inſeruire. Sed in illis, & quod non credebas, cum inueneris, incunctanter crede: in iſtis[b] autem quod certum† non habebas: niſi certum intellexeris, noli firmum† tenere.

† al. certũ habeas. exemp.] † al. firmiter retinere.] orig.

Idem ad Vincentium Victorem, li. 4. de anima, & eius origine, cap. 1.

¶In tractatorum opuſculis multa corrigenda inueniuntur. Cap. IIII.

Iuo par. 4. c. 73. † moribus] orig. & Iuo.

NEgare[c] non poſſum, nec debeo, ſicut in ipſis maioribus†, ita multa eſſe in tam multis opuſculis meis, quę poſſint iuſtò iudicio, & nulla temeritate damnari.

Idem ad Hieronymum, epiſt. 19.

¶In ſcriptis canonicis mendacia non admittuntur. Cap. V.

Iuo par. 4. c. 74. Pann. l. 2. c. 119 † ſcripturarũ libris] orig. & Pann. † eorum auctorem in ſcribendo aliqd erraſſe firmiſsimè credam] orig. Iuo, & Pann. † præpolleant] origin.

EGo ſolis eis ſcriptorum†[d], qui iam canonici appellantur, didici hunc timorem, honoremque deferre, vt nullum eorum† ſcribẽdo erraſſe[e] audeam credere: ac ſi aliquid in eis offendero, quod videatur contrarium veritati: nihil aliud quàm vel mendoſum eſſe codicem, vel interpretem non aſſecutum eſſe quod dictum eſt, vel me minimè intellexiſſe non ambigã. Alios autem ita lego, vt quantalibet[f] ſanctitate, doctrinaque polleant†, non ideo verum putem, quia ipſi ita ſenſerunt, ſed quia mihi per alios α auctores, vel canonicas, vel probabiles[g] rationes, quod à vero non abhorreat, perſuadere potuerunt.

α ¶Mihi per alios.] *Sic etiam in manuſcriptis, & in gloſſa. Apud Beatum Auguſtinum eſt*, mihi vel per illos auctores canonicos, vel probabili ratione. *Nec multo ſecus apud Iuonem. Alias vero nonnullas varietates ſatis viſum eſt in margine indicare.*

Idem ϛ.

ϛ ¶Idem.] *Verba huius capitis ſunt B. Hieronymi ad Lucinium Bæticum, epiſt. 28 ſed mutata non eſt inſcriptio ob gloſſam. in ver. Græci.*

¶Libris veterum Hebręa volumina, nouis Græca auctoritatem impendunt. Cap. VI.

† Adde Iacob. But. & etiam aliquid ꝑ Barto. in l. intrã tum, §. ſi cũ lege ſeq. ff. de re. di. & Alexan. de Imo. in l. bene ad cognitionem. col. 9. ff. ſi cer. pet.

VT veterum[h] librorum † fides de Hebræis voluminibus examinanda eſt, ita nouorum Græci[i] ſermo-

d ¶Scriptorum.] Id eſt, ſcriptoribus.

e ¶Erraſſe.] Nefas enim eſt dicere, ꝙ ſcriptura mentiatur, vt 23. q. 5. quid ergo. immo qđ in eis dr̃, defendere dẽmus vſque ad ſanguinis effuſionem, vt 25. q. 1. ſunt quidam.

Scriptura non mentitur.

f ¶Quãtalibet.] Arg. ꝙ nõ eſt cõſiderãdũ q̃s dicat, vt 19. diſt. ſecũdũ. & eſt arg. ꝓ dictis quorũdã teſtiũ, ꝙ non eſt credendũ magis honorabiliori perſonæ q̃ alij: quia veritas à quocumq; prolata ſꝑ præferenda eſt, vt 2. q. 7. quaritur, & infra, eo. neq;. ff. de ſup. leg. l. Labeo. Eis. n. magis creditur, qui rei aptiora dicunt, vt 4. q. 3. §. itẽ in criminali. verſic. ſi teſtes. Nec ſanctitas perſonæ prodeſt, vt citius credatur. 50. diſt. ſi quis præpoſitea. & arg. ad idem 1. q. 1. teneamus. 6. q. 2. placuit. & 3. q. 9. c. vl. Arg. contra 2. 11. q. 1. quicumque. 97. diſt. nobiliſſimus. & 8. q. 3. c. 1. & 41. diſt. c. 1. & 11. q. 3. abſit.

Veritas à quocumq. dicat, omnibus eſt prę ferenda.

a Iſta contraria omnia quę ſequuntur, aut nullo modo contradicunt, aut vilia ſunt contraria: Vel dic, ꝙ ĩ hoc sũt contraria: quia vni ſoli q̃nq; creditur, vt illa iura probant ꝑꝑ dignitatẽ perſonę ſecundum Io. de Fan.

non eſt habendum pro firmo, niſi certum appareat.

a ¶Canonicis.] Quia de canonicis ſcripturis non poſſumus diſputare an iuſtæ ſint, vel non. vt infra, ead. quis neſciat.

b ¶In iſtis.] Loquitur hic ſecundum illa tp̃a, cum adhuc ſcripta Augu. & aliorum ſanctorum Patrum non erant authentica, ſed hodie iubentur* omnia teneri vſque ad vltimum iota, vt ſ. 15. diſt. c. vlt. Vel hoc ideo dicit, vt oſtẽdat ꝙ maior ſit auctoritas veteris teſtamenti, quàm ſanctorum Patrum, vt 10. diſt. in canonicis.

* Hoc in c. illo. vlti. iubetur de epiſtola B. Leonis ad Flauianũ.

NEgare.] CASVS. Vinc. reprehẽdebat opuſcula Augu. dicens ibi eſſe multa mendacia. Et certe non eſt mirum dicit Augu. ſi ſua opuſcula culpanda ſunt, cum maiorum opuſcula reprehendantur.

c ¶Negare.] Iuſto iudicio. Vnde Augu. multa opera

g ¶Probabiles] Arg. ꝙ ratio æquiualet canoni, vt ſupra, diſt. 1. conſuetudo. & infra, c. ſanè. Ioan.

VT veterum.] CASVS. Dr̃ in hoc cap. ꝙ ſicut recurrendum eſt ad volumina Hebræorum, ſi dubitatio aliqua oriat̃ de veteri teſtamẽto: ſic ſi dubitat̃ ſuper libris noui teſt. recurrẽdũ eſt ad Græcorũ ſcripta.

h ¶Veterum.] Id eſt, veteris teſtamenti.

i ¶Græci.] Hieron. in ſcđo prologo Bibliæ contra ait, dicens, ꝙ emendatiora ſunt exemplaria latina, quàm græca, & græca q̃ hebræa. Sed Aug. ad primitiuam eccleſiam reſpicit, qñ exemplaria græca & hebræa non erant corrupta: ſed procedente tempore cum populus Chriſtianus multũ eſſet auctus, & hæreſes multæ eſsẽt factæ inter Græcos, in inuidiam Chriſtianorum Iudæi & Gręci ſua exemplaria corruperunt: & ſic factũ eſt, ꝙ exem-

exemplaria eorum magis corrupta ſunt quàm latinorum, ad quod tempus reſpicit Hiero. Vel reſpicit ad latina exemplaria à fidelibus interpretib. tranſlata. Aug. reſpicit ad exemplaria latina à non fidelibus, & falſatoribus tranſlata: in quibus ſi quid falſitatis videatur, dicit eundũ eſſe ad originalia. Vel dic, ꝙ in hoc magis credendũ eſt Hieronymo, quàm Auguſt. quia inter iſtos tres Aug. Hierony. & Greg. Auguſtino magis credẽdũ eſt in diſputationibus, Hieronymo in hiſtorijs, & tranſlationibus: Gregorius in moralibus præponitur, quia non oẽs in omnibus ſed certi pro certa, &c. C. de vete. iu. enu. l. 1. ibi, quia non oẽs. Et eſt hic arg. ꝙ quãtũcumq; authẽticũ ſit aliquod inſtrm: ſi tñ de ipſo aliquid in dubium reuocatur, ſemper exhibendum ſit illud a quo originẽ ducit, vt 76. diſt. c. ieiunium. in prin. & j. 25. q. 2. ſancimus. & optimè extra de ſenten. & re iud. cum inter. Et hoc cõtra dominum Alberic. qui dicit, ꝙ ſi vna publica charta originẽ ducit ab alia publica charta, non eſt neceſſe exhibere originale. arg. in Authent. vt fratrum filij. §. quia vero. coll. vlt. secus in priuata. Authent. vt ipſo larg. §. & hoc inſuper col. 8. arg. pro ipſo 19. diſt. ſi Romanorũ. Quid iuris ſit de hoc, dixi j. 100. diſtin. contra morem.

Auguſtinũ diſputationes, Hieronymũ trãſlationes, & Gregorium moralia cõmendant.

falſitatis reperiatur in inſtrumento, ꝙ totum redditur ſuſpectũ: nec ei creditur, vt ff. de fide inſtr. l. 2. in fi. & hoc notaui in quæſtionibus. Bart. Brixien.

d ¶Pondere.] Id eſt, auctoritate.

Quis neſciat ſanctam.] CASVS. Dicit ut in hoc c. ꝙ qui-

nis [a] normam deſiderat.

Item Auguſtinus ad Hieronymum, epiſt. 9.

¶Nihil auctoritatis canonicis remanebit ſcripturis, ſi ad eas mendacia fuerint admiſſa. C. VII.

SI ad ſcripturas ſanctas admiſſa fuerint uel † officioſa [b] mendacia; quid in eis [c] remanebit auctoritatis? Quæ tandem de ſcripturis illis ſententia proferetur; cuius pondere [d] contentioſæ falſitatis obteretur † improbitas?

Iuo p. 4. c. 215.
† *al. velut officioſa.*] orig. *al. fuerint officioſa.*
† *al. ſubruatur.*

Idem de baptiſmo contra Donatiſtas, lib. 2. c. 3.

¶Litteris omnium epiſcoporum ſacra præponitur ſcriptura. C. VIII.

QVis neſciat ſanctam ſcripturam canonicam tam veteris, quàm noui teſtamenti certis ſuis terminis [e] contineri, eamque omnibus poſterioribus epiſcoporum litteris ita præponi, vt de illa omnino dubitari, & diſceptari [f] non poſſit, vtrum verum vel vtrum rectum ſit quidquid in ea ſcriptum eſſe conſtiterit? Epiſcoporum autem litteras, quę poſt confirmatum canonem vel ſcriptæ ſunt, vel ſcribuntur per ſermonem forte ſapientiorem cuiuslibet in ea re peritioris, & per aliorum epiſcoporum grauiorem auctoritatem, doctioremque † prudentiam, & per concilia licere reprehendi, ſi quid in eis forte à veritate deuiatum eſt?

Iuo p. 4. c. 227. Polyc. l. 3. tit. 21

† *al. doctiorumque.*

Idem ad Vincentium epiſt. 48. contra Donatiſtas.

¶Ex dictis quorumlibet epiſcoporum contra diuina mandata calumniæ non colligantur. C. IX.

NOli frater contra diuina tam multa, tam clara, tam indubitata teſtimonia colligere velle calumnias [g] ex epiſcoporum ſcriptis, ſiue noſtrorum, ſicut Hilarij, ſiue ꝏ (antequam pars Donati [h] ſepararetur) ipſius vnitatis, ſicut Cypriani, & Agrippini: primo, quia hoc genus litterarum ab auctoritate canonis diſtinguendum eſt: non enim

Deus dedit p. 2
Anſel. l. 4. c. 58.
Iuo p. 4. c. 236.

a ¶Sermonis.] Totum enim nouum teſtamẽtum ſcriptum eſt græce præter Euangelium Matthæi, & epiſtolam Pauli ad Roma. quæ eſt ſcripta latinè. Ioan.

SI ad.] CASVS. Dicit Aug. ꝙ ſi in ſacris ſcripturis inueniatur mendacium etiam officioſum, nihil auctoritatis remanebit in eis: nec ex illis põt ſnia ferri.

b ¶Officioſa.] Officioſa dicuntur quæ continent pietatem, quæ nulli obſunt, & alicui proſunt: ſicut inofficioſum dicitur teſtamentum, quod eſt contra officium pietatis, vt ff. de inoff. teſta. l. 3.

c ¶Quid in eis.] Arg. ꝙ ſi inſtrumenta, vel atteſtationes pro parte inueniuntur falſæ, ꝙ in totum reprobantur, vt j. 16. diſt. canones, & 3. q. 9. puta. & j. de cõſ. diſt. 3. non liceat. & ff. de ædil. edic. eiuſdem. Arg. cõtra. 37. diſt. qui de menſa. 12. q. 2. ſi quis, & de conſec. diſt. 4. ſi non ſanctificatur. & 17. q. 4. quæſiti ſunt. & extra de arbit. cũ tpe. & de præb. dilectus & C. de trãſac. ſi ex falſis. Sol. ſi plura cap. ſibi connexa ſunt, vel vnũ eſt acceſſoriũ alteri, vno caſſato, connexa & acceſſoria caſſant: ſecus ſi diuerſa & ſeparata ſunt. ff. de mi. & c. §. ſi. & ff. de neg. geſt. cum actum. & 2. q. 6. diffinitiua. ver. eſt autem quinque. circa fi. Vel diſtingue, vt diſtinguitur extra de fide inſtr. ex litteris 1, Ioan. ego dico, ꝙ ſi aliquid

Officioſa quæ dicantur. Inofficioſa quæ dicãtur. Scilicet ſuper diuerſis articulis .ſ. ſi ille articulus non eſt vitioſus, in quo tota eſt vis quæſtionis, vt in hac decret. ex litteris. & ſic intelligitur. C. de teſta. ſi vnus. & ff. de fide inſtru. l. 2. ſecundũ Io. de Fan.

quilibet debet ſcire ſcripturã veteris & noui teſta. præponi ſcripturis epiſcoporum: & nemo debet dubitare de ea vtrum verum ſit vel rectum quod in ea continetur: ſcripta vero aliorum poſſunt reprehendi per homines peritiores & diligentiores, & qui ſunt maioris auctoritatis.

e ¶Terminis.] Id eſt, libris.

f ¶Diſceptari.] Ita vt in dubium reuocentur quæ ibi ſtatuta ſunt. Sed diſputare licèt de eis ad maiorem intelligentiam, non reprobando. 96. diſt. ſatis.

NOli.] CASVS. Vincen. Donatiſta reprehendebat ſcripta noui & vete. teſta. quia in ſcriptis quorundã epiſcoporum quædam reprehendenda inueniebãtur. Sed eum reprehendit Auguſt. quia illa reprehendenda non ſunt: hæc vero ſic: quia ab auctoritate canonum diſtinguuntur, vnde reprehendi poſſunt, ſi contra veritatem ſcripta ſunt. Et hoc probatur auctoritate Pauli: Et ſi quid aliter ſapitis, &c.

g ¶Calumnias.] Verba enim iuris non ſunt calumnianda. j. 37. diſt. relatum. & ff. ad exhib. l. penul.

h ¶Donati.] Donatus primo fuit catholicus: ſed poſtea eſt in hæreſim lapſus: cuius hæreſi adhæſerunt Cyprianus, & Agrippinus.

Neque.]

NEque.] CASVS. Aug. reprehendebat dicta quorundam peritorũ, de quo Fortunatus eum reprehẽdebat. Nunc autem ei reſcribit, & dicit ꝙ non vult adhibere tantam fidem illis ſcripturis quantam adhibet canonicis, & licet eis honor debeatur, tamen vult eas corrigere ſi quid inuenerit in eis corrigendum. Idem vult fieri de ſuis ſcripturis.

a ¶Diſputationes.] Id eſt, expoſitiones, non. n. ex ipſo lęditur fama alicuius per id ꝙ reprobatur teſtimoniũ ſuum, vt extra de excep. denique.

b ¶Eorum ſcriptis.] Arg. quod quiſq. iuris in alterum ſtatuit, &c. ſic 2. q. 6. qui ſe ſcit. 22. q. 5. de forma. ff. quod quiſq. iur. l. 1. extra de conſti. cum omnes.

SAna.] CASVS. Quæſitum fuit ab Aug. vtrum ratio iuris naturalis ſit exemplis anteponenda? Et reſpõdet quod ſic, ſed non illis, quæ cum ratione concordant.

ſic leguntur, tanquam ita ex eis teſtimonium proferatur, vt contra ſentire non liceat, ſic ubi forte aliter ſapuerint, quã veritas poſtulat. In eo quippe numero ſumus, vt non dedignemur etiam nobis dictum ab Apoſtolo accipere. [Et ſi quid aliter ſapitis, id quoque Deus vobis reuelauit β.] *Phili. 3.*

α ¶Siue antequam.] *Antea legebatur*, ſiue Cypriani, & Agrippini, antequam pars Donati ſeparetur. *Reſtituta eſt vera lectio ex B. Auguſtino, & aliquot exemplaribus Gratiani, & Iuone. Cyprianus enim & Agrippinus multo ante Donati ſchiſma in eccleſia vnitate deceſſerunt: qua in re errauit auctor gloſſa.*

β ¶Reuelauit.] *Ita etiam originale, & Iuo. & aliquot editiones noui teſtamenti. Sed idem B. Auguſtinus in Ioannem, tract. 5. 45. 53. & 98. & alibi fere ſemper legit*, reuelabit, *& explanat. Græce eſt* ἀποκαλύψει.

Item ad Fortunatianum, epiſt. 111.

¶Non debetur par auctoritas canonicis ſcripturis, & expoſitionibus earum. C. X.

Iuo p. 4. c. 237.

NEque quorumlibet diſputationes [a], quãuis catholicorũ, & laudatorum hominum, velut ſcripturas canonicas habere debemus; vt nobis nõ liceat ſalua honorificentia, quæ illis debetur hominibus, aliquid in eorũ ſcriptis [b] improbare, atque reſpuere; ſi forte inuenerimus, quòd aliter ſenſerint, quàm veritas habet, diuino adiutorio vel ab alijs intellecta, vel à nobis. Talis † ego ſum in ſcriptis aliorum, quales † volo eſſe intellectores meorum.

† *al. Qualis*] orig. Antu. † *al. tales*]

Idem ad Marcellinum de ciuitate Dei, lib. 1. c. 23.

¶Exemplis ratio ſana præfertur. C. XI.

Poly. c. 1. tit. 26.

SAna [c] quippe ratio etiam exemplis anteponenda eſt cui [d] quidem & exempla concordant [e]; ſed illa [f], quæ tanto digniora ſunt imitatione, quanto excellentiora [g] pietate [h].

Cum ergo [i] in naturali iure nihil aliud præcipiatur, quàm quod Deus vult fieri; nihilque vetetur, quam quod Deus prohibet fieri; denique cum in canonica ſcriptura nihil aliud, quam in diuinis legibus inueniatur; diuinæ vero leges natura conſiſtant: patet, quòd quæcumque diuinæ voluntati, ſeu canonicæ ſcripturæ contraria probantur; eadem & naturali iuri inueniuntur aduerſa. Vnde quæcumque diuinæ voluntati, ſeu canonicæ ſcripturæ, ſeu diuinis legibus poſtponenda cenſentur; eiſdem naturale ius præferri oportet. Conſtitutiones ergo vel eccleſiaſticæ, vel ſæculares, ſi naturali iuri contrariæ probantur, penitus ſunt excludendæ.

1 ps

DISTINCTIO X.

CONSTITV-

c ¶Sana.] Aliàs ſanè.

d ¶Cui.] Rationi.

e ¶Concordant. Quandoque.

f ¶Sed illa. ſ. exempla.] Hoc ideo dicit, quia non ſemper imitanda ſunt exempla. C. de ſen. nemo. ſed exemplum Papæ eſt ſequẽdum, vt 16. quæſt. 3. licet. extra de ſen. & re. iud. in cauſis.

g ¶Excellentiora.] Non eſt tale exemplum Lucretiæ 1. 32. quæſt. 5 propoſito. verſi. Lucretiam.

h ¶Pietate.] Argu. pro miſericordia à iudice impetranda, vt 45. diſtin. licet plerumque 26. diſt. vlti. alligant. 50. diſt. ponderent. 1. quæſt. 7. diſpenſationes. &c. exigunt. 86. diſtin. non ſatis. 35. quæſt. 9. veniam. de pœn. diſtin. 1. quia diuinitatis 2. Arg. contra 50. diſt. abſit. 23. q. 4. eſt iniuſta. 35. q. 9. loci. contra 45. diſt. ſed illud. extra de ſortileg. ex tenore.

1 Sed in ratione. q. d. vbi exẽplũ non cõcordat rõni, non eſt ſequẽdũ. nã illud exemplũ Lucretiæ nõ concordat rõni. Archid.

2 Et extra de ſortil. c. 2. in parte deciſa.

i ¶Cum ergo.] Infert ex ſupradictis vel continuat ad inferiora hoc modo. cum in iure naturali nihil pręcipiatur, vel vetetur q̃ qđ Deus vult fieri vel nõ fieri. & in canonica * ſcriptura nihil aliud q̃ quod in diuinis legibus inueniatur: diuinę vero leges natura cõſiſtunt: patet ꝙ q̃ contraria diuinę ſeu canonicę legi inueniunt, iuri naturali cõtraria ſunt, & iuri naturali poſtponunt. Et facit hic correlationẽ iuris naturalis ad canonicã ſcripturã & diuinas leges.

* *Vide ſupra diſ. 6. c. non eſt peccatũ. § his itaque.*

COnſtitutiones.] Hæc diſtin. diuiditur in duas partes, in quarum prima probat per quinque capitula, quòd leges principum non præiudicant canonibus. Secunda ibi. [Ecce.] Ioan. de Fan.

CASVS.

CASVS. Oſtenſum eſt ſupra ꝙ ius naturale prefertur conſuetudini & conſtitutioni tam eccleſiaſticæ, quàm ſęculari. In hac vero 10. diſt. oſtenditur, ꝙ cõſtiutio eccleſiaſtica præfertur ſęculari conſtitutioni. & ad hoc inducuntur ſequentia cap.

Imperator legẽ cõdere, vt 96. diſt. bene 2. niſi hoc eccleſia petat, ut 17. diſt. §. hinc ẽt. & niſi in eccleſia priuilegiũ ſtatuat aliquid, ut 16. q. 1. gñaliter: & q. 3. nemo. Io.

d ¶Diuiſiones.] Arg. ꝙ eps inuito plebano non poteſt diuidere parochiam eius: nec Papa inuito epiſcopo diuide-

a ¶Cõſtitutiones.] in hac 10. diſt. oſtendit magiſter, ꝙ ſæcularis conſtitutio cedit eccleſiaſticę: quia ſacræ leges non dedignantur ſequi ſacros canones, vt 2. q. 3. §. hinc colligitur. extra de iudic. clerici 1.

Canones præferũtur legibus.

tiones[a] *vero principum eccleſiaſticis conſtitutionibus non præeminent, ſed obſequuntur.*

Vnde Nicolaus Papa ſcribit epiſcopis in concilio apud Conucinum congregatis.

ſtatẽs eccleſiam non adſtringãt: a Vide quæ not. 5. q. 6. presbyteri 2. & 22. q. 8. conuenior. in gl. eccleſia eni, &c.

¶Lex Imperatorum eccleſiaſtica iura diſſoluere non poteſt. C. I.

1 Concor. text in l. 1. leges ſacratiſſimæ. cũ concor. vulga. C. de epiſcopis & cles.

Iuo par. 4. c. 87. Pann. l. 2. c. 138. Anſel. l. 1. c. 97. Poly. l. 1. ti. 27.

LEge a Imperatorum non in omnibus eccleſiaſticis controuerſijs vtendum eſt, præſertim cum inueniatur euangelicæ, ac canonicæ ſanctioni aliquotiẽs obuiare ß. *Item* †. ¶Lex Imperatorum non eſt ſupra legem Dei, ſed ſubtus. Imperiali iudicio non poſſunt eccleſiaſtica iura diſſolui. Ad quod oſtendendum duorum horum †, ſcilicet Innocentij, & Gregorij ſatis ſufficiunt teſtimonia. Sanctus quidem Innocentius in decretali epiſtola ſua ad Alexandrum Antiochenum epiſcopum ait: [Nam quod ſciſcitatis, vtrum diuiſis Imperiali iudicio prouincijs, [b] vt duę metropoles fiãt; ſic duo metropolitani epiſcopi debeant nominari; non viſum † eſt ad mobilitatem neceſſitatum mundanarum Dei eccleſiam [c] commutari, honoreſque, aut diuiſiones [d] perpeti; quas pro ſuis cauſis faciendas duxerit Imperator.] Beatus autem Gregorius ſcribens ad Theoctiſtam patritiam, inter cætera: [Si inquit, religionis cauſa coniugia debere diſſolui dicantur; ſciendum eſt, quia etſi hoc lex humana [e] conceſſit; lex tamen diuina prohibuit.] Ecce quemadmodum imperiali iudicio non poſſunt eccleſiaſtica iura diſſolui. Ecce qualiter, quod lex humana conceſſit, diuina lex prohibuit. ¶Non quòd Imperatorum leges (quibus ſæpe eccleſia vtitur contra hæreticos [f], ſæpe contra tyrannos, atque contra prauos quoſque defenditur) dicamus penitus renuendas; ſed quod eas euangelicis, apoſtolicis, atque canonicis decretis (quibus poſtponenda ſunt) nullum poſſe inferre præiudicium aſſeramus.

† *al. Idem* In c. adiectis, c. 17.

Burc. l. 15. c. 10. Iuo p. 16. c. 11. Pann. l. 2. c. 139.

† *heroum*] orig.

Innoc. 1. epiſt. 11. c. 2.

† *vere viſum*] orig.

Lib. 9. reg. epi. 39.

Iuo p. 4. c. 187. Pann. l. 2. c. 140. ex capit. adiectis, c. 17.

a ¶Lege.] *Caput hoc ſumptum eſt ex epiſtola Nicolai, quæ extat in codice bibliothecæ Dominicanæ; de quo dictum eſt ſupra*

LEge.] CASVS. Hoc cap. diuiditur in tres partes. In prima parte quærebatur à Nicolao, an legibus Imperatorũ ſit in omnibus controuerſijs eccleſiaſticis vtendũ. Et rñdet ꝙ nõ, vbi leges uidẽtur canonibus obuiare. In ſecunda parte quæ incipit ibi, [Itẽ, &c.] quærebatur an lex Imperatoris præſit diuinæ, ut per eã iura eccleſiaſtica diſſoluantur. Et reſpondet ꝙ non, & hoc ꝓbatur duorum auctoritate, ſcilicet Innocentij & Gregorij. Dicit enim Innocẽtius, ꝙ in una prouincia nõ debet eſſe niſi vnus metropolitanus: cum eccleſia hoc ſtatuat. Vnde ſi Imperator diuidat unã prouinciã in duas, non propter hoc erũt ibi duo metropolitani. Item ſtatutum eſt ab eccleſia, ut dicit Gregorius, ut poſt carnalem cõmixtionẽ alter coniugum nõ poſſit ad religionem tranſire ſine conſenſu alterius: ſed lex ſęcularis ſtatuit contrariũ. ſed ſtatutũ eccleſiæ ꝓualet: quia etſi lex humana cõceſſit, lex tñ diuina prohibuit. In tertia parte, quæ incipit ibi, [Non ꝙ.] Circa fi. dicitur ꝙ bene vti poſſumus legibus vbi canonibus non contradicunt.

b ¶Diuiſis imperiali iudicio prouincijs.] Imperator diuidit prouincias, vt ff. de offic. aſſeſ. l. eadem, & Papa epiſcopatus diuidit: & vnit epiſcopus eccleſias, vt extra de exceſ. prælat. ſicut unire. Quid autem iuris ſit dum vniuntur uel diuiduntur, not. 16. q. 1. poſtquàm. &c. & temporis. Licet ergo Imperator diuidat unam prouinciam in duas, non ideo erunt duæ metropoles, vt hic. & 101. diſ. peruenit. Et eſt hic arg. ꝙ ſi princeps legitimat aliquem in temporalibus, non ideo eſt legitimatus in ſpiritualibus. extra qui filij ſint legi. per uenerabilem. niſi vbi princeps reſtituat aliquem, qui fuit infamis ratione paterni criminis, vt 6. q. 1. §. uerum.

c ¶Eccleſiam.] Eccleſia non adſtringitur mundanis legibus. 33. q. 2. inter. nec etiã de rebus eccleſiaſticis põt uidere epatum, vt 16. q. 1. multis. quod enim eſt vnum diuidi non poteſt. vt 24. q. 3. loquitur. & cap. ſchiſma Ioan. Sed credo quòd Papa hoc poſſit facere ex cauſa, & etiã epiſcopus 3, ut in ea. Decre. ſicut unire. Bart.

e ¶Lex humana.] Vt habes 27. q. 2. ſunt qui dicũt. Sed mirum eſt cum Iuſtinianus fuerit ualde catholicus Imperator, qualiter illud ſtatuerit cõtra legẽ Dñi: cũ Dñs dixerit ꝙ ob ſolã cauſam fornicationis mulier poſſit ſeparari à viro, ut 33. q. 2. quos Deus. Sed dic (vt quidã dicunt) ꝙ ignorãter fecit: & ideo ueniã meruit, ut ĩ. 8. di. conſuetudo. Vel errauit ſicut Hiero. ut 26. diſt. c. 1. Vel ideo permiſit 4 hoc, vt grauia vitarent: ſicut uſuras permiſit ut uitiarentur rapinæ: & coniugia permiſit diſſolui, ut uitiaretur uxoricidium, ut 33. q. 2. ſi quid uerius.

f ¶Contra hęreticos.] Et ſic utor pro me quo nõ utor contra me. ĩ. 37. diſ. ſi quid uerius & 2. q. 7. ſi hęreticus. & ſic eſt contra 19. diſtin. ſi Romanorum. in ſi. 4. q. 3. c. ſi teſtes. §. item ſi quis teſtibus.

Legitimatus quo ad temporalia non cenſetur quo ad ſpiritualia.

Leges ſæcu

3 Sub. & hoc eſt uerum cum nulli ſit præiudicium: alias ſecus. 2. q. 6. qui ſe ſcit. Ioa. de Fan.

4 De comparatiua ꝑmiſſione, de qua not. 3. diſt. cap. ult.

Non

a NOn licèt.] Caſum prĩtis capituli poné p teipſũ. ¶Non licẽt.] Arg. cõtrà illas leges, q̃ pmittunt vſuras exigere. arg 11. q. 3. c. quicunq; item. & 9. diſt. c. 1. ver. quicũq; & 96. diſt. bene 11. q. 3. qui omnipoten tem. 15. q. 1. omne quod. & c. nulli. & c. generali. 23. q. 8. con-

8. conuenior arg. contra. diſt. 63. cap. Hadrianus 2. 1.

CErtum.] CASVS. Imperator volebat præeſſe rebus eccleſiaſticis; & prælatis eccleſiarum obedire nolebat: immo quod plus eſt, eis dñari volebat, & iura p̃figere. quẽ Fęlix Papa docet eccleſiæ debere colla ſubmittere, & non velle eius ſacerdotibus dominari ne ſi cõtra fiat, eat in cõtumeliam creatoris.

diſt. 8. c. mala, Titulus autem epiſtolæ, hic eſt, Nicolaus ſeruus ſeruorum Dei, Reuerendiſſimis, ac ſanctiſſimis confratribus noſtris metropolitanis epiſcopis, & cæteris diuerſarum prouinciarum, ac urbium præſulibus, qui in Conuicinum uillam publicam ſecus ciuitatem Siluanectis conueniſtis *Eadem epiſtola nuper impreſſa eſt in appendice bibliothecæ ſanctorũ Patrum.* β ¶Obuiare.] *Apud Nicolaum ſequitur continenter*, ad quod oſtendendum, &c *Quæ aũt apud Gratianum ſunt interiecta, nõ ſunt hoc loco in epiſtola, neq. in Polycarpo, neq. apud Anſelmum: ſed verba illa*, Lex Imperatorum non eſt ſupra legem Dei, ſed ſubtus, *a Burchardo, & Iuone citantur ex decretis Pij Papæ, c. 3. habentur autem in capitularibus adiectis, c. 17. reliqua autem habentur infra in hoc eodem capite §. ecce quemadmodum.*

Item Symmachus† Papa in ſexta ſynodo Romana tempore Theodorici Regis.

† & Calixtus epiſc. 1. & Marcellinus in extrema epiſto. 2. & in capitulis Hadriani, c. 76. ex quo citant Burchar. & Iuo par. 16. c. 9.

¶Nihil quod euangelicis regulis obuiet, Imperatori agere licet. C. II.

Deus d. p. 1. & 3. Burch. l. 15. c. 8. Iuo p. 4. c. 231. & par. 16. c. 9. Pann. l. 2. c. 141. Polyc. l. 6. tit. 1.

NOn licet [a] Imperatori, uel cuiquam pietatem cuſtodienti aliquid contra diuina mãdata præſumere, nec quidquam quod euangelicis, propheticis, aut apoſtolicis regulis obuiet, agere.

Item †Fœlix Papa.

† In exẽplari Veronenſi eſt] *Felix iij.* Anſel. l. 4. c. 11. Polyc. l. 1. c. 18.

¶In eccleſiaſticis cauſis Regia uoluntas ſacerdotibus eſt poſtponenda. C. III.

CErtum eſt [b] hoc rebus ueſtris eſſe ſalutare, ut cum de cauſis Dei agitur, iuxta ipſius conſtitutionem, regiã uoluntatem ſacerdotibus Chriſti ſtudeatis ſubdere, non præferre; & ſacroſancta [c] per eorum præſules potius diſcere, quàm docere, eccleſiaſticam † formam ſequi, non huic humanitus ſequenda iura præfigere; neque eius ſanctionibus uelle dominari, cuius [d] clemẽtiæ Deus uoluit tuæ piæ deuotionis colla ſubmittere [e]: ne, dum menſura [f] cęleſtis diſpoſitionis † exceditur, eatur in contumeliã diſponentis.

† *al. eccleſia.*

† *al. diſpenſationis.*

Item†.

† antea legebatur] *Idem.* Habetur in ca. Hadriani, n. 39. Deus dedit p. 1. & 3. Anſel. l. 3. c. 88. Burch. l. 15. c. 9. Iuo par. 5. c. 38. & par. 16. c. 10. Polyc. l. 1. c. fin.

¶Bonis moribus & decretis Romanorum Pontificum conſtitutiones contraire non poſſunt. C. IIII.

COnſtitutiones [g] cõtra canones, & decreta præſulũ Romanorum, uel bonos mores [h] nullius ſunt † momenti.

† *ſunt*] ori.

Item Nicolaus Papa I. in epiſtola ad Michaelem Imperatorem, cuius initium eſt, [*Propoſueramus.*]

¶Quæ ſacerdotum ſunt, Regibus uſurpare non licet. C. V.

IMperium ueſtrum ſuis publicæ rei quotidianis adminiſtrationibus [i] debet eſſe contentum; non uſurpare quæ ſacerdotibus Domini ſolum conueniunt.

Item Gregorius Nazianzenus in oratione ad ciues Nazianzenos angoris plenos, & Magiſtratum iratum.

1 Sed illud ex permiſſione eccleſiæ.

b ¶Certũ eſt.] Hoc cap. & c. ſuſcipitis. & c. quoniam, loquuntur quaſi de eadem materia.
c ¶Et ſacroſancta.] Id eſt, præcepta.
d ¶Cuius.] Scilicet eccleſiæ.
e ¶Submittere.] Imperator. n. filius eſt eccleſiæ, non præſul. vt 96. diſt. ſi Imperator. & inclinabit caput ſuum epĩs, vt 63. diſt. Valentinianus. & excõmunicari põt ab epõ, vt 18. diſt. qm̃ quidem. & 96. diſt. duo.
f ¶Menſura.] Id eſt, Imperator excedit menſuram ſuam.
g COnſtitutiões.] Nũquid ergo legibus ſemper derogatur per canones? Abſit, niſi quo ad cãs ſpirituales, & hoc eſt quod dr̃ de conſecr. diſt. 3. celebritatẽ. ibi alia eſt ratio cauſarum ſęcularium, alia diuinarũ. arg. ſ̃. eod. c. 1. vtrumque enim ſuo modo rationabiliter cõſtitutum eſt, ſed diuerſo modo. arg. ſ̃. ea. certũ. Nec Papa põt leges tollere, niſi quo ad ſuum forum. Imperium. n. & ſacerdotium ex eodem principio prodierunt, vt in authẽtica quomodo oporteat epiſcopos. in princ. coll. 1. arg. j̃. eadem diſt. quoniam. ſed hoc non credo, vt extra de præſcriptio. quoniã omne.
h ¶Mores.] Nec iuramentũ obligat cõtra bonos mores, vt extra de iureiu. quẽadmodum. & ff. de leg. 1. ſi quis inquilinos. §. vlt.
i IMperium.] ¶Adminiſtrationibus.] Diſtincta eſt enim poteſtas ſua a poteſtate Pontificali, vt j̃. ea. qm̃. & 96. diſ. cum ad uerum. Alioquin ſi vſurpat eorũ officia, lepra percutitur, vt Ozias. 2. q. 7. §. item Dauid.

tam. ca

Imperator inferior eſt epiſcopo.

Caſus duorum iſtorũ capitulorũ planus eſt.

Imperium & ſacerdotium ex eodem procedunt.

Iuramentũ contra bonos mores, nõ obligat.

Imperator lepra percutitur, ſi officium ſacerdotale vſurpat.

tamen inuenitur, ꝙ Reges conferunt decanatus, vt extra de conſue. cum inter, in parte deciſa. Ioan.

SVſcipitis.] CASVS. Imperatores Conſtantinopolitani volebant ſuas conſtitutiones præferri eccleſiaſticis: contra quos inuehitur Gregorius Nazianzenus, & dicit ꝙ maiorē principatum dedit Chriſtus præſulibus eccleſiarū & perfectiorē, quàm ipſis Imperatoribus. vñ ſi legem ſuſcipiunt Ieſu Chriſti, poteſtati eccleſiæ ſubijci debent: cum ſpiritus carni præferatur, & lex diuina p̄feratur humanæ.

i ¶Dei & hominum.] Id eſt, diuinæ & humanæ naturæ. de conſec. diſt. 2. in Chriſto patet.

K ¶Sic actibus.] ſ. ipſorum officiorum. Quædam. n. fecit tanquam Imperator, cum vendentes & ementes flagellando de templo eiecit. 1. quæſt. 3. ex multis 3, & c.

Chriſtus fuit Imperator & ſacerdos.

3 c. accuſatos. 2. q. 7.

¶Tribunalia Regum ſacerdotali ſunt, poteſtati ſubiecta. Cap. VI.

SVſcipitis ne libertatē [a] verbi? libenter accipitis [b], quòd lex Chriſti ſacerdotali ſubijcit poteſtati, atque iſtis tribunalibus ſubdit? Dedit enim & nobis poteſtatem: dedit & principatum multo perfectiorem [c] principatibus veſtris. Aut nunquid iuſtum vobis videtur, ſi cedat ſpiritus [d] carni [e]; ſi à terrenis cęleſtia ſuperentur; ſi diuinis pręferantur humana?

2 *Ecce quòd conſtitutiones principum eccleſiaſticis legibus poſtponēdæ ſunt. Vbi autem euangelicis, atque canonicis decretis non obuiauerint; omni reuerentia dignæ habeantur. Vnde Auguſtinus ait in dialogo, id eſt lib. 2. contra litteras Petiliani, c. 58.*

¶Leges Imperatorum, in adiutorium eccleſiæ [α] licet aſſumere.† Cap. VII.

†al. aſſumi.

Iuo p. 4. c. 183. Pann. l. 2. c. 151. Act. 22.

SI in adiutorium [f] veſtrum etiam terreni Imperij leges aſſumendas putatis, non reprehendimus. ¶ Fecit hoc Paulus, cum aduerſus iniurioſos ciuem [g] Romanum ſe eſſe teſtatus eſt.

α ¶Eccleſiæ.] *Auctor huius rubricæ caput hoc ita accepit, quaſi hic agatur de legibus Imperatorum in fauorem eccleſiæ latis; cum ibi B. Auguſtinus Petiliano, & Donatiſtis hæreticis concedat, legibus Imperatorum ipſos in adiutorium ſuum vti poſſe; modo id fallaciter non facerent; quod eos feciſſe conuincit.*

Item β Nicolaus Papa I. in epiſtola 7. ad Michaelem Imperatorem.

β ¶*Huic capiti in codicibus impreſſis erat præpoſitus hic titulus,* Cyprianus Iuliano Imperatori: *quod eſt contra omnem temporum rationem. In manuſcriptis omnibus, excepto vndecimo Vaticano, abeſt dictio,* Imperatori, *quemadmodum & apud Iuonem. Nonum autem habēt,* Iuliano epiſcopo *aliud peruetuſtum.* Iubiano. *Cæterum integrum hoc caput eſt in epiſtola Nicolai ad Michaelem Imperatorem, quæ incipit,* Propoſueramus; *ex quo refertur infra diſt. 96. c. cum ad verum. vnà cum alijs verbis eiuſdem epiſtolæ, ex quibus hæc pendent. Et ſumptum eſt ex Gelaſio in tomo de Anathematis vinculo.*

¶Reges pontificibus pro æternis, & pontifices regibus pro temporalibus indigent. Cap. VIII.

Iuo p. 4. c. 188. j. diſt. 96. c. cum ad verum. 1. Tim. 2.

QVoniā [h] idem mediator Dei, & hominū [i] homo Chriſtus Ieſus, ſic actibus [k] ꝓprijs & dignitatibus diſtinctis officia p̄tātis vtriuſq; diſcreuit [l] propria [α],

a ¶Libertatem.] Id eſt, verbum prædicationis.

b ¶Accipitis.] Id eſt, accipere debetis.

c ¶Perfectiorē.] Vt 95. diſt. duo ſunt.

d ¶Spiritus.] i. eccleſiaſtica conſtitutio.

e ¶Carni.] Id eſt, ſæculari conſtitutioni.

ECCE. Hæc eſt ij. pars diſt. in qua probatur per vij. cap. ꝙ quando leges nō cōtradicūt canonibus, amplectendæ ſunt. Archid.

CASVS §. per ſe patet, & ad probādum iſtud qđ dr̄ in §. inducit Grat. ſeq. cap.

SI in adiutorium.] CASVS. Petilianus defendebat ſe legibus cōtra Auguſtinum, & alios catholicos. Augu. de hoc ipſum non reprehēdit, quoniam & Paulus hoc fecit, cum teſtatur ſe eſſe ciuem Romanum.

f ¶Si in adiutoriū.] Hoc ideo dicit, quia non ſunt allegandæ 1, leges, niſi in defectum canonum, vt extra de no. ope. nunc. intelleximus.

1 Id eſt, in cauſis eccleſiaſticis recipiēdæ.

g ¶Ciuem.] Ciuem Romanum appellat ſe: quia pater eius ſocietatem cōtraxerat cum Romanis, & in ſignum fuit data ei penula 2.

2 Ad horū intelligētiā ſcias ꝙ gl. 2. tit. 3. dicit ſic: Penula veſtis erat Cōſularis, qua induebantur Cōſules ingredientes curiam.

QVoniam.] CASVS. Iulianus Imperator vēdicabat ſibi Imperiū & Pontificatum: quod locum habuit in veteri teſtamēto. Sed dicit Cyprianus, ꝙ poſtquā Chriſtus venit, ſic officią vtriuſq; poteſtatis diſcreuit, vt Imperator terrenis, Pontifex cęleſtibus præſideret: ne propter duplicem poteſtatem homo ſuperbiens rurſum ab inferna demergatur: ſed cum opus eſt, altera poteſtas viciſſim alteram ſubleuaret. Idem caſus eſt 96 diſt. cum ad verum.

h ¶Quoniam.] Hoc cap. eſt pars illius 96. diſt. cum ad verum.

& c. vendentes. Quædam vt ſacerdos, cum ſeipſum obtulit hoſtiā diſcipulis ſuis dicens: Hoc eſt corpus meū, & c. de conſec. diſt. 2. ſacerdos. Sed cōtrarium probatur per auctoritatem iſtam. ſ. ꝙ Deus noluit ea eſſe diſtincta, cū per ſeipſum vtriuſq; poteſtatis actus exercuit. Reſpō. hoc ideo fecit, vt oſtenderet, ꝙ vtraq; poteſtas ab eo proceſſit 4, non quod vna perſona illa duo officia exerceat, vel gerere debeat: hæc enim duo dona, Imperium & Sacerdotium ab eodem principio ſunt, vt in Authen. quomodo oporteat epiſcopos, in princi. colla. 1.

4 Ad hoc 23. q. 4. quæſitum.

l ¶Diſcreuit.] Cum ergo poteſtates iſtę ſint diſtinctę,

eſt hic

Papa an habeat utrūque gladiū

eſt hic arg. ꝙ Imperium non habetur à Papa, & quòd Papa non habet utrumque gladium. nam exercitus facit Imperatorem, vt 93. diſt. legimus. & imperium a ſolo Deo habetur, vt 23. q. 4. quæſitum. alioquin ſi ab ipſo haberetur, licite appellaretur in temporalibus ad ipſum: quod prohibet Alex. & dicit ꝙ illa non contingunt ſuam iuriſdictionem extra de app. ſi duobus. & extra qui filij ſint legi. cauſam ij. & e. lator. Item eccleſiæ ſoluunt tributum Imperatori, ut 11. q. 1. magnum. Sed contra, & cæleſtis & terreni imperij iura ſunt ei cōceſſa, ut 22. diſt. c. 1. Item Imperator iura Papæ, ut 63. diſt. ubi domino. & Papa deponit Imperatorem, ut 15. q. 6. alius. Item ipſe tranſtulit imperium de Oriente in Occidentē. extra de elec. venerabilē. Ego credo poteſtates eſſe diſtinctas, licet Papa utrunque vtramq; poteſtatem ſibi aſſumat: ſcilicet cū legitimat aliquem in ſpiritualibus & tēporalibus, vt extra qui fil. ſint legi. per uenerabilē: ſed illud fuit ad petitionem Regis, q hoc ipſū feciſſe potuit, vt ibi dī. Nec ob. ꝙ à ſæculari iudice appellatur ad Papam: quia hoc fit propter defectum iudicis ſæcularis, ut exprimitur extra de foro cōpe. licet. ſed facit ad petitionem Regis. Nā ēt uacante imperio ſupplet defectum imperij vt extra de fo. cōpe. licet. 2. ubi de hoc in glo. ſic patet. & de iud. nouit. in gl. 2.

volēs medicinali humilitate hominum corda ſurſum eſſerri, non humana ſuperbia rurſus in inferna demergi: vt & Chriſtiani Imperatores pro æterna uita pontificibus indigerent, & pontifices pro curſu[a] temporalium tātummodo rerum imperialibus legibus vterentur, quatenus ſpiritalis actio à carnalibus diſtaret incurſibus; & † ideo militans Deo minime ſe negotijs ſecularibus implicaret: ac viciſſim non † ille rebus diuinis præſidere videretur; qui eſſet negotijs ſæcularibus implicatus.

† al. & militans.

† al. ne

a ¶ Propria.] *In originali eſt,* propriam uolens medicinali humilitate ſurſum efferri. *Ivo habet vt Gratianus hic in pleriſque codicibus. In nonnullis tamen eſt,* propria uolens medicinali humilitate ſurſum efferri: *quemadmodum etiam infra diſtin. 96. c. cum ad verum. Apud Gelaſium loco indicato legitur,* hic actionibus proprijs, dignitatibusque diſtinctis officia poteſtatis vtriuſq. diſcreuit, ſuos uolens medicinali humilitate ſaluari, non humana ſuperbia rurſus intercipi, vt & Chriſtiani, &c.

Item Leo iiij. Lothario Auguſto.

¶ Leges Imperatorum cuſtodiri oportet. C. IX.

Ivo p. 4. c. 176. Pann. l. 2. c. 149.

DE capitulis, vel præceptis imperialibus ueſtris, veſtrorumqueβ pontificum [b] prædeceſſorum irrefragabiliter cuſtodiendis, & conſeruandis; quantum valuimus, & valemus Chriſto propitio, & nunc & in æuum † nos conſeruaturos modis omnibus profitemur. Et ſi fortaſſe quilibet aliter uobis dixerit, uel dicturus fuerit, ſciatis eum pro certo mendacem[c].

† al. æternum.

β ¶ Veſtrorumque.] *Epiſtola hæc non eſt inuenta; & in iſtis verbis videtur ſubeſſe mendum; ex quo auctor gloſſæ errandi occaſionem ſumpſerit; qui Chriſtianis Imperatoribus, cuiuſmodi fuerant prædeceſſores Lotharij, attribuat illud, quod Iſidorus de ethnicis dicit, nimirum Imperatores ſolitos fuiſſe appellari pontifices de qua re optime Gelaſius in tomo de Anathematis vinculo, & infra diſtin 21. c. cleros. Apud Iuonem legitur,* veſtris, noſtrorumque etiam pontificum prædeceſſorum. *in Pannormia,* noſtris, noſtrorumque pontificum, & prædeceſſorum. *Sed fortaſſe cætera quidem recte apud Gratianum habent: tantummodo ante dictionem,* prædeceſſorum, *eſt addenda coniunctio,* &, *quemadmodum eſt in Pannormia. Nam hoc ſignificabitur, Imperatores illos ſolitos fuiſſe edere capitula adhibitis in conſilium pontificibus regni, quod veriſſimum eſt. Omnino hæc quæ à Leone ſcribuntur, ſpectare uidentur ad capitula Caroli, & Lodouici, quæ Lotharius in uniuerſa Italia ſeruari mandauerat. Nam in legibus Longobardicis, lib. 3. titu. 35. Lotharius ita conſtituiſſe traditur.* Placuit nobis, vt capitula, quæ excerpſimus de capitulari bon. mem. glorioſiſſimi Domini noſtri Caroli & genitoris noſtri Lodouici Imper. inuictiſſimi, his omnibus, & fidelibus noſtris, & ſanctæ eccleſiæ in Regno Italiæ cōſiſtentibus per legē teneā

a ¶ Prò curſu.] Arg. ꝙ in matrimonio & cæteris cauſis ſpiritualibus nō ſit utendū legib. imperialib. ſed contra 35. q. 5. ad ſedem. Dic ergo ꝙ illud tantūmodo determinat illud uerbum, temporaliū: ſed non illud uerbum, vterētur, ut ſicut ſpirituales cauſæ ad iudicem ſæcularē non pertinēt, ſic nec cauſa ſanguinis ad eccleſiaſticum, ut j. 23. q. 8. ſepe principes. & cap. his à quibus.

Cauſę matrimoniales, an ſint legibus decidendæ.

DE capitulis.] CASVS. Lotharius audierat, quod Leo Papa nolebat leges ſeruare imperiales. unde interrogauit de hoc Papam, an eſſet uerum. quare Leo ſcribit ei, & dicit, ꝙ ipſe vult leges obſeruare irrefragabiliter, & qui aliter dicit, mendax eſt.

b ¶ Pontificū.] Imperatores. n. olim pontifices appellabātur, ut 21. diſt. cleros.

c ¶ Mendacem.] ex magna humilitate hic loquitur, ſicut alibi. j. 2. q. 7. nos ſi incompetenter.

Videa

tur & ſeruentur: & quicunque horum capitulorum contemptor extiterit, ſexaginta ſolidis componatur. *Id populo Romano, qui iure antiquo Romanorum uti prohiberetur, valde diſplicuit: ſicut c. fin. infra ead. diſt. colligi poteſt: diſſeminatusque etiam rumor fuit eandem eſſe Pontificis ac populi ſententiam. De qua re Leo hac ſe epiſtola videtur purgare voluiſſe, & tamen poſtea pro conſeruando iure ciuili Romanorum, cum eodem Lothario iterum diligentius egit: quod apparet dicto cap. finali.*

Item Ioannes viij. Ludouico Imperatori.

¶Legis auctoritate diſſoluitur quod contra eam fit. C. X.

VIdes fili chariſſime, quia quod contra leges accipitur, per leges diſſolui [a] meretur. Iuo p. 4.

Item Gelaſius Rufino, & Aprili epiſcopis.

¶Leges principum, aut regulas patrum contemni non licet. C. XI.

QVis autem † leges principum, aut regulas patrum, aut admonitiones paternas † dicat debere contemni [b]; niſi qui impunitum ſibi tantum æſtimet tranſire commiſſum?

j. diſtin. 54. c. quis aut. Iuo p. 4. c. 179. Pann. l. 2. c. 150.
† al. aut † al. modernas.

Item Theodorico regi.

¶Leges Romanorum principum ſeruandæ ſunt ab omnibus. C. XII.

CErtum eſt magnificentiam veſtram leges Romanorum principum, quas [c] in negotijs [d] hominum cuſtodiendas eſſe præcepit, multo magis circa † reuerentiam beati Petri Apoſtoli pro ſuæ fęlicitatis augmento velle ſeruari.

Iuo p. 4. c. 180. Pann. l. 2. c. 151. † al. propter

Item Leo iiij. Lothario Auguſto

¶Romana lex nullius temeritate debet corrumpi. C. XIII.

VEſtram [a] flagitamus clementiam, vt ſicut hactenus Romana lex viguit abſq; vniuerſis procellis, & pro nullius [e] perſona hominis reminiſcitur [f] eſſe corrupta; ita nunc ſuum robur, propriumque vigorem obtineat.

Iuo p. 4. c. 181. Pann. l. 2. c. 152.

a ¶Veſtram.] *Videtur Lotharius populo Romano, quod hic Leo petijt, conceſſiſſe. Nam in legibus Longobardicis lib. xi. tit. 57. ſic habetur*, vt interrogetur populus Romanus, qua lege vult uiuere, *& ſequitur conſtitutio.*

Lotharius Imperator.

¶ Volumus, ut cunctus populus Romanus interrogetur, qua lege vult viuere; vt tali lege, quali lege viuere profeſſi ſunt, viuant: illiſque denúcietur, vt hoc vnuſquiſque tam iudices, quàm duces, vel reliquus populus ſciat, quòd ſi offenſionem contra eandem legem fecerint; eidem legi, qua profitentur viuere per diſpenſationem Pontificis, & noſtrā ſubiacebunt.

VIdes.] CASVS. Duorum ſequētium ca. planus eſt.

a ¶Diſſolui.] j. 5. q. 2. Imperiali hæc regula ſuppletur per aliā regulam, q principali deſtructo deſtruitur acceſſorium, & omne qđ ſeqtur ex eo. 1. vt extra de fi. inſtru. inter dilectos. in fi. ſed hęc regula multas recipit inſtantias. contra legem enim fit ſi cōtrahitur poſt ſimplex votum, tñ cōtractus tenet, vt 27. q. 1. nuptiarū. Item prohibet ne ſnīa feratur ſub conditione; tñ ſi lata fuerit tenet, vt 2. q. 6. §. biduum, circa princ. Itē phibetur ne ep̄s conſecret alterius eccleſiam; tamen ſi cōſecrauerit, tenet conſecratio, vt 7. q. 1. ep̄s I Diocœſi. Sed dic, q hæc regula intelligitur de talibus vbi eſt perpetua cauſa prohibitionis. 2, ſ. ne filius contrahat cum matre. Vel dic, q merentur diſſolui, niſi vbi per conſtitutionem aliam tolerarentur. ar. contra 45. diſ. de Iudæis: ſed hoc in fauorem fidei. ff. de relig. & ſump. fun. ſunt perſonæ.

b QVis autē. ¶Cōtēni.] Qui contemnit leges, peccat; nō tamē omnis peccat, qui nō paret legibus vbi de conſilio loquuntur, vt 14. quæſt. 1. quiſquis. & ſic aliud eſt contemnere 3, aliud eſt non parere. Ioan.

CErtum eſt.] CASVS. Quidam nolebant ſeruare leges in negotijs clericorum; ſed in negotijs laicorum bene ſeruabant. de hoc ſcribit Papa regi Theodorico, quod ſi leges ſeruantur in negotijs laicorum, multo fortius debent ſeruari in negotijs clericorum.

c ¶Quas.] Id eſt, quia eas.

d ¶In negotijs.] Hoc vult dicere, q ex quo leges ſeruantur in negotijs laicorum, multo fortius ſunt ſeruādæ in negotijs clericorum, niſi obuient canonicis inſtitutis.

VEſtrā.] CASVS. Quidam nolebant leges ſeruare, vt poſſent alios licentius offendere. Quare Papa ſcribit Lothario, & rogat eum, ut faciat leges obſeruari ſicut ſunt hactenus obſeruatæ.

e ¶Et pro nullius.] Quia in nullius perſona omittendum eſt, quod ſtatutis generalibus continetur, ut 61. diſt. miramur.

f ¶Reminiſcitur.] Paſſiue.

1 Ad hoc l. non dubiū: & ibi no. C. de leg. & l. eius. C. de vſu. & inſt. de pupil. ſubſti. §. ſi libertus.

Facta tenēt multa quæ fieri prohibentur.

2 De hoc ſatis no. extra de ſpō. duo. tuas. vbi hæc ſolutio approbatur per Vin. Tan. Gof. & Ber. hoc latius vide per Archid.

Legum cōtemptor an peccet.

3 Ad huius declarationē vide qđ not. 2. q. 7. metropolitanum. in gl. ca. ex cōtemptu.

Quod

Q Vòd vero.] Hæc diſt. diuiditur in duas partes. In prima ꝓbat Grat. quod cõſuetudo cedit legi. ſecũda ibi, [Cũ vero.] Io de Fi. CASVS. Supra in 8. diſt. dictũ eſt, quòd cõſuetudo cedit iuri naturali; nũc aũt dicit, quòd

DISTINCTIO XI.

In ſynonymis 2 c. 16. ꝙ malis pꝫ iuſſionib. non ſit obtemperãdum.

Q *Vòd uero legibus conſuetudo cedat, Iſidorus teſtatur dicens in ſynonymis, lib. 2.*

¶ Prauus uſus ratione ſuperatur, lege. C. I.

Iuo p. 4. c. 207. Pann. l. 2. c. 165.

V Sus [b] auctoritati [c] cedat; prauum vſum lex & ratio vincat [d].

Item Nicolaus Papa I. Michaeli Imperatori.

Sn̄ia elicitur ex epiſt. cuius initium. *Propoſueramus.*

¶ Non poteſt ſtatutis pontificum conſuetudo cuiuſquam refragari. C. II.

Iuo p. 4. c. 211.

C Onſequẽs eſt [e], vt quod ab huius ſedis rectoribus plena [f] auctoritate ſancitur, nullius conſuetudinis [g] præpediente occaſione, proprias tantum ſequendo uoluntates, remoueatur: ſed firmiter, atque inconcuſſe teneatur.

Item Iulius Papa ad epiſcopos Orientales, epiſt. 1.

¶ A conſuetudine Romanæ eccleſiæ membris diſſentire non licet. C. III.

Anſ. l. 1. c. 8. Polyc. l. 1. c. 17. *Heb.* 13.

N Olite errare fratres mei chariſſimi: Doctrinis uarijs, & extraneis nolite abduci. En, inſtituta Apoſtolorum & Apoſtolicorum uirorum, canoneſque habetis: his fruimini, his circundamini α, his delectamini, his armamini; ut his freti, circumdati, delectati, armati, contra cuncta inimicorum iacula perſiſtere ualeatis. Satis enim indignum eſt, quemquam uel pontificum, uel ordinum ſubſequẽtium, hanc regulam refutare, quam beati Petri ſedem & ſequi uideat, & docere [h]. Multum enim conuenit, vt totum corpus eccleſiæ in hac ſibimet obſeruatione concordet, quæ inde auctoritatem habet, ubi Dominus eccleſiæ totius poſuit principatum.

Anſ. l. 5. c. 4. Polyc. l. 3. tit. 3.

α ¶ His circundamini.] *Locupletatus eſt hic locus ex originali, & Anſelmo.*

Item Imperator Conſtantin. Aug. ad Proculum, libr. 8. Cod tit. Quæ ſit longa conſuetudo.

tit. 53. leg. 2.

¶ Non poteſt uſus & conſuetudo legem & rationem uincere. C. IIII.

Iuo p. 4. c. 202. Pann. l. 2. c. 163.

C Onſuetudinis, uſuſque longæui non uilis auctoritas eſt, uerum non uſque adeo ſui ualitura momento, ut

legis vigorem, vt ĩ. ea. diſtin. catholica. niſi ſit onero ſa. ut 12. diſt. omnia. 86. diſt. chorep ſcopi. uel niſi pariat occaſionem malignandi; tunc enim reijcitur. argu 2. diſt. nos conſuetudinem. Olim enim Donatiſtæ de facili recipiebantur, & de cõſuetudine ad primariam ꝓmouebanẽ: & qđ abolitum eſt: quia hæretica prauitas inde minus cauebatur, vel niſi ſit cõtraria cõſtitutioni 1, vt ĩ. eod c. 2. & 3. Et niſi cõſuetudo ſit prodita ex illis cauſis, ut ĩ. 29. diſtin. ſciendum, uel niſi princeps conſentiat. uel niſi ſit ſuper tali articulo, qui indifferens eſt, ut inf. proxi. diſt. illa Hu. Sed melius diſtingue, vt dixi. ſup. 8. diſt. fruſtra. Io.

1 Ad hoc concor. Placen. dicens cõſuetudinẽ legi 3rĩa non tollere ius cõmune: i eo municipio ubi obtinet: niſi de cõſenſu principis argu. ff. de ſepul. uiol. l. 3. §. diuus.

b ¶ Vſus.] Malus.
c ¶ Auctoritati.] ſcriptæ.
d ¶ Et ratio vincat.] ut ſ. diſtin. 8. ueritate. Io.

C Onſequens.] CASVS. Ignatius Patriarcha Conſtantinop. iniuſte fuit à ſuis ſuffraganeis depoſitus fauore Michaelis Imperatoris, & auctoritate: ſed Nicolaus Papa cum reprehendit ſe propter conſuetudinem excuſantẽ. Dicit ergo Nicolaus i hoc c. ꝙ nulla conſuetudo poteſt impedire, quin illud, qđ ſtatuitur à Papa, inconcuſſe ſeruetur.

e ¶ Cõſequens eſt.] Id eſt, conueniens.

f ¶ Plena.] Papæ auctoritas plena eſt, aliorum epiſcoporum ſemiplena eſt: quia ipſi ſunt in partem ſollicitudinis vocati nõ in plenitudinẽ poteſtatis, ut 2. q. 6 decreto & c. qui ſe ſcit.

Poteſtas Papæ, & epiſcoporũ diuerſa eſt.

g ¶ Conſuetudinis.] Niſi talis ſit conſuetudo, quæ poſſit præiudicare iuri, ut not. ſup. 8. diſt. fruſtra. Io.

quòd cõſuetudo cedit diuinæ & humanę cõſtitutioni. & ad hoc inducit ca. ſeq. quorũ primum planum eſt, & intelliguntur. c. uſque ad §. [Cum vero] de praua conſuetudine, reliqua vſque ad finem, de bona.

Conſuetudo duplex eſt.

a ¶ Quod vero.] Hic intitulatur 11. di. in qua dr̃, quòd cõſuetudo praua cedit legi tã eccleſiaſticæ, q̃ ſæculari. Sed no. quod cõſuetudo quædã eſt gñalis: quędam eſt ſpecialis. Specialis, vt ĩ e. catholica. & 12. diſt. illa. Generalis eſt, quę vniuerſaliter conſenſu omnium eſt approbata, & omnes adſtringit, & hæc tãquam canon. vel tanquam lex eſt obſeruanda, vt ĩ. ea. eccleſiaſticarũ. & caquis neſciat. Specialis ſiue particularis eſt illa, quæ homines alicuius loci adſtringit, ꝙ in eodem loco habet

N Olite.] CASVS. Quidam epiſcopi deſerẽtes regulam Rom. ec. varijs doctrinis, & conſuetudinibus multum extraneis abducebantur: quos Iulianus Papa reprehendit dicens eos ſeruare debere regulam, quam Sedem B. Petri ſequi uideant & docere, ut inde auctoritatem habeant ubi Dominus poſuit principium.

h ¶ Et docere.] Patet hic, ꝙ non ſemper conſuetudinẽ Rom. eccl. tenemur ſequi; niſi ipſa præcipiat eam eſſe ſeruandã, vt ĩ. ea. c. ult. multa enim ſeruat Ro. ec. quæ aliæ non ſeruant, ut 31. diſt. aliter. & de conſec. diſt. 4. de trina. & diſtinct. 1. de hymnis.

Conſuetudo Romana nõ ſemper eſt ſeruanda.

C Onſuetudinis.] CASVS. Dicitur hac lege, quòd magna eſt auctoritas conſuetudinis: & non uilis

verumtamē nō eſt tātæ auctoritatis, vt generaliter uincat rōnem, aut legē, ſed tm̄ in eo loco in quo obſeruaē vincit. Quidam tñ intelligunt primā partē de bona cōſuetudine, & ſecundum de mala: quod non credo.

Conſuetudo utrum uincat legem.

a ¶ Vincat.] Arg. ꝙ cōſuetudo nunquam tollit legem. ut ī 1. diſt. conſuetudo. Sed obijcitur hæc lex, aut loquitur de bona conſuetudine, aut de mala: ſi de bona, illam nulla ratio uincet: ſi de mala, de illa non poteſt dici, ꝙ non ſit uilis eius auctoritas. Ad hoc dicūt qdam, quòd principium loquitur de bona, finis autem de mala conſuetudine, ſed ille intellectus ineptus eſt, qui ſeparat caudā à capite, quod nō licet. extra de bap. maiores. Alij fere omnes ita exponunt, quod hic dr̄, nō uincit [1] legem, ſupple generalē, ſ. d in eo municipio bene uincit ubi ſeruatur. Sed certe de hoc nunquam aliquis dubitauit, ꝑ conſuetudo particularis non debet uincere legē in oībus alijs locis: ſi de ea exponas de conſuetudine particulari, quæ licet bona ſit, tñ nō uincit legem etiam in illo loco, niſi adſint illa, quæ dixi 2. ſup. diſt. 8. fruſtra.

1 Sub. immo æquiparatur ei. ſ. ea. in his.

2 Idem ſentit Ioā. de Fan. hic.

m ¶ Latura.] Id eſt, paſſura.
n ¶ Intente.] Id eſt mente.
o ¶ Scriptura.] Veteris vel no te. nō. n. ſcriptura vete. vel no. te. hoc docuit, ſed docet canonica in frōte, & in alijs membris ſignaculum crucis debere fieri. de cōſ. diſt. 4.

Crucis ſignaculum in quibus mēbris debeat fieri.

aut rationem uincat [a], aut legem.

2 *Cum vero [b] nec ſacris canonibus, nec humanis legibus [c] conſuetudo obuiare monſtratur, inconcuſſa ſeruanda eſt.*

Vnde ex dictis a. Baſilij.

¶ Inuiolabilis eſt conſuetudo, quæ nec humanis legibus, nec ſacris canonibus obuiare monſtratur. C. V.

Baſilius in lib. de ſpiritu ſancto. c. 27.

Burc. l. 3. c. 127. Iuo p. 4. c. 69. Pan. l. 2. c. 159.

ECcleſiaſticarum inſtitutionum quaſdā ſcripturis, quaſdam vero Apoſtolica traditione [d] per ſucceſſiones in miniſterio [e] confirmatas accepimus; quaſdā uero conſuetudine [f] roboratas approbauit vſus; qbus par ritus, & idē vtriſq; pietatis debetur affectus: Vnde [g] quis vel [h] aliquātulum ſacrarū expertus ſcripturarū hæſitauerit [i]? Si enim attentauerimus cōſuetudines eccleſiæ nō per ſcripturas [k] à Patribus traditas nihil æſtimare [l], quātum religio detrimenti ſit latura [m], intente [n] inſpicientibus liquido conſtabit. ¶ Quæ enim (ut inde ordiamur) ſcriptura [o] ſalutiferæ crucis ſignaculo fideles docuit inſigniri, uel quæ trifariā [p] digeſta ſuper panem & calicem prolixæ orationis, vel cōſecrationis uerba cōmendauit? Nam non modo, quod in Euāgelio cōtinetur, vel ab Apoſtolo inſertū eſt, in ſecretis dicimus; ſed & alia plura [q] adijcimus magnam quaſi vim cōmēdantia † myſterijs. Quæ oriētē verſus [r] nos orare litterarū forma docuit? Benedicimus fontē baptiſmatis oleo vnctionis. Huc accedit, quòd ter oleo [s] iniungimus, quos

† al. conſummandis accōmodantia] Burch.

b ¶ Cum vero.] Hæc eſt ſecūda pars, in qua probat per vij. c. ꝙ conſuetudo bona eſt amplectenda. Io. de Fan. CASVS. Ab hoc loco tractat de bona conſuetudine uſque in finem.

c ¶ Legibus.] 25. q. 2. ideo. Archid.

ECcleſiaſticarum] CASVS. Quidam nolebant uti conſuetudine, niſi quæ in ſcriptis eſſet redacta à Patribus, quos reprehendit Augu. in hoc c. oſtendens tria genera inſtitutionum eſſe in eccleſia, quaſdam ſcilicet in ſcripturis, quaſdā ab Apoſtolis traditas, & per ſucceſſores in miniſterio confirmatas: quaſdam uero ſola conſuetudine roboratas: quibus omnibus par ritus, & affectus debetur. Alioquin niſi conſuetudines in eccleſia ſeruarentur, Chriſtiana religio multū detrimenti pateretur; & hoc in prima parte. In ſecunda parte, quæ incipit ibi; [Quæ enim.] ꝓbat ꝙ hæc ſupra dicta in eccleſia ſeruari debent. & hoc probatur ſex exemplis, Primum eſt de crucis ſignaculo. Secundum eſt de verbis trifariam digeſtis, id eſt, ter repetitis ſuꝑ panem, & calicem. Tertium de oratione, quę fit verſus orientem. Quartum de benedictione baptiſmatis cū oleo. Quintum de olei unctione, qua fit in baptizato. Sextum de abrenunciatione ſatanæ, & angelorū eius.

¶ Caſus ſeq. c. per ſe patet.

d ¶ Traditione.] Sine ſcriptis. Io.
e ¶ In miniſterio.] Diuino.
f ¶ Cōſuetudine.] Nō ab Apoſtolis, ſed neſcit à quo. ADDITIO. ſcilicet ritu, id eſt, obſequantia. Hug.
g ¶ Vnde.] Id eſt, de quo ritu, uel obſeruantia.
h ¶ Vel.] Id eſt, etiam.
i ¶ Hæſitauerit.] q. d nemo etiam inſcius hic dubitat.
k ¶ Non per ſcripturas.] Sed per conſuetudinem.
l ¶ Æſtimare.] Id eſt, ualere.

diſtin. 4. poſtea ſignatur. & diſtin. 5. nunquid [3]. verum tamen videtur ſignum crucis traxiſſe originē ex uet. teſt. [4], quia cū Angelus deberet occidere primogenita Aegypti, præceptum eſt filijs Iſrael utrumque poſtem linire de ſanguine agni ad modum thau litteræ, quę eſt ad modum crucis, & dicitur, ꝙ Iacob cācellatis manibus ſuis benedixit filijs Ioſeph, ſcilicet Effraim, & in Manaſſe. Item in Ezechiele legitur, ꝙ cum apparuiſſent ei ſex uiri vaſa habentes in manibus, & quidam vir apparuiſſet in medio eorum habens atramentarium ad renes, Dominus dixit ad eū; ſigna thau in frontibus dolentium, & gementium; ſed illud fuit tantum in figura præceptum 32. q. 2. gloria.

3 Iſte concor. nō erāt ſcriptę tempore Aug. & ideo ipſe ſic loquitur: nam hodie ſecus ſecundum Io. de Fan.

4 Vel ut no. in ꝑdicto. c. nunquid Ezech. 8.

p ¶ Trifariam.] Trifaria dicuntur uerba, quia eadem tertio repetuntur in ſecretis, ſcilicet hoſtiā ſanctam, hoſtiam puram, hoſtiam immaculatam. Hic ordo nec in ueteri teſtam. nec in nouo eſt præfixus: ſed à ſanctis Patribus viualiter traditus; vel ideo dicuntur trifaria quaſi ſub triplici ſilentio fiant. primum eſt uſq; ad ſanctus. ſecundum uſque ad Dominicam orationem. tertium uſque ad agnus Dei.

q ¶ Alia plura.] Hæc habes extra de celeb. Miſſarum cum Marthæ.

r ¶ Quæ orientem uerſus.] Scilicet noui & vet. teſt. Sed tamen legitur, ꝙ Daniel in Babylonica captiuitate orabat verſus templum, & Iudæi ſimiliter. templum autem erat uerſus orientem, & in Salomone legitur; mane ad ſolem orabis. ſed dic, quod illa faciebant in uenerationem templi.

Orandum eſt uerſus orientem.

ADDITIO. Poteſt tamen dici ſecundum Io. Damaſ. ꝙ octo ſunt cauſæ quare eccleſiæ ſic ſunt ordinatæ, ꝙ fideles orent verſus orientem, quæ habentur in Archidiac. hoc loco.

s ¶ Oleo.] Oleo in ſcapulis, & pectore, vt de conſecra. diſt. 4.

Oleo q̄ mēbra ſunt vnguenda.

diſt.4. deinde. tertio in vertice fit unctio: ſed hoc fit criſmate, vt de conſec. diſtin.4. poſtquam aſcendit. ſed larga acceptione hic appellatur oleum criſma. ſicut econuerſo infr 95.diſtin. Illud ſuperfluum. Ioan.

baptizamus: uerbis abrenunciare Satanæ & Angelis eius informamus. Vnde hæc, & alia in hũc modum non pauca, niſi quia tacita & myſtica traditione à Patribus eccleſiaſtico more, reuerẽtiori diligentia ſunt in monaſterijs obſeruata ſilentio, quàm publicata ſcripto?

a ¶ Ex dictis.] *Hoc caput antea citabatur* ex Auguſtino in lib ex dictis Baſilij *in codice Vercellenſi eſt:* vnde Auguſtinus ait, vel ex dictis Baſilij, & *retenta eſt poſterior pars huius disiuncti, quoniam ita citant Burchar & auctor Pannormia, Iuo autem citat ex lib. Baſilij de ſpiritu ſancto, c.27. quomodo in margine eſt indicatum Cæterum, quoniam multis locis gloſſa obſtitit, ne emendaretur, neceſſarium viſum eſt integrum B. Baſilij locum & græce & latine afferre.*

ΤΩν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ πεφυλαγμένων δογμάτων καὶ κηρυγμάτων, τὰ μὲν ἐκ τῆς ἐγγράφου διδασκαλίας ἔχομεν, τὰ δὲ ἐκ τῆς τῶν ἀποστόλων παραδόσεως διαδοθέντα ἡμῖν ἐν μυστηρίῳ παρεδεξάμεθα, ἅπερ ἀμφότερα τὴν αὐτὴν ἰσχὺν ἔχει πρὸς τὴν εὐσέβειαν, καὶ τούτοις οὐδεὶς ἀντερεῖ, ὅς τις γε κἂν κατὰ μικρὸν γοῦν θεσμῶν ἐκκλησιαστικῶν πεπείραται. εἰ γὰρ ἐπιχειρήσαιμεν τὰ ἄγραφα τῶν ἐθῶν, ὡς οὐ μεγάλην ἔχοντα τὴν δύναμιν παραιτεῖσθαι, λάθοιμεν ἂν εἰς αὐτὰ τὰ καίρια ζημιοῦντες τὸ εὐαγγέλιον, μᾶλλον δὲ εἰς ὄνομα ψιλὸν περιιστῶντες τὸ κήρυγμα. οἷον, ἵνα τοῦ πρώτου καὶ κοινοτάτου πρῶτον μνησθῶ, τῷ τύπῳ τοῦ σταυροῦ τοὺς εἰς τὸ ὄνομα τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ἠλπικότας κατασημαίνεσθαι, τίς ὁ διὰ γράμματος διδάξας; τὸ πρὸς ἀνατολὰς τετράφθαι κατὰ τὴν προσευχὴν, ποῖον ἐδίδαξεν ἡμᾶς γράμμα; τὰ τῆς ἐπικλήσεως ῥήματα ἐπὶ τῇ ἀναδείξει τοῦ ἄρτου τῆς εὐχαριστίας καὶ τοῦ ποτηρίου τῆς εὐλογίας τίς τῶν ἁγίων ἐγγράφως ἡμῖν καταλέλοιπεν; οὐ γὰρ δὴ τούτοις ἀρκούμεθα, ὧν ὁ ἀπόστολος, ἢ τὸ εὐαγγέλιον ἐπεμνήσθη, ἀλλὰ καὶ προλέγομεν καὶ ἐπιλέγομεν ἕτερα, ὡς μεγάλην ἔχοντα πρὸς τὸ μυστήριον τὴν ἰσχὺν, ἐκ τῆς ἀγράφου διδασκαλίας παραλαβόντες: εὐλογοῦμεν δὲ τὸ ὕδωρ τοῦ βαπτίσματος, καὶ τὸ ἔλαιον τῆς χρίσεως καὶ προσέτι αὐτὸν τὸν βαπτιζόμενον, ἀπὸ ποίων ἐγγράφων; οὐκ ἀπὸ τῆς σιωπωμένης καὶ μυστικῆς παραδόσεως; τί δὲ αὐτὴν τοῦ ἐλαίου τὴν χρίσιν τίς λόγος γεγραμμένος ἐδίδαξε; τὸ δὲ τρὶς βαπτίζεσθαι τὸν ἄνθρωπον, πόθεν; ἄλλα δὲ ὅσα περὶ τὸ βάπτισμα, ἀποτάσσεσθαι τῷ σατανᾷ καὶ τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῦ, ἐκ ποίας ἐστὶ γραφῆς; οὐκ ἐκ τοῦ ἀδημοσιεύτου ταύτης καὶ ἀπορρήτου διδασκαλίας, ἣν ἐν ἀπολυπραγμονήτῳ, καὶ ἀπεριεργάστῳ σιγῇ οἱ πατέρες ἡμῶν ἐφύλαξαν; καλῶς ἐκεῖνοι δεδιδαγμένοι τῶν μυστηρίων τὰ σεμνὰ σιωπῇ διασώζεσθαι.

.i Dogmatũ, & inſtitutorũ, q̃ in eccleſia ſeruata ſunt, alia quidem habemus ex doctrina, q̃ litteris cõſignata eſt; alia vero ex Apoſtolorũ traditione ad nos tranſmiſſa, in myſterio recepimus: Quæ vtraq; eandẽ vim ad pietatẽ habent: atque his nemo ſane contradixerit, qui vel exigua legum eccleſiaſticarum peritiã ſit præditus Nam ſi aggrediamur ea, quæ nõ ſcripto, ſed tantum conſuetudine cõſtãt, repudiare, imprudentes Euangelio & quidẽ in præcipuis ipſius partibus officiemus: vel potius ipſamet inſtituta ad inane quoddã nomẽ redigemus. Exẽpli cauſa (ut quod primũ, maximeq; cõe eſt, primo loco cõmemorẽ) eos, qui in Domini noſtri Ieſu Chriſti nomine ſpẽ poſuerũt, figura crucis ſignari, ecquis ſcripto docuit? dũ oramus ad oriẽtẽ ſolẽ, ecquę nos litteræ docuerũt? Verba inuocationis, cũ panis Eucharistię, & calix benedictionis offertur, qs ex ſanctis Patribus ſcripta nobis reliquit? Non.n. ijs cõtenti ſumus, quorũ Apoſtolus, & Euãgeliũ mẽtionẽ fecerũt; ſed alia quoq; cũ antea, tum poſt dicimus, utpote quæ magnum momentum ad ipſum myſterium habeant, doctrina non ſcripta, ſed tradita eruditi. Benedicimus aquam baptiſmatis, & oleum unctionis, atque illum ipſum præterea, qui baptizatur, ex

quã ſcriptura? nonne occulta, & myſtica traditione? Quid? ipſam olei vnctionem quis ſermo ſcriptus docuit? Quòd homo ter mergendus ſit, vnde accepimus? Abrenunciare Sa tanæ, atq; Angelis eius, & reliqua omnia quæcumque in baptiſmo obſeruamus, quæ ſcriptura iuſſit? Annon hæc ipſa minime vulgata, ſed ſecreta doctrina, quam quieto, minime que curioſo ſilentio Patres noſtri cuſtodierũt? probe quidẽ illi intelligentes, myſteriorum maieſtatem taciturnitate ſeruari.

Item Pius Papa I in decretis, decreto ſeptimo.

¶Laudabilis eſt conſuetudo, quæ nihil fidei contrarium vſurpat. C. VI.

CONſuetudinem [a] laudamus, quæ tamen contra fidẽ [b] catholicam nihil vſurpare dignoſcitur.

Burc. l. 3. c. 124. Anſel. l. 4. c. 42. Iuo p. 4. c. 66. Pann. l. 2. c. 157. Poly. l. 3. tit. 23.

¶*Verba huius capitis, quod antea tribuebatur B. Auguſtino, leguntur in editione conciliorum Colonienſi tribus tomis inter decreta Pij 1. decreto ſeptimo, & in epiſtola eiuſdem Pij ex codice ſexdecim librorum, lib. 3. c. 14. quam etiam citant Burchardus, Iuo, & auctor Pannormiæ: cuius tamen epiſtola omnia fere verba habentur 1. lib. regeſti B. Gregorij (qui citatur in Polycarpo) epiſt. 75. & ea, quæ ad hoc caput pertinent, referuntur infra diſt. 12. c. nos conſuetudinem.*

Item B. Auguſtinus ad Caſulanum, epiſt. 86.

¶Vbi auctoritas deficit, mos populi, & maiorum inſtituta pro lege ſeruantur. C. VII.

IN his rebus, de quibus nihil certi ſtatuit diuina ſcriptura, mos populi Dei, & inſtituta maiorum pro lege [c] tenenda ſunt. Et ſicut α præuaricatores diuinarum legum, ita contemptores eccleſiaſticarum conſuetudinum [d] coercendi ſunt.

Anſel. l. 4. c. 43. Burc. l. 3. c. 126. Iuo p. 4. c. 58. Pann. l. 2. c. 128. Poly l. 3. tit. 13. c. fin.

α Et ſicut] *Hinc vſque ad finem non ſunt in epiſtola indicata: ſed à Burchardo etiam & Iuone, & in Pannormia referuntur.*

Item in libro de fide Chriſtiana.

¶*Hodie inter opera B. Augu. nullum extat hoc titulo. In epiſtola vero ad Ianuarium, quæ eſt 118. c. 1. & 2. hæc eadem ſententia copioſe exponitur.*

¶Auctoritate & traditione generali, uel ſpeciali eccleſia regitur. C. VIII.

CAtholica eccleſia per orbem terrarum diffuſa tribus modis probatur exiſtere. Quidquid enim in ea tenetur, aut auctoritas eſt ſcripturarum, aut traditio uniuerſalis, aut certe propria & particularis [e] inſtitutio. Sed auctoritate [f] tota [g] conſtringitur, uniuerſali traditione maiorum, nihilominus tota: priuatis uero conſtitutionibus, & proprijs informationibus unaquæque pro locorum uarietate, prout cuique uiſum eſt, ſubſiſtit, & regitur [h].

Item in libro contra Manichæos.

CONſuetudinem.] CASVS. huius cap. per ſe patet.

a ¶Conſuetudinẽ.] Inf. diſt. 12. c. nos conſuetudinem, & ĩ diſt. prox. omnia. contra. ibi enim dicitur, ꝙ quamuis conſuetudo non ſit cõtra fidem, tamen eſt repellenda. Sol. hic de tolerabili, ibi de ſuperſtitioſa & intolerabili conſuetudine: & ſic omnes auctoritates intelligendæ ſunt, quæ contra illud c. reclamare videntur.

b ¶Contra fidem.] id eſt, contra bonos mores, & ꝙ ita * ſit exponendum, habes de conſecra. diſt. 4. ſi nõ ſanctificatur. ubi ex neceſſitate oportet facere eandẽ expoſitionem.

* *Longe rectius exponitur ibi in glo. c. ſi nõ ſanctificatur. de conſec. diſti. 4. Vide Turrecre. ſuper hoc cap.*

IN his.] CASVS. Quærebat Caſulanus ab Augu. utrum conſuetudines eſſent ſeruandæ ubi nihil ſtatuit diuina ſcriptura certum. Et reſpondet, quod ſic: & tunc pro lege ſeruãdæ ſũt; & ſicut tranſgreſſores legum puniũtur, ita & contemptores eccleſiaſticarum conſuetudinum puniri debent.

c ¶Pro lege.] Semper diuturni mores pro lege ſeruantur, ut infr. diſt. proxi. diuturni. ſic ſu. ead. diſt. conſuetudinis.

d ¶Conſuetudinũ.] not. ꝙ æque punitur tranſgreſſor legis, ut 1. q. 7. ſi quis omnem. & ĩ. ea. eccleſiaſticarum. unde ſicut canonice non licet obuiare legi ſine licentia Papæ, ſic nec conſuetudini 1, ut dicitur in hoc eo. c. & tñ de cõi conſenſu poſſunt uenire ꝯ conſuetudinem etiam iuramento firmatam, ſi cauſa ſubeſt, vt extra de his quæ fi. à ma. par. cap. cum in cunctis: ſed contrarium eſt in ſtatutis 15. q. 6. auctoritatem. Ioan. 2.

Conſuetudinis trãſgreſſor punitur ut tranſgreſſor legis.

1 Antiquæ conſuetudinis ordo ſub decreto mandatur obſeruari, ut 10. q. 1. decernimus. in prin.

2 Ad idem ext. de iure iur. ſicut noſtrum. Archi.

CAtholica eccleſia.] CASVS. Tria ſunt quibus eccleſia per orbem diffuſa regitur, & ſubſiſtit. ſ. ſcriptura ue. & no te. & traditio patrum, & vniuerſalis & particularis inſtitutio, uel conſuetudo. Primis duobus modis vniuerſaliter tota regiẽ eccleſia: particularis uero inſtitutione, uel cõſuetudine nõ tota, ſed pro locorũ uarietate regitur, & gubernatur, prout unicuiq; uiſum eſt,

e ¶Particularis.] Sed contra infra. ea. diſt. 100. contra morem. vbi dicitur, ꝙ particularis conſuetudo nõ excuſat, ſed tantum generalis. Sed hoc verum eſt in illis, quæ tantum ex priuilegio poſſunt haberi, ubi non ualet conſuetudo, niſi uniuerſalis ſit.

Cõſuetudo particularis an excuſet.

f ¶Sed auctoritate.] Scilicet ſcripturæ.

g ¶Tota Eccleſia.

h ¶Regitur.] Quia q̃libet prouincia abundat in ſuo ſenſu, ut 76 diſt. utinam & extra de ſepul. c. certificari.

Sed

Palam]

PAlam.] CASVS. Manichæi dicebant, ꝙ auctoritas Rom. eccl. in re dubia non dẽbat introduci ad fidẽ faciendã. Contra quos inuehitur Aug. dicens, ꝙ auctoritas Rom. eccl. ad fidem faciendã valet, cum ſit ab ipſis Apoſtolis, & eorum ſucceſſoribus confirmata. a ¶ Palam vt 20. diſt. de libellis. & ſic ſeruandæ ſunt leges Apoſtolicæ, ſicut leges Petri. 19. diſt. ſic omnes.

d ¶ Et tot.] Arg. ꝙ priuilegiũ, quod à pluribus epiſcopis datur, pręualet illi, quod à paucioribus datur. & ar gu. 19. diſt. in canonicis 1.

¶ Valet ad fidem catholicæ auctoritas eccleſiæ. C. IX.

PAlam eſt [a], quòd in re dubia, ad fidem [b] valeat auctoritas eccleſiæ catholicæ [c], quæ ab ipſis fundatiſſimis ſedibus Apoſtolorum vſque ad hodiernum diem ſuccedentium ſibimet epiſcoporum ſerie, & tot [d] populorum conſenſione firmatur.

¶ *Apud B. Auguſtinum lib. 11. contra Fauſtum Manichæum c. 2 legitur.* Et uides in hac re (de fide exemplarium loquitur) quid eccleſiæ catholicę ualeat auctoritas, q̃ ab ipſis, &c. *Hanc uero epiſcoporum ſucceſſionem potiſſimum in ſede Petri, & in libro contra epiſtolam Fundamenti, & in epiſt. 165. de ſchiſmate Donatiſtarum merito certiſſimum putauit eccleſiæ catholicæ indicium.*

Item Leo Papa ad epiſcopos per Siciliam conſtitutos, epiſto. 4 c. 6.

¶ Ab Apoſtolicis inſtitutis non licet recedere. C. X.

Anſel. l. 1. c. 45. Poly. l. 1. tit. 17.

HOc ueſtræ indicimus charitati, ut ab Apoſtolicis inſtitutis nullo ulterius recedatur exceſſu; quia inultũ poſt hoc [e] eſſe non poterit: ſi quiſquam Apoſtolicas regulas in aliquo crediderit negligendas.

Item Innocentius I. ad Decentium [f] epiſcopum Eugubinum, epiſt. 1.

¶ Ab omnibus ſeruari debet, quod Romana ſeruat eccleſia. C. XI.

Burc. l. 3. c. 125. Anſel. l. 1. c. 41. Iuo p. 4. c. 67. Poly. l. 1. tit 17. & l. 3. tit 24. † *al. auctoritatem debeat aliunde accipere, uel exemplum.*

QVis neſciat, aut non aduertat, id quod à principe Apoſtolorum Petro Romanæ Eccleſiæ traditum eſt, ac nũc vſque cuſtoditur, ab omnibus debere ſeruari? nec ſuperinduci, aut introduci aliquid, quod aut † auctoritatem non habeat; aut aliunde accipere videatur exemplum? præſertim cum ſit manifeſtum in omnem Italiam, Gallias, Hiſpanias, Africam, atque Siciliam, inſulaſque interiacentes, nullum inſtituiſſe eccleſias, niſi eos, quos venerabilis Apoſtolus Petrus [g], aut eius ſucceſſores conſtituerunt ſacerdotes: aut legant, ſi in iſtis prouincijs alius [h] Apoſtolorum inuenitur, aut legitur docuiſſe. Quòd ſi non legunt, quia nuſquam inuenitur, oportet eos hoc ſequi, quod eccleſia Romana cuſtodit, à qua eos principium accepiſſe nõ dubiũ eſt; ne dum peregrinis ſermonibus † ſtudent; caput inſtitutionũ videatur omittere †. Sæpe dilectionẽ tuam ad vrbẽ veniſſe, ac nobiſcũ in eccleſia cõueniſſe; & quẽ morem [i] vel in conſecrandis myſterijs, vel in cęteris agẽdis arcanis teneat [k], cognouiſſe [a]. Quod ſufficere arbitraremur ad informationẽ eccleſiæ tuę, vel reformationẽ;

† *al. aſſertionibus.*
† *al. amittere*

HOc veſtræ.] CASVS. Quidam epi volebant recedere ab inſtitutis, & cõſuetudine Ro. ec. ſed Leo Papa p̃cipit ne hoc faciant, q̃a de cętero non poterit inultum remanere.

e ¶ Poſt hoc.] Arg. ꝙ grauius punitur delictum iteratum, vt 15. q. 8. hi qui.

f ¶ Ad Decentium.] Iſte fuit electus in epiſcopum, & licet ſciret conſuetudines Rom. eccl. tamen petijt à Papa, vt ei ſcribat eas pp maiorem auctoritatem. 23. diſ. quamquam.

QVis neſciat.] CASVS. Quidam cui nota erat inſtitutio, & conſuetudo Ro. ecc. electus in epm in ciuitate quadam vbi erant hoĩes, qui ſuperinducebant aliter inſtitutiones, & conſuetudines, q̃ B. Petrus docuit, & ſucceſſores ipſius, qđ patefaciens eps dño Papæ, ſupplicauit, vt ſibi inſtitutiones Ro. Ec ſcriberet, quibus ſuũ populũ erudire uolebat. Cui Papa rñdt, dicẽs: Licet noueris cõſuetudinem noſtram, in qua toties interfuiſti, vt ſufficiat ad informationẽ eccleſię tuę: quia tamen auctoritate noſtra tuum vis populũ informare: faciemus quod petiſti, vt populũ tuum inſtruas, & errantes cõmoneas, aut nobis indices, vt qui ſint ſcire valeamus.

g ¶ Petrus Apoſtolus.] Vel aliq̃s ex eius mãdato, vt Paulus: nã Petrus Paulo dedit licentiam prædicandi auctoritate Dñi dum dicit: Segregate mihi Paulum & Barnabã, vt 75. diſt. quod die.

1 Arg. contra tex de pœni. & remiſ. lib. 6. c. indulgentiæ.

2 Non vt hęc bona expoſitio q̃a nullus Apoſtolus fuit Petro contrarius; & ideo alij ſubaudiũt primo ex xii nullus niſi Petrus, vel ab eo miſſus. Archid.

a ¶ Palam eſt] In his tribus. c. loquitur de generali cõſuetudine Rom. eccl. quam etiam in alijs eccleſijs ſtatuit obſeruandam.

b ¶ Ad fidem.] Scilicet adſtruendam.

c ¶ Catholicæ.] ſ. Romanæ, ad quã recurrit in dubijs,

h ¶ Alius.] Id eſt contrarius. 2 ſic ponitur 11. q. 3 c. 2.

i ¶ Morem.] Sic conſtrue, ſatis certum haberemus dilectionẽ tuam agnouiſſe quẽ morẽ in celebrãdis, &c.

K ¶ Teneat.] Scilicet Rom. Eccl. vel teneat, id eſt tenere debeat dilectio tua.

a ¶Haberemus.[ſcilicet tuam dilectionem.
b ¶Duxiſſet.]dilectio tua.
c ¶Ignorare.]hic indicat eum ſcire,& neſcire: ſed vulgariter loquitur, quaſi dicat, ſatis crederetur te ſcire, niſi à me quæſiuiſſes.

tione deuiare non debemus: ſed cum ratione poſſumus,quod probat per duo. cap.proxi. à contrario ſenſu.Ioan.

ADDITIO. Et male: Nam non eſt in eo argumentandum à contrario ſenſu, ſecundum Lau.ſed contra hoc dictum

ſi prædeceſſores tui minus aliquid, aut aliter tenuerint, & ſatis certum haberemus[a], niſi de aliquibus conſulendos nos eſſe duxiſſet[b]: quibus idcirco reſpondemus,non quòd te aliqua ignorare[c] credamus; ſed vt maiori auctoritate[d] tuos inſtituas: vel ſi qui à Romanæ eccleſiæ inſtitutionibus aberrant,aut cōmoneas,aut nobis indicare non differas:ut ſcire valeamus, qui ſint, qui aut nouitates[e] inducunt, aut alterius[f] eccleſiæ, quàm Romanæ, exiſtimant conſuetudinem eſſe ſeruandam.

a ¶Cognouiſſe.] *Locus hic in originali concilijs quatuor tomorum inſerto ſic habet*, cognouiſſe non dubium eſt. Quod ſufficere ad informationem eccleſię tuę,vel reformationem, (ſi prædeceſſores tui minus aliquid, aut aliter tenuerunt) ſatis certum haberem; niſi de aliquibus conſulendos nos eſſe duxiſſes. *Sed ob gloſſam præcipue in ver. morem non eſt mutatum.*

DISTINCTIO XII.

QVod[g] *abſque diſcretione iuſtitiæ nulli agere licet.*

Vnde Calixtus Papa primus omnibus epiſcopis ait in epiſtola prima ad Benedictum epiſcopum.

¶Nulli agere licet ſine diſcretione iuſtitiæ contra diſciplinam Romanæ eccleſiæ. C. I.

NOn decet à capite membra[h] diſcedere: ſed iuxta ſacræ ſcripturæ teſtimonium omnia membra caput ſequantur. Nulli uero dubium eſt, quod Apoſtolica eccleſia mater eſt omnium[i] eccleſiarum,à cuius uos regulis nullatenus conuenit deuiare. Et ſicut Dei filius uenit facere uoluntatem patris; ſic & uos uoluntatē ueſtræ impleatis matris, quæ eſt eccleſia: cuius caput, ut prædictum eſt, Romana exiſtit eccleſia. Quidquid ergo ſine diſcretione[k] iuſtitiæ contra huius diſciplinam actum fuerit, ratum haberi ratio nulla permittit. Anſel.l.1.c.12. Poly.l.1.c.17.

Item Gregorius ¶ *Papa quartus.*

¶ ¶Gregorius.] *Integrum hoc caput inuenitur in epiſtola Gregorij quarti vniuerſis epiſcopis per Galliam, Germaniam, Europā, & vniuerſas prouincias conſtitutis: quæ eſt in codice ſupra citato.*

d ¶Auctoritate.]cū iſte eps hoc ſua auctoritate poterat facere, & per confirmationem Papæ nihil noui iuris datur 1, vt ī.diſt.proxi. pceptis, qui enim confirmat, nihil donat; vt extra de fid. inſtru.inter dilectos: ī quo eſt ergo maioris auctoritatis? Dicūt quidam,ꝙ ſolet plus timeri,&c.ut 23. diſt. quamquam. immo dico, quod auctoritas Papæ, vel eius cōfirmatio id qđ minus fuit validum. facit ualidum, ut extra de tranſac.c.1. Itē quia nulli præter auctoritatem Roman. Pon.licet illud reuocare,ut extra de con-ps fir.vti.vel inut. c. 2. 2
e ¶Nouitates.]ī.33. di.& hęc autem ſcripſimus. & ff. de conſti.prin.in rebus ſ̄.4. diſt.erit autem lex.
f ¶Alterius.]ſcilicet contrariæ bonis moribus,ſic ſoluitur cōtra.ī. diſt. proxi. nouit.contra ſic.Inſt.de ſatiſda.§.vlt.

QVòd abſque. Hęc diſtinctio diuidit ī tres partes. In quarū prima probat,ꝙ bona conſuetudo ſeruāda eſt. ſcđa ibi, [Hoc aūt] tertia ibi, [De his.] CASVS. In ſuperiori di.oſtendit,quod cōſuetudo Rom. Eccl. eſt ſeruanda. Nūc vero oſtendit, quòd à conſuetudine Rom. ec. non eſt recedēdū ſine cauſa,& ſine diſcretione. Et ad hoc ꝓbandum inducit prima duo cap. à contrario ſenſu. Addit etiam, ꝙ bona conſuetudo eſt ſeruanda: mala uero reſecanda:& quod conſuetudo metropolit.eccleſię eſt ſeruanda in prouincia,exceptis monaſterijs.
g ¶Quod] id eſt,ut noua conſuetudo teneaī. In hac 12. diſtin. magiſter proſequitur materiam præcedētis diſtin.ſcilicet, quòd conſuetudo ſit ſeruanda,quæ nō eſt contraria iuri naturali,uel conſtitutioni. In fine dicit,quòd omnes eccleſiæ debeant ſeruare conſuetudinem Metropolitanæ eccleſiæ, vt ī.ead.diſtin.de his.niſi ſint monaſteria,ut ibi dicitur. Ponit autem in principio duo c.per quæ uult interpretari ult.c. præcedentis diſtin.ubi dicitur, quòd a conſuetudine Rom Ecc. deuiare nō debemus:& ſic intelligit,quòd ſine diſcre-

dictum Lau.eſt 56.diſt. c.2.in fi.Hu.tenet contra.
NOn decet.]CASVS.quidam epiſcopi deuiabant à regulis Rom.Ecc. quare Calixtus Papa ſcribit omnibus epiſcopis, ut ipſi tamquam membra Roma. Eccl.quæ eſt caput, non diſcedāt ſine diſcretione: ſed voluntatem eius faciant uelut ſuæ matris: ſicut Chriſtus uenit facere uoluntatem patris.
h ¶Membra.] ſic ī.de conſec.diſt.3.celebritatē.& in auth.de eccle.titu.in princip 3,Et eſt hic ar.idem iuris eſſe in toto, quod in parte 4,ut 1.q.3.ſi quis epiſcopus vbi idem hoc.
i ¶Omnium.] ergo Græcorum,ut 24 q.1.rogamus.
K ¶Diſcretione.] nunquid ergo cum diſcretione licitum eſt contra illam agere? certe non, vt 17.q.4.§.qui autem. unde hic uacat arg.à contrario ſenſu.

1 Ad hoc 25.q.2.non tam nouū. & no. ī.ea. q. in ſumma. ibi uideas.Arch.

Confirmationis Papalis effectus.

2 De hoc ēt legiē,& no. 17.q.4. frater.& extra de trāſa.ue niēs. ibi uideas. & de cōſti.c. pe. & per Inn. extra de deci.dudum.

3 Laurent.

4 Nā quod ius eſt in toto quo ad totum: eſt in parte quo ad partem. ff. de adm.tu. ſi duo. & de uſu. qui ſcit I prin. ſecundum Io.de Fant.

a Præ-

PRæceptis.] CASVS. Quidam Patriarchæ, vel archiepiſcopi cõtra ſtatuta Ro. eccleſiæ faciebãt epos ſine lnia ſedis Apoſ. alios deponẽdo: quos Greg. reprehẽdit, dicẽs, ꝙ accuſatio epiſcoporum, & depoſitio ſicut quæſtio fidei tm̃ ad ſedẽ Apoſtolicã ſpectãt: ſicut antiqua ſtatuta declarãt, quæ Greg. in hoc c. cõfirmat, nihil nouum circa hoc ſtatuendo: quare præcipit eis Grego. ne caput ſuum omittant. vnde normam aſſumere debent. & qui contra hoc fecerit, deponetur.

to, Bibliotheca monaſterij Dominicanorum. Initium uero eſt etiam in epiſtola Anaſtaſii II. ad Anaſtaſium Auguſtum, c. 6.

¶Apoſtolicis præceptis nullus ſuperbè reſiſtat. C. II.

Anſel. l. 1. c. 20. Polyc. l. 1 tit. 17 † abeſt ab ori. & aliquot vetuſtis Gratiani exemplaribus.

PRæceptis Apoſtolicis non dura [a] ſuperbia reſiſtatur; ſed per obedientiam, quæ a ſancta Romana [eccleſia†, & Apoſtolica auctoritate iuſſa ſunt, ſalutiferè impleantur, ſi eiuſdem ſanctæ Dei eccleſiæ, quæ eſt caput ueſtrum, communionem habere deſideratis. *& poſt multa.* ¶Non nouum [b] aliquid præſenti iuſſione præcipimus; ſed illa, quæ olim videntur indulta, firmamus: cum nulli dubium ſit, quòd non ſolum Pontificalis cauſatio † [c], ſed omnis ſanctæ religionis relatio ad ſedem Apoſtolicam, quaſi ad caput eccleſiarum debeat referri, & inde normam ſumere, vnde ſumpſit exordium; ne caput inſtitutionis videatur omittere. Cuius auctoritatis ſanctionem omnes teneant ſacerdotes, qui nolunt ab Apoſtolicæ petræ, ſuper quam Chriſtus vniuerſalem fundauit eccleſiam, ſoliditate diuelli. Si quis hæc † Apoſtolicæ ſedis præcepta non obſeruauerit, percepti honoris eſſe hoſtis non dubitetur.

† *al. accuſatio*

† *al. hoc præcepto ſedis Apoſtolicæ pcepta.*] orig.

a ¶Sanctæ religionis.] *Sic emendatum eſt ex ipſa epiſtola, & aliquot manuſcriptis Gratiani codicibus, inductis his uocibus,* ſpei Romanæ eccleſiæ.

Item Leo ix. Michaeli epiſcopo Conſtantinopolitano, epiſto. 1. c. 29. & Nicolaus 1. epiſt. 2. ad Photium.

¶Non eſt reſiſtendum conſuetudini, cui canonica non obſtat auctoritas. C. III.

Iuo p. 4. c. 223. & par. 5. c. 44. Pann. l. 2. c. 155

SCit ſancta Romana eccleſia, quòd nihil obſunt ſaluti credentium diuerſæ pro loco & tempore conſuetudines [d]; ſi illis canonica non obſiſtat auctoritas, pro qua eis obuiare debeamus: vnde nil iudicamus eis debere, vel poſſe reſiſtere †.

† *al. reſiſti*

¶*Caput hoc confectum eſt ex duobus longe diuerſis locis. Nam vſque ad ver.* ſi illis, *ſumptũ eſt ex prima epiſtola ſeu libello Leonis xi aduerſus inauditas præſumptiones Michaelis Conſtantinopolitani, & Leonis Acridani epiſcoporum, c. 29. vbi loquens de Romana eccleſia ait:* Scit namq; quia nihil obſint ſaluti credentium diuerſæ pro loco & tempore conſuetudines: quando vna fides per dilectionem operans bona, quæ poteſt, vni Deo cõmendat omnes. *& hæc fere ab Iuone, & in Pannormi. referuntur. Altera vero pars accepta eſt ex epiſtola ſecunda Nicolai ad Photium quæ incipit,* Poſtquã B Petro. *Ibi enim habentur hæc:* De conſuetudinibus, quas nobis opponere viſi eſtis, ſcribentes per diuerſas eccleſias diuerſas eſſe conſuetudines: ſi illis canonica nõ obſiſtat auctoritas, pro qua obuiare debeamus; nihil iudicamus, vel eis reſiſtimus.

Item Hieronymus ad Lucinium, epiſt. 28.

¶Conſuetudines, quæ fidei non officiunt, vt à maioribus traditæ ſunt, obſeruentur. C. IIII.

ILlud breuiter te admonendum puto, traditio-

a ¶Non dura.] Quamuis graue, & intolerabile ſit, tñ adimplendum eſt, vt 19. diſt. in memoriã. & 100. diſt. cõtra morem. vel aſſignetur rõ quare adimpleri nõ poſſit, vt extra de reſcrip. ſi quando.

b ¶Non nouum.] arg. ꝙ non dr̃ nouũ, quod quandoq; ſtatutum fuit: licet modo renouetur 1, vt 24. q. 1. Achatius. & 24. q. 1. non ſatis. vnde ſi eps̃ iurauit, ꝙ non alienabit nouũ feudum, tñ feudum de nouo vacans poteſt licite alienare. vt extra de feu. ex parte. Item habes hic, ꝙ per confirmationem Papæ non datur ius nouum, vt extra de confir. vti. vel inuti. cum dilecta. Quid iuris ſit, dixi de hoc per diſt. prox. c. vlt.

1 Et eſt arg. cõtra illos. qui innouatas quæſtiones vili pendunt. 22. diſt. renouantes. 10. q. 1. antiquos. Lau.

c ¶Cauſatio epiſcoporum.] Solus enim Papa poteſt condemnare ep̃m, licet ab alio poſſit abſolui, vt 3. q. 4. quamuis. & c. dudum. & 5. q. 4. duodecim. Item ſolus Papa reſtituit eum, vt 2. q. 6. ideo 1. Item ſolus agit ꝺ eorũ renũciatione, vt 6. q 3. deniq;. & ꝺ eorũ mutatiõe, vt 7. q. 1. mutationes. & ꝺ eorũ exẽptione, vt 16. q. 1. frater.

Papa ſolus cõdemnat epiſcopos.

SCit ſctã.] CASVS. Reuertitur modo Gratianus ad propoſitũ ſuum, oſtendens ꝙ conſuetudo quæ non obuiat iuri naturali, vel conſtitutioni, eſt ſeruanda. Dr̃ ergo in hoc c. ꝙ bene poſſunt diuerſæ conſuetudines ꝓ locis & tẽporibus obſeruari, dũmodo illis canonica auctoritas nõ obſtaret, nec obeſt ſaluti credentiũ.

d ¶Conſuetudines.] vt 31. diſt. aliter. & de cõſec diſt. 4. ꝺ trina. & de conſec. diſt. 2. quotidie.

ADDITIO. Ad idem infra, ea. diſt. illa.

ILlud.] CASVS. Lucinius inueniebat

varias conſuetudines,& diuerſas,vnde dubitabat vtrũ altera deberet alteri præiudicare & de hoc Hieron. cõſulebat; qui reſpondit dicens, ꝙ conſuetudines à ſanctis patribus traditæ obſeruari debent, quæ fidei non obſtant: nec vnius loci conſuetudo alterius loci cõſuetudine debet ſubuerti. Tria autẽ ſequẽtia capitula plana ſunt.

nes[a] eccleſiaſticas, præſertim[b] quæ fidei non officiunt, ita obſeruandas, vt à maioribus traditæ ſunt, nec aliorum conſuetudinem, aliorum contrario more[c] ſubuerti.

Item Nicolaus Hincmaro archiepiſcopo.

¶Traditiones à Patribus inſtitutæ non ſunt infringendæ. C. V.

RIdiculum eſt[d], & ſatis abominabile dedecus, vt temporibus noſtris vel falſo inſimulari ſanctam Dei eccleſiam permittamus, vel eas traditiones, quas antiquitus à Patribus ſuſcepimus; pro libitu ſemper errantium infringi patiamur. Iuo p.4. c.212. Pann.l.2.c.156

¶Habetur in epiſtola ſcripta Hincmaro, & cæteris archiepiſcopis & epiſcopis in regno Caroli eccleſias regentibus; quæ extat in codice iam memorato Bibliotheca Dominicanorum, & ex ea caput hoc locupletatum eſt. Nam antea breuius erat, vt etiam apud Iuonem & in Panormita.

Item Iuſtinianus Inſtitutionum lib.1.tit.2.

¶Diuturni mores pro lege ſunt habendi. C. VI.

DIuturni[e] mores conſenſu vtentium approbati legem imitantur. Iuo p.4. c.194. Pann.l.2.c.160.

Item Cod.lib.8.tit.quæ ſit longa conſuetudo.l.1.

¶Quidquid contra longam conſuetudinem fit, reuocari oportet. C. VII.

COnſuetudo[f] præcedens, & ratio, quæ conſuetudinem ſuaſit, tenenda eſt. Et quidquid contra longam[g] con Iuo p.4.c.208. Pann.l.2.c.162.

a ¶Traditiones.] i. cõſuetudines. 8.diſt. quæ contra mores.

b ¶ Præſertim.] .i. tantum. ſic ponitur 11.q.3. ſi quis epiſcopus dãnatus, & 16.q.3.per ſingulas.7.q.1. ſi quis presbyter. & 27.q.2.multorũ. Et dic non officiant. id eſt, quæ fidei nõ aduerſent, vel moribus bonis, vt j.ea.oĩa.

c ¶Cõtrario more.] arg. eſt hic cõtra epiſcopos qui ſic argumentant cõtra eccleſiã aliquam: ex quo aliæ eccleſiæ hoc, vel illud faciunt: ergo & iſta idem faciet. Reſpondeatur ergo eis, ꝙ conſuetudo vnius eccleſię non ſubuertitur ꝑꝑ contrarias conſuetudines aliarũ. arg. tñ eſt pro eis. 100.diſt. contra morẽ. extra de cenſi. ex parte 1. arg. cõtra extra de ca. mo. dilectus. circa fi. lo. Sol. ꝗlibet eccleſia faciat id q̃d aliæ faciunt de iure cõi. 61.diſt. miramur. niſi præſcripſerit, vt extra de præſcri. auditis. vel niſi habeat priuilegiũ. 16.q.1. hinc ẽt. B. Ex his duobus c. vr̃ ꝙ iudex delegatus iudicabit ſecũdũ cõſuetudinem loci, vt j. ea. diſt. illa. & ſ. diſt. 8. c. q̃ cõtra mores. vbi dicit; nulla ciuis, vel peregrini. & extra de conſue. cum olim. in fi. & de cog. ſpiri. ſuper eo. & optime extra de eo, q̃ mit. in poſſ. cum veniſſet. & C. de ædi. pri. an in totum, vbi dr̃, ꝙ iudex ſeruabit 2, ea q̃ in oppido frequenter ſeruata ſunt 3. Et legatus ſeruabit conſuetudinem prouinciæ: nam magnũ exiſtimãt ꝓuinciales ſibi ſeruari cõſuetudines ſuas. ff. de offi. procon. obſeruare. Item lex præcipit, ꝙ iudex ſeruet cõſuetudinẽ ꝓuinciæ. ff. de teſta. l. 3. in fi. Ecõtra ꝓbat. ꝙ iudicabit ſcd̃m ius Romanũ, vt ſ. diſt. proxi. c. vlt. & c. cõſuetudinis, & in ſatiſdatione dicit lex ſeruãda cõſuetudinem vrbis Romanæ. vt Inſti. de ſatiſd. §. vlt. & extra de ſen. & re iudi. in cauſis. & c. cũ cauſa. & 25.q.2. ſeruatis. in fi. itẽ q̃a delegatus nõ ſua, ſed delegãtis vice fungit 4. vt 93. diſt. c. vlt. extra de offi. dele. ſane 2. ff. de offi. eius cui mãda. eſt iuriſdictio. l. 1. & 3. Itẽ magnũ ſequeret incõueniẽs, ſi ſcd̃m conſuetudinem loci iudicaretur, quia ſi illa loca haberent diuerſas cõſuetudines in quibus iudicatur: itã ſequeretur ꝙ eadẽ cauſa regeret ſcd̃m cõſuetudines contrarias. 12.q.2. monemus. itẽ vr̃, ꝙ ſcd̃m cõſuetudinẽ rei ſit iudicãdũ. tũ q̃a actor ſp̃ ſequit forũ rei, vt 11.q.1. experiẽtiæ. tũ q̃a fauorabiliores rei ſunt, q̃ actores. ff. de reg. iur. fauorabiliores. Ad hoc dicũt quidam, ꝙ ſi aliqui ſe ſponte ſubijciant iudicio alicuius, vel ſpõte petant iudices delegatos, ꝙ ſemper ſecundum conſuetudinẽ delegantis iudicandũ ſit. Si autẽ inuitis datus ſit iudex: tunc iudicabitur ſecundum conſuetudinem litigãtiũ, & potius ſcd̃m cõſuetudinẽ rei, q̃ actoris, vt in d. l. fauorabiliores. Melius pt̃ diſtingui, aut appellatur ad Papam, aut non: ſi propter appellationem obtinetur iudex, dico tunc delegatũ dẽre ſequi conſuetudines illius loci à quo eſt appellatũ; q̃a iudex appellationis tenetur ſequi legem prioris ſñiæ, vt in authen. coll. 8. vt cum. de ap. cog. in prin. arg. ad hoc extra de teſt. Raynutius. vbi iudex ap. ſequitur conſuetudinem loci a quo fuit appellatũ. Sed ſi ſine ap. impetret iudex: tunc tenetur ſequi conſuetudinem delegantis. arg. ad hoc ff. de cond. & dem. quæ conditio. in fi. lo. Ego credo, ꝙ iudex iudicabit ſecundum conſuetudinem rei, cum actor forum rei ſequatur: vt extra de fo. compe. cũ ſit generale. niſi ratione contractus, vel maleficij factus ſit de foro alterius: quia tunc ſeruabitur conſuetudo loci vbi contraxit, vel vbi deliquit, vt 8. diſt. quæ contra mores. & extra de for. compe. c. vlt. Bar.

c ¶Cõtrario more.] C. de temp. in integ. reſt. l. vlt. cõtra vbi dicitur, ꝙ abſurdum eſt ex locorum differentia aliquod induci diſcrimen. Sol. verum eſt, quòd propter loca diuerſa non debet induci ius diuerſum: niſi alia ratio ſubſit. 29. diſt. ſciendum.

d RIdiculum eſt.] ff. de interdictis, & relegatis, l. relegatorum. §. vltimo.

e DIuturni.] Hoc dicitur Inſti. de iure naturali. §. ex non ſcripto.

f COnſuetudo.] vbi non eſt contraria iuri ſcripto.

g ¶Contra longam.] Sed longum eſt illud quod eſt x. vel xx. annorum, vt C. de præſcrip. long. temp. per totum. Non ergo requiritur, ꝙ cõſuetudo excedat hominum memoriam, vt dicunt quidam: vel etiam, ꝙ ſit præſcripta. Sed illud verum eſt, vbi conſuetudo non eſt cõtra ius, vel quando eſt vetuſta: ita vt excedat memoriam hominum. ff. de aqua plu. arcen. in ſumma. §. itẽ varus. quia tunc habetur loco conſtitutionis, vt l. hoc

iure §.

1 Et c. ſopite vbi de hoc, & c. ſuper eo. vbi de hoc. extra de offi. archi. c. fi. vbi plenè d̃ hoc ꝑ Inn, & facit ad hoc quod not. extra ď decimis, quoniam.

Iudex iudicando an loci conſuetudinẽ ſeruare dẽat.

2 In iudicando.

3 Scilicet in ſimili genere cõtrouerſiarum. Archid.

4 Idẽ Bal. in l. aduerſus. C. ſi aduer rẽ iu. & Alex. de Imo. in l. ſolet. ff. de iũriſ. om. iu. circa princ.

Conſuetudo rei dẽt a iudice ſeruari.

Iure. §. ductus aquæ. ff. de aqua quot. & æſti. vbi autem eſt iuri cōtraria, requirunt ea, quę no. ī. 8. di. fruſtra. 1

NO. conſuetudinem.] CASVS. In Numidia erant multi Donatiſtæ, quos cum ad eccleſiam redibāt archiepiſcopi, & primates de cōſuetudine in ep̄os pro-

ſionis & proprie. Item eſt hic argu. quòd perſona, quæ aliàs eſt ineligibilis, ratione conſuetudinis fiat eligibilis. & ſic extra de clericis cōiuga. cū olim 2, & ff. de de cu. non tm̄. in fin. arg. contra, extra de conſuet. cum venerabilis. Item habes hic, quod diſpenſatur in vno

1 Sub. & tūc ꝓfertur: vel qñ eſt uetuſta, ita ꝙ excedit memoriā hominū. ff. de aqua plu. ar. l. I ſumma. §. Caſſius. Tūc ſt loco conſtitutionis habetur: vt d. l. hoc iure. §. ductus aquæ. Lau.

ſuetudinem fiet; ad ſolicitudinem ſuam reuocabit præſes prouinciæ.

a ¶ Quidquid.] *In originali eſt*, & ne quid contra longam cōſuetudinem fiat, *ſed quoniam rubrica videtur magis conuenire lectioni Gratiani, quæ eſt etiam apud Iuonem, & in Pannormita; non eſt mutatum.*

Item Gregorius vniuerſis epiſcopis Numidiæ, li. epiſt. 75

¶ Immota permaneat conſuetudo, quæ contra fidem catholicam nihil vſurpare dignoſcitur. C. VIII.

ī. diſt. 11. c. conſuetudinem. Iuo p. 4. c. 204.

NOs conſuetudinem, quæ tamen contra fidem catholicam nihil vſurpare dignoſcitur, immotā [a] permanere concedimus; ſiue de primatibus [b] conſtituendis, ſiue de cęteris capitulis; exceptis ijs, qui ex Donatiſtis ad epiſcopatum perueniunt: quos prouehi ad primatus dignitatē (etiam cum [c] ordo [d] clericorum ß eos ad locum eundem deferat) modis omnibus prohibemus [e]. Sufficiat autem illis cōmiſſæ ſibi plebis † curam gerere, non autem etiam illos antiſtites, quos catholica fides in eccleſiæ ſinu & edocuit, & genuit, ad obtinendum culmen primatus anteire.

† *tantummodo.* orig.

ß ¶ Ordo clericorum.] *Sic etiam legitur in aliquot vetuſtis Gratiani, & in aliquibus B. Gregorij codicibus; ſed auctor gloſſæ non uidetur habuiſſe verbum* clericorum: *quemadmodum neque Iuo, neque pleraque Gratiani manuſcripta exemplaria, neque aliqua etiam B. Gregorij operum editiones.*

Idem Gregorius ad Maximum Salonitanum epiſcopum lib. 7. reg. epiſt. 81.

¶ Non negantur quæ conſuetudinis ſunt. C. IX.

QVemadmodum illicita perpetrari non patimur; ſic [f] quæ ſunt conſuetudinis non negamus.

Idem Gregorius ad Auguſtinum Anglorum epiſcopum, reſp. 3.

¶ Non locus conſuetudinem, ſed conſuetudo locum commendat. C. X.

Iuo par. 2. c. 80.

NOuit fraternitas tua Romanæ eccleſiæ conſuetudinē, in qua ſe meminit enutritam. Sed mihi placet, vt ſiue in Romana, ſiue in Gallicorum † [g], ſiue in qualibet eccleſia aliquid inueniſti, quod plus oīpotenti Deo poſſit placere, ſolicite eligas; & in Anglorum eccleſia, quæ adhuc in

† *Gallicanorum*] orig. *Gallicana.*] Iuo.

ordine cum aliquo, qui tamen non poteſt ꝓmoueri ad ſuperiorem ordinē, vt 34. diſtin. lector & 1. q. 5. ca. primo. & quæſtio. 7. ſaluberrimū. poteſt enim aliquis habere minorem honorem, qui non pōt hēre maiorem, vt ff. de interdi. & rele. relegatorum. §. vlt. & 15. quæſt. vlti. c. 1.

c ¶ Etiā cū.] i. q̄uis.

d ¶ Ordo.] Licet ſint talis ordinis, ꝙ poſſint eſſe primates.

e ¶ Prohibemus.] 23. q. 4. ipſa pietas 3, ver. itē ſi cōtra. 1. q. 1. ſi q̄s hęreticæ. 1. q. 7. c. 1. & c. cōuenientib. cōtra. Sol. de iure cōmuni eſt ꝙ nullus rediens ab hæreſi poteſt ordinari. 1. q. 7. c. 1. ſed diſpenſatur cum eis multipliciter. Diſpēſatur enim cum eis quandoque ſemiplenè, quādo ad minores ordines ꝓmouentur, vt 1. q. 1. ſi quis hæreticæ, plena eſt, quādo poteſt fieri ſacerdos, & non ultra 1. q. 7. conuenientibus. plenior qñ poteſt fieri epiſcopus: ſed non primas, vt hic, pleniſſima quando ad omnes ordines, & dignitates ꝓmouetur. 23. q. 4. ipſa pietas. Io.

QVemadmodū.] CASVS. huius c. per ſe patet.

f ¶ Sic.] ſimilis comparatio eſt. 2. quæſt. prima, ſicut ſine. Ioā.

NOuit.] CASVS. Gregorius miſit Auguſtinū monachū ſuum ad prædicādū

2 Pōt dici id quod dicitur in hac decre. plus fieri ꝓpter ſcandalū vitādū: q̄ propter cōſuetudinē: vt ī hoc c. nos cōſuetudinem.

3 Hoc cap. potius eſt cōcordātia cum hoc, & ibi tales ꝓmittantur epiſcopari, ſecūdū Hu. Rediēs ab hæreſi an poſſit ordinari.

promouebant: cum hæc conſuetudo eſſet contra eccleſiaſticas conſtitutiones. Dicit ergo Papa in cęteris articulis conſuetudinem eſſe ſeruandam. In promotione vero Donatiſtarum ſeruari non debet; licet in dignitatibus ex diſpenſatione tolerentur, cum in quibuſdam antea conſiſtebant.

a ¶ Immotam.] Contra extra de conſue. cum venerabilis. ſed ibi de conſuetudine circa ſtatuta canonum, vt 23. q. 1. & iurabunt.

b ¶ De primatibus.] ar. eſt hic, ꝙ conſuetudo attēdit in electione, vt 24. q. 1. pudenda, in fi. & extra de elec. cum inter vniuerſas, & c. cum eccleſia. de cauſa poſſeſ

Cōſuetudo in electione attēdit.

PEruenit. CASVS. Quidam erant epiſcopi, qui concilia non celebrabant, quòd apparebat ex eo, quòd correctione egebant multæ res eccleſiaſticæ, quæ iam neglectæ fuerant: Quare ſtatutũ fuit in ſynodo, vt bis in anno epõrũ concilia celebrẽtur ad correctionẽ eorum, quæ fuerunt emendanda. Statuit etiam quòd omnes epiſcopi prouinciæ interſint; niſi neceſſitate aliqua

probatur, quòd multæ[a], quæ correctione opus habent, eccleſiaſticæ res negligantur. Statuit ergo hæc ſancta ſynodus, ſecundum regulas Patrum bis in anno in unum conuenire per ſingulas prouincias epiſcopos, ubi ſingula[β] quæ emerſerint, corrigantur. Qui uero noluerint conuenire epiſcopi, conſtituti in ſuis ciuitatibus, & hoc maxime, cum ſui corporis ſanitate conſiſtentes, etiam ab omnibus alijs vrgentibus [neceſſitatibus † [b], & inexcuſabilibus negotijs liberi ſunt, licere eos fraternæ charitatis admonitionibus corripi.

† abeſt à collectione Iſidori, & Iuone.

α ¶Hoc ex eo.] *In collectione Iſidori, vbi alioquin eadem videtur eſſe verſio, legitur*, ex hoc probatur, quòd multæ, &c. *itemque apud Iuonem, addita tamen particula*, &, *Græce eſt*: καὶ ἐκ τούτου πολλὰ, παραμελεῖται τῶν διορθώσεως δεομένων ἐκκλησιαστικῶν πραγμάτων. *id eſt*: & propterea multæ ex rebus eccleſiaſticis, quæ correctionis egent, negliguntur.

β ¶Vbi ſingula.] *Ita in collectione Iſidori, & apud Iuonem, & Anſelmum. Græce eſt*: ἔνθα ἂν ὁ τῆς μητροπόλεως ἐπίσκοπος δοκιμάσαι, καὶ διορθοῦν ἕκαστα τὰ ἀνακύπτοντα. *quæ Dionyſius ſic vertit*: Quò metropolitanus antiſtes probauerit, & corrigere ſingula, ſi qua fortaſsis emerſerint.

Item ex ſeptima ſynodo, c.6.

Ex uerſione Anaſtaſij.

¶Canonicis ſubiaceat pęnis metropolitanus, qui ſaltem ſemel in anno celebrare concilium negligit. C. VII.

In concilio Nicæno. c.5. & Antiocheno. c.20. Iuo p.5. c.373. ſ. ea. c. habeat. &c. propter. *Cap.9.*

[z] QVoniam quidē regula [c] eſt, quæ dicit, bis in anno per ſingulas prouincias oportere fieri per conuentū epiſcoporū regulares inquiſitiones; propter fatigationē, & ut opportunè [α] habeātur ad iter agēdū hi, qui cōgregādi sūt, definierunt ſextæ ſynodi ſancti Patres, omni excuſatione [d]

aliqua excuſentur, alioquin corripiantur.

Præcedentia per ſequentia pſumuntur.

a ¶Multæ.] Arg. ꝙ per ſequentia intelliguntur, & præſumuntur præcedentia: nā ſi quis ab hæreticis per uiolentiam tractus fuerit, & per menſem ſteterit cum eis, pręſumitur non tractus, ut 1. q. 1. conſtat. Item arg. contra prælatos ex uitijs ſubditorum, & contra magiſtros ex uitijs diſcipulorum, ut 28. diſt. priuſquam. & 22. q. 2. quod autem ait. 53. diſt. legem. 12. q. 2. quatuor. 44. diſ. multis. 34. q. 1. cum per bellicam. & C. de adul. ſi qui.

Citati multis cauſis excuſant.

b ¶Neceſſitatibus.] Quæ neceſſitas excuſet, habes de conſec. diſtin. 4. hi qui. 1. Item ſi quis propter tempeſtatem uel flumen, uel quia uocatus eſt ad teſtimoniū, uel ad dignitatē, uel ſi incipit abeſſe cauſa Reipublicę, uel ſi domeſtico funere impedit, uel ſi maius negotium ipſum trahit, excuſatur, vt ff. ſi quis cau. l. 2. §. 1. & 2 & l. 4. & ff. ex quibus cau. maiores, item hi. uel ſi ad maius tribunal vocatus eſt, ut ff. de re iudi. contra pupillum. §. is qui. Item timor hoſtium. extra de app. ex parte.

1 Et 23. diſ. cū omnis filius. ubi de hoc in glo. no. qđ. Archid.

QVoniam quidem.] Hęc eſt ſecunda pars huius diſ. in qua probat, ꝙ ſufficit ꝙ ſemel in anno fiat prouinciale cōcilium. Ioan. de Fan. & ꝙ ſingulis annis concilium prouinciale debeat celebrari, ponitur ſub præcepto. Archidiaconus.

CASVS. Hoc capitulū diuiditur in duas partes: In prima parte dicitur, ꝙ antiqua regula præcipiebat ſynodum bis in anno celebrari: Sed quia hoc difficile erat, ideo ſexta ſynodus ſtatuit ſemel in anno fieri. Princeps uero, qui hoc prohibuerit, excommunicetur, & metropolitanus, qui cōcilium neglexerit celebrare, canonice punietur. In ſecunda parte, quæ incipit ibi, [Dum autē.] dicitur, ꝙ donec ſynodus agitur, epī debent eſſe intētu diuinis mandatis: & ꝙ metropolitanus non habeat licentiam petendi aliquid ab epiſcopis uenientibus ad ſynodum, & ſi conuictus fuerit aliquid exegiſſe, in quadruplum reſtituet.

c ¶Quoniam quidem regula.] Illud not. ꝙ cū hæc ſynodus 2 velit corrigere antiquam cōſtitutionem, facit mentionem de ipſa: & ſic eſt arg. ꝙ una cōſtitutio nō reuocetur per aliam, niſi faciat mentionem illius: ſic eſt in reſcriptis: quia aliter non videtur Papa ex certa ſcientia contrarium conſtituere. Sed hoc non dico uerum: & licet in reſcriptis & priuilegijs requiratur ꝙ fiat mentio priorum, ad hoc ut priora reuocentur 3, non tamen eſt ita in conſtitutionibus: & hoc ideo quia conſtitutio procedit ex libero motu domini Papæ: & quia omnia iura habet in ſcrinio ſui pectoris, vt C. de teſta. omnium. Item & eſt arg. ad hoc extra de cog. ſpi. c. 1. Similiter in teſtamentis non requiritur ꝙ fiat mentio prioris: quia teſtamentū pro lege ſeruatur. 13. q. 2. c. vlt. niſi in duobus caſibus, ut ſi ſit teſtamentum factum inter liberos 4, vt C. de teſt. l. hac conſultiſſima. §. ex imperfecto. & Auth. hoc inter liberos. & niſi ipſe teſtator legē ſibi teſtādi dixerit; cum dixerit: ſi fecero aliud teſtamentum, nō valeat: quia tunc faciendo ſecundum, oportet ꝙ faciat mentionē de primo: vt ff. de leg. 3. ſi quis in prin. in concilijs autem antiquus obtinet, ſi eſt potioris auctoritatis, vt 50. diſt. dño ſancto. in fi. Ioan. Verum eſt ꝙ in reſcriptis continetur: ſed omnium factorum habere memoriā, potius eſt diuinitatis quàm humanitatis. C. de vete. iur. enu. l. 2. §. ſi quis. nec pręſumitur Papa ex certa ſcientia indulgere per ſecundum reſcriptum poſt primum ſuper eodē: ſed pſumit ꝙ hoc faciat immemor prioris. extra de offic. deleg. ex parte 1. Ipſum enim fallit obliuio. 23. diſt. præterea. ſed ut tangitur in gl. Ioan. ipſe habet uel præſumitur habere omnia iura in ſcrinio pectoris ſui. In legibus & cōſtitutionibus cōtinentur iura: & poſterior tollit priorē, licet nō faciat mētionē de ipſa. ff. de legibus. nō eſt nouū. In teſtamētis aūt alia eſt ratio, ne libertas ſupremi iudicij infringat: qđ eſſe non debet. ff. pro ſocio. cū duobus. §. idē rñdit q a nihil eſt qđ magis hominibus debeatur, quàm qđ ſupremæ voluntatis liber ſit ſtylus: & liberum qđ iterum non redit arbitriū. C. de ſacroſan. eccl. l. 1. in fi. ſed in duobus caſibus ſ. not. in glo. Ioan. eſt ſpeciale. Bar.

ADDITIO. Et 33. quæſt. 2. hoc ipſum in fin. Archidiaconus.

d ¶Excuſatione.] Friuola: nā rationabiles exceptiones ſemper admittuntur 5, vt extra de offi. deleg. ex parte.

Cōſtitutio ſcđa an reuocet priorem de illa mentione non facta.

2 Scilicet, ſeptima, ſecūdū Hug. Io. de Fāt.

3 Extra de præſcr. ueniens. & de reſcr. ordinem. Archid.

Teſtamentum ſecundum an reuocet primum.

4 Item & ſi primū derogatoriū eſt ſcđo. ff. de leg. 1. ſi mihi & tibi. §. vlt. Archid.

5 Supra eo. c. proxi. ſ. ead. ſi epſ. Archid.

remota, omnibus modis ſemel in anno fieri, & deprauata corrigi. Hunc ergo canonem & nos renouamus: & ſi quiſquam princeps inuentus fuerit hoc prohibere; communione [a] priuetur. Si quis vero metropolitanorum hoc neglexerit agere abſq. neceſſitate, vel vi [b], ſeu aliqua rationabili occaſione; canonicis pœnis ſubiaceat. Dum autem ſynodus agitur ſuper canonicis, & euangelicis negotijs; oportet congregatos epiſcopos in meditatione, & ſollicitudine fieri cuſtodiendorum diuinorum, & viuificorum Domini mandatorum: *& poſt pauca.* ¶Porro non habeat metropolitanus licentiam ex his, quæ defert epiſcopus ſecum, ſiue iumentum, ſiue aliam ſpeciem expetendi. Quòd ſi hoc egiſſe conuictus fuerit, ſoluat quadruplum [c].

α ¶Et ut opportunè.] *Græce eſt:* καὶ τὸ ἐνδεῶς ἔχειν πρὸς ὁδοιπορίαν, *id eſt:* Et quod non bene parati ſunt ad iter faciendum.

Item Leo iiij. ad epiſcopos Britanniæ, c. 3.

¶Non cogantur presbyteri ad ſacra concilia eulogias deferre. C. VIII.

DE eulogijs [d] ad ſacra concilia deferendis nihil inuenimus à maioribus terminatum: ſed ſicut vnicuique presbytero placuerit. Nam ſi conſtitutum fuerit in illo tempore benedictiones afferri, forſitan minus [e] libenter ad ſynodos occurrent: & magis venire obtrectabunt. Quæ, vt arbitror, non ſunt rationabiliter quærendæ; nec ultro delatæ, reſpuendæ [f].

¶*Habetur hæc epiſtola Romæ manuſcripta, ut in indice dictum eſt.*

Item ex concilio Carthaginenſi 4. c. 21.

¶Sine graui neceſſitate epiſcopus ad ſynodum ire non tardet. C. IX.

EPiſcopus ad ſynodum ire non tardet, niſi ſatis graui neceſſitate inhibeatur: ſic tamen, ut in perſona ſua legatum [g] mittat, ſuſcepturus ſalua fidei veritate, quidquid ſynodus ſtatuerit. Anſ. l. 7. c. 191.

¶*Similem ſententiam, & penè eadem verba referunt Burch. l. 1. c. 51. & Polycar. l. 2. tit. 16. ex Fælice.*

Item ex concilio Carthaginenſi 5. c. 10.

a ¶Communione.] Not. principes poſſe excommunicari: quod uerum eſt etiam à ſacerdotibus, vt ĩ. diſ. 96. duo ſunt. 11. q. 3. ſi autem vobis. & C. vbi de crimi. agi opor. Authen. qua in prouincia.

Reuocantur facta contra uiolenter detẽtam.

b ¶Vel vi.] Videtur ergo ꝙ ſi aliquis per vim detineatur ab aliquo, & aliquid interim fiat cõtra ipſum, ꝙ retractari poſſit illud. Idẽ eſt ſi ꝑ dolum alterius non ueniat, ut extra de in integr. reſti. ex litteris. Sed contrariũ legitur. ff. ſi quis cau. l. 2. §. ult. & ff. de eo per quem factum erit. l. ult. ubi dicitur, ꝙ ſi per dolum aut per uim alicuius aliquis non uenerit ad iudicium, non reuocatur id quod factũ eſt, ſed datur actio contra ipſum impedientẽ. Sed dic, ꝙ nõ reuocatur ipſo iure: ſed per in integrum reſtitutionẽ 1: uel in eo caſu reuocat quando detentor non eſt ſoluendo. extra de reſti tu ſpo. olim.

1 ff. de eo per quẽ factum eſt. l. vlt. §. 1. Archid.

Clerici poſſunt pecuniariter puniri.

c ¶Quadruplum.] Argum. ꝙ clerici poſſunt pecuniariter puniri & punire, ut 23. diſtin. quamquã. in fine. & 17. q. 4. definiuit. & cap. ſi quis deinceps. & 23. q. 5. de Liguribus. Arg. contra, extra de pœn. licet 2. Sed dic, ꝙ ubi pœna ſpiritualis eſt in iure ſtatuta, non debet infligi pecuniaria: alias ſecus. extra ut lit. non conteſta. quoniam. in fi. ideo autem punitur in quadruplum: quia crimen cõcuſſionis 3 committit: quod punitur pœna quadrupli. 1. q. 1. quidam. & q. 7. ſancimus in fine. & tam laicus, quàm clericus punitur pœna concuſſionis. ut 23. q. 1. militare hic ſignatur contrarium 12. q. 2. fraternitas. vbi dicitur, quod eccleſia non debet ſuum cum augmento recipere. Sed dic, ꝙ hic non recipit nomine eccleſiæ, ſed proprio nomine. 16. q. 6. ſi epiſcopum.

2 Dic ut no. ĩ. 23. q. 5. ſi uos Archid.

3 Aget iſte à quo accepit contra eum ſuperiorem. 11. q. 1. ſi clericus. Archi.

DE eulogijs.] CASVS. Quærebat quidam epiſcopus à Papa, utrum presbyteri tempore ſynodi deberẽt afferre eulogias, id eſt, munuſcula epiſcopis? Et reſpondet Papa, nil ſe inueniſſe à maioribus definitum: ſed eſt in arbitrio cuiuslibet presbyteri, qui uoluerit exhibere. Nam ſi definitum eſſet aliquid tempore ſynodi à presbyteris dandum, minus libenter uenirent ad ſynodum. Vnde eulogiæ ab aliquo peti non debent: nec delatæ reſpui.

d ¶Eulogijs.] Eulogię dicuntur munera, quę deferunt ſubditi ſuis prælatis.

e ¶Minus.] Arg. quòd magiſtri non petant collectam, à ſcholaribus vt libentius ueniant ad ſcholas. ſic 1. q. 1. baptizandis. & cap. placuit, vt unuſquiſque 1. quæſt. 2. uendentes. Magiſtri debent gratis docere.

f ¶Reſpuendæ.] Arg. ꝙ quædam licitè poſſumus recipere, quæ tamen petere prohibemur, vt 1. q. 2. placuit. ea. quæſtio. quàm pio. 13. q. 2. quæſta.

ADDITIO. Ad idem ff. de orig. iur. l. 2. iuxta finem. §. diuus. vbi de hoc. Archidiaconus.

EPiſcopus.] CASVS. Dicitur hic, quòd epiſcopus uocatus debet ire ad ſynodum, niſi graui neceſſitate fuerit impeditus: & tunc mittat pro ſe legatum, qui ſuſcipiat quæ in ſynodo ſtatuentur.

Citatus impeditus an mittere teneatur procuratorẽ.

g ¶Legatum.] Arg. quòd licet citatus ad iudicium uenire non poſſit: nihilo minus tenetur mittere procuratorem. 5. quæſtione 3. ſi ægrotans. & extra de appellat. conſtitutus. Argumen. contra extra de procurato. querelam. De hac materia quæras 5. quæſtione 3. ſi ægrotans. ſed illud c. querelam loquitur in ardua cauſa.

Placuit.]

PLacuit.] CASVS. Dicitur in hoc cap. ꝙ epiſcopi niſi fuerint impediti, ſemper debent ad ſynodum ire: & ſi ire non potuerint, ſuas excuſationes in litteris mittant: ꝙ ſi neglexerint ad Primatem mittere, communione fratrum priuentur, & eccleſia ſua tantum ſint contenti. Idem fere eſt caſus trium cap. ſequentium: & per te videbis. Additur tamen ibi, quòd priuētur communione fratrum vſque ad ſequentem ſynodum.

¶Excuſatorias litteras dirigant, qui grauati ad ſynodum ire non poſſunt. C. X.

Anſel. l. 7. c. 181

PLacuit, vt quotieſcumque congregandum eſt conciliū; epiſcopi, qui neque ætate, neque ægritudine [a], neque alia grauiori neceſsitate impediuntur, competenter occurrant. *& infra.* ¶Quòd ſi non potuerint occurrere, excuſationes ſuas litteratoriè α [b] conſcribant: niſi autem β rationem [c] impedimenti ſui apud Primatem ſuum reddiderint, eccleſiæ ſuæ communione [d] debent eſſe contenti.

α Litteratoriè] *In concilijs impreſsis legitur,* in tractatoria. *Dubitatum fuit; an legendum eſſet,* in tractoria. *Nam epiſtolæ, quibus Imperatores, vel Reges ſuos præſides vocabant, vel euectionem aliquam concedebant, tractoria dicebātur. Sic in Codice Theodoſiano lib. 8. titulus ſextus eſt,* de tractorijs, & ſtatiuis. *& ſic videtur emendandum in lib. Cod. 12. quamuis in impreſsis legatur,* de tractatorijs *quam vocem* tractoriam, *eadem ſignificatione Carolus Magnus in ſuis capitularibus vſurpauit lib. 4. c. 30. & 69. & eadem notione eſt in concilio Meldenſi, c. 71. Sanctus quoq; Auguſtinus in lib. poſt collationem contra Donatiſtas, c. 24. tractoriam pro epiſtola vocatoria vſurpat, his verbis;* Sic autem a primate ſuo per tractoriam fuerunt euocati. *Atque in hoc canone, vbi de vocandis epīs ad concilium agitur, vox iſta eſſet aptiſsima. Nā in concilio Africano inſerto in Codice canonum, c. 43. vbi hoc idem reperitur, & c. 57. §. Lucianus. & §. Alypius. in vetuſtis codicibus ſemper legitur,* tractoria, *vbi in impreſsis eſt,* tractatoria. *& in Carthaginenſi græco, c. 91. eſt ἡ συνοδική. Verum idem B. Auguſt. vtitur dictione,* tractatoria. *in eam, quæ nunc ſubijcietur ſententiam. Loquens enim de epiſcopis, ſi vocati noluiſſent venire ad concilium, & ibi obiecta crimina purgare, epiſt. 162. ait:* Quod ſi non fecerint, ibi etiam eorum prauitas, & peruerſitas innoteſcet: miſſaque tractatoria ſuper eorum nomine per totum orbem terrarū, quacumque iam Chriſti eccleſia dilatata eſt, ab omnibus eccleſijs, eorum cōio præcidetur. *In concione quoque ſecunda in Pſ. 36. eadem vox quater inuenitur: & epiſtola Syricij, quæ recitatur in concilio Telepenſi, ibi vocatur tractatoria. Cuius mentionem faciens Innocentius in epiſtola ad Exuperium Toloſanum, c. 1. ait:* De his, & beatæ recordationis viri Syricij epiſcopi monita euidentia commearūt: *quibus verbis videtur indicare non ad ſolos Africæ epiſcopos, ſed ad omnes prouincias miſſam fuiſſe illam Syricij tractatoriam. Ita Leo Papa ſecundus, poſtquam ſextum vniuerſale concilium finem habuerat, breuem eius concilij ſummam ad Hiſpaniæ epiſcopos, vt ei ſubſcriberent, miſit: quam tractatoriam vocat: quæ Leonis ij. epiſtolæ manuſcriptæ ex Hiſpania Romam ſunt miſſæ.*

β ¶Niſi autem.] *In originali eſt,* uel ſi poſt aduentum tractatoriæ aliquæ neceſſitates repente forſitan ortæ fuerint, niſi rōnem impedimenti ſui apud ſuum Primatē reddiderint, ab eccleſiæ communione debere eſſe contemptos. *In Africano c. 43. reliqua eodē modo. Sed in extremo eſt fere vt apud Gratianum:* eccleſiæ ſuæ communione debere eſſe contentos *Itemque in Carthaginenſi græco:* Ὀφείλειν τοὺς τοιούτους τῇ κοινωνίᾳ τῆς ἰδίας αὐτῶν ἀρκεῖσθαι ἐκκλησίας. *Similis quædam pœna imponitur in eodem concilio, infra diſt. 58. c. finali.*

Item ex concilio Turonenſi, c. 2.

a ¶Neque ægritudine.] Graui, vt infra ead. ſi quis epiſcoporum. non enim excuſat leuis febricula, vel vetus quartana, vt ff. de ædil. edic. l. 1. §. ſed ſciendum.

ADDITIO. Arg. contra. 7. q. 1. præſentiū. & extra de procur. q̄dam vbi de hoc. Archidiaconus.

b ¶Litteratoriè.] vel etiam per certum nuncium 1, cui credi poſſit, vt 97. diſ. nobiliſſimus. extra de offic. deleg. prudētiā. extra de reſcript. ex parte, & cap. ſciſcitatus. — 1 Tenet hoc idē Hugo.

c ¶Rationē.] No. ꝙ non ſufficit dicere ſe non poſſe venire, niſi rationem impedimēti aſſignet: ſic extra de offic. & po. iu. deleg. prudētiam. & de reſcript. ſciſcitatus. & illam cauſam probabit: vt 4. q. 5. quiſquis. in fi. & per vnū teſtem eam poteſt probare, vt extra de procura. ex inſinuatione. licèt ſit argu. contra. extra de in integ. reſti. ex litteris 2, Ioan. Sed certè credo hoc eſſe ſpeciale, vt vni teſti credatur cum ſuo iuramento. — 2 Vbi de hoc. & extra de teſti. veniens 1. ibi videas.

d ¶Communione.] Videtur quod aliquis poteſt eſſe excommunicatus in vna eccleſia, & non in altera, vt hic, & 58. diſtin. ſi quis de alterius. & ſic eſt contra 4. q. 5. quiſquis. Sed dic, quod iſte nō eſt excōmunicatus: ſed cum alijs epiſcopis non communicabit: quia non venit ad negotia ipſorum, vel ad conſecrandū epiſcopum cū alijs. — Excōicatus vtrum quis poſſit eſſe in vna eccleſia, & nō in alia.

Regem Armeniorum, cum concilium Lugdunenſe indixiſſet, (quam manuſcriptam habet Cardinalis Sirletus) intelligitur integrum Nicænum concilium in lingua Armeniorum eo tempore extitiſſe. Sic enim ſcribit: Quia vero multipliciter expedit, vt in eiuſdem celebratione concilij, antiquorum conciliorũ copiam habeamus, celſitudinem regiam rogamus, & hortamur attente: quatenus integrum Nicænum concilium, & alia concilia, quæ habere diceris in Armenica littera, cum aliquibus peritis interpretibus, nobis cum ea qua poteris celeritate transmittas. *Tuneti quoque et Alexandriæ inuenti ſunt octoginta canones Arabicè ſcripti ſub nomine huius concilij, qui Romæ in Arabica et Armenia lingua ſcripti penes eundem Cardinalem Sirletum ſunt, et nuper etiam in latinam linguam conuerſi ſunt, et impreſſi.*

Quomodo ergo viginti tantũ capitula in Nicæna ſynodo ſtatuta dicuntur, cum ſeptuaginta capitula (vt Athanaſius ſcribit) in ea ſtatuta monſtrentur? ¶ His ita reſpondetur: Capitulorũ Nicænæ ſynodi quædam in deſuetudinem abierunt: viginti tantum in Romana eccleſia habentur.

Vnde Stephanus Papa ſcribit dicens Luythobio Archiepiſcopo Moguntino.

¶Nicæni concilij uiginti tantum capitula habentur. C. VIII.

Viginti [a] tantum capitula Nicæni ſynodi in ſancta Romana eccleſia habentur, ſed quo neglectu alia defecerint, ambiguum eſt. Plurimi arbitrantur ea Antiocheno concilio eſſe inſerta. Iuo p.4. c.232. Pann.l.2.c.107

¶*Apud Iuonem parte quarta, c.232. habetur magis integrum hoc caput:* Capitula Nicæni concilij teſtimonio Athanaſij ſeptuaginta in figuram ſeptuaginta diſcipulorum ſcripta non dubitamus, è quibus viginti tantum in eccleſia ſancta Romana, & quæ ſequuntur.

Sardicenſe quoque concilium auctoritate Nicolai Papæ recipitur.

Vnde idem ſcribit clero† Conſtantinopolitano. †*ale. lecto*

¶Auctoritate Apoſtolica Sardicenſe concilium recipitur. C. XIIII.

Qvod dicitis neque Sardicenſe concilium, neque decreta† alia uos habere ſanctorum Pontificum, non facile nobis facultas credendi tribuitur maxime cum Sardicenſe concilium, quod penes uos in ueſtris regionibus[b] actum eſt, & omnis eccleſia recipit, qua ratione conuenerit †, ut hoc ſancta Conſtantinopolitana eccleſia abijceret; &, ut dignum eſt, non retineret?

Habetur in epiſtola 6. quæ prima ad Photiũ eſt. Iuo.p.4.c.135. Pann.l.2.c.117 ver. Quod dicitis.] †*decretalia vos.* †*a. conuenerat.*

DISTINCTIO XVII.

Generalia concilia,[c] quorum tempore celebrata ſint, vel quorum auctoritas cæteris præemineat, ſanctorum auctoritatibus ſupra monſtratum eſt. Auctoritas vero congregandorum conciliorum penes Apoſtolicam ſedem eſt.

a ¶Viginti.] à Sardicenſi.

Qvod dicitis.] CASVS. Clerici Cõſtatinopolitani dicebãt ſe nõ hr̃e ſtatuta cõcilij Sardicẽſis, vel ſanctorũ Patrũ, non recipere: ſed Papa redarguit eos dicens, non eſſe facile credẽdum eos non habere ſtatuta illa, cũ publicè penes eos facta fuerũt, & cũ tota eccleſia ea recipiat, Cõſtantinopolitana ea recipere debet.

b ¶Regionib.] Hic eſt duplex arg. vnum tale: ex quo oẽs alij hoc faciunt ergo, & tu obſeruabis hoc, vt not. ĩ. 12. diſ. illud. & c. quemadmodum. Itẽ arg. ꝙ nulli licet ignorare ea, quæ publicè facta ſũt. 12. q. 2. qui & humanis. 8. q. 1. licet. 11. q. 3. curæ. 20. diſt. ſi decreta. 87. diſt. c. vlt. 33. q. 1. paratus. ff. de inſtitutoria ac. ſed & ſi. § ꝑſcribere. C. de lib. cau. ſi filia. ex̃ de poſtu. prælat. ad hãc 1, arg. cõtra. 82. diſt. ꝓpoſuiſti. & 1. q. 1. ſi q̃ a ſimoniacis. & 24. q. 1 ſi qs d̃derit. primũ regulare, ſcd̃m caſuale ꝑ caſum ignorãtis. extra qui ma. ac. poſſ. cum in tua.

Facta publica debẽt ab omnib. ſciri.

Ibi d̃ hoc & extra. de conſti. cognoſcentes in gloſ. vlt.

Generalia.] Hęc diſt. diuiditur in tres partes. In quarũ prima magiſter intendit ꝓbare, ꝙ nulliũ robur habet concilium generale ſine licentia Papę celebratũ. Secũda ibi, [Qua ꝓpter.] Tertia ibi, [Hic ẽt.] CASVS. Supra diſt. 15. c. 1. & 16. c. ſexto. oſtẽſum eſt quo tp̃e generalia cõcilia celebrata fuerũt, & quorũ auctoritate cęteris ꝓeminebãt eſt ſimiliter oſtenſum. In hac vero 17. diſt. oſtẽdit, ꝙ tm̃ auctoritate ſedis Apoſtolicæ pñt cõgregari, & hoc probat per c. ſeq. [Generalia.]

c ¶Concilia.] In hac 17. diſt.

17.diſtin.oſtenditur qui poſſunt facere concilia. Sunt autem conciliorum quædam vniuerſalia, quędā particularia ſiue prouincialia, q̃dā epiſcopalia. Vniuerſale eſt quod à Papa, vel eius legato cū omnib. epiſcopis ſtatuitur 1: particulare, ſiue prouinciale eſt, quod metropolita-

neralem ſynodum ad condēdum canones cōgregare: ſed Marcellus dicit, quod non poteſt ſine licentia Papæ: quamuis poſſit particularem ſynodum facere.

a ¶ Synodum.] Scilicet generalem.

ADDITIO. Vel etiam prouincialem ad aliquid generaliter ſtatuendum. Archid.

1 Vniuerſale enim conciliū ſine auctoritate Papæ vel eius legati celebrari non pōt. inf. c. 1. & 2. ſu. diſt. 3. §. porro. Archid.

Vnde Marcellus Papa ſcribit Maxentio a.

a ¶Maxentio.] *Antea legebatur*, Maxentio epiſcopo. *In tomis autem conciliorum in epiſtola inſcriptione eſt*, ad Maxentiū tyrannum *ſed in principio epiſtolæ ipſius eſt*, Marcellus Maxentio, *quæ lectio viſa eſt retinenda.*

¶ Abſque Romani Pontificis auctoritate ſynodus congregari non debet. C. I.

Anſ. l. 1. c. 60. Iuo p. 4. c. 240. Polyc. l. 1. c. al. tit. 13.

SYnodum [a] epiſcoporum abſque huius ſanctæ ſedis auctoritate, (quamquam quoſdam epiſcopos poſſitis congregare [b]) non poteſtis regulariter facere. Neque β vllum epiſcopum, qui ad hanc appellauerit Apoſtolicam ſedem, damnare; antequam hinc ſententia definitiua procedat. Nam ſi ſæculares in publicis iudicijs libellis vtuntur appellatorijs, quāto magis ſacerdotibus hæc eadem agere licet, qui ſup illos ſunt. De quib. dictū eſt, [Ego dixi, Dij eſtis,]

Pſalm. 81.

¶ β Neque ullum epiſcopum.] *Hæc uſque ad finem non habentur in aliquot manuſcriptis Gratiani exemplaribus.*

Item Iulius Papa primus, in reſcripto contra orientales pro Athanaſio, c. xxix.

¶Non eſt ratum concilium, quod auctoritate Romanæ eccleſiæ fultum non fuerit. C. II.

Anſel. l. 2. c. 47. Poly. l. 1. c. 13.

† al. legatio

REgula veſtra nullas habet vires, nec habere poterit: quoniam nec ab orthodoxis epiſcopis hoc cōcilium actum eſt, nec Romanæ eccleſiæ legatus † [c] interfuit; canonibus præcipientibus ſine eius auctoritate concilia fieri non debere. Nec vllum ratum eſt [d], aut erit vnquam concilium, quod non fultum fuerit eius auctoritate.

Item Damaſus Papa I. ad Stephanum, epiſt. 3.

¶Nullus uſurpet conceſſa Romanæ eccleſiæ. C. III.

† ſancta

Anſel. l. 1. c. 55. Polyc. l. 1. c. 17.

HVic ſoli † ſedi conceſſa [e] nullus vſurpare ſine eius cōſultu præſumat, qui non vult honore eccleſiaſtico indignus, vt contemptor, iudicari.

Item Gregorius. † a.

† *al. Pelagius Papa Valeriano Patritio.*

¶Abſque Apoſtolicæ ſedis auctoritate ſynodum particularem contra vniuerſalem aliquibus congregare non licet. C. IIII.

Iuo p. 4. c. 239. Anſ. l. 12. c. 43. Poly. l. 1. c. 14.

NEc licuit alicui aliquando, nec licebit, particularem [f]

b ¶ Cōgregare.] Cū conueniunt epi ad examinandā cauſam criminalem alicuius clerici in ſacris. & ſecūdum hoc eſt arg. quod talis congregatio epiſcoporum nō dicitur ſynodus generalis.

REgula.] CASVS. Oriētales epi facti hæretici multas fecerunt facto concilio cōſtitutiones: cui concilio, nec Papa, nec eius legatus īterfuit. Et iō Iulius Papa dicit illud nullas vires habere, vel qđ in eo eſt ſtatutū. & hoc pbat auctoritate canonū dicentiū, concilia ſine auctoritate ſedis Apoſt. fieri non debere.

CASVS ſeq. cap. patet.

c ¶ Legatus.] Ad hoc ſpāliter deſtinatus: aliàs nō poſſet legatus facere cōciliū. vt no. ī. diſ. 3. c. regula. §. porr o. & ext. đ off. leg. ꝙ trāslationem

d ¶ Ratū eſt.] Arg. ꝙ id, quod nullū eſt, non pōt ratum habe ri, vt not. 9. q. 2. c. nullus alterius. extra de elect. auditis.

e HVic ſoli ſedi conceſſa.] Hic expſſe hr, ꝙ illud qđ ſoli Papæ cōpetit, nō transfertur generali mādato: niſi ſpecialiter mandet, vt extra de offic. leg. quod translationem: quæ autem illa ſint, dixi 11. diſtin. præceptis. & alia habes extra, de off. leg. quod tranſlationem.

Papæ ſoli competēs, gnali mandato non trāsfertur.

tropolitanus, vel primas facit cū ſuffraganeis ſuis, vt 18. diſt. c. 1. 92. diſ. ſi qs epſ. Sed vniuerſale nō dēt fieri ſine auctoritate Papę, vt hic, nec particulare ſine auctoritate metropolitani, vel primatis, nec epale ſine auctoritate epi: metropolitanus tn̄ pōt facere cōcilium ſine auctoritate primatis, vt 92. diſt. ſi qs epſ. ſimiliter epſ ſine auctoritate metropolitani, vt 38. diſt. qñ & 12. q. 2. placuit. Nec ob. quod legitur. ī. diſtin. proxi. c. propter. in fine. & c. pen. quia illud eſt intelligendum de prouincialibus concilijs, vel intellige illud de canonibus conſtituendis. Ioan.

SYnodum.] CASVS. Maxētius epiſcopus volebat ge

NEc licuit.] CASVS. Celebrato cōcilio quīto apud Conſtātinopolim, epiſcopi Venetiæ, Hiſtriæ & Liguriæ volētes recipere ſtatuta illius concilij, conuenerunt ad examinandum, an illa ſtatuta eſſent bona, vel mala, contra quos inuehitur Gregorius dicens, ꝙ ſi aliqua dubitatio emerſerit de ſtatutis ī eodē cōcilio, mittere debebāt ad ſedē Apoſtolicā. Si uero fuerint contumaces, ab eccleſia ſunt coercendi, & ſi per eccleſiā nō poſſunt, per ſæcularem debent comprimi poteſtatem.

f ¶Particularem.] Ad aliquid generaliter ſtatuēdū 2, vel ad reuocandum illud, quod in vniuerſalib. concilijs eſt ſtatutum, vt iſti epiſcopi, qui volebāt retractare ſtatuta

2. Vel dic ꝙ particularem dicit propter illos, qui patē faciunt, ſcilicet hæreticos, quibus nullo modo licet concilium celebrare, ſecundum Laur.

Statuta vniuerſalis cōcilij ꝑ quē poſſint interpretari.

ſtatuta Conſtantinopolitanæ ſynodi. videtur hic, ꝙ ad ſolum Papam ſpectat interpretari ſtatuta vniuerſalis concilij, vt extra de conceſ. præb. & eccle. non vacan. dilectus. Arg. contra, ꝙ ab oībus epiſcopis, vel à ſaniori parte eorū, qui interfuerūt, pōt fieri interpretatio, ꝗa ab eo iudice prodire debet interpretatio, qui ius ſtatuit. extra de ſenten. excom. inter. de iudi. cum veniſſent.

a ¶ Ad recipiendā.] Eo ipſo ꝙ q̄s errat, non dicitur hæreticus, ſi paratus eſt corrigi, vt 24. q. j. hęc ē fides. Sed ſi dubitat ď fide, hæreticus dicit̄, vt extra de hære. c. 1.

Laici utrū poſſint aliquando clericos punire.

b ¶ Per ſęculares.] Poſſunt ergo laici coercere 1, clericos ēt non depoſitos in caſibus, vt not. 23. q. 5. principes. aliàs autē etiam depoſitū non poteſt laicus punire: niſi īcorrigibilis ſit, vt extra de iudi. cum nō ab homine. nunquā.n. clericus quantumcumq; ſit criminoſus, tradendus eſt curiæ ſæculari, dummodo poſſit corrigi ꝑ eccleſiaſticam poteſtatē, vt 81. diſt. dictū, extra de iud. at ſi clerici, niſi ī crimine falſi litterarū Apoſtolicarum, vt extra de crimi. fal ad falſariorum. Item habes hic, ꝙ vbicunq; deficit eccleſiaſtica poteſtas, ſemper recurritur ad brachium ſæculare. 11. q. 1. petimus. & 23. q. 5. de Liguribus.

1 Hic videas quod legitur & notaē 17. q. 4. de pręſbyterorū. Archid.

ADDITIO. Ad idem ead. q. adminiſtratores.

MVltis.] CASVS. Hoc ca. diuidit̄ in duas partes. In prima parte dr̄, ꝙ Conſtantinopolitani epī celebrauerūt cōcilīū ad vocationē Ioānis, q̄ tunc erat patriarcha: qđ factum fuit abſq; ſedis Apoſtolicæ licentia: quare Papa conciliū illud euacuat & caſſat. & q̄dq̄d in eo fuit cōſtitutum, & ꝓhibet ne de cętero talia fiant. In ſecūda parte, quæ incipit ibi, [Si vero.] dicitur, quód ſi epiſcopi cœperūt ſuper aliquo diſcrepare negotio, referatur quęſtio ad ſedē Archiepiſcopi, vel patriarchæ; & ſi ibi non poteſt terminari, reſeruetur ad ſynodum epiſcoporum: difficiliores uero q̄ōnes ad ſedem Apoſtolicam reſeruantur.

c ¶ Hortatu.] Arg. ꝙ auctoritas ſuperioris ñ excuſat. ut 12. q. 2. q cūq; nullitū arg. cōtra 12. q. 2. ď reb. 63. diſt. Salonitanæ 2, Tu dic, ꝙ in leuibus excuſat, aliàs non.

ſynodum β congregare: ſed quoties aliqua de vniuerſali ſynodo aliquibus dubitatio naſcitur, ad recipiendam [a] de eo, quod non intelligunt, rationem, aut ſponte ij, qui ſalutem animæ ſuæ deſiderant, ad Apoſtolicam † ſedem pro recipienda † ratione conueniant: aut ſi forte (ſicut de talibus † ſcriptum eſt: [Peccator cum uenerit in profundum malorum, contemnit]) ita obſtinati, & contumaces extiterint, vt doceri non velint; eos ab eiſdem Apoſtolicis ſedibus aut attrahi ad ſalutem quoquomodo neceſſe eſt, aut (ne aliorum perditio eſſe poſſint) ſecundum canones per ſæculares [b] comprimi † poteſtates.

† *Apoſtolicas ſedes*] Iuo. Trou. 18.
† *al. percipienda*
† *al. quibuſdā*
† *al. opprimi*

a ¶ Gregorius] *Hoc proculdubio eſt Pelagij, ſicut ab Anſelmo & Iuone citatur. Sunt autem apud Gratianum multa capita ex Pelagio huius argumenti, ad Apoſtolicas ſedes recurrendum eſſe, cū inferiores epiſcopi, aut quiuis alij cognoſcere deſiderarent qui din aliqua vniuerſali ſynodo eſſet conſtitutum: & valde illos condemnandos, qui Apoſtolicis ſedibus non communicant, vt 23. q. 5. c. nō vos. & c de Liguribus. Ex hoc autem capite, nec licuit, & capite, iſtud. 11. q. 1 habetur integra epiſtola Pelagij, quemadmodum ab Anſelmo refertur. Verum in Polycarpo citatur ex Gregorio, & in margine eſt additum,* ad epiſcopos Mauritaniæ. *Atque in ſummarijs capitum dictatus ipſius Papæ, qui habetur lib. 2 Regeſti Gregorij ſeptimi: inter cætera hoc eſt,* quod nulla ſynodus abſq; præcepto ſummi Pontificis debeat generalis vocari.

β ¶ Synodum.] *Apud Anſelmum, Iuonem, & in Polycarpo adduntur hæc,* ad iudicandum vniuerſalem ſynodum. *Hoc enim eſt, quod prohibetur hic à Pelagio: Multi enim eo tempore aut ignorantia, aut animi peruerſitate adducti nolebant quintum concilium recipere, (Qua de re B. Gregorius, lib 7. epiſt. 53. & alibi ſæpe) et particularem ſynodum uniuerſali, ac ſedium Apoſtolicarū auctoritati præferebant. Itaque hoc capite non prohibet Pelagius, ſiue Gregorius, nè epiſcopi poſſint Diœceſanas, et metropolitana prouinciales ſynodos conuocare, ſed ne ipſas ad iudicandum uniuerſalem ſynodum congregent, atque ita eſt in rubrica emendatum.*

Item Pelagius Papa II. epiſcopis, qui conuenerant ad illicitam uocationem Ioannis Conſtantinopolitani, epiſt. 1. cap. 1.

¶ Non eſt concilium; ſed conuenticulum, quod ſine ſedis Apoſtolicæ auctoritate celebratur. C. V.

MVltis denuo Apoſtolicis, & canonicis, atq. eccleſiaſticis inſtruimur regulis, non debere abſque ſententia Romani Pontificis concilia celebrari. ¶ Quapropter, vt iam dictum eſt, recte non concilium, ſed veſtrū conuenticulum, vel conciliabulum caſſatur, & quidquid eo actū eſt, irritium habetur, & uacuum. Vos quoque deinceps uidete, ut nullius hortatu [c] talia præſumatis, ſi Apoſtolicæ ſedis communione carere non vultis. *& infra.* ¶ Si vero

Anſ. l. 2. c. 36.
Polyc. l. 1. c. 14.
Cap. 3.

1 Vbi de hoc. & 86. diſt. an putabis. Archid.

a ¶ Ad

a ¶Ad maiorem.]Id eſt,ad metropolitanū:& ita cum appellatur ab omnibus epiſcopis prouinciæ ad metropolitanum,videtur, ꝙ metropolitanus ſolus maior ſit omnibus epiſcopis prouinciæ: quia de pari ad parem nō licet appellare.2.q.6.c. anteriorū.ver.illo videlicet. Item

Appellatur de epiſcopis prouincię ad metropolitanum.

COncilia.]CASVS. Quidam epiſcopi ſingulis annis ſine ſede Apoſtolica concilia faciebant,quare Symmachus Papa ea caſſat, cum non inueniatur aliquid conſtitutum ſine auctoritate ſedis Apoſtolicæ, immo ſemper ei maiora negotia referuantur.

in qualibet prouincia ortæ fuerint quæſtiones,& inter ipſius prouinciæ epiſcopos diſcrepare cœperit ratio, atque inter ipſos diſſidentes non conueniat; ad maiorem [a] tunc ſedem referantur. Et ſi illic facile,& iuſte non diſcernuntur; vbi fuerit ſynodus regulariter congregata,canonice, & iuſte iudicentur.Maiores [b] vero & difficiliores† quęſtiones(ut ſancta ſynodus ſtatuit,& beata conſuetudo exigit) ad ſedem Apoſtolicam ſemper referantur.

† al.difficiles.

Item Symmachus Papa.

In lib. Enno. ꝑ defenſione 4.& 5.ſyn.ſub Sym. Papa. Iuo. p.4.c. 241. Anſ.l.2.c. 56. Polyc.l.1.tit. 7.

¶Prouincialia concilia ſine Romani Pontificis præſentia pondere carent. C. VI.

COncilia ſacerdotum [c] eccleſiaſticis legibus quotannis decreta per prouincias, quia præſentiam Papæ non habent,ualitudinem perdiderunt a [d] Legiſtis† inſaniſſimi, aliquando in illis præter Apoſtolici apicis ſanctionem aliquid conſtitutum; & non de maioribus negotiis ad conſultationem†, quid occurrerit, præfatæ ſedis arbitrio fuiſſe ſeruatum?

† al.Legite.

†collationem] orig.

a ¶Perdiderunt.] *Hic in libello Ennodij in recentioribus editionibus eſt nota interrogationis. Sunt enim uerba inimicorum Symmachi hæc tanquam abſurdum quidpiam obijcientium. Quibus Ennodius in ſequentibus verbis reſpondet*, Legite,&c.

c ¶Sacerdotū.]Id eſt epiſcoporum.

d ¶Perdiderunt.] Not. ꝙ aliquis dicitur perdere quod nunquam habuit.ſic 5.q.6. quia iuxta. 23.q.4. Guiliſarius. 23. diſt. quorundā 2. ſic 33. q. 2. quod vero, &c. Moyſes.

1 Vbi de hoc. Arch.

HINC ETIAM. Hęc eſt 2.pars diſt.in qua ponitur quid iuris ſit de ſynodis.

CASVS. Iſte §.diuiditur in duas partes. In prima parte dicitur, ꝙ Symmachus Papa erat de quibuſdam criminibus diffamatus: Vnde Theodoricus Rex veniens Romam, concilium cōgregauit,ut examinarētur ea quæ obijciebantur Papæ: Tūc ſurgentes epiſcopi Liguriæ & Aemiliæ & Venetiæ dixerunt Imperatori ꝙ ad Papā ſpectabat cōuocare cōcilium:Imperator ad hoc benigne rñdit oīa eſſe in poteſtate ſynodi:cōmittēs negotium auctoritati Pōtificum, dūmodo pax in ciuitate Romana ſeruet̄ In ſcđa parte, quæ incipit ibi, [Epi vero,] dicitur, ꝙ epi ibi congregati auctoritate eiuſdē Symmachi interueniente abſoluerūt ipſū ab humano iudicio, à ſolo Deo iudicādū,& reſtituēdos clericos,q̄ receſſerant a Symmacho Papa, in ſuis officijs decreuerūt: dummodo primo Symmacho ſatisfaciant: Cui ſtatuto primo ſubſcripſit Laurentius eps eccleſiæ Mediolanenſis,ſecundo Rauennas, & poſtea lxxv. epi. Omnia quæ poſtea ſequuntur,plana ſunt vſque ad diſt.18.

2 [*Hinc etiam cum auctoritas Theodorici regis ex diuerſis prouincijs ad vrbem Romam ſacerdotes conuenire præcepiſſet* [e], *vt ſanctum concilium iudicaret de ijs, quæ venerabili Papæ Symmacho præſuli Apoſtolicæ ſedis ab aduerſarijs ipſius dicebantur impingi; Liguriæ, & Aemiliæ, ſeu Venetiarum epiſcopi ſuggeſſerunt ipſum, qui dicebatur,impetitus debere ſynodū conuocare, ſcientes, quia eius ſedi, primum Petri Apoſtoli meritū, deinde ſecuta iuſſione† Domini* [f], *conciliorū venerādorū auctoritas ſingularē in eccleſiis tradidit poteſtatem, nec antedictæ ſedis antiſtitem minorū ſubiacuiſſe iudicio.*] *& infra.* [¶*Ad hæc sereniſſimus Rex, Deo adſpirante reſpondit ſynodalis eſſe arbitrij in tanto negotio ſequenda præſcribere,nec aliquid ad ſe præter reuerentiam* [g] *de eccleſiaſticis negotiis pertinere, committens etiam poteſtati Pontificum, vt ſiue propoſitum vellent audire, ne-*

Verba omnia ſumpta ſunt ex quarta ſynodo Romana ſub Symmacho.

† iuſſionem.] Vatic. cod. & Nicolaus ad Michaelem Impe.pag.501.

Item hic appellatur à metropolitano ad cōcilium metropolitanum.ī.2.q.6.omnis.& ſic cōcilium eſt maius 2 ipſo metropolitano. & ſic appellatur ab aliquo ad ſe ipſum cum alijs.& eſt ſimile ff.quando appell.ſit l.1.§. ſolent. Sed quid eſt,qđ hic dicitur, ꝙ ſi diſſentiūt epi, recurratur ad ſuperiorem, quare non ſtatur hic ſententiæ plurium.65.diſt.ſane? Intelligunt quidā,ꝙ hoc dicitur in cauſa criminali epiſcopi, ubi oportet omnes epiſcopos conſentire,vt 6.q.4.c.1.& 2. Sed poteſt intelligi in eo caſu,quādo in prouincia dubitatur de negotio aliquo inter epiſcopos: tunc recurritur ad ſedem ſuperiorem.Vel intelligas in eo caſu etiam quando diſſentiunt epiſcopi in ſententia, non quod ſententiam aliquam proferant,ſed videtur quibuſdam uno modo ſententia,alijs alio modo.

b ¶Maiores.]Vt de fide,vt 24.q.1.quoties.

2 Ex hoc dicto vī, ꝙ concilium poſſet cognoſcere de cauſis delictorū metropolitani. đ hoc dicam 11. q.1. ſi clericus. ibi videas.Arch.

e ¶Præcepiſſet.] Iſti epi venerunt ad citationē Regis non ꝙ venire tenerentur,ſed ut reuocarent eum ab errore ſuo.Simile ad hoc extra de exceptionibus,olim.

f ¶Iuſſione Domini.] Habet ergo Romana eccleſia auctoritatē a concilijs, ſed Imperator à populo, ut 93. diſ.legimus.in fi. Contrariū huic ſignatur 21.diſt.quāuis.& 22.diſt.omnes.vbi dicitur, ꝙ Romana eccleſia habet primatū à Domino. & nō à cōcilijs.Sed dic principaliter habuit à Domino.ſecundario * à concilijs.

g ¶Reuerētiā.] Debet Imperator reuerētiā eccleſię: ſed de rebus eccleſiæ nihil poteſt diſponere, ut 96.diſ. bene.vnde nec dignitates, nec præbendas dare pōt 3, ut

* *Concilia proprie nō dederunt primatum Romanæ eccleſiæ, ſed explicarunt datum à Domino.*

3 Contra not.10.diſ. Imperium ibi dixi. Archid.

vt 16.q.7.ſi quis deinceps.arg.contra, extra de conſue tu cum inter in parte deciſa.vbi dicitur Rex conferre decanatum:ſed hoc forte ex conſuetudine, & ex priuilegio.16.q.1.hinc etiam.

a ¶[Immunis.] inf.2.q.7.§.item cũ Balaam.in fi. contra, ibi dicitur, ꝙ ſimoniacus poſt reſtitutionem tenetur reſpondere accuſatoribus. Sed dic, ꝙ primo fuit accuſatus de hæreſi, ſed cũ appareret calumnia accuſantis, poſtea fuit abſolutus, ut hic dicit.

b ¶[Ante tempus.] quod fieri non debuit, vt 8.q.4. nonne. § illud.

c ¶[Synodo.] vt 96. diſt. bene.

d [Epiſcopos.] ¶ Tēpus.] Generale eſt, ꝙ qui prius dignitatē receperunt, præferendi ſunt alijs 1, vt 74. diſt. epiſcoporum.& 75.diſt. c. vlt. & extra de maio. & obed.c.1. quoniam ille gradus cęteros antecedit, quem labor prolixior & ſtipendia longiora fecerunt anteire, vt C. de offic. ma.offi.l. nemo. niſi aliquis receperit dignitatem à principe: ille enim proponitur alijs, vt extra de maio. & obed. per tuas. & ff. de albo ſcrib.l. 2. & niſi ſint loco metropolitani, uel alicuius maioris dignitatis, qui licet ſint poſterius ordinati, tamen prępontuntur alijs, ut hic in Palea, placuit. diſt. proxi.

Ordo inter beneficiatos.

1 Contra 16. diſt.6. Synodus. ver. prima adoratio, vbi de hoc Archid.

gotium, ſiue nollent, quod magis putarent vtile deliberarēt, dummodo venerandi prouiſione concilij pax in ciuitate Romana daretur † : epiſcopi vero in ſynodo reſiſtentes congregata auctoritate eiuſdem Symmachi dixerũt: Symmachus Papa ſedis Apoſtolicæ præſul ab huiuſmodi oppoſitionibus † impetitus, quantum ad homines reſpicit, ſit immunis [a], & liber, cuius cauſam totã Deo iudicio reſeruamus.] & infra. ¶[De clericis vero memorati Papæ, qui ab epiſcopo ſuo ante tempus [b] contra regulas diſceſſerũt, & ſchiſma fecerunt; hoc fieri decernimus, vt † illi ſatisfacientes epiſcopo ſuo miſericordiã conſequantur, & officijs eccleſiaſticis ſe gaudeant reſtitui.] Ibidem infra, ¶[Laurentius eccleſiæ Mediolanenſis epiſcopus huic ſtatuto noſtro, in quo totã cauſam Dei iudicio commiſimus, ſubſcripſit. Petrus eccleſiæ Rauēnatis epiſcopus ſub eiſdem verbis ſubſcripſit, & poſt eum ſeptuaginta quinq. epiſcopi.] Illud de clericis pro pace in vrbe reformanda miſericorditer & diſpenſatiue factum dinoſcitur. ¶ Hoc quoque notandum eſt, quod in hoc concilio, & in alia ſynodo [c] Symmachi Papæ, ante Rauennatem epiſcopum Mediolanenſis ſubſcripſiſſe, & reſpondiſſe legitur: ex quo & ſedis prærogatiuam ante eum habere colligitur.

† *Chriſtianis omnib. redderetur*] orig. Ibidem infra

† *al. propoſitionibus*] orig.

† *vt eos ſatisfacientes epiſcopo ſuo miſericordia ſubſequatur*] orig.

Ait enim Gregorius primus lib.7. reg. epiſt. 112. Syagrio epiſcopo Auguſtudunenſi.

C. VII.

Epiſcopos ſecundum ordinationis ſuæ tempus [d], ſiue ad conſidendum in concilio: ſiue ad ſubſcribendum, vel in qualibet alia re ſua attendere loca decernimus, & ſuorum ſibi prærogatiuam ordinum uendicare.

Anſ.l.6. c. 134.

Verum tempus ordinationis non ad eccleſias, ſed ad perſonas refertur. ſicut ex conſuetudine Cardinalium ſanctæ Romanæ eccleſiæ, & epiſcoporum vniuſcuiuſque prouinciæ euidenter apparet.

DISTINCTIO XVIII.

1 p. *Epiſcoporum [e] igitur concilia, vt ex præmiſſis apparet, ſunt inualida ad definiendum, & conſtituendum [f], non autem ad corrigendum. Sunt enim neceſſaria epiſcoporum concilia ad exhortationem, & correctionem, quæ etſi non habent vim conſtitutionis †; habent tamen auctoritatem imponendi, & indicendi, quod alias ſtatutum*

† *al. conſtituendi.*

Epiſcoporũ.] Hęc diſtinctio diuidit in tres partes: in prima probat, ꝙ concilia epiſcoporum debent fieri bis in anno; & hoc probat per ſex canones: quod tñ correctum eſt. Secũda ibi, [Quoniam quidem.] Tertia ibi, [Singuli.] CASVS. Dictum eſt ſupra & oſtenſum, ꝙ epiſcopi non poſſunt celebrare concilia ſine licentia Romanæ ſedis, in quibus aliqd generaliter definiant, uel ſtatuant: ad correctionem tamen concilia celebrare, & indicere quæ iam ſtatuta ſunt generaliter vel ſpecialiter, poſſunt.

e ¶[Epiſcoporum.] Hic intitulatur 18.diſt. In ꝑma diſtin. magiſter oſtendit 2, quòd prouincialia concilia nihil generaliter poſſunt conſtituere: ideo cõſequēter oſtendit ad quid ſint vtilia; addit etiam quoties in anno, & quo tēpore anni, et cuius auctoritate ſint celebrãda 3, & ꝙ metropolitanus nihil debet exigere ab epiſcopis cõuenientibus ad cõcilium, addit de pœna epiſcopi, qui vocatus ad ſynodum non venit. In fine dicit, ꝙ intra ſex menſes debet epiſcopus indicare ſuis ſubditis ea, quæ in concilio acta ſunt.

2 ſup. diſt. proxi. c. cõcilia. ſecundum Huguconem.

3 Vt inf. c. 1. 2. & 3. c. peruenit & c. quoniam.

f ¶[Conſtituendũ.] Illud non eſt verũ, quia epi bene poſſunt cõdere canones epales. & archiepiſcopus prouinciales: quia quilibet populus, & quælibet eccleſia ſibi poteſt ſtatuere aliquod ius, vt ſup. diſt. 1. ius ciuile.& 8.diſt. quæ contra.& 11.diſt. catholica. & 12.diſt. illa.& de conſecra.diſt.3.cap.1.& extra de fer. conqueſtus. ſed de maioribus negotijs non poſſunt aliquid ſtatuere, vt hic, & 12.diſt. præceptis, vbi de hoc.

Eccleſia quælibet poteſt ſibi ius ſtatuere.

De

DE concilijs.] CASVS. In hoc c. ſtatuit Leo, vt cōcilia epiſcoporum fiāt bis in anno, & ibi clericorū quæſtiones d[i]ri mantur: & ſi ibi dirimi non poſſunt, referantur ad primatem: & ſi nec ibi poterunt terminari, ad ſedem Apoſtolicam referantur.

eſt, & generaliter, ſeu ſpecialiter obſeruari præceptum.

[*Ex Cabilonenſi concilio, c. 6*]

¶*In peruetuſto Gratiani codice palea hæc eſt in extremo præcedentis diſtinctionis, conuenitque cum vltimo illius capite*, epiſcopos. *Ex Cabilonenſi autem citant etiam cæteri, collectores. extat vero in Bracarenſi primo, c. 24. & concordat cum c. 13. concilij Mileuitani, & c. 53. concilij Africani.*

PALEA. C. I.

Burch. l. 1. c. 55. Iuo p. 5. c. 165. Pann. l. 4. c. 10. † *al. ſedendi deferat*

PLacuit, vt conſeruato metropolitani primatu cæteri epiſcopi ſecundum ſuæ ordinationis tempus alius alij deferat † locum.

Vnde Leo primus, epiſt. 82. c. 7. Anaſtaſio Theſſalonicenſi epiſcopo.

¶Bini conuentus per ſingulos annos ab epiſcopis celebrentur. C. II.

Burch. l. 1. c. 43. Iuo p. 4. c. 241. Pann. l. 4. c. 13. Poly. l. 3. tit. 19.

DE concilijs autē epiſcopalibus non aliud indicimus, quàm ſancti Patres ſalubriter ordinarunt, vt ſcilicet bini[a] conuentus per annos ſingulos habeantur, in quibus de omnibus[b] querelis, quæ inter diuerſos eccleſiæ ordines[c] naſci aſſolēt, iudicetur. At ſi forte inter ipſos, qui præſunt, de maioribus (quod abſit) peccatis cauſa naſcatur[1], quæ prouinciali nequeat examine definiri, fraternitatem tuam de totius negotij qualitate metropolitanus[d] curabit inſtruere[e], & ſi coram poſitis partibus nec tuo fuerit res ſopita iudicio; ad noſtram cognitionem quidquid illud eſt, transferatur.

Poly. l. 1. tit. 15.

Item ex Nicæno concilio, c. 5.

¶Quo tempore concilia epiſcoporum ſint celebranda. C. III.

Poly. l. 3. tit. 19.

HAbeatur ſemel cōcilium ante dies Quadrageſimæ[f], vt omnibus, ſi quę ſūt, ſimultatibus[g] amputatis, mūdum[α] ieiunium, & ſolenne Deo poſſit offerri: ſecundum vero agatur circa tempora[h] autumni.

α ¶Mundum.] *Caput hoc eſt ex verſione, qua vſus eſt Iſidorus. In ea tamen hoc loco eſt*, mundū ſolenne Deo munus; *quemadmodum & in Polycarpo, & in aliquibus Gratiani codicibus eſt*, mundū, & ſolemne Deo munus. *Græcè eſt*, ἵνα πάσης μικροψυχίας ἀναιρουμένης τὸ δῶρον προσφέρηται τῷ Θεῷ, id eſt, vt omni ſublata animi anguſtia munus purum Deo offeratur.

Item ex Antiocheno concilio, c. 20.

¶Ad morum correctionem, & controuerſiarum diſſolutionem bis in anno epiſcopale concilium fiat. C. IIII.

Burch. l. 1. c. 44. Iuo p. 5. c. 154. Pann. l. 4. c. 15. Poly. l. 3. tit. 19.

PRopter eccleſiaſticas cauſas, & quæ exiſtunt, controuerſias diſſoluendas, ſufficere viſum eſt bis in anno per ſingulas prouincias epiſcoporum concilium fieri, ſemel quidem poſt tertiam hebdomadam Paſchalis feſtiuitatis, ita vt in quarta hebdomada, quæ conſequitur, id eſt mediæ Pentecoſte, cōcilium compleatur β. Admoneāt,[i]

a ¶Bini.] Hoc corrigitur infra eod. quoniam. & extra de accuſ. ſicut olim.

b ¶De omnibus.] Ad eos ſpectantibus.

c ¶Ordines.] Id eſt, laicos vel clericos. loquitur Primati vel Patriarchæ.

d ¶Metropolitanus.] Not. ꝙ in magnis negotijs ſemper conſulet archieps ſuum Primatem, vt hic, & 65. diſtinct. de perſona. & 6. q. 4. ſi inter epiſcopos. Item habes hic, ꝙ Primas non debet intereſſe concilio Metropolitani, & 92. diſtinct. c. pen. & 11. queſt. 1. ſi clericus aduerſus.

Primas in concilio archiepiſcopi non debet intereſſe.

e ¶Inſtruere.] Ergo iudex à quo appellatur, poteſt inſtruere iudicem ad quem appellatur, & eius cauſam quare non recipit eius appellationē, & exemplū ſibi reddere debet, vt ff. de appella. recipi. l. ſciendum. non tamen tanquam teſtis, vt 2. q. 6. ſtatuendum.

HAbeatur.] Caſus trium ſequētium capitulorum plani ſunt.

f ¶Dies Quadrageſimæ.] In ſeq. cap. dr̄, ꝙ poſt tertiam hebdomadam Paſchæ, ſed iſte canō præiudicat illi: quia iſte canon eſt Nicæni concilij 1. vel loquitur ſecundū diuerſas conſuetudines, 16. diſt. cap. ſexta. ver. primo.

1 Sub. ꝙ inter alia primatū obtinet. 15. diſt. c. 1. & 2.

ADDITIO. Arg. 76. diſtin. vtinam. Archidiaconus.

g ¶Simultatibus.] Simultas eſt odium priuatum. 65. diſtin. cap. tertio.

h ¶Circa tempora.] Idibus Octobris, vt infra cap. ſeq.

i PRopter.] ¶Admoneant.] Id eſt, conueniant, vel ꝓpriè, & ſic eſt argu. quòd mora poteſt purgari, licèt certus dies ſit appoſitus 2. alias quare admonere= tur? ſic

2 Id eſt, adiectio diei non facit aliquem eſſe in mora. Lau.

turẽſic ǯ.ea.diſt.qm̃.& extra de conceſ.p̃ben. & eccle. non va.quia diuerſitatem.& ff.de peri.& comm.rei vẽ. l.1.§.licet autem. Arg ǯ extra de elect. cum in cũctis. arg.contra 7.q.1.pręſentium,& 20.q.2.puella.& C.de contrah.ſtipu.magnam. & extra de dolo & contuma. cum dilecti. Solu.vbi dies præfigitur à canone, mora poteſt purgari:ſecus ſi ab homine præfigitur dies. argu.ff.de arb.ſi cum dies.§.vl.& l.Celſus. Io.Sed hoc non eſt verum, vt extra de ſup.neg.præ.licet.ibi dicitũr, ꝙ mora purgari non poſſit. ſed certè noua decre. dicit ꝙ in ſolutione penſionis mora intra breue tp̃s poſſit purgari, vt extra de loc.c.vlt. ſed illa loquitur in alio caſu quam decret. licèt. Vel dic,quòd illa corrigit decret.licet.B.

e ¶Cauſis conſtat.] Quæ ad ſtatũ prouinciæ ſpectãt.

f NOn oportet.] ¶Doceri.] Licèt enim nõ debeãt indigere doctrina,vt 1.q.7. conuenientibus 3 tamen diſcere debent.24.q.3.ſi habes.Laur.

3 Ad idem 36.diſtin.§.ecce.

g ¶Accuſare.] Id eſt,debent excommunicari,vt 2.q.6.

autem cõprouinciales epiſcopos ij, qui in amplioribus, id eſt in metropolitanis ciuitatibus degunt. ¶Secundum vero cõcilium Idibus[a] Octobris habeatur, qui dies apud Græcos hyperberetæi† menſis[b], decimus γ inuenitur. In ipſis autem concilijs,& presbyteros, & diaconos præſentes eſſe oportet, & omnes[c] quotquot ſe læſos exiſtimãt, & ſynodicam expectare ſententiam. Nec liceat aliquibus apud ſemetipſos concilia[d] ſine metropolitanorum epiſcoporum conſcientia facere, quibus de omnibus cauſis conſtat[e] permiſſum eſſe iudicium.

† Vide in hunc locũ Io.Bap.Piũ adnotationum poſteriorũ.c.66. Kalẽdæ, nonæ, & idus.

α ¶Id eſt media] *Antea legebatur*, & in medio temporis inter Paſcha, & Pentecoſten. *nec multò aliter apud Iuonem*, id eſt medio temporis,&c. *Sed repoſita eſt hæc lectio, ex pleriſque Gratiani exemplaribus, & collectione Iſidori,in qua eſt hæc eadem verſio. Nam cæteri collectores ſecuti potius videntur verſionẽ Dionyſii, quæ eſt in codice canonum: quamuis & Burchardus, & Pannormia hoc loco habeant*, id eſt medio Pentecoſtes, *vel*, in medio Pentecoſte, *vbi in verſione Dionyſii eſt*, ita vt quarta ſeptimana Pentecoſtes. *verbum planè è verbo, Græcè enim eſt:* ὥστε τῇ τετάρτῃ ἑβδομάδι τῆς πεντηκοστῆς.

β ¶Compleatur] *Vocem*, ἐπιτελεῖσθαι *Dionyſius vertit*, conueniat.

γ ¶Decimus.] *Prorſus ex Græco. Dionyſius autem, quem Burchardus, & Iuo ſequuntur, habet*, Idibus Octobris, id eſt, quintodecimo die menſis Octobris, quem hyperberæteum Græci cognominant. *In canone autem Apoſtolorum 37. legitur ſecundã anni ſynodũ celebrandã eſſe*, ὑπερβερεταίου δωδεκάτῃ, *i.* duodecimo die hyperberetæi. *Non conuenire autem omnino Latinorum menſes cum Græcorum ſatis conſtat. Suidas quidem ſcribit apud Macedonas hyperberetæum eundem eſſe qui October, Galenus autem Pergami eundem qui September.*

Item ex concilio Laodicen.c.40.

¶Semetipſos accuſant, qui vocati ad ſynodum venire contemnunt. C. V.

NOn oportet vocatos epiſcopos ad ſynodum, cõtemnere, ſed adire† debere,& aut docere, aut doceri[f] quæ ſunt ad eccleſiæ cæterorumque correctionem vtilia: quòd ſi contempſerint, ſeipſos videntur accuſare[g], niſi forte pro infirmitate ire non poſſint.

Burch.l.1.c.47. Iuo p.5.c.157. †al.abire

Item ex concilio Chalcedonenſi,c.19.

¶Corripiantur epiſcopi,qui ad concilium vocati, venire contemnunt. C. VI.

PEruenit ad noſtras aures,quòd in prouincijs cõſtituta epiſcoporũ concilia minimè celebrentur. Hoc α ex eo

Anſel.l.6.c.199 Iuo p.4.c.243.

a ¶Idibus.] Hoc falſum vr̃: quia idus ſemper eſt in xiij. die vel xv. ſecundum quod nonę præcedunt:ſi.n. mẽſis habet quatuor nonas, ſunt idus in xiij.die. ſi vero ſex nonas,ſunt in xv.die. Et ita idus nunquam ſunt in x. die. verum eſt apud nos, ſed apud Græcos bene eſt in x.die. Dicunt quidam 1. quòd idus qñque dr̃ large, vt hic, ſcilicet totum illud tẽpus ex quo poſt nonas ſtatim incipiunt computari, vt cum dr̃ viij. idus. vij. idus. & ſic deinceps, nam in principio menſis dr̃ Kalendæ, deinde iiij. vel vj. nonas, deinde terminatis nonis dr̃ viij. idus. vij. idus. quare ergo dr̃, ꝙ ſit decimus? Sed dicas ꝙ hic vocat hoc nomine, idus, quẽlibet diẽ, qui eſt inter illos dies, qui dñr idus, nõ vltimum diem illorum, qui propriè & abſolutè dicit idus. Alia expoſitio, quę fit hic, non valet.

1 Vt Laurentius.

b ¶Hyperberetæi mẽſis.] id eſt, Octobris.

c ¶Et omnes.] Et, pro, i. aliàs ſi omnes debent conuenire de prouincia, quare epiſcopus reſeraret eis omnia ea quæ fierent 2. in ſynodo. vt ǯ.c. decernimus.

2 De hoc ǯ. eo. c. pen. Laur.

d ¶Concilia.] Prouincialia, quia quilibet epiſcopus irrequiſito metropolitano poteſt facere concilia epiſcopalia, vt 38.diſt.quando.

ADDITIO. Sic legiẽ & not.ǯ.ea.diſt.c.pen.in fi. Arch.

6 quiſquis probatus.

PEruenit. CASVS. Quidam erant epiſcopi, qui concilia non celebrabant, quòd apparebat ex eo, quòd correctione egebant multæ res eccleſiaſticæ, quæ iam neglectæ fuerant: Quare ſtatutũ fuit in ſynodo, vt bis in anno ep̃orũ concilia celebrẽtur ad correctionẽ eorum, quæ fuerunt emendanda. Statuit etiam quod omnes epiſcopi prouinciæ interſint; niſi neceſſitate aliqua

Præceden- tiæ per ſe- quentia p̄- ſumuntur.

aliqua excuſentur, alloquin corripiantur.

a ¶Multæ.] Arg. ꝙ per ſequentia intelliguntur, & præſumuntur præcedentia: nã ſi quis ab hæreticis per uiolentiam tractus fuerit, & per menſem ſteterit cum eis, preſumitur non tractus, ut 1.q.1. conſtat. Item arg. contra

diuinis mandatis: & ꝙ metropolitanus non habeat licentiam petendi aliquid ab epiſcopis uenientibus ad ſynodum, & ſi conuictus fuerit aliquid exegiſſe, in quadruplum reſtituet.

c ¶Quoniam quidem regula.] Illud not. ꝙ cũ hæc ſynodus 2 velit corrigere antiquam cõſtitutionem, facit mentionem de ipſa: & ſic eſt arg. ꝙ una cõſtitutio nõ reuocetur per aliam, niſi faciat mentionem illius: ſic eſt in reſcriptis: quia aliter non videtur Papa ex certa ſcientia contrarium conſtituere. Sed hoc non dico uerum: & licet in reſcriptis & priuilegijs requiratur ꝙ fiat mentio priorum, ad hoc ut priora reuocentur 3, non tamen eſt ita in conſtitutionibus: & hoc ideo quia conſtitutio procedit ex libero motu domini Papæ: & quia omnia iura habet in ſcrinio ſui pectoris, vt C. de teſta. omnium. Item & eſt arg. ad hoc extra de cog. ſpi. c. 1. Similiter in teſtamentis non requiritur ꝙ fiat mentio prioris: quia teſtamentũ pro lege ſeruatur. 13.q.2. c. vlt. niſi in duobus caſibus, ut ſi ſit teſtamentum factum inter liberos 4, vt C. de teſt. l. hac conſultiſſima. §. ex imperfecto. & Auth. hoc inter liberos. & niſi ipſe teſtator legẽ ſibi teſtãdi dixerit; cum dixerit: ſi fecero aliud teſtamentum, nõ valeat: quia tunc faciendo ſecundum, oportet ꝙ faciat mentionẽ de primo: vt ff. de leg. 3. ſi quis in prin. in concilijs autem antiquus obtinet, ſi eſt potioris auctoritatis, vt 50. diſt. dño ſancto. in fi. Ioan. Verum eſt ꝙ in reſcriptis continetur: ſed omnium factorum habere memoriã, potius eſt diuinitatis quam humanitatis. C. de vete. iur. enu. l. 2. §. ſi quis. nec preſumitur Papa ex certa ſcientia indulgere per ſecundum reſcriptum poſt primum ſuper eodẽ: ſed p̄ſumit ꝙ hoc faciat immemor prioris. extra de offic. deleg. ex parte 1. Ipſum enim fallit obliuio. 23. diſt. præterea. ſed ut tangitur in gl. Ioan. ipſe habet uel præſumitur habere omnia iura in ſcrinio pectoris ſui. In legibus & cõſtitutionibus cõtinentur iura: & poſterior tollit priorẽ, licet nõ faciat mẽtionẽ de ipſa. ff. de legibus. nõ eſt nouũ. In teſtamẽtis aũt alia eſt ratio, ne libertas ſupremi iudicij infringat: qđ eſſe non debet. ff. pro ſocio. cũ duobus. §. idẽ rñdit: q a nihil eſt qđ magis hominibus debeatur, quàm qđ ſupremæ voluntatis liber ſit ſtylus: & liberum qđ iterum non redit arbitriũ. C. de ſacroſan. eccl. l. 1. in fi. ſed in duobus caſibus ſ. not. in glo. Ioan. eſt ſpeciale. Bar.

ADDITIO. Et 33. quæſt. 2. hoc ipſum in fin. Archidiaconus.

d ¶Excuſatione.] Friuola: nã rationabiles exceptiones ſemper admittuntur 5, vt extra de offi. deleg. ex parte.

Cõſtitutia ſcđa an reuocet priorem de illa mentione non facta.

2 Scilicet, ſeptima, ſecũdũ Hug. Io. de Fãt.

3 Extra de præſcr. ueniens. & de reſcr. ordinem. Archid.

Teſtamentum ſecundum an reuocet primum.

4 Item & ſi primũ derogatoriũ eſt ſcđo. ff. de leg. 1. ſi mihi & tibi. §. vlt. Archid.

5 Supra eo. c. proxi. ſ. ead. ſi eps. Archid.

probatur, quòd multæ[a], quæ correctione opus habent, eccleſiaſticæ res negligantur. Statuit ergo hæc ſancta ſynodus, ſecundum regulas Patrum bis in anno in unum conuenire per ſingulas prouincias epiſcopos, ubi ſingula[β] quæ emerſerint, corrigantur. Qui uero noluerint conuenire epiſcopi, conſtituti in ſuis ciuitatibus, & hoc maxime, cum ſui corporis ſanitate conſiſtentes, etiam ab omnibus alijs vrgentibus [neceſſitatibus †][b], & inexcuſabilibus negotijs liberi ſunt, licere eos fraternæ charitatis admonitionibus corripi.

† abeſt à collectione Iſidori, & Iuone.

α ¶Hoc ex eo.] *In collectione Iſidori, vbi alioquin eadem videtur eſſe verſio, legitur*, ex hoc probatur, quòd multæ, &c. *itemque apud Iuonem, addita tamen particula*, &, *Græce eſt*: καὶ ἐκ τούτου πολλὰ, παραμελεῖται τῶν διορθώσεως δεομένων ἐκκλησιαστικῶν πραγμάτων. *id eſt*: & propterea multæ ex rebus eccleſiaſticis, quæ correctionis egent, negliguntur.

β ¶Vbi ſingula.] *Ita in collectione Iſidori, & apud Iuonem, & Anſelmum. Græce eſt*: ἔνθα ἂν ὁ τῆς μητροπόλεως ἐπίσκοπος δοκιμάσῃ, καὶ διορθοῦν ἕκαστα τὰ ἀνακύπτοντα. *quæ Dionyſius ſic vertit*: Quò metropolitanus antiſtes probauerit, & corrigere ſingula, ſi qua fortaſſis emerſerint.

Item ex ſeptima ſynodo, c. 6.

Ex uerſione Anaſtaſij.

¶Canonicis ſubiaceat pęnis metropolitanus, qui ſaltem ſemel in anno celebrare concilium negligit. C. VII.

In concilio Niceno. c. 5. & Antiocheno. c. 20. Iuo p. 5. c. 373. ſ. ea. c. habeat. & c. propter. *Cap. 9.*

2 QVoniam quidẽ regula [c] eſt, quæ dicit, bis in anno per ſingulas prouincias oportere fieri per conuentũ epiſcoporũ regulares inquiſitiones; propter fatigationẽ, & ut opportunè habeãtur ad iter agẽdũ hi, qui cõgregãdi sũt, definierunt ſextæ ſynodi ſancti Patres, omni excuſatione[d]

tra prælatos ex uitijs ſubditorum, & contra magiſtros ex uitijs diſcipulorum, ut 28. diſt. priuſquam. & 22.q.2. quod autem ait. 53. diſt. legem. 12.q.2. quatuor. 44. diſ. multis. 34.q.1. cum per bellicam. & C. de adul. ſi qui.

b ¶Neceſſitatibus.] Quæ neceſſitas excuſet, habes de conſec. diſtin. 4. hi qui. 1. Item ſi quis propter tempeſtatem uel flumen, uel quia uocatus eſt ad teſtimoniũ, vel ad dignitatẽ, uel ſi incipit abeſſe cauſa Reipublicę, uel ſi domeſtico funere impedit, uel ſi maius negotium ipſum trahit, excuſatur, vt ff. ſi quis cau. l. 2. §. 1. & 2 & l. 4. & ff. ex quibus cau. maiores, item hi. uel ſi ad maius tribunal vocatus eſt, ut ff. de re iudi. contra pupillum. §. is qui. Item timor hoſtium. extra de app. ex parte.

Citati multis cauſis excuſant.

1 Et 23. diſ. cũ omnis filius. ubi de hoc in glo. no. qđ. Archid.

QVoniam quidem.] Hęc eſt ſecunda pars huius diſ. in qua probat, ꝙ ſufficit ꝙ ſemel in anno fiat prouinciale cõcilium. Ioan. de Fan. & ꝙ ſingulis annis concilium prouinciale debeat celebrari, ponitur ſub præcepto. Archidiaconus.

CASVS. Hoc capitulũ diuiditur in duas partes: In prima parte dicitur, ꝙ antiqua regula præcipiebat ſynodum bis in anno celebrari: Sed quia hoc difficile erat, ideo ſexta ſynodus ſtatuit ſemel in anno fieri. Princeps uero, qui hoc prohibuerit, excommunicetur, & metropolitanus, qui cõcilium neglexerit celebrare, canonice puniet. In ſecunda parte, quæ incipit ibi, [Dum autẽ.] dicitur, ꝙ donec ſynodus agitur, ep̄i debent eſſe intẽti

a ¶Commnnione.] Not. principes poſſe excommunicari: quod uerum eſt etiam à ſacerdotibus, vt ꝫ. diſ. 96. duo ſunt. 11. q. 3. ſi autem vobis. & C. vbi de crimi. agi opor. Authen. qua in prouincia.

Reuocantur facta contra uiolenter detētum.

b ¶Vel vi.] Videtur ergo ꝙ ſi aliquis per vim detineatur ab aliquo, & aliquid interim fiat cōtra ipſum, ꝙ retractari poſſit illud. Idē eſt ſi ꝑ dolum alterius non ueniat, ut extra de in integr. reſti. ex litteris. Sed contrariū legitur. ff. ſi quis cau. l. 2. §. ult. & ff. de eo per quem factum erit. l. ult. ubi dicitur, ꝙ ſi per dolum aut per uim alicuius aliquis non uenerit ad iudicium, non reuocatur id quod factū eſt, ſed datur actio contra ipſum impedientē. Sed dic, ꝙ nō reuocatur ipſo iure: ſed per in integrum reſtitutionē 1: uel in eo caſu reuocat quādo detentor non eſt ſoluendo. extra de reſti tu ſpo. olim.

1 ff. de eo per quē factum eſt. l. vlt. §. 1. Archid.

Clerici poſſunt pecuniariter puniri.

c ¶Quadruplum.] Argum. ꝙ clerici poſſunt pecuniariter puniri & punire, ut 23. diſtin. quamquā. in fine. & 17. q. 4. definiuit. & cap. ſi quis deinceps. & 23. q. 5. de Liguribus. Arg. contra, extra de pœn. licet 2. Sed dic, ꝙ ubi pœna ſpiritualis eſt in iure ſtatuta, non debet infligi pecuniaria: alias ſecus. extra ut lit. non conteſta. quoniam. in fi. ideo autem punitur in quadruplum: quia crimen cōcuſſionis 3 committit: quod punitur pœna quadrupli. 1. q. 1. quidam. & q. 7. ſancimus in fine. & tam laicus, ꝙ clericus punitur pęna concuſſionis. ut 23. q. 1. militare hic ſignatur contrarium 12. q. 2. fraternitas. vbi dicitur, quod eccleſia non debet ſuum cum augmento recipere. Sed dic, ꝙ hic non recipit nomine eccleſiæ, ſed proprio nomine. 16. q. 6. ſi epiſcopum.

2 Dic ut no. ꝫ. 23. q. 5. ſi nos Archid.

3 Aget iſte à quo accepit contra eum ſuperiorem. 11. q. 1. ſi clericus. Archi.

e ¶Minus.] Arg. quod magiſtri non petant collectam, à ſcholaribus vt libentius ueniant ad ſcholas. ſic 1. q. 1. baptizandis. & cap. placuit, vt unuſquiſque 1. quæſt. 2. uendentes.

Magiſtri debent gratis docere.

f ¶Reſpuendæ.] Arg. ꝙ quædam licitè poſſumus recipere, quæ tamen petere prohibemur, vt 1. q. 2. placuit. ea. quæſtio. quàm pio. 13. q. 2. quæſita.

ADDITIO. Ad idem ff. de orig. iur. l. 2. iuxta finem. §. diuus. vbi de hoc. Archidiaconus.

remota, omnibus modis ſemel in anno fieri, & deprauata corrigi. Hunc ergo canonem & nos renouamus: & ſi quiſquam princeps inuentus fuerit hoc prohibere; communione [a] priuetur. Si quis vero metropolitanorum hoc neglexerit agere abſq. neceſsitate, vel vi [b], ſeu aliqua rationabili occaſione; canonicis pœnis ſubiaceat. Dum autem ſynodus agitur ſuper canonicis, & euangelicis negotijs; oportet congregatos epiſcopos in meditatione, & ſollicitudine fieri cuſtodiendorum diuinorum, & viuificorum Domini mandatorum: *& poſt pauca.* ¶Porro non habeat metropolitanus licentiam ex his, quæ defert epiſcopus ſecum, ſiue iumentum, ſiue aliam ſpeciem expetendi. Quòd ſi hoc egiſſe conuictus fuerit, ſoluat quadruplum [c].

a ¶Et ut opportunè.] *Græce eſt:* καὶ τὸ ἐνδεῶς ἔχειν πρὸς ὁδοιπορίαν, *id eſt:* Et quod non bene parati ſunt ad iter faciendum.

Item Leo iiij. ad epiſcopos Britanniæ, c. 3.

¶Non cogantur presbyteri ad ſacra concilia eulogias deferre. C. VIII.

De eulogijs [d] ad ſacra concilia deferendis nihil inuenimus à maioribus terminatum: ſed ſicut vnicuique presbytero placuerit. Nam ſi conſtitutum fuerit in illo tempore benedictiones afferri, forſitan minus [e] libenter ad ſynodos occurrent: & magis venire obtrectabunt. Quæ, vt arbitror, non ſunt rationabiliter quærendæ; nec ultro delatæ, reſpuendæ [f].

¶Habetur hæc epiſtola Romæ manuſcripta, ut in indice dictum eſt.

Item ex concilio Carthaginenſi 4. c. 21.

¶Sine graui neceſsitate epiſcopus ad ſynodum ire non tardet. C. IX.

Epiſcopus ad ſynodum ire non tardet, niſi ſatis graui neceſsitate inhibeatur: ſic tamen, ut in perſona ſua legatum [g] mittat, ſuſcepturus ſalua fidei veritate, quidquid ſynodus ſtatuerit. Anſ. l. 7. c. 191.

¶Similem ſententiam, & pænè eadem verba referunt Burch. l. 1. c. 51. & Polycar. l. 2. tit. 16. ex Fœlice.

Item ex concilio Carthaginenſi 5. c. 10.

De eulogijs.] CASVS. Quærebat quidam epiſcopus à Papa, utrum presbyteri tempore ſynodi deberēt afferre eulogias, id eſt, munuſcula epiſcopis? Et reſpondet Papa, nil ſe inueniſſe à maioribus definitum: ſed eſt in arbitrio cuiuslibet presbyteri, qui uoluerit exhibere. Nam ſi definitum eſſet aliquid tempore ſynodi à presbyteris dandum, minus libenter uenirent ad ſynodum. Vnde eulogiæ ab aliquo peti non debent: nec delatæ reſpui.

d ¶Eulogijs.] Eulogię dicuntur munera, quę deferunt ſubditi ſuis prælatis.

Epiſcopus.] CASVS. Dicitur hic, quòd epiſcopus uocatus debet ire ad ſynodum, niſi graui neceſſitate fuerit impeditus: & tunc mittat pro ſe legatum, qui ſuſcipiat quæ in ſynodo ſtatuentur.

g ¶Legatum.] Arg. quod licet citatus ad iudicium uenire non poſſit: nihilo minus tenetur mittere procuratorem. 5. quæſtione 3. ſi ægrotans. & extra de appellat. conſtitutus. Argumen. contra extra de procurato. querelam. De hac materia quæras 5. quæſtione 3. ſi ægrotans. ſed illud c. querelam loquitur in ardua cauſa.

Citatus impeditus an mittere teneatur procuratorē.

Placuit.]

PLacuit.] CASVS. Dicitur in hoc cap. ꝙ epiſcopi niſi fuerint impediti, ſemper debent ad ſynodum ire: & ſi ire non potuerint, ſuas excuſationes in litteris mittant: ꝙ ſi neglexerint ad Primatem mittere, communione fratrum priuentur, & eccleſia ſua tantum ſint contenti. Idem fere eſt caſus trium cap. ſequentium: & per te videbis. Additur tamen ibi, quòd priuātur communione fratrum vſque ad ſequentem ſynodum.

¶Excuſatorias litteras dirigant, qui grauati ad ſynodum ire non poſſunt. C. X.

Anſel. l. 7. c. 181

PLacuit, vt quotieſcumque congregandum eſt conciliū; epiſcopi, qui neque ætate, neque ægritudine [a], neque alia grauiori neceſsitate impediuntur, competenter occurrant. & *infra*. ¶Quòd ſi non potuerint occurrere, excuſationes ſuas litteratoriè α [b] conſcribant: niſi autem β rationem [c] impedimenti ſui apud Primatem ſuum reddiderint, eccleſiæ ſuæ communione [d] debent eſſe contenti.

α Litteratoriè] *In concilijs impreſsis legitur,* in tractatoria. *Dubitatum fuit; an legendum eſſet,* in tractoria. *Nam epiſtolæ, quibus Imperatores, vel Reges ſuos præſides vocabant, vel euectionem aliquam concedebant, tractoria dicebātur. Sic in Codice Theodoſiano lib. 8. titulus ſextus eſt,* de tractorijs, & ſtatiuis. *& ſic videtur emendandum in lib Cod. 12. quamuis in impreſsis legatur,* de tractatorijs *quam vocem* tractoriam, *eadem ſignificatione Carolus Magnus in ſuis capitularibus vſurpauit lib 4. c. 30. & 69. & eadem notione eſt in concilio Meldenſi, c. 71. Sanctus quoq; Auguſtinus in lib. poſt collationem contra Donatiſtas, c. 24. tractoriam pro epiſtola vocatoria vſurpat, his verbis;* Sic autem a primate ſuo per tractoriam fuerunt euocati. *Atque in hoc canone, vbi de vocandis ep̄is ad concilium agitur, vox iſta eſſet aptiſsima. Nā in concilio Africano inſerto in Codice canonum, c. 43. vbi hoc idem reperitur, & c. 57. §. Lucianus. & §. Alypius. in vetuſtis codicibus ſemper legitur,* tractoria, *vbi in impreſsis eſt,* tractatoria. *& in Carthaginenſi græco, c. 91. eſt* ἡ συνοδικὴ. *Verum idem B. Auguſt. vtitur dictione,* tractatoria. *in eam, quæ nunc ſubijcietur ſententiam. Loquens enim de epiſcopis, ſi vocati noluiſſent venire ad concilium, & ibi obiecta crimina purgare, epiſt. 162. ait:* Quod ſi non fecerint, ibi etiam eorum prauitas, & peruerſitas innoteſcet: miſſaque tractatoria ſuper eorum nomine per totum orbem terrarū, quacumque iam Chriſti eccleſia dilatata eſt, ab omnibus eccleſijs, eorum cōio præcidetur. *In concione quoque ſecunda in Pſ. 36. eadem vox quater inuenitur: & epiſtola Syricij, quæ recitatur in concilio Telepten ſi, ibi vocatur tractatoria. Cuius mentionem faciens Innocentius in epiſtola ad Exuperium Toloſanum, c. 1. ait:* De his, & beatæ recordationis viri Syricij epiſcopi monita euidentia commearūt: *quibus verbis videtur indicare non ad ſolos Africæ epiſcopos, ſed ad omnes prouincias miſſam fuiſſe illam Syricij tractatoriam. Ita Leo Papa ſecundus, poſtquam ſextum vniuerſale concilium finem habuerat, breuem eius concilij ſummam ad Hiſpaniæ epiſcopos, vt ei ſubſcriberent, miſit: quam tractatoriam vocat: quæ Leonis ij. epiſtolæ manuſcriptæ ex Hiſpania Romam ſunt miſſæ.*

β ¶Niſi autem.] *In originali eſt,* uel ſi poſt aduentum tractatoriæ aliquæ neceſſitates repente forſitan ortæ fuerint, niſi rōnem impedimenti ſui apud ſuum Primatē reddiderint, ab eccleſiæ communione debere eſſe contemptos. *In Africano c. 43. reliqua eodē modo. Sed in extremo eſt fere vt apud Gratianum:* eccleſiæ ſuæ communione debere eſſe contentos *Itemque in Carthaginenſi græco:* Ὀφείλειν τοὺς τοιούτους τῇ κοινωνίᾳ τῆς ἰδίας αὐτῶν ἀρκεῖσθαι ἐκκλησίας. *Similis quædam pœna imponitur in eodem concilio, infra diſt. 58. c. finali.*

Item ex concilio Turonenſi. c. 2.

a ¶Neque ægritudine.] Graui, vt infra ead. ſi quis epiſcoporum. non enim excuſat leuis febricula, vel vetus quartana, vt ff. de ædil. edic. l. 1. §. ſed ſciendum.

ADDITIO. Arg. contra 7. q. 1. præſentiū. & extra de procur. q̄dam vbi de hoc. Archidiaconus.

b ¶Litteratoriè.] vel etiam per certum nuncium [1], cui credi poſſit, vt 97. diſ. nobiliſſimus. extra de offic. deleg. prudētiā. extra de reſcript. ex parte, & cap. ſciſcitatus.

c ¶Rationē.] No. ꝙ non ſufficit dicere ſe non poſſe venire, niſi rationem impedimēti aſſignet: ſic extra de offic. & po. iu. deleg. prudētiam. & de reſcript. ſciſcitatus. & illam cauſam probabit: vt 4. q. 5. quiſquis. in fi. & per vnū teſtem eam poteſt probare, vt extra de procura. ex inſinuatione. licèt ſit argu. contra. extra de in integ. reſti. ex litteris [2], Ioan. Sed certè credo hoc eſſe ſpeciale, vt vni teſti credatur cum ſuo iuramento.

d ¶Communione.] Videtur quod aliquis poteſt eſſe excommunicatus in vna eccleſia, & non in altera, vt hic, & 58. diſtin. ſi quis de alterius. & ſic eſt contra 4. q. 5. quiſquis. Sed dic, quod iſte nō eſt excōmunicatus: ſed cum alijs epiſcopis non communicabit: quia non venit ad negotia ipſorum, vel ad conſecrandū epiſcopum cū alijs.

1 Tenet hoc idē Hugo.

2 Vbi de hoc. & extra de teſti. veniens 1. ibi videas.

Excōicatus vtrum quis poſſit eſſe in vna eccleſia, & nō in alia.

1 Hīc glo. quidā non habent, ſed iſta eſt ī antiquo apparatu.Io.

a EPiſcopus.] ¶Abbatem.] Hoc 1 intelligi poteſt de abbatibus Ciſtercieñ. ordinis, vt extra de ſta. mona.c.1.niſi pro crimine enormi.11.q.3. priuilegiū. Arg.extra de priuile.tutorum.ſed alij abbates dēnt venire ad concilium, vt 18.q.2.abbates.& ĩ.eo.decernimus. & hanc paleam habes.18.q.2.§.vlt.

cilium congregare omnes ep̄os prouinciæ cōuocādo ad quod etiam cōuenire debent ſacerdotes vel diaconi, vel omnes, qui ſe læſos exiſtimant:& qui in aliquo delicto inuenti fuerint, ſecundum rationem excōicentur. In fine capituli dicitur ꝙ nullus ep̄s poteſt cōcilium

Abbates tenentur ad concilium epiſcopi venire.

PALEA C. XI.

EPiſcopus non debet abbatem[a] cogere ad ſynodum ire, niſi aliqua rationabilis cauſa exiſtat. Burch.l.8.c.73. Iuo p.7.c.91.

¶Hac Palea abeſt ab illis tantum exemplaribus, in quibus pauciſſima reperiuntur, & refertur infra 18.q.2.poſt c.fin. à Gratiano ex eodem Turonico, quemadmodum & à Burchardo, & Iuone.

Item ex concilio Arelatenſi 2.c.19.

¶A communione ſit alienus, qui ſynodo adeſſe contempſerit. C. XII.

j SI quis autem ſynodo adeſſe neglexerit, vel cœtum fratrum, antequam[b] diſſoluatur concilium, crediderit deſerendum; alienum ſe à fratrum communione cognoſcat: nec eum recipi liceat, niſi in ſequenti ſynodo[c] fuerit abſolutus. Burch.l.1.c.50. Poly.l.2. tit.15. Iuo p.5. c.160. ex concilio Spalenſi, vt Burch.

Item ex concilio Agathenſi, c.35.

¶Vſque ad proximam ſynodum à communione abſtineat, qui à metropolitano vocatus, abſque graui neceſſitate ſynodo adeſſe neglexerit. C. XIII.

SI epiſcopus metropolitanus ad comprouinciales epiſcopos epiſtolas direxerit, in quibus eos aut ad ordinationem ſummi Pontificis[d], aut ad ſynodum inuitet; poſtpoſitis omnibus (excepta graui infirmitate corporis aut præceptione[e] regia[f]) ad conſtitutum diem adeſſe non differāt. Quòd ſi defuerint (ſicut priſca canonum præcepit auctoritas) vſque ad proximam ſynodum à charitate fratrum, & eccleſiæ communione priuentur. Burch.l.1.c.49. Iuo p.5. c.158. Pann.l.4.c.17.

Item ex concilio Tarraconenſi, c.6.

¶A communione priuetur epiſcopus, qui à metropolitano vocatus ad ſynodum, venire contemnit. C. XIIII.

ij SI quis epiſcoporum commonitus à metropolitano ad ſynodū nulla graui intercedente neceſſitate corporali venire contempſerit; ſicut ſtatuta Patrum ſanxerunt†; vſque ad futurum concilium cunctorum epiſcoporum charitatis communione priuetur. Simile in Pannormia l. 4. c. 18. ex Auerneñ. †*al. cenſuerūt*

Item ex concilio Martini a Papæ.

¶Presbyteri, & diaconi, & cuncti, qui ſe læſos exiſtimant, ad metropolitanam ſynodum conueniant. C. XV.

PRopter eccleſiaſticas cauſas[g], & altercationum ſolutiones, bene placuit per ſingulas prouincias bis in anno concilium fieri, conuocante metropolitano epiſcopo omnes prouinciales epiſcopos; ita vt ad concilium veniant † omnes presbyteri, & diaconi, vel hi[h], qui ſe læſos exiſtimant; vt in concilio cauſæ examinatæ ad iuſtum iudicium perducantur. Et ſi qui manifeſte epiſcopi, vel Apud Martinū Bracarenſem ep̄m in cap. ſynod. græc. c.18. Polyc.l.3.tit.17. † *procedant*] orig.

2 Cum tribus c. ſeq. ibidem.

b SI quis autem.] ¶Antequā.] Sic infra, de conſecr. diſ. 1. omnis 2.11.q.3.certum.

c ¶Niſi in ſequenti ſynodo.] Sic ergo quandoque differtur abſolutio, vt maior rubor ſit ei abſolui coram multitudine: ſimiliter in ſacrilego differtur, vt diutius confundatur.17.q.4. ſi quis ſuadente. ſic differtur abſolutio illius, qui multum deliquit, vt 11. q. 3. qui iubente, vnde licet ante voluerit abſolui, non auditur, aliàs regulariter non debet differri, vt extra de appella. qua fronte.

d SI Epiſcopus.] ¶Summi Pontificis.] Id eſt, ep̄i, vt 2.q.7.c.accuſatio. vel audire de eis, quæ ordinauerit ſummus Pontifex.

e ¶Præceptione.] Licèt epiſcopus ſuo metropolitano tanquam maiori teneatur obedire, vt ĩ. diſ. 9. q̄ cōtra mores, tñ hic defertur regiæ dignitati 3, vt 12. q. 2. de rebus. 63. diſt. Salonitanæ. Item in hac ſynodali citatione, vnica citatio ſufficit, vt hic, & ſimile ĩ. 4. & 5. quiſquis. ſed in iudiciali trina requiritur, vt 24.q.3. de illicita.

3 Arg. contra 36.q.2. nullus. vbi de hoc. Archid.

f ¶Regia.] 23.q.vlt. ſi vobis, & c. ſi quis ep̄s. cōtra. ſed hic loquit̄ de ijs qui hñt feudum 4, ibi non: immo & quilibet deberet venire, ſi vocaretur propter negotium regni. vel illud intelligitur cum ep̄s relicto eccleſiaſtico iudicio pergit ad Imperatorem, petens ibi iuſtitiam: quòd nullus clericus debet facere. 11.q. 1. placuit.

4 Et videas quod leg. & no. extra de appella. cū parari. ī gl. arg. qd̄, &c. Archidiac.

SI quis epiſcoporum.] Nihil notatur.

PRopter eccleſiaſticas cauſas.] CASVS. Dicitur in hoc cap ꝙ metropolitanus bis in anno debet cōcilium celebrare, niſi fuerit metropolitanus.

g ¶Propter eccleſiaſticas cauſas.] Martinus, qui fuit ſolicitus pro Republica, renouauit canones: vnde dicitur renouator canonum.

h ¶Vel hi.] Quaſi dicat, vel omnes veniant: vel

faltem

preſbyteri, aut diaconi inuenti fuerint in offenſa, ſecundũ rationem excommunicentur: quamdiu communi conſenſu [a] de his placuerit dare ſententiam [b]. Nulli autem epiſcopo liceat propria apud ſemetipſum concilia [c] facere, præter eos, quibus metropoles ſunt creditæ.

α ¶Martini.] *Gratianus hæc primum citat nomine Martini Papa, deinceps eodem nomine multa citaturus: quæ omnia ſumpta ſunt ex libro capitulorum Græcarum ſynodorum Martini epiſcopi Bracarenſis: (antiquitus enim Epiſcopi Papæ dicebantur.) Hic enim, cum eſſet Græcus, ad utilitatem eccleſiarum Hiſpaniæ, ubi epiſcopatum obtinebat, ea capitula latina fecit: et in nonnullis quadã addidit: in alijs uero aliqua detraxit, quemadmodum in hoc capite, quod ſumpſit ex concilio Antiocheno, cap. 20 ſup. ead. c. propter. Aliqua etiam ex Toletanis concilijs in eum libellum retulit.*

β ¶Vel hi.] *In aliquot conciliorum editionib. legitur*, ut eorum, qui ſe læſos exiſtimant, in concilio cauſæ, &c.

[Item ex concilio Bylon.]

PALEA γ C. XVI.

ANnis ſingulis epiſcopus in ſua diœceſi ſynodum faciat de ſuis clericis, necnon abbatibus, & diſcutiat alteros clericos, & monachos.

3 *Singuli vero epiſcoporum ſuis eccleſiis notificare ſtudeant, quæ in concilijs ſtatuuntur.*

γ ¶Palea.] *In nullo collatorum exemplarium habetur. ſed uerſiculus*, ſinguli *coniunctus eſt præcedenti capiti:* Propter eccleſiaſticas *ſuntque verba Gratiani.*

Vnde in concilio Toletano 16. c. 6.

¶Quæ in concilijs ſtatuuntur, ſinguli epiſcoporum ſuis eccleſijs notificent. C. XVII.

DEcernimus, ut dum [d] in qualibet prouincia conciliũ agitatur, unuſquiſque epiſcoporum admonitionibus ſuis intra ſex menſium ſpatia omnes abbates [e], preſbyteros, diaconos, atque clericos, ſeu etiam omnem conuẽtum ciuitatis ipſius, ubi preeſſe dinoſcitur, necnon & cunctam Diocœſis ſuæ plebem aggregare nequaquam moretur: quatenus δ coram eis pleniſſime omnia referet, quæ eodem anno in concilio acta, uel definita eſſe noſcuntur. *& infra.* ¶Quòd ſi quiſpiam hæc parui pendẽda crediderit, ſententia excommunicationis [f] duorum menſium curriculo perſiſtat uſquequaque mulctatus.

δ ¶Quatenus. *In duobus exemplaribus huius decimi ſexti concilij Toletani, locus hic ita legitur:* quatenus coram eis publice omnia reſerata, de his, quę eodem anno in concilio acta, uel definita extiterint, pleniſſime notiores efficiantur.

DISTINCTIO XIX.

DE epiſtolis [g] *vero decretalibus quæritur, an vim auctoritatis obtineant, cum in corpore canonum non inueniantur. De his ita ſcribit Nicolaus Papa archiepiſcopis, & epiſcopis per Gallias conſtitutis.*

ſaltẽ hi qui ſunt lęſi: 1 non enim omnes tenentur venire, vt ĩ. ea. ca. proxi.

a ¶Communi conſenſu.] Epiſcoporum, Ioan.

b ¶Sententiam.] Abſolutionis.

c ¶Concilia.] Prouincialia. ſ. cum alijs epiſcopis, ſed epiſcopale 2 poteſt, vt 38. diſtin. c. quando. 12. c. q. 2. c. placuit.

SINGVLI VERO. Hęc eſt 3. pars diſt. in qua dicitur, ꝙ ſinguli epĩ eccleſijs ſuis notificare debeant quæ in concilijs ſtatuuntur.

DEcernimus, vt dum.] CASVS. In hoc cap. dr̃, ꝙ epũs poſtquam redierit à concilio archiepiſcopi, intra ſex menſes dẽt omnes ſuos ſubditos conuocare, & eis indicare quæ ſũt in ſynodo acta: qđ ſi non fecerit, duobus menſibus excommunicetur.

d ¶Vt dum.] Id eſt, poſtquam.

e ¶Abbates.] Immo abbates non vocabit ad ſynodum, vt ſup. ea. in illa palea, Epiſcopos.

f ¶Excommunicationis.] Id eſt, ſuſpenſionis ab officio duorum mẽſium. ſic 86. diſt. tanta. & 10. q. 3. vnio. in fi.

DE epiſtolis.] Hæc diſt. diuiditur in duas partes. In prima dr̃ qđ dictum eſt, ſ. ꝙ decretales vim habent canonum. P. Secunda ibi, [Sit ergo.]

CASVS. Supra tractauit Gratianus de auctoritate canonũ, & conſtitutionibus ſanctorũ in diſt. 18. In hac vero 19. diſt. tractat de epiſtolis, q̃ emanant à Papa: & oſtendit ꝙ decretales epiſtolæ eandem vim habent & auctoritatem, quam & canones. & hoc per ſequentia cap. patet.

g ¶De epiſtolis.] ĩ. in pxima diſt. tracta-

uit

---

1 Vt ſupra. ea. cap. propter. vbi de hoc.

2 Vel dic vt ſ. ea. ĩ ſumma, in fine.

Decretales canonibus æquipollẽt.

1 Subaudi & conſtitutionibus Sãctorum, vt 25. diſt. Decretales sũt duplices.
2 Hanc ſententiam hic ſequitur Hug. & La.

uit magiſter de auctoritate canonum 1. Hic agitur de auctoritate decretaliũ: & oſtẽdit hic ꝙ eiuſdẽ ſint auctoritatis decretales, & canones. Sciendũ itaq; ꝙ quædã decretalis epiſtola eſt generalis: quædam ſpecialis. Gñalis 2 eſt, quę ad omnes dirigit, vt 2. q. 5. omnibus. Specialis eſt, quæ ſpecialiter ad aliquos mittitur, vt 35. q. 3. ꝙ ſcripſit. 7. q. 1. petiſti. ſiue ſit gñalis, ſiue ſit ſpecialis: dummodo aliquid definiatur ꝑ eam, pro iure generali habenda eſt: vt 16. q. 3. licèt. extra de sẽ. & re iud. in cauſis. niſi ſit tradita ex tpe, ex loco & ex cauſa, vt 29. diſt. ſciẽdum. Sed ſi dubium eſt an ſit decretalis, recurrẽdũ eſt ad regiſtrum, vt 5. diſt. 9. vt veterum. Præſumitur tamẽ ꝙ ſit decretalis, ſi reperitur inter alias decretales, ad inſtar illius, quæ reperitur inter alias moniales, q̃ præſumitur ex hoc monialis. arg. 20. q. 1. quem progenitores. Vel ſi plures eam tenent, tenenda eſt, vt 16. diſt. Iſidorus. diſtingue prout dr̃ extra de fide inſtrum. paſtoralis.

SI Romanorum.] CASVS. Hoc cap. diuiditur in tres partes. In prima parte Nicolaus reprehẽdit quoſdam, qui nolebant recipere decretales epiſtolas, quia in corpore canonũ, quod Iſidorus fecit, non habentur inſertæ: & facit hoc Nicolaus tribus rationibus. Prima eſt: quia cum Papa præſtet auctoritatem opuſculis aliorum, multo fortius ſuis. Secunda ratio eſt: quia ipſi recipiunt eas cum pro ſe faciunt: ergo & cum contra eos faciunt, recipere debent. Tertia ratio eſt, ſi ideo non admittunt eas, quia in corpore canonum non habent: ergo eadem ratione non debent admitti ſcripturæ B. Gregorij, & aliorum multorum, qui ante ipſum & poſt ipſum fuerunt, & nouum & vetus teſtamentum in corpore canonum non inueniũtur. Prima ratio eſt in principio cap. Secũda incipit ibi, [Cum & ipſi.] Tertia ibi, [Item ſi ideo.] In ſecunda parte, quæ incipit ibi. [Sed rñſuri ſunt.] continetur rñſio illorum dicentium, ꝙ etſi nouum & vetus teſtamentum in corpore canonũ non inueniantur: tamen ea admittimus. quia vnum c. Innocentij vtrumq; teſtamentum approbat, & dicit eſſe recipiendum: etſi nullum eorum in corpore canonũ ſit inſertum: quibus Nicolaus reſpondet dicens, ꝙ eadem ratione debẽt recipere decretales epiſtolas: quia vnum cap. Leonis Papæ præcipit omnes decretales epiſtolas cuſtodiri; vt ſi quis in illas commiſerit, puniatur. & ad hoc inducit cap. Gelaſij. In tertia parte, quæ incipit ibi: [His itaq;.] concludit ex ſupradicto decreto, tales epiſtolas ſicut canones eſſe recipiendas, breuiter recapitulando ſupradicta.

a ¶ Repro-

¶ Decretales epiſtolæ vim auctoritatis habent.

CAP. I.

SI Romanorum Pontificum decreto, cęterorum opuſcula tractatorum approbantur, vel reprobantur [a]; ita vt, quod ſedes Apoſtolica probauit, hodie teneatur acceptũ; & quod illa repulit, hactenus inefficax habeatur: quanto [b] potius, quæ ipſa pro catholica fide, pro ſanis dogmatibus, pro varijs, & multifarijs eccleſiæ neceſsitatibus, & fideliũ moribus diuerſo tempore ſcripſit; omni debent honore præferri, & ab omnibus prorſus in quibuslibet opportunitatibus diſcretione, vel diſpenſatione magiſtra reuerenter aſſumi? Quamquàm quidam veſtrum ſcripſerint, haud illa decretalia priſcorum Pontificum in toto canonum codicis corpore contineri deſcripta †; cũ ipſi æ, vbi hæc ſuæ intẽtioni ſuffragari [c] conſpiciunt, illis indifferenter vtãtur; & ſolũ nunc ad imminutionem ſedis Apoſtolicæ poteſtatis, & ad ſuorũ augmentũ priuilegiorum, minus accepta eſſe perhibeant. *Item infra.* ¶ Si ideo non eſſe decretales epiſtolas priſcorum † Pontificum Romanorum admittendas dĩt, quia in codice canonum non habentur adſcriptæ, ergo nec Sancti Gregorij, nec vllius alterius, q ante vel poſt ipſum fuit, eſt aliquod inſtitutum, vel ſcriptum recipiendum, eo quòd in codice canonum non habeatur adſcriptum. Ergo doctrinam eorum, & ſanctiones, quæ ab omni lingua venerant̃, quia in codice canonum non habentur adſcriptæ, de codicibus ſuis eradant. Vt quid vel membranas [d] occupant, poſt quam non habentur acceptæ? Sed quare multum immoramur, cum nec ipſas diuinas ſcripturas veteris & noui teſtamenti iam recipiemus, ſi iſtos dixerimus audiendos? Etenim † neutrum horum in codice canonum eccleſiaſticorũ habetur inſertum. Sed reſponſuri ſunt iſti, qui non ad obediendum potius, quàm ad reſiſtendum ſemper ſunt parati, dicentes †, quod inter canones inueniatur capitulum Sancti Papæ Innocentij, cuius auctoritate doceatur à nobis vtrumq; teſtamentum eſſe recipiẽdum, quamquàm in ipſis paternis canonis nullum eorum ex toto contineatur inſertum. Quibus ad hæc aſſerendum † eſt; quoniam ſi vetus, no

Iuo p. 5. c. 33.

† Concor. l. ab hoſtibus §. ſed ꝙ ſimpliciter. ff. ex quibus cau. ma. & ff. de offic. præſid. l. 3.

† *al. ſanctorũ.*

† *al. etiam.*

† *al. aientes.*

Innoc. PP. 1. ad Exuperiũ epiſt. 3. c. vlt.

† *al. refer. dũ.*

a ¶ Reprobantur.] Arg. ꝙ illud, quod Papa approbat, uel reprobat, & nos approbare vel reprobare debemus, vt 24 q. 1. hæc eſt fides. & 35. q. 9. veniam. — Papam imitari debemus.

b ¶ Quanto.] Satis enim abſurdum eſt aliquem alij opitulari, & non ſibi. vt C. de natura. liberis, l. nuper. in fin.

c ¶ Suffragari.] Arg. ꝙ illud quod pro ſe quis inducit, etiam contra ipſum inductum non debet reprobare, vt inſtrumenta, & ſi qua ſimilia ſunt. arg. diſt. 9. neque quorũlibet. & 4. q. 3. placuit. §. item in criminali. ver. ſi quis teſtibus. & 4. q. 8. cuius in agendo. extra de cen. cum olim. Arg. contra 2. q. 7. ſi hæreticus. contra. diſt. 38. ſi quid veri. & ſupra, diſt. 10. lege. primum regulare, ſecundum ſpeciale, in odium hæreticorum, & fauorẽ fidei & religionis. arg. ad hoc extra de foro competenti, cum ſit generale. — Reprobare nõ poſſum pro me inductum.

d ¶ Mẽbranas.] Licèt leges abrogatas nõ teneamus,

tamen

uiumque teſtamentum recipienda ſunt, non quòd codici ca nonum ex toto habeantur annexa, ſed ꝙ de his recipiendis ſancti Papæ Innocentij prolata videatur eſſe ſententia; reſtat [a] nimirum, quòd decretales epiſtolæ Romanorum Pontificum ſunt recipiendæ; etiam ſi non ſint codici cano num compaginatæ: quoniam inter ipſos canones vnum B. Leonis capitulum [b] conſtat eſſe permixtum: quo ita omnia decretalia conſtituta ſedis Apoſtolicæ cuſtodiri mandantur, ut ſi quis in illa commiſerit; nouerit ſibi veniam denegari. Ait enim cap. decimo † ſuarum decretalium: [Ne quid vero ſit, quod prætermiſſum à nobis forte credatur, omnia decretalia conſtituta tam beatæ recordationis Innocentij, quàm omnium deceſſorũ noſtrorum, quæ de eccleſiaſticis ordinibus, & canonum promul ata † ſunt diſciplinis, ita à ueſtra dilectione cuſtodiri mandamus ut ſi quis in illa commiſerit, ueniam ſibi deinceps nouerit denegari.] Dicendo [c] vero, [omnia decretalia conſtituta,] nullum de decretalibus conſtitutis prætermiſit, quod non mandauerit eſſe cuſtodiendum. Et rurſus aſſerendo, [omnium deceſſorum noſtrorum,] nullum Pontificum Romanorum, qui ante ſe fuerunt, excepit: cuius ita non præcepe rit decretalia conſtituta ab omnibus cuſtodiri; ut ſi quis in illa commiſerit, ueniam ſibi deinceps nouerit denegari. Itaque nihil refert, utrum ſint omnia nec ne decretalia ſedis Apoſtolicæ conſtituta, inter canones conciliorum immixta; cum omnia in uno corpore compaginari non poſſint; & illa eis interſint, quæ firmitatem his, quæ deſunt [d] & vigorem ſuum aſſignent; præſertim cum ſynodalia geſta, inter quæ ipſi canones ſtatuti ſunt, in codice canonum nõ habeantur; ſed à nobis omni cultu debito venerentur. Conſonat autem huic beatiſſimo Papæ Leoni, ſanctus & facundiſſimus in decretis ſuis Papa Gelaſius, ita inquiẽs: [Decretales epiſtolas, quas beatiſſimi Papæ diuerſis temporibus ab vrbe Roma pro diuerſorum Patrum conſultatione dederunt, venerabiliter ſuſcipiendas decernimus.] In quo notandum eſt: quia non dixit, [decretales epiſtolas, quę inter canones habentur;] nec tantum, [quas moderni Pontifices ediderunt;] ſed, [quas beatiſſimi Papæ diuerſis [e] temporibus ab vrbe Roma dederunt.] Dictis autem [diuerſis temporibus] etiam illa tempora uir ſanctus comprehendit, quæ crebreſcentibus paganorum perſecutionibus, ad ſedem Apoſtolicam deferri cauſas epiſcoporum difficillime permittebant. His ita diuina fauente gratia prælibatis, oſtendimus nullam differentiam eſſe inter illa decreta, quæ in codice † canonum habentur, ſedis Apoſtolicæ præſulum, & ea, quæ præ multitudine vix per ſingula uoluminum corpora reperiuntur: cum omnia, & omnium deceſſorum ſuorum decretalia conſtituta, atque decretales epiſtolas quas beatiſſimi Papæ diuerſis temporibus ab urbe Roma dederunt, uenerabiliter fore ſuſcipiendas & cuſtodiendas, eximios præſules, Leonem ſcilicet & Gelaſium, mandaſſe probauimus.

Leo PP. 1. epi. 1. in fine.

† *al. quinto ſuarum decr.*

† *al. ordinata*

Gelaſius Papa 1. cum 70. epiſcopis. Habẽ ſ. 15. diſt. c. ſancta Romana. §. Itẽ decretales.

† *al. corpore*

a ¶Cum ipſi.] *Locus fuit emendatus ex ipſa epiſtola Nicolai, qua Romæ manuſcripta habetur: & nuper impreſſa eſt in appendice bibliothecæ ſanctorum Patrum, vt dictum eſt, ſupra diſtin. 10. c. leges in qua epiſtola multa alia habentur ad epiſtolas decreta-*

tamẽ notitia earum eſt neceſſaria. ſ. diſt. 7. fuerunt. & eſt hic arg. ꝙ nullum uerbũ poſitũ in aliqua ſcriptura debet vacare, vel ſuperfiue poni, ut 28. q. 1 ſic enim. & extra de maio. & obed. ſolitæ 1 & ff. de vſuris. l. 4. arg. contra. C. de fideiuſſoribus, nõ recte.

a ¶Reſtat.] Quaſi diceret, quod obtinet in uno, debet obtinere in omnibus ſimilibus, ut 4. diſt. deniq. in fin. & 26. di. deinde.

b ¶Capitulum.] Illud cap. eſt 26. q. 1. omnia. ubi tamen attribuitur Damaſo Papæ, & poteſt eſſe ꝙ vterque fecerit illud. & eſt ſimile 1. q. 1. de cętero. & de conſec. diſt. 1. conſulto.

c ¶Dicẽdo.] Arg. ꝙ verbo generali omnia debent comprehendi, vt hic, & 1. q. 1. ſunt nonnulli. & 14. q. 3 putant. & 12. q. 1. dilectiſſimis. & 13. q. 2. non æſtimemus. Contra de conſecra. diſt. 2 reuera & ĩ. 75. diſt. quod dic.

d ¶Deſunt.] Eſt hic arg. ꝙ ſi Papa in aliquo priuilegio uel reſcripto confirmat alicui eccleſiæ priuilegia exemptionis, vel alterius rei, quã hẽt in priuilegijs ſuis, ꝙ eo ipſo robur hẽant illa priuilegia 2, licet non poſſint exhiberi: dicitur enim hic, quòd decretales ſint recipiendę, cum capitulum Leonis, quod eſt in corpore canonum, de hoc dicat; q̃uis illæ non ſint in corpore canonum. De hoc dixi ſ. diſt. 9. vt ueterum.

e ¶Diuerſis.] No. ꝙ verbũ indefinite prolatũ, generaliter eſt intelligẽdũ, ut 1. q. 3. ſaluator. & 15. q. 1. nec his 28. q. 1. idololatria. 31. q. 1. ꝙ ſi dormierit. ar. cõtra. 1. q. 1. ſunt nonnulli. ADDITIO. Pro prima parte habetur extra de priui. quia circa, & extra de teſta. relatum

Iuris arrogati notitia eſt neceſſaria.

1 Vltra medium capituli, verſic. ſin autem. vbi de hoc Archid.

Verbũ generale oia debet comprehẽdere.

2 Cum iſta gl. concor. not. p Bal. Ang. & Io. de Imol. l. ſciendũ. in princ. ff. de verb oblig. & quæ notantur per Bal. in authẽ. ſi quis in aliquo, in 2. col. C. de eden. & per Ang. in §. & hoc in ſuper. in 3. col. ſ auth. vt ſponſal. larg. & per Ale. d Imo. in l. admonendi. ff. de iureiur.

ſelatum, 2. in princ. vbi de hoc. Archidiaconus.

SIc omnes.] Caſus huius cap. planus eſt.

a ¶Petri.] Nam Papa ſanctitatem recipit à cathedra, vt 40. diſt. non nos. lo.

prium, vt extra de appel. ſignificauit. Item dr̃ falſa ſi eſt contraria alteri ex eadẽ parte prolatæ, vt extra de fide inſt. imputari. & C. de fide inſtr. ſcriptura. Itẽ dñr falſæ litterę Papæ ꝑ falſam grammaticam. extra de reſcrip. ad audientiam. Item dicuntur falſæ, ſi ſint ſuſpectæ, & eis

les etiam antiquiſſimas pertinentia.

Item Agatho Papa omnibus epiſcopis:

¶Omnes ſanctiones Apoſtolicæ ſedis irrefragabiliter ſunt obſeruandæ. C. II.

SIc omnes Apoſtolicæ ſedis ſanctiones accipiendę ſunt, tanquam ipſius diuini Petri[a] voce firmatæ ſint.

Item ex capitulis α Caroli Imperatoris.

¶Tolerandum eſt iugum, quod a ſancta ſede imponitur, licet importabile videatur. C. III.

IN memoriam beati Petri Apoſtoli honoremus ſanctam Romanam & Apoſtolicam ſedem; ut quæ nobis ſacerdotalis mater eſt dignitatis, eſſe debeat eccleſiaſticæ magiſtra rationis. Quare ſeruanda eſt cum manſuetudine humilitas: ut licet uix ferendum ab illa ſancta ſede imponatur iugum[b], tamen feramus, & pia deuotione toleremus. Si vero (quod non decet) quilibet, ſiue ſit presbyter, ſiue diaconus, aliquam perturbationem machinãdo, & noſtro miniſterio inſidiando, redarguatur falſam[c] ab Apoſtolica † ſede detuliſſe epiſtolam, uel aliud quid, quod inde non venerit †; ſalua fide β, & integra circa Apoſtolicum humilitate, penes epiſcopum ſit poteſtas, vtrum eum in carcerem[d], aut aliam detrudat cuſtodiam, vſquequo per epiſtolam, aut per idoneos ſuæ partis legatos Apoſtolicam interpellet ſublimitatem, ut potiſſimum ſua ſancta legatione dignetur decernere, quid de talibus iuſto ordine lex Romana ſtatuet definire, ut & is corrigatur, & cęteris modus imponatur.

α ¶Capitulis.] *Sic emendatum eſt ex aliquot manuſcriptis, & Iuone. Ac Nauclerus vol. 2. Gen. 28. narrat hoc eſſe vnum ex vigintitribus legũ capitulis, quæ Carolus Magnus ad omnes ſuas prouincias miſit. Burchardus autem citat ex concilio Triburienſi, ca. 30. vbi etiam extat.*

β ¶Salua fide.] *Apud Burchardum eſt*, falſa fide, & non integra.

Item Stephanus † Papa.

¶Quidquid Romana eccleſia ſtatuit, uel ordinat, ab omnibus obſeruandum eſt. C. IIII.

ENimuero, quia in ſpeculum[e], & exemplum ſancta Romana eccleſia, cui nos Chriſtus præeſſe voluit, propoſita † eſt; ab omnibus quidquid ſtatuit, quidquid ordinat, perpetuo & irrefragabiliter obſeruandum eſt.

IN memoriam.] CASVS. Hoc cap. diuiditur in duas partes. In prima parte dr̃ ꝙ Romana eccleſia ob reuerẽtia B. Petri intantum debet honorari, ut ſi ẽt vix ferendum præcipiat, tñ tolerari debet. In ſecũda parte, quæ incipit ibi. [Si vero.] dicit, ꝙ ſi quis presbyter uel diaconus arguatur ab Apoſtolica ſede, falſam epiſtolam detuliſſe: licentia ſit ep̃o tenere eũ in carcere vel alia cuſtodia, donec conſulat Papam per litteras uel legatos, quid de hoc voluerit definire: vt is corrigatur, & cęteris modus imponatur.

b ¶Iugum.] Vt 100. diſt. contra morem. 11. q. 3. qd ergo. idẽ eſt in alijs prælatis. vt 2. q. 7. ſacerdotes.

c ¶Falſam.] Dicitur charta falſa ex dicto vel tacito: & in tali falſo diſtinguitur, vt extra de reſcri. ſuper litteris. & talis dr̃ bene falſarius, vt ff. de fal. ſi quis obrepſerit. Itẽ dicitur falſa ſcriptura, ut cum ſcribitur, omnes uel maiorem partem fratrum fuiſſe præſentẽ, quæ nõ fuit vere pręſens: ut extra de his quæ fiunt à præla. ſine cõſen. cap. quanto. & talis falſarius ſuſpenditur ab officio & bñficio, ut extra de teſti. tam litteris. in fine. Itẽ ipſo facto dr̃ falſarius, vt ſi charta apparet raſa uel immutata 1. & talis falſarius deponitur, ut extra de crimi. fal. ad audientiã. Qui autẽ falſam chartam fabricat de nouo, non ſolum deponitur, ſed & curiæ traditur 2. ut extra de fal. ad falſariorum. Pęna falſitatis ſecundum leges eſt depoſitio, & omnium bonorum cõfiſcatio in libero: in ſeruo mors. ff. de fal. l. 1. Dicitur ẽt falſa charta, quæ non habet teſtes inſcriptos, ut extra de procur. 1. Itẽ dr̃ falſa, quæ habet ſubſcriptiones uarijs manibus notatas: & quæ non eſt perfecta eadẽ manu, ut extra de priuile. c. cum olim. in fi. niſi ex hoc ſit ibi diuerſitas, ꝙ ſit ibi calami uel atramenti mutatio, vt in auth. de fide inſtru. & cau. in princ. coll. 6. Item dr̃ falſa ſi eſt alieno ſigillo ſigillata, dummodo ille habuit proprium: vel niſi dixerit ꝙ tunc non habuit pro-

cis non imponitur fides, vt C. de proba. iubemus. Item dicitur falſa charta, ſi ſigillum eſt fractum: vel ſi nõ eſt animus ĩdictionis appoſitus, vt extra de fide inſt. inter. Item ſi filum eſt ruptum, vt extra de crimine fal. licet. Item ſi ſunt impetratæ litterę pendente appellatione, vt extra de teſti. cauſam. Itẽ ſi ſunt impetratæ ſine mandato domini, ut extra de reſcri. nonnulli.

d ¶In carcerem.] Si certum eſt eũ eſſe falſatorem 3. 50. diſt. ſi epiſcopus. & extra de crimi. fal. ad falſariorum. ſed ubi eſt dubium, ſit quod hic dicitur.

ENimuero.] Caſus iſtius capituli planus eſt.

e ¶In ſpeculum.] Speculum per doctrinam: exemplum

Litteræ dicuntur falſę multipliciter.

1 Extra de fide inſtru. cap 3. extra de fal. c. fi. extra de priuileg. cum olim. Archid.

2 Sed quid ſi ille, qui vtitur falſo inſtrumento, vult ſe purgare, quod ignorauit, eſt ne audiẽdus?

Reſpõdeo ſic, ſi & ſe purget, & ſceptorẽ exhibeat. C. ad leg. Cor. de fal. l. maiorẽ. ff. eo tit. l. diuus. Sed contra extra de cri. mi. fal. ad falſariorũ. Sed ibi cũ ignorantia eſt ſupina, vel cum nõ exhibet deceptorem ſcd̃m Lau.

Deus dedit p. 4 Poly. l. 1. tit. 17. Iuo p. 4. c. 238.

Extat in concilio Triburienſi, c. 30. Burc. l. 1. c. 220 Iuo p. 5. c. 50.

† *al. Apoſtolico detuliſſe*

† *al. conuenerit*

† *al. Stephanus v.*

† *al. poſita eſt omnibus, quidquid*

3 Forsã ſpeciale eſt in falſario literarũ dñi Papæ Archid.

plum per bonam operationem. 16. quæſt.1. prædicator.& cap.nulli.7.q.1.ſuggeſtũ.8.q.1.ſi ergo.25.quæſt. 2.inſtitutionis.& 1.q.1.nulli.& c.omnia.Lau. 12.diſt. ſcit ſancta.Archid.

NVlli.] CASVS. Quidam erant epiſcopi erigentes calcaneum contra Romanam eccleſiã, & nolentes ſedis Apoſtolicæ pcepta obſeruare, ſed Græcos reprehẽdit, & hortatur eoſdem ne ab Ec. Romana recedant: alioquin deponentur. & eorũ ſententiæ inutiles erũt: quia quanto maiora eis committuntur, tanto magis puniri debent.

a ¶Proſtratus.] 1 Hic uideť ꝙ omnis, qui nõ obedit ſtatutis Romanæ ſedis ſit hæreticus: & uarios modos hæreſis notaui 24.q.3.§.quia uero,&c.q.dã. Sed intelligas, ꝙ hic dř, ꝙ qui dicit Romanam eccleſiam non eſſe caput, nec poſſe condere canones, iſte eſt hæreticus, ut 22.diſt.c.1.& 25.q.1.uiolatores. & q.2. ſi quis dogmata. Sed ſi quis aliàs tranſgreditur eius mandata, non propterea eſt hæreticus, licet peccet. extra de reſcri.ſi quando.Io.2

b ¶Iudicio.] Sed contra 24.q.1.ſubdiaconus. Sed ibi non admittit damnatũ ab hæreticis: ſed ſi uult pœnitere, admittit eum: ſed hoc non eſt ideo quia hæreticus eum damnauit, ſed quia aliàs malus eſt.

c ¶Maioris.] Arg. quòd quanto aliquis delinquens eſt maior, tanto magis eſt puniendus, ut 40. diſt. homo Chriſtianus. 11.q.3.præcipue.25.q.1. nulli fas.

d ¶Sed etiã alijs.] Arg. ꝙ qui tenetur aliquẽ defendere contra alios, multo fortius cõtra ſe, ut 16.q.1. in canonib. & ff.ſi ſer. uen. alius.3.

Item Gregorius iiij.

¶A Pontificalibus ſit alienus officijs; qui Apoſtoltiis non vult obedire præceptis. C. V.

Poly.l.1.tit. 17. Anſel.l.2. c.21. Iuo par.5.c.11. & 349.

NVlli fas eſt vel velle, vel poſſe transgredi Apoſtolicæ ſedis præcepta, nec noſtræ diſpoſitionis miniſterium; quod veſtram ſequi oportet charitatem. 2. ¶ Sit ergo ruinæ ſuæ dolore proſtratus [a] quiſquis Apoſtolicis voluerit contraire decretis, nec locum deinceps inter ſacerdotes habeat, ſed extorris à ſancto miniſterio fiat; nec de eius iudicio [b] quiſquam poſtea curam habeat, quoniã iam dãnatus à ſancta & Apoſtolica eccleſia, ac auctoritate ſua de inobedientia, atque præſumptione à quoquam eſſe non dubitatur: quia maioris [c] excommunicationis deiectione eſt abijciendus †, cui ſanctæ Eccleſiæ commiſſa fuerit diſciplina, qui non ſolum præfatæ ſanctæ Eccleſiæ iuſsionibus parere debuit, ſed etiam alijs [d], ne præterirent, inſinuare. Sitq. alienus à diuinis, & pontificalib. officijs, qui noluit præceptis Apoſtolicis obtemperare †.

† al. exigẽdus

† al. obedire.

¶Caput hoc eſt in eadem epiſtola Gregorij iiij. ex qua ſumptum eſt c. decreto noſtro infra 2.q.6. Extat autem in codice ſæpe memorato bibliotheca Dominicana.

Item Auguſtinus de doctrina Chriſtiana, lib.2.c.8.

¶Inter canonicas ſcripturas Decretales epiſtolæ connumerantur. C. VI.

Poly.l.1.tit.25. Anſel.l.3.c.ult. & l.6.c. 212.

IN canonicis ſcripturis eccleſiarum catholicorum quam plurimũ diuinarum ſcripturarum ſolertiſſimus indagator auctoritatem ſequatur, inter quas [e] ſane illæ ſint, quas Apoſtolica ſedes habere [f], & ab ea alij meruerũt accipere epiſtolas. Tenebit igitur hunc modum in ſcripturis canonicis, vt eas, quæ ab omnibus recipiuntur eccleſijs, prçponat [g] eis, quas quædã non accipiunt. In eis vero, quç nõ accipiuntur ab omnibus, præponat eas, quas plures [h], grauioresq. accipiunt eis, quas pauciores, minoriſq. auctoritatis eccleſiæ tenẽt. Si autẽ alias inuenerit à pluribus, alias

IN canonicis.] CASVS. Hoc cap. diuiditur in duas partes: In prima parte dicit quòd bonus indigator diuinarũ ſcripturarum debet ſeq. auctoritatem catholicarum eccleſiarũ in ſcripturis recipiendis & ꝑponẽdis: inter quas ſcripturas præponendæ erunt ſcripturæ ſedis Apoſtolicæ. In ſecunda parte, quæ incipit ibi,] Tenebit igitur.] Dicit, ꝙ illæ ſcripturæ, quæ recipiunt ab omnibus, ſunt præponẽdæ illis. quas nõ recipiũt q̃dãliter illas vero, q̃ non recipiunt ab oĩbus, ꝑponendas eas, quas plures & grauiores recipiunt eis, quas pauciores & minoris auctoritatis recipiũt. Sed ſi aliæ à grauioribus, aliç à plurib. recipiuntur, ęqualis erũt auctoritatis, licet hoc de facili inueniri nõ poſsit.

e ¶Inter quas.] Canonicæ ſcripturæ sũt epiſtolæ.

f ¶Habere.] Meruit ab alia eccleſia.

g ¶Præponat.] Argu. ꝙ ſemper præſumitur pro multitudine, ut 61. diſt. nullus inuitis. Item argu. q̃d à pluribus recipitur maioris eſt auctoritatis q̃ quod a paucioribus 4, ut ſu.16. diſt. Iſidorus. & 2.q.7.puto.63.diſt.c.ulti. Sed qualiter ſtare poteſt quod hic dicitur? Nonne omnes canonicæ ſcripturæ æqualiter ſunt recipiendæ. arg. 15.diſt.ſancta Romana? Quomodo ergo vna præponitur alijs? Reſpondeo poteſt eſſe quòd omnes recipiuntur, non tñ quòd omnes in eadem ueneratione habeãtur. Vel intelligas iſtud de localibus canonibus, ut ille præponatur alijs, qui à pluribus tenetur: & ſic poteſt intelligi 50.diſt. Domino ſancto. in fi. vbi de hoc in gloſ. non ne.

h ¶Plures.] Nota quod hic dignitas perſonarum cõpenſatur cum numero, ſimiliter in teſtibus, ut extra de teſt. in noſtra. ſimiliter in creditoribus, ut ff. de pactis, maiorem. Sed in electione ſemper par numerus præiudicat, licet maior ſit dignitas ex parte altera, & maius meritum perſonæ, ut extra de elect. dudum 1. licet ſit arg. contra 63. diſt. c. ult. & 76. diſt. ieiunium. §. non autem. 5

1 Papæ ſtatutis nõ obediens, an ſit hęreticus.

2 Intellige cũ determinatiõe eius qđ legitur & not. extra de reſc. ſi quando. & dr Hu. quod canõ iſte põt intelligi eſſe latæ ſentẽtiæ, & pro hoc faciũt illa uerba, ꝓſtratus. & ibi iam damnatus. Archi.

3 Arg. extra de natis ex lib. uen. c. 1. l. altius. ī glo. alle. ff. de cond. in deb. frater à fratre. ff. de pact. cũ in eo.

4 7. di. ꝓx. de quib. extra de off. ſi. leg. prudentiã. 65. diſt. c. 2. & 3. Archid.

Scripturæ canonicæ nõ ſunt in eadem ueneratione.

Dignitas an cõpenſetur cũ numero.

5 Iuxta ſ(i)nem, ibi æqualis corũ, &c. Archid.

ADDITIO. Non eſt contra: ibi enim erant æquales in numero, non in meritis. Cy.

a ¶Inueniri.] Arg. ꝙ iura aptantur ad ea, quæ raro accidunt. de conſe. diſt. 4. ſanctum eſt. & ff. ſi pars hæred. pe. antiqui. Arg. contra 14. diſt. de Syracuſanæ. 14. q. 5. denique; ff. de leg. nam ad ea.

ADDITIO. Ad idem in Auth. de conſul. coll. 4. in Authen. vt ſi ne prohib. ma. & c. circa med. coll. 7. Archidiaconus.

ITa Dominus.] CASVS. Quidam epi contra eccleſiam Romanam erigebāt ceruicem, ei obedire nolentes: nec volebant ſequi doctrinā, quā à veteribus receperūt: cōtra quos inuehitur Leo, probans, ꝙ ab eccleſia Romana nō dēnt recedere: q̄ ita eſt cōfirmata à Dño & corroborata in Petri ſoliditate, ꝙ nec temeritas hominum, nec portæ inferi aduerſus eam præualebunt: oſtendit etiam ꝙ à principio ſic voluit Dominus Euangelicam prædicationem ab Apoſtolis & alijs prædicatoribus per vniuerſum orbē diffundi, vt Petrus cuius vice Papa fungit̄; eſſet quaſi quoddam caput illius prædicationis: & quicunq; à Petri ſoliditate recedere voluerit deponatur.

b ¶Sacramentum.] id eſt, hoc ſanctum munus z.

z Scilicet p̄dicādi, qđ eſt Petro cōceſſum. 11. diſt. in. c. vlt. Sed id ideo dicit ſacramentū, q̄a oīa hēbant in figura. 43. diſt. ſit rector. Arcid.

c ¶Hunc.] Id eſt, Petrum.

d ¶Indiuiduæ.] Scilicet Eccleſiæ.

e ¶Erat.] Id eſt, ab eo quod ipſe Dominus erat, ſ. petra: voluit eum vocari dominus Petrum. de cōſecr. diſtin. 2. reuera.

f ¶Et ſuper hanc petram.] Per hanc dictionem non credo Dominum aliud demonſtraſſe, quam hæc verba, q̄ Petrus reſpondit Domino cum dixit: Tu es Chriſtus filius Dei viui: quia ſuper illo articulo fidei fundata eſt Eccleſia [ergo ſuper ſeipſo fundauit Deus eccleſiam.]

g ¶Appetere.] Id eſt laceſſere & calumniari.

h ¶Nec portæ.] Id eſt, vitia vel etiam hæreſes: quia eccleſia non poteſt errare, vt 24. q. 1. à recta. ¶Nec eccleſia poteſt eſſe nulla, vt 24. q. 1. pudenda. quia ipſe Dñs rogauit pro ea vt non deficeret, vt 21. diſt. c. 1. in fin.

i ¶Cupiditatibus.] Id eſt, voluntatibus.

k ¶A veteribus.] Arg. ꝙ dicta veterum ſunt ſequenda, vt 37. diſt. relatum. 24. q. 3. transferunt. & infra diſt. proxi. de quibus.

HOC AVTEM. CASVS. Dictum & probatum eſt ſupra, quòd decretales epiſtolæ vim habeant auctoritatis: quod verum eſt (ſicut dicit Gratianus) de decretalibus, quæ decretis patrum & ſcripturis Euangelicis non contradicunt. Vnde quia Anaſtaſius Papa fauore Anaſtaſij Imperatoris ordinatos ab Acacio hæretico decreuit ritè & de iure communi poſſe ſuis officijs fungi: ideo Romana eccleſia eius decretum repudiauit.

l ¶Hoc autem.] Scilicet quòd decretales epiſtolæ ſint paris auctoritatis cum canonibus.

à grauioribus haberi (quamquā hoc inueniri[a] vix poſſit) æqualis tamen auctoritatis eas habendas puto.

¶*Caput hoc apud B. Auguſtinum loco indicato ſic habet:* In canonicis aūt ſcripturis eccleſiarum catholicarum quampluriū auctoritatem ſequatur: inter quas ſanè illæ ſunt, quæ Apoſtolicas ſedes habere, & epiſtolas accipere meruerunt. Tenebit igitur hunc modum in ſcripturis canonicis, vt eas, quæ ab omnibus accipiuntur eccleſijs, præponat eis, quas quędā non accipiunt. In eis vero, quæ non accipiuntur ab omnibus, præponat eas, quas plures, grauioreſq; accipiunt, eis, quas pauciores, minoriſq; auctoritatis eccleſiæ tenēt. Si autem alias inuenerit a pluribus, alias a grauioribus haberi, (quamquam hoc † inuenire non poſſit) æqualis tamen auctoritatis eas habendas puto *Quæ quidem B. Auguſtini ſententia non ad decretales Romanorum Pontificum, ſed ad canonicas, & ſacras ſcripturas referenda eſt.* † facile] *orig. Antuerp.*

Item Leo Papa I. ad epiſcopos Vienneſes, epiſt. 87.

¶Miniſterij † diuini ſe exortem intelligat, qui à ſoliditate Petri recedit. C. VII. † *Myſterij*

ITa Dominus noſter Ieſus Chriſtus humani generis ſaluator inſtituit, vt veritas, quæ antea legis & prophetarum pręconio continebatur, per Apoſtolicam tubam in ſalutem vniuerſitatis exiret: ſicut ſcriptum eſt: [In omnē terram exiuit ſonus eorū, & in fines orbis terræ verba eorum.] Sed huius muneris ſacramentum[b] ita Dominus ad omnium Apoſtolorū officiū pertinere voluit, vt in beatiſſimo Petro Apoſtolorū omniū ſummo, principaliter collocaret: vt ab ipſo quaſi quodam capite dona ſua, velut in corpus omne diffunderet: vt exortem ſe myſterij †, intelligeret eſſe diuini, qui auſus fuiſſet à Petri ſoliditate recedere. Hunc[c] enim in conſortiū indiuiduæ[d] vnitatis aſſumptū, id quod ipſe erat[e], voluit nominari, dicendo, [Tu es Petrus, & ſuper hanc petram[f] ædificabo eccleſiam meā:] vt æterni ædificatio templi mirabili munere gratiæ Dei in Petri ſoliditate conſiſteret, hac eccleſiam ſuam firmitate corroborans, vt illā nec humana temeritas poſſet appetere[g], nec portæ[h] contra illam inferi præualerent. Verum hanc petræ iſtius ſacratiſſimam firmitatem Domino vt diximus, ædificante conſtructam, nimis impia vult præſumptione violare; quiſquis eius poteſtatem tentat infringere, fauendo cupiditatibus[i] ſuis, & id quod accepit à veteribus[k], non ſequendo.

Iuo p. 5. c. 6. — *Pſal.* 18. — † *al. miniſterij* — *Matth.* 16.

Hoc autem[l] *intelligendum eſt de illis ſanctionibus, vel*

a ¶Aca-

decretalibus epiſtolis, in quibus nec præcedentium Patrum decretis, nec Euãgelicis præceptis aliquid contrariũ inuenitur. Anaſtaſius[a] *enim ſecundus fauore Anaſtaſii Imperatoris, quos Acacius*[a] *poſt ſententiam in ſe prolatam ſacerdotes, vel leuitas ordinauerat, rite fungi acceptis officijs debere decreuit: ita inquiens.*

a ¶Anaſtaſius.] *Maxime verum eſt ſenſiſſe Anaſtaſium, ordinatos ab Acacio poſt latam in ipſum ſententiam, rite fungi acceptis officijs potuiſſe. Hoc enim duntaxat inquit in capite ſequenti, firmam eſſe ſacramenti gratiam ab Acacio traditam: quod veriſſimum eſt, ſicut & aliæ omnes ſententiæ, quas in ea epiſtola ex B. Augu. Anaſtaſius accepit, veræ ſunt. Habetur autem hæc eadem Anaſtaſii Papæ ij. epiſtola in corpore canonum, quod Romana eccleſia ſemper approbauit, vt infra diſt. 20. c. de libellis. eſt adnotatum. Itaque ſine cauſa reprehenditur hoc loco Anaſtaſius à Gratiano.*

Anaſtaſius II. ad Anaſtaſium Auguſtum, epiſtol. 1. c. 7. & 8.

¶Nulla læſionis portio attingit eum, qui ab hæreticis iam damnatis ordinatur. C. VIII.

In codice canonũ, fol. 156. Poly. l. 3. tit. 10. Anſ. l. 9. c. 62. Iuo p. 1. c. 151.

SEcundum[b] eccleſiæ catholicæ conſuetudinem ſacratiſſimum ſerenitatis tuæ pectus agnoſcat, quòd nullum de his, quos baptizauit[c] Acacius, vel quos ſacerdotes, ſiue leuitas ſecundum canones ordinauit, vlla ex nomine Acacij portio læſionis attingat, quo forſitan per iniquum tradita ſacramẽti gratia minus firma videatur. Nam & baptiſma (quòd procul ſit ab eccleſia) ſiue ab adultero, vel à fure datum fuerit, ad percipiẽtem munus[d] peruenit illibatum: quia vox[e] illa, quæ ſonuit per columbam[f], omnem maculam humanæ pollutionis excluſit: qua declaratur, ac dicitur: [Hic eſt qui baptizat in ſpiritu ſancto, & igne[g].] Nam ſi viſibilis[h] ſolis iſtius radij, cum per loca fœtidiſſima tranſeunt, nulla contractus inquinatione maculantur; multo magis illius, qui iſtum uiſibilem fecit, uirtus, nulla miniſtri indignitate conſtringitur. Nam & Iudas, cum fuerit, ſacrilegus, atque fur, quidquid egit inter Apoſtolos pro dignitate commiſſa, beneficia per indignum data, nulla ex hoc detrimẽta ſenſerunt, declarante hoc ipſum Domino manifeſtiſſima uoce: [Scribæ, inquit; & Phariſæi ſuper cathedram Moyſi ſedent: quæ dicunt, facite: quæ autem faciunt, facere nolite: dicũt enim, & non faciũt.] Quidquid ergo ad hominum profectum quilibet in eccleſia miniſter pro officio ſuo uidetur operari, hoc totum contineri[i] implente † diuinitatis effectu[k]: ita ille, per quem loquitur

Nicolaus ad cõſulta Bulg. c. 15

Ioan. 1.

Ioan. 12.

Matth. 13.

† *al. implẽdo diuinitatis effectum.*

Sacramentorum veritas an ſit apud hæreticos.

a ¶Acacius.] Hæreticus & excommunicatus. 24. q. 1. Acacius. i fuit enim excommunicatus propter hæreſim à Gelaſio. & à Fęlice Papa, ut ibi dicitur.

i Secundũ Archid.

SEcundum.] CASVS. Acacius hæreticus baptizauit & ordinauit multos tempore ſuæ hæreſis, quos dicebat quidam nõ poſſe ſua officia de iure communi exequi: quare Anaſtaſius Imperator de hoc dubitãs quæſiuit a Papa, qui reſpondit eos poſſe de iure communi ſuis officijs fungi: nec per malitiam Acacij lędi poſſe. Nam baptiſmata & ordines à malo collata, per ipſius malitiam non impediuntur. Et probatur hoc vj. rationibus. Prima ratio eſt: quia in ſacramentis virtus Chriſti operatur, quæ omnem maculam repellit. Secũda eſt de radijs ſolis, qui & ſi trãſeant per loca fœtida, tamẽ non coninquinanť, idem eſt de ſacramentis p malos miniſtratis. Tertia eſt de Iuda: qui licet malus fuiſſet, multa tamen fecit, quæ rata ſunt habita. Quarta eſt de auctoritate Domini, qui pcepit verba Scribarũ, & Phariſæorum ſeruãda & implẽda. Quinta ratio eſt, ꝙ oẽ bonum à quocunq; fiat, fit à Deo. Sexta ratio eſt quia in ſacramentis nõ eſt attendendum qualis uel quis conferat; ſed quid conferatur: quia incrementũ ſolus Deus prębet, & neq; qui plãtat neq; qui rigat eſt aliquid: ſed qui incrementũ, &c. Poſtea concludit ex ſ. dictis, ꝙ ſacrſacius ſeruari dent.

b ¶Secũdũ.] Varijs modis ponitur caſus huius cap. G. inducit quaſi ſit abrogatũ. & Melẽdus ſẽtit cũ eo, & oẽs qui dicũt veritatẽ ſacrorũ nõ eſſe apud hrticos, vt 24. q. 1. ſchiſma. & 1. q. 1. extra eccleſiã. H. dicit ꝙ nec capitulum eſt reprobatũ, nec auctor, p ijs, q̃ hic cõtinentur, dãnatus fuit: quia nihil hic continetur qđ nõ canonice dicat: ſed iõ fuit iſte damnatus: quia cõicauit Photino hęretico: & quia voluit reuocare Acaciũ hæreticũ poſt mortẽ, & ideo iſte Anaſtaſius fuit dãnatus, ut ĩ. c. Anaſtaſius. Alij dicunt, ꝙ hoc c. cũ auctore reprobatũ eſt: quia voluit dicere ꝙ ordinati ab hæretico ſine omni diſpenſatione de iure poſſũt ſua officia exercere. Dicit eñi H. ꝙ hæretici habẽt ueritatem ſacrorum, ſed non habẽt executionem eorũ, vt de cõſe. diſ. 4. ſicut i ſacris. &c. nõ in vobis. vt not. 1 q. 1. q perfectionẽ. &c. dns.

c ¶Baptizauit.] In forma eccleſiæ.

d ¶Munus.] Id eſt, baptiſma.

e ¶Quia uox.] Hic eſt qui baptizat. de conſe. diſt. 4. baptiſmus. in ſi.

f ¶Per columbam.] Id eſt, per ſpiritum ſanctum in ſpecie columbæ. Hu.

g ¶Et igne.] Id eſt, charitate.

h ¶Nam ſi viſibilis.] 1. q. 1. ſi fuerit.

i ¶Contineri.] Id eſt, perfici.

k ¶Implẽte diuinitatis effectu.] Id eſt Deo coopãte.

a ¶Plan-

Chriſtus, Paulus affirmat, [Ego plantaui [a], Apollo [b] rigauit [c]: ſed Deus incrementum [d] dedit. Itaq; neq; qui plantat eſt aliquid, neq; qui rigat; ſed qui incrementũ dat Deus.] Adeo autem non quæritur, quis, uel qualis [e] prædicet [f]; ſed quid † prædicet, ut inuidos [g] etiam bene Chriſtum prædicare affirmet [h]: quo malo ipſe diabolus deiectus eſt, & hoc [i] ipſe † prædicare non deſinit. Ideo ergo & hic [k], cuius nomen dicimus reticendum, male bona miniſtrando ſibi tantum nocuit. Nam inuiolabile ſacramentum, quod per illum datum eſt alijs [l], perfectionẽ ſuæ uirtutis [m] obtinuit. Quod † quidem generaliter [n] verum eſt, niſi aliquorum in tantum ſe extenderet curioſa ſuſpicio, ut imaginentur [o] prolato à Fœlice Papa iudicio, poſtea inefficaciter in ſacramentis, quæ Acacius vſurpauit, egiſſe; ac proinde eos metuere [p], qui uel in conſecrationibus, vel in baptiſmate myſteria † tradita ſuſceperunt, ne irrita beneficia diuina uideantur.

1. Cor. 3.

† al. quem.

Philip. 1.

† al. ipſo

Cap. 8.

† Quod cum ita ſit, aliquorum in tantũ ſe extendit curioſa] orig.

† al. miniſteria.

Quia ergo illicite, & nõ canonice, ſed contra decreta prædeceſſorum, & ſucceſſorum ſuorum hæc reſcripta dedit (vt probat Fœlix, & Gelaſius, qui Acacium ante Anaſtaſium excommunicauerunt, & Hormiſda, qui ab ipſo Anaſtaſio tertius eundem Acacium poſtea damnauit) ideo ab eccleſia Romana repudiatur, & a Deo percuſſus legitur fuiſſe hoc modo.

¶Anaſtaſius à Deo reprobatus, nutu diuino percuſſus eſt. C. IX.

Anaſtaſius [a] ſecundus, natione Romanus, fuit temporibus Theodorici regis. Eodem tempore multi clerici, & presbyteri ſe à communione ipſius abegerunt [q], eo quòd communicaſſet ſine concilio [r] epiſcoporum, vel preſbyterorum, & cleri cunctæ eccleſiæ catholicæ, diacono Theſſalonicenſi, nomine Photino, qui communicauerat [s] Acacio: & quia uoluit occulte [t] reuocare Acacium, & non potuit, nutu diuino [u] percuſſus eſt.

Ex libro] (vt in corpore conciliorũ citatur) Pontificali.

Iuo p. 14. c. 4.

a ¶Anaſtaſius.] *Caput hoc habetur quidem tomo ſecundo conciliorum in vita Anaſtaſii: ſed eſſe omnino confictum, cũ ex multis alijs argumentis, tum ex hoc manifeſte oſtenditur, quòd Acacius (ſicut Nicephorus, lib. 16 c. 12. & Euagrius, lib. 3. c. 18. & ſequentibus, & clariſſime Anaſtaſius bibliothecarius in chronologia teſtantur) tempore Fœlicis iij. obijt, cui ſucceſſit Gelaſius, & Gelaſio Anaſtaſius, qui initio epiſtolæ ſuæ, & c. 1. ad Anaſtaſium Imperatorem, Acacium mortuum iam, & ante iudicem Chriſtum unà cum Fœlice adſtare ſcripſit, vt Gelaſius quoque ante ipſum ſcripſerat, & habetur infra 24 q. 2. c. nec quiſquam. quomodo ergo potuit Anaſtaſius de eo reuocando tractare, quem iam obierat.*

a ¶Plantaui.] Prædicando.
b ¶Apollo.] Diſcipulus Pauli.
c ¶Rigauit.] Baptizando.
d ¶Incrementũ.] i. gratiã & remiſſionẽ peccatorũ 1.
e ¶Vel qualis.] Hoc intellige de toleratis. alias bñ quæritur, ut 24. diſ. quieſcamus. nã nemo poteſt prædicare niſi mittatur, vt 16. q. 1. adijcimus. & extra de hære. cum ex iniũcto. Vel loquitur ſecundum antiqua tempora, quã oẽs poterãt prædicare.
f ¶Prædicet.] Sed quæ prædicet?
g ¶Vt inuidos.] i. pſeudo apoſtolos 2.
h ¶Affirmet.] Et hoc in epiſtola ad Philippẽſes, cũ dicit; ſiue per veritatẽ, ſiue alio modo Xp̃s prædicetur, in hoc gaudeo & gaudebo.
i ¶Hoc.] ſ. inuidiã.
K ¶Et hic.] Scilicet Acacius.
l ¶Alijs.] Scilicet ignorantibus.
m ¶Suæ virtutis.] Quoad veritatẽ ſacri.
n ¶Generaliter.] i. in omni ſacramẽto.
o ¶Vt imaginẽtur.] ſcilicet, Acacium.
p ¶Metuere.] ſ. ſecundum ſuã opinionẽ falſam. Nam in ueritate ſuſceperũt ordinẽ, ſed nõ executionẽ. 1. q. 1. ordinationes. 1. q. 7. Daibertum 3.
QVIA ERGO. CASVS. Concludit Gratianus ex ſupradictis, & dicit quod quia Anaſtaſius ita decreuit, ideo Fœlix, & Gelaſius & Hormiſda eũ excõicauerũt: ſed Acaciũ prius.
ANaſtaſius.] CASVS. Photinus diaconus Theſſalonicenſis cõicauit Acacio in hæreſi. Poſt mortẽ uero Acacij Anaſtaſius Papa cõicauit Photino ſine cõcilio clericorũ, & occulte uoluit reuocare Acaciũ defunctũ in hæreſi, vt orationes pro eo in eccleſia fierẽt, & ideo multi clerici receſſerunt ab obediẽtia eius, & lepra percuſſus eſt.
¶Caſus autem ſequẽtis §. planus eſt.
q ¶Abegerũt.] i. remouerũt. 32. diſ. c. præter hoc. §. verũ. Sed contra 8. q. 4. nõne. vbi dicitur, quod ante tempus ſententiæ nõ poſſunt clerici recedere ab epõ. Sed hic nõ receſſerunt ante ſniam. quia inciderunt in hæreſim iam damnatam, vt 24. q. 1. c. 1. 2. & 3. 4.
r ¶Concilio.] Videtur ergo quod Papa tenetur requirere concilium epiſcoporum: quod uerũ eſt ubi de fide agitur: & tunc ſynodus * maior eſt Papa, vt 15. diſt. ſicut. in fi. arg. ad hoc 93. diſt. legimus.
ſ ¶Qui communicauerat.] contra 11. q. 3. quoniam. ubi dicitur, quod excõicatio non tranſit in tertiam perſonam: ſed hic communicauit ei in maleficio, vnde potuit tranſire ad tertiam perſonam, ut extra de ſent. excom. nuper.
t ¶Occulte.] Magis inde præſumitur contra ipſum, vt extra vt eccl. benefi. vt noſtrum. extra de offi. deleg. cõſuluit. ff. de ritu nup. palam. ff. de admi. tut. nõ exiſtimo. Lau.
u ¶Diuino.] Quia dum aſſellaret, emiſit inteſtina, ignominioſe lapſus.

1 23. q. 5. c. vlt. Arch.

2 Sub. qui ex inuidia bonorũ, & cauſa lucri Chriſtum prædicabant. 28. q. 1. iam nunc. in fi. Archid.

3 Quia cõcludit Gra. ſecundum opi. forte ſuam, ſ. qua aſſerit veritatẽ ſacramentorũ non eſſe apud hæreticos: quod falſum eſt. Io. de Fan.

Vide contra lib. 4 ... c. 13 ... falſum ... de Anaſtaſio. nec gl. hic bene dicit quod ſynodus ſit maior

Synodus ſimul cum Papa (de qua nunc glo. loquitur) eſt maior Papa ſolo extenſiue, nõ intenſiue. Vide Caietanũ Apologia parte 2. c. 13. ad Turrecre. ſumma de eccl. lib. 3. c. 64. Nec textus citati, ſi quid faciunt, aliud concludunt.

Hic ui- ... quod ... 7.

Hinc etiam de maximo a *epiſcopo in Conſtantinopolitana ſynodo ſtatutum eſt ſub Damaſo Papa, c.6.*

¶ Quæ circa indiſciplinatos prælatos, uel ab eis geruntur, in irritum reuocentur. C. X.

PRopter totius indiſciplinationis eius doctrinam, quæ Conſtantinopoli orta eſt, ſtatutum eſt, ne Maximus fuiſſe, aut eſſe iam putetur epiſcopus, neque hi, qui ab eo ſunt ordinati, qualemcunque gradum clericatus obtineant [a], omnibus ſcilicet, quę circa eum [b], vel ab eo geſta ſunt, in irritum reuocatis.

a ¶ De Maximo.] *Ex verbis huius canonis, præſertim Græcis, & interpretatione Balſamonis, ac vita Gregorij Theologi per Gregorium presbyterum deſcripta, & alijs ex locis (tametſi Theoderetus videtur parum diligenter hæc tractaſſe) apparet hunc Maximum nunquam fuiſſe epiſcopum, ac propterea recte ſtatus nullum ab eo potuiſſe imprimi ordinis characterem, quod non erat de Acacio aſſerẽdum. Verba Græca huius canonis hæc ſunt:* Περὶ Μαξίμου τοῦ κυνικοῦ, καὶ τῆς κατ' αὐτὸν ἀταξίας, τῆς ἐν Κωνσταντινουπόλει γενομένης. ὥστε μήτε Μάξιμον ἐπίσκοπον ἢ γενέσθαι, ἢ εἶναι. μήτε τοὺς παρ' αὐτοῦ χειροτονηθέντας ἐν οἱῳδήποτε βαθμῷ κλήρου, πάντων, καὶ τῶν περὶ αὐτὸν, καὶ τῶν παρ' αὐτοῦ γενομένων ἀκυρωθέντων, *id eſt,* De maximo cynico, deque ijs rebus, quæ nullo ordine circa ipſum Conſtantinopoli geſta ſunt. Neque Maximum aut fuiſſe, aut eſſe epiſcopum, neque eos, qui ab ipſo ſunt ordinati, in ullo cleri gradu cenſendos: omnibus, quæ & in ipſo, & ab ipſo facta ſunt, infirmatis. *Ac de eodem Maximo, quòd nunquam fuerit epiſcopus, eſt locupletiſſimum teſtimonium in epiſtola Hadriani Papæ ſcripta Baſilio Imperatori, quæ habetur actione prima octauæ ſynodi manuſcriptæ, quæ eſt penes Cardinalem Sirletum. Citans enim Leonem primum ait:* Dicit enim altiſona tuba, ſanctus videlicet ſedis Apoſtolicę Papa Leo, cuius ſententiam, quidquid vbique catholicum eſt velut cœleſte miraculum celebrat, & veneratur oraculum, cum ſæpe quæſtio de male accepto honore naſcitur, quis ambigat nequaquam iſtis eſſe tribuendum, quod non docetur fuiſſe collatum? Neque enim inter Photium mœchum, et Maximum Cynicum ſynodo ſecunda damnatum, vel inter ordinationes huius & illius, diſtinctionis aliquid eſſe conuicimus.

DISTINCTIO XX.

1 ps

DEcretales [c] *itaque epiſtolæ canonibus conciliorum pari iure exæquantur. Nunc autem quæritur de expoſitionibus* † *ſacræ ſcripturæ, an exæquentur, an ſubijciantur eis. Quo enim quiſque magis ratione nititur, eo maioris auctoritatis eius verba eſſe videntur. Plurimi autem tractatorum, ſicut pleniori gratia ſancti ſpiritus, ita ampliori ſciẽtia alijs præcellentes, rationi magis adhæſiſſe probatur. Vnde nonnullorum Pontificum conſtitutis, Auguſtini, Hieronymi, atque aliorum tractatorum dicta videntur eſſe præferenda.*

† *al. expoſitoribus*] exemp.

2 ¶ *Sed aliud eſt cauſis terminum imponere: aliud ſacras ſcripturas diligenter exponere. In negotijs definiendis*

a PRopter.] ¶ Obtineant.] Quia præter formam eccleſiæ contulit. 1. q. 1. extra eccleſiam.

b ¶ Quę circa eum.] Arg. quod quidquid fit ab intruſis uel uitioſe electis, totũ caſſat, vt 12. q. 2. alienationes. 25. q. 1. oẽ. Arg. cõ. 3. q. 7. c. infamis. §. veruntamen. in princ. & C. de ſacroſan. eccle. l. decernimus. 5, ſed hic fauor tutorũ eccleſiæ; quia aut sũt in vtilitatẽ eccleſiæ, & tunc ualent, aliàs non. 16. q. 6. ſi epiſcopum.

5 Dic vt not. de ele. nihil, in gl. vlti. & de ſchiſm. c. 1. & de cõſe. diſt. 1. hi ergo. & 1. q. 1. ſi q à pſeudo. ibi videas. Arch.

DEcretales.] CASVS. Supra oſtẽdit Gratianus decretales epiſtolas parem vim hr̃e cũ canonib. conciliorum. In hac vero 20. diſ. q̃rit an expoſitiones ſctõrũ Patrũ exęquẽtur canonibus & decretalibus, vel præferantur. Quòd præferãtur videtur, quia maioris auctoritatis uidentur, cum pleniori gratia ſpiritus ſancti eos præcellant. Vnde expoſitiones Auguſtini, Hieronymi, & aliorum uidentur præponendæ ſtatutis Pontificum, & hoc in prima parte. In ſecunda parte, quæ incipit ibi, [Sed aliud.] ſoluit Gratianus, & dicit quod in negotijs definiẽdis nõ ſolum neceſſaria eſt ſcientia, ſed etiam poteſtas: quod ſignificatur per claues, quas Chriſtus tradidit Petro: In quarum altera denotatur ſciẽtia diſcernendi inter lepram & lepram: in altera vero notatur poteſtas ſoluendi, & ligãdi. Cum ergo in cauſis definiendis neceſſaria ſit poteſtas, apparet, quod Põtifices expoſitoribus præferuntur, & hoc probatur per ſequen.

c ¶ Decretales.] In hac 20. diſtin. magiſter quęrit de expoſitionibus ſacræ ſcripturæ an ſint paris aucto-

auctoritatis cũ canonibus, & decretalibus.& ȷ̃. ſoluit, ꝙ ꝗtũ ad ſacrã ſcripturam exponendam præualet ſanctorum auctoritas: quantum autem ad cauſas definiẽdas præualet auctoritas Romanorum Pontificum.

Auctoritas ſctõrũ quãdoq; papali pfert auctoritati.

a ¶Scientia.] Arg. ꝙ nullus poteſt eſſe iudex: maxime eccleſiaſticus, niſi ſit peritus, ut extra de conſan. & affini. ex litteris. in fi.& 1.q.1. vt euidenter. 11. q.3. & ſi ad tempus 1. 24. q.3. ſi qs nõ. de pœn. diſt. 5. conſideret. & diſt. 6. qui vult.& qa leges ſcire tenetur. in authent. de iudi. colla.6.§. quia vero. Itẽ quia ſententia ferenda eſt in ſcriptis, vt 2.q.1. in primis. in fine. Item quia iudices per ſe debẽt ſcribere ſententias & recitare, ut C. de aſſeſ. præſides. Sed ȷ̃. C. de iud. c. certi. ubi dicitur, ꝙ milites poſsũt eſſe iudices; quia per quotidianum vſum poſſunt habere peritiã iudicandi. Mediocris tamen ſcientia ſicut in prelato, ita & in iudice ſufficit, vt extra de electio. cum nobis olim.

Imperitus non poteſt eſſe iudex eccleſiaſticus.

a Iſta concor. & pxima ſequẽs parũ aut nihil faciunt ad hoc. nec eas ponũt Hug. & L. quorũ fuit iſtud dictũ. Archi.

nes conciliorum. & ad decreta, vel decretales Põtificũ. Secundo, ad Sanctorũ expoſitiones, ſ. Hierony. & Aug. & aliorum ſanctorum, in quibus ſi ueritas nõ reperiatur, tunc recurrendum eſt ad ſedem Apoſtolicã, cuius ſtatuta qui non recipit, hæreticus eſſe conuincitur.

e ¶De

non ſolum eſt neceſſaria ſcientia [a], *ſed etiam poteſtas. Vnde Chriſtus dicturus Petro: [Quodcunque ligaueris ſuper terram, erit ligatum & in cœlis, &c.] prius* [b] *dedit* [c] *ſibi claues regni cœlorum: in altera dans ei ſcientiam diſcernendi inter lepram & lepram* [d], *in altera dans ſibi poteſtatem eiiciendi aliquos ab Eccleſia, vel recipiendi. Cum ergo qualibet negotia finem accipiant vel in abſolutione innocentium, vel in condemnatione delinquentium, abſolutio vero vel condemnatio non ſcientiam tantum, ſed etiam poteſtatem præſidentium deſideret; apparet, quod diuinarum tractatores ſcripturarum, & ſi ſcientia Pontificibus præemineant, tamen, quia dignitatis eorum apicem non ſunt adepti, in ſacrarum quidem ſcripturarum expoſitionibus eis præponuntur: in cauſis vero definiendis ſecundum poſt eos locum merentur.* Matth. 16.

Vnde Leo Papa IIII. ſcribit epiſcopis Britanniæ. In ſuo regeſto.

¶Aliorum ſcripturæ, Romanorum Pontificum decretis non ſunt præponendæ. C. I.

Deus dedit p.2 Poly. p.3. ti.20. Anſ. l.3. c. vlt. Iuo p.4. c.72. Pann. l.2. c.118

DE libellis [e] & commentarijs aliorum [f] non conuenit aliquem iudicare, & ſanctorum conciliorum canones relinquere, uel decretalium regulas, id eſt, quæ habentur apud nos ſimul cum† canonibus. Quibus autem in omnibus eccleſiaſticis vtimur iudicijs, ſunt canones Apoſtolorum †, Nicænorum, Ancyranorum, Neocæſarienſium, Gangreſium, Antiochenſium, Laodicenſium, Conſtantinop. Epheſ. Chalcedonenſium, Sardicenſium, Africanenſium, Carthaginenſium &, & cũ illis regulæ præſulum Romanorum, Syluestri, Syricij, Innocentij, Zozimi, Cæleſtini, Leonis, Gelaſij, Hilarij, Symmachi, Hormiſdæ, Simplicij, & Gregorij iunioris [g]. Illi omnino ſunt & per quos iudicant epiſcopi, & per quos epiſcopi ſimul iudicantur & clerici. Nam ſi tale emerſerit, uel contigerit inuſitatum negotiũ, quod minime poſſit per iſtos definiri, tũc ſi illorũ [h],

† *al. cum illis in canone*

† *al. qui dicũtur Apoſtolorum*

Apud Anſelmũ, & Polycarpum deſũt oĩa Pontificũ nomina.

b ¶Prius.] Arg. ex ordine facti aliquid pſumendum, ut 23.q.4. diſplicet. & 1.q.1. vt euidenter. Similiter ex ordine uerborũ, vt 43. diſt. ſit rector. & extra de reſcrip. cũ dilecta. ff. de ſolu. nec ordo. contra.

c ¶Dedit.] G. hic uidetur velle, ꝙ alia ſit clauis ligãdi, & ſoluẽdi, alia ſcientiæ: & ita ꝙ ſint duæ claues. Sed dico tantũ vnam eſſe, ſed & dicuntur duę eẽ pp duos effectus. Sed qualiter ſciẽtia dicitur eſſe clauis, cũ aliquis poſſit habere ſcientiam, qui non habet clauem: & c5? Sed dic, ꝙ licet ſcientia prius non fuiſſet clauis anteq̃ haberet ordinẽ: tñ poſt ordinẽ incipit eſſe clauis. Si tn quæras qd proprie ſit clauis ſacerdotalis: dico ipſam poteſtatem ſacerdotalem, per quam ligat & ſoluit.

Clauis ſacerdotalis an ſit una an plures.

d ¶Inter leprã & lepram.] Id eſt, inter cauſam & cauſam. alludit ei quod fiebat in lege. cum. n. dubitabatur de aliquo an eſſet infectus lepra, ducebatur ad ſacerdotes: & ſm eorum arbitrium uel recipiebatur, uel deijcebatur, ut 11.q.3. quomodo. de pęn. diſt.1.§. ex his verſi. Moyſi.

Inter leprã & leprã vnde dicat.

ADDITIO. Hug. & de pęn. diſ.1.§. denique. verſi. Moyſi, & extra qui filij ſint leg. per uenerabilem.§. rationibus. Archid.

DE libellis.] CASVS. Epi Britanniæ iudicabant cauſas tantũ ſecundum expoſitiones Aug. & Hierony. & aliorum, poſtponentes canones conciliorum, & decreta Pontificum: quos Leo redarguit, oſtendens ꝙ in cauſis definiendis primo recurrendum eſt ad canones conciliorum.

e ¶De libellis.] Id eſt, ſecundum libellos, & commentarios.

f ¶Aliorum.] Id eſt, Hieronymi & Auguſt. per quorum ſcripta non eſt iudicandum omiſſis canonibus. 50. diſt. ſi ille.

Auctoritas canonis eſt maior auctoritate ſãctorum.

g ¶Iunioris.] Ecce hic approbantur dicta Gregorij iunioris, alibi uidẽtur reprobari. 32.q.7. quod propoſuiſti. & in ſeq. §. ubi dicit G. ꝙ ſunt contraria Euangelio. ſed illud c. intelligit de arcta, & ſic bene tenet. Ioã.

h ¶Illorum.] Hic videtur, ꝙ potius iudicandum ſit ſecundum illum, qui innititur auctoritati canonis, q̃ ſecundum illum, qui innititur auctoritati Hieronymi, vel Aug. quod uerum eſt, niſi Auguſt. iuuetur auctoritate no. vel veter. teſta. 2. uel etiam aliquo canone. nã licet concilium apud Aquiſgranum factum, conſtituerit, ꝙ raptor non poſſit matrimonialiter iungi cum rapta, vt 36.q.2. placuit tamen Hierony. contrarium ſtatuit, & ei ſtatur, vt 36.q.2. tria. Sed hoc eſt quia iuuatur auctoritate Medenſis concilij, ead. cauſa & quæſt. cap. ſi autem.

a Idẽ Bal. in Auth. ad hæc. in 2. col. C. de vſur. & Ale. de Imo. in l. bene ad cognitionẽ. col. 8. ff. ſi cer. pet. vbi dicit illam gl. ſin.

a ¶Con-

quorum meminiſtis; dicta, Hieronymi, Auguſtini, Iſidori, vel cęterorum ſimiliter ſanctorum Doctorum ſimilium reperta fuerint; magnanimiter ſunt retinenda, ac promulgāda; vel ad Apoſtolicam ſedem referēdum de talibus. Quā ob cauſam luculentius, & magna voce pronunciare non timeo; quia, qui illa, quæ diximus, ſanctorum patrum ſtatuta, quæ apud nos canonum nomine prætitulantur, (ſiue ſit ille epiſcopus, ſiue clericus, ſiue laicus) non γ indifferenter recipere conuincitur[a]; nec catholicam & Apoſtolicam fidem, nec ſancta quatuor Euangelia vtiliter, & efficaciter ad effectum † ſuum retinere, vel credere probatur.

† *al. profectū*

α ¶Sunt canones.] *Indicat canones & regulas, ex quibus conſtat corpus, vel codex canonum, de quo in præfatione dictum eſt, quo Romani Pontifices, præſertim in iudicijs vtebantur, in quo codice ſunt canones tantum non ſynodalia geſta, vt ſuperius Nicolaus, in c. Romanorum. 19. diſt. ſcripſit.*

β ¶Carthaginenſium] *In codice canonū vnica eſt ſynodus Carthaginenſis, continens canones triginta tres, qui ex varijs concilijs Carthagini habitis collecti fuerunt. Eos canones ſedes Apoſtolica videtur probaſſe, & vſa eis eſſe, quando in codicem canonum referendos curauit. Eoſdem etiam Græci quo ordine apud Latinos habentur, cum alijs præterea multis Africanarum ſynodorum coniunctos in linguam ſuam verterunt, & hi ipſi ſunt, quos ijſdem numeris Anſelmus, Burchardus & Iuo citant: quamuis Gratianus interdum quidem his vtatur, interdum vero ex ſingulis Carthaginenſibus concilijs canones accipiat: quod ſuis locis indicabitur. Et de hac vnica Carthaginenſi ſynodo intelligendum eſt, quod habetur ſupra diſt. 16. c. prima adnotatio. verſi. ſeptima. quod hic declarandum dilatum fuit.*

γ ¶Non indifferenter] *Anſelmus, Deus dedit, & Gregorius presbyter in Polycarpo habent,* qui eadem indifferenter non recipit, ipſe ſe conuincit minime catholicam, & Apoſtolicam fidem ad effectum ſuæ retinere ſalutis.

Item Nicolaus 1. Photio, in epiſtola, cuius initium eſt [Poſtquam Beato Petro.]

Eſt eadem epiſtola 6. ex qua ſumptum eſt c. quod dicitis, ſupra diſt. 16.

¶Corripiendi ſunt qui decreta Romanorum Pontificum non habent, vel non obſeruant. C. II.

Anſel. l. 3. c. 33.

SI decreta Romanorum Pontificum non habetis[b]; de neglectu[c], atque incuria eſtis arguendi. Si vero habetis, & non obſeruatis; de temeritate eſtis corripiendi[d], & increpandi.

Item Innocentius à Papa.

¶Ad quos ſit recurrendum, cum ſacræ ſcripturæ auctoritas non occurrit. C. III.

Poly. l. 7. tit. 3. Burc. l. 3. c. 128. Iuo p. 4. c. 70.

DE quibus cauſis nulla ſoluendi, ligandique auctoritas in libris veteris teſtamenti, & quatuor Euangeliorū cum totis ſcriptis Apoſtolorum[e] appareat; ad diuina recurre ſcripta Græca †. Si neque in illis; canones ζ Apoſtolicæ ſedis intuere. Si nec in illis; ad catholicæ eccleſiæ hiſtorias catholicas à Doctoribus catholicis ſciptas manum mitte. Si nec in illis, ſanctorum exempla[f] perſpicaciter recordare. Quòd ſi omnibus his inſpectis, huius quæ-

† *al. Græcè*

a ¶Conuincitur.] Sed nōne Orientalis eccleſia recipit canones? Videtur ꝙ non, vt 31. diſt. aliter. numquid ergo ipſa eſt hęretica? Sed dic, ꝙ licèt ipſa non recipiat illos canones, non tā contemnit eos. Vel dic quod Papa approbat conſuetudinem ipſorum ſ. diſt. prox. ſi Romanorum.

SI decreta.] Caſus huius c. planus ē.

b ¶Non habetis.] Per ſcientiam.

c ¶De neglectu.] Nulli .n. e.t licitum ignorare canones, vt ī. 38. diſt. nulli. & c. omnes. ſ. diſt. proxima, ſi Romanorum.

d ¶Corripiendi.] Arg. ſimile. 16. diſtin. quod dicitis.

DE quibus.] CASVS. Quidam quęſiuit, ſi aliqua dubitatio emergat in ſolutione alicuius q̄ſtionis, ad quas ſcripturas potius ſit recurrendum. & dicitur in hoc cap. quòd iſte ordo ſeruandus eſt. Primo enim recurritur ad vetus, & ad nouum teſtamentum, & ad ſcripturas Apoſtolorū: Et ſi in illis nō appareat qd ſit faciēdum, ad Græcorum ſcripturas recurrendum eſt: poſtea ad geſta Conciliorum & Pontificū: deinde ad Sanctorū expoſitiones, vltimo ad ſeniores. Sic Beneuenta. poſuit caſum. Hugo. ſic dicit, ꝙ primum locum obtinent vetus & nouum teſtamentum: ſecundum canones Apoſtolorum & conciliorum: tertium decreta, & decretales epiſtolæ Romanorum Pontificum: quartū ſcripta Græca: quintum dicta ſanctorū patrum Latinorum: vltimū exempla ſanctorum patrum: deinde ad ſeniores eſt recurrendum. Tu autem pone ſecundum quod littera iacet.

e ¶Apoſtolorum.] Id eſt, Apoſtolicorū.

f ¶Exempla.] Arg. g exempla

1 Ad idem 5.q.5. quia ſuſpecti. C. de edi. pri. an in totū ff. de leg. nā Imperator. 2.q.5. de Liguribus. in fi. Archid.

Exemplis quibus eſt vtendum.

exempla poſſe iudicari 1. vt 97. diſt in. qui de menſa. & 24.q.3. ſi habes. arg. contra. C. de ſenten. nemo. Sed illud intelligitur cum ius habetur. Tunc enim per exempla non eſt iudicandum. Vel dic, quod exemplis priuatorum non eſt vtendum, ſed exemplis publicæ perſonæ ſiue authenticæ, vt exēplis Principis primi, ſiue Apoſtolicorum, vt 16.q.3. licet. extra de ſent. & re iu dic. in cauſis, vel dic, quod exemplis paucorū non eſt vtendum, ſed plurium bene.

a ¶ Seniores.] Id eſt, ſapientes, vt 84. diſt. porro.

b ¶ Pluribus.] Sic extra de offi. deleg. prudentiā. in fi. 1. reſpō. nam per ampliores homines manifeſta veritas reuelatur, vt C. de fideicō. l. pen. & C. de inge. manu. l. 3. Hic patet, quod primo ad cōſuetudinē loci recurritur, cum 1 lex deficit, quàm ad ps conſuetudinem Ro. eccle. ſic 12. diſt. illa. & ff. de leg. & Senatuſconſ. de quibus. Alij dicunt, quod primo ad conſultationem Ro. eccle. recurrendum eſt, vt arg. ſ. 11. diſt. c. vlt. Ioan. quid autem de hoc ſeruetur, notaui ſ. 12. diſt. illud. melius 1. diſt. conſuetudo.

ADDITIO. De hoc etiam not. C. quæ ſit long. conſuet. l. 1. ibi vide. Archid.

in nouo teſtamento incepit à Chriſto, qui Petrum in ſummū ſacerdotē cōſtituit. xij. Apoſtolos maiores ſacerdotes, lxxij. diſcipulos minores. Sed nūc loco Petri eſt Papa: locū xij. Apoſtolorū epi, loco lxxij. diſcipulorū ſūt Archipſbyteri. Leuitas vero ſtatuerūt Apoſtoli, Eccle-

ſtionis qualitas non lucidè inueſtigatur; ſeniores[a] prouinciæ congrega, & eos interroga. Facilius namque inuenitur quod à pluribus[b] ſenioribus quæritur. Verus enim repromiſſor Dominus ait: [Si duo ex vobis, vel tres conueniūt ſuper terram in nomine meo, de omni re quamcumque petierint, fiet illis à patre meo.] *Matth. 18.*

a ¶ Innocentius] *Caput hoc non eſt inter epiſtolas Innocentij primi, quæ multa extant; neque Innocentij ſecundi eſſe poteſt, cùm ante ipſum ſcripſerint Burchardus, & Iuo, à quibus hoc ipſum citatur.*

c ¶ Canones] *Verba hæc, quæ apud Gratianum deerant, ſunt apud Burchardum, & Iuonem, & Polycarpum: in quo Polycarpo habentur hoc ipſo loco, in quem ſunt reſtituta.*

DISTINCTIO XXI.

DEcretis [c] ergo Romanorum Pontificum, & ſacris canonibus conciliorum eccleſiaſtica negotia, vt ſupra monſtratum eſt, terminantur. Miniſtri vero ſacrorum canonum, & decretorum Pontificum ſunt ſummi Pontifices, & infra præſules, ac reliqui ſacerdotes, quorum inſtitutio in veteri teſtamento eſt inchoata, & in nouo plenius conſummata. ¶ Summi enim Pontifices, & minores [d] ſacerdotes à Deo ſunt inſtituti per Moyſem, qui ex præcepto Domini, Aaron in ſummum Pontificem, filios vero eius vnxit in minores ſacerdotes: Poſtea vero Dauid, cum miniſteria domus Domini ampliaret, ianitores & cantores inſtituit. Porro Salomon quendam modum exorcizandi inuenit, quo dæmones adiurati, ex obſeſſis corporibus pellebantur: huic officio mancipati, exorciſtæ vocati ſunt. de quibus Dominus in Euangelio: [Si ego in Beelzebub eijcio dæmonia, filij veſtri (videlicet exorciſtæ) in quo eijciunt?] Hæc omnia

Exo. 28.

1. Paral. 25. & 2.23.

Luc. 11.

DEcretis.] Hæc diſtin. diuiditur in tres partes. In quarum prima dicit, quod miniſtri eccleſiæ ſunt ſummi Pontifices & præſules infra poſiti cum reliquis ſacerdotibus. Secunda ibi, [In nouo.] Tertia ibi, [In his.]

CASVS. Supra actum eſt decretis, & canonibus conciliorum, quibus negotia dirimuntur. In hac vero 21. diſtin. agit Gratianus de miniſtris eccleſiæ & ſacrorū canonum, & dicit quod ſunt ſummi Pōtifices & præſules infra poſiti cum reliquis ſacerdotibus. Et hoc in prima parte. In ſecūda parte, quæ incipit ibi, [Sūmi etenim.] dicitur quod ſummi Pontifices & minores ſacerdotes à Domino per Moyſen ſunt inſtituti in veteri teſtamento, qui vnxit Aaron in ſummum Pontificem, & filios eius in minores Sacerdotes & Leuitas. Dauid inſtituit cātores, & ianitores. Salomon exorciſtas: & hæc omnia in nouo teſtamento eccleſia imitatur. Habet enim oſtiarios, & lectores pro ianitoribus, & habet exorciſtas: pro filijs vero Aaron habet omnes poſitos infra ſummū Pontificē, pro quo ſummo Pontifice ponit Papa. In tertia parte, quæ incipit ibi, [Inter eos] dicitur quod inter iſtos eſt diſcretio ſeruāda. Nam alij appellātur ſimpliciter ſacerdotes, &c. Et hæc diſcretio incipit à Paganis, qui hēbant Flamines, & Archiflamines. Similiter Eccleſia vero ſubdiaconos, & acholytos ſibi cōſtituit.

c ¶ Decretis.] Hic agitur de eccleſiaſticis ordinibus, & oſtendit originem ipſorum, & vnde 2. ſic appellent, poſtea oſtendit, quòd ille qui eſt in maiori ordine, vel dignitate, non poteſt iudicari à minori, & ſic Papa à nemine poteſt iudicari.

2 Id eſt, quare. Papa à nemine iudicatur.

ADDITIO. Vt infra eod. inferior. & cap. ſubmittitur. Archid.

d ¶ Et minores.] Cum ergo Moyſes elegerit ſacerdotes in veteri teſtamento, & Dñs in nouo. vt ī. ead. in nouo. vr, quod ad epiſcopum de iure ſpectet electio canonicorum. Et Imperator dicit, quod epiſcopus eligit clericos in Conſtantinopolitana ciuitate, vt in Auth. de menſura ordinandorum clericorum: in 1. §. colla. 3. Ad hoc dicas, quod epiſcopus de iure communi cū alijs eliget, vt extra de his quæ fiunt à prælatis ſine conſenſu cap. nouit. & c. cū noſcitur. conſuetudo tamen eſt ſeruanda, vt extra de elect. cum eccleſia 3. Item videtur ex loco iſto, quod Moſes fuit ſacerdos, cum vnxerit ſacerdotes, & idē dicit Innocen. extra de maio. & obed. ſolitæ. Sed contra homicida fuit, ergo non potuit eſſe ſacerdos, vt 23.q.3. nō in inferēda. Sed dic, quòd olim ſacerdotes bene erant homicidæ, vt 2. quæſt. 7. §. his

Electio canonicorū ad quos ſpectat.

3 Hæc ſententia cōiter approbatur per Io. Vinc. Lau. Goffre. & Ber. in iſta decret. cū eccleſia.

ita.

1 Vt 11. q. 7. ſi qs om nē. de conſecra. diſt. 1. c. 1. Archid.

ita. Sed Dauid primo fuit prohibitus cōſtruere tēplū, quia vir ſanguinum erat 1. de conſecr. diſt. 1. c. Quare autem iudices & executores teſtes & aduocati in cauſa ſanguinis promoueri nō poſſunt, dic ut notaui in q̃ſtionibus in illa quæſtione, quæ ſic incipit: Aliquis ex oſſi-

huc. extra de ætate & qualitate, à multis.

Cleros.] CASVS. Hoc cap. diuidit in tres partes. In prima oſtendit Iſidorus, quo noīe generaliter miniſtri eccleſiæ uocantur & dicit, ꝙ generaliter clerici uocantur: & dicit quare ſic vocantur, & ponit noīa & numerum miniſtrorum. In ſecunda parte, q̃ incipit ibi. [Ordo vero.] facit quadrimēbrē diuiſionē huius nominis epiſcopi. & ponit etymologiam eorum, q̃ ſub diuiſione illa cōtinentur. In tertia parte, quæ īcipit ibi. [Pontifex princeps ſacerdotum,] ponit officia ſingulorum ordinum, interſerendo interpretationes eorum.

in] nouo teſtamento eccleſia imitata habet ianitores ſuos, quos oſtiarios appellamus. Pro cantoribus lectores & ſimul cantores inſtituit: Exorciſtas autem nomine antiquo, & officio permanente recepit. Pro filijs vero Aaron, omnes infra ſummum Pontificem ſacerdotium adminiſtrantes ſunt conſecrati. ¶ Inter eos quædam diſcretio ſeruata eſt, vt alij appellentur ſimpliciter ſacerdotes, alij archipresbyteri, alij choriepiſcopi, alij epiſcopi, alij archiepiſcopi ſeu metropolitæ, alij primates [a], alij patriarchæ, alij ſummi Pontifices. Horum diſcretio à gētilibus maxime introducta eſt, qui ſuos Flamines, alios ſimpliciter flamines, alios archiflamines, alios protoflamines appellabant. Simpliciter vero maiorum, & minorum ſacerdotum diſcretio in nouo teſtamento ab ipſo Chriſto ſumpſit exordium, qui duodecim Apoſtolos tanquam maiores ſacerdotes, & lxxij diſcipulos [b] quaſi minores ſacerdotes inſtituit. Petrum vero quaſi in ſummum ſacerdotem elegit; dum ei præ omnibus, & pro omnibus claues regni cœlorum tribuit, & à ſe petra, Petri ſibi nomen impoſuit, atque pro eius fide ſe ſpecialiter rogaſſe teſtatus eſt, & vt cæteros confirmaret, ſibi iniunxit, dicens: [Ego rogaui pro te Petre, vt non deficiat fides tua; & tu aliquando conuerſus confirma fratres tuos.] Hanc eandem formam Apoſtoli ſecuti in ſingulis ciuitatibus epiſcopos, & presbyteros ordinauerunt. Leuitas autem ab Apoſtolis ordinatos [c] legimus, quorum maximus fuit beatus Stephanus. Subdiaconos [d], & acolythos procedente tempore eccleſia ſibi conſtituit. ¶ De his ita ſcribit B. Iſidorus lib. 7. Etymol. c. 12. nomina illorum, et nominum cauſas exponens, ita inquiens.

Luc. 22.

Act. 6.

e ¶ Cleros.] Primo oſtēdit Iſidorus quo nomine uocētur miniſtri eccleſiæ, & quare ſic uocentur miniſtri eccleſiæ. Secūdo ponit quadrimembrem diuiſionē epiſcoporum. Tertio ponit interpretationes omnium ordinū eccleſiaſticorum, & eorum officia. Secunda pars incipit ibi, [Ordo uero epōrū.] tertia ibi. [Pontifex.]

f ¶ Matthias.] Cum quo fuit electus Ioſeph. 26. q. 2. cap. 1. ADDITIO. Hic habetur, ꝙ hoc nomen clericus à Matthia incepit. ipſe enim ſorte electus eſt. Hug.

g ¶ Primum.] In clericum ſcilicet, alius ſcilicet Iacobus fuit primo epiſcopus factus, vt j. 66. diſt. porro. Et eſt hic arg. pro ſorte facienda, vt ff. de iudi. ſed cum ambo. & ꝙ in electionibus tempore neceſſitatis poſſumus ſecūdum ſortē procedere, vt 26. q. 2. non exēplo. contra extra de elec. eccleſia ueſtra. & ita illa glo. non ualet. extra de elec. quia propter. Vel dic tunc eſſe vtendum ſorte, cum eſt vtrobiq; paritas in omnibus, & ſubeſt cauſa neceſſitatis, ut cum eſt contentio de electione. 26. q. 2. non exemplo.

¶ Vnde nomina eccleſiaſticorum gradium ſumantur C. I.

De officijs l. 2. c. 1. Rabanus. de inſti. cler. l. 1. c. 2.

Act. 1.

Cleros [e], & clericos hinc appellatos credimus, quia Matthias [f] ſorte electus eſt, quem primum [g] per Apoſtolos legimus ordinatū. Κλῆρος enim Græce, ſors Latine, vel hæreditas dicitur. Propterea ergo dicti ſunt clerici; quia de ſorte Domini ſunt; vel quia Domini partem [h] habent. Generaliter autem clerici nuncupantur omnes, qui in eccleſia Chriſti deſeruiunt; quorum gradus, & nomina ſunt hæc, oſtiarius, pſalmiſta [i], lector, exorciſta, acolythus,

Sors in electionib. eſt reprobata.

* *Semper fuit ſacer, licet olim, quidā de hoc dubitauerint. Vide gloſſ. in cap. à multis. de æta. & quali. ordi. ver. ſolis. & B. Thomā 4. ſent. diſt. 24. art. primo, quæſti on. 3.*

officio ſuo hominem interfecit. De hoc dixi quinquageſima diſt. per totum. Quæſtio uenerialis eſt. Archid.

a ¶ Alij primates.] Hæc diuiſio non eſt niſi ratione nominum: quia ijdem ſunt primates, quod patriarchæ. 99. diſtin. c. 1.

b ¶ Lxxij. diſcipulos.] Contra j. ead. diſt. in nouo. ubi dicitur, ꝙ diſcipuli Dñi, id eſt, Apoſtoli elegerūt lxxij. diſcipulos: hic dicitur, ꝙ à Domino. Sed dic, quod Dns bene dr̃ feciſſe quod eius miniſter facit: qa q̃ p aliū facit, p ſeipſū facere vr̃, ut extra de ſen. excom. mulieres.

c ¶ Ordinatos.] Vt 93. di. Dominus noſter. & c. diaconi.

d ¶ Subdiaconos.] Non videtur vera dicere, quia tempore Apoſtolorum aliqui fuerunt ſubdiaconi, ut 35. diſtin. epiſcopus. quia ille eſt canon Apoſtolorū. Sed dic, ꝙ ſubdiaconatus tunc fuit; ſed nō * fuit ſacer ordo ad-

h ¶ Partem.] Id eſt, decimas, & primitias, quæ dicūtur Dei 2. vt 12. q. 2. c. quiſquis. 10. & c. qui abſtulerit.

i ¶ Pſalmiſta.] Hic patet, ꝙ pſalmiſta, & oſtiarius, & lector ſunt clerici. 25. diſtinct. perlectis, & 32. diſtin. tertium. & 72. diſt. clericum. & 11. q. 1. de perſona. & deponi poſſunt ſicut alij clerici, ut 27 q. 1. ſi quis ep̃s, & qui iniicit manus in illos, excommunicatus eſt, ut 17. q. 4 ſi quis & extra de ſenten. excom. non dubium & c parochianos Et per primam tonſurā fit aliquis Pſalmiſta, uel clericus, & illa tonſura eſt ſacramentale

a Subaudi quāuis dñi ſit terra, & plenitudo eius, vt in Pſ. 8. diſt. quo iure. Arch. Tantum ſunt prima an ſit ordo.

ſignum, vt 12.q.1.duo. Sed ſi hoc dicatur, tūc erunt nouem ordines: Veruntamen u videtur, ꝙ non ſit ordo: q a vbi tractatur, ꝙ clericus alij obedientiam præſtabit, nihil agitur de illis ordinibus, vt 93.diſt.a ſubdiacono. ſimiliter alibi, vt 77.diſ.illud. Sed dic, ꝙ tantum ſeptem ſunt ordines, qui cōferuntur cum ſolennitate, ſed tamen nouem ſunt. Io. Sed certe omnes conferuntur cum ſolennitate hodie præter Pſalmiſtatum, qui à ſolo ſacerdote confertur, vt 23. diſtin. pſalmiſta. Bar.

a ¶ Epiſcopus.] Arg. ꝙ epiſcopatus eſt ordo 1, vt 93.diſtin.diaconi.

b ¶ In patriarchis.] Quo nomine comprehendit principales patriarchas, vt Romanū, Conſtātinopolitanū, Alexandrinum, Hieroſolymitanum, Antiochenum.

c ¶ Archiepis.] Id eſt, primatibus, quo nomine comprehendit alios patriarchas ſiue primates, vt Aquilegienſem 2, Cantuarienſem, Bituricenſem.

d A menſura.] Quia x. vel xj. debet ſub ſe habere, ut 6.q.3.ſcitote. Vel dicitur a mitros, quod eſt mater, & polis, quod eſt ciuitas, quia eſt mater aliarum ciuitatum. 12. diſt. de his.

e ¶ Licet.] De ijs, quæ ſpectant ad totā prouinciam: ſed de ijs, quæ ad ſuam diœceſim ſpectant, ſine eorum licentia poſſunt diſponere. 11.q.3.c.1.& 2.

f ¶ Diſponit.] Ergo epiſcopus confert dignitates eccleſiaſticas, vt 73.diſtin. epiſcoporum 3. Arg. cōtra. 93. diſtinctione, legimus. ubi dicitur, quod tantum ad epiſcopum ſpectat confirmatio: ſed hoc refertur ad diuerſas cōſuetudines, ut extra de electio. cū in cunctis. &c. cum eccleſia Vulterana. Io. Ego credo, ꝙ de iure cōmuni tantum electio dignitatū ſpectet ad capitulum, cum epiſcopo, ut extra de ijs quæ fiunt a prælatis ſine conſenſu cap. ca noſcitur. & ca. quanto.

g ¶ Ex Græco.] Scilicet dos, quod eſt datio.

h ¶ Virga.] Qua arcebāt aues à carnibus ſacrificiorū.

i ¶ Nudis.] Arg. ꝙ non incedit nudus qui filum fert in capite.

Sacerdos ſimplex pſalmiſtatum cōferre poteſt.

1 Quid ſit ordo hēs 1. 32.diſt.c.1. ibi, de hoc. & ad idem extra de renunc. poſt translationem. §.vlti. vbi de hoc.

2 Sub. de quo habetur 9.q.3. nunc uero. Archid.

Archieps quot ſuffraganeos habeat.

3 60.diſt.c.1. Archid.

Dignitatū electio ad quos ſpectet.

ſubdiaconus, diaconus, presbyter, epiſcopus [a]. ¶ Ordo epiſcoporum quadripertitus eſt, id eſt in patriarchis [b], archiepiſcopis [c], metropolitanis, atque epiſcopis. Patriarcha, Græca lingua, ſummus patrum interpretatur; quia primum, id eſt Apoſtolicum retinet locum; & ideo, quia ſummo honore fungitur, tali nomine cenſetur, ſicut Romanus, Antiochenus, & Alexandrinus. Archiepiſcopus Græco dicitur uocabulo, quòd ſit ſummus epiſcoporum; tenet enim uicem Apoſtolicam, & præſidet tam metropolitanis, quàm cæteris epiſcopis. Metropolitani autem à menſura [d] ciuitatum vocantur; ſingulis enim prouincijs præeminent, quorum auctoritati, & doctrinæ † cæteri ſacerdotes ſubiecti ſunt, ſine quibus nihil reliquos agere licet [e] epiſcopos: ſolicitudo enim, totius prouinciæ ipſis commiſſa eſt. Omnes autem ſuperius deſignati ordines uno eodemque uocabulo epiſcopi nominantur: ſed ideo priuato nomine quidam vtuntur, propter diſtinctionem poteſtatum, quam ſingulariter acceperunt. Patriarcha patrum princeps: Αρχων enim princeps; inde archiepiſcopus princeps epiſcoporum, ſicut metropolitanus à menſura ciuitatum. ¶ Epiſcopatus autem uocabulum inde ductum, quòd ille, qui efficitur † epiſcopus; ſuperintendebat, ſcilicet curam gerens ſubditorum: Σκοπεῖν enim Grecè, latinè intendere dicitur. Epiſcopi autem Grecè, latinè ſpeculatores interpretantur: nam ſpeculator eſt præpoſitus in eccleſia dictus, eo quòd ſpeculetur, & perſpiciat populorum infra ſe poſitorum mores, & uitam. ¶ Pontifex princeps ſacerdotum eſt, quaſi uia ſequentium. Ipſe & ſummus ſacerdos, ipſe & Pontifex maximus nuncupatur. Ipſe enim efficit ſacerdotes, atque leuitas; ipſe omnes ordines eccleſiaſticos diſponit [f]; ipſe, quid vnuſquiſque facere debeat, oſtendit. Antea autem qui Reges erant, & Pontifices erant. Nam maiorum hæc erat conſuetudo, vt Rex eſſet etiam ſacerdos & Pontifex. Vnde & Romani Imperatores Pontifices dicebantur. ¶ Vates à vi mentis appellatus eſt, cuius ſignificatio multiplex eſt: nam modo ſacerdotem, modo prophetam ſignificat, modo poetam. ¶ Antiſtes ſacerdos dictus eſt, quod anteſtat: Primus eſt enim in ordine eccleſiæ, ſupra ſe nullum habet. ¶ Sacerdos autem nomen habet compoſitum ex Græco [g] & latino, quaſi ſacrum dans: ſicut enim rex à regendo, ita ſacerdos à ſacrificando uocatus eſt; conſecrat enim, & ſacrificat. Sacerdotes autem gentilium Flamines dicebantur. Hi in capite habebant pileum, in quo erat breuis virga [h] deſuper habens lanæ aliquid, quod cum propter æſtum ferre non poſſent, filo tantum capita religare cœperunt. Nam nudis [i] penitus eos capitibus incedere nefas erat. Vnde à filo, quo utebantur, flamines dicti ſunt, quaſi filamines. Verum feſtis diebus filo depoſito pileum imponebant pro ſacerdotij eminentia. ¶ Presbyter Græcè Latinè ſenior interpretatur: non modo pro ætate, vel de-

† al. doctrinæ & poteſtati] orig.

† ſupereſſicitur, ſuperintendat] orig. & Rab.

¶ Di.

DIffinimus neminẽ prorſus mundi potentũ, quemquam eorum, qui Patriarchalibus præſunt ſedibus, inhonorare, aut mouere à proprio throno tentare; ſed oĩ reuerentia, & honore dignos iudicare, præcipue quidem ſanctiſſimum Papã ſenioris Romę, deinceps autem Conſtantinopoleos Patriarcham, deinde vero Alexandrię, ac Antiochiæ, ac Hieroſolymorum c.

Deus dedit p.8 Anſ.l.2.c.72.

DISTINCTIO XXIII.

BReuiter d quæ inter eccleſiaſtica officia ſit differentia, monſtrauimus. Nunc à ſum-

BReuiter.] Hæc diſtin. diuiditur in ſex partes, in quarum prima ponit quid iuris ſit de electione Romani Pontificis. Secunda ibi, [Epiſcopi vero.] Tertia ibi, [His igitur.] Quarta ibi, [Dalmaticis.] Quinta ibi. [Quæritur.] Sexta ibi. [Subdiaconus.]

CASVS. Supra oſtenſum eſt quæ differentia ſit inter eccleſiaſtica officia, & miniſtros eccleſię in illo cap. cleros. In hac vero 23. diſt. oſtenditur qualiter quiq; debet ordinari à ſummo vſque ad vltimum gradum.

d ¶Breuiter.] In hac diſ. 23. oſtẽditur qualiter ſinguli ordines

ordines ſunt cōferendi. Et Primo oſtēdit qualiter debet Papa eligi & ordinari 1. Secundo qualiter ordinādus in epiſcopū debeat examinari 2. Tertio qualiter epiſcopus, & alij inferiores ſiut ordinandi 3. Quarto annectit de habitu clericorum. & quòd moniales nō debent

ſiæ, ordinandi Rom. Eccl. ſi inthronizari nō poteſt. In tertia parte, q̄ incipit ibi, [Quod ſi quis cōtra hoc.] maledicitur ei qui cōtra hoc decretum fuerit ordinatus, cū ſuis fautoribus, pœna depoſitionis adiuncta, & benedicitur omnibus obſeruatoribus. Et no. ꝙ ab illo verbo, [Nouit beatitudo,] vſque in finem. ſunt verba Nicolai.

¶ Caſus. §. ſeq. per ſe patet.

¶Inf. eo. ca. 1 inf. e. c. 2. 3 inf. e. c. 3. &c. ſe. annectit. & q d iuris ſit ſi aliqua orta fuerit contradictio in cōſecratione epiſcopi. & de ꝓfeſſione obedientiæ, quam debent inferiores facere ſuis prælatis. ℸ. eo. ca. illud. & c. ſeq. Ioan. de Fan.

mo incipientes, & vſque ad vltimum gradum deſcendentes, qualiter quiſque eorum debeat ordinari, ſanctorum auctoritatibus oſtendamus.

Vnde Nicolaus Papa ij. in conc. Lateranenſi.

¶Decretum Nicolai Papæ de electione ſummi Pontificis. C. I.

Pan. l. 3. c. 1.

IN nomine [a] Domini noſtri & Saluatoris Ieſu Xp̄i. Anno ab incarnatione eiuſdem M L I X. menſe Aprili, indictione [b] xij. propoſitis ſacroſanctis Euangelijs, præſidente quoque reuerendiſſimo †, ac beatiſſimo Nicolao Apoſtolico Papa in baſilica Lateranenſis Patriarchij [c], quæ cognominatur Conſtantiniana, cōſidentibus etiā reuerēdiſſimis epiſcopis, abbatibus, præsbyteris, diaconis, idem venerabilis Pontifex auctoritate Apoſtolica decernens de electione ſummi Pontificis, inquit. ¶Nouit beatitudo veſtra dilectiſſimi fratres, & coepiſcopi, inferiora quoque membra Chriſti nō latuit, defuncto piæ memoriæ Domino Stephano prædeceſſore noſtro, hæc Apoſtolica ſedes, cui auctore Deo, deſeruio, quot aduerſa pertulerit, quot deinde per ſimoniacæ hæreſis trapezitas [d] repetitis malleis, crebriſque tunſionibus ſubiacuerit; adeo [e], vt columna Dei viuentis iam iam pene videretur concuſſa nutare, & ſagena ſummi piſcatoris procellis intumeſcentibus cogeretur in naufragij profunda ſubmergi. Vnde, ſi placet fraternitati veſtræ, debemus, auxiliante Deo, futuris caſibus [f] prudenter occurrere; & eccleſiaſtico ſtatui; ne recidina † (quod abſit) mala præualeāt, præcauere. Quapropter inſtructi prædeceſſorum noſtrorum, aliorumque ſanctorum Patrum auctoritate, decernimus, atq; ſtatuimus, vt obeunte huius Romanæ vniuerſalis eccleſiæ Pontifice, in primis Cardinales epiſcopi diligentiſſime ſimul de electione tractantes [g], mox Chriſti † clericos Cardinales adhibeant: ſicque reliquus clerus, & populos ad conſenſum nouæ electionis accedat: nimirum præcauentes, ne venalitatis morbus aliqua occaſione ſubrepat. Et ideo religioſiſsimi [h] viri præduces [i] ſint in promouenda Pontificis electione; reliqui autem ſequaces. Certus vero, atque

† al. reuerentiſſimo

† al. rediuina

† al. epiſcopi

a ¶In nomine.] Hęc ſunt verba notarij vſque ibi, [Nouit beatitudo.]

ADDITIO. Sic 8. q. 5. Artaldus. 16. q. 1. hinc eſt etiam. & 1. quæſt. 7. conuenientibus. arg.

b ¶Indictione.] Indictio dicitur ſpatiū trium luſtrorum.

c ¶Patriarchij.] In quo Papa reſidet.

d ¶Trapezitas.] Id eſt, campſores.

e ¶Adeo.] Hic tangitur latenter quod legitur in chronicis, ꝙ Benedictus 2. qui ſucceſſit Stephano, eiectus eſt de pontificatu, & factus eſt Papa Ioannes Sabinen. epiſcopus pro pecunia 4: cui impoſitum eſt nomen Siluester. & iſte etiam deiectus eſt: & deinde reparatus, & reſtitutus eſt Benedictus, & iterum electus eſt Benedictus, & datus papatus Ioanni archipresbytero ante portam Latinam, cui impoſitum eſt nomē Gregorius: & hic ab Henrico Imperatore eſt depoſitus, & vltra montes tranſlatus eſt. hoc totum vno anno factū eſt, & propter hoc datum fuit priuilegium Henrico de quo hic fit mentio.

Multiplex Papę mutatio.

4 Nunquid iſte ſic electus, poſſet accuſari de ſimonia? argu ꝙ ſic. 79. diſtin. ſi quis pecunia. vbi de hoc ℸ. ead. diſt. c. 1.

f ¶Futuris caſibus.] No. ad cautelam futurorum aliquid ſtatui, vt 63. diſt. cum Hadrianus. & 1. q. 7. conuenientibus. ff. loc. ſi quis domum. §. 2 arg. contra, quia non imputatur alicui ſi non damnauit eccleſia, ut extra, ut eccle. benefi. vt noſtrum, & ff. ad leg. Aquil. l. ſi putator.

debent contingere ſacra vaſa.

IN nomine Domini.] CASVS. Hoc ca. diuidit in tres partes. In prima parte ponuntur verba notarij. In ſecunda parte, quę incipit ibi,] Nouit beatitudo.] dicit Nicolaus, ꝙ mortuo Stephano Papa, eccleſia multas paſſa fuit tribulationes & iniurias: & iō volēs futuris caſib. prouidere, ſtatuit, vt quoties mortuo Papa electio de ſucceſſore eius imminet facienda, conuenire debeant Cardinales, & vocare qui vocādi ſunt, qui debent eligere vnum de ſe ipſis, ſi ibi idoneus inueniat: alioquin de alia eccleſia eligatur, & conſecrabitur à Cardinalibus, ſicut archiepiſcopi cum epiſcopis ſuis conſecrant, & confirmāt epiſcopos: & hæc electio fiat in ciuitate Romana, uel alibi in neceſſitate, & ex ſola electione habeat poteſtatē diſponēdi de rebus eccle

g ¶Tractantes.] 5 Videtur, ꝙ electionem ſemper debet præcedere tractatus: alioquin electio nulla eſt; ſicut alienationem debet præcedere tractatus, vt 12. q. 2. fine. Io. ꝙ hodie expreſſum eſt extra de electio. in Geneſi. & ca. quia propter B. 6

5 Electionē tractatus præcedere debet.

h ¶Religioſiſſimi.] Id eſt, epiſcopi Cardinales.

i ¶Præduces.] inf. diſt. 79. c. 1. contra. Sed hic dixit, præduces, non reſpectu Cardinalium, ſed aliorum clericorum. Vel religioſos appellat hic epiſcopos Cardinales.

6 Et not. ꝙ hinc ēt colligiſ, ꝙ clerici prius deberēt in aliquē conſentire, & poſtea al js religioſis viris vel laicis renunciare. Lau.

a ¶Legitimus.]Id eſt,canonicus.
b ¶Nulla.]diſt.62.c.1.
c ¶Funguntur.] non tamen ideo ſunt maiores Papa; quia conſecrant eum; quia ſuffraganei conſecrant metropolitanum,non tñ ideo ſunt maiores,vt 66.diſt.c.j.

vt extra de elec. noſti.niſi ſint archiepiſcopi tranſmõtani:extra de elec.ꝙ ſicut.Vel niſi ſint exẽpti,ꝗ ſi trãſmõtani ſunt ſtatim poſſunt adminiſtrare, vt extra de elect.nihil. ſed certe videtur, ꝙ in omnibus idẽ iuris eſt, vt ſi electus non poſſet intrare poſſeſſionẽ rei ad quam

legitimis [a] hic electionis ordo perpenditur: ſi perſpectis diuerſorum Patrum regulis,ſiue geſtis,etiam illa beati Leonis prædeceſſoris noſtri ſententia recolatur: [Nulla [b],inquit, ratio ſinit, vt inter epiſcopos habeantur qui nec à clericis ſunt electi, nec à plebibus expetiti, nec à comprouincialibus epiſcopis cum metropolitani iudicio conſecrati.] Quia vero ſedes Apoſtolica cunctis in orbe terrarum pfertur eccleſijs,atque ideo ſuper ſe metropolitanum habere non poteſt; Cardinales epiſcopi proculdubio metropolitani vice funguntur [c]; qui videlicet electum epiſcopũ ad Apoſtolici culminis apicem prouehant.Eligitur autem de ipſius eccleſiæ gremio [d], ſi reperitur idoneus; vel ſi de ipſa non inuenitur, ex alia aſſumatur; ſaluo debito honore, & reuerentia dilecti filij noſtri Henrici; qui in præſentiarum Rex habetur, & futurus Imperator Deo concedente, ſperatur; ſicut iam ſibi conceſſimus, & ſucceſſoribus illius,qui ab hac Apoſtolica ſede perſonaliter hoc [e] ius impetrauerint.Quòd ſi prauorum, atque iniquorum hominum ita peruerſitas inualuerit, vt pura, ſincera, atque gratuita fieri in vrbe [f] non poſſit electio; Cardinales epiſcopi cum religioſis clericis,catholiciſque laicis, licet [g] paucis, ius poteſtatis obtineant, eligere Apoſtolicæ ſedis Pontificem, vbi congruere viderint.Plane,poſtquam electio fuerit facta, ſi bellica tempeſtas,vel qualiſcumque hominum conatus malignitatis ſtudio reſtiterit, vt is, qui electus eſt, in Apoſtolica ſede iuxta conſuetudinem inthronizari non valeat: electus tamen,ſicut verus Papa, obtineat auctoritatem regendi Romanam eccleſiam, & diſponendi [h] omnes facultates illius: quod beatum Gregorium ante ſuam conſecrationem feciſſe cognouimus. Quòd, ſi quis contra hoc noſtrum decretum ſynodali ſententia promulgatum,per ſeditionem, vel præſumptionem, aut quolibet ingenio electus,aut etiam ordinatus,ſeu inthronizatus fuerit,auctoritate diuina,& ſanctorum apoſtolorum Petri & Pauli, perpetuo anathemate cum ſuis auctoribus, fautoribus, & ſequacibus à liminibus ſanctæ Dei eccleſiæ ſeparatus abijciatur,ſicut Antichriſtus, inuaſor, & deſtructor totius Chriſtianitatis: nec aliqua † ſuper hoc ei audientia [i] reſeruetur: ſed ab omni eccleſiaſtico gradu, in quocunque fuerat prius, ſine retractatione deponatur: cui quiſquis adhæſerit, vel qualemcunque tamquam Pontifici reuerentiam exhibuerit, aut in aliquo eum defendere præſumpſerit,pari ſententia † ſit mancipatus. Quiſquis autem huius noſtræ † decretalis ſententiæ

ꝭ. diſt. 62. nulla ratio.

†al.aliquando

†al.ſententia

†al.noſtro

d ¶Gremio.] Ergo al.qs in Romana eccle. poteſt eſſe nõ idoneus ad papatum, & ſic eſt contra. 21.diſt. quamuis.in fi.vbi dr, ꝙ ibi non eſt macula, nec ruga, ſed bene poteſt eſſe, ꝙ omnes ſunt ſancti, non tamen omnes ſunt idonei ad papatum, vel quia ſunt corpore vitiati,vel aliud habent impedimentum. Itẽ habes hic, ꝙ ſemper de clericis ipſius eccleſiæ eligendus eſt prælatus,ſi ibi eſt idoneus, vt 61. diſt. nullus.&c.obitum. & 63. diſt. metropolitano. idẽ in abbate,vt 18.q.2. quãm ſit 1. & tunc ſufficit,ꝙ ſit bonus 2. ſed ſi de altera eccleſia eligitur, reqrit ꝙ ſit optimus, vt dicunt quidam. & eſt arg.ad hoc ff.de tutor. & curator. diuus. De hac materia plene inuenies 8.q.1. licet Ioã. & tamen tali iuri poteſt renunciari. vnde ſi maior pars capituli eligat de alia eccleſia, valebit electio.extra de electio. cũ nobis olim. & cap. cum inter canonicos. & cap. in cauſis. licet Ioan. dixerit contra. & ſufficit etiam tunc, ꝙ ſit bonus, vt in præd. decreta. cum nobis.B.
e ¶Perſonaliter hoc.] Ex his verbis apparet perſonale priuilegiũ hoc fuiſſe: & ideo ad alios non prorogari. ff.de cenſi. ætatem. & 7.q.1.periſti. & 16.q.1 hinc etiam.
f ¶Fieri in vrbe.] Sẽper enim ibi facienda eſt ordinatio, & examinatio clericorũ,vt 24. diſt. qñ. & ſi alibi fit electio, ꝗ in loco ad hoc determinato,electio eſt nulla, vt extra de elect. venerabilem. niſi ſubſit cauſa, vt hic dicitur, & 63.diſt.quanto. & extra de elect.bonæ memoriæ.
ADDITIO. Nã duæ partes Cardinaliũ ſemp debẽt adeẽ.extra de elec.licet.niſi ſint valde remoti.Io.de Fan.
g ¶Laicis licet.] Hoc tantum ad laicos refertur.
h ¶Et diſponendi. In alijs prælatis ſecus eſt.nã illi ante confirmationem non habent ius adminiſtrandi, quam eſt electus, nihilominus pro poſſeſſore eſt habẽdus,vt 92.diſt.ſi quis epiſcopus. & extra de reſtitu.ſpolia ſæpe. ſed illa cap. loquuntur quod impeditur per aduerſarium: ſecus poſſet dici quando impedimentũ eſt in ſeipſo:puta quia nondum eſt conſecratus.extra de do.& contu.contingit.
i Audientia.] Hic habens caſum vbi alicui denegatur audientia,ſcilicet in caſu intruſionis: & 3.q.2.§.patet. Item

Conſecrãs eſt inferior cõſecrato.

Papa an poſſit eſſe quis non idoneus.

Eligendus an debeat eſſe de gremio eccleſiæ.

1 Et cap. Abbatẽ. 22 Arch.

2 Ad hoc extra de elect. cũ nobis olim. im no ſufficit ne malus exiſtat, vt 16. q. 1. monaſterium.

Electio ꝗ fit in loco non determinato nulla eſt.

Electus ante cõfirmationem nõ adminiſtrat.

3 Subaudiunt quidam, & in ſtallationẽ. Alij dicunt ſolã confirmatio nem ſufficere: & hoc verius. De hoc no. Inno. extra de cau.poſ. cum ſup. in gl.1. ibi videas.

Audientia eſt multipliciter deneganda.

Item & in caſu ſchiſmatis, vt 23.q.5.non vos. Item cũ quis recipit eccleſiã de manu laici, vt 16.q.7. ſi quis deinceps. Item cum quis excõicat ſuum maiorem, vt 21.diſt.intantum. vnde vr ꝙ ſpoliatus pro aliquo iſto rũ caſuũ non poſſit petere reſtitutionẽ, ex quo ei dene ga tur

maledictorum duo ſunt genera.24 q.3. cum ſancti.
EPISCOPI VERO. Hæc eſt ſecunda pars diſt. in qua ponit quę ſunt quærenda in epiſcopo tempore conſecrationis. Ioan. de Fan.
¶ Caſus huius §. per ſe patet.

temerator extiterit, & Romanam eccleſiam ſua præſumptione confundere, & conturbare contra hoc ſtatutum tentauerit, perpetuo anathemate; atque excommunicatione damnetur; & cum impijs, qui non reſurgent in iudicio, reputetur; omnipotentis iram contra ſe ſentiat, & ſanctorum apoſtolorum Petri & Pauli (quorum eccleſiam præſumit confundere) in hac vita, & in futura furorem [a] ſentiat: fiat habitatio eius deſerta, & in tabernaculis eius non ſit qui inhabitet: fiant filij eius orphani, & vxor eius vidua: commotus amoueatur ipſe, & filij eius, & mendicent, & eijciantur de habitationis ſuis: ſcrutetur fœnerator omnem ſubſtantiam eius, & diripiant alieni labores eius: orbis terrarum pugnet contra eum, & cuncta elementa [b] ſint ei contraria, & omnium ſanctorum quieſcẽtium merita illum confundant [c]: & in hac vita ſuper eum apertam vindictam oſtendant [d]. Obſeruatores autem huius noſtri decreti, omnipotentis Dei gratia protegat, & auctoritas beatorum apoſtolorum Petri & Pauli ab omnium peccatorum vinculis abſoluat.

Pſal.1. — *Pſal 68.* — *Pſal.108.* — *Sap.5.*

¶ Huius decreti integrum exemplum eſt in vetuſtiſſimo libro Abbatia monaſterij Farfenſis litteris Longobardicis ante annos pene quingentos ſcripto, & alibi.

2 *Epiſcopi vero, & ceteri ordines infra conſtituti, qualiter ordinari debeant, ex auctoritate Carthaginenſis concilij quarti, c.1. cui interfuit Auguſtinus tempore Honorij Auguſti, oſtendamus; ab eorum examinatione incipientes.*

¶ Quomodo ſit examinandus, qui in epiſcopum eligitur. C. II.

Ordo Romanus pag. 95. Burch. l. 1. c. 8. Iuo par. 5. c. 62. Polyc. l. 2. tit. 9.

QVi epiſcopus ordinandus [e] eſt, antea examinetur [f], ſi natura ſit prudens, ſi docibilis [g], ſi moribus tẽperatus [h], ſi vita [i] caſtus, ſi ſobrius, ſi ſp ſuis negotijs cauens [k], ſi humilis, ſi affabilis, ſi miſericors, ſi litteratus, ſi in lege Domini inſtructus, ſi in ſcripturarũ ſenſibus cautus, ſi in dogmatib. eccleſiaſticis exercitatus; & ante omnia, ſi fidei documata [l] verbis ſimplicibus [m] aſſerat [n], id eſt, patrẽ, & filiũ, & ſpiritum ſanctum vnum Deũ eſſe confirmans, totamque Trinitatis deitatem coeſſentialem, & conſubſtantialem, & coæternalem, & coomnipotentem prædicans; ſi ſingulas † quaſque in Trinitate perſonas plenum Deum, & totas tres perſonas vnũ Deum; ſi

† al. ſingulam quamque perſonam.

1 Ad idem 7.q.1. præſentiũ. 64. diſt. quorundã. Archidia.

QVi epiſcopus.] CASVS. In hoc c. oſtendit quot & q̃ ab electo in epiſcopũ & cõfirmãdo ſint q̃renda tpe cõſecrationis: in quibus ſi inueniatur inſtructus, ab omnibus epiſcopis conſecretur præſente archiepiſcopo, vel auctoritatem pręſtante.
e ¶ Ordinandus.] Id eſt cõſecrandus: quia tunc eſt ſcrutiuium faciendum.
f ¶ Examinetur.] Iſta examinatio non eſt facienda, niſi circa ignotos 3.47. diſt. de Petro. & 94. diſt. valde. & hoc uerum eſt de ſcrutinio electionis: niſi forte ſumma tim etiam circa notũ quæreretur de modo eligendi, & de ijs quæ habes extra de elect. cum in cũctis. Scrutinium autem quod fit in cõſecrando, illud numquã eſt omittendũ, etiã circa notũ, vt hic, & 65 diſ. c.1.2. & 3. & 75. diſt. c.1. immo repellitur, & ſi in uno deficiat. 38.diſt. quæ ipſis.
g ¶ Si docibilis.] Melius diceretur, docilis q a homo eſt docilis & doctrinalis, liber docibilis: quãdoque tamen ponitur vnũ pro alio, ut hic: & Ioan. In Euang. Et erunt omnes docibiles Dei. debet aut em rationẽ reddere omni poſcenti. 36. diſt. c. qui eccleſi. §. ecce.
h ¶ Temperatus.] infra. 11.q.3. illa præpoſitorum.
i ¶ Vita.] infra. diſt. 53. legem.

Conſecrandus an ſit ante examinandus.

3 Arg. ad hoc j. diſt. prox. nullus. ubi de hoc.

Docilis & docibilis differunt.

2 Idem no. Inno. extra de conceſ. præben. cũ noſtris. in gl. pen. iuxta finem. & facit qđ not. 3. q. 7. §. uerum. in gl. ecce. in fi. Arch.

gatur audientia. Ar. cõtra extra de reſt. ſpol. in litteris. Ioã. Sol. quilibet ſpoliatus reſtitui dẽt, niſi ſpoliatus ſit à iudice iuſta de cã, vt extra de reſcri. dilectus 1 & niſi I caſib. exceptis. vt extra de reſti. ſpol. litteras, &c. ex tranſmiſſa. 3.q.1. in sũma. nec excommunicatus directe poterit reſtitutionẽ petere 2, vt extra de except. cum inter. 3.q.1. in ſumma vbi de hoc. Ber.
a ¶ Furorem.] Id eſt, uindictam.
b ¶ Elementa.] Id eſt, ſiue ſit in terra, ſiue in aqua, puniatur.
c ¶ Confundant.] Id eſt, à confuſione non liberẽtur.
d ¶ Oſtendant.] Nec peccauit iſte maledicendo: quia

K ¶ Cauens.] Nã propter ſimilitudinẽ repellitur qs, ut 39. diſt. Petrus. ſed iam promotus non deponitur ſed ei coadiutor datur. 7.q.1. quia frater noſter.
l ¶ Fidei documenta.] Id eſt, fidem.
m ¶ Similibus.] Id eſt, apertis non implicitis, extra de ſum. trin. firmiter. & 5. diſt. 4. erit autem. non inuſitatis 4. infr. diſ. 36. illiteratos. melius 37. diſt. relatum. argu. ad teſtes repellendos arg. 4.q.3. ſi teſtes. §. item in teſtibus. arg. contra inſtrumenta.
n ¶ Aſſerat.] Profiteri debet ꝙ obſeruabit patrum regulas. in Authen. quomodo oportet epiſcopos. §. ad nos ergo, circa princ. coll. 1.

4 Vñ Apoſto'us ad Timo. profanas uocũ nouitates deuita. Io. de Fan.

incarnationem diuinam non in patre, neque in ſpiritu ſancto factam, ſed in filio tantum credat, vt qui erat in diuinitate Dei patris filius, ipſe fieret in homine hominis matris filius, Deus verus ex patre, homo verus ex matre, carnem ex matris viſceribus habens, & animam humanam rationalem, ſimulque in eo veritas vtriuſque naturæ, idem Deus & homo, vna perſona, vnus filius, vnus Chriſtus, vnus Dominus creator omnium, quæ ſunt, & auctor, Dominus, & rector cum patre, & ſpiritu ſancto, omnium creaturarum: qui paſſus ſit vera carnis paſſione; mortuus vera corporis ſui morte, reſurrexit vera carnis ſuæ reſurrectione †, & vera animæ reſumptione; in qua veniet iudicare viuos, & mortuos. Quærendum etiam ab eo, ſi noui & veteris teſtamenti, id eſt legis, & Prophetarum, & Apoſtolorum vnũ eundemque credat auctorem, & Deum: ſi diabolus nõ per conditionem [a], ſed per arbitrium factus ſit malus. Quærendum etiam ab eo ſi credat huius, quam geſtamus, & non alterius carnis reſurrectionem; ſi credat iudicium futurũ, & recepturos ſingulos pro his, quæ in carne geſſerunt, vel pœnas, vel præmia †; ſi nuptias non prohibeat †; ſi ſecunda matrimonia non damnet, ſi carniũ perceptionem non culpet; ſi pœnitentibus reconciliatis communicet, ſi in baptiſmate omnia peccata, id eſt tam illud originale contractũ, quàm illa, quæ voluntariè admiſſa ſunt, dimittantur: [b] ſi extra eccleſiam [c] catholicam nullus ſaluetur. Cum in his omnibus examinatus, fuerit inuẽtus plenè inſtructus: tunc cũ conſenſu clericorum, & laicorum [d], & cõuentu totius prouinciæ epiſcoporum, maximèque metropolitani vel auctoritate, vel præſentia, ordinetur epiſcopus. Suſcepto in nomine Chriſti epiſcopatu, nõ ſuæ delectationi, nec ſuis motibus, ſed his Patrum definitionibus acquieſcat [α].

†al. receptione
†al. gloriam
†al. improbet

¶*Caput hoc integrum: extat in ordine Romano, additis ad initiũ his vocibus*, Statuta eccleſiaſtica, *cui ſimilem titulum toti Carthaginenſi quarto concilio eſſe præpoſitum in aliquot vetuſtis codicibus teſtantur illi, qui tomos conciliorum ediderunt*.

α ¶Acquieſcat.] *Poſt hoc verbum tam in concilio, quàm in ordine ſequitur*: In cuius ordinatione etiam ætas requiratur, quã ſancti Patres in præeligendis epiſcopis conſtituerunt.

Item Iſidorus de eccleſiaſticis officijs, lib. 2. c. 2.

¶Qualis eſſe debeat clericorum conuerſatio. C. III.

3 HIs igitur lege Patrum cauetur, vt à vulgari vita ſecluſi à mundi voluptatibus ſeſe abſtineãt; non ſpectaculis [c], non pompis interſint; conuiuia publica fugiãt, priuata non tantum pudica [f], ſed & ſobria colant; vſuris nequaquam incumbant, neque turpium occupationes lucrorum, fraudiſque cuiuſquam ſtudium appetant; amo-

Rẽfertur in cõcilio Moguntino primo, c. 10.

a ¶Non per conditionem.] Id eſt, per creationem 1, vult. n. dicere, ꝙ non eſt creatus malus, vt quidam dñt, ſed ex libero arbitrio factus eſt malus, immo adhuc habet liberum arbitriũ, ſed illud eſt ad malũ tantũ: alioquin, ſi non haberet liberum arbitriũ, non demereretẽ. 23. q. 3. vaſis iræ. immo quotidie fit * peior. ſimiliter angelus habet liberum arbitriũ, ſed illud eſt tm̃ ad bonũ, & ꝑ id quotidie meretur, & fit melior. Homo habet liberũ arbitriũ æque ad bonum & ad malum, vt 23. q. 4. Nabuchodonoſor.

b ¶Dimittãtur.] Id eſt *. dimiſſa oſtẽdantur. nã per contritionẽ dimittuntur adulto peccata. nõ per baptiſmũ 2, aut. n. adultus accedit ad baptiſmum cum charitate, aut non: ſi cũ charitate, iã nullũ in eo eſt peccatũ, ut legit̃ de Cẽturione, ut 26. diſ. deinde. & de conſec. diſt. 4. non dubito. ſi ſine charitate, nullũ peccatũ ei dimittit̃. de conſe. diſt. 4. oſtẽditur. Dimittũtur tñ ſatisfactiones, quas ꝑ peccatis facere debet, vt de cõſe. diſt. 4. ſine pnĩa. Itẽ & originalia dimittũtur per baptiſmũ adultis, ſed nullum mortale, ſi non habet charitatem. 1. q. 1. vide.

c ¶Extra eccleſiam.] 1. q. 1. extra eccleſiã catholicam. & cap. ex eccleſia.

d ¶Et laicorũ.] Sed quare hic poſt examinationẽ requirit̃ conſẽſus clericorũ & laicorum? qui enim electioni cõsẽſit, poſtea electo nihil obijcere põt, vt 8. q. 2. dilectiſſimi. Sed dicas hic loqui de examinatione, quæ fit tempore conſecrationis: nec aliud vult dicere, niſi ꝙ conſecrari debet, ſi ita eſt, ꝙ omnes cõſenſerint in eum. Item patet hic, ꝙ laici poſſunt contradicere electioni, ut dicam ĩ. cap. illud. &c.

HIs igitur.] Hæc eſt tertia pars diſt. in qua oſtendit Iſidorus qualiter clerici debeant uiuere, & quæ uitare, & quæ obſeruare debeant, vt doctrinæ gratiam poſſint populis miniſtrare. Io. de Fan. & P. & hæc ſint loco caſus.

c ¶Non ſpectaculis.] Vbi turpes ludi exercentur, vt infra de conſecr. diſtin. 1. non oportet. & 34. diſtin. preſbyteri.

f ¶Pudica.] Id eſt continentia quo ad ſermones laſciuos 3. & quotidie eſurire debent, & eſſe cum vacuo ventre, vt infra de conſecr. diſtinct. 5. ſint tibi.

a ¶Pecuniæ.]

1 Sub. non neceſſitatẽ.

*Nec diabolus ſit peior, nec Angelus melior; neque eorum meritum vel demeritũ augetur, niſi quo ad pœnã, vel præmiũ accidentale: Vide Beatũ Tho. 4. diſt. 50. ar. 1. q. 6. & 1. pa. q. 62. ar tic. 9.

* Per ſacramentũ ex attrito quis fit cõtritus, iã dimittuntur peccata non tantum oſtenduntur dimiſſa. Vide B Tho. 4. diſt. 4. q. 2. art. 1. q. 1 ad primum. & diſt. 6. q. 1. ar. 3. q. 1. ad quintũ & 1. par. q. 69. ar. 4. ad ſecundum.

2 Sed remanet inquiras ipſa, i. fomes peccati. de pœn. diſt. 4. c. ille Rex. & videas quod legitur, & not. de cõſ. diſ. 4. c. 2. & cap. non ex quo. Arch. Electioni poſſunt laici ĩdicere.

3 Scilicet, vt non dicantur ibi vel fiãt impudica, vel inhoneſta 44. di. conuiuia, ſecundum Hug.

Simonia in omni ſacramēto committitur.

a ¶Pecuniæ.] Diuites tamen non ſunt abijciendi cū bonis operibus.30.diſt. hæc autem ſcripſimus.
b ¶Pro beneficijs.] Et pro ſacramētis eccleſiaſticis. quæ dicuntur medicinæ; quia ſanant vulnera peccatorum.13.q.2.animæ.Ioan. Fan. dixit in omnibus ſacramentis

rem pecuniæ[a], quaſi materiem cunctorum criminum fugiant, & ſæcularia officia, negotiaque abijciant; honoris gradus per ambitiones non ſubeant: pro beneficijs[b] medicinæ Dei, munera non accipiant, dolos, & coniurationes caueant: odium, æmulationem, obtrectationem, atque inuidiam fugiant: non uagis oculis, non effræni lingua, aut petulanti, fluidoque † geſtu incedant; ſed pudorem, & verecundiam mentis ſimplici habitu, inceſſuque oſtendant: obſcœnitatem etiam verborum ſicut & operum penitus exerrentur: viduarum, & uirginum frequentationem[c] † fugiant; contubernia extranearum fœminarum nullatenus appetant; caſtimoniam quoque inuiolati corporis perpetuo conſeruare ſtudeant: aut certe vnius matrimonij vinculo fœderentur; ſenioribus[d] quoque debitam obedientiam præbeant, neq; vllo iactantię ſtudio ſemetipſos attollant: poſtremo doctrinæ legionibus, pſalmis, hymnis, canticis, exercitio[e] iugiter † incumbant. Tales enim debent eſſe qui diuinis cultibus ſe mancipandos ſtudent exhibere; ſcilicet, ut dum ſcientiæ operam dant, doctrinæ gratiam populis adminiſtrent.

† *al. tumidoque greſſu*
† *al. viſitationes frequentiſſimas*
† *al. iugi*

Idem Clemens ad Iacobum fratrem Domini, epiſt. 2.

¶Qui dignè ſacramenta tractare non poſſunt, ad miniſterium non eligantur diuinum. C. IIII.

Poly. l. 4. tit. 31.

TAles ad miniſterium eligantur clerici, qui dignè poſſint Dominica ſacramenta tractare. Melius eſt enim domini ſacerdoti paucos habere miniſtros, qui poſſint digne opus Dei exercere, quàm multos[f] inutiles, qui onus graue[g] ordinatori adducant.

Et in cōc. Afri. cap. 17.

Item ex concilio Carthaginenſi. 3. c. 40.

¶Si electo in epiſcopum aliqua objiciuntur, quinque vel ſex epiſcopi ad eius purgationem conueniant. C. V.

Poly. l. 2. tit. 8. Anſ. l. 6. c. 65. Burch. l. 1. c. 6. Iuo p. 5. c. 60.

ILlud[h] ſtatuendū eſt, vt quando ad eligendū[i] epiſcopū conueniremus; ſi qua contradictio fuerit oborta[k] (qa ſæpe talia facta ſunt apud nos) nō pręſumāt ad purgādū[l]

mentis committi ſimoniam, niſi in matrimonio, ideo forte quia ibi non confertur gratia * ſpiritus ſancti, vt 32.q.2.cōnubia. ſed in alijs ſacramentis confertur, vt 1.q.1.quidquid inuiſibilis. Greg. dixit, ꝙ ibi committitur ſimonia, cum ſit maius inter ſacramenta, vt dixi 32.q.2.honorantur.

* *Matrimonij etiā ſacramentū confert gratiam: nec textus allegatus facit ad propoſitū: & vide cōc. Trid. ſeſſ. 24. ca. 1. & B. Tho. 2. 2. q. 100. ar. 2. ad 6. arg. & 4. diſt. 25. q. 3. ar. 2. q. 1. ad 2. diſt. 26. q. 2. arg. 3. per tot.*

c ¶Frequentationem.] Nota ſolam frequentationem prohiberi. ex eo enim ꝙ frequenter fit, præſumitur ꝙ male fiat, vt 81. diſt. clericus, & ſi quilpiam. & volumus. & 32. diſt. hoſpitiolum.
d ¶Senioribus.] Id eſt, prælatis.
e ¶Exercitio.] ī. de conſec. diſt. 5. nunquam.

TAles.] CASVS. Quidam epiſcopi multitudinis ordinandorum pompam quærentes. promouebant indignos, quos Papa reprehendit, dicens, ꝙ melius eſt habere paucos & bonos, quàm multos & inutiles; qui graue onus ordinatori afferant.
f ¶Multos.] Multitudo enim aliquos facit magis viles vt 93. diſt. legimus. & multitudo eſt canonib. inimica, vt extra de præben. quia intantum. & multitudo oneroſa nihil habet honeſti, vt in Auth. de referendarijs in fi. coll. 2. Itē eſt hic arg. contra illos, qui allegant multa. de conſec. diſt. 5. nō mediocriter. 24. q. 1. odi, & proieci. nā vtilius eſt pauca effundere, &c. C. de vete. iur. enucle. tanta. §. ſi quid autem.
g ¶Graue.] Qui ex certa ſcientia indignū ordinat, aut deponitur, aut priuatur poteſtate ordinandi 1, vt 50 diſt. ex pœnitētibus. & 51. diſtin. aliquantos.

1 De hac materia legit, & not. 36. diſt. qui eccleſiaſticis. & ibi dicam. Archi.

ILlud.] CASVS. Quidam epiſcopi conueniunt ad epiſcopum cōſecrandū: in ſcrutinio cōtradicunt quidā ne conſecret, & crimina objicientes, deficiunt in probatione. cogitur clericus ad purgationem ꝓpter infamiā: quærebatur per quot, vel vbi debeat fieri purgatio: reſpon. ꝙ non tantum cum tribus, ſed cū quinque vel ſex debet ſe purgare, & debet fieri purgatio coram plebe, cui ipſe eſt præferendus, & facta purgatione ordinari debet. Poteſt & alio modo poni caſus. Quidam epiſcopi cōuenerunt ad conſecrādum epiſcopum. cōtradicitur ei, nō debet ordinari niſi de cauſa cognoſcatur. ſed de cauſa illa cum ſit criminalis, non debent cognoſcere pauciores q̄ ſex epiſcopi, & ſi tres conueniant, addant̄ tres: ſi quatuor, addantur duo; & tunc ſi accuſator deficiat, ille ſe purget publicè, & poſtea ordinetur.

h ¶Illud.] Si electo conſecrādo objicitur crimen, nō eſt cōſecrandus ante cauſæ examinationē, & ſi prius venerant quatuor epiſcopi ad conſecrationē, adhuc veniant duo: & ſi ante uenerant tres, veniant adhuc alij tres ad audiendam cauſam criminis obiecti: & ſi in hoc exponas, eligendum, id eſt, conſecrandum 2. & expone, purgandum, id eſt, examinandum. & ita intellige, ꝙ hic objiciebatur crimen in modū accuſationis. nam ſi eſſet obiectum in modū exceptionis, non viderentur neceſſarij tot ep̄i, cum cauſa illa poſſet expediri per procuratorem, ut ex̄ de accu. ſuper his. & ſic patet ꝙ metropolitanus poſſit audire cauſam criminalem epiſcopi, licet non poſſit eum deponere: tamen requiritur præſentia plurium epiſcoporum. Alij intelligunt tantum de eo qui tenetur ſe purgare. Dic ut 3. q. 6. c. quamuis. & c. accuſatus.
i ¶Ad eligendum.] Id eſt, conſecrandum.
K ¶Oborta.] Id eſt, quod objicitur crimen ei.
l ¶Ad purgandum.] Id eſt, examinandum.

2 Sub. & ſic tenetur. ſic im proprie exponitur eligere, id eſt, confirmare. 7. q. 1. remoto & eligere. i. conſecrare. 8 q. 1 epiſcopo. in fi. ſecundum Hug. & Io. de Fan.

eum, qui ordinandus eſt, tres [a] tantum † [b]; ſed poſtulentur ad numerum ſupradictorũ duo, uel tres, & in eadem [c] plebe [d], cui ordinandus eſt, diſcutiantur primo perſonæ contradicentium: poſtremo illa etiam, quæ objiciuntur [e], pertractentur, & cum purgatus fuerit [f] ſub conſpectu publico, ita demum ordinetur. Si hoc cum ueſtræ ſanctitatis animo concordat, roboretur ueſtræ dignitatis† reſponſione. Ab uniuerſis epiſcopis dictum eſt; Satis placet.

† al. tantum accedere

† al. dignationis

Item ex concilio Toletano x . c. 10.

¶Vota ſuæ promiſsionis ſpondeant, quos eccleſiaſtica promouet diſciplina. C. VI.

Anſel. l. 7. c. 81.

QVamquam omnes, qui ſacris [g] mãcipiantur, ordinib. canonicis regulis teneãtur adſtricti; expedibile [h] tamen eſt, ut promiſsionis ſuæ vota ſub cautione [i] ſpondeant, quos ad promotionis gradus eccleſiaſtica probat† diſciplina. Solet enim plus [k] timeri quod ſingulariter pollicetur, quàm quod generali ſpõſione cõcluditur. Et ideo placuit huic ſancto cõcilio, ut vnuſquiſque, qui ad eccleſiaſticos gradus eſt adſcenſurus, non ante honoris conſecrationem accipiat, quàm placiti† [l] ſui adnotatione [m] promittat, ut fidem [n] catholicam ſincera cordis deuotione cuſtodiens, iuſte & pie viuere debeat, & in nullis operibus ſuis canonicis regulis contradicat; atque ut debitum per omnia honorem, atque obſequij reuerentiam præminenti ſibi unuſquiſque dependat, iuxta illud beati Leonis Papæ edictum: [Qui ſe ſcit aliquibus eſſe præpoſitum, non moleſte ferat aliquem ſibi eſſe prælatum: ſed obedientiam, quam exigit, etiam ipſe dependat.] Pœna etiã † iuxta eccleſiaſticę conſuetudinis morem, & placitis taliũ

† al. prouehit

† al. placita ſibi

Epiſt. 82. ad Anaſtaſiũ Theſſ. epiſcopum.

† al. tamen] orig.

a ¶Tres.] Qui ſoli poſſent conſecrare eum: ſed ipſi non poſſunt audire cauſam criminalem.
b ¶Tm̃.] Scilicet accedere. aliàs eſt ĩ textu, accedere.
c ¶Et in eadem.] Ibi enim melius poteſt inquiri de crimine. vbi aliquis conuerſatus eſt, vt 24. q. 1. pudenda. extra de elect. poſtquam.
d ¶Plebe.] Not. arg. ꝙ laici admittuntur ad accuſandum electum, vt ſup. ea. q epiſcopus. in fin. 61. diſt. ſtudij. 63. diſtin. vota. nam ep̃s debet habere bonũ teſtimonium ab his qui foris ſunt, vt 8. q. 1. licet. & de cõſe. d. 1. 2. iubemus. Itẽ quia intereſt ipſorũ, vt extra de teſti. ca. de cętero. & arg. ad hoc extra de teſti. ex parte Adæ. & in Authen. de ſan. epi. §. ſi quis aũt. coll. 9. & eſt arg. ad hoc 81. diſt. Maximianus. arg. ꝯ 28. diſt. cõſulendũ. ubi etiam ad denunciationẽ nõ admittuntur laici, ſi malo zelo ducantur. Itẽ, ſi ideo dicis admittendos laicos, q̃a ipſorũ intereſt, ergo ſiue ſint bonæ famæ ſiue malę, admittunt̃, q̃a nullus remouetur ab occaſione, qui ſuã iniuriã proſequitur, vt 4. q. 6. omnibus. male ergo dicit decretum, quod laici infames non admittunt̃ ad accuſationẽ clericorũ [y], ut 2 q. 7. accuſatio. Poteſt hic dici, ꝙ hic loquitur cũ ciuiliter agit. & in eo caſu quilibet admittitur, etiam fęmina, ut extra de teſt. tam litteris. Si quæris quare ergo tot ep̃i conuocãtur cum ciuiliter agitur? Reſpon. quia agitur de crimine, licet non criminaliter. Vnde oportet etiã inſcribi ad pœnã extraordinariam, vt extra de accu. ſuper his. Et eſt argu. ad hoc, 3. q. 6. hæc quippe. vbi xij. epiſcopi requiruntur, & tamẽ ibi ciuiliter agitur, vt videtur.
e ¶Illa quæ objiciuntur.] Si ſint grauiora, vel non.
f ¶Et cum purgatus fuerit.] Id eſt, iudicatus innocẽs.

y Præterea ex hoc ſequeretur, ꝙ ſiue iſte electus malę famę fuerit, ſiue nõ: ſemper admittuntur laici per illud c. omnib. quod tamen falſum eſt. 2. q. 1. in primis. ver. ſi. Io. de Fan.

QVamquam.] CASVS. Quæſitum fuit in concilio Toletano an clerici qui promouẽtur ad ordines, & p̃ſtituras promittere debeant ſuis maioribus uiuere iuxta fidẽ catholicã, & eis reuerẽtiã & obedientiam p̃ſtare. & reſpondet, ꝙ quamuis ad hoc teneantur generaliter: tñ ab eis hoc exigitur expreſſè. Solet enim plus timeri, &c. & qui contra hoc promiſſum venerit, iuxta conſuetudinem, pœnam perſoluat.
g ¶Sacris.] Id eſt, eccleſiaſticis.
h ¶Expedibile.] Id eſt, iuſtum.
i ¶Cautione.] Scilicet iuratoria.
k ¶Plus.[Si ergo aliquis iure communi ſe poteſt tueri [z], & priuilegio. 17. diſt. quiſquis. & extra de reſcrip. c. 1. arg. contra de fid. inſtr. inter. vbi dicitur, ꝙ idẽ nõ põt dari & cõfirmari. Itẽ arg. cõtra C. de theſau. l. vnica. de hoc plura arg. inuenies 100. diſt. cõtra morẽ. Sed ita dicat cõſilio meo, ſi quæratur ab eo; hoc habeo de iure communi: & ſi hoc non eſſet, habeo ex priuilegio vt extra de præſcrip. veniens. Itẽ not. ꝙ plus valet ſpecialis cautio q̃ generalis, vt hic, & ff. ſi quis cau. l. ſed & ſi. §. quæſitum. Item & plus ſpecialis confirmatio quàm generalis. extra de confirmatio. bonæ. Item & ſpecialis appellatio q̃ generalis, ut extra de appel. ſuper eo. & ſpecialis delegatio q̃ generalis, ut extra de reſcr. ad hoc. & ſpecialis ſubſcriptio q̃ gñalis. ff. ad l. Cornel. de fal. diuus. 1. reſpon. & ſpeciale mandatum, vt extra de reſcri. c. 1. & melius cap paſtoralis. aliàs tñ plus ualet generalis correctio, quam ſpecialis, quando multitudo eſt in cauſa. 23. q 4. non poteſt. & generalis petitio, ut 13. q. 2. non æſtimemus. & generalis q̃ſtio. ff. de quęſtio. l. 1. §. qui quæſtionem.
l ¶Placiti.] Id eſt, pacti.
m ¶Adnotatione.] Id eſt, ſcriptura.
n ¶Vt fidem.] Not. ꝙ quilibet clericus ſuo p̃lato pręſtabit obedientiam, ut infra de conſecra. diſt. 5. in omnibus, & not. quod pręſtat electus ſuo maiori iuramẽtum de fide & canonib. ſeruandis, vt hic. de indemnitate rerum eccleſiæ ſeruãda, vt 28. diſt. de Syracuſanę. de immoderata exactione nõ facienda. 10. q. vlt. c. j. in fin. Item de fidelitate. extrà de iureiuran. ego N. Item de penſionib. debitis ſoluendis. argum. extra de nou. ope. nuncia cum ex iniuncto. extra de elect. qualiter. Item de penſionib. non augendis. argum. extra de iu. tura. Item ſuſpectus de inobedientia, iuramentum pręſtat de obedientia ſeruan. extra de maiorita. & obe. cũ in eccleſijs: in fine. Nec obſtat. contrarium extra de maiori. & obedien. legebatur. quia ibi loquitur de iam promoto, & non ſuſpecto.

z Scilicet ꝯ promittentẽ. & dic, ſolet enim, & c. q. d. ad cautelã fit: hic enĩ nõ magis tenetur ſi ſpecialiter promittatur, q̃ ſi generaliter: & q̃d dicit gloſ. ex priuilegio, dic iure ſpeciali, ſcilicet ex ſua promiſſione. Archid.

Specialitas an ſit generalitati præferenda.

Electus ſuo ſuperiori multa cum iuramento promittit.

a ¶Tranſ-

Clericus ſub pœna ſe poteſt obligare.

a ¶Tranſgreſſores.] Hic habes, quod clericus ſe põt obligare ſub pœna ſpirituali,& pecuniaria,ad ſpiritualem pœnam ſe poteſt obligare, ſcilicet ad pœnã depoſitionis,vel anathematis, ut 1.q.7.quoties.de conſecr. diſt.2.ego Berengarius.extra de elect.cum dilectus,in fin.

DEHINC. Supra oſtẽſum eſt de electione, & ordinatione Papæ,& de examinatione epõrum,& quales eſſe debeant epi,& alij clerici. Nunc uero oſtẽdit qualiter debeat fieri ordinatio prĩo epi,& poſtea cęterorũ. EPiſcopus.] CASVS. Quando ordinatur epiſcopus, duo epiſcopi debent tenere librum Euangeliorum ſuper caput ordinandi. tertius ſuper eum fundat benedictionem: reliqui epiſcopi, qui adſunt, caput eius tangant.

† *al. inſerenda.*

inferenda †, & ab ijs,qui tranſgreſſores [a] fuerint, perſoluenda eſt.

Dehinc diſponitur, qualiter eccleſiaſtica officia ordinantur,in concilio Carthag.4.c.2.

Ordo Romanus,pag. 100. Polyc.l.2. tit.9. Anſel.l.6.c.49. al.55. Iuo p.5.c. 124. Pann.l. 3.c. 18.

¶Qualiter ordinetur epiſcopus. C. VII.

EPiſcopus, cum ordinatur, duo epiſcopi ponant,& teneant Euangeliorum codicem [b] ſuper caput, & ceruicem eius, & uno ſuper eum fundendo benedictionem, reliqui omnes epiſcopi,qui adſunt,manibus ſuis caput eius tangant.

¶Qualiter ordinetur presbyter. C. VIII.

Ex eod. concilio.c.3. Poly.l.2. tit.32. Anſel.l.7. c.53. Iuo.par.6.c.12. Pann.l.3. c. 33.

PResbyter cum ordinatur, epiſcopo eum benedicente, & manum ſuper caput eius tenente,etiam omnes presbyteri,qui præſentes ſunt,manus ſuas iuxta manum epiſcopi ſuper caput illius teneant.Sicut autem in die ſuę ordinationis ſacerdos orario utroque humero ambitur; ita tempore conſecrationis eodem orario debet uti inſtanter.

Vnde in concilio Bracarenſi 3.c.3.legitur.

¶Quod quiſque accepit tempore conſecrationis ferat tempore oblationis. C. IX.

ECcleſiaſtica, & antiqua inſtitutione præfixum nouimus,ut omnis ſacerdos,cum ordinatur orario [c] vtroq. humero ambiatur,ſcilicet,ut qui imperturbatus præcipitur conſiſtere inter proſpera & aduerſa, virtutum ſemper ornamento vtroque circumſeptus appareat humero. Qua ergo ratione tempore ſacrificij non aſſumit quod ſe in ſacramento accepiſſe non dubitat? Proinde modis omnib. conuenit, ut quod quiſque percepit in conſecratione honoris, hoc retineat & in oblatione, uel perceptione ſuæ ſalutis; ſcilicet, ut cum ſacerdos ad ſolennia miſſarum accedit,aut per ſe Deo ſacrificium oblaturus, ac ſacramentum corporis [d] & ſanguinis Domini noſtri Ieſu Chriſti ſumpturus, non aliter accedat, quàm orario utroque humero circumſeptus, ſicut & tempore ordinationis ſuæ dinoſcitur conſecratus, ita ut de uno eodemque orario ceruicem [e] pariter,& vtrumque humerum premens ſignum in ſuo pectore præparet † crucis. Si quis autem aliter egerit, excommunicationi debitæ ſubiaceat.

† *præferat.*] manuſcr.

4 *Dalmaticis autem nec epiſcopis,nec diaconis abſque Apoſtolica licentia vti permittitur.*

Vnde Gregorius Arégio epiſcopo Francorum. libr. 7. epiſt. 111.

¶C.ſus ſequentis c. & § per ſe planus eſt.

b ¶Codicem.] Conſueuit quæri, an quilibet iſtorum epiſcoporum ordinet epiſcopum, & an appoſitio libri ſit de ſubſtantia conſecrationis;& poteſt dici, quod nullus ſolus eum ordinat: ſed quilibet eorum conſecrat eum; quia conſecrare eſt cum alio ſacrare, ut 24.q.1. pudenda. ſicut plures ferunt trabem,ita ꝙ nullus per ſe.ff. ad legem Aquil. ita vulneratus.§.1.nõ autem credo, ꝙ liber ſit de ſubſtantia conſecrationis.

Epiſcopus ſolus conſecrare nõ poteſt epiſcopum. Conſecrare quid eſt.

ECcleſiaſtica.] CASVS. Quidã epiſcopi uel ſacerdotes cum cantabant Miſſam, non habebant orarium, id eſt, ſtolam. Quæſitum fuit in concilio Bracharen. quid iuris eſſet? Et reſpondet ꝙ ſicut in die ſuæ ordinationis habuerunt orarium, ſic cum Miſſam cantant,orarium teneant, quod vtriq; humero attribuatur; & qui aliter fecerit, debet excommunicari. Sequens §. patet.

c ¶Orario.] Id eſt, ſtola.

d ¶Corporis.2.] Nõ ꝙ ſi in ægritudine ſumit ſacerdos Eucharistiam, circumdabit ſtola vtrumque humerum.

2 Conſecrationis Euchariſtiæ. Hug.

e ¶Ceruicem.] Si ſacerdos legit Euangelium, nunquid videtur ſtola ſecundum quod diaconus? Arg. ꝙ ſic, vt 93.diſt. præcipimus. & 94. diſt.c.1.& 2. Potius credo ſequendam conſuetudinẽ, vt 12.diſt.ſcit.maximè de his,quæ breuiter ſunt edita, ff. de ver. ſig. inſpicien.l.1.§.vlt.3.

fin.' ſimiliter ad pecuniariã pœnã ſe poteſt obligare. 21.q.5.ſi quis cuiuslibet.extra de arbit.cum dilecti 1. Sed nunquid pœna ſoluta poteſt agi ad obedientiã, uel ad id quod promiſſum eſt ſub pœna, uel an ſufficiat tantum pœna eſſe contentum? De hoc dic, ut no.25.q.2.quæcumque.

1 De hoc etiam no. 2 q.ſi quis presbyter. Arch.

DALMATICIS. Hæc eſt quarta pars vbi quærit quid iuris de dalmaticis.Ioan.de Fan.& P.

3 Lau. & Hu.dicunt hoc nõ eſ-

¶Abſque Apoſtolica licentia Dalmaticis, nec epiſcopis, nec diaconis vti licet. C. X.

COmmunis filius [a] Petrus Diaconus nobis innotuit, quòd fraternitas veſtra tempore, quo hic fuit, popoſcerit, ut ſibi & archidiacono ſuo utendi dalmaticis licentiam præberemus. Sed quia ita hominum ſuorum infirmitate [b] compulſus feſtinanter abſceſſit, ut nec ipſe mœror incumbens diutius (ut dignum erat, & res deſiderata poſcebat) ſineret permanere, & nos in multis implicitos, eccleſiaſticæ rationis conſideratio nouum [c] hoc inconſulte, & ſubito non permitteret indulgere; idcirco poſtulatę rei prolongatus effectus eſt. Nunc uero charitatis tuæ bona reuocantes ad animum, huius auctoritatis noſtræ ſerie, petita concedimus, atque te, & archidiaconum tuum dalmaticarum vſu decorandos eſſe conceſſimus, eaſdemque dalmaticas dilectiſſimo filio noſtro Cyriaco abbate deferente tranſmiſimus.

Anſ.l.6.c.88.al.96.

¶Qualiter ordinetur Diaconus. C. XI.

DIaconus dum ordinatur, ſolus epiſcopus [d], qui eum benedicit, manum ſuper caput illius ponat; quia non ad ſacerdotium, ſed ad miniſterium conſecratur.

Ex cōc. Carth. 4.c.4. ordo Romanus par. 91. col.2. Poly.l.2.tit.32. Anſel.l.7.c.52. al.60. Iuo.par.6.c.13. Pann.l.3.c.34.

§. *Quæritur autem, an poſt benedictionem manus presbyterorum, & diaconorum chriſmatis liquore debeant perungi.*

De his ita ſcribit Nicolaus Papa Radulpho archiepiſcopo Bituricenſi.

¶Nec presbyteris, nec diaconis in conſecratione, chriſmate manus perungere licet. C. XII.

PRæterea ſciſcitaris, vtrum ſolis presbyteris, an & diaconis debeant, cum ordinantur, manus chriſmatis [e] liquore perungi. Quod in ſancta hac Romana eccleſia, cui Deo auctore deſeruimus, neutris agitur. Sed & quia ſit à nouæ legis miniſtris actum, nuſquam (niſi nos fallat [f] obliuio) legimus. Ergo ad B. Innocentij Papæ canonica decreta ſanctitatem tuam tranſmittimus, & quæ tibi ſint in conſecrationibus, & ordinibus † obſeruanda, principia paginæ ad Decentium Eugubinum epiſcopum miſſæ te affatim † edocebunt.

Iuo p.6.c.121.

Inno.PP.1.ep.1

† *al. ordinationibus.*

† Adde de hac dictione affatim, not. I c. vni. in gl. ſuper ver. affatim, extra de reli. domi. lib.6. & per Archi. hic.

COmmunis filius. CASVS. Epiſcopi & archidiaconi olim dalmaticis non utebantur, niſi Papæ eis concederet ſpecialiter: quare Aregius epiſcopus ſupplicauit Papę per Petrum diaconū, ut cōcederet ſibi, & archidiacono ſuo uſum dalmaticarum: ſed tunc temporis Papa non conceſſit; quia Petrus nūcius epī cito receſſit propter infirmitatē ſuorum hominū, & quia Papa multis implicitus negotijs erat, illud nouum ſubito & inconſultè ſibi concedere non potuit: nūc vero concedit eis priuilegiū vtendi dalmaticis, & eas per Cyriacū abbatē ſibi tranſmittit. Quod ſequitur planum eſt vſque ad capitulū, p̄terea.

a ¶Communis filius.] Ille diaconus.

b ¶Suorum infirmitate.] Nota quod propter infirmitatem ſuorum poteſt aliquis ſe excuſare, ſicut propter timorem ſuorū, ut extra de appe. ex parte. Item nota, ꝙ propter intemperiem loci aliquis excuſatur, ut hic, & 74. diſtinct. quorundam. Argu. contra. extra de dolo & contumac. cum dilecti. in fi. Ioā.

c ¶Nouū.] Not. ꝙ ea quæ de nouo petunt, non ſine magna deliberatione cōceduntur, ut hic, & 16.q.1. in parochia. maxime à Romana eccleſia, q̄ oīa cum magna maturitate ſolet tractare, ut 35.q.9. apoſtolicæ. quia in rebus nouis conſtituendis euidēs debet eſſe vtilitas, vt ſ. de conſtit. principum, rebus. hodie uero diaconi indiſtinctè utuntur dalmatica, vt 11.q.3. epūs aut presbyter 76. di. 1 de ieiunio.

d DIaconus dum ordinatur, ſolus epiſcopus.] Sacerdoti autem imponunt manus omnes presbyteri aſtantes, ut ſupra ea. presbyter.

QVÆRITVR. Hæc eſt quinta pars diſt. vbi quæritur, vtrum ſacerdotes ungantur oleo uel chriſmate, & reſpondetur quod oleo tantum. Ioan. de Fan.

PRæterea.] CASVS. Bituricen. archiepiſcopus quęſiuit a Papa, an manus presbyteris tantum debent vngi chriſmate: an etiam presbyteris & diaconis, quando ordinantur? & reſpondit Papa, ꝙ neutris debet hoc fieri; ſed tranſmittit eum ad decreta Innoc. ubi in prima pagina ad Decentium epiſcopum miſſa inueniet quæ ſunt in conſecrationibus obſeruanda.

e ¶Chriſmatis.] Manus ſacerdotis inunguntur oleo ſimiliter inungitur & brachium ſiue humerus principis: ſed & manus & caput epī inungitur chriſmate, ut extra de ſacra unc. cum ueniſſet. in fin. 2 contrarium hic aſſignatur 16.q.1.§. ecce ſufficienter. ubi dr̄, ꝙ manus ſacerdotis ſicut manus epiſcopi conſecrantur: ſed verū eſt, ꝙ conſecrantur oleo; ſed non chriſmate 2 ut dixi. ſi autem aliquis eſt vnctus oleo pro chriſmate, uel econuerſo: nihilo minus ordinatus eſt: ſed ſuppleri debet id quod omiſſum eſt. vt extra de ſacra. non ite. paſtoralis.

f ¶Fallat.] Non ergo Papa habet omnia iura in pectore ſuo 3. unde etiam Vrbanus dicit, ꝙ non reperitur prohibitum quin uir & uxor ſimul poſſint ſuſcipere puerum, ut 30.q.4. quòd autem. & tamen anteceſſor huius Leo illud prohibuerat. de conſecra. diſtin.4. nō plures. & hoc concedo. Quòd autem dicitur quòd Papa habet omnia iura in pectore ſuo 4, vt C. de teſti. omnium. uerum eſt per interpretationem: quia omnia

1 ſe in iure determinatū, & ideo ſtatur conſuetudini, aliàs credit uerum eſſe quod ſ. prox. dictum eſt, ſcilicet ꝙ debet ſtolā habere vt diaconus, Scripſit ēt Laude ſubdiacono: ſtola quā portat in manu ſiniſtra conſuetudine reperitur, non iure.

Loci intēperies excuſat.

2 Hoc cap. non uidetur hoc ꝓbare: quoniam ibi habetur de alba ſic. 93. diſt. diaconus in conuentu. ſed Hug. & Laur. intelligunt albā id eſt, dalmaticā. ſic etiam exponitur in præcedenti cap. diaconu.

2 Vndeq̄ ſ hic dicit, chriſmate, ſol. contrarium. nam in contrario dicit ſ unctione olei ſecundum Lau.

3 Hoc non vr̄ procedere hic. nā hic non erat obliuio iuris, ſed exemplorum, ſecundum Laur.

4 Ad hoc facit l. pe. C. de his q. vt indig. quādoque tamen Papa uel Imperator errant in iure, ut l. 3. §. fin. & ibi gloſ. ff. de ſupp. leg. adde Bal. in l. præſcriptionē. col. 6. C. ſi ꝫ. ius uel vtil. publi.

omnia interpretari poteſt. nam & quandoque impedi tur minori intelligentia, vt extra de cenſi. cũ inſtãtia.

Q Vorundã.] CASVS. Vnus in presbyterũ, duo in le uitas ꝓmoueri volebãt: epiſcopus aũt cũ pateret infirmitatẽ oculorũ, manũ ſuper caput or-

& de ordinatis. & reſpondet, ut epiſcopus qui defunctus eſt, relinquatur diuino examini: ordinati uero careant ordine, quem peruersè acquiſiuerunt.

¶Caſus autem al ꝗ qui ſequuntur vſque in fi. diſt. plani ſunt. & per te facile videbis.

PALEA C. XIII.

Ex conc. Hiſpa cu. 2. c. 5. Burch. l. 1. c. 3. Iuo. par. 5. cap. 213 & par. 6. c. 102.

EX *a* epiſtola Simplicij Papæ Seuero, & Florentino epiſcopis directa. Ad cognitionem noſtri examinis, Gabrenenſis diaconi relatu, peruenit de quibuſdã ipſius eccleſiæ clericis; quorum cũ vnus ad presbyterium, duo ad leuitarum miniſterium conſecrarentur, epiſcopus eorum, oculorum dolore detentus fertur manum ſuam ſuper eos tantum poſuiſſe, & presbyter quidam illis contra eccleſiaſticum ordinem benedictionem dediſſe: qui propter tantam præſumptionis audaciam poterat accuſatus iudicio præſenti damnari, ſi adhuc in corpore poſitus, nõ fuiſſet mortis uocatione præuentus. Sed quia iam ille examini diuino relictus, humano iudicio accuſari nõ poteſt, ij, qui ſuperſunt, & ab eo non conſecrationis titulum, ſed ignominiæ potius elogiũ acceperunt, ne ſibi licentiam talis vltra uſurpatio faciat, decreuimus, ut à gradu ſacerdotalis, vel leuitici ordinis, quem peruersè adepti ſunt, depoſiti æquo iudicio abijciantur. Tales enim merito iudicati ſunt remouendi; quia prauè inuenti ſunt conſtituti.

a ¶Ex epiſtola.] *Hac palea in nullo manuſcripto exemplari eſt inuenta. Burchardus & Iuo ante hoc caput, quod incipit*, Ad cognitionem, *referunt aliud quoddã caput, quod incipit*, Relatio, *ex epiſtila Simplicij miſſa Equitio Florentio, (ſiue Florentino) & Seuero epiſcopis. Quamobrem inde poteſt huc eſſe translatus titulus. Cæterum caput hoc à Burchardo citatur ex concilio Bragga; & Iuone in quinta quidem parte, c. 213. ex Carthaginenſi; in ſexta vero, c. 102 ex Hiſpalenſi 2. c. 5 quo etiam loco extat. & ſequens caput*, Quorundam *eſt quaſi huius ſumma.*

Item quæritur, an eorum ordinatio ſit rata habenda, quibus epiſcopus oculorum languore detentus manus imponit, & presbyter ſuper eos orationem dicit.

De his ita ſtatutum eſt in concilio Toletano.

In cõc. Hiſpal. 2. c. 5.

¶Et ordinator & ordinatus damnationis ſubeat pœnam, cùm epiſcopus manum imponit, & alius orationem dicit. C. XIIII.

QVorundam clericorum, dum vnus ad presbyterium, duo ad leuitarum miniſterium ſacrarẽtur, epiſcopus oculorum dolore detentus, fertur manum ſuam ſuper eos impoſuiſſe [a] tantum, & presbyter quidam illis contra eccleſiaſticum ordinem benedictionem dediſſe. Sed quia iam ille examini diuino relictus, humano iudicio accuſari non poteſt [b]; ij, qui ſuperſunt, gradum ſacerdotij, uel leuitici ordinis, quem peruersè adepti ſunt, amittant [c].

Item ex concilio Carthagin. 4. c. 5.

Ordo Romanus pag. 91. Romanus de inſtit. cler. l. 1. c. 8.

¶Qualiter ſubdiaconus ordinetur. C. XV.

6 SVbdiaconus, cum ordinatur, quia ma-

f ¶Ex cauſa.] Ex cauſa fuit ſtatutum ne neophyti promouerentur ad epiſcopatus, vt 48. diſt. c. 1. ſcilicet ne in ſuperbia extollerentur ſed hęc cauſa ceſſauit in Ambroſio, qui catechumenus eſt electus in epiſcopum, ut 61. diſt. §. his omnibus.

a ¶Ex perſona.] Vt in Augu. qui factus eſt epiſcopus alio viuente, vt 7.q.1.non autem.& c.petiſti.
b ¶Ex loco.] Quia propter propinquitatem uel remotionem loci aliquid ſtatuitur, ut 64.diſtin.cum longe. 24.q.1.pudenda & ſ̅.diſtin.4.erit autem 1.Vel ideo dicit: quia quædam ſunt localia, q̃dã non.
c ¶Ex t͂pore.] Sicut Anglicis datum fuit propter nouitatem, vt coniũgant in quarto gradu, vt 35.quęſt. 3. quędam.
d ¶Intelligant.] Q̃d eſſe non debet. 11.q. 3.eorum.
e ¶Perquirant.] Q̃d inciuile eſt, ut ff de legi.inciuile.
f Regulę.] ¶Negotio.] Id eſt propter qualitatem negotij aliquid ſtatuitur quod eſt contra ius: ſicut in cauſa matrimonij, conſanguinei admittuntur in teſtimonium, ut 35. q. 6. conſanguineos. & pp cãm eccleſię ſtatuit, ꝙ domeſtici admittantur in teſtimonium, vt 14. q. 2. ſuper prudentia. 2.
g ¶Neceſſitate.] Lex nõ debet inſtitui niſi propter neceſſitatem vt ſupra.diſt.4.erit.

CASVS Hic ponitur 30.diſt.in qua adhuc ſoluit oppoſitionẽ quã fecerat 28. diſt. in quatuor cap.& dicit ꝙ tria prima ca.intelliguntur ex cauſa, & tempore: cauſa fuit hæreſis Manichæorum, qui coniugia deteſtabant̃. ſicut multa ſtatuit eccleſia in deteſtationẽ hæ̃ticorũ: & ad hoc inducit ca.ſequentia.de t͂pore dicet 31.diſ.

ex perſona[a], ex loco[b], ex tempore[c] cõſideranda ſunt; quorum modi, quia medullitus non indagantur; in erroris labyrinthum nonnulli intricando impinguntur, cùm ante iudicant, quàm intelligant[d]; ante inculpant, quàm iteranda lecta perquirant[e].

Hinc etiam Gregorius ait.

¶Pro diuerſitate rerum temperantur regulæ ſanctorum. C. II.

Regulæ ſanctorum Patrum pro tempore, loco, & perſona, & negotio[f], inſtante neceſſitate[g] traditæ ſunt. Anſel. l.4.c.53.

Item Hieronymus in procemio epiſtolæ ad Epheſios.

¶Pro diuerſitate locorum, temporum, & hominum, ſcripturæ intelligendæ ſunt. C. III.

Neceſſe eſt, vt iuxta diuerſitates locorum, & temporum, & hominum, quibus α ſcriptæ ſunt; diuerſas & cauſas[h], & argumẽta, & origines habeãt. Et quomodo B. Ioannes in Apocalypſi ſua ad ſeptem ſcribens eccleſias, *Apocal.1.* in vnaquaque earum ſpecialia vel vitia reprehendit, vel virtutes probat; ita & ſanctus apoſtolus Paulus per ſingulas eccleſias vulneribus[i] medetur illatis: nec ad inſtar imperiti medici vno collyrio[k] omnium oculos vult curare.

α ¶Quibus ſcriptæ.] *Antea legebatur:* quibus diuerſæ ſcripturæ factæ ſunt *Emendatum hoc eſt ex manuſcriptis, & originali quemadmodum & nonnulla alia.*

DISTINCTIO XXX.

Illud autem[l], quod in canone Apoſtolorum, et in Gangrenſi concilio, & in ſexta ſynodo legitur, ex cauſa conſideratur, & ex tempore. Cauſa fuit hæreſis Manichæorum β, quia coniugium deteſtabantur, ſicut etiam quorundam[m] ſuperſtitio multa in catholicorum deteſtationem introduxiſſe inuenitur: contra quos in Gangrenſi concilio capitibus ſexdecim ſtatutum legitur.

β ¶Manichęorum] *Propriè Gangrenſis ſynodus ſtatuit contra Euſtathianos, vt ſup.diſ. 16.c prima adnotatio. Sed hunc errorem Euſtathiani hauſerant à Manichæis.*

¶De multimoda ſuperſtitione hęreticorum, quos Gangrenſe concilium anathematizauit. C. I.

Si qui filij parentes, maxime Iuo p. 8.c. 319.

Neceſſe. CASVS. Quidam ſcripturas varias & diuerſas tantum uno modo intelligebant: quos docet Hieronymus intelligere ſcripturas ſm̃ diuerſitatem temporum, locorum, & pſ cauſarum. Et hoc probat exemplo Ioannis Euangeliſtę, qui ſcribens vij. eccleſijs, in vnaquaq; ſpecialia uitia uario modo corrigebat: nec imitatur medicos imperitos, qui uno collyrio oculos omnium infirmorum volunt curare.
h ¶Cauſas.] 32.q.8. occidit.
i ¶Vulneribus.] No. quod varietas delictorum requirit varietatem pœnarum, vt 45.diſtin.licet.50.diſtin.ut conſtitueretur.44.diſt. comeſſationes.41.diſt.non cogantur.
K ¶Collyrio.] Argum.contra illos qui tales in omnibus cõtrarijs ponunt ſolutiones: aliud ſecundum leges, aliud ſecundum canones. vel hoc nouum, illud vetus.

Illud.] Hæc diſt. diuiditur in tres partes. Scd̃a ibi,] Hæc autem.] Tertia ibi,] Si qs p̃sbyter.] In prima ponunt̃ quędã cap. ꝙ Manichæos.

l ¶Illud autem.] Dictum fuit ſupra. 28.diſtinct.cap, ſi quis docuerit. & cap.ſequen.quòd ſacerdotes non debent a ſe abijcere uxorès ſuas prætextu religionis: hic dicit, quod ex cauſa fuit hoc ſtatutum, ſcilicet propter quoſdam hæreticos, qui coniugia deteſtabantur.
m ¶Quorundam.] Scilicet hæreticorum.
Si qui filij.] CASVS. Quidam filij occaſione illius verbi

1 Ad idem 93.diſt.iuxta.

2 Dicit Io. de Fan. Quod dicit Ioã. nõ eſt verum: immo de iure cõmuni eſt vt domeſtici admittantur. C de repu. l. ex cõſenſu. extra de teſt. inſup. nã edictũ de teſtibus eſt prohibitoriũ ut quilibet admittatur q̃ nõ phibetur. ff. de teſt.l. 1. Et de hac materia not. 3.q.5. in ſum. & c.1. Archi.

verbi Euangelij, Qui non reliquerit patrem & matrē propter me, non eſt me dignus: debitum honorem parentibus denegabant, & alimenta eis ſubtrahebāt, putantes hoc religioni conuenire. Dicitur hic ꝙ tales debent anathematizari. Plana ſunt cap. vſque ad ca. ſi q̃s eorū.

a ¶Fideles.] Fidelibus & infidelibus parētibus tenentur ſubuenire: magis tamen fidelibus. 86. diſt. non ſatis. Sed pone ꝙ habes patrem hæreticum: nunquid præferes ipſum extraneo bono? P. manducator dixit hanc quæſtionē eſſe nebulam, & tenebroſam aquam in nubibus aeris. Sed dicas ꝙ patrem, qualiſcumque ſit, debemus præponere extraneo, etiam ſancto, in his quæ ſpectant ad opus miſericordię in prouidendo ei in neceſſarijs: niſi alter magis indigeat: quia tunc potius tenemur extraneo ſubuenire, vt 86. diſt. paſce. Ambroſius tamen uidetur cōtradicere huic opinioni in cāticis in illo loco: Ordinauit in me charitatem. ait enim, Multorum eſt charitas inordinata: quidam enim id, quod eſt primum, ponunt tertiū vel quartū. Sed primo diligendus eſt Deus 1: ſecundo parentes: deinde filij, poſtea domeſtici: qui ſi boni ſunt, malis filijs ſunt præponendi. de pę. diſt. 2. charitas. ſed illa auctoritas intelligenda eſt de affectu interiori, non de bñficiorū exhibitione: nā magis debemus diligere extraneos bonos q̃ propinquos malos, licet illis potius debeamus ſubuenire. 23. q. 2. non æſtimemus.

b ¶Dei cultus] Quod quidam hæretici fecerunt ratione illius auctoritatis, Qui reliquerit patrem & matrem propter me, centuplum accipiet. 28. q. 1. in princip.

c Qvæcunque.] Infra, de conſe. diſt. 5. ſu care. 33. q. 5. mulier. Ioan. 2.

d SI qua mulier.] Diſcedere.] ſine eius conſenſu.

Pr. malus an ſi extraneo bono præferendus.

1 Dicit beatus Bernar. in li. de diligēdo Deū, cā diligēdi Deū Deus eſt: modus, ſine mō diligere. ob duplicem cām Deum ꝑꝑ ſe diligendū dixerūt: ſiue q̃a iuſtius, ſiuę quia nil diligi fructuoſius poteſt. Arch.

2 Sed in multis locis moniales tondentur, vt Rhegij & Mutinæ & amputant ſibi comas: forte & male faciunt. ar. 20. q. 3. c. 3. vbi etiā dicam. Arch.

fideles a, deſeruerint occaſione Dei cultus b, hoc iuſtum eſſe iudicantes; & non potius debitum honorem parentibus reddiderint, ut hoc ipſum α in eis venerentur quod fideles ſunt, anathema ſint †. († al. ſit)

¶ *In aliquot uetuſtis exemplaribus hæc omnia, quæ hic citantur ex concilio Gangrenſi, unico capite, & coniuncta oratione leguntur. Sunt autem ex priſca uerſione. Sed ea, quæ eſt Dionyſij exigui, longe magis reſpondet originali Græco, quamuis neque ipſa vſquequaque.*

α ¶Vt hoc ipſum.] *Græce eſt.* Προτιμωμένης δηλονότι παρ᾽ αὐτοῖς τῆς θεοσεβείας. *i.* Quòd ſcilicet diuinus cultus apud ipſos omnibus rebus præfertur.

Item ex eodem c. 17.

¶De eodem. C. II.

Burch. l. 8. c. 62. Iuo par. 7. c. 80 & par. 8. c. 320.

† Hunc textum dixit Brixien. in ſuo dictiona. in verſi. mulier, eſſe ſin. ad hoc quod narrat.

QVæcumque c mulier, religioni β iudicans conuenire comam ſibi amputauerit, quam Deus ad velamē eius γ, & ad memoriam ſubiectionis illi dedit, tāquam reſoluens ius ſubiectionis, anathema ſit †. *

β ¶Religioni.] Græce eſt. Διὰ νομιζομένην ἄσκησιν; *id eſt*; Ob eam, quæ exiſtimatur pietatis exercitatio: *quod Dionyſius vertit*, propter diuinum cultum, vt extimat. *Græci enim religioſorum, quos nos dicimus, uitam propriè* ἄσκησιν *nominabant. Burchardus, & Iuo in parte. 7. ſecuti ſunt verſionem Dionyſii, in octaua autem Iuo. priſcam.*

γ ¶Ad velamen eius.] *Hæc non ſunt in Græco originali, neque in verſione Dionyſii: Videntur autem ſumpta ex epiſt. prima ad Corinthios, c. xi.*

Item ex eodem, c. 14.

¶De eodem. C. III.

Iuo par. 8. cap. 229. & 317.

SI qua mulier derelicto viro diſcedere d voluerit ſoluto vinculo coniugali, nuptias condemnando †, anathema ſit. († al. contemnendo)

Item ex eodem, c. 10.

¶De eodem. C. IIII.

Repetit̃ 7. diſt. 31. c. quicumq. ex verſione Diony.

SI quis propter Deum virginitatem profeſſus, in coniugio poſitos per arrogantiam vituperauerit, anathema ſit.

Item ex eodem, c. 9.

¶De eodem. C. V.

Burch. l. 8. c. 64. Iuo par. 7. c. 82. & par. 8. c. 316. & hoc ſecūdo loco ex hac eadem verſione. Burch. l. 8. c. 61. Iuo par. 7. c. 79.

SI qui vel virginitatem, vel continentiam profeſſus δ, tamquam abominabiles nuptias iudicat; & non propter hoc ſolum, quòd continentiæ, & virginitatis bonū, ſanctum propoſitum eſt, anathema ſit.

δ ¶Profeſſus.] *Hic erat additum,* in coniugio: *quod neque eſt in canone Græco, neque etiam in Latino, qui citatur infra diſtin. 31. c. quicunque. neque in multis manuſcriptis Gratiani codicibus.*

Item ex eodem, c. 13.

* Sozomen. ubi agit de Euſtachio Sebasteno Epō haeresiarcha, aduersus cuius deliria sacrae Synodus intorsit tela, haec inter alia ratio lib. 3. c. 13. Mulieres, inquit, non paucas adduxit in fraudem, primum viros deseruerunt: nonnullas pietatis simulatione caput totondere, et comam quam sexum muliebrem decere, virilem habitum induere. His de causis [illegible] quidem manifestum est, Sanctam Synodum non in sacratas Deo quasdam Virgines, sed in haereticas mulieres viros relinquentes anathematis sententiam tulisse. Baron. Not. Martyrol. ad diem 20 Septembris.

a SI qua mulier ſuo propoſito.] quia magis eſt habilis, & magis parata in ſciſſa veſte, q̃ in clauſa ad meretricandum.

b SI quis. Contemptum.] quia ſi non facit in contemptum illius diei, etiã omni die bonum eſt ei ſi ieiunat, vt 76. diſtin. vtinam.

SI quis eorum.] CASVS. Beneuẽtanus ſic ponit caſũ. Quidã dum ieiunaſſet, cœpit eum fames affligere: ille propter famem ſuperbiens dicebat non eſſe ieiunã dum, & ſufficere ſolã conſcientiam pro facto. de iſto dr̃ ꝙ dẽt anathematizari. Ego Barth. Brixi. aliter caſum intelligo, ſic ponens. Quidam dum permaneret in propoſito abſtinentiæ, id eſt, continentiæ: propter neceſſitatem corporalem, id eſt, abſtinentiam, per quam multa neceſſaria corpori ſubtrahuntur, ſuperiebat, omnia ieiunia parui pendens, cum plus alijs ieiunaret: perfectam conſtitutionem eccleſiæ iudicans in ſua conſciẽtia, dicit ꝙ talis anathema ſit. Seq. ca. vſq. ad cap. ſi quis virorũ patent.

c ¶Neceſſitatem.] Id eſt, continentiam.

d SI quis.] ¶ Baſilicas.] Niſi cum fiunt per inanes reuelationes, ut de conſecra. diſt. 1. placuit.

a ¶Si quis

De eodem. C. VI.

SI qua mulier ſuo propoſito [a] vtile iudicans, ut virili veſte vtatur; propter hoc virilem habitum imitetur α anathema ſit. Burc. l. 8. c. 60. Iuo par. 7. c. 78

α ¶Imitetur.] *Græcè legitur* Καὶ ἀντὶ τοῦ εἰωθότος γυναικείου ἀμφιάσματος, ἀνδρεῖον ἀναλάβοι *quæ Dionyſius exiguus aptè vertit,* & pro ſolito muliebri amictu virilem ſumit: *ſicque habet Burchardus, & ferè etiam Iuo.*

Item ex eodem c. 18.

¶De eodem. C. VII.

SI quis tanquam hoc continentiæ conuenire iudicans, die Dominico ieiunauerit in eiuſdem β diei contemptum [b], anathema ſit. Burch. l. 13. c. 19. Iuo par. 4. c. 51.

β ¶In eiuſdem.] *In originali huius priſcæ verſionis eſt,* aut in eiuſdem diei contemptum: *quod in verſione Dionyſii, quam attulerunt Burchardus, & Iuo, iſtis vocibus videtur exprimi,* aut contumaciam, *al.* propter contumaciam. *Sed in Græco vulgato nihil eſt, quod iſtis reſpondeat.*

Item ex eodem, c. 19.

¶De eodem. C. VIII.

SI quis eorum, qui in propoſito ſunt continentiæ, propter neceſſitatem γ [c] corporalem ſuperbiat, & ieiunia communia putauerit contemnenda, totius eccleſiæ perfectam in ſua conſcientia iudicans rationem, anathema ſit. Burc. l. 13. c. 5. Iuo par. 4. c. 38.

γ ¶Propter neceſſitatem.] *Nihil mutatum eſt ob gloſſas: cæterum multis modis diſcrepat à priſca verſione, & à Dionyſiana, quam ſecuti ſunt Burchardus & Iuo. Priſca ſic habet:* Si quis eorum, qui in propoſito ſunt continentiæ, præter neceſſitatẽ corporalem, & ſuperbiens ieiunia communia totius eccleſiæ putauerit contemnenda. perfectã in ſua ſcientia vindicans rõnem, anathema ſit. *Dionyſiana autem hoc modo:* Si quis eorũ, qui continentiæ ſtudent, abſque neceſſitate corporea, tradita in commune ieiunia, & ab eccleſia cuſtodita, ſuperbiendo diſſoluit, ſtimulo ſuæ cogitationis impulſus, anathema ſit. *Quæ verſio in cæteris quidem partibus originali Græco, etiã vulgato, ſatis reſpondet: ſed in poſtrema inſignis eſt varietas. Nam vbi Dionyſius habet,* ſtimulo ſuæ cognitionis impulſus, *in Græco vulgato eſt,* ἀποκυροῦντος ἐν αὐτῷ τελείου λογισμοῦ, i. nimirũ perfecta, quæ in ipſo eſt, ratiocinatione, illa abrogãte *In manuſcriptis autem huius canonis exemplarib. partim eſt,* ὑποικουροῦντος. *id eſt* perfecta in *eo reſidente ratione, partim,* ἐπικουροῦντος. *ideſt* perfecta, quæ in ipſo eſt, ratione ſibi auxiliũ ferẽte. *Notantur verò Euſtathiani (quos poſtea Bogomilici ſectati ſunt) qui ita ſtatuebant, peracto certo quodã ieiunio, ad eam ſe perfectæ vitæ rationem perueniſſe, vt poſtea omnia ſibi eſſent indifferentia, nulliſq. præceptis obligarentur, ſed ſoluti omnino eſſent, ac ne peccare quidẽ poſſent: qua de re Balſamon in capitis huius interpretatione.*

Item ex eodem, c. 20.

¶De eodem. C. IX.

SI quis per ſuperbiam tanquam perfectum ſe exiſtimans, conuentus, qui per loca, & baſilicas [d] ſanctorum martyrum fiunt, uel accuſauerit, uel etiã oblationes, quæ ibidem celebrantur, ſpernendas eſſe crediderit, memoriaſque ſanctorum contemnendas, anathema ſit. Pann. l. 2. c. 8.

Item ex eodem, c. 5.

¶De eodem. C. X.

Burch.l.3.c.94 Iuo p.3. c.84. SI quis docet domum Dei contemptibilem eſſe debere, & congregationes quæ in ea fiunt, anathema ſit.

Item ex eodem, c.6.

¶De eodem. C. XI.

Burc.l.3.c.95. SI quis extra[a] eccleſiam priuatim populos congregans, contemnat eccleſiaſticas ſanctiones α; i, ſamque eccleſiam apud ſe ſine concilio † epiſcopi cum presbytero agat, anathema ſit.

† *al. conſilio*

α ¶Sanctiones.] *Poſt hoc verbum in priſca verſione iſta ſunt interiecta*, aliterque ea, quæ ſunt eccleſiæ, voluerit vſurpare, non conueniente presbytero iuxta decretum epiſcopi, ipſamque, *& cætera, quæ hic ſequuntur. Dionyſii autem verſio, quæ optimè reſpondet verbis Græcis, & refertur à Burchardo, hæc eſt.* Si quis extra eccleſiam ſeorſum conuentus celebrat, & deſpiciens eccleſiam, ea, quæ ſunt eccleſiæ, voluerit vſurpare, non conueniente presbytero, iuxta decretum epiſcopi, anathema ſit.

Item ex eodem, c.1.

¶De eodem. C. XII.

Infra 31.diſt.c. ſi qs nuptias. ex verſione Dionyſij. Burch.l.8.c.61 Iuo p.7. c.79. SI quis nuptias in accuſationem duxerit; & mulierem fidelem, ac religioſam cum viro ſuo dormientem, abominandam crediderit, aut etiam accuſandam, tanquam non poſſe coniugatos in regnum Dei ingredi, anathema ſit.

Item ex eodem, c.2.

¶De eodem. C. XIII.

Iuo p.4.c.30. SI quis carnem manducantem ex fide[b] cũ religione, pręter ſanguinem, & idolo immolatum † [c], & ſuffocatum, crediderit condemnandum, tanquam ſpem non habentem, qui eam manducat, anathema ſit.

† *al. immolatam, & ſuffocatam.*

Item ex eodem, c.15.

¶De eodem. C. XIIII.

Iuo p.8. c.318. SI quis dereliquerit proprios filios[d] ſuos, & nõ eos alue rit, & (quod pietatis eſt β) neceſſaria nõ præbuerit, ſed ſub occaſione continentiæ negligendos putauerit, anathema ſit.

β ¶Quod pietatis eſt.] *Longè fidelius Dionyſius:* & quod ad ſe pertinet, nõ ad pietatem diuini cultus informat *Græcè.n.eſt:* *καὶ τὸ ἴσον ἐπ' αὐτῷ † πρὸς θεοσέβειαν τὴν προσήκουσαν ἀνάγῃ. Subintelligitur autem particula negans, id eſt, μὴ, ex ſuperiore membro.*

† *al. ἑαυτῷ*

Item ex eodem, c.12.

¶De eodem. C. XV.

Burch.l.8.c.63 Iuo p.7.c.81. SI quis virorum putauerit ſancto propoſito (id eſt continentiæ) conuenire, ut pallio vtatur, tanquam ex eo iuſtitiam habiturus; & reprehendat vel iudicet alios, qui cũ reuerentia birris vtuntur, & alia veſte [e] communi, quæ in uſu eſt, anathema ſit.

† *al. beris*

Item ex eodem, c. vltimo.

¶De eodem. C. XVI.

2 Iuo p.8.c.321 HAec autem ſcripſimus non abſcindentes eos, qui

a SI quis extra.] Et domus in qua hæc fiunt, publicanda eſt, vt in auth. de eccl. tit. §. ſi quis in ſua domo. collat. 9. Ioan.

b SI quis.] ¶Ex fide.] Id eſt, ex bona conſcientia. extra de præſcrip. quoniam omne.

c ¶Immolatũ.] Idolothytis nõ debemus veſci, vt hic. & 5. diſt. presbyteros & 32. q. 4. ſicut ſatius. Sed cõtrarium videtur illud Apoſtoli ad Corinth. Si quis infideliũ vocat vos ad cœnã. omne quod vobis apponitur manducate nihil interrogantes. 1. Sed illud, loquitur ſecundum ſua tẽpa, cũ adhuc pauci erant fideles. Quod aũt dicit de ſanguine & de carne ſuffocata, hodie non tenet: quia tantum in figura fuit iſtud prohibitum.

1 Vt 11.q.3. ad mẽſam. & 1.q.4. §. notãdum. Archid.

ADDITIO. 12. q.2. gloria epi. Archidiac.

d SI quis. ¶Filios.] Nam ex iuramento nõ poſſumus adſtringi ad illud, vt 22. q.4. inter. de hoc habuiſti ſupra diſt.1. ius naturale.

SI quis virorum.] CASVS. Quidam in quadam pretioſa veſte iuſtitiam ponebat quaſi propoſito continentiæ conueniret reprehẽdens eos, qui alia veſte vtebantur, dicitur quòd talis anathema ſit.

e ¶Veſte.] Sufficit ergo ꝙ quis veſte vtatur ſm̃ conſuetudinem regionis: & ſic tranſmontani nõ coguntur vti affibulatis veſtibus, vt Italici, nõ obſtante noua conſtitutione, extra de vi. & honeſta. cle. clerici. quia lex debet conuenire conſuetudini, vt ſupra, diſtinc.4. erit.

Conſuetudinẽ in vſu veſtiũ debemus obſeruare.

HÆc autem ſcripſimus.] Hęc eſt ſcd̃a pars diſt. in qua concilium interpretatur prædicta. Archi. CASVS. Dicitur in hoc ca. ꝙ ea quæ ſtatuta ſunt ĩ ſuperioribus

bus cap. non ſunt ſtatuta, niſi contra eos, qui religionis habitum & propoſitum continentiæ aſſumentes in ſuperbiam efferuntur contra eos, qui ſimpliciter viuunt, facientes noua ſtatuta contra diuinas ſcripturas, & eccleſiaſticos canones: illi vero commendantur, qui continentiam ſeruant, & proprijs abrenunciant cum humilitate: & qui diuitias poſſident cum iuſtitia, & bonis operibus.

a ¶Et noua.] ff. de conſtitu. princ. in rebus.

Diuites aliqui boni ſunt.

b ¶Diuites.] Hoc verum eſt de talibus, qui faciunt miſericordiam non habentibus, vt 33. quæſt. 5. ſecundum. nam & Dominus habuit pecuniam, vt 12. quæſt. 1. exemplum, aliàs abiicienda eſt pecunia exemplo Cratis, vt 12. quæſt. 2. gloria epiſcopi §. Crates. nam aliena rapere conuincitur qui ultra neceſſaria ſibi retinet, vt 42. diſtinc. §. 1. lo.

Rapere aliena dr̃ qui vltra neceſſitatem ſibi retinet.

b ¶Diuites:] Non eſt contra illud, facilius eſt camelum per foramen acus tranſire: quia illud de talibus intelligitur, qui in diuitijs ſpem ponentes, gratius intuentur aurum quàm ſolem, de quibus habetur 47. diſtinct. ſicut hi. 1.

1 Et dicit Hierony. Diuitias habuiſti, re quæ rem perdidiſti. Dum uigilia augmẽtũ diuitiarũ cogitas. Dũ dormis latronẽ ſõnias. In die ſollicitus, in nocte pauidus, & ſic ſemper medicus. Archid.

SI quis presbyter.] CASVS. Hoc cap. diuiditur in tres partes. In prima parte dicitur quod ſi quis presbyter accepta publica pœnitentia in die Dominica ieiunauerit ea intentione qua Manichæi ieiunabant, anathema ſit. In ſecunda parte, quæ incipit ibi, [Similiter.] dicitur, quod in diebus Dominicis & inter Paſcha & Pentecoſten non debemus flectere genua; ſed vultu erecto orare ad Dominum. In tertia parte quæ incipit ibi, [Si quis etiã.] dicitur: [Si quis non comedit carnes vel olera, in quibus carnes coquuntur, propter execrationem eſcarum, compelli debet deguſtare, & ſi noluerit tanquam hæreticus deponatur.

c SI quis.] Propter publicam.] Quam facere poteſt ſacerdos, ſed non ſolennem, vt dixi ſupra 2 a. diſtinct. presbyter.

d ¶Proſternant.] Vt de conſecr. diſtinct. 3. quoniam ſunt.

e ¶Prægustet.] Ecce ꝙ ſuſpectus cogitur comedere ſiue guſtare. Sed nunquid idem eſt ſi aliquis eſt ſuſpectus eo ꝙ non cõicat in anno a. nunquid cogẽdus eſt cõicare? Non: quia illa non recipitur ſine peccato, ſi recipiens eſt peccator, ſed ad hoc poteſt cogi vt faciat ſe dignum, i. vt pœniteat. de conſecr. diſt. 2. ſi qui intrat. ea. diſt. hi qui. ſecundum Hu. cuius fuit iſta glo.

a Vt de cõſ. diſt. 2. ſæculares. cum duobus c. ſeq. ſm̃ Hu. & c. & ſi nõ.

eccleſia Dei ſecundum ſcripturas ſanctum propoſitũ continentiæ eligunt. ſed eos, qui ſuſcipiũt habitum α eius, & in ſuperbiam efferuntur aduerſus eos, qui ſimplicius viuunt. Sed & hos condemnamus, qui ſe extollunt aduerſus ſcripturas, & eccleſiaſticos canones, & noua[a] introducũt præcepta. Nos autem & virginitatem cum humilitate admiramur, & cõtinentiam cum caſtitate & religione Deo acceptiſſimam dicimus, & renunciationem ſæcularium negotiorum, atq; actuum cum humilitate approbãdo laudamus; & nuptiarum vinculum β, quod ſecundum caſtitatem† perdurat, honoramus: & diuites[b] cum iuſtitia, & operibus bonis non abijcimus γ.

† caſtitatem ſecum] orig. & Iuo.

α ¶Eos, qui ſuſcipiunt habitum.] *Gracè eſt:* τοὺς λαμβάνοντας τὴν ὑπόθεσιν τῆς ἀσκήσεως εἰς ὑπερηφάνειαν κατὰ τῶν ἀφελέστερον βιούντων ἐπαιρομένους τε ϗ παρὰ τὰς γραφὰς, καὶ τοὺς ἐκκλησιαστικοὺς κανόνας καινισμοὺς εἰσάγοντας: i. qui ex inſtituto exercitationis huiuſmodi, capiunt occaſionem ſeſe efferendi: ſeque extollunt aduerſus eos, qui ſimplicius viuunt, & aduerſus ſcripturas, & eccleſiaſticos canones introducunt nouitates.

β ¶Et nuptiarum vinculum.] *Gracè;* καὶ γάμου συνοίκησιν σεμνὴν, *quæ Dionyſius vertit:* & nuptiarum vinculum.

γ ¶Non abijcimus.] *Poſt hæc verba in concilio ipſo proximè ſequuntur quæ habentur infra c. parſimoniam, diſt. 41.*

Item ex concilio Martini Papæ.

Apud Martinũ Bracarenſem, cap. 57.

¶Anathematizatur, qui Manichæorum ſuperſtitiones ſequitur. C. XVII.

SI quis presbyter α propter publicam[c] pœnitentiam à ſacerdote acceptam, abſque aliqua neceſſitate die Dominica pro quadã religione ieiunauerit, ſicut Manichæi, anathema ſit. Similiter quia β, quod ab Apoſtolis traditũ eſt, canon tenet antiquus; placuit, ut per omnes Dominicas, & per omnes dies Paſchæ vſq; ad Pentecoſten†, non proſternant γ[d] ſe in oratione cauſa† humilitatis: ſed recto vultu ad Dominũ fungantur orationis officio: quia in his diebus gaudium reſurrectionis Domini celebramus. Si quis etiam δ non pro abſtinẽtia, ſed pro execratione eſcarum à carne abſtineat; placuit ſancto concilio vt prægustet[e]; & ſic, ſi vult abſtinere, abſtineat. Si autem ſpernit, ita vt olera cocta cum carnibus non deguſtet, iſte nõ obediens, nec ſuſpicionem hæreſis à ſe remouens, deponatur de ordine clericatus.

Burc. l. 13. c. 20. Iuo p. 4. c. 52.

†al. quinquageſimam

†abeſt vox iſta ab orig.

Ibid. c. 58.

α ¶Presbyter.] *Sequebatur,* vel diaconus *quæ ſublata ſunt, quoniam abſunt à plerisq; manuſcriptis, & originali. Cæterum Burchardus, & Iuo ſimilem canonem citant ex concilio Turon. atq; ita habent:* Si quis propter publicam pœnitentiã à ſacer

Tem-

TEmpus quoque.] Hęc diſt. diuiditur in ſex partes. In prima corrigitur ſententia Pelagij per Greg. vt in c. ſeq. Secunda ibi, [Cauſa vero.] Tertia ibi, [Poteſt & aliter.] Quarta ibi, [Sed obijcit.] Quinta ibi, [Aliter.] Sexta ibi, [Similiter.] Ioan. de Fan.

CASVS. In hac ... diſtinct. dicit ... [illegible] quæ fuerunt ... [illegible] re: quia cond ... [illegible] bu ... & hęc ... [illegible] cauſa, ſcilicet quod propter ... [illegible] ... hęreant à ſua ... quin ... [illegible]

dote acceptam, aut pro aliqua neceſſitate. *In aliquot Gratiani manuſcriptis eſt: ſi quis præter publicam pœnitentiam, à ſacerdote acceptam, abſque aliqua neceſſitate, &c. quæ optima videtur lectio. Nam in capite 18. concilij Gangrenſis, vnde hæc videtur Martinus ſumpſiſſe, nulla presbyteri fit mentio, ſed vniuerſe pronunciatur vt ſupra ead. c. ſi quis tanquam.* Si quis ob pietatis, quemadmodum putatur, excitationem, die Dominico ieiunet, anathema ſit, abſque aliqua neceſſitate, *videntur huc importata ex capitu. 19 eiuſdem concilij. Neque vero presbyteris huiuſmodi pœnitentia more laicorum imponebatur. c. illud. cum ſequentibus. diſt. 50. & c. fin. verſi. nec enim. 82. diſt. Sed quando in grauiſſima crimina publice incurrebant: depoſiti peregrinari iubebantur. c. ſi quis ſacerdos. 30. q. 1. c. ſacerdos. de pœn. diſt. 6.*

β ¶Similiter quia.] *Hoc ſumptum eſt ex canone vltimo concilij Niceni.*

γ ¶Non proſternant. *In codice Lucenſi Regio legitur:* non proſtrati, ſed erecto vultu ad dominum fungantur orationis officio.

δ ¶Si quis etiam] *Hoc ſumptum eſt ex concilio Ancyrano, c. 13. al. 14. & in eo mentio ſit presbyteri, ac diaconi.*

DISTINCTIO XXXI.

1 β. *TEmpus* a *quoque, quia nondum* α *erat inſtitutum, vt ſacerdotes continentiam ſeruarent.*

α ¶Nondum.] *Quod ait hic Gratianus, fuiſſe tempus, quo nondum erat inſtitutum, vt ſacerdotes continentiam ſeruarent, in ſubdiaconis (Nam & hi ſacerdotum nomine interdum comprehenduntur, valetque idem ſacerdotis nomen atque in ſacris conſtitutus, vt infra ad initium diſtinctionis 33. notaturque in gloſſa 1. quæſt. 1. qui per pecuniam) locum habere poteſt. Fuit enim tempus, cum ſubdiaconi in aliquibus prouincijs, vt in Sicilia, continentia legibus non adſtringebantur: quod Gregorij locus, qui ſolus ad hanc rem confirmandam proxime à Gratiano citabitur, manifeſte probat. Diaconis autem & presbyteris in Latina eccleſia nunquam licuiſſe vxoribus, quas ante ſacros ordines duxerant, vti, ex canonibus, qui poſt primum in hac eadem diſtinctione citatur, & alijs multis, præſertim epiſtola ſecunda Syricij ad Himerium Tarraconenſem clare demonſtratur.*

Vnde Gregorius ſcribit Petro ſubdiacono Siciliæ, libr. 1. epiſtola 42.

¶Qui caſtitatem non promiſit, ab uxore ſua ſeparari non cogatur. C. I.

Pann. l. 3. c. 89. Poly. l. 4. tit. 31.

ANte triennium ſubdiaconi omnium eccleſiarum Siciliæ prohibiti fuerant, ut more Romanæ eccleſiæ nullatenus ſuis vxoribus miſcerentur. Quod mihi du-

... nunc ... [illegible]

a ¶Tempus] ... 31. diſtinct. oſtendit, quod à tempore Greg. ſtatutum fuit ut ſubdiaconi non ordinarentur niſi promiſſa continentia 1. Secundo agit de cauſa continentiæ presbyterorum & diaconorum 2. Tertio dicit, quod licet ordinati in ſacris ordinibus vxoribus non debeant cõmiſceri, tamen neceſſaria prouidebunt eis 3. Vltimo aſſignat differentiam inter orientales & occidentales.

ANte triennium.] Caſus illius cap. ex quadam conſtitutione Pelagij pendet: vnde ſcire debes, quod vna conſtitutio facta fuit ab Apoſtolis de continentia clericorum, ut 84. diſtinct. cum in pręterito. Idẽ fuit poſtea à Syricio repetitum in 82. diſtinct. plurimos. Tertia fuit facta auctoritate Pelagij, quæ habetur 27. quæſtio. 2. multorum. de qua fit hic mentio. Eſt ergo caſus huius cap. Pelagius fecit quandã conſtitutionem per quendam diaconum nomine Seruũ Dei, vt omnes ſubdiaconi Siciliæ à ſuis uxoribus abſtinerent, quas in minoribus ordinibus duxerant, aut ab officio ceſſarent: quam conſtitutionem, quia dura fuit & iniqua, ut ſubdiaconi compellerentur ad continẽtiam. Grego. primus qui ſucceſſit Pelagio, retractauit, & ſtatuit ut nullus de cętero fiat diaconus, niſi continẽtiã promittat: ita tamen, vt mala præterita, id eſt, continentia, quæ ſolet eſſe iuuenibus mala, id eſt, pęnalis: uel mala ſi non ſeruetur, per

1 Vt ĩ. ead. cap. 1.

2 Vt ĩ. ead. §. cauſa. vſque ad §. quod autem.

3 Hoc facit ad pdictũ §. qd autẽ. vſque ad c. Nicęna. Archidia.

per uiolentiam non exigatur: & hoc in prima parte. In ſecunda parte, quę incipit ibi, [Qui vero.] commendat illos, qui cōſtitutionem illam, quę facta fuit ante triēnium ſeruauerunt: & hortatur eos vt debeant in ſuo propoſito permanere. Illi vero q̃ noluerint a ſuis vxoribus abſtinere, promoueri non debent: q̃a nullus debet promoueri, niſi eius caſtitas fuerit approbata. Vel ſic: Olim promouebantur ſubdiaconi non promiſſa continentia: & licitè vtebantur uxoribus & beneficijs: Poſtea Pelagius prædeceſſor Gregorij ſtatuit, ut vel contenti eſſent vxoribus tantum, vel beneficijs tantum: de qua cōſtitutione Grego. facit mentionem 27.q.2.multorum. Poſtea idem Pela. aliam edidit conſtitutionē, in qua præciſe prohibuit, ut ſubdiaconi nullo modo commiſceri debeant amodo uxoribus ſuis: & illam cōſtitutionem quidam ſubdiaconi ſeruabant, quidam non: ſed quia illa conſtitutio fuit iniqua, ſcilicet ꝙ aliquis, qui non promiſit continentiam, cogeretur continere: ideo retractatur hic à Grego. & ſtatuitur, ꝙ ſi qui ſubdiaconi non ſunt, nō cogantur continere, niſi uelint. ſi qui autem in futurum ſunt ordinandi, non admittātur niſi promittant continentiam.

CAVSA VERO. Hæc eſt ſecunda pars diſt. in qua dicitur, ꝙ cauſa huius conſtitutionis fuit munditia ſacerdotalis. & hoc probat per vj.c. Io. de Fan.

CASVS. Dicit Gratianus, ꝙ propter munditiam ſacerdotalem inducta fuit continentia in eccleſia. quia cū ſacerdotes ſemper debeant orare, ſemper debent ab vxoribus abſtinere. Et hoc probatur auctoritate Apoſtoli per ſeq. cap. quorum prima duo patent.

rum[a], atque incompetens videtur, vt qui vſum eiuſdem continentiæ non inuenit[b], neque caſtitatem ante promiſit, compellatur à ſua vxore ſeparari, atque per hoc (quod abſit) deterius cadat. Vnde videtur mihi, vt à præſenti die epiſcopis omnibus dicatur, vt nullum ſubdiaconum facere præſumant, niſi qui ſe victum caſtè promiſerit[c], quatenus & præterita mala a[d], quæ per propoſitum mentis appetita nō ſunt, violenter non exigantur, & futura cautè caueantur. ¶ Qui vero poſt eandem prohibitionem, quæ ante triennium facta eſt, continenter cum ſuis vxoribus vixerunt, laudandi, atque remunerandi ſunt, & vt in bono ſuo † permaneāt, exhortandi. ¶ Eos autem, qui poſt prohibitionem factam ſe à ſuis vxoribus cōtinere noluerint, ad ſacrum ordinem nolumus promoueri: quia nullus debet ad miniſterium altaris accedere, niſi cuius caſtitas ante ſuſceptum miniſterium fuerit approbata.

[margin: ī. diſt. 28. c. nullum.] [margin: † ſic] o rig.]

[margin: pœnam, & ad onus. 28. diſt. de his. & accipitur hoc nomen mala ꝓ pœna: & eſt sēſus à ſubdiaconis vxorē habentibus ſine voto ꝑ uiolentiā non exigaẽ continētia, ſed ab ordinandis de cætero, quam ſi promittere noluerint, repellātur. Io. de Fan.]

a ¶ Mala.] *Vox iſta abeſt à Polycarpo, & aliquot vetuſtis Gratiani codicibus.*

2 *Cauſa vero huius inſtitutionis munditia ſacerdotalis fuit, vt libere cunctis diebus orationi poſſint vacare. Si enim (vt Paulus ait) ab vxoribus eſt ceſſandum, vt expeditius orationi uacemus; miniſtris vtique altaris, quibus quotidiana neceſſitas orandi incumbit, nunquam coniugali officio vacare permittitur.* 1. Cor. 7.

Vnde Beda in commentarijs ſuper Lucam ad c. 1. ait.

¶ Sacerdotibus ſemper caſtitas obſeruanda præcipitur. C. II.

SAcerdotibus[e], ut ſemper [f] altari queant aſſiſtere, ſemper ab uxoribus continendum, ſemper caſtitas obſeruanda præcipitur. Pann. l. 3. c. 92.

Item in concilio Carthaginenſi 2. c. 2.

¶ Qui diuinis ſacramentis inſeruiunt, continentes eſſe oportet. C. III.

EPiſcopos[g], presbyteros, & diaconos ita placuit (ut decet ſacros antiſtites, ac Dei ſacerdotes, nec non & leuitas, uel qui [h] ſacramentis diuinis inſeruiunt) continentes eſſe in omnibus. ī. diſ. 84. c. cum in præteritio, Pann. l. 3. c. 95. Raba. pęn. c. 29

Item Innocentius I. Victricio Rothom. epiſcopo, epiſt. 2. cap. 9.

a ¶ Durum.] Statutū Pelagij fuit contra Euangelium, in quo excipitur ſola fornicatio 1. 33. q. 2. quos Deus. & ideo reꝓbatum fuit. Sed quare reprobatur illa conſtitutio Pelagij, in qua ſtatuit, ut aut beneficia, aut uxores dimittant: cum idem ſtatuerit Alexander extra de cler. coniug. cap. 1. Sed dic, cum aliquis in minoribus ordinibus exiſtens poſtea ɀhit, poteſt priuari beneficio prius habito. & de illis loquiẽ Alex. Cum uero aliquis primo contrahit, & poſtea eccleſia ſcienter ei confert beneficium, poſtea non pōt illud ei auferre: & de illis loquiẽ Pelagius. & ideo cōſtitutio eius fuit iniqua. ſimile ext. de cle. cōiug. diuerſis.

[margin: a Vt 32. q. 1. dixit.]

b ¶ Non inuenit.] Id eſt, non ſuſcepit.

c ¶ Promiſerit.] Hoc intelligo ſi hēat licentiā vxoris.

d ¶ Mala.] Id eſt, continentia, quę iuuenibus eſt mala. 33. q. 2. in adoleſcentia a.

[margin: a Sub, & ad]

e SAcerdotibus.] Idem eſt de alijs clericis. Lau.

f ¶ Semper.] Id eſt, horis debitis. ſic ī. eod. ſi laicus. 22. diſt. ſacroſan & intra 37. diſt. in. de quibuſdam. 36. diſt. cap. vlt. Archid.

g EPiſcopos.] Hoc c. habetur 84. diſt. cū in ꝑterito.

h ¶ Vel qui.] Id eſt, ſubdiaconi. nā & ſubdiaconi ſacramētis inſeruiunt. 84. diſ. cum in præterito. Et ex

pone.

pone iſtud, uel. pro, &, ſecundum Hug. & ita per hoc, & per illud infra 32. diſtin. placuit. ſuppletur illud 84. diſtinct. cum de quorundam. quia hæc tria cap. ſunt. Carthaginenſis concilij, & faciunt pro opi. Hug. ſecundum Lau.

Tene- Ideo quæſiuit à Papa, an presbyteri & Leuitæ deberēt viuere continenter? Et reſpondet ꝙ ſic, & hoc probat auctoritate ꝓphetæ dicētis; Sācti eſtote, &c. id eſt, mūdi. & exemplo ſacerdotū vete. te. qui in ſua hebdomada à ſuis vxoribus abſtinebant, ſed finita ſua hebdomada ſuis vxoribus commiſcebantur ꝓpter ſobolem procreandam: quia nullus poterat fieri ſacerdos niſi de tribu Aaron. hodie vero cum ſacerdotes quotidie debeant orare, nec requiritur, de qua tribu promoueantur, ſemper debent ab vxoribus abſtinere. Sequētia duo c. plana ſunt, & per te videbis.

¶Sacerdotes, & Leuitæ cum vxoribus ſuis miſceri non debent. C. IIII.

Burc. l. 2. c. 118.
Anſ. l. 7. c. 134.
Iuo p. 6. c. 94. & 194.
Pan. l. 3. c. 94.
Leuit. 11.

TEnere debet omnino eccleſia, vt ſacerdotes, & Leuitę cū vxoribus ſuis nō miſceātur; quia miniſterij quotidiani neceſſitatibus occupātur. Scriptū eſt enim: [Sancti eſtote, quoniam, & ego ſanctus ſum [a] Dominus Deus veſter.] Nam ſi priſcis temporibus anno [b] vicis ſuæ de templo Dei ſacerdotes non diſcedebant (ſicut de Zacharia legimus nec domum ſuam omnino tangebant, quibus vtique propter ſobolis ſucceſſionem, vxoris vſus fuerat relaxatus, q̄a ex alia tribu, & præter quā ex ſemine Aarō, ad ſacerdotiū nullus accedere præcipiebatur†; quanto magis hi ſacerdotes, vel leuitæ pudicitiam ex die ordinationis ſuæ ſeruare debent; quibus uel ſacerdotium uel miniſterium ſine ſucceſſione eſt, nec præterit dies, [c] qua vel à ſacrificijs diuinis, vel à baptiſmatis [d] officio vacent?

Luc. 1.
Num. 18.
† *al præceptus fuerat*

P A L E A. C. V.

Ibidem continenter
Anſ. l. 7. c. 132.
1. *Cor.* 7.

NAm ſicut *a* Paulus ad Corinthios ſcribit dicens: [Abſtinente vos ad tempus, ut vacetis orationi:] & hoc vtique laicis præcepit; multo magis ſacerdotes, quibus orandi, & ſacrificandi iuge ſacrificium † eſt: ſemper debebunt ab huiuſmodi conſortio abſtinere.

† *al. officium*

a ¶Nam ſicut.] *Hæc palea in duobus Vaticanis (in quibus ſolis reperitur) eſt coniuncta cum ſuperiori capite, quemadmodum ēt in epiſtola Innocentij. & legitur,* Nam ſi Paulus *Sed non eſt mutatum, quoniam eſt initium capitis.*

Item Exuperio Tholoſano epiſcopo, epiſt. 3. c. 1.

¶Qui ab vxoribus ſuis abſtinent, ad ſacrificia admittantur. C. VI.

Infra diſ. 82. c. propoſuiſti.
Pann. l. 3. c. 95.

EOs *β* ad ſacrificia fas ſit admitti, qui vel cum vxore [e] non exercent carnale officium [f].

β ¶Eos.] *Apud Innocentium, & infra diſt. 82. c. propoſuiſti, vbi hoc idem eſt repetitum, legitur*, neque eos ad ſacrificia fas ſit admitti, qui exercent uel cum uxore carnale conſortium.

Item Hieronymus contra Iouinianum, lib. 1.

¶Sacerdoti, cui eſt ſemper orandum, matrimonio ſemper eſt carendum. C. VII.

Pann. l. 3. c. 96.

SI laicus, & quicunque fidelis orare [g] nō poteſt, niſi careat officio coniugali; ſacerdoti, cui ſemper pro populo offerenda ſunt ſacrificia, ſemper orandū eſt: ſi ſemper orandum eſt; ergo ſemper matrimonio carendum [h].

a ¶Quoniam, & ego ſāctus ſum.] Ex quo Dominus ſe commēdauit, & Chriſti actio noſtra eſt inſtructa lectio. 81. diſt. legiē. ergo & nos poſſumus nos commendare, & Aug. ſe commēdat, æquiparando ſe prophetis, vt 23. q. 4. & proconſul poteſt præmittere libellum cōmendationis ſuæ, vt ff. de offi. procō. ob ſeruare. Similiter ille qui impetrat veniam ætatis, ſe commendat. 1. C. de his qui ve. æta. imp. l. 2.

b ¶Anno.] Id eſt ſeptimana. ſic alibi ponitur dies pro anno, vt 33. q. 2. hoc ipſum. & tempus pro anno, vt de conſe. diſtin. 4. omni tempore 2.

c ¶Nec p̄terit dies.] excepto ſabbato ſancto & die veneris p̄cedente, vt de conſecr. diſt. 3. ſabbato. qui duo dies nulli reputantur pp paucitatē. ſic ī. de conſ. diſt. 2. ſeuera.

d ¶Vel à baptiſmatis.] dū eſt neceſſitas. arg. 5. diſt. baptizan.

e EOs.] ¶Vel cum vxore,] Ne dū cum alia.

f ¶Officium.] Poſt votum factum.

g SI laicus.] ¶Orare.] Quid ſ hac materia iuris ſit, habes 33. q. 4. ca. 1. & 2.

h ¶Matrimoniū carendum.] ar. ꝙ ſi aliqua ſibi cohæret, vel ſi aliquid ſequitur ex alio, vno probato & reliquū eſt probatū 3, vt 33. diſt. ſi q̄s viduam. 26. diſt. deinde. 3. q. 6. hæc quippe. argu. ī de pœ. diſt. 1. ſicut primi in fi.

Commendare poteſt aliq̄s ſeipſum.

1 Ad idem quòd dicit Bal. Cuſtodi animam meam q̄m ſanctus ſū, & cęt. & in pſal. Inclina Domīe. 2 Ideo autē fit hoc, q̄a annus dr̄ ab an, q̄d eſt circum. quia circū uoluit. ſic & q̄dlibet tp̄s. Laurē.

Probato vno coniunctorū, ꝓbatur reliquū. 3 Sic de tabulis vno conceſſo & aliud cōceſſū eſt. j. q. ſicut Chriſtus. vbi de hoc Arch.

TEnere debet.] CASVS. Victorius Rothomagen. epiſcopus, habebat quoſdā presbyteros & leuitas in ſua diœceſi, qui nolebant à ſuis vxoribus abſtinere,

Quod

Quod autem [a] *Manichæorum cauſa de coniugio & ſacerdotum illud ſupradictum ſit, ex Gangrenſi concilio appa ret. in quo c.1.ſic ſtatutum legitur.*

a ¶De coniugio] *Sequentem canonem Gratianus reſtringit ad coniugia ſacerdotum cum tamen in eo damnentur illi, qui omnino nuptias uituperabant, nec uolebant aliquē Chriſtianum etiam laicum, liberis operam dare. Nec fuit editus proprie contra Manichæos, ſed contra quendam Euſtathium, qui hunc errorem cum alijs multis in Armenia diſſeminauerat. Eſt autem caput hoc idē cum capite, ſi quis nuptias. ſupra diſt.30. ſed ex alia verſione.*

¶Anathema ſit, qui nuptias vituperat. C. VIII.

SI quis vituperat nuptias, & dormientem cum viro ſuo fidelem, ac religioſam deteſtatur, aut culpabilem æſtimat, velut quæ regnum Dei introire non poſſit, anathema ſit. ·ſ. diſt. 30. ca. ſi quis nuptias.

Item ex eodem, c.8. & 9.

¶De eodem. C. IX.

QVicunque virginitatem cuſtodiens, aut continentiæ ſtudens, velut horreſcens nuptias, nec propter hoc, quòd bonum, & ſanctum eſt: nomen virginitatis aſſumit, anathema ſit. ·ſ. diſt. 30. ca. ſi qs vel virginitatem, ex alia verſione. Burch. l. 8. c. 61. Iuo p. 7. c. 79. ·ſ. diſt. 28. c. ſi qs.

3 *Poteſt & aliter intelligi illud, quod in canone* [b] *Apoſtolorum legitur, ut iſte ſit ſenſus capituli: [ſi quis docet ſacerdotem vxorem ſuam contemnere,] non quam vxorem in ſacerdotio accepit, ſed quam, dum adhuc eſſet laicus, vel in minoribus ordinibus conſtitutus, ſibi copulauit, cum qua continentiam profeſſus eſt, cum ad ſacros ordines aſcenderet, quā nullus debet contemnere, hoc eſt ab animo, & cura ſua abijcere, quin ei neceſſaria prouideat. Probatur autem hæc interpretatio auctoritate Leonis Papæ, qui epiſt. 90. c.3. ſcribens Ruſtico Narbonenſi epiſcopo ait.*

¶Miniſtris altaris cum epiſcopis, & presbyteris eadem eſt lex continentiæ. C. X.

LEx continentiæ eadem eſt altaris miniſtris, quæ epiſcopis, atque presbyteris, qui cum eſſent laici, ſiue lectores, licitè & uxores ducere, & filios procreare potuerunt: ſed cum ad prædictos peruenerunt gradus, cœpit eis non licere [c], quod licuit. Vnde, vt de carnali fiat ſpiritale coniugium, oportet eos nec dimittere uxores, & quaſi non habeant, ſic habere, quo & ſalua ſit charitas, & ceſſent † opera nuptiarum. Burc. l. 2. c. 114. Anſ. l. 7. c. 135. & 6. c. 104. Polyc. l. 4. ti. 31. Iuo p. 6. c. 61. Pān. l. 3. c. 106. 1. *Cor.* 7. † *al. ceſſet exercitatio nuptiarum.*

Item Leo [a] *ix. contra epiſtolam Nicetæ abbatis.*

a ¶Leo.] *Habetur in reſponſione Humberti ad libellum Nicetæ presbyteri, & Monachi aduerſus Latinos editum: quam reſpōſionem, cum nomine Leonis ix. cuius erat legatus, ſcripſerit, poteſt rectè nomine ipſius citari, ſicut multa ex Ennodij libro nomine Symmachi citata inueniuntur ſupra di. 12. c. concilia. & infra 40. diſt. c. non nos. & 81. diſt c. nemo rectè. 8. q. 4. c. nonne. & 9. q. 2. c. aliorum. Ac ſupra diſt. 22 nomine Nicolai ij. citatur caput,* Omnes. *quod habetur in oratione Petri Damiani.*

QVOD AVTEM. CASVS. Dr̄ in hoc §. ꝙ illud qđ dictū fuit in Gāgrēſi cōci. ſ. 28. diſt. in c. ſi qs docuerit. & c. ſi quis diſcernit. ex cauſa fuit ſtatutum, ſcilicet propter Manichæos, qui nuptias cōdēnabāt exēplo ſacerdotū. Et hoc probat duobus ſeq. c. quæ plana ſunt, & per ſe patent.

a ¶Quod autē.] Reſpicit tria pen. cap. 28. diſt. dicens ꝙ illud ſtatutum fuit ꝓꝑ hæreſim Manichæorū, qui nuptias contemnunt.

QVicunque.] POTEST ET ALITER. Hæc eſt tertia pars diſt. in qua dr̄, ꝙ illud qđ ſupra dictum eſt in ca. ſi qs docuerit. diſtin. 28. ex cauſa vel ex tp̄e intelligitur. Nunc autē aliter exponit, dicēs ꝙ illud c. pōt intelligi de ſacerdotibus noſtri tēporis, vt ſi qs docuerit ſacerdotē contēnere vxorē, quam in minoribus ordinib. duxit, vel cū erat laicus, vt eā à ſua cura abijciat, cū qua poſtea cū promoueretur cōtinētiā eſt profeſſus, anathema ſit. & hoc ꝓbatur per duo cap. ſeq.

b ¶In canone.] ſ. 28. diſtin. ſi quis docuerit. Io.

LEx.] CASVS. Ruſticus Narbon. epiſcopus q̄ſiuit à Leone, vtrū diaconi poſſint vel debeant cognoſcere vxores ſuas? Qui reſpondet quòd non, ſed debent continere ſicut epiſcopi & presbiteri. nam cum erant laici uel lectores, hoc eis licebat, ſed poſtquam promoti ſunt ad ſacros ordines, cœpit eis non licere quod ante licebat; eas tamen à ſua cura abijcere non debent, quin eis neceſſaria ſubminiſtrent.

c ¶Eis non licere.] Nota quod propter commutationem ſtatus incipit aliquid non licere quod prius licuit 1. 12. quæſtio. 2. ne quis arbitretur.

1 Ad hoc ſ. 27. q. 1. nuptiarū. 32. q. vlt. c. vlt. 27. q. 1. ſunt quidam. & habet ēt ad hoc 88. diſ. fornicari. ff. de ſolut. cū quis. 1. reſpon. arg. contra extra de diuort. gaudemus. Arch.

Om-

OMnino.] CASVS. Abbas Nicæta dicebat licere epiſcopo, presbytero & diacono amplecti uxorẽ ſuã, & cognoſcere. & hoc ꝓbabat auctoritate Apoſtoli dicentis ſe habere poteſtatem circumducendi mulierẽ ſicut frater Domini, & Cephas. Leo autem Papa eũ reprehen- ſtin. epiſcopus. & hoc cum perſona eſt ſuſpecta.
c ¶Paulo apoſtolo dicente.] Ducebãt enim uxores ſecum, ut ſeruirent eis in cibis parandis, & ab eis paſcerentur (cum eſſent pauperes) de mercede pdicationis.
d ¶Sororem.] Id eſt, quaſi ſororem.

¶Epiſcopus, vel presbyter vxorem propriam à cura ſua non abijciat. C. XI.

Pann.l.3.c.115. OMnino confitemur non licere epiſcopo, presbytero, diacono, ſubdiacono propriam uxorem cauſa religionis abijcere à cura ſua, ſcilicet, ut ei uictum & ueſtitum [a] largiatur [b]; non ut cum illa ex more carnaliter iaceat. Sic & ſanctos Apoſtolos legimus egiſſe, beato Paulo apoſtolo dicente [c], [Nunquid non habemus α poteſtatem mulierem ſororem [d] circumducendi [e], ſicut fratres Domini, & Cephas:] Vide inſipiens, quia non dixit, [nunquid non habemus poteſtatem ſororem mulierem amplectendi?] ſed, [circumducendi,] ſcilicet ut de mercede [f] prædicationis ſuſtentaretur ab eis: nec tamen foret deinceps inter eos carnale coniugium.

1.Cor.9.

α ¶Nunquid non habemus.] *Variæ ſunt huius loci interpretationes, quod inter alios B. Hieronymus in primo libro contra Iouinianum oſtendit.*

Hinc et illud [g] *Gregorij,* [*Presbyter quidam.*] *Quod require infra diſt. ſequenti. c. penultimo.* ¶*Vt igitur ex his auctoritatibus apparet, ſacerdotes vxoribus, quas in laicali habitu, vel in minoribus ordinibus conſtituti ſibi legitime copularunt, neceſſaria miniſtrare, debita vero reddere non valent.*

4 ¶*Sed obijcitur illud tripertitæ hiſtoriæ, lib. 2. c. 14.*

¶Diſſuaſu Paphnutij Nicæna ſynodus non conſtituit, quòd presbyteri cum ſuis uxoribus non dormirent. C. XII.

Pann.l.3.c.85. NIcæna ſynodus corrigere uolens hominum uitam in eccleſijs commorantium, poſuit leges, quas canones vocamus, in quorum tractatu uidebatur aliquibus introducere [h] legem, ut epiſcopi, presbyteri, diaconi, & ſubdiaconi α cum cõiugibus, quas ante conſecrationem duxerant, non dormirẽt. Surgens autem in medio Paphnutius confeſſor contradixit, honorabiles confeſſus nuptias, & caſtitatem [i] eſſe dicens, cum propria coniuge concubitum †: ſuaſitque concilio, ne talem poneret legem, grauẽ eſſe aſſerens cauſam, quæ in ipſis, aut eorum coniugibus occaſio fornicationis exiſteret. Et hæc quidem Paphnutius (licet nuptiarum eſſet inexpertus) expoſuit: ſynoduſ-

† Adde gl. cõcord. in cap. propoſuiſti. ĩ ver. eſtote. ĩ. 62 diſt.

prehendit, & ſcribens contra eum dicit non eſſe verũ vt poſſint cum ea dormire more ſolito; tamen debent eis largiri victum & veſtitum: & hoc probat exemplo Apoſtolorum, reprehendens eum ex eo ꝙ male intelligebat illud uerbum, circumducendi.
a ¶Et veſtitum.] Ex quo dicit victum & veſtitum, uidetur ꝙ nomine victus non comprehendatur veſtitus vt ff. de tranſ. cum hi. §. qui tranſigit 1. quod non eſt verum. ff. de uerb. ſig. verbo, uictus.
b ¶Largiatur.] Sequeſtrato tamẽ habitaculo, vt 77. diſtin. epiſcopus. & hoc cum perſona eſt ſuſpecta.

Victus nomine comprehẽditur veſtitus.
2 Vbi not.

rent caſtitatem cum uxoribus, cum quibus in minoribus ordinibus matrimonium cõtraxerunt. Sed quia hæc lex erat occaſio fornicandi, ſurrexit Paphnutius confeſſor inexpertus nuptiarum, & ſynodo contradixit ne talem poneret legem, cum caſtitas ſit cognoſcere uxorem propriam, ſynodus autem ſententiam eius laudauit, & approbauit.
h ¶Introducere.] De cõſenſu vxoris, aliter eẽt iniqua.
i ¶Caſtitatem.] Sic qui bene comedit, abſtinens eſt. 44. diſt. conuiuia. in fine.

e ¶Circumducẽdi.] nobiſcum.
f ¶Vt de mercede.] Argu. ꝙ ſi quis habet vxorem & filios, de bonis eccleſiæ ipſos poteſt paſcere, ſi non habet propria, ut 86. diſt. non ſatis. ĩ. diſt. proxi. ſi quis uero. & 50. diſt. ſtudeat. in fi. & 37. diſ. legant. quia nemo carnem ſuam vnquã odio habuit, vt 13. q. 2. non æſtimemus. & hæc uera ſunt ſi indigent 2, aliàs ſecus, ut 28. diſt. de Syraculanæ. unde & ſi viro relictus eſt vſus alicuius rei, mulier eadem re poteſt uti, ut ff. de vſu & habi. l. cęterum. §. mulier.
g ¶Hinc & illud.] ĩ. in illo cap. presbyter quidam. quod eſt infra diſtinct. proxima. Ioan.
VT IGITVR. CASVS. Concludit Gratianus ex ſupradictis, ꝙ ſacerdotes debent ſuis uxoribus cũ quibus in minoribus ordinibus uel laicali habitu contraxerũt, neceſſaria miniſtrare, ſed debitum reddere non ualent. Sed contra hoc duo ſequẽtia cap. inducuntur, ſcilicet ꝙ ſacerdotes debent reddere debitum uxoribus ſuis.
SED OBIICITVR. Hęc eſt pars diſtinct. in qua ponit duos canones orientales, in quibus concedit clericis habere uxores. Ioan. de Fan.
NIcęna ſynodus.] CASVS. Nicæna ſynodus uolebat legẽ imponere & neceſſitatem epiſcopis, presbyteris, diaconis & ſubdiaconis ut ſerua-

ſed hoc uerũ eſt quo ad tranſactionẽ, aliter bene cõtinetur. Archid.
Bñficiatus ſuis cõſanguineis ſubuenire põt.

2 Ad hoc 12. q 1. hẽbat. in pric.

a ¶Sen-

Contradicere poteſt vnus multis.

a ¶Sententiã.] Vnus ergo poteſt cõtradicere toti vniuerſitati 1 ſi habet rationabilem cauſam, ut extra de his quæ fi. à ma.par. cap c.1. nã ſententia vnius poteſt alios trahere ad partem ſuam, vt extra de eo qui mit. in poſ. cap. cum ſicut. ff. de arbi. item ſi unus. §. vlt. C. de vete. iu. enu. l. 1. §. ſed is, &c.

1 Et eſt hic arg. ꝙ vnus canonicus põt ſe opponere pro defenſione eccleſiæ. ſuæ. Ad idẽ extra de conceſ. pbẽ. ex parte. ubi dicit Ioan. de Fan. hoc eſſe uerum etiã ſi capitulũ illius eccleſię nollet defendi, & hoc fauore eccleſiæ. arg. ff. de liber. cau. l. 1. 2. & 3.

poteſt promoueri ſine licentia vxoris? Dicit H. ꝙ ſic, quia nec fit ei præiudicium aliquod. Sed certe pręiudicium fit ei; quia poſt mortem viri non poteſt contrahere 4 Item in alio fit ei præiudicium: quia tempore uicis ſuæ non debet ei commiſceri: cum etiam ad tẽpus vir

3 Scilicet Lauicõtra.

4 Hæc rõ non vr̃ bona. nam in uxoribus oriẽtalium non habet locũ quod habetur in 28. diſt. qũ ſunt culpæ. & ſeq. quia continẽtiã non ꝓmittunt tacitè vel expreſſe Archid.

quæ laudauit ſententiam [a] eius; & nihil ex hac parte ſanciuit: ſed hoc in uniuſcuiuſque uoluntate, non in neceſſitate dimiſit.

a ¶Et ſubdiaconi.] *In aliquot uetuſtis codicibus, & in originali Socratis non ſunt duæ iſtæ uoces. Sozomenus tamen libr. 1. c. 22. habet tam Græcè, quàm in Latina vetere, & noua uerſione, ut etiam Nicephorus.*

Item ſynodus ſexta, c. 13 lib. 8. c. 19.

¶Non in perpetuum, ſed tempore oblationis à complexu ſuarum vxorum ſacerdotes abſtineant. C. XIII.

QVoniam [β] [b] in Romani [c] ordine canonis eſſe cognouimus traditũ, eos qui ordinati † ſunt [d] diaconi, vel presbyteri, debere confiteri, quòd iam ſuis nõ copulentur uxoribus; nos antiquum ſequentes canonem Apoſtolicæ [e] diligentiæ; & conſtitutiones, ſacrorum uirorum legales nuptias amodo valere uolumus, nullo modo cum vxoribus ſuis eorum connubia diſſoluentes; aut priuantes eos familiaritate adinuicem in tempore oportuno [f]. Quicunque ergo diligens † [g] inuentus fuerit in ſubdiaconali ordinatione, aut diaconali, aut ſacerdotali, hic nullo modo prohibeatur ad talem aſcendere gradum pro uxoris ſuæ legitimæ cohabitatione. Nec etiam tempore ordinationis ſuæ profiteri cogatur: quòd abſtinere debeat à legalis propriæ vxoris familiaritate. *Item infra.* ¶Oportet eos, qui altari miniſtrant; in tempore oblationis † ſanctorum continentes [h] eſſe in omnibus; vt à Deo poſſint conſequi, quæ ſimpliciter poſtulant. ¶Si quis igitur præſumpſerit contra Apoſtolicos canones, aliquos presbyterorum, & diaconorum priuare contactu, & communione legalis uxoris, deponatur. Similiter & presbyter, aut diaconus, qui religionis cauſa uxorem ſuam expellit, excommunicetur. Si uero in hoc permanſerit, deponatur.

Pann. l. 3. c. 26.

† *ordinandi*] ſed ob gloſſam nõ eſt mutatũ.

† *leg. dignus*] ſed ob gloſam nõ eſt mutatũ.

† *al tractationis.*

β ¶Quoniam.] *Græcè ſic habetur:* *ἐπειδὴ ἐν τῇ ῥωμαίων ἐκκλησίᾳ ἐν τάξει κανόνος παραδεδόσθαι διέγνωμεν. id eſt.* Quoniam in Romana eccleſia loco canonis traditum eſſe cognouimus, &c. *Hanc vero eccleſia Romana traditionem non ſolum B. Hieronymus contra Iouinianum, Humbertus ſupra citatus, & alij Latini ſcriptores defendunt, ſed etiam Balſamon in explanatione huius canonis ſatis aperte probat. Verum de omnibus huiuſmodi canonibus, qui ſextæ ſynodo adſcribuntur, quid ſit ſentiendum, ad caput, Habeo librũ diſt. 16 ſatis explicatum fuit.*

Hoc autem ex loco intelligendum eſt. orientalis enim eccleſia (cui ſexta ſynodus regulam viuendi præſcripſit) votum caſtitatis miniſtris altaris non ſuſcepit.

QVoniam.] CASVS. Hoc c. diuiditur in duas partes. In prima parte dicitur quòd in canone Romano ſtatutum erat quod diaconi & presbyteri orientalis eccleſię deberent continentiam profiteri: quod male ſeruabant, quod ſexta ſynodus cognouit: ideo ſtatuit iuxta antiquum canonẽ Apoſtolorum, ut unuſquiſque clericus ſuã poſſit habere uxorẽ: nec ꝑꝑ hoc reppellatr̃ à promotione ſi dignus fuerit. nec tempore ſuę ordinationis cogitur continẽtiam profiteri: eo tamen tẽpore, quo miniſtrat altari, debet abſtinere. In ſecunda parte, quæ incipit ibi, [Si quis.] dicitur quod ſi quis presbyteros uel diaconos a contactu legitimæ uxoris priuauerit, deponi debet; & quicunq; clericus cauſa religionis ſuam uxorem abiecerit, deponi debet; ſi in contumacia perſeueret.

b ¶Quoniam.] Id eſt, quamuis.

c ¶Romani.] Hic aſſignatur differentia inter orientales & occidentales.

d ¶ Qui ordinati ſunt.] i. ordinantur.

e ¶Apoſtolicę.] Quia Apoſtolus præcepit, vt vir reddat debitũ vxori. 33. q. 1. c. 1.

f ¶ Oportuno.] Iſtud eſt ꝯ Gandulphũ & alios, qui dicunt ꝙ uir quolibet loco ẽt in eccleſia, & quolibet tempore tenetur reddere debitũ uxori petenti. Sed hoc non eſt uerum: quia ſicut debitor non debet ſemper uenire cum ſacco paratus, vt ff. de ſo. quod dicimus. ſic nec uir ſẽper debet eſſe paratus. 33. 4. q. Chriſtiano. 2.

Vir debitũ uxori non ſemper nec vbiq; reddere tenet.

2 Melius ea. cauſa & q. c. apoſtolus. i gl. vlt.

g ¶Diligens.] Id eſt, dignus.

h ¶Conueniẽtes.] Sed nũquid in oriẽtali eccleſia vir inuita uxore non poſſit orare, ut 33. q. 4. Apoſtolus. ſed ibi expone, orare, id eſt, peregrinari. Ioan.

HOC AVTEM. CASVS. Modo Gratianus ſoluit

ſupra

ſupra dictā obiectionem: & dicit ꝙ hæc duo cap. intelliguntur de clericis orientalis eccleſiæ, qui non ſuſceperunt uotum caſtitatis, cui ſexta ſynodus præfuit: licet occidentalis ſic: & hoc probatur per ſequens cap.

ALiter.] CASVS. Dicitur in hoc cap. ꝙ alia eſt traditio rant uotum continentiæ. In cap. presbyterum. nō legitimæ nuptiæ intelliguntur ſecundæ ſcilicet. ſi quis diſcernit, locale fuit: uel intelligitur de uxore, quę ducta fuit in minoribus ordinibus. Similiter cap. illud. ſi ſubdiaconus ... ſecunda vxore intelligitur.

Vnde Stephanus Papa ait in prima actione ſynodi ab ipſo in Baſilica Lateranenſi congregata.

¶Occidentalis, non orientalis eccleſia caſtitatis obtulit uotum. C. XIIII.

Pann. l. 3. c. 84. ſ ALiter ſe orientalium traditio habet eccleſiarum, aliter huius ſanctæ Romanæ eccleſiæ. Nam earum ſacerdotes diaconi, atque ſubdiaconi matrimonio[a] copulantur[a], iſtius autem eccleſiæ, uel occidentalium nullus ſacerdotum à ſubdiacono uſque ad epiſcopum licentiam habet coniugium ſortiendi.

a ¶Matrimonio.] *Id eſt poſſunt ſimul eſſe in ſacris ordinibus, & matrimonio iuncti. Nam neque illis, poſtquam ad ſacros ordines aſcendiſſent, licebat contrahere matrimonium.*

ꝟ. 28. diſt. c. ul. *Similiter & capitulum Nicolai[b] ex loco conſideratur; quia gens Bulgarorum nouiter ad fidem conuerſa, propoſitum ſacræ religionis ex integro aſſumere nondum didicerat.* ¶*Quòd autem in cap. 6. ſynodi[c] presbyter non legitimis nuptijs detentus punitur, non legales nuptiæ ſecundæ intelligendæ ſunt; à quibus auctoritate canonica ſacerdos quilibet debet eſſe immunis. Illud autem Gangrenſis cōcilij. [Si quis[d] diſcernit presbyterum coniugatum, &c.] ſimiliter intelligendum eſt vel localiter traditum, vel coniugatum ab ea appellatum, quam ante tempus ordinationis ſuæ duxerat. Illud quoque Martini Papæ. [ſi ſubdiaconus[e] ſecundam duxerit vxorem] non diſſimiliter intelligendum eſt. Primam enim vxorem ante ſubdiaconatum habere permittitur: qua defuncta, vel caſtitatem profeſſa, promouetur iſte ad ſubdiaconatum. Promotus autem, ſi ſecundas deſiderauerit nuptias; ſententiæ Martini Papæ ſubiacebit.*

ꝟ. 28. diſt. c. presbyterum.

ꝟ. 28. diſ. cap. ſi quis.

Infra 34. diſ. c. ſi ſubdiaconus ex Martino Bracarenſi.

b ¶Nicolai.] 28. diſt. conſulendum.
c ¶Synodi.] 25. diſt. presbyterum.
d ¶Si quis.] ꝟ. 28. diſtin. ſi quis.
e ¶Si ſubdiaconus.] Infra 34. diſtin. ſi ſubdiaconus.

SEruāda.] Hæc diſt. diuiditur in ſex partes: In prima parte probat, ꝙ in ſacris nullus pōt habere uxorē; in minoribus aūt poteſt: & ēt habere beneficium. hoc probat per tres auctoritates. Secunda ibi, [Nullus,] Tertia ibi, [Verum.] Quarta ibi, [Prohibemur.] Quinta ibi, [Interdixit.] Sexta ibi, [Presbyteram.] Ioannes de Fan.

CASVS. Hic intitulatur 32. diſt. in qua dicitur, ꝙ in occidētali eccleſia clerici in ſacris ordinibus cōſtituti debent continentiam ſeruare, ut probatur per ſequēs cap. Sed in minoribus ordinibus nō coguntur: & hoc per c. ꝟ. ea. ſeriatim.

f ¶Seruanda eſt.] In hac 32. diſtin. adhuc ꝓſequit̄ de continētia clericorum. Dicit ergo ꝙ conſtituti in quatuor ſacris ordinibus tenent̄ cōtinere: & qui non fuerint continētes, priuāt̄ officio & beneficio: & ſi hn̄t publicas concubinas, nullus Miſſā eorū audiat 2. & vt facilius poſſint ſeruare continentiā, præcipitur eis ut extranearum fœminarū familiaritatem uitent 3. lo. Sed nunquid quilibet ordo eſt ſacer? Et certe vī ꝙ ſic. nā dr̄ in lib. 4. ſniarū, 22. diſt. c. 1. in prin. ꝙ ordo eſt ſacrū ſignaculū, in quo traditur ſpiritualis ptās ordinato, & officiū: & in quolibet ordine confertur gratia ſi digne ſumatur, vt ibi dicitur. Solut. reuera quilibet ordo 4. ſacer eſt: ſed quatuor præcipue dicuntur ſacri à ſanctimonia, id eſt, caſtitate, & continētia, quam indicunt ꝟ. 23. di. nullum. & cap. decernimus.

Clerici in quatuor ſacris ordinibus conſtituti cōtinere tenēt. 2 Vt inf. c. nullus. &c. præter hoc. Archi. 3 ꝟ. ead. interdixit. & c. ſeq. 4 Hic q̄ro an ordo ſit vnū ſacramētū? Dic ſm Pe. ꝙ vnū dicit̄ ꝑfectione vnus finis: qa cōſtituitur ex diuerſis ordinibus ſpecialibus, q̄ oēs ordinātur ad unū actū conſecrationis, ſicut ēt domus una dr̄ Archid.

DISTINCTIO XXXII.

1 ps SEruanda eſt[f] ergo continentia ab omnibus in ſacris ordinibus conſtitutis.

Vnde Leo. Papa ad Anaſtaſium epiſt. 82. c. 3. & 4. ait.

Burc. l. 1. c. 5. & l. 2. c. 148. Anſ. l. 7. c. 137. & l. 6. c. 18. i fi. Iuo p. 5. c. 59. & par. 6. c. 98. & 221. Pān. l. 3. c. 100.

¶Neque etiam ſubdiaconis connubium conceditur. C. I.

OMnium ſacerdotum tam excellens eſt electio, ut hæc,

1 Id eſt, carnaliter cōmiſcentur. ſæpe enim inuenitur copulari ꝓ carnaliter cōmiſceri: & copulatio ꝓ carnali cōmiſtione, ut ꝟ. c. xi. 30. q. 1. §. noſſe. 27. q. 2. Agathoſa. & c. priuſquā. ſm Hug.

tio orientalis eccleſiæ, & alia occidentalis, Nā in orientali eccleſia oēs clerici indiſtincte poſſunt uti mr̄imonio ꝯtcto. In occidentali uero eccleſia aliter ſeruatur.

a ¶Copulantur.] Id eſt, copulato utuntur: Multi ex hac littera dixerunt, ꝙ orientales poſſunt contrahere in ſacris ordinibus. ſed eis obſtat infra. diſtin. proxi. ſi quis eorum. ſed ipſi dicunt quòd ibi ſexta ſynodus nobis præfixit regulam.

SIMILITER. CASVS. In hoc oſtēdit Gratianus qualiter intelligantur tria cap. in 28. diſt. ſcilicet, conſulendum. & presbyterorum. & ſi quis diſcernit. & unū cap. in 34. diſt. ſi ſubdiaconus. Dicit. n. quòd illud cap. conſulendum. locale fuit. quia Bulgari nondum ſuſceperunt uotum ...

OMnium.] CASVS. Quæſitum fuit à Leone, an ſubdiaconi poſſint habere uxores. Et reſpondet quòd clerici in minoribus ordinibus conſtituti ſi ꝯhant, immunes ſunt à culpa: ſed hoc ſubdiaconis non licet.

Vnde qui habẽt, ſint tanquam non habentes: & qui non habent, permaneant ſingulares. Et ſi hoc cuſtoditur in ſubdiacono, multo fortius in diacono, presbytero, & epiſcopo cuſtodiri oportet.

a ¶Quæ in alijs. [Id eſt, laicis.

b ¶Clericorum.] Sacrorum.

c ¶Singulares.] Id eſt, diuiſi ab eis.

d ¶In hoc ordine.] Id eſt, ſubdiaconali.

e ¶A capite.] Id eſt, ab epiſcopatu. & ſic videtur ꝙ epiſcopatus ſit ordo. 54. diſt. ſi ſeruus. & 93. diſt. diacones. & diſt. 21. cleros. ſic 28. diſt. nullũ.

f ¶Item.] Hic habẽt quidam cap. quod eſt 27. quæſtio. 2. multorum, &c.

SI q. vero. CASVS. Quæſiuit Aug. Anglorum epiſcopus à Greg. quid deberet fieri de clericis in minoribus ordinib. conſtitutis, qui continere non poſſunt. & reſpondet Greg. ꝙ ipſi debent vxores accipere. & ſtipendia ſua recipere exterius. Et hoc probat exemplo patrum, qui diuidebant ſingulis prout quibusque opus erat. Et debent viuere ſub regula ſua eccleſiaſtica, & lingua, & corde à malo abſtinere.

g Exterius.] Signatur contrarium 12. quæſt. 1. neceſſaria. & de conſec. diſtin. 5. in omnibus. vbi dicitur, quòd omnes clerici ſimul dormient. Sed dic, vt not. 12. q. 1. quia tua.

h ¶Inuigilẽt.] Licet enim ſint vxorati, tñ abſtinebunt a negocia.

quæ in alijs [a] membris eccleſiæ vacant † à culpa: in illis tamen habeantur illicita. Nam cum extra clericorum [b] ordinem conſtitutis, nuptiarum ſocietati, & procreationi filiorum ſtudere ſit liberum, ad exhibendam tamen perfectæ continentiæ puritatem, nec ſubdiaconis quidem connubium carnale conceditur; vt & qui habent, ſint tanquam non habentes; & qui non habent, permaneant ſingulares [c]. Quod ſi in hoc ordine [d], qui quartus eſt à capite [e] dignum eſt cuſtodiri, quanto magis in primo, vel in ſecundo, tertioue ſeruandum eſt, ne aut leuitico miniſterio aut presbyterali honore, aut epiſcopali excellentia quiſquam idoneus æſtimetur, qui ſe à voluptate vxoria ❡ necdum frænaſſe detegitur.

† *al. non vocãtur ad culpã*

❡ ¶Vxoria.] *Sic emendatum eſt ex epiſtola Leonis, & cæteris collectoribus, præterquam Iuone in parte 6. c. 97. nam ibi eſt vt antea apud Gratianum,* luxuriæ *Ex iſto autem epiſtola loco oſtẽditur eo quoque tempore in multis eccleſijs eam fuiſſe conſuetudinem, vt ſubdiaconi à proprijs vxoribus abſtinerent. Quod tamen ante B. Gregorium non erat generatim omnibus eccleſiis præceptum quippe cum in Sicilia aliter obſeruaretur c. nullum. ſupra diſt. 28. & c. ante triennium. diſt. 31.*

[*Item* [f] *Gregorius Leoni epiſcopo Catin. libr. 3. epiſt. 34.*]

PALEA C. II.

MVltorum relatione comperimus, hanc apud vos olim conſuetudinem tenuiſſe, vt ſubdiaconi ſuis licite miſcerentur vxoribus: quod ne denuo quiſquam præſumeret, à Seruo dei ſedis noſtræ diacono ex auctoritate noſtri deceſſoris eſt iſto modo prohibitum, vt eodem tempore, ij qui iam vxoribus fuerant copulati, vnum è duobus eligerent, id eſt, aut à ſuis vxoribus abſtinerent, aut certe miniſtrare nulla ratione præſumerent. Et quantum dicitur, Specioſus tunc ſubdiaconus pro hac re ab adminiſtrationis ſe ſuſpendit officio, & vſque in obitus ſui tempus, notarij quidem geſſit officium, & à miniſterio, quod ſubdiaconum oportuerat exhibere, ceſſauit. *& poſt aliqua.*

Infra 27. q. 2. Anſ. l. 7. c. 138. Poly. l. 4. tit. 31.

¶De cætero vero fraternitas tua ſit omnino ſolicita, vt quos ad hoc iam officium contigerit promoueri, hoc quam maxime diligenter inſpiciat, ne ſi vxores habent, miſcendi ſe cum eis licentia potiantur; ſed ad ſimilitudinem Apoſtolicæ ſedis, eos cuncta obſeruare ſua nihilo minus diſtrictione conſtituat.

Item Gregorius Auguſtino Anglorum epiſcopo, ca. 2. ad ſecundam interrogationem.

¶Extra ſacros ordines conſtituti ducant vxores, & ab eccleſia ſtipendia accipiant. C. III.

SI qui vero ſunt clerici extra ſacros ordines conſtituti, qui ſe continere non poſſunt, ſortiri vxores debent, & ſtipendia ſua exterius [g] accipere; quia & de eiſdem patribus, de quibus præfati ſumus, nouimus ſcriptum, quòd diuidebatur ſingulis, prout cuique opus erat. De eorum ergo ſtipendio cogitandum atque prouidendum eſt, & ſub eccleſiaſtica regula ſunt tenendi, vt bonis moribus uiuant, & canendis pſalmis inuigilent [h], & ab omnibus illicitis cor, & linguam, & corpus Deo auctore conſeruent.

Infra 12. q. 1. qa tua. §. ſi q. Iuo par. 6. c. 86 Pan. l. 3. c. 108. *Act.* 2.

Item Nicolaus Papa Odoni † *Viennenſi archiepiſcopo.*

† *al. Adoni*

ſiatione & armis, vt 28. diſt. fornicari. 20. q. 3. eos. ſic extra de elect. transmiſſam. & 81. diſt. dictum.

DE illo.] CASVS. Quidam epiſcopus permiſit alicui ſubdiacono ducere vxorem, de quo Nicolaus Papa eum reprehendit, cum tãtum clericis infra ſub-

Iuo p. 6. c. 119.

† al. Aluſco

¶Subdiacono vxorem ducere non licet. C. IIII.

DE illo clerico, Aluerico † nomine, quem per ordines eccleſiaſticos vſq; ad ſubdiaconatum caſtè vixiſſe dicitis, cur veſtra auctoritate vxorem duxerit, miramur; eo quòd nulli vnquam (exceptis illis, quibus eccleſiaſtica regula habere permittit) vxorem ducendi † licentiam damus [a].

† al. habendi

In ſynodo Romana cxiij. epo rum in baſilica Conſtantiniana.

Item Nicolaus Papa omnibus epiſcopis.

¶Non audiatur Miſſa presbyteri concubinam habentis. C. V.

Pann. l. 3. c. 135.

2 NVllus Miſſam audiat [b] presbyteri, quem ſcit [c] côcubinam indubitanter habere, aut ſubintroductam mulierem. Vnde etiam ipſa ſancta ſynodus hoc capitulũ ſub excommunicatione ſtatuit, dicens: [Quicumq. ſacerdotum, & diaconorum, &c.] [*Sicut in ſubſequenti a capitulo Alexandri ſecundi continetur.*]

a ¶Sicut in ſubſequenti.] *Hæc clauſula eſt Gratiani omittentis referre ex capite Nicolai ea, quæ proximè ex Alexandro relaturus erat. Sunt enim eadem verba. Nam Nicolaus ſecundus in epiſtola, quæ extat, omnibus epiſcopis catholicis ſcripſit ſe in concilio, quod Romæ habuit centum tredecim epiſcoporum, hunc canonem ediδiſſe, quem poſtea Alexander ſecundus (vt ipſe etiam teſtatur in epiſtola manu ſcripta) in concilio a ſe habito ijſdem verbis repetiuit. Quare in Pannormia appellatur decretum Nicolai iunioris, & Alexandri.*

In epiſ. ꝓxima notat. indicata

Item Alexander ſecundus.

¶Non eſt audienda Miſſa presbyteri, qui concubinam habet. C. VI.

Pann. ibidem, & lib. 8. c. 142.

PRæter hoc autem præcipiendo mandamus, vt nullus Miſſam audiat presbyteri, quem ſcit concubinam habere indubitanter, vel ſubintroductam mulierem. Vnde etiam ſancta ſynodus hoc capitulum ſub excommunicatione ſtatuit, dicens: ¶Quicunq; ſacerdos, diaconus, ſubdiaconus poſt conſtitutum beatæ memoriæ prędeceſſoris noſtri ſanctiſſimi Papæ Leonis, ac Nicolai de caſtitate clericorum, concubinam palam duxerit, vel ductam non reliquerit, ex parte omnipotentis Dei, & auctoritate Beatorum Apoſtolorum Petri, & Pauli præcipimus, & omnino contradicimus, vt Miſſas non cantet, nec Euangelium, aut epiſtolam ad Miſſam legat, neque in presbyterio ad diuina officia cum his qui præfatæ conſtitutioni obedien-

Leo ix. in conc. Romano.

ſubdiaconatum liceat contrahere matrimonium.

a ¶Damus.] Sed nunquid Papa dare poteſt ſubdiacono licentiam contrahendi? Vř ꝙ ſic. Nam diſpenſat eccleſia cum conſanguineis 1. & diſpenſat in alijs votis, vt extra de vot. & voti redemp. ex multa. & in iuramẽtis, vt 15. q. 6. auctoritatem. vbi dř; diſſolue obligationes impietatis. Econtra vř, vt extra de ſtatu mona. cũ ad monaſteriũ. in fi. Solu. ſi votum ipſum obliget ordinatum, Papa non poteſt diſpenſare. ſed ſi conſtitutio obliget, & non votum, tunc poteſt Papa diſpenſare quia contra conſtitutiones eccleſiæ bene diſpẽſat 25. q. 1. ſunt quidam. Ioan. Ego credo ꝙ Papa poſſit * diſpenſare, cum hoc non ſit contra articulos fidei 2. & ipſe habeat plenitudinem poteſtatis, vt 2. q. 6. decreto & cap. ſeq. B.

Subdiaconus an de licentia Papę poſſit côtrahere.

1 Scilicet vt contrahãt. 35. q. 3. quidam. & c. ꝙ ſcripſi.

* *Vide B. Thom 2. 2. q. 88. ar. 7. & 11. & Caiet. ibidem.*

2 Nec etiã põt diſpenſare ꝯ Apoſtolum. 25. q. 1. ſunt quidam. Io. de Fan. ſed hic videas qđ le. & no. ex de voto. c. non eſt.

NVllus.] Hæc eſt ſecunda pars diſtinct. in qua dicitur quod in duobus cap. ſeq continetur. Ioan. de Fan.

CASVS. Præcepit Nicolaus Papa in hoc c. vt nullus audiat Miſſam ſacerdotis, quem ſcit indubitanter habere côcubinam, aut ſubintroductam mulierem. Synodus etiã hoc ſub excommunicatione ꝑcipit. quod ſequitur eſt §. Gratiani.

b ¶Audiat.] Contrarium legitur 28. diſt. conſulendũ. 15. q. vlt. c. vl. Sed hic loquitur de illo cuius crimen notorium eſt vel per ſnĩam, vel per ꝓpriã côfeſſionem, vt extra de cohab. cler. & mu. veſtra. Immo ſi adhuc poſt ſententiam corrigi voluerit, non dicã eum ſuſpenſum ipſo iure, vt 81. diſt. ſi qui ſunt presbyteri. extra de cohab. cleri. & mulie. cap. ſicut. B. tñ dicit hunc canonẽ fuiſſe qñq; latæ ſententiæ; ſed hodie non eſſe: & hoc quod dixi ſpeciale eſt in hoc crimine fornicationis. vt notorius fornicator ſit ſuſpenſus ipſo iure, & etiã ſimoniacus, vt §. verum. ſed in alijs criminibus non eſt expreſſum & ideo licet notoria ſint, nõ eſt ꝑꝑ illa abſtinẽdũ ab officijs ipſorum. vel dic ꝙ licèt notorius fornicator ipſo actu ſit ſuſpenſus, tñ ꝑꝑ côtrarium actum ipſo iure reſtituitur ei officium. 81. diſt. ſi qui ſunt. vnde quàm cito pœnitet, licitè celebrat. Ioan. Sed certè quidquid dicat Io hoc tene pro certo, ſiue ſit notoriũ per ſententiam, ſiue per confeſſionem, vel per rei euidentiam de fornicatione ipſius, quod vitari debet, vt extra de cohab. cler. cap. vlt. B.

Concubinarij an ſint ĩ officio fugiendi.

c ¶Quem ſcit.] Scientia iuris, non facti. Io. 3.

PRæter.] CASVS. Capitulum hoc diuiditur in duas partes. In prima parte dř, ꝙ nullus debet audire Miſſam presbyteri quem ſcit côcubinam indubitanter habere, vel ſubintroductam mulierẽ. Hoc idẽ ſtatuit ſynodus ſub excõicatione ſeruandũ, præcipiens,

3 Et ꝙ ſic debeat ĩtelligi, probat 20. q. c. 2. ibi de hoc ĩ gl. arg. ꝙ, & c. vbi ita not. Archid.

vt talis ſacerdos Miſſam non cantet, niſi ceſſauerit, nec alia diuina celebret, cum his qui obediunt huic conſtitutioni, nec aliquid ab eccleſia percipiat. In ſcđa parte quæ incipit ibi, [Præcipientes etiam ſtatuimus.] dř, ꝙ illi qui ſeruant caſtitatē, ſimul manducent & dormiāt & decimas, & primitias, & oblationes percipiant à laicis, quas qui non dederit, excommunicetur.

ſtiones ſcribit, & ſolutiones ponit. Diuiditur ergo hoc cap. vel hæc epiſtola in duas partes. In prima parte ponuntur duæ quæſtiones: quarum prima eſt vtrū ſacramenta ſint recipiēda à criminoſis? Rńdet Vrbanus, ꝙ vera ſunt ſacramenta in ſui eſſentia à quocumq; fiāt, dum-

tes fuerint, maneat, neque partem ab eccleſia [a] ſuſcipiat. ¶Præcipientes etiam ſtatuimus, vt hi prædictorum ordinum, qui eiſdem prædeceſſoribus noſtris obedientes caſtitatem ſeruauerint, iuxta eccleſias, quibus ordinati ſunt, (ſicut oportet religioſos clericos) ſimul manducent, & dormiant, & quidquid eis ab eccleſijs competit communiter habeant. Et rogantes α monemus, ut ad Apoſtolicam, cōmunem ſcilicet vitam, ſummopere peruenire ſtudeāt: quatenus perfectionem cum his conſecuti, qui centeſimo fructu ditantur, in cęleſti patria mereantur adſcribi. Deinde, vt decimæ, & primitiæ, ſeu oblationes viuorum & mortuorum eccleſijs Dei fideliter reddantur à laicis; & vt in diſpoſitione [b] epiſcoporum ſint, quas qui retinuerint, à ſanctæ eccleſiæ communione ſeparentur [c]. *Matth. 13.*

α ¶Et rogantes] *Hæc vſque ad verſ.* Deinde, *addita ſunt ex epiſtola manuſcripta Alexandri, quorum aliqua etiam ſunt in concilio Nicolai, in quo eſt præterea ſequens Verſiculus,* Deinde *qui in epiſtola Alexandri non eſt.*

3 *Verum*[d] *principia harum auctoritatum contraire videntur Hieronymo*[e], *& Auguſtino*[f], *& cæteris, qui Chriſti ſacramenta neq; in bono, neq; in malo homine fugienda oſtendunt; ſicut ſubſequens cauſa ſimoniacorum plenius demonſtrat. Sed Vrbanus ſecundus in epiſtola*[g] *deſtinata præpoſito Sancti Iuentij*[h] *hanc contrarietatem determinat dicens:* 1.q.1 neque in homine.

[*Ad 3 hoc*[i] *vero quod ſubiungitur in eadem epiſtola, id eſt, vtrum ſit vtendum ordinationibus, & reliquis ſacramentis à criminoſis exhibitis; vt ab adulteris, vel ſanctimonialium violatoribus, vel huiuſmodi: Ad hoc, inquam, ita reſpondemus. Si ſchiſmata, vel hæreſi ab*

Clerico excōicato eſt ſubtrahendum beneficium.

a ¶Ab eccleſia.] Hoc concedo in ſuſpenſo à canone. idem eſt in excōicato. extra de appel. paſtoralis. non ita dico in ſuſpenſo ab homine, ꝙ ibi ſtatim debeat amittere beneficium 1. quia relegato ad tempus bona nō adimuntur, niſi hoc ī ſnia exprimatur. C. de pœn. deportatorum, quia dum alijs rationibus quis conſtringi pōt, non ſunt ei ſubſidia ſubtrahēda. C. de execu. rei iud. ſtipendia. Io. immo dico, quòd nec hæc admitterentur, niſi in ſnīa exprimeretur. quid de hoc iuris ſit, notatur in quæſtionibus. B.

1 Fortè non bene dicit Io. quia q nō facit officium, nō debet percipere bñficium. extra de cle. coniug. quod à te. & c. diuerſis. Archid.

b ¶In diſpoſitione.] arg pro cōi vita clericorum 2. vt 1.q.2. ſacerdos. Sed, ꝯ variæ ſunt cōſuetudines. ī. ead. placuit. extra de conſti. cum omnes, & de elect. cum eccleſia Vulterana.

2 12.q.1. neceſſariū. de conſec. diſ. 5. in omnibus vbi de hoc.

Excōicari poſſunt q decimas nō ſoluunt.

c ¶Separētur.] Arg. ꝙ laici excōicādi sūt qui decimas vel oblationes ſoluere nolunt. 16.q.1. ſtatuimus. & c. reuertimini. 13.q.2. qui oblationes. 12.q.1. duo ſunt genera.

VERVM. Hæc eſt tertia pars diſt. in qua ponit cap. Vrbani. in quo dř quæ differentia ſit inter ſacramenta celebrata à malis catholicis, vt in neceſſitate poſſint ſumi, & ſacramenta ab hæreticis, quæ nullo modo poſſunt ſumi, præter baptiſma. Io. de Fan.

CASVS. Dictum eſt ſ. in c. nullus. & cap. præter hoc. ꝙ nullus debet audire Miſſam ſacerdotis quem ſcit concubinam indubitanter habere. ſed hoc videtur ꝯdicere Hierony. & Auguſt. & multis alijs, qui dicunt ſacramenta non eſſe ſpernenda in bono vel malo prælato, vt 1. q. 1. in multis cap. Sed hæc contrarietas ſoluitur in epiſtola Vrbani, quæ epiſtola infra ſequitur ſtatim.

d ¶Verum.] Hic §. diuiditur in tres partes.

e ¶Hieronymo.] 1.q.1. ſicut Chriſtus.

f ¶Auguſtino.] 1.q.1. ſi fuerit. & c. neque in homine.

g ¶In epiſtola.] 1.q.3. ſaluator.

h ¶Præpoſito Sancti Iuentij.] Epiſtola deſtinata fuit ab hæretico, in qua multa 3. obijciebantur ei, ſ. vtrum vera eſſent ſacramenta vel ſacrificia hæreticorum. cui cum non reſpondere poſſet, miſit eam Papæ Vrbano, vt reſponderet: ipſe vero reſpondit ad ſingula.

3 Quæ continentur 1. q. 3. ſaluator.

AD HOC VERO. CASVS. Quidam miſit epiſtolam quandam præpoſito Sancti Iuentij, in qua duæ quæſtiones continebantur: quas cum neſciret ſoluere, Vrbanum ſuper hoc conſuluit. Vrbanus vero ei eaſdē quæ-

dummodo fiant in forma eccleſiæ, & ab his qui poteſtatem habent conficiendi, & recipienda ſunt ab eis niſi ſint hæretici, vel ſchiſmatici: & hoc probat auctoritate Aug. Nicolaus tñ & Greg. pceperunt ab officijs ſimoniacorum & iacentium in fornicatione manifeſta abſtinēdum eſſe. Secunda quæſtio fit complexiuè: Aut non ſunt vera ſacramenta quæ conficiuntur ab iſtis, nec hñt virtutis effectū; aut ſunt vera. Si non ſunt vera, ergo neq; agentibus, neq; ſuſcipientibus obſunt. Si ſunt vera, ergo ſperni nō debent. Et rñdet Vrbanus, ꝙ vera ſunt. Veruntamen ꝯ ſtatuta Grego. & Nicolai non ſunt recipienda de manibus eorum. In neceſſitate tñ ab iſtis, ſ. ſimoniaco, & notorio fornicatore poteſt baptiſma ſuſcipi, & etiam euchariſtia. In ſecunda parte, quæ incipit ibi, [Hæc de malis.] dicitur, ꝙ ſacramenta ſchiſmaticorum, & hæreticorum vera ſunt, vt dicunt doctores eccleſiæ, ſed non habēt effectum donec fuerint reconciliati eccleſiæ vel ipſi, vel ordinati ab ipſis per manus impoſitionem; ſed non ſunt recipienda ab ipſis, in mortis tamen articulo tantum baptiſma ab eis recipi poteſt. Cyprianus tamen, & lxxx. epi cum eo dixerunt baptiſma hæreticorum eſſe lauacrum diaboli. Sed reprehenſi ſunt ab Auguſtino, Stephano, Cornelio, & alijs Pontificibus Romanis, cum melius ſit à talibus baptiſmum recipere, quam in æternum perire. Et hanc ſententiam ſequitur tota eccleſia.

i ¶Ad hoc.] Hic incipit cap. Vrbani.

a ¶Et

Tract.5.ad c.1. Ioannis, circa medium.

eccleſia non ſeparantur, eorundem ordinationes, & reliqua ſacramenta ſancta, & ueneranda [a] non negamus, ſequentes Beatum Auguſtinum, qui ſuper Ioannem de huiuſmodi tam copioſe, quàm veraciter diſſerit. Ait enim: [Baptizat ſeruus bonus, ſiue ſeruus malus [b]: non ſciat ſe ille, qui baptizatur, baptizari, niſi ab illo, qui ſibi tenuit baptizandi poteſtatem]. & paulo poſt: [Non horreat columba [c] miniſterium malorum, reſpiciat Domini poteſtatem.] & infra. [¶ Attamen [d] deceſſores noſtri Nicolaus, & Gregorius à Miſſis ſacerdotum, quos tales reuera eſſe cōſtiterit [e], fideles abſtinere decreuerunt, vt & peccandi licentiam cæteris auferrent, & huiuſmodi ad digna pœnitentiæ lamenta reuocarent. Scribit hoc prædeceſſor noſter Gregorius Rodulpho duci [f] Sueuiæ, & Rodulpho duci Carentanorum inter cætera: [Officium [g] ſimoniacorum, & in fornicatione iacentium ſcienter nullo modo recipiatis, & quantum poteſtis, tales à ſanctis miniſterijs †, ut oportuerit, prohibeatis, etc.]

Gregorius. vij l.2.reg.epiſt.45

† myſterijs] orig.

¶ Porro [h] ad hæc, quæ tibi ſyllogiſtice in eadem epiſtola obijciuntur, id eſt, ſi corpus & ſanguis Chriſti non ſunt, et alia, quæ prædiximus, proprias non habent virtutis dignitates, quid agentibus obſunt? quod ſi habent, cur ſpernūtur, ſi [i] ab indigno præſumuntur [k]? Ad hæc, inquam, ita reſpondemus: proprias quidem habent virtutis dignitates, vt præfatus Auguſtinus ait ſuper Ioannem contra Donatiſtas; ſed agentibus [l], vel ſuſcipientibus eadem ſacramenta contra præfatorum [m] Pontificum inſtituta [n] (niſi forte ſola morte interueniente, vtpote ne ſine baptiſmate, vel communione [o] quilibet humanis rebus excedat) eis, inquam, intantum obſunt; vt uerè † idololatræ ſint, cum talibus [p] & ordinationum [q], & ſacramentorum [r] confectio [s] & aliter quàm præmiſſum eſt, ſcienter ſuſceptio, vehementer à ſanctis canonibus prohibeantur. Ait enim Samuel propheta: Quoniā quaſi peccatū ariolandi eſt repugnare, & quaſi ſcelus idololatriæ nolle acquieſcere.] ¶ Hæc de malis [t] catholicis, qui intra eccleſiam ſunt. Cæterū ſchiſmaticorum, & hæ-

† al. fere.

1.Reg.15.

a ¶ Et ueneranda.] Et etiam ſuſcipienda, & per hoc reſpondet duabus quæſtionibus. ſcilicet quod ipſa ſacramenta ueneranda ſunt, & præterea ꝙ ſuſcipiēda ſunt: & ita facias uim in verbo illo, ueneranda.

b ¶ Malus.] Nō ſufficienter probat hoc, cum aliud dici poteſt in baptiſmo, aliud in cæteris. nā & à pagano conferri poteſt. de cōſec. diſt.4. à quodam. ſed melius probat per ſequens, non abhorreat, &c.

Baptizare poteſt Paganus.

c ¶ Columba.] Id eſt, bonus Chriſtianus.

d ¶ Attamen.] Hucuſque intelligit de malis occultis, & de illis qui tolerantur.

e ¶ Conſtiterit.] Per ſententiam, vel per confeſſionem vel per rei euidentiam, vt ſupra dixi in c. nullus.

f ¶ Duci.] Arg. hic ꝙ laicus de mandato ſuperioris poteſt ſuſpendere clericos, & excōmunicatio eſt iuriſdictionis potius quàm ordinis. arg. extra de elec. trāſmiſſam. nam electioni poſſunt intereſſe laici. 64. diſt. Hadrianus. & c. in ſynodo. & arg. 96. diſtin. bene quidem. & c. nos ad fidē. & cauſis matrimonialibus. 35. quæſt. 5. ad ſedem. circa me. 2. q. 5. Mennam. Ioan. Hoc tamē videtur alienum à laico, cum de rebus ſpiritualibus ſe non intromittat, ut extra de iudi. decernimus, immo ut ibi dicitur, prohibetur prælatis ut talia laicis non committant, tamen dominus Papa, qui habet plenitudinem poteſtatis, eis poſſet committere vt excommunicarent. 2. q. 5. Mennam. Bar.

Laicus quādoque poteſt clericos ſuſpendere, & excōicare.

g ¶ Officiū.] Hug. iſtud intelligit de notorio ſimoniaco, ſicut de notorio fornicatore. melius credo, ꝙ ēt occultus ſimoniacus ſuſpēſus ſit, ſi eſt ſimoniacus in ordine, vt 1. q. 1. reperiuntur. ſuſpenſus eſt enim quo ad ſe, & quo ad alios. Hoc ideo dicit: quia q̄libet peccator ſuſpenſus eſt quo ad ſe, licet non quo ad alios [1] præter notorium fornicatorē, & occultum ſimoniacū. vnde ab occulto ſimoniaco in ordine, quē ſcis eſſe ſimoniacū, nō debes recipere ſacramenta, ut dixi 1. q. 1. ſi quis à ſimoniacis. & probatur extra de ſimo. per tuas, ſed à quolibet alio, qui adhuc toleratur, potes recipere: qa licet quilibet peccator ſit quo ad ſe ſuſpēſus, vt 1. q. 1. ſacerdotes. non tamē quo ad alios, vt hic patet, & 55. q. ulti. ca. vlt. ſic quandoque aliquis eſt ſuſpenſus quo ad alios, & non quo ad ſe, vt extra de cler. peregri. tuæ.

Simoniacus an ſit ſuſpenſus.

1 De hoc etiam not. 50. diſt. de his vero. in glo. ulti. ibi videas.

h ¶ Porro.] Hæc ſunt verba Vrbani.

i ¶ Si.] Exponitur, id eſt, quamuis.

K ¶ Præſumuntur.] id eſt, præſumptiue conficiuntur.

l ¶ Sed agētibus.] Ab illo loco vſq; ad illū locum, cæterum, agit de ſimoniaco, & de fornicatore. & ab illo loco uſque ibi, ſciendum, loquitur de hæretico, & ſchiſmatico, & tres innuuntur differentiæ inter hos duos, ſ. ſimoniacum, & fornicatorem, & inter illos duos, ſ. hæreticum & ſchiſmaticū. Prima eſt, ꝙ ſimoniacus & fornicator tpe neceſſitatis conferunt duo ſacramenta. ſ. baptiſmum & corpus Chriſti; ſed illi 2 baptiſma tantum. Secunda eſt, quòd iſti conferunt ſacramentum & effectum ſacramenti, illi tantum ſacramētum * 3. Tertia: quia ordinati ab iſtis recipiuntur ſine manus impoſitione, ſed ab illis non. 1. q. 1. manus. & ca quod quidam.

Simoniacus & fornicator tripliciter differunt.

2 Scilicet hæreticus & ſchiſmaticus.

* Niſi ī caſu neceſſitatis; quia qui à præciſo accipit ſacramentū, extra caſum neceſſitatis, peccat: nō itē qui à malo. B. Tho. p.3. q 64. art. 6. ad 2. & ar.9. ad 2. & q. 67. art. 5.

m ¶ Contra præfatorum.] Nicolai & Gregorii. Et ſic patet ꝙ hic tm̄ loq̄r de ſimoniacis & fornicationib.

n ¶ Inſtituta.] Scilicet obſunt.

o ¶ Vel communione.] Sic ergo ab iſtis recipit Eucharistia, ſed non ab hæreticis, ut 24. q. 6. ſi quis dederit 4.

p ¶ Talibus.] Sacerdotibus.

q ¶ Et ordinationum.] Id eſt, ordinum.

r ¶ Et ſacramentorum.] Aliorum.

ſ ¶ Confectio.] Impropriè dicuntur ordines confici.

t ¶ De malis.] Hæc littera bene innuit, ꝙ ab illo loco, porro ad hæc, &c. vſque huc, tantū de malis catholicis intelligitur; non de præciſis. nec contradicit illud contra Donatiſtas, quia Vrbanus inducit auctoritatem Greg. à minori. Nam hic dicat de ſacramentis Donatiſtarum,

3 Et nō corpus Chriſti 34. q. 1. c. vl. & q̄ ſit ratio not. ī. ea. q. §. ſed illud. Arch.

4 Et hoc ē pp ipſius Euchariſtiæ reuerentiā. arg. de conſe. diſt. 4. pp regulam.

ſtarum, & ꝙ habent proprias uirtutes, &c.

a ¶Formam.] Id eſt, virtutem habent; quia vera & integra ſunt. 1.q.1.quod quidã. & de conſe.diſt.4.oſtenditur. & cap.ſicut in ſacramentis.

b ¶Initiati.] Id eſt, conſecrati.ſi.de cõſecra.diſt.2.qa corpus. 12.q.2. aurũ. 28.q.1. caue. Sed aliter accipitur.26. quæſtio.2. cum initiatur.

c ¶Per manus.] 1.q.1.hi qui.Sed quid dices de pœnitentia? nunquid eſt ab iſtis præciſis accipienda? Reſpon. in caſu neceſſitatis eis poſſumus confiteri. nam & cuilibet. de pœn. diſt.1.quem pœnitet. ſed licet eis confiteamur, tñ nõ debemus recipere ab illis pœnitentiam: quia nec in eo caſu imponenda eſt pœnitentia, ſed innoteſcenda.26.q.7. ab infirmis. vel dic ꝙ non debemus confiteri.24.quæſt. 1.§.ſed iſtud. in fi. de pœnit. diſt.6.c.qui uult.& illud ne inducant nos in deſperationem ſicut Iudæi Iudam, cũ ei pœnitenti dixerũt; quid ad nos tu videris.de pœnit. diſt.1. is poteſtatis.

Pęnitentia an poſſit ab hæreticis recipi.

d ¶Apoſtolorũ.] Id eſt, qui ſub nomine Apoſtolorũ facti sũt, ſed ſunt apocryphi. 15. diſtin ſancta Romana.16.di.canones, Hu.

e ¶Quorum.] Simplex eſt hæc relatio.

f ¶Ex parte.] 31.diſt. aliter.

g ¶Diaboli.] Si quo ad effectum dixiſſent in deteſtationem criminis hæreſeos, bene dixiſſent: ſed hoc dixerunt, quia non credebant eſſe ſacramẽtorũ veritatem apud hæreticos, & ideo reprehenſi fuerunt ab Aug.H.

h ¶Appellant.] ȷ̃. de cõſec.d.4.quomodo.

k ¶Neceſſarior.] Immo eſt ianua omnium ſacramẽtorum.1.q.1.ſi quis confugerit. de conſe.diſt.4.hi vero.extra de pre: by non baptiza.veniens.

PROHIBENTVR. Hæc eſt 4. pars diſt. in qua probat qualiter debeant puniri omnes, qui in ſacris recipiunt

reticorum ſacramenta, quoniam extra eccleſiã ſunt, iuxta ſanctorum Patrũ traditiones, ſcilicet Pelagij, Gregorij, Cypriani, Auguſtini, & Hieronymi, formam [a] quidem ſacramẽtorum, non autem virtutis effectum habere profitemur, niſi cum ipſi, vel eorum ſacramentis initiati [b] per manus [c] impoſitionem ad catholicam redierint vnitatem. Sciendum vero, quòd canones Apoſtolorum [d], (quorum [e] auctoritate orientalis, & ex parte [f] Romana vtitur eccleſia) & inſignis Cyprianus martyr, & lxxx. epiſcopi cum eodem baptiſma hæreticorum, lauacrum diaboli [g] appellant [h]. Stephanus vero, & Cornelius martyres, & Pontifices Romani, & venerabilis Auguſtinus in libro de baptiſmo eundem Cyprianum, & præfatos epiſcopos ob hanc cauſam vehementer redarguuntur, affirmantes baptiſma, ſiue ab hæretico, ſiue ſchiſmatico, eccleſiaſtico more celebratum ratum eſſe, & merito: quia alia in baptiſmo [i], & alia in reliquis ſacramentis conſideratio eſt; quippe cum & ordine prior, & neceſſarior [k] ſit. Subito enim morituro, prius baptiſmate, quàm Dominici corporis communione. vel alijs ſacramentis conſulitur, & dum forte catholicus non inuenitur, ſatius eſt ab hæretico baptiſmi ſacramentum ſumere, quàm in æternum perire. Et hanc ſententiam præſcriptorum Pontificum, Cornelij, Stephani, & Auguſtini, ſecuti ſunt Innocentius, † Syricius, Leo, Anaſtaſius, & magnus Gregorius, & omnis catholica eccleſia. 4. ¶ Prohibentur ergo de manibus talium ſacerdotum ſacramenta ſuſcipi, non quin ſint vera quantum ad formam, & effectum: ſed quia, dum huiuſmodi ſacerdotes ſe à populo contemptos viderint, rubore verecundiæ facilius ad pœnitentiam prouocentur.

Can. 45. 46. 47.

Lib.1.epiſt.12. ad Ianuariũ, & epiſt.ad Iubaianum, q̃ ante illius concilium poſita eſt.

In cõc. Steph. Auguſt.l.7.cõtra Donatiſtas.

Inn. Victricio epiſt.1.c.15. Syricius Himerio. c.1. Leo de conſe. diſt.4. hi de q̃bus. Anaſtaſius diſtin. 19.c.ſin.

β ¶Ad hoc] *Hinc vſque ad finem capitis omnia accepta ſunt ex epiſtola Vrbani ſecundi L. Præpoſito ſancti Iuentij apud Ticinũ, quæ habetur in vetuſto codice Bibliothecæ Vaticanæ, cuius epiſtolæ initium, & magna pars habetur infra c. ſaluator.1.q.3. atque in aliquot vetuſtis Gratiani codicibus eſt caput diſtinctum cum rubrica,* De eodem.

Item ex ſexta ſynodo, c.6.

¶Qui vxorem ducere voluerit, ante ordinem ſubdiaconatus hoc faciat. C. VII.

SI quis eorum [l], qui ad clerum accedunt, voluerit nu-

Extra de æta et qualit.c. à multis.

Pãn.l.3. c. 102.

i ¶In baptiſmo.] Videtur ꝙ nec baptiſmus in neceſſitate ab hæretico ſit accipiendus. nã cordis contritio ſufficit, ut de conſe.diſt.4. baptiſmi vicem.ſic nec corpus Chriſti.24.q.1.c.penul.& ult. quia qui credit manducat.de cõſecra.diſt.2 vt q̃d paras? Reſp. hæc eſt rõ, quia baptiſmus neceſſarior eſt; nam in eo delẽtur oĩa peccata. adeo ꝙ ẽt ignis purgatorij pœna nõ ſentieẽ. de conſe diſt.4.ſine.nõ autẽ ita eſt in cordis cõtritione uel pęnitentia: nam per ea non poteſt purgatoriũ euitari 1, quod excedit omnem pęnam quam hic quis poſſit ſuſtinere, ſm quod hæc colliguntur. de pęni. diſt.ult.c.ult.& 25.diſt.qui in aliud.

1 Vt continet in p̃di. ca. nullus. De hoc legit & not. 24.q.1. §. ſed iſtud. ibi videas. Arch.

Purgatorij pęna eſt acerbior omni mundana.

piunt uxores, vel retinent cõcubinas, & dicit ꝙ debẽt à clero ſubmoueri, & vxores mancipari ſeruituti: & hoc probat per viij. auctoritates ſanctorum patrum. Ioan.de Fan.

CASVS. Concludit Gratianus ex ſupradictis, ꝙ ſacramenta de manibus hæreticorum ſimoniacorum, & in fornicatione iacentium no ſunt recipienda, nõ quin ſint vera ſacramenta; ſed ideo fit, vt tales ſacerdotes propter verecundiam facilius ad pœnitentiam prouocentur, ſi viderint ſe contemni. Caſus ſeq. cap. patet.

l SI quis eorum. Iſtud c. euidenter eſt ꝯ illos qui dicunt ꝙ Gręci poſſunt, contrahere in ſacris ordinibus

Græci in ſacris ordinibus nõ poſſunt cõtrahere.

y Argũ. ad hoc 31. diſtin. aliter. vbi etiã de hoc. ſed H. dicit, quòd hoc Nicolaus conſtituit, & ſm Lau. eſt ꝑ eo ar. opti. ff. cõmod. l.1.&l.in cõmodato.§. ſicut autẽ. Archi.

nibus y.cum hoc cap. ſit ſextæ ſynodi, & ſexta ſynodus præfixit eis regulam viuendi, vt 31. diſt. Nicæna. cap.quoniam. §.hoc autem. patet etiam ꝙ apud eos in ſacris ordinibus nõ contrahitur matrimonium, nec etiam tempore Apoſtolorum licitum fuit contrahere in

Svbdiaconis.] CASVS. Quæſiuit Bonifacius an ſubdiaconi ſui epiſcopatus poſſint vxores ducere. & reſpondet Greg. ꝙ non: ſed hoc ſtatuit de illis quod decreuit de alijs: nec quod decretum fuit, alicuius temeritate vult violari.

ptiali iure mulieri copulari, hoc ante ordinem ſubdiaconatus faciat.

Item ex concilio Carthag.3.c.19.

¶Lectores aut uxores ducant, aut continentiam profiteantur. C. VIII.

Pann.l.j.c.111. Lectores, cum ad annos pubertatis [a] uenerint, cogantur [b] aut uxores ducere, aut continentiam profiteri.

Item Gregorius Bonifacio epiſcopo Rhegino, libr.3. epiſt.5.

¶Subdiaconos continentiam ſeruare oportet. C. IX.

Pann.l.3.c.99. Svbdiaconis tuis hoc, quod de Siculis ſtatuimus, decernimus obſeruari, nec illam definitionem noſtram cuiuſquam ſinas contumacia [c] aut temeritate corrumpi.

Item Vrbanus ij. in ſynodo apud Melphiam, c.13.

¶Beneficio & officio careant, qui poſt diaconatum uxoribus vacant. C. X.

Pann.l.3.c.101. Eos, qui [d] poſt ſubdiaconatũ [α] uxoribus uacare uolũt, ab omni ſacro ordine remouemus, officioque, atque beneficio eccleſiæ carere decernimus. Quòd ſi ab epiſcopo commoniti non ſe correxerint, principibus indulgemus licentiam, ut eorum fœminas mancipient ſeruituti. Si uero epiſcopi conſenſerint [e] eorum prauitatibus; ipſi officij interdictione mulctentur.

α ¶Subdiaconatum.] *Antea legebatur,* diaconatum. *Sed emendatum eſt ex aliquot vetuſtis Gratiani exemplaribus, & ex ipſo concilio, cuius vnum exemplar eſt in bibliotheca Vaticana, & alterum miſſum eſt è Gallia. Diaconis enim nunquã in Latina eccleſia legitur permiſſum fuiſſe coniugium, aut vſum ipſius, quos Syricius, & Innocentius ſemper eadem continentiæ lege cum epiſcopis, & presbyteris coniunxerunt. Subdiaconis quoque poſt B. Gregorium, & prohibitionem illam, quæ continetur in cap. ante triennium ſupra diſt.31. eadem lex fuit conſtituta, quam Vrbanus ſecundus hic innouandam ſtatuit.*

Item Dominico Patriarchæ Gradenſi.

c ¶Cõtumacia.] q̃a non eſt fauore alicuius perſonę omittendum quod ſtatutis generalib. continet. 61.diſt.miramur.

Eos qui.] CASVS. Quidam diaconi contrahebant de facto, vel vxores quas duxerant ante ſacros ordines cognoſcebãt. Quæſitum fuit quid de eis deberet fieri. & de vxoribus eorũ? Et reſpondet Vrbanus, quod clerici ab officio & beneficio ſuſpendantur, & ſi incorrigibiles fuerint, datur licentia principibus ut eorum fęminas mancipent ſeruituti, & ſi epiſcopi huic prauitati conſenſerint, ſuſpendant̃.

d ¶Eos qui.] Quod hic dicitur, intelligo quando quaſi matrimonialiter z ducunt vxores, & in eo caſu filij rediguntur in eccleſiæ ſeruitutem, vt 15.q. vlt. cum multæ. primo tamen ipſe epiſcopus rediget in ſeruitutem eas ſi poteſt, vt 81.diſtin. quidam clerici: ſed ſi ipſe non ſufficit, tunc itur ad brachium ſęculare, ut hic dicitur. Sed obijcitur, nonne principes habent iuriſdictionẽ ſuꝑ iſtas, cum ſint laicæ? quare ergo eis, indulgetur iſtud, cum ipſi eas per ſe poſſunt punire? Si legitima eſſet vxor iſta, tũc planum eſſet, quia legitima vxor ſortitur forum ex perſona viri, ut ff. de iur.om. iud. cum quædam. Sed illa quæ non eſt legitima, non, vt ff. ad munici. de iure.§.vlt. Ad hoc poteſt dici, quod cum ſit de familia ſacerdotis, eſt de foro eccleſiæ, ſicut & alij, qui ſunt de familia eius, vt 89.diſt.indicatum. & 12.q.2. eccleſiarum ſeruos. vel ideo cenſetur de foro eccleſiæ, quia deliquit in perſona eccleſiæ; quia ratione delicti dicitur in me princeps habere iuriſdictionem: & rõne delicti fit quis de foro alterius, vt 6. q.3. placuit.

z Hãc ſententiã ſequitur Vin. & Inn. extra de cohabi. cler. c.2. in fi. vbi ẽt de hoc. Archi.

e ¶Conſenſerint.] hodie deponitur, vt extra de vita & honeſta. cleric. & clericorum mores. & 83.diſtin. ſi quis epiſcopus. & extra de ſimo. nemo. Sed illud 3 uerum quando prece vel pretio conſenſit, ut ibi dicitur in illa conſtitutione, vt clericorum. Si autẽ epiſcopus negligens eſſet, ſuſpendatur per duos menſes, vt 1.q. 1.quidquid.

Vxor clerici eſt de foro eccleſię. 3 Id eſt qđ dr̃ in illis c. ꝑ dictis Gradenſi patriarchę. iſte ſub nomine archiepiſcopi cõtinetur, ut patet 21. diſtin. in c.1. ver. ſi ordo.

in ſubdiaconatu, vt 84.diſt.cum in præterito.

Lectores.] CASVS. Clerici quidã in pubertate xviij. ann. poſiti volebant ad ſubdiaconatum non promiſſa continentia promoueri. Quęſitum fuit in concilio Carthag. quid de hoc fieri deberet, & reſpõſũ fuit, ꝙ iſti aut ducant vxores, aut cogantur continentiam profiteri, ſi volunt ſubdiaconi fieri.

a ¶Pubertatis.] plenæ, quæ eſt xviij. ann. in ſæcularib. clericis, ſed xv. in monachis. 20.q.1. illud. 28. diſtin. de his. hic enim dr̃ plena pubertas, vt Inſtitu. de adopt.§. minorem. Sed quantum ad matrimonium contrahendum, dicitur plena pubertas xiiij. anni in viro, vel xij. anni in muliere, vt extra de deſpon. imp. puberes.

b ¶Cogantur.] j. eod. placuit. contra. Sed illud quando eccleſia penuriam non patitur. argumen. 55. diſt. cap.1.

¶Excludendi ſunt à ſuorum graduum dignitate ſubdiaconi, & deinceps, ſi continentes eſſe nolunt. C. XI.

ERubeſcant impij, & aperte intelligant iudicio ſpiritus ſancti eos, qui in ſacris ordinibus, presbyteratu, diaconatu, ſubdiaconatu ſunt poſiti, niſi mulieres abiecerint, & caſte vixerint, excludendos ab omni eorundem graduum dignitate. De manifeſtis quidem loquimur: ſecretorum [a] autem & cognitor Deus, & iudex eſt.

In c. à multis. erubeſcant. extra de æta. & qual.
Pān.l.3. c. 103.

Eccleſia nō iudicat de occultis.

Idem in Melphienſi ſynodo præſidens dixit, c. 12.

¶Ad ſacros ordines non accedat, niſi virgo, aut probatæ caſtitatis. C. XII.

NEmo ad ſacrum ordinem permittatur accedere, niſi aut virgo [b], aut probatæ ſit caſtitatis, & qui vſq. ad ſubdiaconatum vnicam, & uirginem uxorem habuerit.

In c. à multis. ex̄ de æta. & qual.
Pān.l.3. c. 104.

Bigamus eſt cū corrupta etiā ignoranter ꝯhens.

Item in concilio Carthaginenſi 5. c. 3.

¶In tribus gradibus conſtituti etiam ab uxoribus abſtineant. C. XIII.

PLacuit epiſcopos, presbyteros, diaconos [α] ſecundum priora ſtatuta [β] etiam ab vxoribus abſtinere [c], quod niſi fecerint, ab eccleſiaſtico remoueantur officio: cæteros vero clericos ad hoc non cogi, ſed ſecundum vniuſcuiuſque [d] eccleſiæ conſuetudinem obſeruari debere.

Pān.l.4. c. 105.

α ¶Diaconos.] *ſequebatur,* ſubdiaconos. *quæ vox ſublata eſt, quoniam abeſt ab originali, & ab Africano, c. 37. & à Carthaginenſi Græco, c. 71. & infra diſt. 81. c. cum de quorundam: quãuis habeatur in Carthaginenſi codicis canonum, c. 5.*

β ¶Secundū priora ſtatuta] *Græce eſt* κατὰ τοὺς ἰδίους ὅρους, *& Balſamon interpretatur,* tempore uicis ſuæ *quod ab originalis ſententia alienum eſt.*

Item Leo IX. contra epiſtolam Nicetæ abbatis.

Hūbertus Cenomanē. legatus Leonis ix. in reſponſione cōtra Nicetam.

¶In minoribus ordinibus conſtituti vxorem ducant; niſi voto, aut religioſo habitu prohibeantur. C. XIIII.

Pān.l.3. c. 107.

SEriatim, & aperte proſequemur, quid ſancta Romana eccleſia in gradibus clericorum agat. Clericos tantum, oſtiarios, lectores, exorciſtas, acolythos, ſi extra votum, & habitum [e] monachi inueniantur, & continentiam profiteri noluerunt, vxorē ducere virginē cū benedictione ſacerdotali permittit; non autem viduam, aut repudiatā: quia propter hoc deinceps nec ad ſubdiaconatum prouehi poterunt: quia nec laicus non uirginem ſortitus vxorem, aut bigamus ad clericatum poteſt aſcendere. Quòd ſi quis ex

Cōſuetudo eſt obſeruāda in matrimonio.

ERubeſcant.] CASVS. Quæſiuit patriarcha Gradenſis quid debeat fieri de his qui erant in ſacris ordinibus poſiti: nihilo minus tñ mulierculas ſibi habebant. Et reſpō. Vrbanus: niſi eas abiecerint, & vixerint continenter: ſi eſt manifeſtū, ſunt ab omni dignitate eccleſiaſtica remouēdi: ſi autem occultū eſt, diuino iudicio reſeruentur. Sequentia duo cap. plana ſunt.

a ¶Secretorum.] ex hoc patet ꝙ eccleſia non iudicat de occultis, ſic 32. q. 5. Chriſtiano. 2. q. 5. conſuluiſti. & 6. q. 1. ſi omnia. Et eſt ar. pro opinione illorum, qui dicūt ꝙ occultum delictū non irrogat irregularitatem. Ioā. quod eſt expreſſum hodie extra de temp. ord. cap. ult. niſi in homicidio & ſimonia in ordine. 1. q. 1. reperiuntur. B.

b NEmo.] Virgo.] quid ſi credit ſe contrahere cū virgine, & eſt corrupta? Dico eū non promouendum, cum ſit maritus corruptæ, ut 51. diſt qui in aliquo. q. a ibi nec error nec violentia excuſat, ut 32. q. 5. ille autem. ſicut nec caſus excuſat, vt 15. q. 1. cap. ult. Quid ſi primo corrupi uirginem. & poſtea eam deſponſaui? Argu. ꝙ promoueri non poſſum, ſi uolo eam ducere, vt 30. q. 5. qualis. & infra. diſtin. proxi. maritum. hoc notaui in quæſtio. B.

ADDITIO. Quæſtio dominicalis eſt: & incipit, Aliquis cognouit uirginem, &c.

c PLacui[t.]] Abſti[nere.]] Id eſt, non [c]ontrahere.

d Sed ſecundū vniuſcuiuſque.] nota conſuetudinem ſeruandam in matrimonio, ut hic, & j. ead. quoniam. & extra de cog. ſpi. c. 2. Sed contra extra de ſpon. duorum, tua. & ex hoc uidetur ꝙ epiſcopus in ſua diœceſi poſſit ſtatuere ne acolythi contrahant. Sed credo hanc conſuetudinem referandam ad beneficia, ut ſi conſuetudo ſit ut acolythi uxorati habeant beneficia, ipſa ſeruetur. ſed hodie corrigitur ꝑ decreta. extra de cler. coniug. Ioannes. & cap. cum decorem.

SEriatim.] CASVS. Abbas Niceta dicebat clericos in ſacris ordinib. poſſe cognoſcere uxores ſuas. Leo autem Papa reprehendens epiſtolam dicit, ꝙ clerici in minoribus ordinibus, ſi ſunt extra vxorem vel habitum monachalem, poſſunt vxores ſortiri uirgines, nō viduas uel repudiatas: alioqn nec ipſi nec bigami poterūt ꝓmoueri poſtea. Si autē poſtea uoluerint ꝓmoueri, debet hoc etiam fieri de conſenſu vxoris: quæ poſtea nec maritis nec alijs debet carnaliter copulari viuente marito, uel poſt mortem. Sequen. cap. plana ſunt uſque ad cap. presbyter.

e ¶Votum & habitum.] Bene dicit, habitum, & uotum: quia ſolus habitus non ſolennizat uotum, ut extra de reg. porrectum.

Vxor ꝓmoti an matrimonium ꝯhere poſſit.

a ¶Poſt

a ¶Poſt mortem.] De iſta vxore promoti dic, ꝙ eo ipſo ꝙ dat licentiam, intelligitur vouere: ſimiliter etiã ea cuius maritus ſuſcepit habitũ religionis: vnde neutra debet contrahere. ſi tamen contraxerit, tenet ſecũdum quoſdam: nam votum non fuit ſolennizatum 1. Diſtingue tñ, vtrum huius vxor ſciat ius vel dicatur ſibi, quia tunc uouere intelligit, nõ tñ ſolennizatur votum. Si vero ignorat, nec ei dicitur, non intelligitur vouere, in vxore tamen promoti ſecus poſſet dici non ꝑ votum, ſed ꝑ conſtitutionem eccleſiæ: ſ. vt non ſit matrimonium ſi ꝯhat. & vr̃ expreſſum ĩ. 28. diſt. quia ſunt. H. dicit, ꝙ in vtraq; vxore promoti, & ingreſſi votum de præſenti dirimit, licèt non ſolennizet actum. Ioan. Faber dicit aliud eſſe in vxore ingreſſi, aliud in vxore promoti: quia illa poſt mortem contrahit, ſed vxor ꝓmoti non: quia eſt ratio diuerſitatis: quia dignior eſt clericatus ꝙ̃ monachatus nam et bigamus poteſt eſſe monachus. 16. quæſt. 1. legi. ſed mirum eſt, quod tantus vir hoc dixerit, cum manifeſtè obuiet 27. quæſ. 2. Agathoſa. & c. ſi quis coniugatus. & 33. q. 5. qui vxorem. poſſet autem dici, ꝙ votum vxoris ſolennizatur ex voto viri promoti: & ita vir uxori communicat votum, ut 28. diſtinc. quia ſunt. de hoc not. in d. c. qui vxorem.

ADDITIO. Idem not. Hoſt. ex̃ de reg. ad apoſtolicam. Archidiac.

1 Arg. 27. q. 2. multorũ. vbi de vxore promoti loquitur, ꝙ̃ quia votũ nõ fecerat, poſt viri mortẽ nubere nõ ꝓhibetur. ſed illud fuit ſua tẽpora. 31. diſt. c. 1. Dic ergo ſecundũ Ioã. de Fan. ꝙ illud non eſt verũ in vxore ꝓmoti. 38. diſt. q. a. & c. ſeq. Archid.

præfatis ordinibus deſiderat ad ſubdiaconatum aſcendere, nequibit hoc ſine conſenſu uxoris ſuæ: vt fiat de carnali deinceps ſpirituale coniugium, nemine eos ad hoc cogente: Neque permittitur poſtea vxor iungi eidem marito ſuo carnaliter; nec cuiquam nubere in vita, aut poſt mortem [a] illius.

Item ex concilio Chalcedonenſi, c. 14.

¶Non liceat clericis alterius ſectæ vxorem accipere.

C. XV.

Pann. l. 3. c. 110.

† ἑτερόδοξον

QVoniam in quibuſdam prouincijs cõceſſum eſt lectoribus & pſalmiſtis vxores ducere [b]; ſtatuit ſancta ſynodus, non licere cuiquam ex his accipere ſectæ [c] † alterius vxorem.

Item ex Niceno concilio, c. 3.

¶Non habitent cum clericis mulieres, niſi quæ naturali fœdere omnem ſuſpicionem excludunt.

C. XVI.

SED POSTEA. Hæc eſt vij. pars huius diſt. in qua ponit quomodo olim cũ bigamis diſpenſatum fuit vt ſubdiaconi eſſent Io. de Fan.

SI ſubdiaconus.] CASVS. Quidam promotus ad ſubdiaconatum ſecundam duxit vxorem. quærebatur quam pœnam pati deberet? Et reſpondet Martinus Papa, ꝙ debet redigi inter minores ordines: epiſtolã vero poſtea legere non debet. Sequẽs autem §. patet.

f ¶ Si ſubdiaconus.] Collige caſum ex eo quod habetur ſupra. 31. diſt. §. ſimiliter. in fine.

g ¶ Inter lectores.] Hoc ex diſpẽſatione, ſed de iure communi perdit priuilegiũ clericale, vt 84. diſtin. quiſquis. ideo fit hoc ex diſpenſatione, ꝙ remanet in ſacris minoribus ordinibus.

LEctor.] CASVS. Dicitur in hoc ca. quòd ſi aliquis in minoribus ordinibus cõſtitutus viduam duxit in vxorem. vel bigamus fuerit, ex diſpenſatione poterit ad ſubdiaconatum promoueri, aliàs non.

Diſpẽſatio vtrũ poſſit cũ bigamo fieri.

h ¶ Fiat.] Sic ergo Papa * diſpenſat contra Apoſtolum, vt hic, & 32. diſt. presbyter. Innocentius tamen dicit, quòd non licèt diſpenſare cum bigamo, vt extra de bigamis, nuper. & hoc idẽ dicit Martinus. 50. diſtin. ſi quis viduam. Lucius tamen diſpenſauit cum Panormitano archiepiſcopo, qui fuit bigamus. Item habes hic, ꝙ licèt ſit diſpenſatum in vno ordine, non iõ intelligitur diſpenſatum in cæteris, vt 12. diſt. nos conſuetudinem. & 50. diſt. quicumque pœnitens. ſic diſpẽſatur in primo matrimonio, & non in ſecundo, vt 36. quæſt. 2. ſi autem.

* *Non eſt abſurdum quo ad ius poſitiuum. Vide Beatum Th. 4. diſt. 2. q. 3.*

deo propter prærogatiuã ſacerdotij. Vel ideo quia nõ videtur ibi eſſe plenum matrimonium, vt 32. q. 2. ſicut non omnis. & ideo non videtur ibi eſſe plenum ſacramentum 1. Vel hoc ideo contingit: quia vilis perſona præſumitur qui contrahit cum ancilla.

1 Id eſt, tale matrimoniũ non vr plenè deſignare Christi & eccleſiæ ſacramentũ, ſm Lau. & Hug.

b ¶ Vidua eſt.] Vt hoc melius intelligas, dic ꝙ vidua dicitur quæ a viro idua, id eſt, diuiſa vel ſeparata eſt. Nam iduo, as, dicitur ſeparare vel diuidere & dicitur ſic ab idus quod eſt diuiſio vel ſeparatio, ſecundum Pol. & dic vidua, ſcilicet ex cuius copula quis impeditur. Hug. Ioan. de Fan.

c ¶ Maritus.] Qui in eam geſſit maris ritus, eam carnaliter cognoſcendo. Lau.

PResbyteri.] CASVS. Dicitur in hoc c. ꝙ illi quibus non eſt licitum contrahere matrimonia conuiuijs nuptiarum intereſſe non debent, ne propter motus obſcænos & turpia cantica, viſus & auditus eorum contaminentur.

ducendi vxores licentia non eſt, *a* ẽt alienarum [a] nuptiãrum euitent cõuiuia: nec his cœtibus miſceãtur, vbi amatoria cantantur, & turpia, aut obſcœni motus corporum choreis, & ſaltationibus efferuntur; ne auditus, aut obtutus ſacris myſterijs † deputati turpium ſpectaculorum, atque verborum contagione polluantur.

† *al. miniſteria*

a ¶Licentia non eſt.] *In codicibus impreſſis legebatur,* licentia modo non eſt *Expuncta eſt dictio,* modo *qua neque in originali, neque in vetuſtis exemplaribus Gratiani, aut Burch. Im:ne, concili Venetico. c. xi. (Vbi hoc idem reperitur) habetur. Ac presbyteris quidem nunquam, ne apud Græcos quidem licuit ducere vxores.*

Vidua vero intelligenda eſt, ſi poſt ſolenne fœdus nuptiarum, morte interueniente, à viro ſuo diuiſa fuerit. Cæterũ, ſi antequam conueniant, fatali neceſſitate ab alterutro diuiſi fuerint: licet ex ſponſalibus vxor ſit appellata, non tamen poſt mortem ſponſi, etiam ſi in propria ſit ducta, & cum eo velata, vidua appellatur, nec ex eius copula à ſacris ordinibus aliquis prohibetur.

Vnde Pelagius Papa ſcribit.

¶Qui cum alio velatam, non tamen illi nuptam, uxorem duxit, ſacerdos fieri non prohibetur. C. XX.

VAlentino [b] clerico, cui mulier cum alio ante uelata, non tamen ei nupta, ſed uirgo permanens, poſt mortem eius, cum quo uelata erat ſponſa †, coniugali eſt copula ſociata, quia iterum † uelamen accepit, nullum in promouendo generetur obſtaculum; quia nihil eſt (quantum ad hunc articulum pertinet) quod ei de canonicis obuiet inſtitutis.

Simile 27. q. 2. c. quod autẽ. §. item ſi ſponſa. Iuo p. 6. c. 113.
† *al. ſponſo.*
† *al. interum*

DISTINCTIO XXXV.

AQuibus [c] *ordinibus bigami prohibeantur, & vtrum reputentur bigami, qui ante baptiſmum habuerunt vnam, & poſt baptiſmum alteram, & an liceat ſortiri vxores in ſacris ordinibus conſtitutis, multorum auctoritatibus breuiter monſtratum eſt.* ¶*Sequitur autem in deſcriptione illa Apoſtolica, vt ſit ſobrius, qui ordinandus eſt, non vinolentus: quod ex auctoritate veteris teſtamenti introductum eſt. Miniſtri enim templi prohibentur vinum, & ſiceram bibere, ne ebrietate grauentur corda eorum, & vt ſenſus eorum vigeat ſemper, & tenuis ſit, vel quia venter* [d] *mero æſtuans facile deſpumat in libidinem: Vnde Noe in ebrietate nudauit fœmora: Loth, quem Sodoma non vicit, vina vicerunt.* ¶*Quod tamen* † *vinolen-*

Prima Tim. 3. & in gloſſa ad eũ locum hũc hæc omnia ex Hiero. epiſt. 83.
1. *Tim.* 3.
Leuit. 10.
ꝟ. ead. c. venter.
Gen. 9. & 19.
Gl. Iterlinearis.
1. *Tim.* 3.
† *al. etiam*

a ¶Etiam alienarum.] Et ſi clerici fuerint in aliquo conuiuio, & adueniãt ioculatores, ſurgant, & recedant de menſa, vt de conſecr. diſtinct. 5. non oportet.

VIDVA CASVS. Dictũ eſt ſupra ꝙ qui viduam habuit vxorem, repellitur à promotione. Nũc vero dicit, ꝙ vidua eſt cuius vir poſt copulam carnalem eſt defunctus. Veruntamen ſi antequã cognoſcatur à viro ſuo, mortuus fuerit vir eius, non debet ꝓpter hoc vidua appellari, licet traducta fuerit & velata. Et ſi quis cum tali contraxerit, non repellitur à promotione. quod probatur ſeq. cap.

VAlentino.] CASVS. Valentinus duxit quandam in vxorem, quæ antea fuit alteri deſponſata, & cum illo velata: ſed non fuit ab eo cognita, quia fuit morte præuentus, & ſic virgo permanſit. Dicitur hic, ꝙ propter hoc Valentino nullum impedimentum generatur quin valeat promoueri poſt mortem vxoris, vel ea viuente de conſenſu ipſius.

b ¶Valentino.] Hũc caſum habes extra de biga. d-bitum.

A Quib.] CASVS. Dictum eſt ſupra à quibus ordinibus bigami ꝓhibeantur, & utrum bigami reputentur q ante baptiſmum vnam, & poſt baptiſmum alteram, vxores habuerunt, & an liceat ſortiri vxores in ſacris ordinibus conſtitutis. In hac vero 35. diſtin. proſequitur Gratianus tertium c. Apoſtolicæ regulæ; ſ. oportet, ordinandum non eſſe vinolentum, ſed ſobrium; quia in vet. teſt. miniſtris templi prohibebatur uinum & ſiceram bibere, ne propter ebrietatem corda eorum grauarentur: & quia venter mero æſtuans deſpumat in libidinem. & hoc probatur exemplo Noe, & exẽplo Loth: & dicit quòd vinolentus eſt qui frequenter vino repletur. Sequens cap. patet.

c ¶A quibus.] Hic agitur de tertio cap. apoſtolicæ regulę, oportet ordinandum non eſſe vinolentum, ſed ſobrium. & introducit multa in commẽdationem abſtinentiæ, & in reprobationẽ ebrietatis. interſerit etiam de pœnæ illorũ, qui frequenter indulgent ebrietati, & dicit ꝙ minores corporaliter puniuntur, maiores poſt admonitionẽ xxx dieb. cõione priuatur, vt ꝟ. ea. c. vl. 1.

d ¶Quia venter.] Pinguis venter groſſum generat ſenſum. 44. diſt. §. ſi ergo.

a Et q nec ſic reſipuerunt, deponentur, vt ꝟ. c. ep̃s. Hug.

a ¶Epiſco-

Clerici ludere aut luſores ſpectare non debent. Ludo perditũ an repeti poſſit.

a ¶Piſcopus.] ¶Aleę.] Clerici non debẽt ludere, vel ludibus intereſſe, ut extra de vi. & ho. cle. clerici. nec participes erunt ludentibus, nec inſpectores ludi, vt in Auth. de ſac. epiſco. §. interdicimus. coll. 9. Sed nunquid poteſt repeti id, quod alea perditur? Dicunt quidam 1 ꝙ non, ſed pauperibus eſt erogãda pecunia illa. arg. 14. q. 5. non ſane. cum enim turpitudo vertitur ex parte vtriuſque, melior eſt conditio poſſidentis. ff. de cond. ob tur. cau. l. ſi ob turpem 2. melius credo ꝙ poſſit repeti, vt ff de aleatoribus. l. vlt. in fi. etiam uſque ad quinquaginta annos, vt dicit Græca conſtitutio. C. de religio. & ſump. fun. & de alea. Et ſi quis exiſtens in alea rem ſuam vendiderit, tenetur de euictione, ut ff. qua. rerum actio non da. ſi filio. §. 1. licet autẽ hic prohibeatur ludus, tamen pro conuiuio habendo poteſt ludi. ff. eod. l. vlt.

b ¶Deſeruiens.] Id eſt, valde ſeruiens, ut illa præpoſitio, de, augmentet. ff. de depoſi. l. 1. in princip. quandoque priuat, ut ibi.

Sæpe precor mortem, mortem quoq; deprecor idẽ.

c ¶Aut deſinat.] Nõ ergo pro quolibet delicto ſtatim epiſcopi debẽt fulminare, vt vel excommunicẽt, uel deponãt 3. ad idem facit 67. diſt. epiſcopus, & 92. diſtin. cap vlt. Si quoties peccant homines, ſua fulmina mittat Iupiter, exiguo tempore inermis erit.

d ¶Priuetur.] Aut verberetur, vt infra ea. cap. ult.

A B exordio.] CASVS. In hoc cap. triplex ſtatus humani gñis denotatur. Nã à principio mũdi carnes nõ comedebamus, nec dabamus libellum repudij, nec circũcidebamur. poſt diluuiũ uero data lege uinũ cũ carnibus eſt aſsũptũ & repudij duritia eſt conceſſa, & cultellus circumciſionis eſt datus. Poſtquàm uero Chriſtus uenit, ω reuoluit ad α, id eſt, finem ad principium: quia hodie non circuncidimur, nec damus repudii libellum nec carnes omni die comedimus dicente Apoſtolo, Bonum eſt vinum non bibere, & carnes non comedere.

tus eſſe prohibetur, non ſemel, ſed frequenter vino repletus debet intelligi.

Hinc etiam in canonibus Apoſtolorum can. 42. & 43. legitur.

¶Diaconus, presbyter, & epiſcopus ebrietati, & aleæ deſeruientes, niſi deſierint, deponantur†. C. I.

E Piſcopus, aut presbyter, aut diaconus, aleę[a], atq; ebrietati deſeruiens[b] aut deſinat[c], aut certè damnetur†. Sub diaconus, aut lector, aut cantor ſimilia faciens aut deſinat, aut communione priuetur[d]. Similiter etiam laicus.

†*communione priuentur.* Burc. l. 14. c 5. Polyc. l. 6. ti. 17. Iuo p. 13. c. 73. Pann. l. 3. c. 170. Rab. pœn. c. 28.

†*vel depoſitionis deponatur.*

Item Hieronymus lib. 1. contra Iouinianum.

¶Eſus carnium, & vini potus, poſt diluuium conceſſus legitur, poſt Chriſti aduentum inhibitus. C. II.

A B exordio conditionis humanæ nec carnibus[e] veſcebamur, nec dabamus repudiũ, nec præputia nobis eripiebantur in ſignum[f]. Hoc curſu ad diluuium vſque peruenimus: Poſt diluuium autem cum datione legis, quam implere [g] nullus potuit, carnes ingeſtæ ſunt ad veſcendũ, & repudia conceſſa duritiæ[h], & cultellus circumciſionis appoſitus, quaſi Dei manus plus in nobis creauerit, quàm neceſſe eſt. Poſtquàm autem Chriſtus uenit in fine temporum, & ω[i] reuoluit ad α[k], & extremitatem retraxit ad principium, nec repudium nobis dare permittitur, nec circuncidimus, nec comedimus[l] carnes, dicente Apoſtolo: [Bonum eſt vinum non bibere, & carnes non comedere.] Et uinũ enim cum carnibus poſt diluuium dedicatũ eſt[m].

Matth. 19. Act. 15. Gal. 5. Rom. 14.

Item lib. 2. contra Iouinianum.

¶Alienum eſt à ſapiente potationibus & ebrietatibus uacare. C. III.

L Vxurioſa res uinum, & tumultuoſa ebrietas, omnis, qui cum his miſcetur, non erit ſapiens.

Prou. 20.

e ¶Nec carnibus.] tamen Lamech fuit venator, ſed illud fuit propter pelles, non ꝓpter carnes. 31. quæſt. 1. quomodo.

Lamech fuit uenator.

f ¶In ſignum.] Vt per eam fideles diſcernerentur ab alijs. uel fuit ſignum interioris circũciſionis, vel fuit ſignum futuri baptiſmi: quia tunc ꝑ circũciſionem tollebantur peccata, ſicut nũc per baptiſmum, ut infra. de conſec. diſt. 4. ꝙ autem apud nos.

Circumciſio ꝗ quare fiebat.

g ¶Implere.] ĩ. diſt. 4. erit contra. Sed dic, ꝙ facile non poteſt impleri. Vel dic ꝙ tunc nullus potuit eam implere quo ad hoc ut adipiſceretur uitam æternam: quia per circumciſionem non aperiebatur ianua cœli, licet ianua inferni etiam eſſet præcluſa. ſecus hodie per baptiſmũ. extra de bap. maiores. Vel ideo iſtud dicit, quia contrarietas fuit in lege. Cum enim præceptum fuit ꝙ ſabbati die non fieret aliquod opus. 4, item præceptum fuit ꝙ viij. die circuncideretur puer 5, potuit contingere ꝙ ſabbatum eſſet dies viij. ab ortu pueri. ſed tamen in hoc non peccabant. quia excuſabantur propter impoſſibilitatem: ideo autem fuerunt eis data dura præcepta, quia ex ſuperbia eorum dixerunt, non deeſt qui impleat, ſed deeſt qui iubeat 6.

Circunciſio, & baptiſmus differunt.

h ¶Duritiæ.] Tñ pctm̃ erat, ut ex̃ de diuor. gaudemus.

i ¶Et ω.] Quæ eſt ultima littera Græcorum.

k ¶Ad α.] Quæ eſt prima corũdẽ Græcorũ, & eſt ar. ꝙ reſtituta re ad priſtinũ ſtatum, priora iura reſtituuntur, vt 26. q. 6. ſi quis de corpore 7. ff. de ſer. ruſti. præd. ſi qui. alias, & Attilicinus. Item argu. ꝙ non fit iniuria rei, ſi reſtituuntur ad priſtinum ſtatum. ff. de pac. ſi unus. §. quod. & in ſpecie dotis.

l ¶Nec comedimus.] Id eſt, ſuademus non comedere, conſilium eſt.

m ¶Dedicatum eſt.] Id eſt, in uſum aſſum, tu n.

1 Secundũ Lauren.

2 ff. de cõd. ob tur. cau. l. ubi autẽ. hæc fuit opi. Pla. & Bar.

3 Ad hoc extra de cleri. peregri. c. 1. ubi de hoc. ſed cõtra 46. diſt. quoniam. & not. 27. q. 1. nec aliqua. in glo. not. quod.

4 Vt Exod. 20. c.

5 Gen. 19.

6 Hoc ſententialiter ꝑ ſumi de primo libr. Regũ. ca. 8.

7 Vbi de hoc. & facit qđ not. 1. q. 7. donatum.

¶Triginta diebus à communione abſtineat clericus, quem ebrium fuiſſe conſtiterit. C. IX.

Ante omnia clericis vitetur ebrietas, quæ omnium vitiorum fomes, ac nutrix eſt. Itaque eum quem ebriũ fuiſſe conſtiterit, (vt ordo patitur) aut triginta dierum ſpatio à communione ſtatuimus ſubmouendum, aut corporali [a] ſubdendum ſupplicio.

Burc. l. 14. c. 11. Iuo p. 13. c. 72.

DISTINCTIO XXXVI.

1 gr. Oportet [b] etiam ordinandum eſſe prudentem. *Quod contra eos notandum, qui ſub nomine ſimplicitatis [c] excuſant ſtultitiam ſacerdotum. Prudentem autem epiſcopum oportet intelligi non ſolum litterarum peritia, verumetiam ſecularium [d] negotiorum diſpoſitione* †. *Vnde in epiſtola Gelaſii Papæ epiſcopos per Lucaniam, c. 18. & 19.*

Glo. ordinaria. 1. Timo. 3.

† al. diſpenſatione.

¶Illiterati, & corpore vitiati non promoueantur ad clerum. C. I.

Illiteratos [e], aut aliqua parte corporis vitiatos α, vel imminutos [f] nullus præſumat ad clericatus ordinem promouere; quia litteris carens ſacris non poteſt eſſe aptus officijs: & vitioſum nihil Deo prorſus offerri legalia præcepta ſanxerunt. ¶Similiter qui ſeipſos [g] abſcindunt.

Burch. l. 2. c. 8. Iuo par. 6. c. 37. & 75. Pann. l. 3. c. 46. Leuit. c. 22. Ibidem c. 19.

α ¶Vitiatos.] *Iſta dua voces abſunt à pleriſque vetuſtis exemplaribus Gratiani, & originali, cuius expreſſa eſt potius ſententia, quàm verba relata.*

Item Zozimus Papa epiſt. ad Iſichium epiſcopum Salonitanum.

¶Ad ſummum ſacerdotium non aſpiret, qui diuinis ſtipendijs, vel diſciplinis non eſt eruditus. C. II.

Qvi eccleſiaſticis diſciplinis per ordinem nõ eſt imbutus, & temporum approbatione diuinis ſtipendijs [h] eruditus, nequaquam ad ſummum eccleſiæ ſacerdotium aſpirare præſumat; & non ſolum in eo ambitio inefficax habeatur, verum etiam ordinatores eius careãt eo ordine [i].

Infra di. 59. c. 1. Anſel. l. 6. c. 28. Iuo p. 5. c. 102.

Ante omnia.] CASVS. Dictum fuit in concil. Agathẽ. vt prius a clericis vitetur ebrietas, quàm alea, quæ cunctorũ nutrix eſt vitiorum. ſi quis clericus fuerit inebriatus, ſi eſt in ſacro ordine, xxx. diebus à communione remoueatur: ſi eſt in minorib. ordinib. verberibus ſubijciatur.

Epiſcopus per laicum non verberet clericũ.

a ¶Aut corporali.] Recipiat 40. ictus: ſed epiſcopus non verberabit clericũ per laicum, vt extra de ſenten. excom. vniuerſitatis. niſi ſit incorrigibilis, ut extra de ſent. excõ. vt famę 1.

1 De hoc etiam nota. 23. q. 5. §. 1. in fin.

Oportet igitur.] CASVS. Hic intitulatur 36. diſtin. in qua proſequitur quartum c. ſcilicet, oportet epiſcopum eſſe prudentem, quod verum eſt non ſolum in litteratura, ſed etiã in ſęcularibus negotijs. Et hoc dictũ eſt propter eos, qui ſub nomine ſimplicitatis ſtultitiam ſacerdotũ excuſant. De litteratura tractatur in his tribus diſt. cõtinuis. De peritia vero ſæcularium negotiorum tractatur in 39. diſt.

b ¶Oportet.] Ab hoc loco vſque ad 40. diſ. oſtendit quam peritiam debeant habere clerici: & in hac oſtendit, ꝙ habebunt peritiam litterarum ſacrarum: in prox. diſtin. oſtendit, quòd etiam habebũt peritiam ſæcularium ſcientiarũ. & inde ſumpta occaſione oſtendit in 38. diſtin. ꝙ ignorantia eſt periculoſa clericis. in 39. diſt. dicit ꝙ habebunt peritiam ſæcularium negotiorum. Et agit hic de quarto cap. apoſtolicæ regulæ.

Sacerdotis imperitia eſt inexcuſabilis.

c ¶Simplicitatis.] Nec ſimplicitas, nec aliud poteſt excuſare ſacerdotis imperitiam, ut 38. diſt. ſi in laicis.

Epiſcopus eſt iudex corporũ & animarum.

d ¶Sæcularium.] Cũ enim epiſcopus ſit iudex & corporũ, vt 11. q. 1. de perſona. & 12. q. 1. pręcipimus. & animarum. 10. q. 1. quæcũq;. oportet ipſum tam ſpirituali, quàm ſæculari ſcientia ornari. 39. diſtin. circa prin.

Illiteratos.] CASVS. Quæſitum fuit à Gelaſio, vtrũ illiterati & corpore vitiati, qui ſe ipſos ſponte abſciderunt, poſſint promoueri. & reſpondet ꝙ non: quia ſecundũ legẽ Moyſi nihil vitioſum Deo debet offerri.

Sciẽtia mediocris ſufficit.

e ¶Illiteratos.] Scilicet penitus. Sufficit tamẽ mediocris ſcientia, vt extra de elec. cũ nobis olim. non enim requiritũ in clerico ſumma perfectio. ſic ff. de ædil. edi. ſciendum. §. illud. & l. ſi quis venditor. licet ſit arg. contra extra de pur. ca. conſtitutus. Sed quid ſi penitus laicus ordinaretur, nunquid reciperet characterem? Sic arg. 2. 1. q. 1. ventum. ibi, ſed dicitur. De hoc not. 40. diſt. ſicut, & extra de cle. per ſal. promo. cap. vno.

2 De hoc etiam no. 40. diſtin. ſicut. & 52. diſt. c. 1. & ex de cle. per ſal. promo. cap. 1.

f ¶Imminutos.] Enormiter.

g ¶Se ipſos.] Ex indignatione. Ioan.

Qvi eccleſiaſtici.] CASVS. Quidã archiepiſcopus promouit quendã ad epiſcopatum, qui non erat literis eruditus, nec diſciplinis eccleſiaſticis imbutus. Quæſitum eſt de eo, & de ordinatoribus quã pœnam debeant pati. Et reſpondet Zozimus, & ordinatus debet remoueri ab ordine quem ſuſcepit: ordinatores uero careant poteſtate ferendi eundem ordinem, quem illicite tradiderunt.

h ¶Stipendijs.] Id eſt, officijs.

i ¶Ordine.] Hic habes ꝙ qui iniuſte confert aliquẽ ordinem priuatur poteſtate conferendi illum. 1. q. 1. ſi qui epiſcopi. alibi ſuſpenditur à celebratione miſſę per annum.

Ordinans iniuſte punitur.

annum, vt 55. diſtinct. nullus. alibi deponitur, vt 51. diſtinct. cap. 1. & 62. diſtinct. c. vltim. & 81. diſtinct. tantis. cum in hoc ſit pœnarum varietas, fortè minor amplectitur. 50. diſtinct. eos. vel dic, vt not. 21. quæſt. 2. in ſumma, in fin. Conſueuit diſtingui, quòd ſi ex negligentia

hoc §. probat Gratianus xiiij. rationibus vel auctoritatibus: quòd epiſcopus debet eſſe peritus in litteris. Prima eſt in principio. Secunda incipit ibi, [Hinc etiam veſtes.] Tertia, [Hinc etiam Dauid.] Quarta, [Salomon quoque.] Quinta, [Hinc etiam Dominus.] Sexta. [Hinc etiam Malachias.] Septima, [Hinc etiam idem Saluator.] Octaua, [Hinc etiam Salomon.] Nona, [Hinc idem Dominus.] Decima, [Hinc etiam prius.] Vndecima, [Hinc Petrus.] Duodecima, [Hinc etiam Paulus.] Decimatertia, [Vnde ſacerdotes.] Decimaquarta, [Hinc etiam in canticis.]

quem ſine ordine contra præcepta patrum crediderant præſumendum.

¶ Ecce quòd ſacrarum litterarum oportet epiſcopum habere peritiam: vnde in veteri teſtamento inter cætera ornamenta Pontifex rationale ferebat in pectore, in quo ſcribebatur manifeſtatio, & veritas: quia in pectore Pontificis manifeſta debet eſſe cognitio veritatis. Exo. 28.] ex interpre. lxx. *¶ Hinc etiam veſtes, quibus arca portabatur, iugiter annulis erant inſerti,* Exo. 25. *vt cum arca eſſet portanda, nulla fieret mora de intromittendis vectibus: quia prædicatores, per quos Eccleſia circumfertur, ſacris litteris ſemper debent inſiſtere; ne tunc quærant[a] diſcere, cum ex officio alios debeant docere.* 2. Reg. 5. *¶ Hinc etiam Dauid prius ex gratia Spiritus ſancti donum ſcientiæ percepit, & poſtea adminiſtrationem regni aſſecutus eſt.* 3. Reg. 3. 2. Paral. 1. *¶ Salomon quoque non diuitias, non longa tempora huius vitæ, ſed ſapientiam à Deo petiit, & impetrauit.* Hier. 1. *¶ Hinc etiam Dominus prius ponit verba ſua in ore prophetæ, & poſtea cōſtituit[b] eum ſuper gentes, & regna, dicens ad Hieremiam: [Ecce dedi verba mea in ore tuo: ecce conſtitui te hodie ſuper gentes, & ſuper regna.]* Mal. 2. *¶ Hinc etiam Malachias ait: [Labia ſacerdotis cuſtodient[c] ſcientiam, & legem requirent de ore eius: quia Angelus Domini exercituū eſt.]* Luc. 2. *¶ Hinc etiam Saluator noſter prius in medio Doctorum ſedit audiens illos, & interrogans, & poſtea prædicare cœpit: quia prius quiſque diſcere, & poſtea prædicandi officium vſurpare debet.* Eccle. 3. *¶ Hinc etiam Salomon prius ait [tempus tacendi] & poſtea [tempus loquendi;] quia veritas prius tacendo diſcitur, & poſtea loquendo prædicatur.* Apocal. 2. *¶ Hinc idem Dominus ait: Qui audit[d], dicat, veni[e].] ¶ Hinc etiam prius Apoſtolos docuit, deinde eos ad prædicandum miſit, dicens* Matth. 10. *[Eſtote ergo prudentes, ſicut ſerpentes[f], & ſimplices[g] ſicut columbæ]. Sic etiam poſt reſurrectionem prius illis ſenſum aperuit, & ſcripturas explanauit; & poſtea dixit eis* Marc. 16. *[Euntes in mundum vniuerſum, &c.] Vnde cum de quinque panibus quinque millia hominum vellet reficere,* Matth. 14. *prius panes accipiens fregit, & poſtea diſcipulis dedit, & per eos demum turbis appoſuit: quia ſacramenta legis, & prophetarum prius differendo expoſuit, & poſtea eorum ſcientiam diſcipulis dedit, & per eos tandem illam fidelibus diſpenſauit.* 1. Pet. 3. *¶ Hinc & Petrus, cum rectoribus eccleſiæ ſcriberet, ait: [Parati eſſe debetis reddere rationem omni poſcenti vos ſatisfactionem[h] de ea fide[i] & ſpe[k], quæ in vobis eſt.]* 1. Tim. 4. *¶ Hinc etiam Paulus ſcribens ad Timotheum ait: [Attende lectioni, exhortationi, & doctrinæ.] Ex quibus omnibus liquido colligitur, quòd non ſufficit*

a ¶ Quærant.] Nec. n. ep̄s debet egere doctrina aliorum, quoniam alios debet inſtruere: vt 1. quæſt. 7. conuenientibus. 16. quæſt. 1. ſic viue. Ioſ. in Authen. de ſanct. epiſcop. circa prin. ADDITIO. Si tamen epiſcopus minus ſit eruditus, ab alio doceri non contemnat, vt patet 18. diſtinct. non oportet. & 22. diſtin. de Conſtantinopolitana. & 20. q. 3. ſi habes. — Ep̄s aliorū doctrina non debet egere.

b ¶ Conſtituit.] No. ex ordine loquendi probari ordinem factorum. ſic 43. diſt. ſit rector. & 20. diſtin. §. 1. Io. Ar. 1. q. 1. vt euidenter.

c ¶ Cuſtodiēt.] Quia videre debet quibus prædicet, & quibus non, vt 43. diſt. in mādatis. & 32. q. vlt. c. penul.

d ¶ Qui audit.] Diſcendo.

e ¶ Veni.] Docendo.

f ¶ Serpentes.] Ne eorum dolis ſupplantemini.

g ¶ Et ſimplices.] Ne alijs i. dolos machinemini. Io. vt 16. q. 1. ſi cupis. — 16. q. 1. ſi cupis.

h ¶ Satisfactionem.] Scilicet reſpondendo eis ſatisfaciatis. Et eſt arg. quòd prælati tenentur reſpondere ad omnes quæſtiones nam tantum debent differre prælati à ſubditis, quantum granum à palea, vt 25. diſt. §. nomine autem criminis. 1. q. 1. viliſſimus. & 8. quæſ. 1. licet. Ioan.

i ¶ De ea fide.] i. de articulis: quod creditis & tenetis. Ioan.

k ¶ Spe.] Id eſt, de his quæ ſperatis.

gentia ordinat quis indignum, tunc ſuſpenditur: ſi ex certa ſcientia, tunc deponitur. Vel aliter, aut ordinat illum cum quo de facili diſpenſare poteſt, uel cum quo diſpenſari non poteſt, vt ſecundum hoc magis vel minus [illegible] hodie tamen mitius agitur cum tan[illegible] de præben. graue.

ECCE. CAS. S. Beneuc. ſic ponit caſum huius §. in

a ¶ Ocu-

a ¶Oculi.] Scilicet ſponſæ.
b ¶Pleniſſima.] Sic ſp prælati ſedebunt iuxta fluenta Euangeliorum & ſacræ ſcripturæ: & ſicut columba ſedet ex natura iuxta aquam vt videat in ipſa aqua vmbram ſuperuenientis accipitris, & ſic ſibi pcauere cōſueuit; ſic prælatus ſibi per ſcripturā præcauebit contra hęreticos. 10. diſt. in fi. 11. diſt. nolite.

Prælatus columbā imitetur.

prælatis bona conuerſatio, & morum honeſtas, niſi addatur ſcientia doctrina. ¶ Vnde ſacerdotes ingreſſuri tabernaculum, prius lauabantur in labro æneo, quod fecerat Moyſes ex ſpeculis mulierum. ¶ Hinc etiam in canticis canticorum oculi[a], per quos prælati eccleſiæ intelliguntur, aſſimilantur columbis, quæ reſident iuxta fluenta pleniſſima[b].

Exo. 38.

Cant. 5.

Hinc etiam Hieronymus a in Leuit.

¶Sacerdotis eſt legis ſcientiam habere, non bellis, ſed orationibus vacare. C. III.

SI quis vult pontifex non tam vocabulo eſſe, quàm merito, imitetur Moyſem, imitetur Aaron. Quid enim dicitur de eis? q non diſcedunt de tabernaculo Domini. Erat ergo Moyſes indefinenter in tabernaculo Domini. Quod autem opus eius erat? vt, aut à Deo aliquid diſceret, aut ipſe populum doceret. Hæc duo ſunt Pontificis opera, vt, aut à Deo diſcat legendo ſcripturas diuinas, & ſæpius meditando: aut populum doceat. Sed illa doceat, quæ à Deo ipſe didicerit, non ex proprio corde, vel humano ſenſu, ſed quæ ſpiritus ſanctus docet. Eſt & aliud opus, quod facit Moyſes: ad bella non vadit[c], non pugnat contra inimicos. Sed quid facit? orat, & donec ille orat, vincit populus eius: ſi relaxauerit, & demiſerit† manus, populus eius vincitur, & fugatur. Oret ergo & ſacerdos eccleſiæ indefinenter[d], vt vincat populus, qui ſub ipſo eſt, hoſtes inuiſibiles Amalechitas: qui ſunt dæmones impugnantes eos, qui volunt pie viuere in Chriſto.

Leuit. 8.

Exo. 17.

†al. admiſerit

SI quis vult.] CASVS. Tria ſunt opera, quæ Moyſes & Aaron, faciebant, ſcilicet legere, docere populū, & orare: hæc tria opera debet epiſcopus facere, ſi vult imitari Moysē & Aaron. & ſi orauerit epiſcopus, uincet populus eius dæmones, ſicut populus Iſrael vicit Amalechitas orante Moyſe.

c ¶Non vadit.] Nunquid ergo ep̄i nō intererūt bellis? immo [1] quia etiam poſſunt alios hortari ad bellum, vt 23. q. 7. igitur. & c. hortatu. Ioan.

1 No. in c. hic allega. 23. q. 8. igit. in fin. Arc.

d ¶Indeſinēter.] Omnino, vel horis ſtatutis. ſic 21. q. 3. hi qui. de conſecr. diſt. 5. nūquam. 31. diſtin. ſi laicus. ff. de cond. & demonſt. ſi quis ita. 22. diſt. ſacroſancta.

SEd quęritur.] Hęc diſ. diuidit in qnq; partes. Secunda ibi, [Cur ergo.] Tertia ibi, [Relatū.] Quarta ibi, [Ideo.] Quinta ibi, [vt itaque.

CASVS. Ponitur hic 37. diſt. in qua q̄ritur an oporteat clericos eſſe eruditos litteris ſæcularibus, ſcilicet libris gentiliū: Et primo pbat eos nō eſſe legendos, vſq; ad §. ſed ecōtra.; deinde pbat ꝯtrium. poſtea dat ſolutionem ī. eo. §. ſicut ergo. Prima duo cap. plana ſunt.

e ¶Sed quæritur.] In hac 37. diſt. quærit [2] G. an ordinandus debeat habere peritiam ſæcularium ſcientiarum. Primo autem oſtendit, q clerici nō debent reſpicere libros gentilium [3]. Secundum ponit argu. in contrarium, & talem dat ſolutionem, q quidam legunt libros gentilium cauſa delectationis & voluptatis, & hoc eſt prohibitū; quidā legūt ad eruditionem, & illud licitum eſt, vt per eos ſciāt rectè loqui, & diſcernere verum a falſo. Io. vt infra eo. §. cur ergo. Et no. quod in omnibus vſque ad § ſed contra. videtur ſola voluptas prohiberi.

2 Scilicet incidēter. H. Clerici an libros gētiliū reſpicere poſſint.
3 Et hoc facit vſq; ad §. ī. ea. ſed contra.

a ¶Hieronymus.] *Citatur ex B. Hieronymo, & extat in homilia ſexta Origenis in Leuiticum: quas quidem homilias cum alijs multis B. Hieronymus latinas fecit, ſed ita, vt noxia quæque detruncarit, vtilia tranſtulerit. Quod ipſemet ad Theophilum epiſto. 62. ad Vigilantium epiſt. 75. & in prologo ſecundi libri in Micheam profeſſus eſt. Ac frequenter Gratianus ea, quæ ſunt Origenis, Hieronymi nomine citat, vel quia præcipui eccleſiæ doctoris auctoritas maius pondus habet, vel quia Hieronymus ea, quo dictum eſt, modo illa vertendo, pène ſua fecerat.*

DISTINCTIO XXXVII.

[1] SEd quæritur[e], an ſæcularibus litteris oporteat eos eſſe eruditos.

De his ita ſcribitur in concilio Carthaginenſi, 4. c. 16.

¶Libros gentilium non legat epiſcopus. C. I.

EPiſcopus gentilium[f] libros non legat: hæreticorum autem pro neceſſitate, aut tempore.

Anſ. l. 7. c. 202.
Burch. l. 1. c. 95.
Iuo p. 4. c. 160. & p. 5. c. 197.
Pann. l. 2. c. 130.
Polyc. l. 4. tit. 7.

f ¶EPiſcopus gentilium.] Ergo nec leges audire debent. nam opprobrium eſt eis, ſi ſe velint eſſe peritos

Epiſcopis an liceat leges audire.

Item Hieronymus ad Damaſum Papam de filio prodigo, epiſt. 146.

¶ Reprehenduntur ſacerdotes, qui omiſſis Euangelijs comœdias legunt. C. II.

Iuo p. 4. c. 162. Pann. l. 2. c. 131.

SAcerdotes Dei omiſſis Euangelijs, & prophetis uidemus comœdias legere, amatoria bucolicorum verſuũ verbi canere, Virgilium tenere †; & id, quod in pueris neceſſitatis [a] eſt, crimen in ſe facere uoluptatis.

† *al. tenere in manibus.*

Idem ad cap. 4. epiſt. ad Epheſios, lib. 2. comment.

¶ In vanitate, & obſcuritate ſenſus ambulant qui ſæculari bus diſciplinis occupantur. C. III.

Eph. 4.

NOnne uobis uidetur in uanitate ſenſus, & obſcuritate mentis ingredi, qui diebus ac noctibus in dialectica arte torquetur? qui phyſicus perſcrutator oculos trans cęlum leuat, & ultra profundum terrarum, & abyſſi †, in quoddam inane demergitur, qui iambum ferit *α*? qui tantam † metrorum ſiluam in ſuo ſtudioſus corde diſtinguit, & congerit? & (vt ad alteram partem tranſeam) qui diuitias per fas & nefas quærit? qui adulatur regibus, hæreditates captat alienas, & opes congregat, quas in momento, cui ſit relicturus, ignorat?

† *al. abyſſi quoddam immane demergit.*
† *al. tantum.*

α ¶ Ferit.] *Antea legebatur*, iambum feruet *In originali autem impreſſo eſt*, Iambum ſtruit *Emendatum vero eſt ex antiquo Gratiani exemplari. Nam Terentianus de Iambo ſic ſcribit:*

Iambus ipſe ſex enim locis manet,
Et inde nomen inditum eſt ſenario;
Sed ter feritur, hinc trimetrus dicitur,
Scandendo binos quòd pedes coniungimus. *Ac de iiſdem ſenarijs Iſidorus l. 1. Etymol c. 38. ait,* hos Græci, quia geminos feriunt, trimetros dicunt.

Item lib. 9. ad c. 28. Eſaiæ.

¶ Qui ſcripturas ſacras male intelligit, vel ſæculari ſapientia abutitur, vino inebriatur, & ſicera. C. IIII.

VIno inebriantur, quando ſcripturas ſanctas male intelligunt [b], atque peruertunt: ſicera, quando ſæculari abutuntur ſapientia, & dialecticorum tendiculis, qua non tam uincula † ſint appellanda, quàm phaſmata, id eſt vmbræ quædam, & imagines, quæ cito pereunt, atque ſoluũtur. *Idem*. ¶ Secundum tropologiam [c] pſeudo prophetas eos debemus accipere; qui aliter ſcripturarum uerba accipiunt, quàm ſpiritus ſanctus ſonat; & diuinos eos qui coniectura mentis ſuæ incerta futurorum quaſi uera pronunciant abſque diuinorum auctoritate uerborum *Idem*. Quicunque ſcripturas non ita intelligit, vt rei ueritas habet, vuam acerbam comedit.

† *al. tẽdicula.*

Hier l. 5. ad c. 29. Iere.

Hier. l. 6. comment. ad c. 31. Iere.

Idem lib. 3. ad c. 6. epiſt. ad Epheſi.

¶ Reprehenduntur epiſcopi, qui filios ſuos ſæcularibus erudiunt litteris. C. V.

Iuo p. 4. c. 166.

LEgant epiſcopi, atque presbyteri, qui filios ſuos ſæcularibus litteris erudiunt, & faciunt illos comœdias

---

peritos diſciplinarũ forẽſium. C. de teſta. conſulta diualia. Sed contra, leges ſunt per ora principum diuinitus promulgatę, ut: 16. q. 3. nemo 1. Dic ꝙ ad hoc licet audire leges, ut per eas melius intelligantur canones. argu. j. ea. diſt. §. ſed ſæculares. Ioan.

1 Ad idem C. de longi tẽp. pſcrip. l. ſi. 25. q. 1. ideo. Arch.

a SAcerdotes.] ¶ Neceſſitatis.] Vt ſciant recte loqui.

NOnne.] CASVS. Quatuor genera hominũ in hoc cap. reprehenduntur, ſcilicet dialectici, qui quotidie in arte dialectica torquentur, & phyſici, & qui oculos trãs cœlum leuant, & verſificatores, & cupidi, qui diuitias per fas & nefas acquirunt. quas in momento cui ſint relicturi, ignorant.

VIno.] CASVS. In hoc cap. exponit quinque Hierony. Dicit enim, quòd illi inebriantur uino, qui ſacras ſcripturas male intelligunt, atque peruertunt. Secundo inebriantur ſicera, qui ſæculari ſcientia abutũtur. Tertio exponit, qui dicantur pſeudo prophetæ. Quarto qui ſint diuini. Quinto, quòd ille comedit uuam acerbam, qui aliter exponit ſcripturam, quam veritas habet, etſi non contra fidem.

b ¶ Intelligunt.] Talibus qui male intelligunt dicta magiſtri, eſſent aures præſcindendæ, vt 24. quæſt. 1. ſi Petrus.

Aures male intelligẽtibus sũt euellendæ.

c ¶ Secundum tropologiam.] Id eſt, ſecundum moralem intellectũ à tropos, quod eſt conuerſio 2, quando uerba noſtra conuertimus ad mores informandos. 43. diſtin. ſit rector.

2 Et lõgos ſermo. inde tropologia, id eſt conuerſio ſermonis. Hugo de hoc no. 76. diſt. ieiunium. ia ſi.

ADDITIO. Iſti contrarium faciebant. & facit de pœnit. diſt. 1. ſuper tribus. Archid.

LEgant.] CASVS. In hoc cap. reprehenduntur ſacerdotes ab Hieronymo ꝗ filios ſuos & nepotes faciebant legere comœdias.

legere, & mimorum turpia ſcripta cantare, de eccleſiaſticis [a] forſitan ſumptibus eruditos. Et quod in corbonam pro peccato virgo, uel uidua, uel totam ſubſtantiam ſuam effundens quilibet pauper obtulerat, hoc in Kalendariam ſtrenam [b], & ſaturnalitiam ſportulam [c], & Mineruale munus grammaticus & orator, aut in ſumptus domeſticos, templi ſtipes, aut in ſordida ſcorta conuertit. Heli ſacerdos, ipſe ſanctus fuit: ſed quia filios [d] ſuos non erudiuit in omni diſciplina, & correptione, ſupinus cecidit, & mortuus eſt. 1. *Reg.* 2.

[Item ex reſponſione Hadriani a Papæ ad Carolum, cap. 49.]

PALEA. C. VI.

Omnem uim uenenorum† ſuorum in dialectica diſputatione conſtituunt hæretici, quæ, philoſophorum ſententia, definitur non adſtruendi uim habere, ſed ſtudiú deſtruendi. Sed non in dialectica complacuit Deo ſaluum facere populum ſuum. Regnum enim Dei in ſimplicitate fidei eſt, non in contentione ſermonis. Iuo p. 4. c. 22. † *al. inuentorum.*

a ¶Hadriani.] *Hoc caput antea tribuebatur Vrbano. Sed eſt in ſcripto Hadriani de imaginibus ad Carolum magnum, c. 49. & inde emendatum eſt. Eadem vero habentur apud B. Ambroſium lib. 1 de fide ad Gratianum Imper. c. 3.*

Item Rabanus de preſſuris eccleſiaſticis.

¶Beatus Hieronymus ab Angelo verberatur; quia Ciceronis libros legebat. C. VII.

Legimus de beato Hieronymo, quòd cum libros [e] legeret Ciceronis, ab Angelo eſt correptus, eo quòd vir Chriſtianus paganorum figmentis intenderet. Ex Hieronymo ad Euſtochium de cuſtodia virg.

Hinc etiam filius ille prodigus in Euangelio reprehenditur; qui de ſiliquis [f], quas porci manducabant, ventrem ſuum replere cupiebat. Iuo p. 4. c. 164. Paun. l. 2. c. 132. *Luc.* 15. *¶Hinc etiam Origenes a ciniphes, & ranas, quibus Aegyptij ſunt percuſſi, vanam dialecticorum garrulitatem, & ſophiſtica argumenta intelligit. Ex quibus omnibus colligitur, quòd non eſt ab eccleſiaſticis ſæcularium litterarum quærenda peritia. Sed contra legitur, quòd Moyſes, & Daniel omni ſcientia Aegyptiorum, & Chaldæorum eruditi fuerunt.* *Actorum* 7. *Dan.* 1. *Legitur etiam, quòd præcepit Dominus filijs Iſrael, vt expoliarent [g] Aegyptios auro, & argento, moraliter inſtruens, vt ſiue aurum ſapientiæ, ſiue argentum eloquentiæ apud poetas inuenerimus, in vſum ſaluiferæ eruditionis uertamus.* *Exo* 3. & 11. *¶In Leuitico etiam primitias β mellis, id eſt, dulcedinem humanæ eloquentiæ, Domino iubemur offerre.* *Leuit.* 2. *¶Magi quoque tria munera obtulerunt Domino, in quibus nonnulli tres partes [h] philoſophiæ volunt intelligi.* *Matt.* 2. Rab. ad hunc locum Matt. *Denique (vt in expoſitione pſalterij γ Caſſiodorus teſtatur) omnis ſplendor rhetoricæ eloquentiæ, omnis modus poeticæ locutionis, qualibet varietas decoræ pronunciationis à diuinis ſcripturis ſumpſit exordium. ¶Hinc & Ambroſius ait ſuper epiſtolam Coloſſenſium.* c. 2. *[Omnis ratio ſcientiæ ſupernæ, vel terrenæ creaturæ in eo eſt, qui eſt caput earum, & auctor: vt qui hunc nouit, nihil vltra quærat, quia hic eſt perfecta virtus, & ſapientia; quidquid alibi quæritur,*

mœdias & poetica carmina, & quia ad hoc pecuniam eccleſiaſticam & ad alios turpes vſus conuertebant: unde dicit eos presbyteros puniendos ad inſtar Heli, qui cecidit de ſella ſupinus, & mortuus eſt, quia ſuos filios non correxit. Quæ ſequuntur plana ſunt vſq; ad §. ſed econtra.

a ¶Eccleſiaſticis.] Argu. contra ĩ. 31. diſt. omnino.

b ¶Strenam.] Strena eſt primum donum, quod datur in principio Kalendarum. & datur pro augurio. 26. q. ulti. non obſerueris. & dicitur ſtrena quaſi ſine threna, id eſt, ſine lamẽtatione.

c ¶Sportulam.] Quæ datur pro fabulis Saturni, uel pro feſtis Saturni celebrandis, uel pro ludis Saturni bonæ fortunæ.

d ¶Sed quia filios.] talis repellitur à teſtimonio, ut 6. q. 1. qui crimen. Item nec poteſt eſſe epiſcopus, ut 48. diſt. §. neceſſe. immo potius dicitur canis, q̃ epiſcopus, ut 2. q. 7. qui nec. Io.

e Legimus.] ¶Libros.] Quia legit eos cũ delectationis, non cauſa eruditionis, vt de conſec. diſtin. 5. non mediocriter.

f ¶De ſiliquis.] Id eſt, ſæcularibus ſcientijs, quæ inflant, non ſatiant 1.

SED ECONTRA CASVS. Amodo probat Gratianus, ꝙ clerici ſæcularibus ſcientijs debent eſſe eruditi. Et hoc probatur ſex rationibus. Prima eſt in principio. Secunda ibi, [Legitur etiam.] Tertia ibi, [In Leuitico.] Quarta ibi, [Magi.] Quinta ibi, [Denique.] Sexta ibi, [Hinc etiam Ambroſius,]

g ¶Vt expoliarent.] 14. q. 5. dixit.

h ¶Tres partes.] Scilicet moralem, naturalem, rationalem.

a ¶De-

Sciẽtiæ ſæculares nõ ſatiant.

1 Sicut enĩ ſiliquæ onerant uẽtrẽ & inflant, ſed non ſatiant, ſic & illæ à ſpirituali fame non liberãt nec cæcitatẽ expellũt, ſed onere peccatorũ & gehennæ reatu grauant. quicũque ergo ad remouẽdã cæcitatẽ ignorantię illas artes & ſcientias diſcere appetit, quaſi ſiliquis ventrem ſuum replere cupit, ſecundum Hug.

a ¶Deſpecta.] Reſpectu aliarum ſententiarum. Ioã.

TVrbat.] CASVS. Quidam prohibebãt Chriſtianos ne legerent libros gentilium, quos Beda reprehẽdit, dicens, quod bene poſſunt legi ſine peccato, vt vtilia inde ſumantur, ad inſtar Moyſi & Danielis, & euã Pauli,

Pauli, Qui ſuis epiſtolis inſeruit verſus poetarum, ſcili-

cet, Cretenſes, &c.

b ¶Si qua.] Arg. ꝙ vtile non uitiatur per inutile, vt 17. q. 4. quæſt. ſ̄. diſtinct. 9. ſi ad ſcripturas. contra. Ioan.

c ¶Magiſter.] Nam legitur ꝙ cũ Paulus veniſſet Athenas, vidit aram ignoti Dei, in qua erat ſcriptũ, Hæc eſt ara ignoti Dei 1. in quo viuimus, mouemur, & ſumus. à qua ſcriptura Apoſtolus incepit prædicationẽ ſuã, & aperuit illis Athenienſibus ſenſum illius ſcripturæ, profe quẽs de Deo noſtro, & dicens: Quem vos dicitis ignotum, ego prædico, & colo, tunc Dionyſius areopagita videns quendam cæcum tranſeuntem dixit illi: Si illuminaueris iſtum cæcum, credam tibi, qui ſtatim inuocato nomine Chriſti illuminatus eſt, & ille credidit.

1 Aliàs, ignoto Deo datiui caſus.

Dionyſius per prædicationem Pauli fuit conuerſus.

d ¶Indidiſſet.] In epiſtola Pauli ad Titũ illud Epimenidis poetæ. Cretẽſes ſ ꝑ mẽdaces, malæ beſtiæ, ventres pigri. 1. q. 1. Dñs declarauit. Interſeruit ẽt in 1. epiſ. ad Corinth. illud Menãdr, Sæpè bonos mores corrũpunt colloquia praua. 28. q. 1. ſępè. Itẽ vſus eſt illo verſu. Odero ſi potero, ſi non, inuitus amabo. ſed Hiero. de conſecr. diſ. 5. nonnunquam vſus eſt verſibus Virgilij, & Auguſt. illo Lucani, mẽs hauſti nulla, &c. 26. q. 5. nec mirum. & iuriſperitus auctoritate Virgilij. ff. de rerum diuiſione. inan tũ. §. cenotaphium. & Homeri, Inſti. de contrah. emp. §. pretium.

Apoſtolus vſus eſt ſententijs poeticis.

hic perfectè inuenitur. In Daniele, & Salomone oſtendit infidelibus ſe totius auctorem ſapientiæ. Quod infideles non putant, quia non legunt in Euangelijs, et Prophetis aſtrologiã, geometriam, & alia huiuſmodi: quæ ideo deſpecta [a] *ſunt à noſtris, quia nihil valent ad ſalutem, ſed mittunt in errorẽ; & dum his ſtudent, curam animæ non habent. Qui vero Chriſtum nouit, theſaurum ſapientiæ, & ſcientiæ inuenit; quia id nouit, quod vtile eſt.*]

α ¶Origenes.] *Is homilia 4. ad cap. 7. Exodi, ranas quidem comparat poetis, ciniphes autem dialecticis.*

β ¶Primitias.] *Leuitici c. 2. prohibetur fermentum, ac mel adoleri in ſacrificio Domini: primitiæ tamen eorum iubentur offerri, ſed non ſuper altare imponi. Vbi in gloſſa ordinaria mel exponitur gentilis eloquentia, ab Iſychio autem paganorum doctrina, cuius primitiæ ad imitationem Beati Apoſtoli Pauli poſſunt Deo offerri.*

γ ¶Caſſiodorus.] *In prologo pſalterij, c. 15. & ſequenti multis verbis Caſſiodorus diuinæ ſcripturæ eloquentiam explicat, & commendat. Sed quæ affert in principio explanationis Pſalmi c. valde videntur his, quæ nunc referuntur, conuenire.*

δ ¶Ambroſius.] *Ex Beati Ambroſij principio expoſitionis capitis ſecundi epiſtolæ ad Coloſſenſes, hæc ſummatim collecta ſunt, referunturque in gloſſa ordinaria, & ab Anſelmo ad idem caput ſecundum, cuius Anſelmi verbis Gratiani verba magnopere ſunt ſimilia.*

Hinc etiam Beda libro 2. Regum, c. 9. in Samuelis allegoricis expoſitionibus.

¶ Non prohibeantur clerici ſacras litteras legere.

C. VIII.

Ivo p. 4. c. 85. Panu. l. 2. c. 123. TVrbat acumen legentium, & deficere cogit, qui eos à legendis ſæcularibus litteris omnimodo æſtimat prohibendos; in quibus † ſi qua [b] inuenta ſunt utilia, quaſi ſua ſumere licèt. Alioquin nec Moyſes, & Daniel ſapiẽtia, uel litteris Aegyptiorum paterentur erudiri; quorum tamen ſuperſtitiones ſimul & delicias horrebant. Nec ipſe magiſter [c] gentium aliquot uerſus poetarum ſuis uel ſcriptis indidiſſet [d], uel dictis.

† al. *quibus ubi libet inuenta vtilia*

2 *Cur ergo legi prohibentur, quæ tam rationabiliter legenda probantur? Sed ſæculares* [e] *litteras quidam legunt ad voluptatem, poetarum figmentis, & verborum ornatu delectati: quidam vero ad eruditionem eas addiſcunt, vt errores gentilium legendo deteſtentur, & vtilia, quæ in eis inuenerint, ad vſum ſacræ eruditionis deuote conuertant. Tales laudabiliter ſæculares litteras addiſcunt. Vnde B. Gregorius quendam epiſcopum non reprehendit, quia eas didicerat; ſed quia contra epiſcopale officium pro lectione Euangelica, grammaticam populo exponebat.*

l. 9. reg. epiſt. 48. infr. 86. diſtinct. c. cum multa.

CVR ERGO. CASVS. Soluit Gratianus cõtrarietatem hanc, dicẽs ꝙ ſæculares ſcientias debet quis addiſcere non ad voluptatem, ſed ad eruditionem, vt quæ in eis vtilia inueniuntur, ad vſum ſacræ eruditionis cõuertantur, vnde Gregorius quẽdam epm reprehẽdit, non q̃a ſæculares ſciẽtias didicerit: ſed q̃a ad voluptatẽ grãmaticã loco Euãgelij exponebat.

e ¶Sed ſæculares.] Vnde beatus Grego-

rius infra 86. diſtinct. cum multa.

Legi-

LEgimus aliqua.] CASVS. Totum hoc cap. legi põt, de ſæcularibus ſcientijs. ſm. H. & oſtenditur ratio triplex quare legantur, ſcilicet ne negligantur, ne ignorentur, & vt repudientur. Vel ſic: legimus aliqua vt nouum, & vetus teſta. ne negligamus. Legimus aliqua, vt artes, ne ignoremus. Legimus aliqua, vt ſcripturas hæreticorum, vt repudiemus. rare, vt ff. de origine iuris. l. 2. §. Seruius.

f ¶ Scirent eſſe peccatum.] Ex eo ꝙ Hieronymus hic inducit exẽplum Danielis, colligitur arg. ꝙ in dubijs recurrendum eſt ad exempla maiorũ & aliorũ. 16. q. 1. ſunt nonnulli. 22. q. 1. vt noueritis. 1. q. 7. cõuenientibus. 12. q.

a ¶ Ne negligantur.] Vt vetus teſtamentũ.

b ¶ Ne ignoremus.] Nam quamuis nullus ſit vſus, tamen ſcientia neceſſaria eſt, vt ſupra diſt. 7. cap. vlt.

c ¶ Repudiemus.] Vt libros hæreticorum, vt 24. q. 3. c. vlt.

SI quis.] CASVS. Capitulum iſtud diuiditur in duas partes. In prima parte dr̃, ꝙ non eſt reprobãdum, ſi quis addiſcit grammaticam vel dialecticam, vt inter verum & falſum diſcernat. In ſecunda parte quæ incipit ibi; [Geometria,] dicitur ꝙ quadriuiales ſcientiæ veritatem in ſe habent: ſed nõ ſunt ſciẽtiæ pietatis, & aſſumẽdæ. Sed vetus & nou. teſt. ſunt ſcientiæ pietatis, & aſſumendæ, & grammatica in bonos vſus aſſumpta ꝓficere poteſt.

d ¶ Geometria.] De aſtronomia non facit mentionem: quia hęc abijt in deſuetudinem, vt 26. q. 2. §. his ita.

QVi de Menſa.] CASVS. Duæ q̃ſtiones factæ fuerunt Hieronymo. Prima fuit, an ſit peccatum diſcere doctrinam & ſcientiam paganorum? Et reſpondet Hieronymus, ꝙ non: & hoc probat exemplo quatuor puerorum, ſcilicet Danielis, Ananiæ, Azariæ, Miſaelis, & exemplo Moyſi: qui ſi ſciuiſſẽt eſſe peccatum, nunquam didiciſſent. Diſcebant enim vt conuincerent incredulos, alîter riſui paterent, ſi de dogmatib. eorum cum eis diſputarent, cum inde nihil ſcirent. Secunda quæſtio fuit, an ſit peccatum recordari ſæcularium legũ in prædicatione vel diſputatione? Et rñdet, ꝙ non: quia hoc fit ex neceſſitate, vt probemus ea, quę ſancti dixerunt in libris gentilium contineri.

e ¶ Qui de menſa.] Daniel. Ananias, Miſael, Azarias[1]. nam turpe eſt alicui decretãti ius in quo verſatur ignorare ... 12. q. 2. queſta. 16. q. 3. præſulũ. 14. q. 1. c. vlt. 26. q. 2. non ſtatuẽ. & c. non exemplo. C. de ſen. & interlo. nemo. 2. contra Sol. vbi iura deficiunt, recurrendum eſt de ſimilibus ad ſimilia: alias nõ 20. diſt. de q̃bus dic vt ibi. Itẽ arg. præſumi eo ipſo bonum, ꝙ ab aliquo bono ſit factũ, vt 7. q. 1. ois q. & 34. q. 1. cũ beatiſſimus. 9. q. 3. Lugdunenſis. 12. q. 1. expedit. 28. q. 1. ſic. n. 31. diſt. oĩno. 10.

Daniel & ſocij ſui.

1 Iſti alio nomine dicti ſunt Balthaſar, Sidrac, Miſac, & Abdenago: ſecũdum Hug. & Lau.

2 Vt no. 2. diſt. c. ... Recurrendum qũq; de ſimilibus ad ſimilia.

Hinc etiam Ambroſius ſcribit ſuper Lucam in explanatione procœmij.

¶ Sæculares litteræ legendæ ſunt, ne ignorentur.

C. IX.

LEgimus aliqua, ne negligantur [a] α; legimus, ne ignoremus [b]; legimus, non vt teneamus, ſed vt repudiemus [c]. Pann. l. 2. c. 134.

α ¶ Negligantur.] *Sic etiam in Pannormia, ſed in originali & in vno Gratiani manuſcrip.* ne legantur. *Ibi enim agitur de pſeudeuangelijs Sed non eſt mutatum ob gloſſam.*

Item Hieronymus ad c. 1. epiſtolæ ad Titum.

¶ Grammatica legenda eſt, vt per eam ſacræ ſcripturæ intelligantur. C. X.

SI quis artem grammaticam nouerit, vel dialecticam, vt rationem rectè loquendi habeat, & inter falſa & vera dijudicet, non improbamus α. ¶ Geometria [d] quoque, & arithemetica, & muſica habent in ſua ſcientia veritatem: ſed non eſt ſcientia illa, ſcientia pietatis. Scientia pietatis eſt noſſe legem, intelligere prophetas, Euãgelio credere, Apoſtolos non ignorare. ¶ Grammaticorum β autem doctrina etiam poteſt proficere ad uitam; dum fuerit in meliores uſus aſſumpta. Pann. l. 2. c. 135. Iuo p. 4. c. 167. Pann. l. 2. c. 136

α ¶ Non improbamus.] *Abſunt iſtæ duæ voces ab originali. Exponens enim B. Hieronymus verba illa ex principio epiſtolæ ad Titum,* & cognitionem veritatis, quæ eſt iuxta pietatẽ, *ita ſcripſit:* Eſt planè veritas, quæ non habet pietatem; ſi quis grammaticam, &c.

β ¶ Grammaticorum.] *Hæc non ſunt B. Hieronymi, ſed Iſidori lib. 3. de ſummo bono, c. 13. ex quo citat Iuo.*

Item Hieronymus in primum caput Danielis.

¶ Exemplo Danielis probatur non eſſe peccatum ſæcularibus litteris erudiri. C. XI. Poly. l. 4. tit. 7.

QVi de menſa [e] regis, & de uino potus eius nolunt † comedere, ne polluantur; utique ſi ipſam ſapientiam, atque doctrinam Babyloniorum ſcirent eſſe peccatum [f]; nunquam acquieſcerent diſcere, quod non licebat. Diſcunt autem, non ut ſequantur; ſed ut iudicent, atque conuincant; quomodo ſi quiſpiam aduerſus mathematicos uelit ſcribere imperitus mathematis, riſui pateat: & aduerſus philoſophos diſputãs, ſi ignoret dogmata philoſophorum. Diſcunt ergo ea mente doctrinam Chaldæorum, qua & Moyſes omnem ſapientiam Ægyptiorum didicerat. *Idem.* ¶ Si qñ cogimur litterarum ſæcularium recordari, & aliqua ex his dicere, q̃ olim omi-

† *non* ſunt. *ori. & Polyc. & ſic deinceps.*

Act. 7. Hier. in prologo in Danielẽ.

a ¶ Præ-

ſimus non noſtræ eſt uoluntatis, ſed, vt ita dicam, grauiſſimæ neceſſitatis; ut probemus ea, quæ à ſanctis prophetis ante ſæcula multa prædicta [a] ſunt, tam Græcorum, quàm Latinorum, & aliarum gentium litteris contineri [b].

Item ex ſynodo Eugenij a Papæ ſecundi.

¶Magiſtros, & Doctores epiſcopi congruis locis conſtituant. C. XII.

Iuo p. 4. c. 214. Anſel. l. 7. c. 2. Polyc. l. 4. tit. 32.

DE quibuſdam locis ad nos refertur neq; magiſtros [c], neque curam inueniri pro ſtudio litterarum. Idcirco in uniuerſis epiſcopijs, ſubiectiſque [d] plebibus, & aliis locis, in quibus neceſſitas occurrerit, omnino cura, & diligentia adhibeatur, ut magiſtri [e] & Doctores conſtituātur; qui ſtudia litterarum, liberaliumque artium dogmata aſſidue [f] doceant: quia in his maxime diuina manifeſtantur, atque declarantur mandata.

a ¶Eugenij.] *Apud Anſelmum citatur ex ſynodo habita Romæ in conſiſt. Lateran. à Beato* ..... *In Polycarpo eodem modo, & additur nomen Eugenij Papæ II. & in ſynodo Leonis IIII. quarũ ſynodorum, vt alibi dictum eſt, exemplaria ſunt in Vaticana bibliotheca. In indice etiam ſynodi à Gregorio VII. Romæ habita, talis cuiuſdam capitis hæc ponitur ſumma,* Vt omnes epiſcopi artes litterarum in ſuis eccleſijs doceri faciant.

Item Auguſtinus contra Fauſtum Manichæum, libr. 13 cap. 15. †

† ſed ibi ſu- bus.

¶Auctoritatibus gentilium, eorum uanitas retunditur, atque conuincitur. C. XIII.

SI quid veri [g] de Deo Sybilla, vel Orpheus, alijve gentiũ vates, aut philoſophi prædixiſſe perhibentur, ualet

a ¶Prædicta.] Scilicet de incarnatione, ut illud Virgilij.

Virgilius.

Iam noua progenies cęlo demittitur alto.

b ¶Contineri.] Vt illud Ouidij.

Ouidius.

Odero ſi potero: ſi non inuitus amabo.

De

DE quibuſdam.] CASVS. Relatum fuit Eugenio in ſynodo ſua, ꝙ in quibuſdam locis non erant magiſtri, qui erudirēt alios in liberalibus artibus: & ideo præcepit omnibus epiſcopis, ut in congruis locis magiſtros cōſtituant, qui quotidie in doctrinis liberalibus alios doceant.

c ¶Neque magiſtros.] Argu. ꝙ ſcholares 1. in ſcholis de eccleſijs ſuis dēnt habere præbendas. ſ. diſ. 32. ſi q. ff. ex quib. cau. maio. in integ. nec non. ff. de neg. geſt. l. 1. extra de cler. nō reſid. inter quatuor. 1. q. 2. ſacerdos. Sed contra 1. q. 2. placuit. infra de conſec. diſ. 1. nemo. infra 12. q. 2. conceſſa. 16. q. 1. generaliter.

1 Intelligo aliquē eſſe in ſcholis, licet aliquā diuertat cā eūdi ad curiā Romanam uel alibi, ſtatim reuerſurus: nā tūc nec diuertiſſe vī. de pœn. diſtin. 1 diuortium. Archid.

d ¶Subiectiſque.] Id eſt, baptiſmalibus eccleſijs.

e ¶Vt magiſtri.] Quid iuris ſit de magiſtris, habes extra de magiſt. quia nonnulli. & extra de magiſt. cap. 1. quia à clericis ipſius eccleſiæ, & à pauperibus nihil petent, ut ibi dicitur. Sed nunquid magiſter iure licito poteſt facere collectam? Videtur ꝙ non: quia ſciā donum Dei eſt: vnde vendi nō poteſt, ut 1. q. 3. nō ſolum. quia profeſſores iuris & ſi honeſte accipiunt, tñ inhoneſte petunt, ut ff. de var. & extraor. cog. l. 1 §. eſt quidem. Item quia potius debent proijcere pecuniā exēplo Cratis. 12. q. 2. gloria. §. Crates. Itē quia propter honorem adipiſcendum legunt: non propter utilitatem aliorum, quare tanquam ſuorum negotiorum geſtores nihil ab auditoribus petere dēnt, ut ff. de neg. geſt. l. pupilli. §. 2. Sed contra: qui pro tempore præſtat obſequium, dēt conſequi beneficium, vt 12. q. 2. charitatē. Item quare non poſſet magiſter uendere doctrinam ſuā, ſicut iuriſperitus conſiliũ, vt 14. q. 5. non ſane? Item nōne teſtis gratis teſtatur, & tamen recipit procurationem, id eſt pecuniam procurationis nomine, ut 4. quæſt. 3. cap. venturis. & epiſcopus gratis conſecrat eccleſiam: tamen recipere poteſt procurationē: vt extra de ſimo. cum ſit, & officium magiſtri remunerandum eſt, ut ff. de donatio. Aquilius? Solu. tunc petat magiſter collectam cum ei ſua pleniſſime nō ſufficiunt, vt 10. q. 3. priſcis, & 12. q. 1. epiſcopus eccleſiarũ rerum. Ioan. Ego credo quidquid dicat Ioan. ꝙ magiſter poteſt facere collectam de qua uiuat, & procuretur, etiam ſi abundet 2: quia epiſcopus cum conſecrat eccleſiam, & cũ uiſitat, recipit procurationem etiā ſi abũdet, ut in decre. de ſi. cum ſit Romana. & extra de cenſi. cum Apoſtolus. & eo. titu. ſopire. nec uendit magiſter ſcientiam, quia æſtimari non poteſt: ſed pro labore ſuo ꝓmittitur ei pręmium. nam prædicator non dicitur uendere prędicationem: & tamen petere poteſt ſuſtentationem, ut extra de pręſcrip. cum ex officij & de cenſi. cum uenerabilis. & 23. q. 1. § quia ergo. & § his ita. Bar. 3

2 Arg. contra. 10. q. 5. cauēdum. iuxta fin. vbi de hoc. & ibi dicā. Archid.

Magiſter ꝙ docēdo an poſſit collectam facere.

f ¶Aſſidue.] Id eſt, horis competentibus. ſic ſupra 31. diſtin. ſacerdotibus. ff. de condi. & demon. ſi quis ita legauerit.

3 De hoc ē not. 1. q. 3. uēdētes. & plene extra de magiſtris. quia Archid.

SI quid veri.] CASVS. Manichæi dicebant, quòd ſi Orpheus & Sybilla, & alij vates & philoſophi gentilium de Deo aliquid dixerunt, tantæ eſt auctoritatis quantæ ſunt verba prophetarum. Et reſpondet Augu. dicens, quòd ſi quid veri ibi reperitur, ualet ad conuincendum eos: ſed non ut habeatur in auctoritate ſicut uerba prophetarũ. Et hoc probat ſimilitudine Dæmonum & Angelorum: qui dęmones, licet vera dixerint de Chriſto, non tamen ſunt tantæ auctoritatis quantæ uerba Angelorum.

g ¶Si quid veri.] Argum. quòd teſtes uel inſtrumenta poſſunt pro parte rata haberi, pro parte non, ut dixi ſupra diſtin. 9. ſi ad ſacras. ſed illud verum eſt, quando reprobantur ratione perſonæ: ſecus ſi reprobentur propter dicta. Item argu. ꝙ ſi aliquid induxero pro me, ꝙ non teneor recipere cōtra me. ſ. diſ. 19. ſi Romanorũ.

Inſtrumenta poſſunt pro parte approbari, & ꝓ parte reprobari.

contra

a ¶Etiam alienarum.] Et ſi clerici fuerint in aliquo conuiuio,& aduenĩãt ioculatores,ſurgant,& recedant de menſa,vt de conſecr.diſtinct. 5.non oportet.

VIDVA CASVS. Dictũ eſt ſupra ꝙ qui viduam habuit vxorem,repellitur à promotione. Nũc vero dicit, ꝙ vidua eſt cuius vir poſt copulam carnalem eſt defunctus. Veruntamen ſi antequã cognoſcatur à viro ſuo, mortuus fuerit vir eius,non debet ꝓpter hoc vidua appellari,licet traducta fuerit & velata. Et ſi quis cum tali contraxerit, non repellitur à promotione. quod probatur ſeq. cap.

Valentino.] CASVS. Valentinus duxit quandam in vxorem, quæ antea fuit alteri deſponſata,& cum illo velata: ſed non fuit ab eo cognita, quia fuit morte præuentus, & ſic virgo permanſit. Dicitur hic, ꝙ propter hoc Valentino nullum impedimentum generatur quin ualeat promoueri poſt mortem vxoris, vel ea viuente de conſenſu ipſius.

b ¶Valentino.] Hũc caſum habes extra de biga.d-bitum.

A Quib.] CASVS. Dictum eſt ſupra à q̃bus ordinibus bigami ꝓhibeantur, & utrum bigami reputentur q ante baptiſmum vnam, & poſt baptiſmum alteram,vxores habuerunt, & an liceat ſortiri vxores in ſacris ordinibus conſtitutis. In hac vero 35.diſtin.proſequitur Gratianus tertium c. Apoſtolicæ regulæ; ſ. oportet,ordinandum non eſſe vinolentum, ſed ſobrium; quia in vet.teſt.miniſtris templi prohibebatur uinum & ſiceram bibere, ne propter ebrietatem corda eorum grauarentur: & quia venter mero æſtuans deſpumat in libidinem. & hoc probatur exemplo Noe, & exẽplo Loth: & dicit quòd vinolentus eſt qui frequenter vino repletur. Sequens cap.patet.

c ¶A quibus.] Hic agitur de tertio cap.apoſtolicæ regulę,oportet ordinandum non eſſe vinolentum,ſed ſobrium. & introducit multa in commẽdationem abſtinentiæ,& in reprobationẽ ebrietatis. interſerit etiam de pœna illorũ,qui frequenter indulgent ebrietati, & dicit ꝙ minores corporaliter puniuntur,maiores poſt admonitionẽ xxx dieb.cõione priuãtur, vt ĩ.ea.c.vl.1.

d ¶Quia venter.] Pinguis venter groſſum generat ſenſum.44.diſt.§.ſi ergo.

ducendi vxores licentia non eſt, a ẽt alienarum [a] nuptiarum euitent cõuiuia; nec his cœtibus miſceãtur, vbi amatoria cantantur, & turpia, aut obſcœni motus corporum choreis, & ſaltationibus efferuntur; ne auditus, aut obtutus ſacris myſterijs † deputati turpium ſpectaculorum, atque verborum contagione polluantur. † al. miniſteria

a ¶Licentia non eſt. *In codicibus impreßis legebatur,* licentia modo non eſt *Expuncta eſt dictio,* modo *qua neque in originali, neque in vetuſtis exemplaribus Gratiani, aut Burch. Imo nec, cõcili Venetico.c.xi. (Vbi hoc idem reperitur) habetur. Ac presbyteris quidem nunquam, ne apud Græcos quidem licuit ducere vxores.*

Vidua vero intelligenda eſt, ſi poſt ſolenne fœdus nuptiarum, morte interueniente, à viro ſuo diuiſa fuerit. Ceterũ, ſi antequam conueniant, fatali neceſſitate ab alterutro diuiſi fuerint: licet ex ſponſalibus vxor ſit appellata, non tamen poſt mortem ſponſi, etiam ſi in propria ſit ducta, & cum eo velata, vidua appellatur, nec ex eius copula à ſacris ordinibus aliquis prohibetur.

Vnde Pelagius Papa ſcribit.

¶Qui cum alio velatam, non tamen illi nuptam, uxorem duxit, ſacerdos fieri non prohibetur. C. XX.

Valentino [b] clerico, cui mulier cum alio ante uelata, non tamen ei nupta, ſed uirgo permanens, poſt mortem eius, cum quo uelata erat ſponſa †, coniugali eſt copula ſociata, quia iterum † uelamen accepit, nullum in promouendo generetur obſtaculum; quia nihil eſt (quantum ad hunc articulum pertinet) quod ei de canonicis obuiet inſtitutis.

Simile 27.q.2. c.quod autẽ.§. item ſi ſponſa. Iuo p.6.c.113. †al. ſponſo †al. ſ. iterum

DISTINCTIO XXXV.

A *Quibus [c] ordinibus bigami prohibeantur, & vtrum reputentur bigami, qui ante baptiſmum habuerunt vnam, & poſt baptiſmum alteram, & an liceat ſortiri vxores in ſacris ordinibus conſtitutis, multorum auctoritatibus breuiter monſtratum eſt. ¶Sequitur autem in deſcriptione illa Apoſtolica, vt ſit ſobrius, qui ordinandus eſt, non vinolentus: quod ex auctoritate veteris teſtamenti introductum eſt. Miniſtri enim templi prohibentur vinum, & ſiceram bibere, ne ebrietate grauentur corda eorum, & vt ſenſus eorum vigeat ſemper, & tenuis ſit, vel quia venter [d] mero æſtuans facile deſpumat in libidinem: Vnde Noe in ebrietate nudauit fœmora: Loth, quem Sodoma non vicit, vina vicerunt. ¶Quod tamen † vinolen-*

Prima Tim.3. & in gloſſa ad eũ locum hũc hæc omnia ex Hiero.epiſt.83. 1.*Tim*.3. *Leuit*.10. ĩ.ead,c.venter. *Gen*.9.& 19. Gl. Iterlinearis. 1.*Tim*.3. †al. etiam

1 Et q̃ nec ſic reſipuerint, deponentur, vt ĩ. c.cp̃s. Hug.

a ¶Epiſco-

tus eſſe prohibetur, non ſemel, ſed frequenter vino repletus debet intelligi.

Hinc etiam in canonibus Apoſtolorum can. 42. & 43. legitur.

¶Diaconus, presbyter, & epiſcopus ebrietati, & aleæ deſeruientes, niſi deſierint, deponantur†. C. I.

†communione priuentur.
†vel depo natur.

Burc. l. 14. c. 5.
Polyc. l. 6. ti. 17.
Iuo p. 13. c. 73.
Pann. l. 3. c. 170.
Rab. pœn. c. 28.

EPiſcopus, aut presbyter, aut diaconus, aleę[a], atq; ebrietati deſeruiens[b] aut deſinat[c], aut certè damnetur†. Subdiaconus, aut lector, aut cantor ſimilia faciens aut deſinat, aut communione priuetur[d]. Similiter etiam laicus.

Item Hieronymus lib. 1. contra Iouinianum.

¶Eſus carnium, & vini potus, poſt diluuium conceſſus legitur, poſt Chriſti aduentum inhibitus. C. II.

Math. 19.
Act. 15.
Gal. 5.
Rom. 14.

AB exordio conditionis humanæ nec carnibus[e] veſcebamur, nec dabamus repudiũ, nec præputia nobis eripiebantur in ſignum[f]. Hoc curſu ad diluuium vſque peruenimus: Poſt diluuium autem cum datione legis, quam implere[g] nullus potuit, carnes ingeſtæ ſunt ad veſcendũ, & repudia conceſſa duritiæ[h], & cultellus circumciſionis appoſitus, quaſi Dei manus plus in nobis creauerit, quàm neceſſe eſt. Poſtquàm autem Chriſtus uenit in fine temporum, & ω[i] reuoluit ad α[k], & extremitatem retraxit ad principium, nec repudium nobis dare permittitur, nec circuncidimus, nec comedimus[l] carnes, dicente Apoſtolo: [Bonum eſt vinum non bibere, & carnes non comedere.] Et uinũ enim cum carnibus poſt diluuium dedicatũ eſt[m].

Item lib. 2. contra Iouinianum.

¶Alienum eſt à ſapiente potationibus & ebrietatibus uacare. C. III.

Prou. 20.

LVxurioſa res uinum, & tumultuoſa ebrietas, omnis, qui cum his miſcetur, non erit ſapiens.

Clerici ludere aut luſores ſpectare non debent.
Ludo perditũ an repeti poſſit.

a EPiſcopus.] ¶Aleę.] Clerici non debẽt ludere, vel ludibus intereſſe, ut extra de vi. & ho. cle. clerici. nec participes erunt ludentibus, nec inſpectores ludi, vt in Auth. de ſac. epiſco. §. interdicimus. coll. 9. Sed nunquid poteſt repeti id, quod alea perditur? Dicunt quidam 1 ꝙ non, ſed pauperibus eſt erogãda pecunia illa. arg. 14. q. 5. non ſane. cum enim turpitudo vertitur ex parte vtriuſque, melior eſt conditio poſſidentis. ff. de cond. ob tur. cau. l. ſi ob turpem 2. melius credo ꝙ poſſit repeti, vt ff. de aleatoribus. l. vlt. in fi. etiam uſque ad quinquaginta annos, vt dicit Græca conſtitutio. C. de religio. & ſump fun. & de alea. Et ſi quis exiſtens in alea rem ſuam vendiderit, tenetur de euictione, ut ff. qua. rerum actio non da. ſi filio. §. 1. licet autẽ hic prohibeatur ludus, tamen pro conuiuio habendo poteſt ludi. ff. eod. l. vlt.

1 Secundũ Lauren.
2 ff. de cõd. ob tur. cau. l. ubi autẽ. hæc fuit opi. Pla. & Bar.
3 Ad hoc extra de cleri. peregri. c. 1. ubi de hoc. ſed cõtra 46. diſt. quoniam. & not. 27. q. 1. nec aliqua. in glo. not. quod.

b ¶Deſeruiens.] Id eſt, valde ſeruiens, ut illa præpoſitio, de, augmentet. ff. de depoſi. l. 1. in princip. quandoque priuat, ut ibi.

Sæpe precor mortem, mortem quoq; deprecor idẽ.

c ¶Aut deſinat.] Nõ ergo pro quolibet delicto ſtatim epiſcopi debẽt fulminare, vt vel excommunicẽt, uel deponãt 3. ad idem facit 67. diſt. epiſcopus, & 92. diſtin. cap vlt. Si quoties peccant homines, ſua fulmina mittat Iupiter, exiguo tempore inermis erit.

d ¶Priuetur.] Aut verberetur, vt infra ea. cap. ult.

AB exordio.] CASVS. In hoc cap. triplex ſtatus humani gñis denotatur. Nã à principio mũdi carnes nõ comedebamus, nec dabamus libellum repudij, nec circũcidebamur. poſt diluuiũ uero data lege uinũ cũ carnibus eſt aſſũptũ & repudij duritia eſt conceſſa, & cultellus circumciſionis eſt datus. Poſtquàm uero Chriſtus uenit, ω reuoluit ad α, id eſt, finem ad principium: quia hodie non circuncidimur, nec damus repudii libellum nec carnes omni die comedimus dicente Apoſtolo, Bonum eſt vinum non bibere, & carnes non comedere.

e ¶Nec carnibus.] tamen Lamech fuit venator, ſed illud fuit propter pelles, non ꝓpter carnes. 31. quæſt. 1. quomodo.

Lamech fuit uenator.

f ¶In ſignum.] Vt per eam fideles diſcernerentur ab alijs. uel fuit ſignum interioris circũciſionis, vel fuit ſignum futuri baptiſmi: quia tunc p circũciſionem tollebantur peccata, ſicut nũc per baptiſmum, ut infra. de conſec. diſt. 4. ꝙ autem apud nos.

Circumciſio quare fiebat.

g ¶Implere.] ī. diſt. 4. erit contra. Sed dic, ꝙ facile non poteſt impleri. Vel dic ꝙ tunc nullus potuit eam implere quo ad hoc ut adipiſceretur uitam æternam: quia per circumciſionem non aperiebatur ianua cœli, licet ianua inferni etiam eſſet præcluſa, ſecus hodie per baptiſmũ. extra de bap. maiores. Vel ideo iſtud dicit, quia contrarietas fuit in lege. Cum enim præceptum fuit ꝙ ſabbati die non fieret aliquod opus 4, item præceptum fuit ꝙ viij. die circunciderctur puer 5, potuit contingere ꝙ ſabbatum eſſet dies viij. ab ortu pueri. ſed tamen in hoc non peccabant. quia excuſabantur propter impoſſibilitatem: ideo autem fuerunt eis data dura præcepta, quia ex ſuperbia eorum dixerunt, non deeſt qui impleat, ſed deeſt qui iubeat 6.

CircuncIſio, & baptiſmus differunt.
4 Vt Exod. 20. c.
5 Gen. 17.
6 Hoc ſententialiter ꝑ ſumi de primo libr. Regũ. ca. 8.

h ¶Duritiæ.] Tñ pctm̃ erat, ut ex̃ de diuor. gaudemus.

i ¶Et ω.] Quæ eſt ultima littera Græcorum.

k ¶Ad α.] Quæ eſt prima eorũdẽ Græcorũ, & eſt ar. ꝙ reſtituta re ad priſtinũ ſtatum, priora iura reſtituũtur, vt 26. q. 6. ſi quis de corpore 7. ff. de ſer. ruſti. præd. hi qui. alias, & Attilicinus. Item argu. ꝙ non ſit iniuria rei, ſi reſtituuntur ad priſtinum ſtatum. ff. de pac. ſi unus §. quod. & in ſpecie dotis.

7 Vbi de hoc. & facit qđ not. 1. q. 7. donatum.

l ¶Nec comedimus.] Id eſt, ſuademus non comedere, conſilium eſt.

m ¶Dedicatum eſt.] Id eſt, in uſum aſſum tum.

ECcleſiæ principes.] CASVS. Quidam prælati cum populum admonere deberent ad ieiunia ſeruanda, fartis corporibus & rubentibus buccis prædicabant: ꝯ quos inuehitur Hiero. & auctoritate Micheæ prophetæ probat eos deijciendos à prælaturis ſuis in tenebras exteriores: quas vitare poſſunt, ſi imitenẽ apoſtolos nõ ſolum ſermone, ſed etiam uitæ conuerſatione. Quæ autem ſequuntur, plana ſunt vſque ad cap. ſexto die.

a ¶ Principes.] Id eſt prælatos, ut de cõſec. diſt. 1. corpora.

b ¶ Propheticus] Scilicet Micheæ.

c ¶ Lautiſq.] Id eſt, delicatis

d ¶ Epulis conquiſitis.] Id eſt, terrenis delicijs, quæ multo labore quæruntur. de conſe. diſt. 5. ne tales.

e ¶ Exteriores.] Id eſt ex toto extra lucẽ. argu. 40. diſtin. qualibet [illegible]

f ¶ Buccas.] Plenus uenter facile de ieiunijs diſputat. 11. q. 2. gloria epiſcopi. Argu. quòd archidiacono cũ uiſitat parochias non eſt exilis præſtanda procuratio, ut 10. quæſtio. 3. illud. Hoc verum eſt ante viſitationem factam. extra de cenſi. exigit. Grego. X.

SExto die.] CASVS. Secundum H. cap. iſtud diuidit in tres partes. In prima parte Ambr. deteſtatur vitium gulæ, & commendat abſtinẽtiam in cibo: & hoc probat per Adam, qui dum voluit abſtinere à cibo vetito, pſeuerauit in bono. ſed poſtquã non abſtinuit, ſpoliatus eſt omni bono gratuito, & vulneratus eſt in naturalib. In ſecunda parte quę incipit ibi, [Et infra:] deteſtatur ebrietatẽ: & hoc per Noe, qui propter ebrietatẽm nudatus eſt: ex qua ebrietate ſeruitus eſt ſecuta. & per Loth, qui propter ebrietatem commiſit inceſtum cum duabus filiabus ſuis. In tertia parte, quæ incipit ibi, [At non Abraham,] Commendat ſobrietatem in uino: & hoc per Abraham, qui angelis hoſpitibus ſuis non vinum: ſed lac appoſuit. Et per Ioannem Baptiſtam, qui nec vinum bibit, nec panẽ comedit. Beneuentanus autẽ ſic ponit caſũ. In hoc cap. probat Ambr. vij. rationib. & exẽplis eſſe abſtinẽdum

Item in Micheam ad c. 2.

¶ Ignominioſum eſt ſacerdoti affluere delicijs, epulis, atque laſciuijs. C. III.

ECcleſiæ principes [a], qui delicijs affluunt, & inter epulas, atque laſciuias pudicitiam ſeruare ſe credunt, propheticus [b] ſermo deſcribit, quòd eijciendi ſint de ſpatioſis domibus, lautiſque [c] conuiuijs: & multo labore epulis conquiſitis [d], & eijciendi propter malas cogitationes, & opera ſua. Et, ſi vis ſcire, quo eijciendi ſunt; Euangelium lege: in tenebras ſcilicet exteriores [e], vbi erit fletus, & ſtridor dentium. An non confuſio, & ignominia eſt, Ieſum, crucifixum, magiſtrum pauperem atque eſurientem fartis prædicare corporibus? ieiuniorumque doctrinam rubentes buccas [f], tumentiaque ora proferre? Si in Apoſtolorum loco ſumus, non ſolum ſermonem eorum imitemur, ſed conuerſationem quoque, & abſtinentiam amplectamur. *Michee 2.* *Matth. 22.*

[*Item ad Oceanum, epiſtola 83.*

¶ De eodem. PALEA. C. V.

VEnter mero æſtuans cito deſpumat in libidines. Vbi ebrietas, ibi libido dominatur, & furor.

[*Idem ad Nepotianum de vita clericorum.*]

7. initio diſtin. Hiero. in epiſt. ad Titũ ad c. 1.

¶ De eodem. PALEA. C. VI.

VInolentum ſacerdotem & Apoſtolus damnat, & vetus lex prohibet. Sacerdotes qui miniſtrant † in templo Dei, prohibentur uinum, & ſiceram bibere, ne in crapula, & ebrietate aggrauentur corda eorum. Sicera hæbreo ſermone omnis potio nuncupatur, quæ inebriare poteſt. *& infra.* ¶ Quidquid inebriat, & ſtatum mentis euertit, fuge ſimiliter ut uinum. [Nolite, ait Apoſtolus, inebrari uino, in quo eſt luxuria.] *& infra.* ¶ Qui altario deſeruiunt, uinum, & ſiceram non bibant. Sponſa [a] Chriſti uinum fugiat ut venenum: uinum & ebrietas incendium eſt.

In epiſt. ad Oceanum. *Leui. 10. n. 6.* Ad Nepotianũ. *Epheſ. 5.* Ad Euſtochiũ. epiſt. 22. † *altaris deſeruiunt*] ori.

a ¶ Spõſa Chriſti] *In epiſtola ad Euſtochium ſic habetur:* Hoc primum moneo, hoc obteſtor, ut ſponſa Chriſti vinum fugiat pro veneno. *& paulo poſt:* vinum & adoleſcentia duplex eſt incendium voluptatis.

Item Proſper de vita contemplatiua, lib. 2. cap. 22.

¶ De eodem. C. VII.

LVxuriam facit, & nutrit uini perceptio nimia, non natura.

Item Ambroſius in libro de Elia, & ieiunio, c. 4. & 5.

¶ In paradiſo abſtinentia, poſt paradiſum edendi laſciuia incœpit. C. VIII.

SEX-

dum à ſuperfluitate ciborum & uini: quia multa mala in de proueniunt. Prima ratio eſt prin. cap. Sec̃da ibi, [Vt ſciamus.] Tertia ibi, [In prin.] Quarta ibi, [Manebat.] Quinta ibi, [Legimus.] Sexta ibi, [At non Abraham.] Septima ibi [Denique annunciauit.]

a ¶Sexto.]

a ¶Sexto die.] Id eſt, die veneris. nam Dominico die Dominus cœpit facere mundum, ut 75. diſtinctio. quòd die. Alij dicunt. quòd omnia ſimul creauit. vnde Salamon 1 Qui uiuit in æternum, omnia ſimul creauit: ſed licet omnia ſimul facta fuerint, non ſimul dici omnia poterant: & ideo ſcriptura utitur tali diſtinctione, extra de ſum. trinita. cap. 1.

Di e Dominico incœpit Dominus mundũ facere.

1 Eccleſiaſtici 18. c.

to [a] die beſtiæ [b] ſunt creatæ, & cum beſtijs orta edendi poteſtas eſt, & vſus eſcarum. Vbi cibus cœpit [c], ibi finis factus eſt mundi: ibi† cœpit ſua incrementa neſcire, ubi† cœperunt diuina opera circa eum feriari [d]. Quo indicio declaratum eſt, quòd per cibos mundus haberet imminui, per quos deſijt [e] augeri. *& infra.* ¶Et ut ſciamus non eſſe nouum ieiunium [f], primam illic legem conſtituit de ieiunio. *& infra.* ¶Eouſque nemo præuaricari nouerat, ut adhuc orta non eſſet, quæ prima eſt præuaricatio. Indictum ieiunium, abſtinentiæ lex à Domino Deo præuaricatio [g] legis à diabolo; culpa per cibum, latebra [h] poſt cibum: cognitio infirmitatis in cibo, virtus firmitatis in ieiunio. *& infra.* ¶Serpens gulæ perſuadet, Dominus ieiunare decernit. Itaque gula de paradiſo regnantem expulit; abſtinentia ad paradiſum reuocauit [i] errantem. *& infra.*

†*ubi*] orig. †*ibi*] orig.

Ibidem. c 5. ¶In principio generis humani ignorabatur ebrietas: primus Noe vineam plantauit: dedit naturam, ſed ignorauit potentiam. Itaque vinum nec ſuo pepercit auctori. *& infra.* ¶Sed illius ebrietas nobis ſuadet ſobrietatem. Semel enim inebriatus eſt Noe. Vbi enim malum ebrietatis agnouit, iumentum † ſuum ad remedium temperauit: non effudit ad vitium. ¶Manebat, antequam vinum inueniretur, omnibus inconcuſſa libertas: nemo ſciebat à conſorte naturæ ſuæ obſequia ſeruitutis exigere. Non eſſet [l] hodie ſeruitus, ſi ebrietas non fuiſſet. Obrepſerat quidem iam fraternæ prælationis inuidia [m], manebat tamen adhuc paternæ pietatis reuerentia. Læſa pietas [n] eſt, dum ridetur ebrietas [o]. Non illis itaque ſolis nocent vina, quos tentant [p], ſed & illis amplius, & quorum oculis temulenta ebriorum membra nudantur.

† *iuuentum*] uera lectio.

Gen. 19. ¶Legimus etiam, quòd patrem Loth inebriauerint filiæ in monte, ad quem timentes incendium Sodomitarum confugerant, & habitabant in ſpelunca. *& infra.* ¶Fuit itaque ebrietas origo inceſti, peſſimæ regenerationis partus [q] deterior.

Gen. 18. ¶At non Abraham vina in ſuo conuiuio miniſtrabat: ſed immolabat vitulum: butyrum, & lac etiam angelis hoſpitibus exhibebat. Cæli dominum, mundi agnoſcebat auctorem. Vinum ergo exhibere non poterat. Sed recte illic deerat materia peccati [r], ubi erat remiſſio [s] peccatorum.

Matth. 11. Denique annunciauit eum Ioannes non manducans panem neque bibens uinum. Qui enim Chriſtum annunciat, ab omni uitiorum incentiuo præſtare ſe debet alienum.

b ¶Beſtiæ.] Id eſt, animalia in terra. nã quinto die fuerunt creata uolatilia & piſces. Gene. 1.
c ¶Cœpit.] mundus.
d ¶Feriari.] Id eſt ceſſare.
e ¶Deſiit.] tunc fuit homo ſpoliatus gratuitis, & uulneratus in naturalibus. de peniten. diſtinctio. 1. Adam.
f ¶Ieiunium.] Id eſt, abſtinentia.
g Præuaricatio.] Scilicet fuit.
h ¶Latebra.] Quia abſcondit ſe Adam à facie Domini. de peniten. diſtinctio. 1. & uenit.
i ¶Reuocauit.] Arguin. quod primi parentes ſaluati ſunt, vt de pœnit. diſtinctio. 1. ſicut primi. & de conſecratio. diſtin. 1. hic duo.
K ¶Iumentum.] Id eſt, carnem ſuam quam pañcit homo quaſi iumentum. vel dicitur corpus iumentum.

Corpus eſt iumẽtum.

l ¶Non eſſet.] Supra diſtin. 1. ius gentium. contra ſed ibi ſoluitur.
m ¶Prælationis inuidia.] Quia Cain interfecit fratrem ſuum.
n ¶Pietas.] Paterna.
o ¶Ebrietas.] Id eſt ebrius.
p ¶Tentant.] Id eſt, inebriant.
q ¶Partus.] Id eſt, effectus. iſtud uult dicere quod vinum ex ſe duos producit effectus: primo ebrietatem; deinde inceſtũ. & ebrietas fuit deterior effectus vini 1 Vel aliter: ex ebrietate proceſſit ſeruitus. Item ex ea proceſſit inceſtus, qui deterior eſt. Vel illud uult dicere, φ filiæ eſt deterior, q̃ matres: qa Moabitæ & Ammonitæ, qui ab illis proceſſerunt, fuerunt deteriores, quam matres.
r ¶Materia peccati.] Scilicet vinum.
ſ ¶Remiſſio.] Id eſt, Deus remittens peccata.

Effectus vini eſt duplex.

1 Et ſecundũ hoc expone regeneratricis, id eſt, uini quod generauit ebrietatem in inceſtũ. Arch.

Item ex concilio Agathenſi, c. 41.

Ebrietatis mala.

a ¶Sexto.] Illud inducitur ad deteſtandam ebrietatem ſiue gulam. Primo, quia per eam degenerauit humana conditio, Secundo, exemplo Noe. Tertio, quia ſeruitus eſt inducta propter eam. Quarto exemplo Loth. Deinde commendat ſobrietatẽ exẽplo Abrahæ, qui cibum miniſtrauit angelis ſine vino: & exemplo Ioan. Baptiſtæ.

¶Triginta diebus à communione abſtineat clericus, quem ebrium fuiſſe conſtiterit. C. IX.

Burc.l.14.c.11. Iuo p.13.c.72.

ANte omnia clericis vitetur ebrietas, quæ omnium vitiorum fomes, ac nutrix eſt. Itaque cum quem ebriũ fuiſſe conſtiterit, (vt ordo patitur) aut triginta dierum ſpatio à communione ſtatuimus ſubmouendum, aut corporali [a] ſubdendum ſupplicio.

DISTINCTIO XXXVI.

1 Glo.ordinaria. 1.Timo.3.

Oportet [b] etiam ordinandum eſſe prudentem. Quod contra eos notandum, qui ſub nomine ſimplicitatis [c] excuſant ſtultitiam ſacerdotum. Prudentem autem epiſcopum oportet intelligi non ſolum litterarum peritia, verumetiam ſæcularium [d] negotiorum diſpoſitione †. Vnde in epiſtola Gelaſii Papæ epiſcopos per Lucaniam, c. 18. & 19.

† *al. diſpenſatione.*

¶Illiterati, & corpore vitiati non promoueantur ad clerum. C. I.

Burch.l.2.c.18. Iuo par.6.c.37. & 75. Pann.l.3.c.46. *Leuit.c.22.* *Ibidem c.19.*

ILliteratos [e], aut aliqua parte corporis vitiatos [α], vel imminutos [f] nullus præſumat ad clericatus ordinem promouere; quia litteris carens ſacris non poteſt eſſe aptus officijs: & vitioſum nihil Deo prorſus offerri legalia præcepta ſanxerunt. ¶Similiter qui ſeipſos [g] abſcindunt.

α ¶Vitiatos] *Iſtæ duæ voces abſunt à pleriſque vetuſtis exemplaribus Gratiani, & originali, cuius expreſſa eſt potius ſententia, quàm verba relata.*

Item Zozimus Papa epiſt. ad Iſichium epiſcopum Salonitanum.

¶Ad ſummum ſacerdotium non aſpiret, qui diuinis ſtipendijs, vel diſciplinis non eſt eruditus. C. II.

Infra di.59.c.1. Anſel.l.6.c.28. Iuo p.5.c.104.

QVi eccleſiaſticis diſciplinis per ordinem nõ eſt imbutus, & temporum approbatione diuinis ſtipendijs [h] eruditus, nequaquam ad ſummum eccleſiæ ſacerdotium aſpirare præſumat; & non ſolum in eo ambitio ineſficax habeatur, verum etiam ordinatores eius careãt eo ordine [i].

ANte omnia.] CASVS. Dictum fuit in concil. Agathẽ. vt prius a clericis vitetur ebrietas, quàm alea, quæ cunctorũ nutrix eſt vitiorum ſi quis clericus fuerit inebriatus, ſi eſt in ſacro ordine, xxx. diebus à communione remoueatur: ſi eſt in minorib. ordinib. verberibus ſubijciatur.

a ¶Aut corporali.] Recipiat 40. ictus: ſed epiſcopus non verberabit clericũ per laicum, vt extra de ſenten. excom. uniuerſitatis. niſi ſit incorrigibilis, ut extra de ſent. excõ. vt famę [1].

Epiſcopus per laicum non verberet clericũ.

1 De hoc etiam nota. 23. q.5. §.1. in fin.

OPortet igitur.] CASVS. Hic intitulatur 36. diſtin. in qua proſequitur quartum c. ſcilicet, oportet epiſcopum eſſe prudentem, quod verum eſt non ſolum in litteratura, ſed etiã in ſęcularibus negotijs. Et hoc dictũ eſt propter eos, qui ſub nomine ſimplicitatis ſtultitiam ſacerdotũ excuſant. De litteratura tractatur in his tribus diſt. cõtinuis. De peritia vero ſæcularium negotiorum tractatur in 39. diſt.

b ¶Oportet.] Ab hoc loco vſque ad 40. diſt. oſtendit quam peritiam debeant habere clerici: & in hac oſtendit, ꝙ habebunt peritiam litterarum ſacrarum. in prox. diſtin. oſtendit, quòd etiam habebũt peritiam ſæcularium ſcientiarũ. & inde ſumpta occaſione oſtendit in 38. diſtin. ꝙ ignorantia eſt periculoſa clericis. in 39. diſt. dicit ꝙ habebunt peritiam ſæcularium negotiorum. Et agit hic de quarto cap. apoſtolicæ regulæ.

c ¶Simplicitatis.] Nec ſimplicitas, nec aliud poteſt excuſare ſacerdotis imperitiam, ut 38. diſt. ſi in laicis.

Sacerdotis imperitia eſt inexcuſabilis.

d ¶Sæcularium.] Cũ enim epiſcopus ſit iudex & corporũ, vt 11. q.1. de perſona. & 12. q.1. pręcipimus. & animarum. 10. q.1. quæcũq;. oportet ipſum tam ſpirituali, quàm ſæculari ſcientia ornari. 39. diſtin. circa prin.

Epiſcopus eſt iudex corporũ & animarum.

ILliteratos.] CASVS. Quæſitum fuit à Gelaſio, vtrũ illiterati & corpore vitiati, qui ſe ipſos ſponte abſciderunt, poſſint promoueri. & reſpondet ꝙ non: quia ſecundũ legẽ Moyſi nihil vitioſum Deo debet offerri.

e ¶Illiteratos.] Scilicet penitus. Sufficit tamẽ mediocris ſcientia, vt extra de elec. cũ nobis olim. non enim requirit in clerico ſumma perfectio. ſic ff. de ædil. edi. ſciendum. §. illud. & l. ſi quis venditor. licet ſit arg. contra extra de pur. ca. conſtitutus. Sed quid ſi penitus laicus ordinaretur, nunquid reciperet characterem? Sic arg 2, 1. q.1. ventum. ibi, ſed dicitur. De hoc not. 40. diſt. ſicut, & extra de cle. per ſal. promo. cap. vno.

Sciẽtia mediocris ſufficit.

2 De hoc etiam no. 40. diſtin. ſicut. & 52. diſt. c. 1. & ex de cle. per ſal. promo. cap. 1.

f ¶Imminutos.] Enormiter.

g ¶Se ipſos.] Ex indignatione. Ioan.

QVi eccleſiaſtici.] CASVS. Quidã archiepiſcopus promouit quendã ad epiſcopatum, qui non erat literis eruditus, nec diſciplinis eccleſiaſticis imbutus. Quæſitum eſt de eo, & de ordinatoribus quã pœnam debeant pati. Et reſpondet Zozimus, & ordinatus debet remoueri ab ordine quem ſuſcepit: ordinatores uero careant poteſtate ferendi eundem ordinem, quem illicite tradiderunt.

h ¶Stipendijs.] Id eſt, officijs.

i ¶Ordine.] Hic habes ꝙ qui iniuſte confert aliquẽ ordinem priuatur poteſtate conferendi illum. 2. q.1. ſi qui epiſcopi. alibi ſuſpenditur a celebratione miſſę per annum.

Ordinatoris iniuſtæ pœnitio.

annum, vt 55. diſtinct. nullus. alibi deponitur, vt 51. diſtinct. cap. 1. & 62. diſtinct. c. vltim. & 81. diſtinct. tantum. cum in hoc ſit pœnarum varietas, fortè minor amplectitur. 50. diſtinct. eos. vel dic, vt not. 21. quæſt. 2. in ſumma, in fin. Conſueuit diſtingui, quòd ſi ex negligentia

quem ſine ordine contra præcepta patrum crediderant præſumendum.

Ecce quòd ſacrarum litterarum oportet epiſcopum habere peritiam: vnde in veteri teſtamento inter cætera ornamenta Pontifex rationale ferebat in pectore, in quo ſcribebatur manifeſtatio, & veritas: quia in pectore Pontificis
Exo. 28.] ex interpre. lxx. *manifeſta debet eſſe cognitio veritatis. ¶ Hinc etiam vectes, quibus arca portabatur, iugiter annulis erant inſerti,*
Exo. 25. *vt cum arca eſſet portanda, nulla fieret mora de intromittendis vectibus: quia prædicatores, per quos Eccleſia circumfertur, ſacris litteris ſemper debent inſiſtere; ne tunc*
1. Reg. 5. *quærant[a] diſcere, cum ex officio alios debeant docere. ¶ Hinc etiam Dauid prius ex gratia ſpiritus ſancti donum ſcientiæ percepit, & poſtea adminiſtrationem regni aſſecutus eſt.*
3. Reg. 3. 2. Paral. 1. *¶ Salomon quoque non diuitias, non longa tempora huius vitæ, ſed ſapientiam à Deo petijt, & impetrauit. ¶ Hinc*
Hier. 1. *etiam Dominus prius ponit verba ſua in ore prophetæ, & poſtea cōſtituit[b] eum ſuper gentes, & regna, dicens ad Hieremiam: [Ecce dedi verba mea in ore tuo: ecce conſtitui te*
Mal. 2. *hodie ſuper gentes, & ſuper regna.] ¶ Hinc etiam Malachias ait: [Labia ſacerdotis cuſtodient[c] ſcientiam, & legem requirent de ore eius quia Angelus Domini exercituū eſt.]*
Luc. 2. *¶ Hinc etiam Saluator noſter prius in medio Doctorum ſedit audiens illos, & interrogans, & poſtea prædicare cœpit: quia prius quiſque diſcere, & poſtea prædicandi officium*
Eccle. 3. *vſurpare debet. ¶ Hinc etiam Salomon prius ait [tempus tacendi] & poſtea [tempus loquendi;] quia veritas prius tacendo diſcitur, & poſtea loquendo prædicatur. ¶ Hinc idem*
Apocal. 2. *Dominus ait [Qui audit[d], dicat, veni[e]]. ¶ Hinc etiam prius Apoſtolos docuit, deinde eos ad prædicandum miſit, dicens*
Matth. 10. *[Eſtote ergo prudentes, ſicut ſerpentes[f], & ſimplices[g] ſicut columbæ]. Sic etiam poſt reſurrectionem prius illis ſenſum aperuit, & ſcripturas explanauit; & poſtea dixit*
Marc. 16. *eis [Euntes in mundum vniuerſum, &c.] Vnde cum de*
Matth. 14. *quinque panibus quinque millia hominum vellet reficere, prius panes accipiens fregit, & poſtea diſcipulis dedit, & per eos demum turbis appoſuit: quia ſacramenta legis, & prophetarum prius diſſerendo expoſuit, & poſtea eorum ſcientiam diſcipulis dedit; & per eos tandem illam fidelibus diſpenſauit.*
1. Pet. 3. *¶ Hinc & Petrus, cum rectoribus eccleſiæ ſcriberet, ait: [Parati eſſe debetis reddere rationem omni poſcenti vos ſatisfactionem[h] de ea fide[i] & ſpe[k], quæ*
2. Tim. 4. *in vobis eſt.] ¶ Hinc etiam Paulus ſcribens ad Timotheum ait: [Attende lectioni, exhortationi, & doctrinæ.] Ex quibus omnibus liquido colligitur, quòd non ſufficit*

gentia ordinat quis indignum, tunc ſuſpenditur: ſi ex certa ſcientia, tunc deponitur. Vel aliter, aut ordinat alium cum quo de facili diſpenſare poteſt, uel cum quo diſpenſari non poteſt, vt ſecundum hoc magis vel minus puniatur. hodie tamen mitius agitur cum talibus, vt extra de præben. graue.

ECCE. CASVS. Beneuc. ſic ponit caſum huius §. in hoc §. probat Gratianus xiiij. rationibus vel auctoritatibus, quòd epiſcopus debet eſſe peritus in litteris. Prima eſt in principio. Secunda incipit ibi, [Hinc etiam vectes.] Tertia, [Hinc etiam Dauid.] Quarta, [Salomon quoque.] Quinta, [Hinc etiam Dominus.] Sexta. [Hinc etiam Malachias.] Septima, [Hinc etiam idem Saluator.] Octaua, [Hinc etiam Salomon.] Nona, [Hinc idem Dominus.] Decima, [Hinc etiam prius.] Vndecima. [Hinc Petrus.] Duodecima, [Hinc etiam Paulus.] Decimatertia, [Vnde ſacerdotes.] Decimaquarta, [Hinc etiam in canticis.]

a ¶ Quærant.] Nec. n. ep̄s debet egere doctrina aliorum, quoniam alios debet inſtruere: vt 1. quæſt. 7. conuenientibus. 16. quæſt. 1. ſic vinc. Ioā. in Authen. de ſanct. epiſcop. circa prin. — Ep̄s aliorū doctrina non debet egere.

ADDITIO. Si tamen epiſcopus minus ſit eruditus, ab alio doceri non contemnat, vt patet 18. diſtinct. non oportet. & 22. diſtin. de Conſtantinopolitana. & 20. q. 3. ſi habes.

b ¶ Conſtituit.] No. ex ordine loquendi probari ordinem factorum. ſic 43. diſt. ſit rector. & 20. diſtin. §. 1. Io. Ar. 1. q. 1. vt euidenter.

c ¶ Cuſtodiēt.] Quia videre debet quibus prædicet, & quibus non, vt 43. diſt. in mādatis. & 32. q. vlt. c. penul.

d ¶ Qui audit.] Diſcendo.

e ¶ Veni.] Docendo.

f ¶ Serpentes.] Ne eorum dolis ſupplantemini.

g ¶ Et ſimplices.] Ne alijs. i. dolos machinemini. Io. vt 16. q. 1. ſi cupis. — r 16. q. 1. ſi cupis.

h ¶ Satisfactionem.] Scilicet reſpondendo eis ſatisfaciatis. Et eſt arg. quòd prælati tenentur reſpondere ad omnes quæſtiones nam tantum debent differre prælati à ſubditis, quantum granum à palea, vt 25. diſt. §. nomine autem criminis. 1. q. 1. viliſſimus. & 2. quæſ. 1. licet. Ioan.

i ¶ De ea fide.] i. de articulis: quod creditis & tenetis. Ioan.

k ¶ Spe.] Id eſt, de his quæ ſperatis.

a ¶ Ocu-

prælatis bona conuerſatio,& morum honeſtas, niſi addatur ſcientia doctrinæ. ¶ *Vnde ſacerdotes ingreſſuri tabernaculum, prius lauabantur in labro æneo, quod fecerat Moyſes ex ſpeculis mulierum.* ¶ *Hinc etiam in canticis canticorum oculi*[a], *per quos prælati eccleſiæ intelliguntur, aſſimilantur columbis, quæ reſident iuxta fluenta pleniſſima*[b].

Exo.38.

Cant.5.

Hinc etiam Hieronymus [a] *in Leuit.*

¶Sacerdotis eſt legis ſcientiam habere, non bellis, ſed orationibus vacare. C. III.

SI quis vult pontifex non tam vocabulo eſſe, quàm merito, imitetur Moyſem, imitetur Aaron. Quid enim dicitur de eis? ꝙ non diſcedunt de tabernaculo Domini. Erat ergo Moyſes indeſinenter in tabernaculo Domini. Quod autem opus eius erat? vt, aut à Deo aliquid diſceret, aut ipſe populum doceret. Hæc duo ſunt Pontificis opera, vt, aut à Deo diſcat legendo ſcripturas diuinas, & ſæpius meditando: aut populum doceat. Sed illa doceat, quæ à Deo ipſe didicerit, non ex proprio corde, vel humano ſenſu, ſed quæ ſpiritus ſanctus docet. Eſt & aliud opus, quod facit Moyſes: ad bella non vadit[c], non pugnat contra inimicos. Sed quid facit? orat, & donec ille orat, vincit populus eius: ſi relaxauerit, & demiſerit† manus, populus eius vincitur, & fugatur. Oret ergo & ſacerdos eccleſiæ indeſinenter[d], vt vincat populus, qui ſub ipſo eſt, hoſtes inuiſibiles Amalechitas: qui ſunt dæmones impugnantes eos, qui volunt pie viuere in Chriſto.

Leuit.8.

Exo.17.

†*al.admiſerit*

a ¶Hieronymus.] *Citatur ex B. Hieronymo,& extat in homilia ſexta Origenis in Leuiticum: quas quidem homilias cum alijs multis B. Hieronymus latinas fecit, ſed ita, vt noxia quæque detruncarit, vtilia tranſtulerit. Quod ipſemet ad Theophilum epiſto.62. ad Vigilantium epiſt. 75. & in prologo ſecundi libri in Micheam profeſſus eſt. Ac frequenter Gratianus ea, quæ ſunt Origenis, Hieronymi nomine citat, vel quia præcipui eccleſiæ doctoris auctoritas maius pondus habet, vel quia Hieronymus eo, quo dictum eſt, modo illa vertendo, pène ſua fecerat.*

DISTINCTIO XXXVII.

SEd quæritur[e], *an ſæcularibus litteris oporteat eos eſſe eruditos.*

De his ita ſcribitur in concilio Carthaginenſi,4.c.16.

¶Libros gentilium non legat epiſcopus. C. I.

Anſ.l.7.c.202. Burch.l.1.c.95. Iuo p.4. c.160. & p.5.c.197. Pann.l.2.c.130. Polyc.l.4. tit.7.

EPiſcopus gentilium[f] libros non legat: hæreticorum autem pro neceſſitate, aut tempore.

a ¶Oculi.] Scilicet ſponſæ.

b ¶Pleniſſima.] Sic ſp prælati ſedebunt iuxta fluenta Euangeliorum & ſacræ ſcripturæ: & ſicut columba ſedet ex natura iuxta aquam vt videat in ipſa aqua vmbram ſuperuenientis acccipitris, & ſic ſibi ꝓcauere cōſueuit; ſic prælatus ſibi per ſcripturā præcauebit contra hęreticos. 10. diſt. in fi. 11. diſt. nolite.

Prælatus columbā imitetur.

SI quis vult.] CASVS. Tria ſunt opera, quæ Moyſes & Aaron, faciebant, ſcilicet legere, docere populū, & orare: hæc tria opera debet epiſcopus facere, ſi vult imitari Moysē & Aaron. & ſi orauerit epiſcopus, uincet populus eius dæmones, ſicut populus Iſrael vicit Amalechitas orante Moyſe.

c ¶Non vadit.] Nunquid ergo epī nō intereſſūt bellis? immo[1]. quia etiam poſſunt alios hortari ad bellum, vt 23.q.7. igitur. & c. hortatu. Ioan.

1 No. in c. hic allega. 23.q.8. igitē. in fin. Arc.

d ¶Indeſinēter.] Omnino, vel horis ſtatutis. ſic 21. q. 3. hi qui. de conſecr. diſt. 5. nūquam. 31. diſtin. ſi laicus. ff. de cond. & demonſt. ſi quis ita. 22. diſt. ſacroſancta.

SEd quęritur.] Hęc diſ. diuidit in qnq; partes. Secunda ibi, [Cur ergo.] Tertia ibi, [Relatū.] Quarta ibi, [Ideo.] Quinta ibi, [vt itaque.

CASVS. Ponitur hic 37. diſt. in qua q̃ritur an oporteat clericos eſſe eruditos litteris ſæcularibus, ſcilicet libris gentiliū: Et primo ꝓbat eos nō eſſe legendos, vſq; ad §. ſed ecōtra.; deinde ꝓbat ꝯtrium. poſtea dat ſolutionem ī. eo. §. ſicut ergo[1]. Prima duo[ps] cap. plana ſunt.

e ¶Sed quæritur.] In hac 37. diſt. quærit[2]. G. an ordinandus debeat habere peritiam ſæcularium ſcientiarum. Primo autem oſtendit, ꝙ clerici nō debent reſpicere libros gentilium[3]. Secundum ponit argu. in contrarium, & talem dat ſolutionem, ꝙ quidam legunt libros gentilium cauſa delectationis & voluptatis, & hoc eſt prohibitū; quidā legūt ad eruditionem, & illud licitum eſt, vt per eos ſciāt rectè loqui, & diſcernere verum a falſo. Io. vt infra. eo. §. cur ergo. Et no. quod in omnibus vſque ad §. ſed contra. videtur ſola voluptas prohiberi.

2 Scilicet incidēter. H. Clerici an libros gētiliū reſpicere poſſint.

3 Et hoc facit vſq; ad §. ī. ea. ſed contra.

f ¶Epiſcopus gentilium.] Ergo nec leges audire debent. nam opprobrium eſt eis, ſi ſe velint eſſe peritos

Epiſcopis an liceat leges audire.

Item Hieronymus ad Damaſum Papam de filio prodigo, epiſt. 146.

¶ Reprehenduntur ſacerdotes, qui omiſſis Euangelijs comœdias legunt. C. II.

Iuo p. 4. c. 162. Pann. l. 2. c. 131.

SAcerdotes Dei omiſſis Euangelijs, & prophetis uidemus comœdias legere, amatoria bucolicorum verſuū verbi canere, Virgilium tenere †; & id, quod in pueris neceſſitatis [a] eſt, crimen in ſe facere uoluptatis.

† al. tenere in manibus.

Idem ad cap. 4. epiſt. ad Epheſios, lib. 2. comment.

¶ In vanitate, & obſcuritate ſenſus ambulant qui ſæculari bus diſciplinis occupantur. C. III.

Eph. 4.

NOnne uobis uidetur in uanitate ſenſus, & obſcuritate mentis ingredi, qui diebus ac noctibus in dialectica arte torquetur? qui phyſicus perſcrutator oculos trans cçlum leuat, & ultra profundum terrarum, & abyſſi †, in quoddam inane demergitur, qui iambum ferit *a*? qui tantam † metrorum ſiluam in ſuo ſtudioſus corde diſtinguit, & congerit? & (vt ad alteram partem transeam) qui diuitias per fas & nefas quærit? qui adulatur regibus, hæreditates captat alienas, & opes congregat, quas in momento, cui ſit relicturus, ignorat?

† al. abyſſi quoddam immane demergit.
† al. tantum.

a ¶ Ferit.] *Antea legebatur*, iambum feruet *In originali autem impreſſo eſt*, Iambum ſtruit *Emendatum vero eſt ex antiquo Gratiani exemplari. Nam Terentianus de Iambo ſic ſcribit:*

Iambus ipſe ſex enim locis manet,
Et inde nomen inditum eſt ſenario;
Sed ter ferıtur, hinc trimetrus dicitur,
Scandendo binos quòd pedes coniungimus. *Ac de iiſdem ſenarijs Iſidorus l. 1. Etymol c 38. ait*, hos Græci, quia geminos feriunt, trimetros dicunt.

Item lib. 9. ad c. 28. Eſaiæ.

¶ Qui ſcripturas ſacras male intelligit, vel ſæculari ſapientia abutitur, vino inebriatur, & ſicera. C. IIII.

VIno inebriantur, quando ſcripturas ſanctas male intelligunt [b], atque peruertunt: ſicera, quando ſæculari abutuntur ſapientia, & dialecticorum tendiculis, qua non tam uincula † ſint appellanda, quàm phaſmata, id eſt vmbræ quædam, & imagines, quæ cito pereunt, atque ſoluūtur. *Idem*. ¶ Secundum tropologiam [c] pſeudo prophetas eos debemus accipere; qui aliter ſcripturarum uerba accipiunt, quàm ſpiritus ſanctus ſonat; & diuinos eos qui con iectura mentis ſuæ incerta futurorum quaſi uera pronunciant abſque diuinorum auctoritate uerborum *Idem*. Quicunque ſcripturas non ita intelligit, vt rei ueritas habet, vuam acerbam comedit.

† al. tēdicula.

Hier. l. 5. ad c. 29. Iere.

Hier. l. 6. comment. ad c. 31. Iere.

Idem lib. 3. ad c. 6. epiſt. ad Epheſi.

¶ Reprehenduntur epiſcopi, qui filios ſuos ſæcularibus erudiunt litteris. C. V.

Iuo p. 4. c. 166.

LEgant epiſcopi, atque presbyteri, qui filios ſuos ſæcularibus litteris erudiunt, & faciunt illos comœdias

peritos diſciplinarū forēſium. C. de teſta. conſulta diualia. Sed contra, leges ſunt per ora principum diuinitus promulgatę, ut 16. q. 3. nemo 1. Dic quod ad hoc licet audire leges, ut per eas melius intelligantur canones. argu. ī. ea. diſt. §. ſed ſæculares. Ioan.

1 Ad idem C. de longi tēp. pſcrip. l. fi. 25. q. 1. ideo. Arch.

a SAcerdotes.] ¶ Neceſſitatis.] Vt ſciant recte loqui.

NOnne.] CASVS. Quatuor genera hominū in hoc cap. reprehenduntur, ſcilicet dialectici, qui quotidie in arte dialectica torquentur, & phyſici, & qui oculos trās cœlum leuant, & verſificatores, & cupidi, qui diuitias per fas & nefas acquirunt, quas in momento cui ſint relicturi, ignorant.

VIno.] CASVS. In hoc cap. exponit quinque Hierony. Dicit enim, quòd illi inebriantur uino, qui ſacras ſcripturas male intelligunt, atque peruertunt. Secundo inebriantur ſicera, qui ſæculari ſcientia abutūtur. Tertio exponit, qui dicantur pſeudo prophetæ. Quarto qui ſint diuini. Quinto, quòd ille comedit uuam acerbam, qui aliter exponit ſcripturam, quam veritas habet, etſi non contra fidem.

b ¶ Intelligunt.] Talibus qui male intelligunt dicta magiſtri, eſſent aures præſcindendæ, vt 24. quæſt. 1. ſi Petrus.

Aures male intelligētibus sūt euellendæ.

c ¶ Secundum tropologiam.] Id eſt, ſecundum moralem intellectū à tropos, quod eſt conuerſio 2, quando uerba noſtra conuertimus ad mores in formandos. 43. diſtin. ſit rector.

2 Et lōgos ſermo. inde tropologia, id eſt conuerſio ſermonis. Hugo de hoc no. 76. diſt. ieiunium in fi.

ADDITIO. Iſti contrarium faciebant. & facit de pœnit. diſt. 1. ſuper tribus. Archid.

LEgant.] CASVS. In hoc cap. reprehenduntur ſacerdotes ab Hieronymo quod filios ſuos & nepotes faciebant legere comœdias.

legere, & mimorum turpia ſcripta cantare, de eccleſiaſticis [a] forſitan ſumptibus eruditos. Et quod in corbonam pro peccato virgo, uel uidua, uel totam ſubſtantiam ſuam effundens quilibet pauper obtulerat, hoc in Kalendariam ſtrenam [b], & ſaturnalitiam ſportulam [c], & Mineruale munus grammaticus & orator, aut in ſumptus domeſticos, templi ſtipes, aut in ſordida ſcorta conuertit. Heli ſacerdos, ipſe ſanctus fuit: ſed quia filios [d] ſuos non erudiuit in omni diſciplina, & correptione, ſupinus cecidit, & mortuus eſt.

1. Reg. 2.

[Item ex reſponſione Hadriani a Papæ ad Carolum, cap. 49.]

PALEA. C. VI.

OMnem uim uenenorum† ſuorum in dialectica diſputatione conſtituunt hæretici, quæ, philoſophorum ſententia, de:.nitur non adſtruendi uim habere, ſed ſtudiũ deſtruendi. Sed non in dialectica complacuit Deo ſaluum facere populum ſuum. Regnum enim Dei in ſimplicitate fidei eſt, non in contentione ſermonis.

Iuo p. 4. c. 218.
† al. inuentorum.

a ¶Hadriani.] *Hoc caput antea tribuebatur Vrbano. Sed eſt in ſcripto Hadriani de imaginibus ad Carolum magnum, c. 49. & inde emendatum eſt. Eadem vero habentur apud B. Ambroſium lib. 1 de fide ad Gratianum Imper. c. 3.*

Item Rabanus de preſſuris eccleſiaſticis.

¶Beatus Hieronymus ab Angelo verberatur; quia Ciceronis libros legebat. C. VII.

LEgimus de beato Hieronymo, quòd cum libros [e] legeret Ciceronis, ab Angelo eſt correptus, eo quòd vir Chriſtianus paganorum figmentis intenderet.

Ex Hieronymo ad Euſtochium de cuſtodia virg.
Iuo p. 4. c. 164. Pann. l. 2. c. 132.

Hinc etiam filius ille prodigus in Euangelio reprehenditur; qui de ſiliquis [f], quas porci manducabant, ventrem ſuum replere cupiebat. ¶ Hinc etiam Origenes a ciniphes, & ranas, quibus Aegyptij ſunt percuſſi, vanam dialecticorum garrulitatem, & ſophiſtica argumenta intelligit. Ex quibus omnibus colligitur, quòd non eſt ab eccleſiaſticis ſæcularium litterarum quærenda peritia. Sed contra legitur, quòd Moyſes, & Daniel omni ſcientia Aegyptiorum, & Chaldæorum eruditi fuerunt. Legitur etiam, quòd præcepit Dominus filijs Iſrael, vt expoliarent [g] Aegyptios auro, & argento, moraliter inſtruens, vt ſiue aurum ſapientiæ, ſiue argentum eloquentiæ apud poetas inuenerimus, in vſum ſaluiferæ eruditionis uertamus. ¶ In Leuitico etiam primitias β mellis, id eſt, dulcedinem humanæ eloquentiæ, Domino iubemur offerre. ¶ Magi quoque tria munera obtulerunt Domino, in quibus nonnulli tres partes [h] philoſophiæ volunt intelligi. Denique (vt in expoſitione pſalterij γ Caſſiodorus teſtatur) omnis ſplendor rhetoricæ eloquentiæ, omnis modus poeticæ locutionis, qualibet varietas decoræ pronunciationis à diuinis ſcripturis ſumpſit exordium. ¶ Hinc & Ambroſius ait ſuper epiſtolam Coloſſenſium. [Omnis ratio ſcientiæ ſupernæ, vel terrenæ creaturæ in eo eſt, qui eſt caput earum, & auctor: vt qui hunc nouit, nihil vltra quærat, quia hic eſt perfecta virtus, & ſapientia; quidquid alibi quæritur,

Luc. 15.
Actorum 7.
Dani. 1.
Exo 3. & 11.
Leuit. 2.
Matt. 2.
Rab. ad hunc locum Matt.
c. 2.

mœdias & poetica carmina, & quia ad hoc pecuniam eccleſiaſticam & ad alios turpes vſus conuertebant: unde dicit eos presbyteros puniendos ad inſtar Heli, qui cecidit de ſella ſupinus, & mortuus eſt, quia ſuos filios non correxit. Quæ ſequuntur plana ſunt vſq; ad §. ſed econtra.

a ¶Eccleſiaſticis.] Argu. contra ĩ. 31. diſt. omnino.

b ¶Strenam.] Strena eſt primum donum, quod datur in principio Kalendarum. & datur pro augurio. 26. q. ulti. non obſerueris. & dicitur ſtrena quaſi ſine threna, id eſt, ſine lamẽtatione.

c ¶Sportulam.] Quæ datur pro fabulis Saturni, uel pro feſtis Saturni celebrandis, uel pro ludis Saturni bonæ fortunæ.

d ¶Sed quia filios.] talis repellitur à teſtimonio, ut 6. q. 1. qui crimen. Item nec poteſt eſſe epiſcopus, ut 48. diſt. §. neceſſe. immo potius dicitur canis, q̃ epiſcopus, ut 2. q. 7. qui nec. Io.

e LEgimus.] ¶Libros.] Quia legit eos cã delectationis, non cauſa eruditionis, vt de conſec. diſtin. 5. non mediocriter.

f ¶De ſiliquis.] Id eſt, ſæcularibus ſcientijs, quæ inflant, non ſatiant 1.

SED ECONTRA CASVS. Amodo probat Gratianus, ꝙ clerici ſæcularibus ſcientijs debent eſſe eruditi. Et hoc probatur ſex rationibus. Prima eſt in principio. Secunda ibi, [Legitur etiam.] Tertia ibi, [In Leuitico.] Quarta ibi, [Magi.] Quinta ibi, [Denique.] Sexta ibi, [Hinc etiam Ambroſius,]

g ¶Vt expoliarent.] 14. q. 5. dixit.

h ¶Tres partes.] Scilicet moralem, naturalem, rationalem.

a ¶De-

Sciẽtiæ ſæculares nõ ſatiant.

1 Sicut enĩ ſiliquæ onerant uẽtrẽ & inflant, ſed non ſatiant, ſic & illæ à ſpirituali fame non liberãt nec cæcitatẽ expellũt, ſed onere peccatorũ & gehennæ reatu grauant. quicũque ergo ad remouẽdã cæcitatẽ ignorantię illas artes & ſcientias diſcere appetit, quaſi ſiliquis ventrem ſuum replere cupit, ſecundum Hug.

hic perfectè inuenitur. In Daniele, & Salomone oſtendit infidelibus ſe totius auctorem ſapientiæ. Quod infideles non putant, quia non legunt in Euangeliis, et Prophetis aſtrologiã, geometriam, & alia huiuſmodi: quæ ideo deſpecta[a] *ſunt à noſtris, quia nihil valent ad ſalutem, ſed mittunt in errorẽ; & dum his ſtudent, curam animæ non habent. Qui vero Chriſtum nouit, theſaurum ſapientiæ, & ſcientiæ inuenit; quia id nouit, quod vtile eſt.*]

α ¶Origenes.] *In homilia 4 ad cap. 7. Exodi, ranas quidem comparat poetis, ciniphes autem dialecticis.*

β ¶Primitias.] *Leuitici c. 2. prohibetur fermentum, ac mel adoleri in ſacrificio Domini: primitiæ tamen eorum iubentur offerri, ſed non ſuper altare imponi. Vbi in gloſſa ordinaria mel exponitur gentilis eloquentia, ab Iſychio autem paganorum doctrina, cuius primitiæ ad imitationem Beati Apoſtoli Pauli poſſunt Deo offerri.*

γ ¶Caſſiodorus.] *In prologo pſalterij, c. 15. & ſequenti multis verbis Caſſiodorus diuinæ ſcripturæ eloquentiam explicat, & commendat. Sed quæ affert in principio explanationis Pſalmi 1. valde videntur his, quæ nunc referuntur, conuenire.*

δ ¶Ambroſius.] *Ex Beati Ambroſij principio expoſitionis capitis ſecundi epiſtolæ ad Coloſſenſes, hæc ſummatim collecta ſunt, referunturque in gloſſa ordinaria, & ab Anſelmo ad idem caput ſecundum, cuius Anſelmi verbis Gratiani verba magnopere ſunt ſimilia.*

Hinc etiam Beda libro 2. Regum, c. 9. in Samuelis allegoricis expoſitionibus.

¶ Non prohibeantur clerici ſacras litteras legere.

C. VIII.

Ivo p. 4. c. 85. Panu. l. 2. c. 133. † *al. quibus libet inuenta vtilia*

TVrbat acumen legentium, & deficere cogit, qui eos à legendis ſæcularibus litteris omnimodo æſtimat prohibendos; in quibus † ſi qua[b] inuenta ſunt utilia, quaſi ſua ſumere licèt. Alioquin nec Moyſes, & Daniel ſapiẽtia, uel litteris Aegyptiorum paterentur erudiri; quorum tamen ſuperſtitiones ſimul & delicias horrebant. Nec ipſe magiſter[c] gentium aliquot uerſus poetarum ſuis uel ſcriptis indidiſſet[d], uel dictis.

l. 9. reg. epiſt. 48. infra 86. diſt. c. cum multa.

2 *Cur ergo legi prohibentur, quæ tam rationabiliter legenda probantur? Sed ſæculares*[e] *litteras quidam legunt ad voluptatem, poetarum figmentis, & verborum ornatu delectati: quidam vero ad eruditionem eas addiſcunt, vt errores gẽtilium legendo deteſtentur, & vtilia, quæ in eis inuenerint, ad vſum ſacræ eruditionis deuote conuertant. Tales laudabiliter ſæculares litteras addiſcunt. Vnde B. Gregorius quendam epiſcopum non reprehendit, quia eas didicerat: ſed quia contra epiſcopale officium pro lectione Euangelica, grammaticam populo exponebat.*

a ¶Deſpecta.] Reſpectu aliarum ſententiarum. Ioſ.

TVrbat.] CASVS. Quidam prohibebãt Chriſtianos ne legerent libros gentilium, quos Beda reprehẽdit, dicens, quòd bene poſſunt legi ſine peccato, vt vtilia inde ſumantur, ad inſtar Moyſi & Danielis, & etiã Pauli, qui ſuis epiſtolis inſeruit verſus poetarum, ſcilicet, Cretenſes, &c.

b ¶Si qua.] Arg. ꝙ vtile non uitiatur per inutile, vt 17. q. 4. quæſt. 1. diſtinct. 9. ſi ad ſcripturas, contra. Ioan.

c ¶Magiſter.] Nam legitur ꝙ cũ Paulus veniſſet Athenas, vidit aram ignoti Dei, in qua erat ſcriptũ, Hæc eſt ara ignoti Dei[1], in quo viuimus, mouemur, & ſumus. à qua ſcriptura Apoſtolus incepit prædicationẽ ſuã, & aperuit illis Athenienſibus ſenſum illius ſcripturæ, proſequẽs de Deo noſtro, & dicens: Quem vos dicitis ignotum, ego prædico, & colo, tunc Dionyſius areopagita videns quendam cæcum tranſeuntem dixit illi: Si illuminaueris illum cæcum, credam tibi, qui ſtatim inuocato nomine Chriſti illuminatus eſt, & ille credidit.

1 Aliàs, ignoto Deo datiui caſus.

Dionyſius per prædicationem Pauli fuit conuerſus.

d ¶Indidiſſet.] In epiſtola Pauli ad Titũ illud Epimenidis poetæ. Cretẽſes ſẽp mẽdaces, malæ beſtiæ, ventres pigri. 1. q. 1. Dñs declarauit. Interſeruit ẽt in 1. epiſ. ad Corinth. illud Menãdri, Sæpè bonos mores corrũpunt colloquia praua. 28. q. 1. ſæpè. Itẽ vſus eſt illo verſu. Odero ſi potero, ſi non, inuitus amabo. ſed Hiero. de conſecr. diſ. 5. nonnunquam vſus eſt verſibus Virgilij, & Auguſt. illo Lucani, mẽs hauſti nulla, &c. 26. q. 5. nec mirum. & iuriſperitus auctoritate Virgilij. ff. de rerum diuiſione. in tantũ. §. cenotaphium. & Homeri, Inſti. de contrah. emp. §. pretium.

Apoſtolus vſus eſt ſententijs poeticis.

CVR ERGO. CASVS. Soluit Gratianus ꝯtrarietatem hanc, dicẽs ꝙ ſæculares ſcientias debet quis addiſcere non ad voluptatem, ſed ad eruditionem, vt quæ in eis vtilia inueniuntur, ad vſum ſacræ eruditionis cõuertantur, vnde Gregorius quẽdam epm reprehẽdit, non q̃a ſæculares ſciẽtias didicerit: ſed q̃a ad voluptatẽ grãmaticã loco Euãgelij exponebat.

e ¶Sed ſæculares.] Vnde beatus Gregorius infra 86. diſtinct. cum multa.

LEgimus aliqua.] CASVS. Totum hoc cap. legi pōt, de ſæcularibus ſcientijs. ſm. H. & oſtenditur ratio triplex quare legantur, ſcilicet ne negligantur, ne ignorentur, & vt repudientur. Vel ſic: legimus aliqua vt nouum, & vetus teſta. ne negligamus. Legimus aliqua, vt artes, ne ignoremus. Legimus aliqua, vt ſcripturas hæreticorum, vt repudiemus.

rare, vt ff. de origine iuris. l. 2. §. Seruius.

f ¶Scirent eſſe peccatum.] Ex eo ꝙ Hieronymus hic inducit exēplum Danielis, colligitur arg. ꝙ in dubijs recurrendum eſt ad exempla maiorũ & aliorũ. 16. q. 1. ſunt nonnulli. 22. q. 1. vt noueritis. 1. q. 7. cōueniētibus. 12. q.

a ¶Ne negligantur.] Vt vetus teſtamentũ.

b ¶Ne ignoremus.] Nam quamuis nullus ſit vſus, tamen ſcientia neceſſaria eſt, vt ſupra diſt. 7. cap. vlt.

c ¶Repudiemus.] Vt libros hæreticorum, vt 24. q. 3. c. vlt.

SI qs.] CASVS. Ca. iſtud diuiditur in duas partes. In prima parte dr̄, ꝙ non eſt reprobãdum, ſi quis addiſcit grammaticam vel dialecticam, vt inter verum & falſum diſcernat. In ſecunda parte quæ incipit ibi; [Geometria,] dicitur ꝙ quadriuiales ſcientiæ veritatem in ſe habent: ſed nō ſunt ſciẽtiæ pietatis, & aſſumẽdæ. Sed vetus & nou. teſt. ſunt ſcientiæ pietatis, & aſſumendæ, & grammatica in bonos vſus aſſumpta ꝓficere poteſt.

d ¶Geometria.] De aſtronomia non facit mentionem: quia hęc abijt in deſuetudinem, vt 26. q. 2. §. his ita.

QVi de Menſa.] CASVS. Duę quæſtiones factæ fuerunt Hieronymo. Prima fuit, an ſit peccatum diſcere doctrinam & ſcientiam paganorum? Et reſpondet Hieronymus, ꝙ non: & hoc probat exemplo quatuor puerorum, ſcilicet Danielis, Ananiæ, Azariæ, Miſaelis, & exemplo Moyſi: qui ſi ſciuiſſẽt eſſe peccatum, nunquam didiciſſent. Diſcebant enim vt conuincerent incredulos, aliter riſui paterent, ſi de dogmatib.

Hinc etiam Ambroſius ſcribit ſuper Lucam in explanatione procœmij.

¶Sæculares litteræ legendæ ſunt, ne ignorentur.

C. IX.

LEgimus aliqua, ne negligantur [a] α; legimus, ne ignoremus [b]; legimus, non vt teneamus, ſed vt repudiemus [c]. Pann. l. 2. c. 134.

α ¶Negligantur.] *Sic etiam in Pannormia, ſed in originali & in vno Gratiani manuſcrip.* ne legantur. *Ibi enim agitur de pſeudeuangelijs Sed non eſt mutatum ob gloſſam.*

Item Hieronymus ad c. 1. epiſtolæ ad Titum.

¶Grammatica legenda eſt, vt per eam ſacræ ſcripturæ intelligantur. C. X.

SI quis artem grammaticam nouerit, vel dialecticam, vt rationem rectè loquendi habeat, & inter falſa & vera dijudicet, non improbamus α. ¶Geometria [d] quoque, & arithemetica, & muſica habent in ſua ſcientia veritatem: ſed non eſt ſcientia illa, ſcientia pietatis. Scientia pietatis eſt noſſe legem, intelligere prophetas, Euãgelio credere, Apoſtolos non ignorare. ¶Grammaticorum β autem doctrina etiam poteſt proficere ad uitam; dum fuerit in meliores uſus aſſumpta. Pann. l. 2. c. 135. Iuo p. 4. c. 167. Pann. l. 2. c. 136

α ¶Non improbamus.] *Abſunt iſta dua voces ab originali. Exponens enim B. Hieronymus verba illa ex principio epiſtolæ ad Titum,* & cognitionem veritatis, quæ eſt iuxta pietatẽ, *ita ſcripſit:* Eſt planè veritas, quæ non habet pietatem; ſi quis grammaticam, &c.

β ¶Grammaticorum.] *Hæc non ſunt B. Hieronymi, ſed Iſidori lib. 3. de ſummo bono, c 13. ex quo citat Iuo.*

Item Hieronymus in primum caput Danielis.

¶Exemplo Danielis probatur non eſſe peccatum ſæcularibus litteris erudiri. C. XI. Poly. l. 4. tit. 9.

QVi de menſa [e] regis, & de uino potus eius nolunt † comedere, ne polluantur; utique ſi ipſam ſapientiam, atque doctrinam Babyloniorum ſcirent eſſe peccatum [f]; nunquam acquieſcerent diſcere, quod non licebat. Diſcunt autem, non ut ſequantur; ſed ut iudicent, atque conuincant; quomodo ſi quiſpiam aduerſus mathematicos uelit ſcribere imperitus mathematis, riſui pateat: & aduerſus philoſophos diſputãs, ſi ignoret dogmata philoſophorum. Diſcunt ergo ea mente doctrinam Chaldæorum, qua & Moyſes omnem ſapientiam Ægyptiorum didicerat. *Idem.* ¶Si qñ cogimur litterarum ſæcularium recordari, & aliqua ex his dicere, q̃ olim omi-

† *non ſunt.*] ori. & Polyc. & ſic deinceps.

Act. 7. Hier. in prologo in Danielẽ.

Daniel & ſocij ſui.

1 Iſti alio nomine dicti ſunt Balthaſar, Sidrac, Miſac, & Abdenago: ſecũdum Hug. & Lau.

corum cum eis diſputarent, cum inde nihil ſcirent. Secunda quæſtio fuit, an ſit peccatum recordari ſæcularium legũ in prædicatione vel diſputatione? Et rñdet, ꝙ non: quia hoc fit ex neceſſitate, vt probemus ea, quę ſancti dixerunt in libris gentilium contineri.

e ¶Qui de menſa.] Daniel, Ananias, Miſael, Azarias 1. nam turpe eſt alicui decretãti ius in quo verſatur igno

12. q. 2. quęſta. 16 q. 3. præſulũ. 14. q. 1. c. vlt. 26. q. 2. non ſtatutũ. & c. non exemplo. C. de ſen. & interlo. nemo 2. contra Sol. vbi iura deficiunt, recurrendum eſt de ſimilibus ad ſimilia: alias nō 20. diſt. de q̄bus dic vt ibi. Itẽ arg. præſumi eo ipſo bonum, ꝙ ab aliquo bono ſit factũ, vt 7. q. 1. oīs q. & 34. q. 1. cũ beatiſſimus. 0. q. 2. Lugdunenſis. 12. q. 1. expedit. 28. q. 1. ſic. n. 31. diſt. qm̄o. Io.

2 Vt no. 20. diſt. c. fina. Recurritur qñq; de ſimilibus ad ſimilia.

a ¶Præ-

ſimus non noſtræ eſt uoluntatis, ſed, vt ita dicam, grauiſſimæ neceſſitatis; ut probemus ea, quæ à ſanctis prophetis ante ſæcula multa prædicta [a] ſunt, tam Græcorum, quàm Latinorum, & aliarum gentium litteris contineri [b].

Item ex ſynodo Eugenij a Papæ ſecundi.

¶Magiſtros, & Doctores epiſcopi congruis locis conſtituant. C. XII.

Iuo p. 4. c. 214. Anſel. l. 7. c. 2. Polyc. l. 4. tit. 32.

DE quibuſdam locis ad nos refertur neq; magiſtros [c], neque curam inueniri pro ſtudio litterarum. Idcirco in uniuerſis epiſcopijs, ſubiectiſque [d] plebibus, & aliis locis, in quibus neceſſitas occurrerit, omnino cura, & diligentia adhibeatur, ut magiſtri [e] & Doctores conſtituātur; qui ſtudia litterarum, liberaliumque artium dogmata aſſidue [f] doceant: quia in his maxime diuina manifeſtantur, atque declarantur mandata.

a ¶Eugenij.] *Apud Anſelmum citatur ex ſynodo habita Romæ in conſiſt. Lateran. à Beato* ..... *In Polycarpo eodem modo. & additur nomen Eugenij Papæ II. & in ſynodo Leonis IIII. quarū ſynodorum, vt alibi dictum eſt, exemplaria ſunt in Vaticana bibliotheca. In indice etiam ſynodi à Gregorio VII. Romæ habitæ, talis cuiuſdam capitis hæc ponitur ſumma,* Vt omnes epiſcopi artes litterarum in ſuis eccleſijs doceri faciant.

Item Auguſtinus contra Fauſtum Manichæum, libr. 13. cap. 15. †

† ſed ibi ſubus.

¶Auctoritatibus gentilium, eorum uanitas retunditur, atque conuincitur. C. XIII.

SI quid veri [g] de Deo Sybilla, vel Orpheus, alijve gentiū vates, aut philoſophi prædixiſſe perhibentur, ualet

---

Virgilius. a ¶Prædicta.] Scilicet de incarnatione, ut illud Virgilij.
Iam noua progenies cęlo demittitur alto.
Ouidius. b ¶Contineri.] Vt illud Ouidij.
Odero ſi potero: ſi non inuitus amabo.
De

DE quibuſdam.] CASVS. Relatum fuit Eugenio in ſynodo ſua, ꝙ in quibuſdam locis non erant magiſtri, qui erudirēt alios in liberalibus artibus: & ideo præcepit omnibus epiſcopis, ut in congruis locis magiſtros cōſtituant, qui quotidie in doctrinis liberalibus alios doceant.

c ¶Neque magiſtros.] Argu. ꝙ ſcholares 1. in ſcholis de eccleſijs ſuis dēnt habere præbendas. ī. diſ. 32. ſi q. ff. ex quib. cau. maio. in integ. nec non. ff. de neg. geſt. l. 1. extra de cler. nō reſid. inter quatuor. 1. q. 2. ſacerdos. Sed contra 1. q. 2. placuit. infra de conſec. diſ. 1. nemo. infra 12. q. 2. conceſſa. 16. q. 1. generaliter.

1 Intelligo aliquē eſſe in ſcholis, licet aliqū diuertat cā eūdi ad curiā Romanam uel alibi, ſtatim reuerſurus: nā tūc nec diuertiſſe vī. de pœn. diſtin. 1 diuortium. Archid.

d ¶Subiectiſque.] Id eſt, baptiſmalibus eccleſijs.

e ¶Vt magiſtri.] Quid iuris ſit de magiſtris, habes extra de magiſt. quia nonnulli. & extra de magiſt. cap. 1. quia à clericis ipſius eccleſiæ, & à pauperibus nihil petent, ut ibi dicitur. Sed nunquid magiſter iure licito poteſt facere collectam? Videtur ꝙ non: quia ſcīa donum Dei eſt: vnde vendi nō poteſt, ut 1. q. 3. nō ſolum. quia profeſſores iuris & ſi honeſte accipiunt, tā inhoneſte petunt, ut ff. de var. & extraor. cog. l. 1 §. eſt quidem. Item quia potius debent proijcere pecuniā exēplo Cratis. 12. q. 2. gloria. §. Crates. Itē quia propter honorem adipiſcendum legunt: non propter utilitatem aliorum, quare tanquam ſuorum negotiorum geſtores nihil ab auditoribus petere dēnt, ut ff. de neg. geſt. l. pupilli. §. 2. Sed contra: qui pro tempore præſtat obſequium, dēt conſequi beneficium, vt 12. q. 2. charitatē. Item quare non poſſet magiſter uendere doctrinam ſuā, ſicut iuriſperitus conſiliū, vt 14. q. 5. non ſane? Item nōne teſtis gratis teſtatur, & tamen recipit procurationem, id eſt pecuniam procurationis nomine, ut 4. quæſt. 3. cap. venturis. & epiſcopus gratis conſecrat eccleſiam: tamen recipere poteſt procurationē: vt extra de ſimo. cum ſit, & officium magiſtri remunerandum eſt, ut ff. de donatio. Aquilius? Solu. tunc petat magiſter collectam cum ei ſua pleniſſime nō ſufficiunt, vt 10. q. 3. priſcis, & 12. q. 1. epiſcopus eccleſiarū rerum. Ioan. Ego credo quidquid dicat Ioan. ꝙ magiſter poteſt facere collectam de qua uiuat, & procuretur, etiam ſi abundet [2]: quia epiſcopus cum conſecrat eccleſiam, & cū uiſitat, recipit procurationem etiā ſi abūdet, ut in decre. de ſi. cum ſit Romana. & extra de cenſi. cum Apoſtolus. & eo. titu. ſopire. nec uendit magiſter ſcientiam, quia æſtimari non poteſt: ſed pro labore ſuo ꝓmittitur ei pręmium. nam prædicator non dicitur uendere pędicationem: & tamen petere poteſt ſuſtentationem, ut extra de pręſcrip. cum ex officij & de cenſi. cum uenerabilis. & 13. q. 1. § quia ergo. & § his ita. Bar. [3]

Magiſter ꝓ docēdo an poſſit collectam facere.

2 Arg. contra. 10. q. 5. cauēdum. iuxta fin. vbi de hoc. & ibi dicā. Archid.

3 De hoc ēt not. 1. q. 3. uēdētes. & plene extra de magiſtris. quia Archid.

f ¶Aſſidue.] Id eſt, horis competentibus. ſic ſupra 31. diſtin. ſacerdotibus. ff. de condi. & demon. ſi quis ita legauerit.

SI quid veri.] CASVS. Manichæi dicebant, quòd ſi Orpheus & Sybilla, & alij vates & philoſophi gentilium de Deo aliquid dixerunt, tantæ eſt auctoritatis quantæ ſunt verba prophetarum. Et reſpondet Augu. dicens, quòd ſi quid veri ibi reperitur, ualet ad conuincendum eos: ſed non ut habeatur in auctoritate ſicut uerba prophetarū. Et hoc probat ſimilitudine Dæmonum & Angelorum: qui dęmones, licet vera dixerint de Chriſto, non tamen ſunt tantæ auctoritatis quantæ uerba Angelorum.

g ¶Si quid veri.] Argum. quòd teſtes uel inſtrumenta poſſunt pro parte rata haberi, pro parte non, ut dixi ſupra diſtin. 9. ſi ad ſacras. ſed illud verum eſt, quando reprobantur ratione perſonæ: ſecus ſi reprobentur propter dicta. Item argu. ꝙ ſi aliquid induxero pro me, ꝙ non teneor recipere cōtra me. ā diſ. 19. ſi Romanorum.

Inſtrumenta poſſunt pro parte approbari, & ꝓ parte reprobari.

contra

contra. Ioan. Sol. ſi utor aliquo cōtra me, & pro me vti debeo: niſi in caſibus ſpecialibus. 2. q. 7. ſi hæreticus. Dic ut ibi. Bart.

a ¶ Valet quidem.] Arg eſſe argumentandū ab exemplis paganorum, & in dubijs ad ea recurrendum. ī. 13. q. 2. queſta. ī. diſt. 21. ſubmittitur.

16. q. 1. ſi clericatus. & c. ſic vide. & 36. diſt. §. ecce.

g ¶ In pueritia.] Arg. ꝙ aliquis pōt teſtificari de eo qđ vidit in puerili ætate, vt hic, & de cōſec. diſt. 4. cū itaq; & c. placuit. & 26. diſt. deinde. nā & liber factus pōt teſtificari de eo qđ uidit, cū eſſet ſeruus, ut ff. de verb. ſigni. — Teſtificari pt quis de eo qđ vidit in ætate puerili.

quidem [a] aliquid ad paganorum vanitatem reuincendā; non tamen ad iſtorum auctoritatem amplectendam. Quātum enim diſtat de Chriſti aduentu inter prædicationem Angelorum, & confeſſionem dæmoniorum[b]; tantum inter auctoritatem prophetarum, & curioſitatem ſacrilegorum. — *Ibidem infra.*

Diaboli vtrū cognouerūt Chriſtum eſſe filium Dei.

b ¶ Dæmoniorum.] cum dixerunt filio Dei, ad quid ueniſti ante tēpus torquere nos? Apoſtolus tamē in epiſtola ad Corin. vř contrarium dicere, cum dicit. Si cognouiſſent eū nūquā dominum gloriæ crucifixiſſent. Dic ꝙ ſic perfecte eum non nouerunt: tamen credebant eum filium Dei, cum uiderunt eum ambulantem ſuper aquas; cum uiderunt eum eſurire, non credebant.

RElatum.] Hæc eſt 3. pars huius diſt. in qua dicit ꝙ à ſapientibus debemus audire, quæ leguntur in ſacra ſcriptura. Ioan. de Fan.

CASVS. Quidam erant, qui cum veritatis doctorem non haberent, diuinam ſcripturam exponebant pro ſuæ uoluntatis arbitrio: & non ſecundū traditionem ſanctorum patrum: ex ſuo ingenio quaſdam ſimilitudines capientes: quos Clemens reprehendit, oſtendens quod diuina ſcriptura non debet intelligi ſecundum arbitriū alicuius, nec extraneus ſenſus debet quæri, vel à littera alienus: licet multa ſint in diuinis ſcripturis, quæ poſſunt trahi ad varios & diuerſos intellectus. Et ideo docet ſcientiam eſſe diſcendam ab eo, q veritatē a ſuis maioribus percepit: ut poſſit poſtea veritatem prædicare, & alios recte docere: & ad aſſertionem ueri dogmatis artibus liberalibus poterit uti, vt falſa & ſimulata declinet. Sequens cap. patet.

Item Clemens Papa I. epiſt. 5. ad ſuos diſcipulos.

¶ Ad intelligentiam ſacrarum ſcripturarum, ſæcularium peritia neceſſaria oſtenditur. C. XIIII.

3 RElatum eſt nobis, quòd quidam in veſtris partibus commorantes aduerſantur ſacris † doctrinis: & prout eis videtur, non ſecundum traditionem[c] patrū, ſed iuxta ſenſum ſuum, docere videntur. Multas enim quidā, vt audiuimus, veſtrarum ingenioſi † homines ex ijs, quę legunt, veriſimilitudines[d] capiunt. Et ideo diligenter obſeruandum eſt; vt lex Dei cum legitur non ſecundum propriam ingenij intelligentiam legatur, vel doceatur. Sunt .n. multa verba in ſcripturis diuinis, quæ poſſunt trahi ad eum ſenſum, quem ſibi unuſquiſq. ſponte præſumpſit; ſed fieri non oportet. Non enim ſenſum †, quem extrinſecus adulteretis, alienum[e], & extraneum debetis quærere; aut quoquo modo ipſum ſcripturarum auctoritate confirmare: ſed ex ipſis ſcripturis ſenſum capere ueritatis. Et ideo oportet ab eo intelligentiam diſcere[f] ſcripturarum, qui eam à maioribus ſecundum ueritatem ſibi traditam ſeruauit; ut ipſe poſſit ea, quæ recte ſuſcepit, competenter aſſerere. Cum enim ex diuinis ſcripturis integram quis, & firmam regulam veritatis ſuſceperit; abſurdum non erit, ſi aliquid etiam ex eruditione communi, ac liberalibus ſtudijs, quæ forte in pueritia[g] attigit, ad aſſertionem ueri dogmatis conferat: ita tamen, ut ubi uera didicerit, falſa & ſimulata declinet.

† *al. ſanct.*

† *ſecundum ingenium hominum*] orig.

† *al. ſenſum extrinſecus alienum.*

Item Iſidorus in lib. 3. ſententiarum de ſummo bono, c. 13.

¶ Quare prohibetur Chriſtianus poetica figmenta legere. C. XV.

4 IDeo prohibetur Chriſtianus figmenta legere poetarum; quia per oblectamenta inanium fabularum mentem excitant ad incentiua libidinum. Nō enim ſolum thura[h] offerendo, dæmonibus immolatur; ſed etiam eorum dicta libentius capiendo. — Iuo p. 4. c. 167. Pann. l. 2. c. 137.

1 Ad hoc extra de cōſti. tranſlato. & de reſcr. inter. & de trāſla. inter. ex̄ de app. vna. ff. ad l. Aquil. illud. Archidia.

c ¶ Traditionem.] Tales dicuntur transferre terminos patrum, ut 23. q. 3. transferunt.

d ¶ Veriſimilitudines.] Id eſt, ſtatim uolunt p ſimilitudines procedere in alijs. & licet per ſimilia licitum ſit argumentari 1, ut 20. diſt. de libellis. non tamen ſemper, ut 17. q. 1. nuptiarum. & 28. q. 1. ſic enim.

e ¶ Alienum.] Niſi illud reperiatur in auctoritate, ut cum inuenimus annum poni pro die, uel econtra, ut 31. diſt. tenere. 33. q. 1 hoc ipſum.

f ¶ Diſcere.] Prius enim debet diſcere quā docere, ut gni. nationem. §. ulti. 2. Arg. contra, quia hæc ætas neſcit quid agat, ut C. de falſa moneta. l. 1. & impubes nihil intelligitur ſcire, ut ff. de iur. & fac. ign. l. ult. Dic ꝙ ſi fuerit capax doli, bene poteſt de eo quod tūc uidit, teſtari de puro facto: ſed de circumſtātijs, ſcilicet qualiter qđ factum ſit, non: quia in hoc facile potuit falli memoria. Ioan. quod ſatis credo. argu. Inſtitu. de inut. ſtipu. §. pupillus. ff. de reg. iur. l. in negot. js. Bart.

2 Ad idem facit expreſſe, vt videt ff. ad Sylla. l. excipiuntur. Archi.

IDeo prohibetur.] Hæc eſt 4. pars huius diſt. in qua dicit cauſam quare fuerit prohibitum ſtudere in libris gentilium. Ioan. de Fan.

h ¶ Thura.] Quaſi dicat nō refert, an qđ fiat, an eius ſimile, vt 11. q. 3. exiſtimant. & 86. diſt. paſce. ff. man. l. vlt.

VT ITAQVE. CASVS. Concludit Gratia. ex ſupradictis, ꝙ ſacerdotes debent ignorantiam omnino vitiare: quia ſi ſacerdotes cæci & ignorantes velint docere ſubiectos, ambo in foueam cadunt; quod probatur auctoritate Pſal. Et licet quis velit ſe excuſare auctoritate

ſed nõ eſt ita: q̃a in oẽm terrã exiuit ſonus eorũ. 19. diſt. ita dñs. nec excuſat q̃s p ignorãtiã, q̃ põt habere copiã pitorũ ff. de iuris & facti ignorãtia. l. regula. vel ſi ſua prudẽtia facile potuit illud ſcire, C. de ingenuis manumiſſis. l. 3. & ff. quis ordo in bonorum poſſeſſione ſeruetur. l. 2. §. in bonorum.

Excuſantur ne hi ad quos Apoſtolorũ p̃dicatio non peruenit?

Ex Greg. in l. 1. paſtor. c. 1. *Vt itaque ex premiſſis apparet, imperitia ſacerdotib. ſemper eſſe debet aduerſa: quia cum per ignorantiam cæcati alijs ducatum præſtare cœperint, ambo in foueam cadunt:* Matth 17. *vnde dicitur in pſalmo:* Pſal. 68. *[Obſcurentur oculi eorum [a], ne videant, & dorſum [b] eorum ſemper incurua] Cum enim obſcurantur illi, qui præeunt, ad ferenda onera peccatorum, facile ſequentes inclinantur. Elaborandum eſt itaque ſacerdotibus, vt ignorantiam à ſe, quaſi quandam peſtem abijciant.* Luc. 12. *Licet enim ſeruus neſciens voluntatem domini ſui, & non faciens, dicatur vapulare paucis; non tamen hoc de omnibus generaliter intelligitur.* 1. Cor. 14. *Ait enim Apoſtolus [Qui ignorat [c], ignorabitur.] Quod de eo intelligendum eſt, qui* Pſal. 35. *noluit [d] intelligere, vt bene ageret.*

Vnde Auguſtinus ait in lib. quæſt. veteris, ac noui teſtamenti, quæſt. 67.

C. XVI.

NOn omnis ignorans immunis eſt à pœna. Ille enim ignorans poteſt excuſari à pœna [e], qui à quo diſcederet, non inuenit. illis autem hoc ignoſci petit, qui habentes à quo diſcederent, operam non dederunt. Huiuſmodi non licet ignorare: accipiant ergo veniam, ſi conuertantur.

¶ *Caput hoc in plerisque vetuſtis Gratiani exemplaribus coniunctum eſt ſuperiori. Eſt autem reſponſio ad quæſtionem, quam præmiſit B. Auguſtinus his verbis.* Quid eſt quod in carne poſitus Saluator ait: Luc. 23. [Pater ignoſce illis; non enim ſciunt quid faciunt?] Si enim neſciunt; quid eſt, quod ignoſcitur? maxime cum dicat rex Abimelech ad Deum: Gen. 20. [Nunquid gentẽ ignorantem perdes? Non omnis ignorans, immunis eſt, &c.] *In extremo autem addita ſunt nonnulla ex ipſo B. Auguſtino, quò ſententia ſit integrior.*

c NOn omnis.] ¶ A pœna.] id eſt, à peccato pro quo debet pœna, vel à pœna æterna: aliter non congrue diceret, nec verum, etiã cum in quolibet ignorante ſit pœna eo ipſo ꝙ ignorat, ſecundum Hugo.

CVm itaq;.] Hęc diſt. diuidit in tres partes. In prima intendit p̃bare, ꝙ omnes ſacerdotes & alij maiores & minores debent eſſe inſtructi in lege diuina, & præcipue in canonica, & probat hoc per x. auctoritates. Secunda ibi, [Quãuis.] Tertia ibi, [Sed licet] Ioã. de Fan. CASVS. Facta mẽtione ſ̃. de ignorantia in §. vt itaque. & in c. non omnis. ſupponit Gra. 38. diſt. in qua oſtendit, quòd ignorantia periculoſa eſt, maxime ſacerdotibus.

f ¶ Cum itaque.] Superiori diſt. facta fuit mentio de ignorantia: ideo magiſter annectit iſtam 38. diſtin. in qua oſtendit, quòd ignorantia periculoſa eſt, maxime ſacerdotibus. Notandum eſt ergo, quòd ignorantia iuris alia eſt iuris naturalis, alia ciuilis vel canonici. Ignorãtia iuris naturalis neminẽ excuſat, ſi eſt adultus, vel diſcretus: quia in his parum intereſt decipere vel decipi poſſe, ut 16. q. 1. ſi cupis. de hac dicitur, Ignorans ignorabitur. Ignorantia iuris ciuilis vel canonici neminem excuſat, ut infra. ea. ſi in laicis. &c. quæ ipſis. aliquos tamen excuſat, ut milites, mulieres 1, ruſticos, minores. Ioan. In damno tamen uitando nulli nocet, vt ff. de iuris & facti igno. error, in fi. niſi in ijs, quæ introducta ſunt ad rigorem iuris conſeruandum, ut in conſtitutione, ſi quis in tantam. C. vnde vi. & in præſcriptionibus. Bart. Ignorantia facti alia probabilis, & hæc excuſat: quia etiam peritiſſimos fallit, vt infra. 1. q. 1. ſi quis à ſimoniacis. & 9. q. 1. ordinationes alia eſt craſſa & ſupina, ut cum quis ignorat id quod publice factum eſt in ciuitate. hæc neminem excuſat, vt 16. diſt. quod diciris. 12. quæſt 2. qui & humanis. Hoc plenius inuenies 1. quæſt. 4. §. viti. in fin.

Ignorantia iuris ẽ multiplex.

1 De hoc legi. & no. 23 q. 4. §. illicitũ. fęminas tñ non in oĩbus excuſat ignorantia: ſed in q̃buſdã, vt no. ff. de iuris & fa. ig. l. regula. in princ. & C. eo. tit. l. fin.

Ignorantia facti ẽ multiplex.

DISTINCTIO XXXVIII.

1 ps. *CVm itaque [f] voluntaria ignorantia omnibus noxia ſit; ſacerdotibus eſt periculoſa. Vnde in concilio Tolet. 4. c. 24. legitur.*

ctoritate Euangelij dicentis, Seruus neſciens voluntatem domini, &c. non tamen prodeſt, & hoc probatur auctoritate Apoſtoli, Qui ignorat, &c. quod debet intelligi de eo, qui inuenit a quo potuit diſcere: alias punitur. quod probatur auctoritate Auguſtini. Non omnis, &c. Sequens capitulum patet.

a ¶ Oculi eorum.] Id eſt, prælati 1, qui regunt alios.

1 Aliàs oculi eorum. ſ. p̃latorum, qui, &c.

ADDITIO. ut 36. diſt. § ecce. in fi.

b ¶ Dorſum.] Id eſt, ſubditos qui ſuſtentari debent à prælatis quaſi in dorſo: vel quia ſequuntur dorſum ipſorum. vndecima q. 3. præcipue.

c ¶ Qui ignorat.] Id eſt, qui negligit ſcire, vel contemnit ſcire.

ADDITIO. Nam ignorantia quæ eſt ex culpa, nocet. 28. q. 1. §. ex his.

d ¶ Qui noluit.] Vr̃ ergo ꝙ illi ſint excuſati ad quos p̃dicatio Apoſtolorũ nõ p̃uenit, vt 82. diſt. p̃poſuiſti.

¶Sacerdotibus maxime ignorantia uitanda eſt. C. I.

IGnorantia mater cunctorum errorum maxime in ſacerdotibus Dei uitanda eſt, qui docendi officium in populis ſuſceperunt. Sacerdotes enim legere ſanctas ſcripturas frequenter admonet Paulus Apoſtolus dicens ad Timotheum [a] [Attende lectioni, exhortationi, & doctrinæ;] & [ſemper permane in his. [Sciant igitur ſacerdotes ſcripturas ſanctas, & canones, ut omne opus eorum in prædicatione, & doctrina conſiſtat: atq; ædificent cunctos tam fidei ſcientia, quàm operum diſciplina.

Burc. l. 2. c. 110. Iuo p. 5. c. 202. Anſ. l. 7. c. 134. 1. *Tim.* 4. Ibidem inferius. Conc. Arel. 4. c. 3.

Item ex eodem Tolet. 4. c. 25.

¶Officialem libellum ab epiſcopo accipiant presbyteri, cum ordinantur. C. II.

QVando presbyteri in parochijs ordinantur, libellum officialem [b] à ſuo ſacerdote [c] accipiant, ut ad eccleſias ibi deputatas inſtructi ſuccedant; ne per ignorantiam etiam in ipſis diuinis ſacramentis offendant. Cum uero ad Litanias [d], vel ad concilium [e] venerint, rationem epiſcopo ſuo reddant; qualiter ſuſceptum officium celebrent uel baptizent.

Burc. l. 2. c. 157. Anſ. l. 7. c. 115. Iuo p. 3. c. 129. Pann. l. 3. c. 23.

Item Leo epiſcopus ad clerum, & plebem Conſtantinopolitanæ vrbis, epiſt. 22.

¶Inſcitia ſacerdotum nec excuſatione digna eſt, nec venia. C. III.

SI in laicis [f] vix tolerabilis videtur inſcitia; quanto magis in ijs, qui præſunt, nec excuſatione digna eſt, nec uenia?

Anſ. l. 7. c. 119. Polyc. l. 4. ut 4.

Item Cæleſtinus vniuerſis epiſcopis per Appuliam, & Calabriam conſtitutis, epiſt. 3.

¶Canones non licet ſacerdotibus ignorare. C. IIII.

NVlli ſacerdotum liceat canones [g] † ignorare, nec quicquam facere quod patrũ poſſit regulis obuiare. Quæ enim à nobis res digne † ſeruabitur; ſi decretalium norma conſtitutorum pro aliquorum libitu, licentia populis permiſſa, frangatur?

Burc. l. 2. c. 160. Iuo p. 6. c. 251. Anſ. l. 7. c. 108. Poly. l. 4. ut. 4.

† *al. ſuos canones.* † *al. digna.*

Item ex dictis Auguſtini.

¶Quæ ſint ſacerdotibus neceſſaria ad diſcendum. C. V.

QVæ ipſis ſacerdotibus neceſſaria ſunt ad diſcẽdum [h];

Burc l. 2. c. 2. & l. 19 c. 8. Anſ l. 7. c. 109. Poly. l. 4. ut. 31. Iuo p. 6. c. 22. Pann. l. 3. c. 24.

IGnorantia.] CASVS. Docet hic conciliũ Toletanũ, q̃ ignorantiam ſacerdotes Dei debent vitare, q̃ mater eſt cũctorũ errorũ: & iõ maxime in ſacerdotibus eſt vitanda. Vnde ſacras ſcripturas legere debẽt, quibus populos ſibi commiſſos valeant erudire tam in ſcientia fidei, quàm in moribus: & hoc probatur auctoritate Apoſtoli dicentis: Attende lectioni, &c.

a ¶Ad Timotheũ.] Argu. q̃d vni dicitur, ad omnes extẽditur. vt 24. q. 1. quodcunq. & 16. q. 1. prædicator. 61. diſt. miramur de pœniten. diſt. 1. § his auctoritatibus 1. C. de diuer. re cri. l. 1. ff. de pac. iuriſgentium. § pactorũ. Argumen. contra 25. diſtinctio. qualis.

1 Verſi. nũc ãt. alias eſt 6. ad idẽ de conſec. diſ. 4. proprie.

QVando.] CASVS. Docet cõcilium Toletan. q̃ qñ epiſcopi ordinãt presbyteros in capellis, debent eos docere qualiter officia debeant celebrare, ne p ignorantiam in diuinis ſacramentis offendant. & cũ ad litanias venerint, uel ad concilium, debent epiſcopo ſuo reddere rationem qualiter baptizauerint, uel officia celebrauerint. Sequens cap. patet.

b ¶Officialem.] In quo continetur officium eccleſiaſticum.

c ¶A ſacerdote.] Id eſt, epiſcopo.

d ¶Ad litanias.] Id eſt, in rogationibus. Et ſic patet quod omnes ſacerdotes veniẽt ad cathedralem eccleſiam in feſto rogationum. ſic infra de conſe. diſ. 3. c. 3. de conſe. diſt. 1. & hoc.

Proceſſiones rogationum.

e ¶Vel ad conciliũ] Sic patet, quod conuentus quem habet epiſcopus cum clericis ſuis, dicitur concilium, ut 18. q. 2. abbates. 2. q. 2. placuit. 18. diſt. propter & c. placuit.

Laici iuris peritiã debent habere.

f SI in laicis.] Videtur ergo quòd laici habebunt peritiam iuris: maxime ſi ſint iudices, cum teneantur ferre ſententiam in ſcriptis, ut dixi 20. diſt. § 1. Sed poteſt intelligi de iure conſuetudinario, uel de iure naturali, in quo periculoſa eſt ignorantia, ut 16. q. 1. ſi cupis 1.

1 Vel dic q̃ hoc poteſt intelligi de illis laicis, q̃ in dignitate sũt cõſtituti, de quibus habet exẽplũ 59. diſtin. ſi officia. Arch.

NVlli ſacerdotum.] CASVS. Multi populi normam canonum & decretorum non ſeruabant & epiſcopi cum canones ignorarent, eos non corrigebant. Præcępit ergo Cæleſtinus, ut nulli epiſcoporum liceat canones ignorare quatenus cum fuerit neceſſe, corrigãt delinquentes.

g ¶Canones.] Pœnitentiales, ſi intelligis de ſacerdotibus ut 26. q. 7. tempora. ſi intelligis de epiſcopo, planũ eſt, eſt, ut 13. diſt. qui epiſcopus 3.

3 Ad idem 61. diſt. ſtatuimus. & extra de cõſan. & aff. c. 1. in ñn. & j. eo. oẽs.

QVę ipſis.] CASVS. Octo exponit in hoc capitulo Auguſtinus, quæ ſunt ſacerdotibus neceſſaria, ad hoc ut ignorantiam vitent: ſcilicet libri ſacramentorum, &c. de quibus octo ſi unum defuerit, vix ſacerdotis nomen habebit.

h ¶Ad diſcendum.] Supple hæc ſunt.

a ¶Sa-

a ¶Sacramentum.] Id eſt, Miſſale.
b ¶Computus.] Quo ad dies & menſes.
c ¶Si vnum.] Arg. quod vbi plura requirunt̃ ex neceſſitate, ſi vnũ ex his deeſt, nihil agitur, vt de conſec. diſt. 4. in ſynodo. 22. q. 2. animaduertendum. ſic qui offendit in vno, factus eſt reus omnium, ut de pen. diſt. 5. conſideret. & eſt ſimile 1. C. de teſta. ſi vnus. & ff. de trãnſa. cum hi. §. ſi prætor. Arg. cõtra 30. q. 5. aliter. ff. de vent. inſpicien. l. 1. in fi.[2]
d ¶Vix.] Quia vbi res deeſt, nec nomen habebitur, vt 68. di. choriepiſcopi. 7. q. 1. factus. C. de fer. a nullo. 35. q. 7. quid eſt.

1 Scilicet à principio gl[o].
2 Hic adde quod leg. & not. 23. q. 5. c. 2. in gl. 2. 23. diſ. quorundam. Archid.

id eſt liber ſacramentorum [a], lectionarius, antiphonarius, baptiſterium, computus [b], canon pœnitentialis, pſalterium, homiliç per circulum anni Dominicis diebus, & ſingulis feſtiuitatibus aptæ. Ex quibus omnibus ſi vnum [c] defuerit; ſacerdotis nomen vix [d] in eo conſtabit: quia ualde periculoſæ ſunt euangelicæ minæ; quibus dicitur. [Si cæcus cæco ducatum præſtet: ambo in foueam cadunt.]

Math. 15.

¶Cæteri etiam collectores Auguſtinum citant. Fere autem omnia hæc habentur in pœnitentiali Bedæ, & in libro de officijs eccleſiaſticis, & alibi.

Item ex 7. ſynodo, c. 2.

¶Quæ oportet ſcire eum, qui epiſcopus eſt ordinandus. C. VI.

Pſal. 118. Mutatus eſt periodi ductus. Iuo p. 5. c. 372.

OMnes pſallentes repromittimus[e] Deo, [In iuſtificationibus tuis meditabor: nõ obliuiſcar ſermones tuos.] Quod omnes quidem Chriſtianos obſeruare ſaluberrimum eſt; ſed præcipue hos, qui hierarchitam conſecuti ſunt dignitatem. Vnde definimus omnem, qui ad epiſcopatus prouehendus eſt gradum, modis omnibus pſalterium [f] noſſe; vt ex hoc & omnis clerus, qui ſub ipſo fuerit, ita moneatur, & imbuatur. Inquiratur autem diligenter à metropolitano, ſi in promptu habeat legere ſcrutabiliter, & non tranſitorie tam ſacros canones, & ſanctũ Euangelium, quàm diuini Apoſtoli librum, & omnem diuinam ſcripturam; atque ſecundum mandata Dei conuerſari, & docere populum ſibi commiſſum. Subſtantia [g] enim ſummi ſacerdotij noſtri ſunt eloquia diuinitus tradita, id eſt vera diuinarum ſcripturarum diſciplina, quemadmodũ magnus perhibet Dionyſius. Quod ſi diſceptauerit [h], & ita libenter facere, & docere minime ſpoponderit; nullatenus conſacretur. Ait enim prophetice Deus: [Tu ſcientiam repuliſti; & ego repellam te, ne ſacerdotio fungaris mihi.]

Cap. 1. ecc. Hierarchiæ.

Oſea 4.

Item ex concilio Carthaginenſi 3. c. 3.

¶De eodem. C. VII.

PLacuit †, ut ordinandis epiſcopis, vel clericis prius ab ordinatoribus ſuis decreta conciliorum auribus eorum inculcentur [i]; ne ſe aliquid contra ſtatuta concilij feciſſe pœniteat †.

† Pro declaratione huius c. uide Alex. & Imo. in l. ſi quis. C. de pa. & §. igitur ordinandus. in auth. nõ epot. epiſc.

† *al. pœniteant*] *al. aſſerant.*

Item Zepherinus Papa epiſt. 1. ad epiſcopos Siciliæ.

¶Sacræ ſcripturæ inhærentes non obſcurantur iniquitate mundana. C. VIII.

SIcut ſtellas cœli non extinguit nox; ſic mentes fideliũ, firmamento [k] inhærentes ſanctæ ſcripturæ, non obſcurat mundana [l] iniquitas.

Item Hieronymus ad Euſtochium in proœmio comment. in Eſaiam.

OMnes pſallẽtes.] CASVS. in hoc capitulo ſtatuit ſynodus, vt omnis qui ad epiſcopatum promouẽdus eſt, pſalterium ſciat, vt ex eo omnis clerus, qui ſub eo fuerit, inſtruatur: & tempore ſuæ ordinationis debet metropolitanus ordinandum epiſcopum interrogare, ſi ſciat legere canones ſacros: & omnem diuinam ſcripturam: & ſi inuenitur ignorans, repellat̃. Et hoc probatur auctoritate prophetæ dicẽtis: Tu ſciẽtiã repuliſti, &c. Si vero legere & alia ſupradicta ſcierit, niſi promittat ſe ſecundum illa victurũ, non ordinetur. Quæ ſequuntur, plana ſunt vſque ad capitulum, quamuis.
e ¶Repromittimus.] Id eſt, videmur nos obligare, cum dicimus illa verba: In iuſtificationib. tuis meditabor.
f ¶Pſalterium.] 85. diſtin. archidiaconum[3]. 22. diſtinctione, qui epiſcopus.
g ¶Subſtantia.] Id eſt, de ſubſtantia ſacerdotij videtur eſſe, quòd ordinandus habeat ſcientiam.
h ¶Si diſceptauerit.] Id eſt, ſi contradixerit.
i PLacuit.] ¶Inculcentur.] ſimiliter cum nouum celebratur conciliũ, vt 18. diſtinctio. decernimus. 11. quæſt. 3. curæ.
k SIcut ſtellas.] ¶Firmamẽto.] Id eſt, meditationi & lectioni. Hug.
l ¶Mundana.] Vnde dicitur, Ama ſcientiam ſcripturarum, & carnis vitia non amabis, de conſecra. diſt. 5. nunquam. Hug. & Lauren.

3 al. incipit, Florentinũ.

a SI iuxta.] ¶Sapientiã.] Sic argumentatur: Chriſtus eſt ſcientia: ergo qui ignorat ſcientiam, ignorat Chriſtum 1: & intellige de tali ignorantia, quæ contēnit diſcere. ſu. proxi. cap. ſi. Ioan.

1 Adde quę tenent ſcire Chriſtiani ad beatitudinem conſequēdam. not. Bal. in gl. ſup rub. C. de ſum. trini. Inno. & Io. And. in c. 2 §. ꝓ defectu de renuncia.

b QVi ea.] ¶Sapiuntur.] Id eſt, approbantur.

SED LICET. Supra dictum eſt, ꝙ presbyteri debent ignorantiam euitare: ſed licet quãdoq. per ignorantiam peccent in grammatica, non tñ propter hoc ſunt à grammaticis, id eſt, ſcholaſticis deſpiciēdi: quoniam vitia ſunt magis præcauenda quàm verba.

Sedulo.

¶Ignorantia ſcripturarum eſt ignorantia Chriſti. C. IX.

SI iuxta apoſtolum Paulum, Chriſtus Dei virtus eſt, Dei que ſapientia, & qui neſcit ſcripturas, neſcit Dei virtutem, eiuſque ſapientiam [a]; ignoratio ſcripturarum, ignoratio Chriſti eſt. 1. *Cor.* 1.

Item Gregorius in paſtorali, par. 1. c. 1.

¶A Domino ſciuntur, vel ignorantur, qui ea quæ Deĩ ſunt ſapiunt, uel ignorant. C. X.

QVi ea, quæ Dei ſunt *a*, ſapiunt, à Domino ſapiũtur [b]: & qui ea, quæ Dei ſunt, neſciunt, à Deo neſciuntur, Paulo atteſtante, qui ait, [Si quis ignorat [c], ignorabitur.] 1. *Cor.* 14.

Idem. Quicũq. ſtultus eſt in culpa, erit ſapiens in pęna. Lib. Moralium 15. c. 23. mutato verborum ordine.

a ¶Dei ſunt.] *In loco indicato legitur:* Qui ea, quæ ſunt Domini neſciunt, a Domino neſciuntur, Paulo atteſtante, &c.

Item Auguſtinus in Enchiridio ad Laurentium, c. 17.

¶Non qui aliquid neſcit, ſed qui putat ſe ſcire quod neſcit, errare probatur. C. XI.

Senten. l. 3. diſ. 38. c. illud.

2 QVamuis errare † [d], quanta poſſumus cura, cauendum ſit, non ſolum in maioribus, uerumetiam in minoribus rebus, nec niſi rerum ignorantia poſſit errari; non tamen conſequens, ut continuo erret quiſquis aliquid neſcit, ſed quiſquis ſe exiſtimat ſcire quod neſcit. Pro vero quippe approbat falſum: quod eſt erroris proprium. Veruntamen in qua re quiſque erret, intereſt plurimum. Nam in vna eademque [e] re, & neſcienti ſciens, & erranti non errans recta ratione præponitur. In diuerſis autem rebus; id eſt, cum iſte ſcit alia, ille alia; & iſte vtiliora, ille minus vtilia, vel etiam noxia: quis non in eis, quæ ille ſcit, ei præferat neſcientem? ſunt enim quædam, quæ neſcire quàm ſcire [f] ſit melius.

† *al. error q. p. c. cauēdus*] orig.

3 *Sed licet per ignorantiam grammaticæ artis aliquid vitioſum proferant epiſcopi, vel presbyteri, non tamen ideo à ſcholaſticis ſunt deſpiciendi; quia morũ vitia magis quàm verborum ſunt præcauenda.*

Vnde Auguſtinus in libro de catechizandis rudibus, cap. 9.

¶Non contemnant ſcholaſtici eccleſiaſticam ſimplicitatem. C. XII.

SEdulo monendi ſunt ſcholaſtici *a*, vt humilitate induti Iuo p. 6. c. 385.

c ¶Ignorat.] Intellige de eo qui contemnit ſcire, vel de eo qui de facili ſcire poſſet, ſi habuiſſet tractatũ cũ peritis, ut C. de inge. ma l. 3. ſ. diſt. proxi.

QVamus.] Hæc eſt ſecunda pars huius diſtin. in qua dicit, ꝙ illi erant, qui falſa ꝓ vero approbant, uel econtrario. Io. de Fã.

CASVS. Quidam ꝙ Aug. ita argumentabatur: non pōt quis errare niſi ignorantia rerum: ſed omnis ignorantia eſt neſciētia: ergo quicunque neſcit errat. Dicit Auguſt. ꝙ ignorantia eſt vitãda in maioribus: & in minoribus: non tamen ſequitur, ꝙ q̄cunque neſcit, errat. Sed ille dicitur errare, qui putat ſe ſcire quod neſcit: & qui falſum pro uero aſſerit. Veruntamē multum refert in quibus rebus quis erret. Nã ſi in re honeſta, & quæ ad ſalutem animæ proficiat quis errer, ſciens præponitur neſcienti, & non errans erranti. In rebus autem diuerſis ſi iſta ſint vtilia, illa inutilia & noxia: in noxijs neſciens præponitur ſcienti: quia talia melius eſt neſcire quam ſcire.

d ¶Errare.] Errare enim eſt aliud pro alio putare, vt 22. q. 2. in quibus 2.

2 Adde qualiter errare, ignorare, neſcire titubare differunt, not. gl. ſup rubri. ff. de iur. & fac. igno. & in l. de ſtatu. ff. de teſtā.

e ¶Eadem re.] in his quæ ſpectant ad ſalutem animę nihil intereſt decipi uel decipere, vt 16. q. 1. ſi cupis.

f ¶Quàm ſcire] Hic videtur quod bonũ ſit ignorare mala, vt 3 37. diſt. hoſpitio'um. Sed contra. omnis ſcientia à Deo eſt 3, vt 37. diſt. § hinc. & bonum eſt ſcire mala, ut ea vitem ꝯ, vt ſ. diſt. proxi. qui de menſa. & c. ſi quid veri. Dic ꝙ omnis ſcientia bona eſt: ſed dicitur aliqua ſciētia mala, quia mala eſt illi, cui dat occaſionem peccandi: ſicut Adæ fuit malum pomum paradiſi, vt 2. q. 3. qu id ergo & Iudæ buccella, ut 1. q. 1. §. opponitur. ver. nec mirum, de conſecra. diſt. 2. & ſancta.

3 Arg. contra 26. q. 2. qui fine. & q. 5. epi. in princ.

Scientia aliqua dicitur mala.

SEdulo.] CASVS. Quidam prælati per ignorãtiã grãmaticæ lectionis Deum cum ſolœciſmo & barbariſmo inuocabãt: & ꝓp hoc à peritis ſcholaſticis deſpiciebant. quare q̄ſitũ fuit ab Auguſtino, an hoc deberēt facere? Et rñdet ꝙ non. & hoc probatur tribus rōnibus. Prima eſt, quia deſerta lingua ſcholaſt. coram caſto cordi nō debet præponi. Secunda eſt, quia ſcientia præponitur uerbis, ſicut animus corpori: & ſicut

prudens

Chriſtiana, diſcant non contemnere, quos cognouerint morum vitia, quàm verborum amplius deuitare; & cordi caſto linguam exercitatam nec conferre audeant; quàm etiam præferre conſueuerant. *& infra.* His etiam maxime utile eſt noſſe ita eſſe præponendas uerbis ſententias [a], ut præponitur animus corpori. Ex quo fit, ut ita malle debeāt ueriores, quàm deſertiores audire ſermones; ſicut malle debent prudentiores, quàm formoſiores [b] habere amicos. Nouerint etiam non eſſe uocem ad aures Dei, niſi animi affectum. Ita enim non irridebunt, ſi aliquos antiſtites, & miniſtros eccleſiæ forte animaduerterint, uel cum barbariſmis, et ſolœciſmis Deum inuocare; uel eadem verba, quæ pronunciant non intelligere [c], perturbateque diſtinguere: non quia iſta minime corrigenda ſunt; ut populus ad id, quod plane intelligit, dicat [d], Amen [e]: ſed quia † piè toleranda ſunt ab eis, qui didicerunt, ut ſono [f] in foro, ſic uoto in eccleſia benedici. ²Itaque [g] forenſis illa [h] nonnũquam forte bona dictio [i], nunquam tamen benedictio dici poteſt.

† *d. tamen*] orig.

a ¶Scholaſtici.] *Vox iſta abeſt ab originali. Sed in eo hæc præcedunt.* Sunt item quidam de ſcholis uſitatiſſimis grammaticorum, oratorumque uenientes; quos neque inter idiotas numerare audeas, neque inter illos doctiſſimos quorũ mens magnarum rerum eſt exercitata quæſtionibus. His ergo, qui loquendi arte cæteris hominibus excellere videntur, cum veniunt, vt Chriſtiani fiant, hoc amplius, quàm illis illiteratis impartire debemus; quòd ſedulo admonendi ſunt, ut humilitate, &c.

Item Gregorius ad Leandrum epiſcopum Hiſpalenſem, in præfat. Moral. ad finem.

¶De eodem. C. XIII.

INdignum uehementer exiſtimo, ut uerba cęleſtis oraculi reſtringam ſub regulis Donati.

¶*Hoc, & duo ſequentia capita abſunt à multis antiquis exemplaribus, neque gloſſam habent.*

[*Item Auguſtinus de vera religione, c. 49. & 50.*]

PALEA. C. XIIII.

LOcutio diuinarum ſcripturarum ſecundum cuiuſque linguæ proprietatem accipienda eſt. Habet enim omnis lingua ſua quædam propria genera locutionum; quæ cum in aliam linguam transferuntur, uidentur abſurda.

[*Item Hieronymus ad Pammachium, epiſt. 52. cuius initium eſt Chriſtiani interdum pudoris eſt.*]

PALEA. C. XV.

ECcleſiaſtica interpretatio, etiam ſi habet eloquij uenuſtatem, diſſimulare eam debet, & fugere †; ut non otioſis philoſophorum ſcholis, paucisque diſcipulis; ſed uniuerſo loquatur hominum generi.

¶*al. nõ fugere.*

Item Clemens Papa, epiſt. 3.

¶Propter opprobrium ſenectutis, à paruulis, et à minimis non erubeſcat diſcere epiſcopus. C. XVI.

NVllus epiſcopus † propter oppro-

†abeſt ab originali.

prudens amicus formoſo præponit. Tertia eſt quia Deus magis inſpicit affectũ q̃ vocem, ignorantia tñ talis eſt reprehendenda: ſed ab his toleranda q̃ didicerunt. quia ſicut ſonus in foro, ita uotum in eccleſia benedicitur.

a ¶Sententias.] Nota ꝙ magis cõſideranda eſt ſententia quã verba, ut 1. q. 1. marchion. 22. q. 5. humanæ. de conſecr. diſt. 4. retulerunt. & ſi non ſanctificatur, & potius mens eſt conſideranda quàm uerba, ut 23. q. 1. paratus. Argu. contra extra de ſponſa. ex litteris. Sol. non eſt à uerbis recedendum, niſi ex uerbis prauus generet in tellectus: & tunc uerba ſunt interpretãda.

Sententia potius quã verba attẽdi debet.

b ¶Quam formoſiores.] Vnde Seneca. Infirmus nõ quærit medicũ eloquentem, ſed curare ſcientem.

Seneca.

c ¶Intelligere.] Ar. ꝙ nõ eſt deponẽdus aliquis pp imperitiam 2. ut 10. q. 1. placuit.

Imperitia num faciat quẽ deponi.

d ¶Dicat.] Argu. contra extra de fi. presbyte. propoſuit. 7. q. 1. illud. ſed nec hic populus reſpondet, Amen, officiando eccleſiam vel Miſſa. Et ita uidetur, ꝙ nec ſine miniſtro pt presbyter Miſſam dicere, licet H. dixerit, quòd bñ poſſit cum populo tantum eccleſiam officiare.

2 Ad idem 73. diſt. epiſcoparũ in fi. 25. q. 2. in Galliarũ in fin.

3 Presbyter an ſine miniſtro poſſit celebrare,

e ¶Amen.] Videtur ergo ſufficere, ſi populus rñdeat ſacerdoti ĩ Miſſa 4. & ſic eſt cõtra 7. q. 1. illud. Sed dic ꝙ nõ reſpõdet populus officiando Miſſam.

4 Dicit Hugo, ꝙ quidẽ vtrũ eſt, ſed hoc nõ colligitur hic. nõ .n. dicit ꝙ populus ſic reſpondeat officiãdo, &c. ut ſeqtur. de hoc ſ. in gloſ. præceden. Archi.

f ¶Vt ſono.] Hoc eſt dicere, ſicut in cõcione laici cõpoſitos ſermones & politos cõſiderãt: ſic uiri eccleſiarũ uotũ & intentionẽ conſiderare debent ſacerdotis.

g ¶Itaque.] i. q̃uis.

h ¶Illa.] Concio.

i ¶Bona dictio.] Nominet: nõ tñ põt dici benedictio. 28. diſtin. presbyterum.

NVllus.] CASVS. Quidã epiſcopi de-

brium[a] ſenectutis, vel nobilitatem generis à paruulis, vel minimis†eruditis, ſi quid fortè eſt vtilitatis, aut ſalutis, inquirere negligat. Qui enim rebelliter viuit, & diſcere, atque agere bona recuſat; magis diaboli, quàm Chriſti membrum eſſe oſtenditur; & potius infidelis, quàm fidelis monſtratur. † *al. minus.*

DISTINCTIO XXXIX.

Ecce[b] plenariè monſtratum eſt, quòd ſacerdotes oportet litterarum tam ſacrarum, quam ſæcularium eſſe peritos. Nunc quæritur, an ſæcularium negotiorum oporteat eos habere peritiam[c]. Hanc prælatis eſſe neceſſariã multis rationibus probatur. Debent namq; prælati ſubditis non ſolum ſpiritualia, ſed etiam carnalia ſubſidia miniſtrare, exemplo Chriſti, qui turbas ſequentes non ſolum verbo docebat, ſed etiam virtute ſanabat, & corporalibus alimentis reficiebat. Vt autem prælati hæc omnia plenè poſſint perficere, ſæcularium negotiorum oportet eos habere ſolertiam[d]: vt eorum cautela & eccleſiæ ſeruentur indemnes, & cuiq; neceſſaria pro ſuo modo[e] miniſtrentur. Vnde quidam in epiſcopum electus, à Beato Gregorio pro ſua ſimplicitate repellitur, ne eius occaſione res eccleſiæ dilapidarentur. Sic enim ſcribit Gregorius clero, & nobilibus Neapol. lib. 8. epiſt. 40.

¶Sæcularium negotiorum imperiti non ſunt in epiſcopos ordinandi. C. I.

Petrus diaconus, quem à uobis electum aſſeritis, omnino (vt dicitur) ſimplex eſt[f]: & noſtis, quia talis hoc tempore in regiminis debet arce conſtitui, qui non ſolum de ſalute animarum, verum etiam de extrinſeca[g] ſubiectorum vtilitate, & cautela ſciat eſſe ſolicitus. Anſ. l. 6. c. 13. Poly. l. 2. tit. 1.

DISTINCTIO XL.

Oportet[h] quoque epiſcopum eſſe ornatum, & I. Timoth.

---

dedignabantur diſcere à iuuenibus vel ignobilibus ꝓpter opprobrium ſenectutis, uel nobilitatem generis: quos Clemẽs reprehendit, dicẽs ꝙ potius ſunt mẽbra diaboli quã Chriſti: & potius ſunt infideles q̃ fideles.

a ¶Opprobriũ.] Et dicit Auguſtinus. Ego ſenex a puero nondum anniculo paratus ſum edoceri, vt 24. queſt. 3. ſi habes. & ſtultus eſt, q bona quę uidet diſcere contemnit, vt 22. diſtin. de Conſtãtinopolitanæ, & ſi vnum pedem haberem in ſepulchro, alium extra, adhuc uellem diſcere, ut ff. de fideicom. liber. apud Iulianum. Vnde Seneca, Nulla ætas ſera eſt ad diſcendum.

Incitatio optima ad diſcẽdum.

Seneca.

Ecce.] Hęc diſtin. breuis eſt: & ideo non diuiditur.

b ¶Ecce.] In tribus ſupradictis diſt. demonſtratum eſt, ep̃m debere eſſe prudentẽ in litteris, tam diuinis q̃ ſæcularibus. Nunc uero in hac 39. diſtin. oſtendit, ꝙ oportet ep̃m eſſe prudentem in negotijs ſæcularibus, ut ſua cautela reddantur eccleſiæ indemnes, & cuique neceſſaria pro ſuo modulo miniſtrẽtur: & hoc exẽplo Domini, q turbas ſequẽtes non ſolum uerbis ſpiritualibus, ſed etiã corporalibus alimentis reficiebat: quam peritiam quia Petrus diaconus non habuit, eſt à dignitate repulſus, ad quam fuerat electus, ut probat ſequens c. quod per ſe patet.

Epiſcopus debet eſſe prudens in negotijs ſæcularibus.

c ¶Habere peritiã.] Et ita hoc eſt adhuc de illo capitulo, de quo tractatur 36. diſt. ꝑ ſcilicet, oportet epiſcopum eſſe prudentem. ſecundum Hugo. & Lau.

d ¶Solertiam.] Id eſt induſtriam, & ſolicitudinem. Solers enim antiquitus dicebatur qui erat omni bona arte inſtructus. Et dicit ſolers, quod ſit ſolicitus in arte: & vtilis, ſecundum Papiam.

e ¶Pro ſuo modo.] Quia plus quandoque conferendum eſt uni quàm alteri, ut 1. q. 2. clerici. 12. q. 2. Vulteranæ. ext. de prębend. de multa. in fi.

f Petrus. [Simplex eſt.] Quædã eſt ſimplicitas, quæ eſt contraria dolo: & illa eſt bona, vt 16. q. 1. ſi cupis. ſed hic uocat ſimplicitatem negligẽtiam ſiue ſtultitiam, vt 36. diſtin. in princi. illa enim impedit promouendum, vt hic. & arg. 74. diſ. epiſcoporum. ſed promotum non deiicit: ſed datur ei coadiutor, vt 7. q. 1. quia frater. & 12. q. 2. vobis. tamen iſte Petrus non tantum propter ſimplicitatem fuit remotus, ſed etiam quia ſolidos dedit ad vſuram, ut 47. diſt. de Petro.

Simplicitas eſt duplex. 12. q. 7. ſancta quippe ruſticitas, id eſt ſimplicitas. Aliquandò eſt ſimplicitas contraria difficultati. C. de fu. l. vl. in prin. Inſtitut. de fideicommiſ. hæredi. §. quia. Archi.

g Extrinſeca.] Debet. n. cautus circa ſua negotia eſſe, ut 23. diſt. qui epiſcopus. & eſt ſimile 86. diſt. fratrem. Ioannes.

Oportet.] Hæc diſt. diuiditur in ſex partes, in quarum prima probat primo & principaliter, quòd ornatus debet eſſe ſacerdos, & omnes alii clerici, ut honorem faciãt ſuis cathedris & dignitatibus. & hoc probat per quatuor aucto. Secunda ibi, [Homo Chriſtianus.] Tertia ibi, [Si Papa.] Quarta ibi. [Ante omnia.] Quinta ibi, [Illud.] Sexta ibi, [Multi,] Ioan. de Fant.

CASVS. Hic intitulatur 40. diſt. in qua proſequitur quintum cap. Apoſtolicæ regulę, ſcilicet, oportet ep̃m eſſe ornatum, ſed per ornamenta virtutes intelligũtur: & hoc probatur auctoritate Pſal. & exemplo ſacerdotum ueteris teſtamenti, q varijs veſtibus vtebantur, q designant ueſtes interiores, ſcilicet uirtutes & bonos mores, quibus ſuę cathedrę cõferant decorem, quem ab eo non accipiunt: nec intelligant ſibi licentiam peccandi conceſſam ex dignitàte ſibi data, ſed neceſſitatem bene uiuendi. quod probat ſeq. cap.

h ¶Oportet.] Hic ꝓſequitur 5. cap. Apoſtolicę regulæ. opor-

oportet epiſcopum eſſe ornatū. Eſt autem duplex ornatus, exterior, & interior. Exterior ornatus cōſiſtit in grauitate, & in inceſſu, & in habitu, & in temperantia cibi & potus. de iſto ornatu ag.r in proxima ſeq. diſt. Interior ornatus eſt virtus & de hoc agitur hic: & oſtē dit tiæ, quam p bona opera acquiſiuit: veruntamē nullus debet dubitare ſanctum eſſe quē apex tantæ dignitatis attollit: in quo ſi bona propria deſint, ſufficiunt merita Petri, vt bonæ opinionis habeatur. Quæ ſequuntur vſq. ad cap. ſi Papa. plana ſunt.

hoſpitalem. Ornamenta epiſcopalia virtutes debent intelligi, quæ a Domino eis repromittuntur, cum dicitur, [Sacerdotes eius induam ſalutari.] Vnde in veteri teſtamento varijs veſtibus ex præcepto Domini ſacerdotes ornati leguntur: quia multimodis virtutibus debet ſplendere vita pontificis; vt gradui conferat decorem, quem ab eo non accepit. Non enim loca, ſed vita, & mores ſanctum faciunt ſacerdotem. Vnde ex ſuſcepto officio non licentiam peccandi, ſed neceſſitatem bene viuendi ſe nouerint aſſecutos.

Pſal. 131. Exo. 28.

Vnde Symmachus Papa ait.

¶Officium ſacerdotij non confert, ſed adimit peccandi licentiam. C. I.

Poly. l. 3. tit. 7.

NOn nos beatum Petrum, ſicut dicitis, à Domino cū ſedis priuilegijs, vel ſucceſſores eius, peccandi iudicamus licentiam ſuſcepiſſe. Ille perennem meritorum [a] dotem cum hæreditate [b] innocentiæ miſit ad poſteros. Quod illi conceſſum eſt pro actuum luce [c], ad illos pertinet, quos [d] par conuerſationis ſplendor illuminat. Quis enim [e] ſanctum dubitet eſſe, quem apex tantæ dignitatis attollit? In quo ſi deſunt bona acquiſita per meritū, ſufficiunt, quæ a loci deceſſore præſtantur. Aut enim claros ad hæc faſtigia erigit: aut, qui eriguntur illuſtrat [f].

¶Caput hoc, quod citatur ex Symmacho, eſt in libro, quem pro Symmacho Ennodius diaconus ſcripſit: ideoq. Symmachi nomine citatur, quod eum librum Symmachus, & vniuerſa quinta ſynodus pro cauſa Symmachi habita ſic approbarunt, vt parem ei cum ſynodis, & Apoſtolicis decretis auctoritatem tribuerint.

Item Hieronymus ad Heliodorum, epiſt. 1.

¶Filij ſanctorum ſunt, qui exercent opera eorum. C. II.

Infra 2. q. 7. c. non omnes. Poly. l. 3. tit. 8. Burc. l. 1. c. 207. Iuo p. 5. c. 321.

NOn eſt facile ſtare [g] loco Pauli, tenere gradum Petri iam cum Chriſto regnantium: quia hinc [α] dicitur; non ſanctorum filij, qui tenent loca ſanctorum; ſed qui exercent opera eorum [h].

α ¶Quia hinc.] Hæc uſque ad finem non ſunt inuenta apud B. Hieronymum, ex quo tamen, aut ex eius dictis, citant etiam cæteri collectores.

Item Gregorius.

¶Morum nobilitas, non loci, uel generis, ſacerdotes notificet. C. III.

Burc. l. 1. c. 208. Iuo p. 5. c. 322. Poly. l. 3. tit. 7.

NOs qui præſumus, non ex locorum [i], uel generis di-

a ¶Perennem meritorum.] Id eſt, apoſtolicam dignitatē per bona merita acquiſitam [1].

b ¶Cum hæreditate.] Id eſt, ad hoc tranſmiſit, vt eſſent hæredes bonitatis ſuæ.

c ¶Pro actuum luce.] Id eſt, per bonos actus.

d ¶Quos.] Id eſt, quia eos.

e Quis enim.] Quaſi dicat, & ſi quandoq. forte Apoſtolici non eſſent boni; tā ſemper præſumūtur eſſe boni. quis enim, &c. Sed nonne contrariū eſt 19. diſtin. Anaſtaſius 21. diſt. nunc autem? Sed non dr̄ hic, ꝙ ſancti ſunt: ſed ꝙ ſancti præſumuntur, donec contrariū conſtet: quia hæreditatē innocentiæ recipiūt, vt hic dicitur. Sed q̄d ſi conſtet de ipſo, ꝙ adulterium cōmiſit, vel homicidium? Dicit Hug. ꝙ licet non poſſit accuſari, inde tn̄ peccat: & quod hic dr̄, bene facere, intelligitur de his quę poſſunt æque retorqueri ad bonum vel ad malum: quia ſemper in dubio ꝓ ipſius facto præſumitur. Sed hoc certe idē eſt in quolibet ſacerdote, vt 11. q. 3. abſit. & 41. diſtin. cap 1. & 16. q 1. ſi clericatus? Reſpon. hoc verum eſt: ſed tamen magis præſumitur ꝓ Papa, vt 93. diſtin. c. 1. vnde ſacrilegij inſtar eſſet diſputare de facto 2 ſuo, ut 17. q. 4. §. qui autem. Vel dic ꝙ facta Papæ accuſantur, vt homicidia Sampſonis, & furta Hebræorum, & adulterium Iacob, vt extra de diuor. gaudemus. Ioan.

1 Arg. 14. q. 1. pudēda.

Papa ſiue Apoſtolicus ſp̄ prçſumitur bonus.

Papa de homicidio vel adulterio accuſari nequit.

2 Iſta fuit ſnia Laurdicentis, ꝙ qui de alijs p̄ſumit, vel dubitat, peccat venialiter: qui de Papa, mortaliter. argu. huius §. hic alleg. qui autem.

dit ꝙ locus non dat virtutem, nec dignitas: ſed vitæ meritum. Ioan.

NOn nos.] CASVS. Quidam dicebant, ꝙ Petrus & ſucceſſores eius licentiam peccādi à Domino receperunt cū priuilegio dignitatis. Symmachus autem Papa dicit, non eſſe verū: quia Petrus tranſmiſit ad poſteros apoſtolicā dignitatem cum hæreditate innocen

f ¶Illuſtrat.] Id eſt, dat eis occaſionem bene viuendi, vt 81. diſt. valet.

g NOn eſt.] ¶Stare.] Digne, ſicut exigit eminentia dignitatis. Hug.

h ¶Opera eorum.] 35. diſt. cap. eccleſiæ.

i NOs.] ¶Non ex locorum.] tantum, ne ſit contra, 81. diſt. valet.

a ¶Morum.] C. de epiſc. & cler. ſi quemquam.
b ¶Nobilitate.] Sic ĩ. 1. q. 1. viliſſimus.
c NOn loca, vel ordines.] Tãtum: quia per ordines confertur gratia, vt 1. q. 1. quidquid. & eſt ſimile 33. q. 4. ſicut 2.

ſed licet iudicari non poſſit, nihilo minus punietur cum ipſo diabolo in æternum.
e Taciturnus.] Taciturnitas mortalis eſt in prælato, vt 43. diſt. c. 1.
f ¶Mancipio.] Id eſt, diabolo, qui mãcipatus eſt gehennæ.

Prælati tacere nõ debent.

Papa iudicatur à nemine.

gnitate; ſed morum [a] nobilitate [b] innoteſcere debemus: nec urbium claritate, ſed fidei puritate.

Item Gregorius ad Anaſtaſium presbyterum, lib 6. epiſt. 29. vel c. 193.

¶Non loca, uel ordines, ſed merita nos Deo iungunt. C. IIII.

NOn loca, uel ordines [c] creatori noſtro nos proximos faciunt: ſed ei nos merita bona iungunt, aut mala diſiungunt. Poly. ibidem.

Item Ioannes Chryſoſtomus, [Id eſt auctor operis imperfecti in Matthæum, homilia 40. ad c. 21.]

¶Magnitudo peccati, uel dignitatis quemque fortiter deijcit. C. V.

2 HOmo Chriſtianus fortiter cadit [d] in peccato propter duas cauſas, aut propter magnitudinem peccati, aut propter altitudinem dignitatis†.

† Concor. tex. in l. nemo. C. de ſum. trin. & l. omnes. §. q manus. ff. de re milita.

Item ex dictis † Boniſacij [a] martyris. † *al. geſtis*

¶Damnatur Apoſtolicus, qui ſuæ, & fraternæ ſalutis eſt negligens. C. VI.

3 SI Papa ſuæ & fraternæ ſalutis negligens deprehenditur inutilis, & remiſſus in operibus ſuis, & inſuper à bono taciturnius, [e] quod magis officit ſibi, & omnibus; nihilo minus innumerabiles populos cateruatim ſecum ducit, primo mancipio [f] gehennæ, cum ipſo plagis multis in æternum uapulaturus †. Huius culpas iſtic redarguere præſumit mortaliũ nullus: quia cunctos ipſe iudicaturus à nemine [g] eſt iudicandus; niſi deprehendatur à fide deuius [h]: pro cuius perpetuo ſtatu uniuerſitas fideliũ tanto inſtantius orat, quanto ſuam ſalutem poſt Deum ex illius incolumitate animaduertit propenſius pendere. Iuo par. 5. c. 23

† *al. uapulaturos.*

α ¶Dictis Bonifacijs.] *Nauclerus gen. 26. teſtatur hoc fuiſſe dictum Bonifacij martyris. Verum Deus dedit presbyter Cardinalis, tit. Apoſtolorum in Eudoxia, tempore Victoris Papæ iij. libros quatuor de rebus eccleſiaſticis compoſuit, qui in bibliotheca Vaticana ſeruantur. Et libro primo cap. 231. ex geſtis (ſic habent etiam multi Gratiani codices, & Iuo) Bonifacij martyris, & Archiepiſcopi Mogũtini ſedis Apoſtolicæ legati, hæc ſanctiſſimi illius viri de Romano Pontifice, ac ſede Apoſtolica verba refert.*

HOmo.] Hæc eſt ſecũda pars huius diſt. in qua ꝓbat, ꝙ vnus in eodem genere peccati magis punitꝰ quàm alius: & hoc probat per iſtud c. Ioan. de Fan.

d ¶Cadit.] Id eſt, cadere vr̃ ab eccleſia. Ex hoc capitulo plurimi dicunt, ꝙ circũſtantiæ loci & tp̃is & dignitatis & ſcientiæ aggrauãt peccatũ 1: vt magis peccet clericus, q̃ laicus in eodẽ genere delicti, & magis litteratus, q̃ non litteratus, & magis peccatur in loco ſacro vel tẽpore q̃ extra. arg. 19. diſt. nulli. & 50. diſt. quia tua. & 11. q. 3. præcipuè. & 25. q. 1. nulli. de pœn. diſt. 5. conſideret. & 32. q. 5. qui uiderit. & augetur peccatũ dignitate peccãtis 2, vt ff. de re milit. omne. §. augetur. Alij dicũt ꝙ circũſtantiæ cum ſint bonæ & à Deo, non debẽt eſſe alicui occaſio mali. vnde dicunt, ꝙ circũſtantiæ non aggrauãt peccatum, ſed ſolus contẽptus. ſi ergo laicus ex maiori contẽptu peccat, magis peccat q̃ clericus. Sed quia nõ conſtat eccleſiæ qualiter quis peccat, an ex cõtemptu uel alio modo, 24. q. 3. Deus. ideo non poteſt iudicare de peccato ſm̃ cõtemptum: & ideo iudicat per circũſtantias, quaſi ꝑ quaſdã ꝓſumptiones: & magis punitur clericus quàm laicus: quia magis præſumitur ɔ̃ ipſum. & licet hic duæ cauſę tantum enumerentur. q̃ videntur aggrauare peccatum: tamen plures ſunt. de pœ. diſt. 5. conſideret.

Circũſtantię peccata aggrauantes.

1 Adde ad hoc tex. gl. & Doct. in l. & facta. §. 1. ff. de pę. & de hoc ſatis not. Gof. in ſu. de pę. & re. §. cõfitetur quis, &c.

2 Ad hoc 5. q. 6. preſbyteri. C. d̃ epiſ. & cle. presbyteri.

SI Papa.] Hæc eſt tertia pars huius diſt. in qua probat, ꝙ Papa magis punitur quàm alij, ſi male regit eccleſiam Dei. & hoc probat per hoc cap. Io. de Fan. CASVS. Bonifacius martyr conſultus fuit, an Papa ab aliquo poſſit iudicari, ſi inueniatur negligens & remiſſus in operibus ſuis, cum noceat ſibi & omĩb. ſubditis ſuis: & ſimiliter multos ſecum trahit. Et rñdet ꝙ non, cum debeat omnes alios iudicare: niſi hæreticus deprehendatur, pro cuius ſalute, cum ipſe ſit caput eccleſię poſt Deũ, uniuerſitas fidelium inſtantius orat.

in gehennæ. de pœn. diſt. 1. mancipium.
g ¶A nemine.] Papa à nemine poteſt iudicari, vt 9. q. 3. nemo. quod intellige niſi ipſe ſe ſubijciat alij. 2. q. 7. nos ſi incompetenter. Sed contra 24. q. 2. ſanè profertur. uerſiculo, item Romanorum. ubi dicitur, quòd Dioſcorus Papa Romanus fuit excommunicatus, quãuis in fide non peccauerat. Sed ibi appellat Papam patriarcham Conſtantinopolitanum. Item adhuc obſtat 11. q. 2. non liceat. ibi, vnus Papa iudicat de ſuo ſucceſſore. Sed ibi non iudicat de ipſo, ſed dicit quòd non liceat ei alienare res eccleſię.
h ¶A fide deuius.] Quod intelligit Hugo, cum Papa non uult corrigi; ſi enim paratus eſſet corrigi, non

poſſet

quibus eſt hoc caput: & quidem ex antecedentibus, & ſequentibus valde illuſtratur. Sancta Romana Eccleſia priuilegio ſpecialis auctoritatis diuinitus, & humanitus caput omnium eccleſiarum poſt Chriſtum Ieſum effecta, ſecundum Antiſtitis, vel rectoris ſui qualitatem, & valetudinem afficit totius Chriſtianitatis membra, vt illius incolumitati ſua reſpondeant incolumitate, & congaudeant: & nihilo minus eius languoribus ſuo languore conſentiant: & ſicut eius gloria iuxta Apoſtolum conglorificantur: ſic eius deiectione deijciũtur, vt illud propheticum in eo præcipuè compleri deprehẽdatur: [Omne caput languidum, & omne cor mærens: à plãta pedis vſq; ad verticem non eſt in eo ſanitas.] Et reuera tãta reuerentia apicem præfatæ Apoſtolicę ſedis omnes ſuſpiciunt, vt nõnullam ſanctorum canonum diſciplinam, & antiquam Chriſtianæ religionis inſtitutionem magis ab ore p̃ceſſoris eius, quàm à ſacris paginis, & paternis traditionib. expetant: illius velle, illius nolle tantum explorant, ut ad eius arbitrium ſuam conuerſationem & ipſi remittant, aut intendant. Quòd ſi, ut ſummmopere ſibi, & omnibus expedit, zelo domus Dei ſine intermiſſione tabeſcens, fidelis diſpenſator & prudens exiſtens, Deo & hominibus, opere & ſermone irreprehenſibilem ſeſe conſeruare ſtuduerit, vt verè fatear, vniuerſum pene mundum ſecum attonitum, & ſollicitum poſt Deum currere facit; ex utroq; ſexu populos diuerſæ profeſſionis, conditionis, & ætatis cateruatim Domino ſuo ſuper omnia bona ipſius conſtituendus ducit. Si uero ſuæ, & fraternæ ſalutis negligens deprehenditur, inutilis, & remiſſus in operibus ſuis, & inſuper à bono taciturnus (quod magis officit ſibi & omnibus) nihilo minus innumerabiles populos cateruatim ſecum ducit, primo mãcipio gehennæ cum ipſo plagis multis in æternum vapulaturus: cuius culpas iſtic redarguere præſumit mortalium nullus: qa cunctos ipſe iudicaturus à nemine eſt iudicandus, niſi forte deprehẽdatur à fide deuius: pro cuius perpetuo ſtatu vniuerſitas fidelium tanto inſtantius orat; quanto ſuam ſalutẽ poſt Deum ex illius incolumitate animaduertunt propenſius pendere. Saluo. n diuinæ omnipotentiæ myſterio, ut dignum eſt, loco ab ipſa ſecundo illud B. Iob non incongrue aptari Sanctæ Romanæ Eccleſiæ poteſt: [Si deſtruxerit, nemo eſt qui ædificet: & ſi incluſerit hominem, nullus eſt qui aperiat ei: ſi continuerit aquas omnia ſiccabuntur, & ſi emiſerit eas: ſubuertent terram. nec immerito: cum ipſa ſpecialius in Petro cœli terræq; retentet habenas. Hæc cum oĩum fidelium in Chriſto ſpiritalis ſit mater, nemo debet renuere illius feriri diſciplina, vel emendari cenſura, iuxta illa prouerbia Salomonis:] Ne dimittas legem matris tuæ, liga eam in corde tuo iugiter: qui. n. abijcit diſciplinam, infęlix eſt, & ſtultus homo deſpicit matrem ſuam.] & rurſus: [Eſt maledictus à Deo, qui exaſperat matrem: & maledictio matris eradicat fundamenta;] illa vtriq; quæ arrogant †, diuiſa a ſede illius, cui dictum eſt: [Tu es Petrus, & ſuper hanc petrã ædificabo eccleſiam meam] & ſuper arenam concupiſcẽtiæ carnalis, ſeu humanæ præſumptionis probantur poſita: curſus riui minime proſperatur, ſi a ſuo fonte diuidatur.

2. Cor. 1. — Eſa. 1. — Iob. c. 12. — Prou. 1. 6. 18. — Eccle. 3. — † *fortaſſe*] arroganter. — Matth. 16.

Item Auguſtinus ad Valerium, epiſt. 148.

¶Non ordines, ſed vitæ merita nos Deo commendant.

C. VII.

Anſel. l. 6. c. 196 Iuo p. 6. c. 389.

4 Ante omnia peto, ut cogitet religioſa prudẽtia tua,

poſſet accuſari, vt 24. q. 1. apertè. & cap. ait. & c. hęc eſt fides. & 2. q. 3. dixit Apoſtolus. Sed quare non poteſt accuſari de alio crimine? ponamus quòd notorium ſit crimen eius vel per confeſſionem, vel per facti euidentiam: quare non accuſatur vel de crimine ſimoniæ, vel adulterij: etiam cum admonetur, incorrigibilis eſt, & ſcandalizatur eccleſia per factum eius? Certè credo ꝙ ſi notorium eſt crimen eius, quandocunque, & inde ſcandalizatur eccleſia, & incorrigibilis ſit: ꝙ inde poſſit accuſari. Nam contumacia dicitur hæreſis 1. vt 81. diſ. ſi qui presbyteri. & contumax dicitur infidelis, vt 38. diſtin. nullus. Hic tamen ſpecialiter fit mentio de hæreſi, ideo quia & ſi occulta eſſet hæreſis de illa poſſet accuſari: ſed de alio occulto crimine non poſſet. Item nũquid poteſt denũciari crimen Papæ ſecundum regulam iſtam. Si peccauerit in te frater tuus 2. cum nomine fratris quilibet Chriſtianus dicatur, vt 11. q. 3. ad menſam. Sed dico ꝙ nõ poteſt denunciari crimẽ de ipſo, niſi inde poſſet accuſari. nam inutilis eſſet denũciatio 3. Itẽ nunquid Papa poſſet ſtatuere, ꝙ nõ poſſet accuſari de hæreſi? Rñd. ꝙ non: quia ex hoc periclitaretur tota eccleſia: quod non licèt. J. 25. q. 1. ſunt qui dã. quia hoc fit in eo caſu quo definit eſſe caput eccleſiæ, & ita non tenet cõſtitutio. Sed pro quo peccato poteſt Imperator deponi? pro quolibet: ſi eſt incorrigibilis. vñ deponit, ſi eſt minus vtilis. vt 15. q. 6. alios.

Ante omnia.] Hęc eſt quarta pars huius diſt. in qua dicit, ꝙ difficilè eſt bñ regere ſacros ordines & eccleſiaſticas dignitates, ſed facile eſt male rege-

Papa an de crimine accuſari poſſit.

1 Dic, ꝙ hæreticus dicitur plurib. modis, vt not. 24. q. 3. inter. & extra de hæret. firmiſſimè.

2 Vt 2. q. 1. ſi peccauerit.

3 Sub. nã denũciatio fit ad correctionẽ, ad quam compelli nõ poteſt: cum ſuperiorẽ nõ habeat. Archidiac.

Imperator ꝓ quo peccato deponi poteſt.

nihil eſſe in hac vita, & maximè hoc tempore facilius, & lætius, & hominibus acceptabilius, epiſcopi, aut presbyteri, aut diaconi officio, ſi perfunctoriè [a] atq; adulatoriè res agatur; ſed nihil apud Deum miſerius, & triſtius, & damnabilius. ¶Item nihil eſſe in hac vita, & maximè hoc tẽpore difficilius, laborioſius, periculoſius [b] epiſcopi aut pſ̄byteri, aut diaconi officio: ſed apud Deum nihil beatius, ſi eo modo militetur, quo noſter Imperator iubet. Quis autem iſte ſit modus, nec à pueritia, nec ab adoleſcentia mea didici; & eo tempore, quo diſcere cœperã, uis mihi [c] facta eſt merito peccatorum meorum. Nam quid aliud exiſtimem neſcio, vt ſecundus locus [d] gubernaculorum mihi traderetur, qui remum tenere non noueram.

Anſel.l.6.c.186

Item Iſidorus.

¶Corrumpitur, & ad terram ſacerdotium trahitur, niſi legaliter, & iuſtè ſeruetur. C. VIII.

SIcut viri & mulieris digna coniunctio vnum facit matrimonium, & ſicut duorum copulatio vnum perficit corpus; ita clericatus [e] & ſacerdotium vnum faciunt preſbyterum; & electio [f] & conſecratio vnum faciunt epiſcopum: quæ omnia vnum efficiunt corpus: quod citius corrumpitur, & ad terram trahitur, niſi legaliter ſeruetur, niſi iuſtè viuendo laudetur.

Item Ambroſius lib. de Paradiſo, c 4.

¶Gratia, non locus ſaluat animam. C. IX.

5 ILlud † autem animaduerte, quia extra Paradiſum [g] vir factus eſt, & mulier intra Paradiſum: vt aduertas, ꝙ non loci [h], non generis nobilitate, ſed virtute vnuſquiſq; gratiam ſibi comparat. ¶Denique extra Paradiſum factus, hoc eſt in inferiore loco, vir melior inuenitur: & illa, quæ in meliore loco, hoc eſt in Paradiſo, facta eſt, inferior reperitur.

† *Quo loci illud aduerte*] orig.

Item Gregorius, lib. 6. reg. epiſt. 5. ſeu. c. 169.

De eodem. C. X.

QVælibet † occulta [i] loca ſine gratia Dei animam ſal-

† *al. Quamlibet*

le regere, & periculoſum: & hoc probat per hoc c. & c. ſeq. Ioan. de Fan.

CASVS. Aug. factus fuit epiſcopus Hipponenſis eccleſiæ. Vnde Valerius referebat gratias creatori. Aug. dicit, ꝙ ſi quis vtatur officio epi, presbyteri, diaconi tranſitoriè & ſemiplenè, nihil eſt leuius & facilius: ſed nihil eſt ei dãnabilius apud Deũ. ſed ſi quis militet eo modo quo Chriſtus iubet, nihil eſt difficilius, ſed nihil beatius apud Deum. Et oſtendit, quòd ad tantam dignitatem eligi non debuit, cum minora officia non didicerit gubernare. Et hoc ꝓbat nauigantis exemplo, cui cura nauis cõmitti non dẽt, qui remũ tenere nõ nouit.

a ¶Si perfunctoriè.] Id eſt, negligenter.

b ¶Periculoſius.] Quia qui ẽpatum deſiderat in terra, inueniet confuſionem in cęlo. 8. q. 1. qui ẽpatũ. & infra ea. c. multi.

Ẽpatum deſiderare valde periculoſum eſt.

c ¶Mihi.] Et ſic aliqͥs poteſt cogi vt fiat ẽps, quod verum eſt, ſi ab initio cogitur, vt fiat de nolẽte volens, vt 23. qõ. 4. diſplicet. ſed ſi pſeueraret ĩ voluntate, nõ eſſet cogẽdus. vt 74. diſ. vbi iſta.

d ¶Vt ſecundus locus.] Quia primus locus eſt Papatus, ſecundus locus eſt epiſcopatus. Vel ideo hoc dixit, quia factus eſt epiſcopus alteri, vt 7. q. 1. non autem.

Papatus eſt primus locus.

SIcut viri.] CASVS. In hoc c. notatur ſimilitudo inter matrimonium carnale, & ſpirituale: quia ſicut legitima coniunctio. ſ. animorũ, vnũ facit matrimoniũ; & ſicut duorum commixtio vnũ facit corpus, ita clericatus, & ſacerdotium vnum faciunt preſbyterum, & electio & conſecratio faciunt vnum epiſcopum: Et hæc omnia ſupradicta vnum corpus efficiunt, i. eccleſiam. quod cito rumpitur, niſi legaliter obſeruetur.

e ¶Clericatus.] i. minor ordo. hic videtur, ꝙ ſi laicus promoueretur in ſacerdotem, nullum reciperet characterem: ſed ſi haberet aliquem minorem ordinem, & per ſaltum reciperet ſuperiorem, bene reciperet characterem vt 52. diſt. ſolicitudo. Alij dicunt, ꝙ laicus verum ordinem reciperet, dum tamen baptizatus fuerit. arg. 1. q. 1. ventum. Io. quod verum 1. credo B.

† Idem no. 36. diſt. c. 1. in glo.

f ¶Electio.] Cõſueuit iſtud induci, ꝙ ex ſola electione nõ cõſequit aliqͥs ius, vt de hoc dixi 63. diſt. quãto.

ILlud.] Hæc eſt quintã pars huius diſtin. in qua probatur, quod non eſt ita magnus, quin cadere non poſſet ſi gratiam non haberet: & hoc probatur per hoc c. & duo c. ſeq. Ioan. de Fan.

CASVS. Quidam nimis gloriabantur de loci nobilitate, ſed Ambro. probat non eſſe gloriandum, quia in loco nobili poteſt eſſe malus, & in vili loco bonus inueniri, & hoc probat exemplo Adæ & Euæ. nam Adam creatus fuit in agro Damaſceno, & tamen melior eſt inuentus Eua, quæ in Paradiſo eſt creata.

g ¶Extra Paradiſum.] In agro Damaſceno.

h ¶Nõ loci.] Arg. ꝙ rõne loci vel dignitatis, vel nobilitatis pro aliquo non præſumitur, vt 12. q. 2. gloria. arg. ꝯ 24. diſt qñ. Et certè ꝓ nobilibus ſꝑ debet pſ̄umi in ijs, quæ ſpectãt ad nobilitatem. ar. ff. de fi d. inſt. l. fi. 1o.

QVælibet.] CASVS. Quidam dicebant, ꝙ aliquis nõ poterat ſaluari, niſi in locis ſolitarijs: ſed Greg. dicit hoc non eſſe verum. & hoc probat exemplo trium. Nam Loth in ipſa ciuitate fuit iuſtus, & in monte peccauit. Adam in Paradiſo deliciarum peccauit, quo nihil eſt iucundius. Et angelus de cœlo ꝑ peccatum deſcendit. Cap. quod ſequitur, patet.

i ¶Occulta.] Arg. contra heremitas.

a ¶Extra-

a ¶Erratibus.] Id eſt peccatis vel delictis.
b ¶Peruerſa ciuitate.] Arg. ꝙ non nocet bono malorum conuerſatio, vel cohabitatio.
1 Et 35. diſ. ſexto die. c ¶In monte.] 15. q. 1. inebriauerunt. 1.
d ¶Cecidit.] Nam ex varietate locorum nullum diſcrimen inducitur. C. de tempo. in integ. reſtit. l. vlt. arg. contra. 32. q. 5. qui uiderit.
d ¶Cecidit. 2.] Et hæc eſt cauſa, quare nos perſequitur, quia nos illuc debemus aſcendere, unde ipſe deſcendit. 16. quæſt. 3. c. 1.

Demõ quare nos perſequatur.
2 De caſu eius habet de pœn. d. ſ. 2. in princ. Lau.

e ADam.] ¶Eiectus eſt.] Gen. 4. de pœn. diſ. 1. Adam. & priuatus, vt de pœn. diſtin. 1. c. ſerpens. & c. ſicut primi.

MVlti.] Hæc eſt ſexta pars huius diſtin. in qua dicit, ꝙ nomen ſacerdotis debet conſiſtere in re, & nõ tantum in nomine, vt per hoc cap. probatur. Io. de Fan.

uare non poſſunt: quod aliquando in ipſis quoque conſpicimus erratibus[a] electorum. Nam Loth in ipſa peruerſa ciuitate[b] fuit iuſtus; in monte[c] peccauit. Sed iſta cur dicimus, cum maiora non erimus? Quid enim Paradiſo iucundius; quid cęlo ſecurius? & tamen homo ex Paradiſo, & Angelus de cælo peccando cecidit[d].

Gen. 19.

Idem.

De eodem. C. XI.

Burc. l. 1. c. 206. Iuo p. 5. c. 320.

ADam primus homo pro peccato de Paradiſo eiectus eſt[e]: hoc eſt, quia Dei nobilitatem à ſe deiecit, nobilitate loci priuatus eſt.

¶*Primo libro B. Gregorij in Ezechielem homil. 9. leguntur hæc verba, quæ nonnihil ad hanc rem facere videntur:* Quia autem loca mentem non muniunt, ipſe humani generis primus teſtatur parens, qui & in Paradiſo cecidit.

Item Ioannes Chryſoſtomus, [id eſt auctor operis imperfecti, in Matthæum, hom. 43. ad c. 23.]

¶Non eſt verus ſacerdos omnis, qui nominatur ſacerdos. C. XII.

6 MVlti ſacerdotes, & pauci ſacerdotes; multi nomine, pauci opere. Videte ergo, quomodo ſedetis ſuper cathedrã; quia non cathedra facit ſacerdotem, ſed ſacerdos cathedram; nõ locus ſanctificat hominem, ſed homo locũ[f]; non omnis ſacerdos ſanctus, ſed omnis ſanctus ſacerdos. Qui bene ſederit ſuper cathedrã, honoré accipit ab illa; qui male ſederit, iniuriã facit cathedræ; ideoq; malus ſacerdos de ſacerdotio ſuo crimé acquirit, nõ dignitaté. In iudicio enim ſedés, ſi quidé bene vixeris, & bene docueris, omniũ iudex es: ſi auté bene docueris, et male vixeris, tui ſolius condemnator eris. † Nam bene viuendo, & bene docendo, populũ inſtruis, quomodo debeat uiuere: bene autem docédo, et male uiuendo, Deum inſtruis, quomodo te debeat condemnare. *Idem.* ¶ Quicunque deſiderauerit[g] † primatum in terra, inueniet confuſionem in cælo; nec inter α ſeruos Chriſti computabitur, qui de primatu tractauerit[h]; nec vnuſquiſque eorum feſtinet, quomodo alijs maior appareat, ſed quomodo omnibus inferior videatur: quoniam non qui maior fuerit in honore[i], ille eſt iuſtior: ſed qui fuerit iuſtior, ille maior. Conuerſatio ergo melior eſt deſideranda, non dignior gradus.

1. Pet. 3.

† al. es.

Ibidem homilia 35. ad c. 20.
† al. deſiderat

α ¶Nec inter.] *In hoc loco indicato legitur*, vt iam inter ſeruos Chriſti non ſit de primatu certamen, nec vnuſquiſque, &c. *Sed obſtitit gloſſa, ne mutaretur.*

CASVS. Reprehenduntur hic quidam, qui erant presbyteri, vel ſacerdotes nomine tantum, & non re vel uita, qui propter cathedram ſe ſanctificatos putabant: ſed male, quia locus non ſanctificat hominem, ſed homo locũ. unde dicit Ioan. Chryſoſto. ꝙ ſi bene docẽt, & bene uiuunt, populum inſtruunt, & bene habebunt: & ſi bene docent & male uiuunt, ſeipſos condemnant.
f ¶Sed homo locũ.] Sed res accedere debet hominibus, & nõ homo rebus. ff. de ædil. edic. iuſtiſſimæ.

IDEM QVICVNQVE. CASVS. Quidam deſiderabãt dignitatem, ut præeſſent tantum, & non vt prodeſſent ſed dicit Ioan. Chryſoſto. ꝙ tales inuenient confuſionem in cęlo, nec inter ſeruos Chriſti computabuntur. Non enim debet aliquis feſtinare qualiter appareat maior alijs: nam qui iuſtior eſt, maior eſt; & non qui maior eſt dignitate, eſt iuſtior.
g ¶Deſiderauerit.] Ad hoc ut præſit, non ut proſit, ne obſtet. 8. quæſt. 1. qui epiſcopatum.
h ¶Tractauerit.] No. quod eo ſolo quod aliquis loquitur de epiſcopatu, punitur; ſic eo ipſo, quod quis loquitur ambitioſe de minimis, peccat. 16. quæſt. 1. ſi cupis. & qui loquitur de mulieribus, vt 32. diſtin. hoſpitiolum.
i ¶In honore.] Quia non gradus elegantior, ſed uitæ melioris actio comprobatur. 23. quæſt. 4. ſicut hi. & 16. quæſt. 1. ſunt nonnulli. Et eſt hic argu ꝙ illa pars quæ iuſtiori rationi innititur, maior dicitur, licet ſit minor. ſic 31. diſt. Nicęna. 19. diſtin. in canonicis. 4. q. 3. §. 2. extra de teſtib. in noſtra 3. & 20. diſt. §. 1.

Peccat qui de minimis ambitioſe loquitur.
3 Extra de elect. eccleſia veſtra 2. ibi uideas, & dixi plene 31. diſt. Nicęna. Archidia.

Ecce.].

Ornatus exterior clericorum.

E Cce.] Supra in præcedenti diſt. dictum eſt, ꝙ oportet epiſcopũ eſſe ornatũ moribus & uirtutibus. In hac vero 41. diſt. dicitur, ꝙ oportet epiſcopum eſſe ornatum in exterioribus, & in habitu ſcilicet & inceſſu, in habitu, ne fulgidis vel ſordibus veſtibus ſe exornet: qđ probat auctoritate Hieronymi dicentis: Nec affectatæ ſordes, nec exquiſitæ deliciæ laudes pariunt, quod tã de veſtibus q̃ de cibis eſt intelligẽdũ. Et ad hoc inducit ſequens cap. De inceſſu autẽ dicet infra. ea. §. vlt.

g ¶Sed libido.] q. d. potius conſiderabimus cauſam facti, quàm ipſum factum. ſic 23. q. 8. occidit. & 29. diſt. ſciendum. arg. contra ↄ. 32. q. 4. origo.

h ¶Flagitia.] Id eſt, nõ ſtatim dicamus aliquid eſſe vitioſum. nam dubia in meliorem partem ſunt interpretanda.

DISTINCTIO XLI.

1 E *Cce quibus oporteat ſacerdotẽ eſſe ornatum moribus; ſed præterea oportet illũ eſſe ornatum in exterioribus, habitu videlicet & inceſſu*[a]*; habitu, vt nec fulgidis, nec ſordidis ſe veſtibus ornet. Vt enim ait Hieronymus* α*, nec affectatæ ſordes, nec exquiſitæ deliciæ laudem pariunt; quod tam de veſtibus, quàm de cibis intelligendum eſt.*

α ¶Hieronymus.] *Ad Euſtochium de cuſtodia virg. ſic ſcribit:* nec affectatæ ſordes, nec exquiſitæ munditiæ conueniunt Chriſtiano. *Ad Nepotianum quoque in eãdem ferè ſententiam,* veſtes pullas æquè deuita, vt candidas; ornatus, vt ſordes pari modo fugiendæ ſunt, quia alterum delicias, alterum gloriam redolet.

Vnde Auguſtinus ait lib. 3. de doctrina Chriſtiana, c. 12.

¶Pro moribus eorum, cum quibus viuimus, etiam uti debemus alimentis. C. I.

Q Viſquis rebus prætereuntibus reſtrictius vtitur, quã ſeſe habent mores eorum cum quibus viuit[b], aut intemperans[c] β, aut ſuperſtitioſus[d] eſt. Quiſquis vero ſic eis utitur, ut metas conſuetudinis bonorum, inter quos verſatur, excedat; aut aliquid ſignificat[e], aut flagitioſus[f] eſt. In omnibus enim talibus non vſus rerum, ſed libido[g] vtentis in culpa eſt. *& infra.* ¶Quid igitur locis, & tẽporibus, & perſonis conueniat, diligenter attendendum eſt, ne temere flagitia[h] reprehẽdamus. Fieri enim poteſt, vt ſine aliquo uitio cupidinis, uel uoracitatis, pretioſiſſimo cibo ſapiens utatur; inſipiens autem fœdiſſima gulæ flamma in uiliſſimum olus ardeſcat, & ſanius† quiſque maluerit, more Domini, piſce ueſci[i], quàm lenticula more Eſau nepotis Abrahæ, aut ordeo, more iumentorum. Non enim propterea continentiores nobis ſunt pleræque beſtiæ; quia uilioribus aluntur eſcis. Nam in omnibus huiuſmodi rebus non ex earum rerum natura, quibus utimur, ſed ex cauſa[k] vtẽdi, & modo appetendi, uel probandum, uel improbandum quod facimus.

Iuo. p. 4. c. 24. Pann. l. 2. c. 195.

† al. ſanus Luc. 24. Gen. 25.

β ¶Intemperans.] *Apud ſanctum Aug. & Iuonem legitur:* temperans. *Sed ob gloſſam eſt mutatum.*

Idem ſuper epiſtolam Ioannis.

¶Non cibus, ſed appetitus in culpa eſt. C. II.

D Eliciæ quælibet, ſi abſque deſiderio percipiantur, non

a ¶Et inceſſu.] Vt grauitate itineris oſtendat grauitatem mentis, vt ↄ. ea. §. vlt.

Q Viſquis.] CASVS. Hoc cap. diuiditur in duas partes. In prima parte dr, ꝙ nullus debet vti rebus tranſitorijs ſtrictius uel abundantius quàm ſocij cũ quibus viuit; quia remiſſus utendo aut hypocriſim ſignificat, aut intemperantiam: abundantius utendo, uel laudem ſignificat, uel quia eſt guloſus uel prodigus. In ſecunda parte quæ incipit ibi, [In omnibus.] oſtendit vſum illorũ pretioſorum nõ eſſe repudiandũ, ſi trãquille, & ſine turpitudine, uel uoracitate aſſumantur. Et hoc ꝓbatur exemplo Chriſti, qui cibũ delicatum, ſcilicet piſcẽ comedit, & reprehenditur uſus uilium ciborum, ſi nimis ardenter & cum uoracitate aſſumantur, quod ꝓbatur exẽplo Eſau & iumẽtorum.

Excommunicatus ratione ſocietatis toleratur.

b ¶Viuit.] Nota ꝙ quilibet ſe conformabit ſocijs ſuis in cibo & in moribus, ut diſ. 8. quæ contra. 12. diſt. illa. Et eſt argu. ꝙ ratione ſocietatis toleratur excõicatus, q̃a excõicatus rõne contractus ad cõionem admittitur. extra de ſent. excom. ſi uere.

c ¶Aut intẽperans.] Scilicet nolẽs cõformare ſe alijs.

d ¶Superſtitioſus.] Id eſt, inanis gloriæ cupidus, uel hypocrita.

e ¶Significat.] Forte habet ventrem inſatiabilem, vel cauſa infirmitatis hoc facit.

f ¶Aut flagitioſus.] Prodigus vel hypocrita,

tanda. extra de reg. iur. eſtote.

i ¶Piſce veſci.] Hanc hiſtoriam habes de pœn. diſt. 2. §. opponitur.

k ¶Sed ex cauſa.] Vt ↄ. 21. q. 4. omnis iactantia.

D Eliciæ.] CASVS. Dicitur in hoc cap. ꝙ ſi quis utitur cibo delicato ſine immenſo deſiderio, non

peccat

peccat, vt Helias; qui carnes comedit. Si quis autē uilē cibū nimis ardenter appetit, reprehendit, vt Dauid, qui aquā de cilterna bethleē cōcupiuit nimis ardēter.

NOn cogantur. CASVS Quæſitum fuit ab Auguſ. quid debeat fieri de diuitibus, qui tempore pęnitentiæ

26.q.7.c.p.1. Arg. ꝯ 21.q.5. qui compulſus. Dic ꝙ ignobiles magis puniuntur corporali pęna, q̄ nobiles: ſed pecuniariter magis punitur nobilis q̄ ignobilis, vt 24.q.1. qui contra. & ff. de pœ. ſi quis aliquid. & l. quædam.

b ¶Diuites.] Cum ſunt in pœnitentia.

Nobiliū & ignobiliū pęna nō eſt æqua.

officiunt: & viles cibi appetenter accepti impediunt profectum abſtinentiæ. Dauid enim aquam malè concupitam effūdit, & Helias carnes comedit.

2. Reg. 23.
3. Reg. 17.

¶In operibus Beati Auguſtini aut impreſsis, aut manuſcriptis, q̄ hactenus ad manus venerint, hac non ſunt inuēta. Cæterum apud Proſperum de vita contemplatiua l. 2 c. 22. eadem ferè leguntur: Nec deliciæ quælibet, ſi abſque deſiderio percipiantur, offiſciunt: & viles cibi plerumque abſtinentiæ profectum, ſi appetenter accipiantur, impediunt. Hinc eſt, quòd ſanctus Dauid aquæ in ſe concupiſcentiam caſtigauit, atque eam ſibi à ſuis oblatam, ne deſiderio ſuo ex ea ſatisfacere videretur, effudit: & Sancto Heliæ perceptio carnium non concupita non nocuit.

† *ad illa verba* [petite. & dabitur vobis] *ſed paulo aliter.*

Idem de verbis Domini ſecundum Matthæum, ſerm. 5. †

¶Contra ſuæ infirmitatis conſuetudinem, aliquibus cibis diuites vti non cogantur. C. III.

NOn cogantur[a] diuites[b] pauperum cibis veſci: vtantur conſuetudine infirmitatis ſuæ; ſed doleant aliter ſe non poſſe: ſi conſuetudinem[c] mutant, ægrotant. Vtantur ſuperfluis[d], dent inopibus neceſſaria. Vtantur pretioſis, dent pauperibus[e] vilia.

Idem lib. 2. quæſt. Euang. c. xi.

¶Aequanimitas tolerandi, non vſus vel abſtinentia cibi iuſtitiam facit. C. IIII.

Iuo par. 4. c. 23. *Matth. xi. & Luc. 7.*

QVod dicit Dominus in Euangelio[f]: [Iuſtificata eſt ſapientia ab omnibus filijs ſuis.] oſtendit filios ſapientiæ intelligere nec in abſtinendo, nec in manducando eſſe iuſtitiam, ſed in æquanimitate tolerādi inopiā, & in temperantia per abundantiam non ſe corrumpendi, atque opportunè ſumendi, vel non ſumendi ea, quorum non vſus, ſed cōcupiſcentia reprehendenda eſt. Non. n. intereſt omnino, quid alimentorum ſumas, vt ſuccurras neceſſitati corporis, dūmodo congruas in generibus alimentorum his, cum quibus tibi uiuendum eſt. Neque quātum ſumas intereſt multum: cum videamus aliorum ſtomachum citius ſaturari; & eos tamen illi ipſi[g] paruo quo ſatiantur, ardenter, & intolerabiliter, & omnino turpiter inhiare: alios autem pluſculo quidem ſatiari, ſed tolerabilius inopiā perpeti; & vel ante ora poſitas[h] epulas, ſi id in tempore[i] opus ſit, cum tranquillitate aſpicere, neque[k] tangere. Magis ergo intereſt, non quid, vel quantum ali-

c ¶Si conſuetudinem.] Arg. ꝙ commutationes pœnarū poſſint fieri in ſpiritualibus. 82. diſt. p̄sbyter.

Pœnæ ī ſpiritualibus poſſunt cōmutari.

d ¶Superfluis.] Id eſt pretioſis.

e ¶Pauperib. uilia.] Argu. contra inf. 49. diſt. c. vlti. in fine.

QVod dicit.] CASVS. Aug. exponit hic illū locum Euangelij ſu̲ Matth. venit Ioannes non manducans neq; bibens: & dicunt, dæmonium hēt. Venit filius hominis manducans & bibens: & dūt Iudæi: Ecce hic homo vorator eſt, & potator vini. Sed iuſtificata eſt ſapientia à filijs ſuis. i. Chriſtus iuſtus eſt oſtenſus à ſuis Apoſtolis. Eſt ergo caſus. Quęſitum fuit ab Auguſt. vtrum ſit virtus in abſtinendo vel manducando, & reſpondet quod non: ſed iuſtitia eſt in æquanimitate tolerandi inopiam, & temperandi, ſe in abundantia ciborum: & nō ſe corrumpendi. Et hoc probat exemplo Apoſtoli dicētes: ſcio eſurire, & ſcio abundare in cibis enim nō multum intereſt ſiue parum ſiue multum ſumat quis: cum ille q̄ parum ſumit, & ardēter, reprehendatur: & is qui paulo plus & ante horam cū oportet ſumit ſine auiditate, commendetur.

f ¶In Euangelio.] Tāgit hic quod Chriſtus in Euāgelio Matth. xj. dicit de Iudęis: Venit Ioannes non manducās carnes neque bibens vinum & dixiſtis, dæmonium habet. venit Ieſus mā ducans, & bibens, & dixiſtis, ecce vorator & potator vini. ſed licèt alij malè opinarent d̄ ipſo: tñ iuſtificatus eſt ab Apoſtolis ſuis a.

Abſtinētiæ Chr̄i & Ioānis Baptiſtę diuerſa fuit.

2 Id eſt Xp̄s iuſtus eſt oſtenſus à ſuis diſcipulis ſiue Apoſtolis ſcd̄m Barth. Brix. qui ipſum oīa iuſtè facere intellexerunt.

tentiæ non poſſunt uti cibis uilibus & aridis vt alij pęnitentes? R. det Aug. ꝙ non debent ad hoc cogi, ſed vtantur pretioſis, & dent pauperibus uilia: quia ſi conſuetudinem mutant, ægrotant: dolere tamen debent quòd non poſſunt ſicut alij abſtinere.

a ¶Non cogantur.] Arg. ꝙ mitius agendum eſt cum diuitibus & nobilibus, quam cum pauperibus 1. vt 86. diſt. non ſatis. & 84. diſt. peruenit. 50. diſt. contumaces.

▼ Ad idem qd̄ legi. & no. extra de vo. c. 1.

g ¶Ipſi.] Datiui caſus.

h ¶Poſitas.] Coram alijs.

i ¶Si id in tempore.] Id eſt, pro tempore, ſcilicet cum coram aliquibus tempore neceſſitatis citius proponitur cibus.

K ¶Neq;.] Id eſt, non iō debet quis ſtatim comedere,

quod

mentorum pro congruẽtia hominum, atque perſonæ ſuæ & pro ſuæ valetudinis neceſſitate quis capiat; ſed quanta facilitate, & ſerenitate animi careat cum [a] his [b] vel oportet, vel neceſſe eſt carere, vt illud in anima Chriſtiani compleatur, quod Apoſtolus dicit: [Scio [c] & minus habere: ſcio & abundare: ubiq; & in omnibus imbutus ſum, & ſatiari, & eſurire, & abundare: & penuriam pati: omnia poſſum in eo, qui me confortat.] *Philip.4.*

Item ex concilio Gangrenſi, c. ultimo.

¶Temperantia ciborum, & veſtium, non diſſolutio eorum laudatur. C. V.

PArſimoniam [d] cum veſte humili non reprobamus: ſicut etiam ornatum præter corporis α diligentiam [e] inſucatum [f] laudamus. Diſſolutos autem, & fractos in veſtibus incesſus non recipimus, & domos Dei honoramus, & conuentus, qui in his fiunt, tanquam ſanctos & vtiles recipimus: pietatem in priuatis [g] domibus non concludẽtes, ſed omnem locum in nomine Dei ædificatum honorantes & congregationem in eccleſia factam ad vtilitatem communẽ recipimus, & bona opera, quæ ſupra [h] vires β in fratres pauperes exercentur, ſecundum eccleſiaſticas traditiones beatificamus; & omnia, quæ conueniunt traditionibus Apoſtolicis, & ſanctarum ſcripturarum præceptis, in eccleſia fieri exoptamus. Iuo p.8.c.321.

α ¶Præter corporis.] *Eſt ex priſca verſione Græcè eſt:* δι᾽ ἐπιμέλειαν μόνην τοῦ σώματος ἀπερίεργον, *id eſt:* propter corporis tantum curam minimè ſuperuacaneam atque operoſam. *ſed ob gloſſam non eſt mutatum.*

β ¶Supra vires.] *In priſca illa verſione eſt:* iuxta vires. *Dionyſiana habet vt Grat. Græcè autem:* τὰς καθ᾽ ὑπερβολὴν εὐποιίας τῶν ἀδελφῶν τὰς κατὰ τὰς παραδόσεις, διὰ τῆς ἐκκλησίας εἰς τοὺς πτωχοὺς γινομένας, *i.* eximias, atque excellentes fratrum beneficentias, quæ ſecundum traditiones per eccleſiam in pauperes fiunt.

Item Gregorius Ioanni Conſtantinopoliano, lib. 1. reg. epiſtola 24.

¶Sub ſpecie virtutis ſæpè ſe vitia ingerunt. C. VI.

SÆpè ſe vitia [i] eſſe virtutes mentiuntur, vt tenacitas, parſimonia; effuſio, largitas; crudelitas, zelus iuſtitiæ; remiſſio, pietas velit videri.

Item ex concilio Carthaginenſi 4. c. 15.

¶Meritis fidei, & vitæ, non diuitijs epiſcopalis auctoritas quæritur. C. VII.

EPiſcopus vilem ſupellectilem [k], & menſam, ac victum pauperem habeat, & dignitatis ſuæ auctoritatem fide & vitæ meritis quærat. ¶ Hoſpitium quoque non longe ab eccleſia habeat. *Ibidem c. 14.*

Item ex eodem, c. 45.

¶De eodem. C. VIII.

CLericus profeſſionem ſuam & habitu, & inceſſu probet: & ideo nec veſtibus, nec calceamentis decorem quærat. Burc.l.2.c.209. Iuo p.6.c.284. Apſ.l.7.c.202.

quòd videt alios neceſſitate exigente comedere, & proponitur cibus.

a ¶Cum.] Id eſt, quando.

b ¶His.] Id eſt, eis.

c ¶Scio.] Sic facient epiſcopi, cum veniẽt ad pauperes eccleſias: ne breuis hora conſumat uictum lõgi temporis. extra de cenſi. cum Apoſtolus.

Parſimonia — PArſimoniam.] CASVS. Octo enumerantur in cap. quorum ſex commẽdantur, & duo reprobãtur. & ſcire debes, quòd parſimonia eſt vſus rerum temporalium cum moderatione.

d ¶Parſimoniam.] Id eſt, temperatum uſum.

e ¶Diligentiam.] Id eſt, voluptatem.

f ¶Inſucatum.] Id eſt, pretioſum: vel inſucatum, id eſt non pretioſè fucatum.

Orare publicè quàm clã melius eſt. — g ¶In priuatis.] Ar. contra illos, qui dicunt melius eſſe orãdum in priuato loco, & non coram hominibus, quam in eccleſia, ex illa auctoritate: Tu autem cum oraueris intra in cubiculum tuum, & clauſo oſtio ora patrem: ſed illud de cubiculo mentis intelligitur.

h ¶Quæ ſupra.] Nã quidquid ſupererogauerit, reddam tibi, ſic 86. diſt. non ſatis.

SÆpè.] CASVS. Dicit hic Grego. ꝙ vitia diligenter ſunt ꝑcauenda, q̃a ſæpè ſub ſpecie virtutum vitia latenter ſubintrant.

i ¶Sæpè ſe vitia.] Stulti dum vitãt vitia in contraria currunt.

k EPiſcopus. ¶Supellectilem.] Hoc hodie nõ tenet: quia mõ hñt amplas poſſeſſiones, vt 12. q. 1. expedit. & ſic nõ eſt §. de conſec. diſt. 1. vaſa. & extra de cenſi. cum Apoſtolus. vbi dicitur quòd archiepiſcopi quinquaginta equitaturas habebũt in viſitationibus.

SICVT

SICVT ERGO. Concludit Gratianus ex ſupradictis, ꝙ ſicut mores eorum cũ quibus viuimus, ſeruãdi ſunt in cibis: ſic etiam in indumẽtis. & in inceſſu etiam debet eſſe ſacerdos ornatus, ut grauitate itineris mentis oſtendat maturitatem. Si enim incompoſite & non decenter

Sicut ergo in cibis mores eorum cum quibus viuimus, obſeruare monemur; ſic & de indumentis intelligendum eſt. Vt enim alibi dicitur; [Quiſquis contemptis his, cũ quibus viuit, lautiora ſibi, vel auſteriora præ cæteris indumenta, vel alimenta quærit, aut intemperans ſui, aut ſuperſtitioſus eſt.] In inceſſu autem debet eſſe ſacerdos ornatus, vt grauitate itineris, mentis maturitatem oſtendat. Incompoſitio enim corporis (vt Auguſtinus ait) inæqualitatem indicat mentis. Vnde hiſtoriographus[a] ille cum eius mutabilitatem[b] deſcriberet cuius conſcientia excita † curis mentem vaſtabat †; inter cætera hoc etiam notabile indicauit, dicens [Citus modo, & modo tardus inceſſus.]

F. ead. c. quiſquis.

epi. 209 ad Monachas habetur ſenſus.

Salluſtius de Catilina.

† *al excitatã. al. exagitatã.*

† *al. vexabat.*

DISTINCTIO XLII.

Hoſpitalem[c] vero ſacerdotem eſſe oportet, ne ſit in numero eorum, quibus in iudicio dicetur [Hoſpes eram, & non ſuſcepiſtis me.] Qui enim Apoſtolum ſecutus, alios ad hoſpitalitatem debet inuitare, quomodo hoſpitalitatis exhortator poterit eſſe, qui domum propriam hoſpitibus claudit? Si enim ſacerdos primum à ſeipſo[d], & a domeſtica eccleſia ſua debet exigere quod poſtea populis imperet: ſi primum, imitando Chriſtum, ipſe debet facere, quæ poſtea populum doceat, neceſſe eſt, ut pauperes hoſpitio recipiat, quò ad hoſpitalitatem facilius ſuo exemplo ſubditos attrahat. ¶ Ordinandus itaque ſacerdos ad memoriam reuocet, quomodo Abrahã, & Loth per hoſpitalitatis opera, Deo placuere, & Angelos hoſpitio meruerunt recipere; quomodo Angeli Sodomis hoſpitalem domum ingreſſi, Loth cum familia ſua liberauerunt; quomodo clauſas domos cũ hoſpitibus ignis ingreſſus perdiderit; quomodo etiam ſecundum Hieronymũ, aliena[e] rapere conuincitur, qui vltra neceſſaria ſibi retinere probatur: at ſi per opera pietatis ſe inſtruat, vt & præſentis vitæ ſubſidia, & æternæ claritatis præmia à Deo percipiat; vtrumque enim pietati promittitur. ¶ Vnde Apoſtolus ſcribens ad Timotheum ait: [Exerce teipſum ad pietatem. Nã corporalis[f] quidem exercitatio ad modicum vtilis eſt; pietas autem eſt vtilis ad omnia[g], habens promiſſionem vitæ, quæ nunc eſt, & futuræ.] Ab hac[h] quiſquis alienus[i] fuerit, in ſacerdotem ordinari non poterit. ¶ Si enim vidua[k] in eccleſia recipi prohibetur, quæ pauperes non recipit hoſpitio, quæ pedes ſanctorum non lauit, quæ omne opus bonũ

r. p.

Matth. 25.

Gen. 18. et 19. Gloſſ. ord. gen. 19. ex Alcuino. In regula Monacharum c. de paupertate.

1. Tim. 4.

1. Tim. 5. 31. q. 1. quomodo.

ſequitur uſque ad cap. quieſcamus. Secunda ibi, [Quieſcamus.] Tertia ibi, [Sed licet.] Quarta ibi, [Nõ oportet.] Ioan. de Fan.

CASVS. In hac 42. diſtinct. proſequitur Gra. ſextum cap. Apoſtolicæ regulæ: ſcilicet, oportet ſacerdotẽ eſſe hoſpitalem. quod probat 8 rationibus. Prima eſt in principio. Secunda incipit ibi, [Qui enim Apoſtolum.] Tertia ibi, [Si enĩ ſacerdos.] Quarta & quinta incipiunt ibi, [Ordinandus itaque.] Sexta ibi, [Quomodo etiam ſecundum Hierony.] Septima ibi, [Vnde Apoſtolus.] Octaua ibi, [Si enim uidua.] Caſus autem ſequentis cap. planus eſt.

c ¶ Hoſpitalem.] In hac diſtinct. oſtendit Gratianus, quòd hoſpitalis erit ordinandus: quia non haberet frontem iuuandi alios ad hoſpitalitatem, ſi domum ſuã hoſpitibus clauderet: & quia hæc pietas remuneratur æternaliter & temporaliter. Item exemplo Abrahæ & Loth: qui quoniã hoſpitales erant, Angelos hoſpitio recipere meruerunt 1. Addit etiam quòd in hoſpitalitate non erit electio uel delectus perſonarum 2. adiungit etiam de conuiuiis in eccleſia non faciendis 3. In fine breuiter tangit 7. cap. Apoſtolicæ regulæ ſcilicet, oportet epiſcopum eſſe pudicum 4.

1 Vt ꝟ. §. 1.

2 Et ꝟ. eadẽ, q eſcamus.

3 Vt ꝟ. c. nõ debet. & ca. ſeq.

4 Scilicet in §. pudicus.

d ¶ A ſeipſo.] Sꝭ. ff. de negot. geſt. ſi pupil i. §. vltim. ff. de fideiuſ. tutor. ff. de pa. cum in eo. 47. diſtin. §. neceſſe in princ.

e ¶ Aliena.] 47. diſtin. ſicut ꝟ. 93 diſtinct. diaconi. infra 14. quæſt. 4. quid dicam. ſic extra de reſt. ſpo. ſæpe. & 16. q. 1. decimæ.

f ¶ Corporalis.] Sine operibus pietatis.

ADDITIO. Et quod dicit ad modicum, dicas reſpectu eorum per quæ habetur uita æterna. utilis tamen eſt, quia opportunitatem peccandi aufert. de conſecr. diſtinctio. 5. nunquam. Laur.

g ¶ Ad omnia.] Id eſt, ad temporalia & æterna, ut 16. q. 1. decimæ.

h ¶ Ab hac.] Hoſpitalitate.

i ¶ Alienus.] Vt 85. diſt. Archidiaconum.

k ¶ Vidua.] 31. q. 1. quomodo.

center incedit (ut dicit Aug.) mentis inæqualitas indicatur. Et hoc probatur exemplo Catilinæ, qui propter uarium inceſſum fuit à Salluſtio notatus.

a ¶ Vnde hiſtoriographus.] Salluſtius.

b ¶ Mutabilitatem.] Catilinæ.

HOſpitalem.] Hæc diſ. diuiditur in quatuor partes; in quarum prima dicitur ꝙ ſacerdotes dẽnt eſſe hoſpitales, & recipere pauperes Chriſti, & hoc probatur per id quod

Sꝭi

non eſt executa; multo magis ſunt prohibendi à ſacerdotio, qui ab opere pietatis probantur alieni. Vnde † hoſpitalitatis opera deſpicientes, in Gangrenſi concilio excommunicantur. Sic enim in eo ſtatutum eſt, c. xi.

†*al. Vnde qui dam.*

¶Non ſunt deſpiciendi, qui conuiuia pauperibus exhibent. C. I.

Bur. l. 19. c. 124. Iuo p. 15. c. 136 Anſ. l. 5. c. 76.

SI quis deſpicit eos, qui fideliter agapas †, id eſt conuiuia pauperibus exhibent, & propter honorem Dei conuocant fratres, & noluerit communicare huiuſcemodi vocationibus, parui pendens quod geritur, anathema ſit.

Epiſt. 3.

Hinc etiam Ioannes Euangeliſta in epiſtola ſua quendam Diotrephem[a] *excommunicat, qui nec pauperes recipiebat, & recipientes de eccleſia eijciebat. In hoſpitalitate autem non eſt habendus delectus perſonarum; ſed indifferenter quibuſcunque ſufficimus, hoſpitales nos exhibere debemus.*

Vnde Ioannes Chryſoſtomus in epiſt. ad Hebræos hom. xi. ad c. 6.

¶In recipiendis hoſpitibus nulla debet eſſe diſtinctio. C. II.

2 QVieſcamus ab hac abſurda curioſitate[b], & diabolica, & peremptoria †. Si enim in clero ſe electum eſſe dicat, ſi ſacerdotem ſe nominet, ſcrutare: non enim ſine periculo in talibus indiſcuſſa communicatio eſt: circa maiora periculum[c] vertitur; non enim das, ſed accipis. Si vero pro nutrimento poſtulat[d], nihil in his examines. Inquire, quomodo Abraham hoſpitalem ſe circa omnes oſtendebat. Si ſcrutator fuiſſet circa refugientes ad ſe, nunquam Angelos hoſpitio recepiſſet. Fortaſſis enim nō putans eos Angelos eſſe, cum reliquis & hos repuliſſet: Sed quoniam omnes[e] recipiebat, ſuſcepit & Angelos. Non enim ex uita eorum, quos accipis, mercedem tibi retributurus eſt Deus; ſed ex uoluntate tua, ex liberalitate, ex honorificentia multa, ex miſericordia, ex bonitate.

† *al. pernicioſa.*

SI quis.] HINC ETIAM. Adhuc probat Gratianus hoſpitalitatem eſſe tenendam, & qui eam non habuit, abijcitur ab eccleſia, ſicut Ioan. eiecit quendam Diotrephē, quia pauperes nō recipiebat. Et oſtendit ēt ꝙ oībus indifferēter q̄bus poſſumus dēmus hoſpitalitatem exhibere: quod probat ſequenti capitulo.

a ¶Diotrephē.] Proprium nomen. uel id eſt, ſacerdotem.

QVieſcamus.] Hęc eſt ſecūda pars huius diſt. in qua dicit, ꝙ in eleemoſynis dandis non debet eſſe differentia cum petitur pro nutrimento. ſi autem peteretur cauſa prædicationis, tunc eſſet diſcernendum. Hoc autem intelligo de eleemoſynis quotidianis, non autem de præmeditatis. aliàs contradiceret Hierony. 16. q. 1. c. fin. ubi dicit, ꝙ in paupere magis eſt attendenda religio, q̄ paupertas. Io. de Fan. CASVS. Quidam dicebāt, ꝙ in omnibus hoſpitibus recipiēdis facienda erat examinatio. ſed dicit Ioan. Chryſo. nō eſſe uerū. Nam ſi petat aliquis tanquam prælatus. facienda eſt examinatio, q̄a forte non recte petit, uel eſt intruſus, vel excommunicatus. Non enim datur tantum temporale, ſed etiam accipitur ſpirituale. Si uero petit amore Dei, indifferenter eſt omnibus dandum, exemplo Abraham, qui meruit Angelos recipere: quod forte non feciſſet, ſi diſtinxiſſet perſonas. Quæ ſequuntur, patent uſque ad diſtinctionem.

b ¶Curioſitate.] Nō enim ſemper erimus curioſi, nam multa ſunt diſſimulanda. ff. de noua. l. doli. in fin.

c ¶Periculum.] Si. n. in minoribus adhibēda ſt diſcretio, fortius ī maiorib. ſic 7. q. 2. c. ul. ff. ad Carb. l. 1. §. 2.

d ¶Poſtulat.] Ergo indiſtincte oībus eſt dāda eleemoſyna, vt ī. ea. c. pxi. & ſ. §. prox. & 86. di. paſce. & 1. q. 2. q̄ pio. & 11. q. 3. qm̄ multos. & 16. q. 1. ſi cupis: & 23. q. 4. duo. alibi dicitur: omni petenti retribuit. Sed contra dn̄s dicit 1, Deſudet eleemoſyna in manu tua, donec inuenias iuſtum cui des. Et in Canticis, ubi dicitur: Ordinauit in me charitatē. Et dicit Ambro. Ordinata eſt charitas ut primo Deus, ſecundo parētes, deinde filij, poſtea domeſtici vltimo extranei diligantur. Et alibi dicit Ambroſi. ꝙ delectus perſonarum debet eē in miſericordia impendenda, vt 86. diſt. non ſatis, & Hierony. dicit, ꝙ in pauperibus non tam paupertas quam religio eſt attendēda, vt 16. q. 1. quoniam quidquid. & Aug. dicit. Vtilius eſurīeti panis tollit. quàm de cibo ſecurus, &c. ut 5. q. 5. nō omnis. 23. q. 4. nimium. Diſtingue ergo: eorum qui petunt eleemoſynā, alij ſunt cogniti, alij nō. Item alij petuīt quaſi ex debito, vt prędicatores & p̄lati, alij pro ſuſtentatione corporis. Si ergo quis petat ex debito, & ratione officij, quia dicit ſe ad hoc miſſum vt ibi prædicet, & tale officium conſtat ei commiſſum eſſe, recipiendus eſt ſi eſt incognitus, eſt examinandus an ita ſit, vt in hoc cap. Si autē quis petit pro nutrimento, tunc indiſtincte omnibus eſt dāda, vt hic, & 1. q. 1. quàm pro. & 11. q. 3. quoniā. niſi quis per ſecuritatem cibi negligat iuſtitiam: quia tunc ſubtrahenda eſt ei, vt 5. q. 5. non omnis. niſi iam fame moratur, vt 86. diſtin. paſce. ſi autem non poſſumus omnibus ſufficere, tunc danda eſt potius bono, quàm malo conſanguineo, quàm extraneo, & ſic loquitur illud, Deſudet eleemoſyna, &c. & illud, Ordinauit in me charitatem, ut 86. diſt. non ſatis.

e ¶Sed quoniā omnes.] Arg. ꝙ ratione dubitationis melius eſt ex abundāti aliquid facere, q̄ aliquid dimittere.

Diſcretione maiore in maioribus opus eſt.

Eleemoſyna quibus eſt danda.

1 H. dicit ꝙ hoc dixit ī Euangelio: ſed neſcio vbi. Sed po- ... uni ... a-

vel hoc dixit ſecūdū interpretatio. lxx. interpretum. dicit Rod. ꝙ iſta auctoritas: deſudet, &c. ſumitur ex c. præcedēti, ubi dicitur ſic, beneſeceris, ſcito cui beneſeceris, & erit gratia in oculis tuis multa. Arch.

† Vide in hūc locum Alcia. libr. prætermiſſorum 1. in dictione Agapes. Opinatur enim Alci. ilapinas hic legēdum, nō Agapes.

ſere, ut 11.q.3. nolite.13. q.2. non æſtimemus 24.q.3. corripiantur. Et argu. ad quæſtionem cum dubitatur quis ex duob. occiderit hominem, quod potius ambo ad mittantur ad ordines, quàm ambo repellãtur [1] arg. contra 23.q. vlti. ſi quatuor. Quid iuris ſit de hoc, notat in q. ſtio-

Dubitatio notabilis.

1 Argu. ad hoc 23.q.4. quàm magnã. Lau.

& eſt contra epiſcopos qui nolũt prouincias viſitare, & tñ petunt redimi procurationes, ut 10. q.1. relata.

b ¶Propter iniuriam.] Id eſt infamiam.

c NVlli.] ¶Trãſeuntes.] Sic in tabernis poſſunt clerici comedere cauſa neceſſitatis, vt 44. diſt. clerici. de vi. & hone. cleric. clerici.

Clerici in tabernis poſsũt qñque comedere.

Sed licet ipſa conuiuia deſpicienda non ſint; non tamen in eccleſiis celebrari, nec clericos ad ea conuocatos ex eis partes ſibi tollere oportet.

Vnde in Laodicenſi concilio, c.27.

¶Clerici ad agapem vocati partes ſibi non tollant. C. III.

Anſel.l.5.c.77. Iuo p.3.c.128.

NOn oportet miniſtros altaris, uel quoslibet clericos [α] ad agapem † vocatos, partes [a] tollere propter iniuriam [b] [β], quæ ex hac occaſione eccleſiaſtico ordini poſſit deputari.

† Vide quæ no. Andreas. Alcia. li. prætermiſſorum 1. in dictione, agapes.

α ¶Clericos.] *In concilio Græco, & priſca etiam verſione additur*, vel laicos.

β ¶Propter iniuriam] *Græce eſt: διὰ τὸ τὴν ὕβριν τῇ τάξει προσρίβεσθαι τῇ ἐκκλησιαστικῇ, id eſt*, eo quòd eccleſiaſtico ordini inuratur contumelia.

Item ex eodem c.28.

¶In locis Deo ſacratis nec comedere, nec accubitus ſternere liceat. C. IIII.

Burc.l.3.c.82. Iuo p.3.c.82. Anſ.l.5.ca.78.

4 NOn oportet in baſilicis, ſeu in eccleſijs agapem facere, & intus γ manducare, vel accubitus ſternere.

γ ¶Et intus.] *Græce eſt, καὶ ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ θεοῦ: quod Dionyſius vertit*, nec intra domum Dei: *ſed apud Balſamonem abeſt vox* Dei.

Item ex concilio Carthagin.3.c.30.

¶Niſi neceſſitate coacti clerici in eccleſia non conuiuentur. C. V.

Burc.l.3.c.83. Iuo p.3.c.74.

NVlli epiſcopi, vel clerici in eccleſia conuiuentur, niſi forte tranſeuntes [c] hoſpitiorum neceſſitate illic reficiantur. Populi etiam ab huiuſmodi conuiuijs, quantum poteſt fieri, prohibeantur.

[*Item ex dictis B. Benedicti abbatis.*]

In reg. B. Benedicti. c.52.

¶De eodem. PALEA. C. VI.

Burch.l.3.c.81. Iuo p.3.c.71.

ORatorium [d] hoc ſit, quod dicitur, nec ibi quidquam aliud [e] geratur, vel condatur, quàm quod diuinis miniſterijs † conueniat.

† *al. laudibus*

SVnt nonnulli.] CASVS. Quidam prælati cū deberēt redarguere peccatores, laudabant illos in peccatis: quos Grego. in hoc cap. reprehendit. Primo auctoritate prophetæ dicentis: Væ qui conſuunt, &c. quā auctoritatem Greg. diligenter exponit. Secundo quadam ſimilitudine, quæ incipit ibi, [Hinc rurſus.] Tertio exē plo Iob, quod incipit ibi, [Sed ſanctus vir] Cuius verba hic exponit Gregorius. Quæ autem ſequuntur vſq. ad cap. ſicut. plana ſunt, & per te formabis.

e ¶Augent.] Non enim oportet laudando augere malitiam ſerui, ut ff. de ſer. cor. l. 1. §. perſuadere. in fi.

vniuerſæ ętatis.] Ad hoc quippe puluillus ponitur, vt mollius quieſcatur. Quiſquis ergo malè agentibus adulatur, puluillum ſub capite, vel cubito iacentis ponit, vt qui corripi ex culpa debuerat, in ea fultus laudibus, molliter quieſcat. ¶Hinc rurſum ſcriptum eſt: [Ipſe ædificabat parietem, illi autem liniebant eum.] Parietis quippe nomine, peccati duritia deſignatur. Aedificare ergo parietem, eſt contra ſe quempiam obſtacula peccati conſtruere. Sed parietem liniunt, qui peccata perpetrantibus adulantur, vt quod illi peruerſè agentes ædificant; ipſi adulantes quaſi nitidum reddant. ¶Sed ſanctus [a] vir ſicut mala de bonis non æſtimat [b], ita iudicare bona de malis recuſat, dicens; [Abſit à me, vt iuſtos vos iudicem: donec deficiam, non recedam ab innocentia mea.]

Ibidem. — *Iob 27.*

Hinc etiam in concilio Carthaginenſi 4. c. 56. legitur.

¶Adulator, vel proditor clericus ab officio degradetur. C. III.

CLericus, qui adulationibus [c], & proditionibus [d] vacare deprehenditur, ab officio degradetur.

Burc. l. 2. c. 176. Iuo p. 6. c. 267. Pann. l. 3. c. 173.

Item ex eodem concilio, c. 55.

¶Excommunicentur ab epiſcopo qui fratribus non probanda obijciunt. C. IIII.

ACcuſatores [e] fratrum epiſcopus excommunicet, qui non probanda fratribus obijciunt. α Et ſi emendauerint vitium, recipiat eos ad communionem, non ad clerum [f].

α ¶Qui non probanda fratribus obijciunt.] *Verba iſta neq; in originali, neque in multis Gratiani antiquis codicibus habentur.*

Item ex eodem concilio, c. 57.

¶Remoueatur ab officio clericus maledicus, ſcurra, fratrum profectibus inuidens non promoueatur.

C. V.

¶*Rubrica hæc pertinet ſimul ad hoc caput, & ad duo ſequentia.*

CLericus maledicus (maximè in ſacerdotibus) cogatur [g] ad poſtulandam veniam: ſi noluerit, degradetur: nec vnquam ad officium abſq; ſatisfactione reuocetur [h].

Burc. l. 10. c. 66. Iuo p. 11. c. 11. & par. 13. c. 66.

Item ex eodem concilio, c. 60.

¶De eodem. C. VI.

CLericum ſcurrilem, & verbis turpibus ioculatorem ab officio retrahendum cenſemus.

Anſ. l. 7. c. 163. Burc. l. 2. c. 172. Iuo p. 6. c. 263. & par. 11. c. 79. Pann. l. 3. c. 172.

Item ex eodem, c. 54.

¶De eodem. C. VII.

CLericus inuidens fratrum profectibus, donec in uitio eſt, non promoueatur.

Burch. l. 2. c. 16. Iuo p. 6. c. 35.

Item ex eodem, c. 57.

¶Non ſunt ordinandi, qui ſeditionibus vacant. C. VIII.

SEditionarios ſtatuimus nunquam ordināndos [i] clericos, ſicut nec vſurarios [k], nec iniuriarum [l] ſuarum vltores.

Agat. cōc. c. 69. Burc. l. 2. c. 17. Iuo par. 6. c. 36.

Item ex concilio Laodicenſi, c. 5.

¶Vſuras exigere clericis minimè licèt. C. IX.

NOn licèt fœnerari miniſtris altaris, vel in ſacerdotali

---

a ¶Sed ſanctus.] Scilicet Iob: cuius verba Greg. hic exponit.

b ¶Non æſtimat.] quia dubia in meliorem partem interpretantur, vt extra de regulis iuris, eſtote.

c CLericus.] ¶Qui adulationib.] triplex eſt adulatio, vt dixi 25. diſ. §. aliàs.

d ¶Proditionibus.] Proditor dr̄ qui ꝑꝑ timorem non defendit veritatem: & qui tacet eam, vt 11. q. 3. nolite 1. Item qui crimen alterius ſibi ſoli notum manifeſtat 2. vt 2. qu. 1. ſi peccauerit. Item qui malitioſè circumuenit aliū, & callidè ſeducit, vt in periculum ſalutis trahat. 16 q. 1. ſi cup. s. Item qui rem ſibi cō miſſam exponit hoſtibus 22. q. 5. de forma. Item qui iuſſa veritatis contemnit. 11. qu. 3. abijt. Item qui ſecretum ſibi commiſſum reuelat. 13. diſt. nerui.

Proditor multipliciter dicitur.

1 Et vbi de hoc.

2 Item prodit qui nō ꝓbāda defert. 2. q. 7. §. de his. in prin. Item qui ſecreta ſibi cōmiſſa reuelat. de pœ. diſt. 6. ſacerdos. Archid.

e ACcuſatores.] Id eſt, detractores.

f ¶Non ad clerum.] Optimum eſt hic arg. pro H. qui dicit, ꝙ q. ſemel fuit excommunicatus, amodo non admittatur ad actus legitimos 3. vt dicam 4. q. 1. in princi.

3 Hoc cap. nil vr̄ facere ad hoc, quia nō refert ſe ad excōicationē: quæ eſt pœna medicinalis: ſed ad vitium quod eſt crimen. Archid.

g CLericus.] ¶Cogatur.] Per excommunicationem vt 6. q. 1. illi qui. & 22. q. 1. prędicandum.

h ¶Reuocetur.] Argu. ꝙ epiſcopus poſſit depoſitū reſtituere. de hoc dixi infra q. 6. ideo. Vel dic degradetur: id eſt, ſuſpēdatur, & reuocetur per Papam.

i SEditionarios.] ¶Ordinandos.] Et ordinatos deijciendos.

K ¶Vſurarios.] Quia tales ꝑꝑ auaritiam pro minimo litigant.

l ¶Nec iniuriarum.] De hoc dixi 5. diſtin. proxi & qui emēdat.

NOn licèt.] Hæc eſt tertia pars huius diſt. in qua rn̄det & prohibet vſuras præcipuè clericis: prohi-

prohibet dico per duas auctoritates. Ioan. de Fan.
a ¶Seſcupla.] Hic ponitur ſeſcuplum ſequialtero, quod continent totum, & eius medietatẽ. Seſcuplũ, 1, ſm quod per ſ, ſcribitur, dr̃ à ſequi, quod eſt totum, & plica: vnde ſeſculpa vſura dicitur cũ datur ſumma ali- vſuræ. Io. Vnde ſi aliquis tutor à me recipit vſuras nomine pupilli: finito officio poſsũ petere vſuras à tutore: q̃a ꝓ alio peccare nõ debuit, vt dr̃ hic: ſecus ĩ alijs ꝯtibus: q̃a finito officio non conuenitur tutor vel curator, vt C. de admi. tut. ſi non ſubſcripſiſti. & C. q̃n tuto. uel curato. eſſe deſi. 3. l. 1. licet ſecus ſit in procuratore 4, vt ff. de ꝓcu. procurator q. pro euictione. quia tutor ſit ex neceſſitate, procurator voluntate. ff. de procura. l. 1. Bar.

Seſcuplum 1 Vide Bud. in lib. de aſſe & partibus eius, in prin.

† al. ſeſquipla

ordine conſtitutis, vel vſuras, vel lucra, quæ ſeſcupla † a dicuntur, accipere.

Item, Leo Papa epiſcopis per Campaniam, epiſt. 1. c. 4.

¶Nec ſuo nomine, nec alieno clericus fœnerator exiſtat. C. X.

Anſ. l. 7. c. 150. Burc. l. 2. c. 121. Iuo p. 6. c. 66.

SIcut non ſuo b, ita nec alieno nomine aliquis clericorũ exercere fœnus attentet. Indecens eſt enim, crimen ſuum commodis c alienis impendere: Fœnus autem hoc ſolum aſpicere † & exercere debemus, vt quod hic miſericorditer tribuimus, ab eo Domino, qui multipliciter, & in perpetuum manſura tribuit, recipere valeamus.

† al. accipere

DISTINCTIO XLVII.

1 ps QVod autem d in fine huius capituli, vſurarij ordinari prohibentur; inde eſt, quòd vſuram exercentes cupiditati deſeruire probantur: cupidi autem ab Apoſtolo ordinari prohibentur e: quia tales facile a iuſto deuiarent.

1. Tim. 3.

Vnde in canonibus Apoſtolorum, c. 44. legitur.

¶Diaconus, presbyter, & epiſcopus exigens vſuras niſi deſierit, deponatur. C. I.

Burc. l. 2. c. 119. Iuo p. 6. c. 195. & p. 13. c. 15. Pan. l. 3. c. 157.

EPiſcopus, aut presbyter, aut diaconus uſuras à debitoribus exigens f, aut deſinat, aut certe deponatur.

Item ex concilio Nicano, c. 17.

¶Vſuras exigens ſiue clericus, ſiue ſubiectus regulæ, deijciatur. C. II.

3. 14. q. 4. c. 8. ex alia verſione. Poly. l. 4. tit. 31. Rab. l. pe. c. 32. Burc. l. 2. c. 129. Anſ. li. 7. c. 153. Iuo p. 6. c. 196. & par. 13. c. 8. *Pſal.* 14. † redũdat iſta particula.

QVoniã multi ſub regula cõſtituti auaritiam, & turpia lucra ſectant, oblitiq. diuinæ ſcripturæ dicentis: [Qui pecuniam ſuam non dedit ad uſuram.] mutuum dãtes, centeſimas g exigunt, iuſtè cenſuit ſancta, & magna ſynodus, ut ſi quis inuentus fuerit poſt hanc definitionem uſuras accipiens, [aut † ex adinuentione ali-

2 Vt ſenarius ad quaternariũ eſt ſeſcuplex: ergo ſi quis daret mutuo 4. ſolidos. & poſtea ꝓ vſura ſuſciperet 6. illa vſura eſt ſeſcupla, quaſi ſeſquiplica à ſeſqui q̃d eſt totũ, & plica, quaſi aliq̃d totũ, i. medietas. & ſcribit̃ ꝑ ſ, non per x. ſecundũ Hug. Tutor pupilli nomine non debet vſuras exigere.

c ¶Cõmodis.] Quia periculoſa eſt talis cõpenſatio. 14. diſtinct. quod ait.

QVod autẽ.] Hæc diſt. diuidit̃ ĩ quatuor partes. In quarum prima principaliter ꝓhibet vſuras: & hoc facit ꝑ quinq. auctoritates. Secunda ibi,] Virũ.] Tertia ibi, [Neceſſe eſt.] Quarta ibi, [Q̃d tunc.] Ioan. de Fan. CASVS Dictũ eſt ſ. ĩ illo ca. ſeditionarios. ꝙ vſurarij prohibentur ordinari. In hac vero diſt. 47. dicit ꝙ ideo hoc cõtingit, q̃a tales cupiditati deſeruiunt. cupidi autem ab Apoſtolo ordinari prohibentur: quia cito & facile à iuſtitia deuiant. & ꝓſeq̃t 11. cap. Apoſtolicæ regulæ, ſcilicet, oportet ep̃m non eſſe cupidũ. Sequẽs cap. patet.
d ¶Quod autẽ.] Hic proſequit̃ 11. ca. Apoſtolicæ regulæ, nõ cupidum, continuatur illi ca. ſeditionarios. & ideo prohibetur cupidus, quia facile à vero deuiat.
e ¶Prohibent̃.] Scilicet in epiſtola ad Timotheum.

3 Aliàs, q̃n mi. ex facto tuto. l. 1.

4 Add̃ Paulum de Caſtro, & Alexãdrum de Imola in l. ſi quis iniquum. §. ſi ꝓcurator. ff. q̃d quiſque iur. gl. tamen. in l. ſi ſciente. ff. de pari. videtur tenere contrariũ, quã ſequit̃ ibi Bar. & Ange per. l. ordinẽ. §. in fraudem. ff. ad muni. Idẽ ẽt tenet Bar. in l. 1. §. incidit. in fi. ff. ad Turpil. & Franciſc. Tigri. in d. §. in fraudẽ. facit tex. in l. 1. C. vt nemo ad ſuũ pa. li. 11. & ibi Ange.

aliqua, & recipitur ſumma illa cum ſua plica, id eſt, medietate 2. Sexcuplum ſcriptum per x. dicitur quælibet res ſexies multiplicata.

SIcut non.] CASVS. Quidam quæſierunt à domino Papa vtrũ liceret alicui clerico tutorio vel curatorio nomine vſuras exercere, Et rñdet ꝙ ſicut nõ ſuo, ita nec alieno nomine debet quis facere vſuras. Incõgruum enim eſt pro aliorum commodis perpetrare delicta. Sed illam ſolam vſuram facere debemus, vt quod in hoc ſeculo miſericorditer operamur, à Domino in futuro ſæculo multiplicatũ recipere valeamus.
b ¶Non ſuo.] Arg. q̃d quis non poteſt facere ſuo nomine, nec alieno, vt 23. q. 8. his à q̃b. & ff. de admi. remine, ad ci. per. l. 2. in prin. Arg. ꝯ. 88. diſt. ep̃s. & 2. q. 6. ſi ep̃s. 5. q. 3. cap. vlt. ff. quæ res pi. obli poſ. Ariſt. Et eſt hic argu. ꝙ ſi aliquis quaſi procurator vel tutor q̃nq. recipit vſuras, quòd non poſſit petere vt ſibi reddantur

f EPiſcopus.] ¶Exigens. [Sed non ſuſcipiens. tunc enim deponeret, vt ĩ. ea. ſi quis. ꝯ vbi de accipiẽte dr̃. vel exigens cum effectu 5. vel illud pro tempore datũ eſt, & non habet locum hodie, ſed habuit locũ tẽpore Apoſtolorũ propter nouitatem eccleſiæ. Et habes hic, ꝙ non quodlibet mortale peccatum deijcit iam promotum, vt 35. diſtin. cap. 1. & 5. q. 4. in loco.

QVoniam multi. CASVS. Quidam clerici obliti diuinæ ſcripturæ dicentis, Qui pecuniam ſuam nõ dedit ad vſuram. vſuras centeſimas faciebant, q̃ in fine anni ſorti æquiparantur. Ideoque ſynodus ſtatuit. vt ſi quis inuentus fuerit vſuras vel hemiolia de cetero exercere, vel aliquam machinationem circa hoc facere, deponatur.
g ¶Centeſimas.] Centeſima dicitur uſura, quæ ſorti æquiparantur in anno 6.

5 Iſta ſentẽtia & præcedens fuit Goff. & Hu. ſm iſtã expoſitionẽ dic exigens .i. exactum recipiens. Peccatum mortale nõ ſp̃ deijcit ꝓmotum.

6 Immo in cẽtum mẽſibus.

a ¶Tranſigens.] Id eſt, quodcunque nouum pactum. vel contractum inueniens in fraudem vſurarum, ut ſi ſumat rē in pignore,& nō cōputat fructus in ſortē.c.1. & 2.extra de vſuris.

bonitate.quod non eſt verum, quia charitas poteſt in infinitum extendi. iuxta illud, Bonum mihi lex oris tui ſuper millia, &c. ſed malitia non, quia aliquis non poteſt

qua, vel quolibet modo negotium tranſigens[a], aut hemiolia, id eſt, ſeſcupla α † exigens, vel aliquid tale prorſus excogitans [b] turpis lucri gratia, deijciatur à clero, & alienus exiſtat à regula. † al. ſeſquipla.

α Seſcupla †] *Hoc ſeſqui alterarum vſurarum genus, quamuis grauiſſimum, in frugibus humidis, vel arentibus Conſtantinus lege permiſerat, qua nunc extat in codice Theodoſiano, lib.2.tit vlt. de vſuris l.1. Eodem pertinet, quod ſcribit B. Hieronymus in commentarijs in Ezechielem, lib.6.c.18. his verbis.* Solent in agris frumenti & milij, uini, & olei cæterarumque ſpecierum uſuræ exigi, ſiue, vt appellat ſermo diuinus, ſuperabundantiæ: verbi gratia, ut hiemis tempore demus decem modios, & in meſſe recipiamus quindecim, hoc eſt, amplius partem mediam. *Quamobrem hoc canone, quo Patres illi omnes pecuniarias vſuras clericis interdicunt, voluerunt etiam ſeſeſcuplam fructuum expreſſe iiſdem interdicere. Poſtea vero in alijs concilijs, & à Romanis Pontificibus, genus omne vſurarum tanquam iuri naturali, ac diuino contrarium tam clericis, quàm laicis fuit interdictum: quemadmodum apparet in Decretalibus tit. de vſur.* † al. ſequipla.

Hinc etiam Gregorius in 19. lib. Moralium, c.25. in 29. c. Iob ſcribit dicens.

¶Temporalibus lucris deſeruientes, Deo nequaquam militare probantur. C. III.

OMnes huius ſæculi dilectores in terrenis rebus fortes ſunt, in cęleſtibus debiles. Nam pro temporali gloria vſque ad mortem deſudare appetūt, & pro ſpe perpetua, ne parum quidem in labore ſubſiſtunt: pro terrenis lucris quaslibet iniurias tolerant, & pro cęleſti mercede uel tenuiſſimi verbi ferre contumelias recuſant: terreno iudici toto etiam die aſſiſtere fortes ſunt: in oratione uero corā Domino vel unius horæ momēto laſſātur: ſæpe nuditatē, deiectionē, famem pro acquirendis, diuitijs atque honoribus tolerant: & earum rerum ſe abſtinentia cruciant, ad quas adipiſcendas feſtinant; ſuperna autem laborioſe quærere tanto magis diſſimulant, quāto ea retribui tardius putant. ¶Hi itaque quaſi aliarum arborum more deorſum uaſti ſunt, ſurſum anguſti: quia fortes in inferiora ſubſiſtunt, ſed ad ſuperiora deficiunt. At contra ex qualitate palmarum[c] deſignatur proficiens vita iuſtorum, qui nequaquam ſunt in terrenis ſtudijs fortes, & in cęleſtibus debiles; ſed longius, atque diſtantius ſtudioſos ſe Deo exhibent, quàm ſæculo fuiſſe meminerunt. ¶Nam cum quibuſdam per prædicatorem noſtrum dicitur: [Humanum dico propter infirmitatem carnis veſtræ. Sicut enim exhibuiſtis membra veſtra ſeruire immunditiæ, & iniquitati ad iniquitatem; ita nunc exhibete membra ueſtra ſeruire iuſtitiæ in ſanctificationem]: eorum proculdubio infirmitati condeſcenditur, ac ſi eis apertius diceretur; ſi nequaquam amplius [d] poteſtis, ſaltem tales [e] eſtote in fructu bonorum operum, quales fuiſtis dudum in actione uitiorum, ne debiliores Rom. 6.

ADDITIO. Vel dic tranſigens, id eſt, turpia lucra per negotiū tranſactionis petens, id eſt, uel trāsformās, ut quia uendit granum cētum ſolidos, ſecundum Goff.

b ¶Excogitās.] Arg. ꝙ ſola cogitatio punitur 1, ut 6.q.1.§. ſi qs cum. qđ verū eſt quo ad Deum, etſi nō procedit ad actum. vt 27. q.1. nec al. qua.

† Adde an & qn̄ ſola cogitatio puniaī no. in c. 1. ī gl. in verb. noſtrū ſtudioſā de eo. qui mi. in poſſ.

OMnes.] CASVS. Cap. iſtud diuiditur in tres partes. In prima parte inuehiī Greg. cōtra cupidos, q̄ in terrenis ſunt fortes, & in cęleſtibus debiles. qm̄ circa terrena ſunt ardētius inſudātes, ſed pro uita æterna vix p̄ momentū laborant. In ſc̄da parte. q̄ incipit ibi. [Hi itaque.] dicitur, ꝙ cupidi & mundanorum amatores aſſimilantur arboribus quibuſdam, q̄ deorſum uaſtæ ſunt, & ſurſum tenues. Nam hi tales circa terrena ſūt fortes, & in ſuperioribus deficiunt. Boni vero palmæ comparātur, quę deorſum eſt tenuis, & ſuperius ampla. Nā hi tales in cœleſtibus magni ſunt, in terrenis debiles. In tertiā parte quæ incipit ibi, [Nam cum quibuſdā.] Hortaī nos Grego. ꝙ ſaltē ita ſimus fortes circa bonum, ſicut fuimus circa uitia corpori ſeruiēdo.

c ¶Palmarum.] Secū dum illud: Iuſtus ut palma florebit.

d ¶Amplius.] Tantū faciatis boni, quantum feciſtis mali, non intelligas ꝙ tamdiu debeat pœnitere, quā diu fuit malus, quia tanta poſſet eſſe contritio, quod momentanea pœnitentia ſufficeret. de conſecrat. diſtinctio. 4. baptiſmi.

Peccator ſic tamdiu debeat pœnitere, quam diu fuit malus.

e ¶Tales. Videtur hic ꝙ aliquis poſſit tantum creſcere in malitia, quantum in

In eo. c. idem iudi ciũ fit de vtroque.

poteſt eſſe ſumme malus, vt de pœn. diſtin.2.c. ſi ſermo.§.econtrario.*

a ¶Aeris.Id eſt,cœleſtis conuerſationis 1.

DE Petro.] CASVS. Petro quem Neapolitani elegerunt in archiepiſcopum, de quo confirmando ſuppli-

ritas inquiratur,quo inuẽto recedant ab eius electione,& alium eligãt. Si aũt hoc falſum fuerit, quia perſona eius ſibi nota non erat, & vtrũ ſit ita ſimplex vt dicit̃, præcipit vt de cętero Romã veniat, vbi ſi aptus inuẽtus fuerit iuuãte Dño conſecrabitur. Seq.c.patet.

1 Quæ ideo dr̃ aer,quia in ea ſæpe boni pẽna cõtẽplationis eriguntur ad ſublimia ſicut auis in aere. 23.q.4. cũ in lege, Archid.

vos habeat ſancta libertas aeris [a] α, quos in carne validos habuit vſus terrenæ uoluptatis.

α Aeris.] *Apud B.Gregorium legitur*, ſancta libertas hæredes:*uel*,ſancta libertas charitatis, quàm in carne:*In uno autẽ exemplari Gratiani Vaticano*, cœleſtis conuerſationis:*quod in gloſſa ad explanandam dictionem*,aeris, *affertur.*

Item Gregorius clero, & ciuibus Neapolitanis, libr.8. epiſt.40.

¶Ad ſacros ordines uſurarij promoueri non debent. C. IIII.

Anſel.l. 6.c.9. Poly.l.2.tit.1.

DE Petro [b] inſuper ad nos perueniſſe [c] cognoſcite, quòd ſolidos dedit ad uſuram,quod uos oportet cum omni ſubtilitate [d] perquirere, & ſi ita conſtiterit, alium eligite, & ab huius uos perſona ſine mora ſuſpẽdite.Nam nos amatoribus uſurarum nulla ratione manus imponimus. Si uero ſubtili habita inquiſitione hoc falſum eſſe patuerit(quia perſona eius nobis ignota[e] eſt,& utrum ita ſit de ſimplicitate eius,quod ad nos perlatum eſt, ignoramus) cum decreto [f] à uobis facto ad nos eum uenire neceſſe eſt;ut uitam, moreſque illius ſolicitius inquirentes, ſenſum quoque pariter agnoſcamus, ut ſi huic iudicio aptus extiterit, uestra in eo (adiuuante Domino) deſideria compleamus.

Item ex concil. Eliberitano,c.20.

¶Degradetur clericus, qui uſuras accipere detegitur. C. V.

Iuo p.13.c.12. Pann.l.3.c.156.

SI quis clericorum detectus fuerit uſuras accipere; placuit degradari [g], & abſtinere [h].

Item Leo Anatolio epiſcopo Conſtantinopolitano epiſt.51.

¶Nec implicari errore, nec cupiditate uiolari ſacerdotem oportet. C. VI.

Anſ.7.cap.149.

2 VIrum catholicum, & præcipuè Domini ſacerdotẽ, ſicut nullo errore implicari, ita nulla oportet cupiditate uiolari, dicente ſancta ſcriptura; [Poſt concupiſcentias tuas non eas.] Mens [i] enim potentiæ [k] auida nec abſtinere nouit à uetitis, nec gaudere conceſſis, nec α pietati adhibere conſenſum.

Eccle.18.
† *al.pecunia*

α ¶Nec pietati.] *Hoc poſtremum orationis membrum abeſt ab originali:ſed habetur etiam apud Anſelmum.*

Item Gregorius,lib.7.epiſt.110.

b ¶De Petro.]De eodem Petro habes 39. diſt.Petrus.& 61.diſt. ſtudij. De hac materia notaui ſup.28.diſtin.priuſquam.

c ¶Perueniſſe.] Iſte repulſus erat propter duo, ſ. pp vitium vſurarum, & pp ſimplicitatẽ, & tñ neutrum fuit ei forte oppoſitũ.& ita eſt argum.ꝙ iudex ex officio ſuo poteſt aliquid obijcere. extra de electio. cum nobis. — Iudex ex officio poteſt aliqđ obijcere.

d ¶Subtilitate.] no. ꝙ alicui cõmittitur inquiſitio de ꝓprio facto: ſed hæc inquiſitio erit ſummaria, non plena, aliàs non committeretur.

e ¶Ignota.] Per hoc patet, ꝙ q̃ eſt notus, non examinatur, vt 94.diſt.valde.35.q.9. veniam. vnde & notus ſine probatione recipitur, ut extra de regul. ad Apoſtolicã. ſed dum cõſecratur, bene examinẽtur. vt 23. diſt. q̃ epiſcopus. — Notus non examinat̃.

f ¶Cum decreto.] omnium ſubſcriptionibus roborato, vt 61.diſt.epiſcopus. & 63.diſt.quanto 2.

SI quis clericorum.] g ¶Degradari.] ĩ.14.q.4.qm̃. — 2 Extra de elect.innotuit. vbi de hoc.

h ¶Et abſtinere. a ſacramentis quouſque pœnitet.

VIrũ catholicũ.] Hæc eſt ſecunda pars huius diſtin. in qua probat p̃ tres auctoritates, ꝙ aliàs ẽt nõ debemus eſſe cupidi.Io. de Fan.

CASVS. Leo Papa hortatur clericos, & præcipuè ſacerdotes, ne alligẽtur vitio cupiditatis,dicente ſcriptura. Poſt concupiſcentias tuas nõ eas. Nam mens potentiæ auida, nec abſtinere nouit à vetitis, nec vti conceſſis,nec pietatem habet. Sequẽs c.patet.

ſupplicauerunt Papæ, duo obijciebantur, ſcilicet ꝙ ſolidos dederat ad vſuras,& quod nimis erat ſimplex. De vſura ſcribit Gregorius Neapolitanis,& de hoc ve-

i ¶Mens.] Alligata vitio cupiditatis cito deuiat à vero,vt 96.diſt.benè,in prin.& 83.diſt. nihil. — Cupidus deuiat à veritate.

k ¶Potentiæ.]Id eſt humanæ dignitatis

SIcut.] CASVS. Hoc cap. diuiditur in tres partes. In prima parte inuehitur Ambro. ꝯ auarũ, & eum cõparat inſano; quia ſicut inſanus non uidet rei veritatem, ſed ſuæ paſſionis phantaſias, ſic auarus non uidet quod debet, ſemper vſuræ & cupiditati deſeruiens, & gratius aurũ, q̃ ſolem contemplatur. In ſecũda parte, quæ incipit ibi. [Sed ait.] Reſpondet Ambro. obiectioni auari dicentis: Nõ pecco ſi propriũ ſeruo diligentius. cũ nõ inuadam aliena. Sed dicit Ambroſius eum non habere propria, ſed communia ſunt indigẽtibus quę cunq. poſſidet ultra propriũ vſum. In tertia parte quæ incipit ibi, [Nũquid iniquus eſt Deus?] reſpondet alij obiectioni, quam auarus faciebat, Dicebat. n. ſi nõ ſunt mea, quæ poſſideo, & pecco retinendo, ergo Deus eſt iniquus, q tãtum mihi dedit, & multis alijs egẽtibus nihil, uel parum. Sed rñdet Ambroſius, lõ voluit Deus diuitias dare, ut p uſum diuitiarum diuitem, & p virtutem patiẽtiæ coronaret egentem; q a quidquid ultra neceſſitatem detinet aliquis, totum pauperibus rapit; quia nõ minus peccat q aufert, q̃ qui indigentibus ſubtrahit neceſſaria.

d ¶Etiam violenter.] Dicitur hic ꝙ p uiolentiam dr auferre, qui ultra neceſſaria ſibi retinet 2. & 12. q. 1. nolo. & q. 2. aurum. quod uerum eſt ſi hoc fiat tpe neceſſitatis. nã aliàs poteſt quis ſibi vltra neceſſatia retinere, ut 12. q. 1. expedit. & c. habebat. & q. 1. aurum. 2 Ad hoc 42. diſt. §. 1.

e ¶Mi-

¶Qui cupiditatem à ſe non abſcindit, bonorum auctori inhærere non valet. C. VII.

BOnorum auctori inhærere aliter non ualemus, niſi cupiditatem à nobis, (quæ omnium malorum radix eſt) abſcindamus. *1. Tim. 6.*

Item Ambroſius de eo, quod ſcriptum eſt in Euangelio, [Hominis cuiuſdam diuitis fructus vberes ager attulit] *Serm. 81. Luc. 12.*

¶Auari eſt hominum bona inuadere, quorum neceſſitatibus ſubuenire valet. C. VIII.

SIcut ij, qui per inſaniam mente tranſlati ſunt, non iam res ipſas ſed paſſionis ſuæ phantaſias vident; ita etiam mens auari ſemel vinculis cupiditatis adſtricta, ſemper aurum, ſemper argentum videt, ſemper reditus computat; gratius aurum intuetur, quàm ſolem †: ipſa eius oratio, & ſupplicatio ad Dominũ, aurũ quærit. *& poſt pauca.* ¶Interdum etiam vſuræ arte nequiſſima ex ipſo auro aurum naſcitur. Sed quid agis? Nec ſatietas [a] vmquam, nec finis aderit cupiditati. *& infra.* ¶ Sed ais: quid iniuſtum eſt, ſi cum aliena [b] non inuadã, propria diligentius ſeruo? O impudens dictum. Propria dicis? quę? ex quibus reconditis in hunc mundum detuliſti? Quãdo in hãc ingreſſus es lucẽ, quando de ventre matris exiſti; quibus, quæſo, facultatibus, quibuſq. ſubſidijs ſtipatus ingreſſus es? *& poſt pauca.* ¶Proprium nemo dicat, quod est commune α [c] quod plus quàm ſufficeret, ſumptum; etiam violenter [d] obtentum eſt. *& infra.* ¶Nunquid iniquus eſt Deus, ut nobis non æqualiter diſtribuat vitæ ſubſidia? vt tu quidẽ eſſes affluens, & abundans; alijs vero deeſſet, & egerent? An idcirco magis, quia & tibi uoluit benignitatis ſuæ experimẽta conferre, & alium per uirtutem patientiæ coronare? Tu uero ſuſceptis Dei muneribus, & ſi in ſinum tuũ redactis, nihil te putas agere iniquum; ſi tam multorum vitæ ſubſidia ſolus obtineas? Quis enim tam iniuſtus, tã auidus, tam auarus, quàm qui multorum alimenta ſuum† nõ uſum, ſed abundantiam, & delicias facit? Neque enim minus [e] eſt criminis habenti tollere; quam cum poſſis, & abundes, indigentibus denegare. Eſurientium [f] panis eſt, quem tu detines: nudorum indumentum eſt, quod tu recludis: miſerorum redemptio eſt, & abſolutio, pecunia, quam tu in terrã defodis. Tot † te ergo ſcias iuadere bona, quod † poſſis præſtare, quod uelis.

Ex Baſilij homilia ad eũdẽ Euangelij locũ

† *ſolẽ videt*] o. ig.

† *al. non ſuũ*

† *al. Tantorũ*

† *al. quantis*

α †Commune.] *Apud beatum Ambroſium legitur*, nemo dicat, quod è communi plus quàm ſufficeret, ſumptum, & uiolenter obtentum eſt. *ſed ob gloſſam non eſt mutatum.*

Auarus eſt inſatiabilis.

a ¶Satietas.] q a totus mundus nec obolus uidetur auaro, vt 14. q. 4. quid dicã. vnde illud, Semper auarus eget; & illud:
Aeris ſeruus eris: ſi te ſpecies trahat æris.
vnde in Tobia,
Deſit auaritiæ fæx, cui ſua deeſſe ſtupeſcit,
Copia nuda, ſitis ebria, plena fames.
Diues habere cupit quãto plus omnia ſumit.

b ¶Aliena.] Quaſi dicat, circa rem ꝓpriã non poteſt quis peccare 1, ſed certe expedit rei publicæ, ne quis re ſua male vtatur, vt inſtitu. de ijs qui ſunt ſui vel alieni iuris. §. ſed hoc tempore.

1 Hoc eſt falſum. nã oẽ quod & c. 14. q. 4. quid di cã. in fi. 42. diſtinct. §. 1. verſic. quo modo. Archid.

c ¶Commune.] Id eſt, communicãdum tempore neceſſitatis, vt 12. q. 1. duo. & q. 2. aurum. 86. diſt. non ſatis. & lex dicit, ꝙ cibaria tempore neceſſitatis ſunt omnibus communicanda, vt ff. ad leg. Rhod. de iact. l. 2. §. cum in eadem. in fi.

e ¶Minus.] Alibi inuenitur, ꝙ magis delinquit qui aufert, quàm qui non dat, ut 12. q. 2. & ſi illi.

f ¶Eſurientium.] nunquid ergo pauperes ipſum poſſunt petere? Non directo iudicio: ſed denuntiare poſſunt eccleſiæ illum, qui non dat; & ſic eccleſia poteſt eum cogere ut det. argumen. extra de ſimo. ad Apoſtolicam.

Eccleſia qñ que cogit ad eleemoſynam dãdam.

NECES-

NECESSE. Hæc eſt tertia pars huius diſt. in qua dicitur & probatur, quòd prælatus debet bene eſſe præpoſitus domui ſuæ. Io. de Fan.
CASVS. Hic proſequit̃ 12. c. apo. regulæ. ſcilicet, oportet epiſcopum eſſe domui ſuæ bene præpoſitum, ſcilicet bus exemplis, ſcilicet Hely, & Dauid, & duabus auctoritatibus, ſcilicet Pauli, & Hieremiæ.

a ¶Neceſſe eſt.] Hic proſequitur 12. c. Apoſtolicæ regulæ, oportet ordinandum eſſe domui ſuæ bene præpoſitum. Tunc dr̃ quis bene præpoſitus domui ſuæ, q̃n familiam ſuam bene gubernat verbo & exemplo; quia qui negligenter ſuos gubernauit, præſumitur cõtra eum, ꝙ circa extraneos ſit magis negligens 1. nec haberet frontem redarguẽdi alios qui ſuos noluit corripere: tamen ſi per eum nõ ſtaret, quin familia eius emendaretur, non imputaretur ei. infra ea. cap. pen. & vlt.

Domui ſuæ bene præpoſitus quis dicatur.

1 Et crimen negligẽtię adeo magnũ eſt, ꝙ inducit depoſitionem 8. diſ dictũ. Ray.

Hier. Oceano. 1. Tim. 3. & ibi gloſſa or.

3 Neceſſe eſt[a] etiam, vt ille, qui ordinandus eſt, [ſuæ domui ſit bene præpoſitus.] id eſt, ſi in laicali habitu vxorem habuit vel filios, à vitijs ad virtutum ſtudia, & verbo, & exemplo prouocet, vt quod poſtea præcepturus eſt populis, prius exigat à domeſticis[b]. Vnde Apoſtolus Epheſiis ſcribit, vt vxores ſuas ſicut ſua corpora diligant, & filios ſuos nõ ad iracundiam prouocent, ſed enutriant illos in omni diſciplina, & correctione Domini. Vnde cum Paulus ad Timotheum ſcribens dixiſſet, [ſuæ domui bene præpoſitum, ſtatim ſubiunxit, [habentem filios ſibi ſubditos in omni caſtitate.] [non in accuſatione luxuriæ.] non enim talium cohabitator frontem habet alios redarguendi. Vnde de beato Iob legitur, quòd pro filijs ſuis quotidiana offerebat Deo ſacrificia, offerens holocauſta per ſingulos, quos tanta charitatis perfectione in vnum conſtrinxit, vt quiſque eorum in ſuo die conuiuium fratribus pararet, & ad epulandum ſecum tres ſorores ſuas pariter inuitaret. Quod quia Heli facere diſſimulauit, ac falſa pietate ſuperatus delinquentes filios ferire noluit, (ſicut in libro Regum legitur) apud diſtrictum iudicem ſemetipſum cum filijs crudeli damnatione percuſſit: vnde ei diuina voce dicitur: [Honoraſti filios tuos magis, quàm me.] Hinc etiam Dauid erga filios benignitatem, non diſciplinæ ſeueritatem exercens eorum iuuentutem experimento didicit perniciosam, quorum pueritiam vaga licentia permiſit eſſe voluptuoſam. Vnus[c] quippe eorum ſororem[d] ſuam ſtupro corrumpens, à fratre eius, Abſalone videlicet, inter epulas, quas fratribus ſuis fraudolenter parauerat, obtruncatus eſt. Abſalon, vero poſtquam veniam à patre obtinuit, de regno illum expulit, & ad concubinas eius ingreſſus eſt; demum per inuia deſerti patrem perſequens, quercui inhæſit, atque ita ſuſpenſus interijt. Hinc etiam Paulus ad Timotheum ſcribit dicens: Qui ſuorum, & maximè domeſticorum curam non habet, fidem negauit, & eſt infideli deterior.] Iure ergo qui domui ſuæ neſcit præeſſe, in epiſcopum ordinari prohibetur: quia qui in re minima, de qua ſibi[e] familiarior debet[f] curam ineſſe, fidelis non eſt; quomodo in eccleſia Dei, (vbi tot ſunt, & alieni) ſolicitam diligentiam adhibebit? vnde Hieronymus. [Non enim[g] † iuſtus polluitur ex vitijs filiorum, ſed libertas[h] ab Apoſtolo eccleſiæ principi[i] reſeruatur; vt talis fiat, qui non timeat propter vitia liberorum extraneos reprehendere.]

Epheſ. 5. — 1. Tit. 3. — Tim. 1. — Iob 1. — 1. Reg. 2. — 2. Reg. 13. — 2. Reg. 16. — 2. Reg. 18. — 1. Tim. 5. — In comm. ad c. 1. epiſt. ad Titũ. † Itaque.] ori.

b ¶ A domeſticis.] Vxor vero dr̃ domeſtica, vt 33 q. 6. cap. vl. C. de re mili. quicunq; lib. 12. ff. ad Syl. l. 1. §. verum.
c ¶Vnus.] Ammon.
d ¶Sororem.] Thamar.
e ¶ Sibi.] Sic 8. q. 1. quid autem.
f ¶Debet.] Id eſt, cõſueuit. Hoc ideo dico: quia nemo debet præferre res ſuas rebus ſibi cõmodatis, vt 8. q. 1. quod autem. & ff. commoda. ſi vt certo. §. commodatum.
ADDITIO. Ad idem 12. q. 4. quicunq;. ff. de admin. tut. tutor. & C. arbi. tut. l. quidquid.
g ¶Non enim.] Sic 2. q. 7. qui nec regiminis.
h ¶Sed libertas.] Corrigendi 2. alios, cum corripit ſuos.
i ¶ Principi.] .i. prælato, &c. Io.

2 Melius diceret, corripiendi, & ĩ. ibi corrigit, melius diceret corripit, vt eo, ibi corripere q̃dem, &c.

QVOD TVNC. Hæc eſt quarta pars huius diſt. in qua probatur, ꝙ non imputatur patri peccatum filiorũ, nec prælato peccatũ ſubditorum, ſi p eũ non ſtetit, & hoc probat duabus auctoritatibus. Io. de Fan.

4 Quod tunc[k] fiet, ſi non erit, quod ſibi imputetur.

CASVS. Dictum eſt ſ. in §. neceſſe. ꝙ ordinandus ſuæ domui debet eſſe bene præpoſitus, qđ tunc fiet, ſi non ſit quod poſſit ei imputari. Nam ſi corripiat quantum in ſe fuerit filios, licet non corrigant, quia non ſunt in eis viæ domini, nec greſſus eorum à Dño diriguntur, non eſt ei imputandum, quia pulſare poteſt, non aperire, nec eorum animum mutare. Et hoc probat Gratianus ſequenti cap.

cet vt vxorem & filios, ſi quos in laicali habitu habuerit, verbo & exemplo prouocet ad uirtutes, vt prius à domeſticis exigat quod erit poſtea populis præcepturus. Et ꝙ debeat eſſe bene præpoſitus domui ſuæ, probat Gratianus duabus auctoritatibus Pauli, & vno exẽplo, ſ. Iob. qui pro filijs ſuis quotidiana ſacrificia offerebat. Si uero non ſit bene p̃poſitus, & filios ſuos negligit corrigere, ordinari prohibetur. Et hoc probat duo

K ¶Quod tunc.] ſ. ꝙ domui ſuæ ſit bene præpoſitus.
Quan-

QVantumlibet.] CASVS. Aug. corrigebat Vincentium Donatiſtam, ſed obijciebat ei Vincentius: tu non debes me corrigere, cum monachos tuos corrigere non poſſis. Et reſpondet Augu. dicens: non inueni meliores, q̃ qui in monaſterijs profecerũt: nec deteriores quàm qui in monaſterijs defecerunt; quos licèt corrigere nõ ualeam meis verbis, mihi tamen imputari non debet. Et hoc probat tribus exemplis, ſcilicet arcæ Noe, & domus Abrahę, & domus Iſaac, vbi īter bonos inuenti ſunt valde mali.

a ¶Inter octo.] Ipſe pater, & tres filij, & quatuor ipſorum vxores.

b ¶Vnus.] .ſ. Cham.

c ¶Dilexi.] Id eſt, diligendum præuidi ı.

d ¶Odio.] Quia ſcilicet præuidi quod eſſet futurus malus.

e ¶Difficile.] Id eſt, vix, quandocunque ponitur pro non. vt 1. q. 1. principatus. ſic 2. q. 2. §. biduum.

e ¶Difficilè.] Not. ꝙ difficile aliqui inueniuntur meliores, q̃ monachi. vnde hic euidenter colligitur ratio, quare ille, qui ex natalibus maximè eſt irregularis, per monachatum fiat regularis. vt 56. diſtinct. c. 1. quia cũ ſit perfectus in virtutibus, non requiritur quantum ad alia tanta perfectio in ipſo. 16. q. 1. legi. in fi. & adde id quod eſt 19. q. vlt. non liceat. in Authē. de monachis. circa prin. coll. 1. vbi dicitur ꝙ monachatus malitiam omnē tollit: & ſicut præſumitur hic pro illis, q̃ in monaſterio profecerunt: ita præſumitur contra illos qui in monaſterio defecerunt. vnde patet, ꝙ p̃ ratione loci non præſumitur pro aliquo, vt 40. diſt. nõ loca. & 12. q. 2. gloria in fi. & hoc verum eſt vbi perſona eſt nota, ſed vbi eſt ignota, ſemper præſumitur pro ipſa ratione loci. 24. diſt. quando.

ı Fuit. n. hiſpidus tam mēte q̃ corpore. 56. diſtinc. naſci. in fi. Hug.

Monachorum laus.

Cum enim greſſus hominis à Domino dirigantur, nec ſint in homine eius viæ; corripere quidem poteſt, corrigere autem non valet: pulſare poteſt non aperire: manus comprimere, non animum mutare. Pſal. 36. Hier. 10.

Vnde Auguſtinus clero, & populo Hipponenſi, epiſt. 137.

¶Bonorum hominum diſciplina mores immutare non valet. C. IX.

QVantumlibet vigilet diſciplina domus meæ, homo ſum, & inter homines viuo: nec mihi arrogare audeo, vt domus mea melior ſit, quàm arca Noe: vbi tamen inter octo[a] homines vnus[b] reprobus inuentus eſt, aut melior ſit, quàm domus Abrahæ, vbi dictum eſt: [Eijce ancillam, & filium eius], aut melior ſit, quàm domus Iſaac: cui de duobus geminis dictum eſt: [Iacob dilexi[c], Eſau autē odio[d] habui.] *& infra.* ¶Simpliciter autem fateor charitati veſtræ coram Domino noſtro, qui teſtis eſt ſuper animam meam, ex quo Deo ſeruire cœpi quomodo difficile[e] ſum expertus meliores, quàm qui in monaſterijs profecerunt; ita non ſum expertus peiores, quàm qui in monaſterijs ceciderunt †, ita vt hinc arbitrer in Apocalypſi ſcriptum: [Iuſtus iuſtior fiat; & ſordidis ſordeſcat adhuc.] Gen. 9. Gen. 21. Mala. 1. †al. defecerūt Apoc. 22.

Item Cyprianus, lib. 1. epiſt. 3. Cornelio Papæ.

¶Conuicia perditorum à via rectitudinis nos mouere non debent. C. X.

QVod ad nos attinet, conſcientiæ noſtræ conuenit, frater, dare operam, ne quis culpa noſtra de eccleſia pereat, ſi quis autem vltro, & crimine ſuo perierit & pœnitentiam agere, atque ad eccleſiam redire noluerit, nos in die iudicij inculpatos[f] futuros credimus, qui conſulimus ſanitati†; illos ſolos in pœnis remanſuros, qui noluerint conſilij noſtri ſalubritate ſanari; Nec mouere nos debent conuicia perditorum, quo minus[g] à uia recta, & à certa regula non recedamus[h]; quando & Apoſtolus inſtruat dicens; [Si hominibus placerem, Chriſti ſeruus non eſſem.] Gal. 1.

†Infero, qđ inducitur de eo qđ eſt in actu, inducetur de eo qđ eſt in potētia. concor. lex & poſt rē. ff. de trā ſac. & l. qui in vtero. ff. ſol. mat.

a Secundū hoc expōe, minus, i. nō magis. quo pro vt, aliàs ſiue nõ: Fm Hugo.

DISTINCTIO XLVIII.

PRohibentur[i] *etiam neo-*

QVod ad.] CASVS. Oſtēdit Cornelius Papa in hoc cap. ꝙ prælatus dēt eſſe ſolicitus in correctione ſubditorũ, & ſi nõ corrigantur ad eius monitionē, nihil ſibi imputabitur in die iudicij: ipſi autē in pœnis ꝑpetuis remanebũt, nec ꝓ ꝑditorum conuicia à recta via debet prælatus recedere, dicente Apoſtolo: Si hominibus placerem, ſeruus Dei non eſſem.

f ¶Inculpatos.] Quia illud non eſt ex vitio noſtro, ſed aliorum, ſicut alibi vitium materiæ non imputatur artifici, Vel aliàs, inculpatos arg. bonum ſi per aliquē nõ ſtat quo minus aliquid fiat, id non eſt ei imputādum. ſimile 22. q. 2. faciat homo. & 23. q. 5. de occidendis. 43. diſt. Epheſijs. ſufficit enim vtiliter inchoari, licèt non habeat effectum. ff. de neg. geſt. ſed an vltro. §. 1.

g ¶Quo minus.] Si. ſupra diſt. 43. ſcimus.

h ¶Non recedamus.] Nota hoc, minus, & non faciunt vnam affirmationem 2. vt ff. de verb. ſig. duobus.

PRohibentur.] Hic intitulatur 48. diſtinc. in qua proſequitur Gratianus 13. c. Apoſtolicæ regulæ, ſ. non neophytum. Neophytus enim id eſt, nouiter ad fidem conuerſus, ordinari prohibetur, ne crederet, ꝙ Chriſtiana religio plurimum eo indigeret. Momentaneus enim ſacerdos humilitatem neſcit, & perſonarum modos: & ſæpè in arrogantiam incidunt facti magiſtri, qui diſcipuli eſſe non nouerunt.

i ¶Prohibentur.] Hic intitulatur 48. diſt. in qua proſequitur

ſequitur 13. & vlt. cap. Apoſtolicæ regulæ, ſcilicet, oportet ordinandum non eſſe neophytum. Dicitur autem neophytus nouellus in fide 1, vel in religione 2. prohibentur autem tales ordinari duplici de cauſa, ſcilicet ne incidant in ſuperbiam, putantes ꝙ fides Chriſtiana mul-

1 Vt ꝗ. c. 1.
2 Vt ꝗ. c. 2.

c ¶Momentaneus.] Longo enim tempore debet eſſe aliquis probatus, vt 24. diſt. epiſcopi. in auth quomodo oportet epiſcopos. §. ſancimus. coll. 1. & graue eſt inexpertos, &c. 19. q. 3. monaſterijs.

d ¶Miſerum eſt.] Miſerum. n. eſt eum fieri magiſtrū, qui nondum formā diſcipuli aſſumpſit. ꝗ. 61. diſt. miſerum 4.

4 Vt extra de ele. offi- cij 4 & c. cu in magiſtrū. Archi.

1. Tim. 3. gloſſa ordin. ibidem, & Hier. Oceano.

phyti [a] *in epiſcopos ordinari, vt qui heri erat cathecumenus, hodie non fiat epiſcopus; qui heri erat in theatro* [b], *hodie non ſedeat in eccleſia: qui veſpere erat in circo, hodie non miniſtret altario: qui dudum fuerat fautor hiſtrionum, hodie non ſit conſecrator virginum. Cauſa autem huius prohibitionis eſt ſecūdum Apoſtolum, ne elatus in ſuperbiam, tanquam religio Chriſtiana plurimum eo egeret, incidat in ruinam diaboli. Momentaneus* [c] *namque ſacerdos neſcit habere humilitatem, obſeruare modos perſonarum, vel ſe contemnere: non ieiunauit, non fleuit, non ſe correxit, non pauperibus erogauit. In arrogantiam (quæ eſt ruina diaboli) incidunt, qui puncto horæ nec dum diſcipuli ſunt magiſtri: & ſicut Innocentius ait:* [*Miſerum eſt* [d] *eum fieri magiſtrum, qui nec dum didicit eſſet diſcipulus.*]

Leo apud Anſ. l. 6. c. 30.

Epiſt. 12. ad Aurelium.

Vnde in Nicæno concilio, c. 2. legitur.

¶Neophytus in epiſcopum non eſt ordinandus. C. I.

Martinus Brac. epiſcopus, c. 22.

QVoniam multa ſiue per neceſſitatem [e], ſiue ex quacumque α cauſa, contra regulam geſta ſunt; ita ut homine ex uita gentili nuper adhuc catechizati, uel inſtructi ſtatim ad ſpiritualem baptiſmum ueniſſent [f], & continuo, cum baptizati, etiam ad epiſcopatum, uel presbyterium prouecti ſunt; recte igitur uiſum eſt de cætero nihil tale debere fieri. Nam & tempore [g] opus eſt, ut ſit catechumenus, & poſt baptiſmum multa probatione indiget. Euidens namque eſt apoſtolicum præceptum dicens. [Non neophytum, ne forte elatus in iudicium incidat, & laqueum diaboli.] Si vero præcedente † β tempore [h] aliquod † mortale γ peccatum admiſerit, & cōuictus duobus, vel tribus teſtibus fuerit; ceſſet [i] à clero, qui huiuſmodi eſt. Si quis vero præter hæc fecerit [k], tanquam contraria ſtatutis ſancti † concilij gerens; ipſe præcipitabitur de ſtatu ſui cleri.

1. *Tim.* 3.

† *al. procedente* orig.

† *al. magni.*

α ¶Quacumque cauſa. *Græce eſt*, ἢ ἄλλως ἐπειγομένων τῶν ἀνθρώπων: *quod Dionyſius vertit*, aut aliàs cogentibus hominibus.

β ¶Præcedente.] προϊόντος, id eſt procedente, *ſed ob gloſſam non eſt mutatum.*

γ ¶Mortale.] *Abeſt uox iſta à priſca verſione. Græce eſt*, ψυχικόν τι ἁμάρτημα, *quòd Dionyſius vertit*, delictum animæ.

multum eis ꝗ indigeat, uel quia nondum eſt expertus ſtatum eccleſię, vnde neſcit ſe alijs conformare. Vtrum autem in aliquo caſu talis ualeat ordinari, dicetur infra. diſt. 61. §. his omnibus.

3 Vt in hoc §. ver. cauſa.

a ¶Neophyti.] Non facile eſt tyroni committenda cuſtodia nam culpa prodita, is culpæ reus eſt, qui ei commiſit. ff. de cu. reo. non eſt facile.

ADDITIO. Et eſt argum. contra nouos magiſtros. Archid.

b ¶In theatro.] Hæc ſunt verba Hieron. ſuper epiſtolam ad Titum. Ioan.

QVoniā multa.] CASVS. Duo in hoc cap. per Nicænum concilium ſtatuuntur. Primum eſt, ꝙ neophyti non ordinētur, licet quondam ex quadam neceſſitate contra regulam fuerint ordinati: quoniam opus eſt mora tēporis, & multa probatione indigent antequam tales debeant ꝓmoueri, ne elati in ſuperbiā incidant in laqueum Diaboli. Et hoc probatur auctoritate Apoſtoli. Secundū eſt, quòd ſi quis poſt baptiſma conuictus fuerit duobus uel tribus teſtib. mortaliter peccaſſe, à promotione repellitur: & qui contra prædicta fecerit, ipſe etiā deponetur.

e ¶Neceſſitatem.] Si propter neceſſitatē aliquid fit, uidetur quod illud licite fit: quia quod non eſt licitū i lege, neceſſitas facit licitum, extra de reg. iur. quod non eſt licitum 5. Item neceſſitas legem non hēt. infra. de conſecr. diſt. 1. ſicut non. ergo fit contra regulam? Reſpon. neceſſitas quæ reperitur in auctoritate, ut neceſſitas, uitæ, excuſat, ut extra de fur. ſi quis per neceſſitatem. de conſecra. diſt. 5. diſcipulos. ſed in adulterio neceſſitas non excuſat. ff. de ritu nup. palā. §. non eſt. Nam potius debemus quælibet mala tolerare, &c. 32. q. 5. ita ne.

Neceſſitas quãq; excuſat, quãque non.

5 Concor. tex. in l. aliquã. ff. de offi. procon. & de ſica. l. furens.

f ¶Veniſſent.] Infra. de conſec. diſt. 5. neophyti.

g ¶Et tempore.] diſt. 50. ponderet. & tempore, per interſtitia temporum, ut 77. diſt. in ſingulis.

h ¶Tempore.] Id eſt, ante ordinationē, & poſt baptiſmum 6, ſic intelligitur ꝗ. q. 7. ſi quis omnem. hoc ideo dico, quia pro crimine commiſſo ante baptiſmū non deponitur, ut 26. diſt. vna. & cap. deinde opponitur.

6 Sub. & ſic ordinatus eo ipſo debet deponi 50 diſt. ex pœnitentibus. 81. diſ. quicunq;. Crimen ciuiliter ꝓbatum depoſitionē inducit.

i ¶Ceſſet.] Id eſt, non ordinabitur. Vel ſecundū alios etiam ordinatus degradabitur: & ſic vr ꝙ crimen ciuiliter probatum inducit depoſitionem. ſic 24. diſ. c. vlt.

k ¶Fecerit.] Promouendo tales, &c.

Sicut

SIcut neophytus.] CASVS. Hoc c. diuiditur in duas partes. In prima parte dicitur, ꝙ neophytus eſt qui de nouo ad fidem eſt conuerſus, vel qui de nouo intrauit religionem. In ſecunda parte, quæ incipit ibi,] Ordinare ergo.] dicitur ꝙ neophytus ordinari nō debet ante quàm in fide ſolidetur. aliter enim caſum appetit cum per abrupta, id eſt, ꝑcipitantes quærit aſcenſum. Et probatur ſimilitudine parietum: qui niſi prius ſolident, & à nouitatis ſuæ humore ſiccentur, tignorum pondera non accipiunt, & ſi apponantur, fabrica tota diruitur.

moribus: aliàs ſcilicet ęque operatur remiſſionem per malum ut per bonum ſacerdotem, ut infra. 1. q. 1. ſi fuerit. ad hoc arg. 6. q. 1. ex merito. arg. 8. q. 1. audacter.

f ¶ Diſplicet.] 3. q. 7. in grauibus.

g ¶ Si adhuc.] Argum. ꝙ quis non poteſt accuſari de cri-

Neophyti vero hodie appellantur, propoſitum ſacræ religionis nouiter aſſumentes.

Vnde B. Gregorius ſcribit Syagrio epiſcopo, & alijs epiſcopis. l. 7. epiſt. 110. Et l. 5. epiſt. 51. Vigilio epiſcopo Arelateñ. † *al. in initio.*

¶ Quis dicatur Neophytus. C. II.

SIcut neophytus tunc dicebatur, qui initio † ſanctæ [a] fidei erat eruditione plātatus; ſic modo neophytus habēdus eſt, qui repente [a] in regionis habitu plantatus, ad ambiendos honores † ſacros irrepſerit †. ¶ Ordinate ergo ad ordines accedendum eſt. Nam caſum appetit, qui ad ſummi † [b] loci faſtigia poſtpoſitis gradibus [c] per abrupta quærit aſcenſum. Scimus autem, quòd ædificati parietes non prius tignorum pondus accipiunt, niſi a nouitatis ſuæ humore ſiccentur: ne ſi ante pondera, quam ſolidentur, accipiant, cunctam ſimul fabricam ad terram deponant.

Poly. l. 2. tit. 1. Anſ. l. 6. c. 26. Iuo p. 5. c. 131. † *al. ordines.* † *al. ſumma.*

†Adde tex. in fi. in l. fi. ff. ad leg. Iul. de ambi. & ibi Doc. de ambitioſis tractant.

a Initio ſanctæ.] *In lib. 7. epiſt. 110. ubi habetur prior pars huius capitis uſque ad uerſ.* Scimus autem. *legitur*, in ſanctæ fidei erat conuerſatione plantatus *lib. autem 5. epiſt. 51. ſiue c. 51. (ubi & eadem fere iiſdem uerbis habentur: ac præterea ſequens pars uſque ad finem) legitur hoc loco*, qui adhuc nouiter erat plantatus in fide.

DISTINCTIO XLIX.

ECce [d], à quibus vitijs debeant eſſe immunes, qui in epiſcopum ſunt ordinandi. Qui enim interceſſores [e] pro populo ad Deum parantur, neceſſe eſt, vt eius gratiā bene viuendo mereātur. Vnde Gregorius ait in paſtorali. ¶ *Solicite formidandum; ne qui placare poſſe iram Dei creditur; hanc ipſe ex proprio reatu mereatur. Cuncti enim liquido nouimus; quia, cum is, qui diſplicet [f], ad intercedendum mittitur, irati animus ad deteriora prouocatur. Qui ergo adhuc deſiderijs terrenis adſtringitur; caueat, ne diſtricti iram iudicis grauius accendens, dum loco delectatur gloriæ, fiat ſubditis auctor Solerter ergo ſe quiſque metiatur; nec † locum regiminis aſſumere audeat ſi in ſe adhuc [g] vitium dānabiliter regnat; nec is, quem crimen deprauat proprium, interceſſor fieri appetat pro culpis aliorum.* par. 1. c. xi. † *ne*] orig.

Idem in eod. paſtorali eod. c. xi continenter.

a ¶ Repente.] Id eſt, nouiter in monachali habitu: talis enim non eſt eligendus in prælatum, ut extra de elec. cū cauſam. & extra de ele. officij. q̄ autē debeant eſſe interſtitia 1. habes 87. diſtin. in ſingulis. & c. monachus.

1 Scilicet quo ad ordines ſuſcipiendos à nouiter monachato.

b ¶ Qui ad ſummi.] infra 1. q. 1. pueri. & ſi quis epiſcopus per pecuniam & 61. diſtin. ſtatuimus.

c ¶ Gradibus.] Id eſt, interſtitijs, nec ob. 52. diſt. ſolicitudo.

ECce.] CASVS. Hactenus oſtendit Gratianus ꝑ 13. c. Apoſtolicæ regulę, à quibus ordinandus debeat eſſe immunis. Nunc 1 autem ſupponit 49. ꝑs diſtinct. in qua generaliter oſtēdit, quod non debet eſſe criminoſus: quia cum is ad intercedendum mittitur, qui diſplicet; cum intercedit, irati animus ad deteriora ꝓuocatur, & fit ſubditis auctor ruinæ: quare cauere debet ne regiminis locum aſſumat aliquis, vt pro culpis aliorum oret, ſi in ſe damnabile uitium recognoſcit.

d ¶ Ecce.] A 25. diſt. hucuſque tractatum eſt de 13. cap. Apoſtolicæ regulæ. Hic magiſter in hic duobus cap. ſub compendio tractat de eiſdem.

e ¶ Interceſſores.] Videtur hic, ꝙ orationes factę à ſacerdotibus malis, noceant ſubditis, quod intellige cū ipſi ex certa ſcientia eligunt malum, & cōformem ſuis

crimine, de quo pęnituit 2: & ꝙ nō impeditur à ꝓmotione 26. q. 5. quicumque ſupra 46. diſtin. clericus, 2. & 8. q. 1. in ſcripturis. Argu. contra 33. q. 2. admonere. Sol. accuſari poteſt ſi commiſſum eſt poſt baptiſma, ut 25. diſt. primum. B.

2 Adde ad hoc text. in l. q ea mente. de furt.

Hinc

¶Sacrificium Deo non offerat, qui vitijs eſt maculatus.
C. I.

*Leuit.*21. Hinc [a] etenim ſuperna voce ad Moyſem dicitur: [Loquere ad Aaron: homo de ſemine tuo per familias, qui habuerit maculam, non offerat panes Domino Deo ſuo; nec accedat ad miniſterium eius.] Vbi & repente ſubiungitur: [Si cæcus fuerit, ſi claudus, ſi vel paruo, vel grandi, & torto naſo, ſi fracto pede, vel manu, ſi gibbus, ſi lippus, ſi albuginem habens in oculo, ſi iugem ſcabiem, ſi impetiginem in corpore, vel pōderoſus [b]. †] Cæcus quippe, eſt qui ſupernę contemplationis lumen ignorat: qui præſentis vitæ tenebris preſſus, dum venturam lucem nequaquam diligendo conſpicit, quo greſſus operis porrigat †, neſcit. Hinc etenim prophetante Anna dicitur: [Pedes ſanctorum ſuorum ſeruabit [c]; & impij in tenebris [d] conticeſcent.] ¶Claudus vero eſt; qui quidem, quo pergere debeat, aſpicit; ſed per infirmitatem mentis, vitæ viam perfectæ† non valet tenere, quam videt; quia ad virtutis ſtatum dum fluxa conſuetudine non erigitur, quo per deſiderium innititur, illuc greſſus operis efficaciter non ſequuntur. Hinc etenim Paulus dicit: [Remiſſas manus, & diſſoluta genua erigite; & greſſus rectos facite pedibus veſtris; vt non claudicans quis erret, ſed magis ſanetur.] ¶ Paruo autem naſo, eſt qui ad tenendam menſuram diſcretionis idoneus non eſt. Naſo quippe odores, fœtoreſque diſcernimus. Rectè ergo per naſum diſcretio exprimitur; per quam virtutes eligimus, delicta reprobamus. Vnde & in laude ſponſæ dicitur: [Naſus tuus, ſicut turris, quæ eſt in libano.] Quia nimirum ſancta eccleſia, quæ ex cauſis ſingulis tentamenta prodeant, per diſcretionem conſpicit; & ventura vitiorum bella ex alto deprehendit. Sed ſunt nonnulli, qui dum æſtimari hebetes nolunt, ſæpè ſe quibuſdam exquiſitionibus plus quam neceſſe eſt, exercentes, ex nimia [e] ſubtilitate falluntur. Vnde hic quoque ſubditur: [vel grandi, & torto naſo.] Naſus enim grandis, & tortus eſt, diſcretionis ſubtilitas immoderata: quæ dum plus quàm decet, excreuerit, actionis ſuæ rectitudinem ipſa confundit. ¶ Fracto autem pede, vel manu eſt, qui viam Dei pergere omnino non valet; atque à bonis actibus funditus exors vacat: quatenus hæc, non vt claudus, ſaltem cum infirmitate teneat; ſed ab his omnimodo alienus exiſtat. ¶Gibbus vero eſt; quem terrenæ ſolicitudinis pondus deprimit, ne vnquam ad ſuperna reſpiciat; ſed ſolis his, quæ in infimis calcantur, intendat: qui & ſi quando aliquid ex bono patriæ cœleſtis audierit, ad hoc nimirum peruerſæ conſuetudinis pondere prægrauatus, cordis faciem [f] non attollit: quia cogitationis ſtatum erigere non valet; quem terrenæ ſolicitudinis vſus curuum tenet. Ex horum quippe ſpecie pſalmiſta dicit: [Incuruatus ſum, & humiliatus vſquaq;.] Quorum culpam quoque per ſemetipſam veritas reprobans ait; [Semen autem, quod intra ſpinas cecidit, hi ſunt, qui audiunt verbum, & à ſolicitudinibus, & diuitijs, & voluptatibus vitæ euntes ſuffocantur, & non referunt fructum.] ¶Lippus vero eſt, cuius quidem ingenium ad cognitionem veritatis emicat; ſed tamen hoc carnalia opera obſcurant. In lippis quippe oculis pupillæ ſanæ ſunt, ſed humore defluente infirmantes † palpebræ groſſe-

Marginal notes: † *hernioſus*] vulgata. — † *al. dirigat* — 1. *Reg.* 2. — †*al. perfectè* — *Hebr.* 12. — *Cant.* 7. — *Pſ.* 118. — *Luc.* 8. — † *infirmitate*] orig.

Hinc etenim.] CASVS. Probat Gregorius in hoc c. quod illi qui vitijs ſubiacent, panes Domino non valent offerre: nec ad miniſterium eius accedere, cum aliena peccata nō poſſint diluere: quia in veteri teſtamēto corpore vitiati & maculati repellebantur à miniſterio. Et hoc probatur xij. exemplis vitiorum: quæ vitia figuraliter intellecta in nouo teſtamento repellunt. Vnde exponit G. quid per vnūquodque vitium deſignetur, & quare repellant à promotione. Sequens cap. patet.

QVia ſanctitas tua hoc à nobis requiſiuit, ut ſibi de ſacerdotali officio poſt lapſum reſurgēdi auctoritates ſcriberemus; dum ſe dicit de hoc canones diuerſos legiſſe, & diuerſas ſententias inueniſſe, aliàs reſurgendi, aliàs nequaquā poſſe: Ideo nos & generales ſynodos à Nicæna incipiētes, hác cum reliquis quatuor [e] ueneramur; quia ipſam ſequentes cęteræ in cunctis canonicis ſententijs vnanimiter cōcordant. Nos uero præcedentes patres ſequi debemus, qui auctore Deo à ſacra doctrina illorum non diſcordamus. A capite [f] itaque incipientes uſque ad quartum [g] altaris miniſtrum, hanc formam ſeruandā cognoſcimus, ut ſicut minorem maior præcedit in honore; ita & † in crimine [h]; & quem maior ſequitur culpa, maiore plectatur vindicta; & ſic poſtea † pœnitentia credatur eſſe fructuoſa. ¶Quid enim prodeſt triticum [i] ſeminare, & fructum [k] illius non colligere? aut domum conſtruere, & non illic habitare? Poſt dignam igitur ſatisfactionem credimus poſſe rediri ad honorem. *& infra.* ¶Ad fontem miſericordiæ recurrentes Euangelij proferamus ſententiam. [Gaudent [l], inquit, ſuper uno peccatore pœnitentiā agente, magis q̄ ſuper nonagintanouem iuſtis, qui non indigent pœnitentia. [Et ouē perditam, nonagintanouē [m] non errantibus relictis in deſerto [n] †, humero pij paſtoris ad ouile reportatam Dominus ipſe teſtatur. Si ouis perdita errans poſt inuentionē ad ouile humero reportatur; cur poſt pœnitentiam ad eccleſiæ miniſterium lapſus non reuocetur? Sicut Cin Apocalypſi dicitur de miniſtro eccleſiæ. [Memento vnde excideris, & age pœnitentiā, & prima [o] opera fac. Quid enim eſt grauius, aut carnale delictum admittere, ſine quo pauci [p] inueniuntur, aut Dei filium iureiurando negare? In quo tamen hunc ipſum beatum Petrum apoſtolorum principem, ad cuius ſacrum corpus indigni ſedemus, lapſum eſſe cognoſcimus. Sed poſt negationem pęnitentia ſecuta eſt, & poſt pęnitentiam miſericordia data eſt; quia poſtea ab Apoſtolatu eum non expulit, qui ante quidem ipſum ſe negare prædixit.

† al. & crimine

† al. vindicta, quæ poſt pœnitentiam.

Luc. 15.

† in deſerto] abeſt ab orig.

Apoc. 2.

e ¶Quatuor.] Scilicet Cōſtantinopolitana, Epheſina, Chalcedonenſi, & Ancyrana, de qua habes inf. ea. domino 1.
f ¶A capite.] Id eſt, epiſcopo.
g ¶Vſq. ad quartū.] Id eſt, ſubdiaconatū.
h ¶Ita & in crimine.] Inf. 24. q. 1. non afferamus.
i ¶Triticum.] Id eſt, pœnitentiam.
k ¶Et fructum.] Id eſt, reſtitutionem.
l ¶Gaudēt.] Ideo dicit, gaudēt. quia poſt pœnitentiam fortior reſurgit homo, vt infra ea. fidelior 2.
m ¶Nonagintanouē] Per hunc numerū deſignantur nouē ordines Angelorū, de quib. habes j. de pę. diſt. 2. principium.
n ¶In deſerto.] Id eſt, in cęlo: q̄d diabolus per caſū deſeruit.
o ¶Et prima.] Argu. q̄ reſtituti poſſunt accuſare & teſtificari, arg. j. ca. ferrū. &c. domino ſancto.
p ¶Pauci.] difficile enim eſt cōtinere, ut 28. diſt. de his. & 33. q. 5. qui ſcit: nec tamen ideo minus delictū eſt, vt 2. q. 1. multi. in fi. & 32. q. 7. flagitia. & licet iſtud ſit naturale, non tamen excuſat. ut ff. ad leg. Aquil. ſi ſeruus. §. ſi fornicarius.

1 De iſtis habeſ 15. diſt. c. 1.

2 Secundū hunc intellectū iſtud, magis, q̄d eſt in textu tenetur cōparatiuè, & legitur de veris iuſtis & loquitur quadam ſimilitudine vulgari. Archid.

Quid

QVid eſt.] CASVS. Probat Gre. in hoc c. ꝙ prælati poſt lapſum peracta pœnitentia, ex officio ſuo ꝑdicare poſſunt: & hoc probat exemplo Ezechielis prophetæ, q. cum ſtaret & uideret ſimilitudinẽ quatuor animalium, & quatuor rotarum, cecidit in faciẽ ſuã, & Dñs dixit ei: Fili hominis, ſta ſupra pedes tuos, & loquar tecum. Iacenti ergo in peccato prophetę dr̃, vt reſurgat per pœnitentiam. & poſt pęnitentiam ad ꝑdicãdũ mittiẽ ꝑlati ſimiliter in peccato iacẽtes ꝑdicabunt, ſicut fecit propheta. Nam cum ſtant in peccatis ſuperbiæ ꝑlati, dignum eſt, vt ad bona opera conſurgant ꝑ pñiam. Et no. ꝙ in prædicta auctoritate ſtare dupliciter ſumitur. Nã primo accipiẽ in mala ſignificatione, poſtea in bona.

a ¶Prophetæ.] Ezechieli, Ezechie. 2.

Iura uario modo poſſũt exponi.

b ¶Stans.] Hic ſtans accipitur in mala ſignificatione, & prius in bona, & ita eſt hic arg. ꝙ aduocatus varijs modis pōt iura exponere, ſicut hæc auctoritas, Verbum caro factum eſt. vel illud: ueritas de terra orta eſt, quandoque exponitur, id eſt. Chriſtus de virgine natus eſt, vt 25. q. 10. c. 1. quãdoq. exponitur, id eſt, confeſſio de pœnitente. de pœ. diſt. 1. quicunque. arg. cõtra 23. q. 7. quod autem. Sed hęc diuerſo reſpectu. ADDITIO. Ad idem extra de ap. ſolicitudinem. in fi. vbi de hoc.

Timor eſt duplex.

c ¶Timore.] Seruilẽ. ſ. cũ quo charitas dedignatur habitare. ĩducit tñ iſte timor filialẽ, ſicut ſeta filũ, vt ĩ. de pę. diſ. 2. ſi q̃s tãtã.

FErrum.] CASVS. Legiẽ In Iob, Habet argentum venarũ ſuarũ principia. & locus eſt auro, in quo cõflatur. ferrũ de terra tollitur, & lapis calore ſolutus in ęs conuertitur. Per hanc auctoritatẽ vult Greg. probare ꝑ poſtquam prælatus ſeparatus eſt per pęnitẽtiã à peccatis, debet lucidus reputari: nec debet conſpici in eo id quod fuit, ſed quod modo eſt. ad inſtar ferri, quod donec eſt ſub terra, obſcurum eſt: ſed poſtquam ſeparatur à terra, fit lucidum, & utile ad ſecandum. Sic prælatus ad prædicandum, & ad verba diuina declarandum.

d ¶Ferrum.] In Iob continetur ita: habet argentũ venarum ſuarum principia, & auro locus eſt in quo cõflatur: ferrum de terra tollitur, & lapis calore ſolutus in æs conuertitur.

e ¶Incipit.] Arg. ꝙ poſt pęnitẽtiam reuertitur q̃s ad priores ‡ actus ſi. 32. q. 1. cum renunciatur. & q. 5. ꝑcep tum. in fi. & 6. q. 1. illi qui. & ĩ. eo. c. q̃a ſanctitas tua. in fi.

‡ Ad hoc ĩ. eod. quia tua. ver. ſicut in. vbi de hoc. & 23. q. 6. vides, iuxta fi. ubi eũ de hoc.

α ¶Ideo nos.] *In duabus editionibus epiſtolarum B. Gregorij legitur*, ideo generaliſſima, quæ à Nicæno concilio incipiunt cum reliquis quatuor inuenimus concordantia. Nã & nos præcedentes, &c. *In vno manuſcripto codice eſt*, generaliſſimè: *reliqua eodem modo. Apud Burchardum, Iuonem, Pannormiam.* Nam nos generaliter; *cæteroquı parum à Gratiano diſcordant.*

β ¶Sicut.] *Hinc vſque ad verſ.* Quid enim, *in aliquod codicibus epiſtolarum excuſis, & duabus manuſcriptis, Burchardo, Iuone, & Rabano non habentur.*

Item ſuper Ezechielem, hom. 9. ad c. 2.

¶Poſt acerrimam pęnitentiam lapſi reparantur. C. XVII.

QVid eſt hoc, quod prophetæ [a] iacenti dicitur: [Sta ſupra pedes tuos, & loquar tecum.] Qui enim iacenti loquebatur, cur non ſe, niſi ſtanti promittit eſſe locuturũ? Sed ſciendum, quia alia ſunt, quæ iacentes; alia, quæ ſtantes audire debeamus. Iacenti enim dicitur, ut ſurgat; ſtanti autem præcipitur, ut ad prædicationem proficiſci debeat. Adhuc enim nobis in infirmitatis confuſione iacentibus præberi non debet auctoritas prædicationis. Sed cum iam in bono opere ſurgimus, cum iam recti ſtare cęperimus, dignum eſt, vt ad lucrandos alios in prædicationem mitti debeamus. Stans [b] ergo propheta uiſionem ſpiritalem uidit, & cecidit: cadens uero iam monitionis verbũ ſuſcepit, ut ſurgeret: ſurgens autem præceptum audiuit, vt prædicaret: Nam qui adhuc ex ſuperbiæ vertice ſtamus cum iam de æternitatis timore [c] aliquid ſentire cęperimus, dignum eſt, ut ad pęnitentiam cadamus. Et cum infirmitatem noſtram ſubtiliter cognoſcentes, humiliter iacemus, per diuini uerbi conſolationem ſurgere ad fortiora opera iubemur. *Ezech. 2.*

Item lib. 18. moralium c. 16. ad c. 28. Iob.

De eodem. C. XVIII.

FErrum [d] de terra tollitur, cum fortis propugnator eccleſiæ à terrena, quam prius tenuit, actione ſeparatur. Non ergo in eo debet deſpici, quod fuit; quia iã incipit [e] eſſe, quod non fuit [f] †.

Item Hieronymus ad c. 3. Michea.

in fi. ff. de ædil. edic. q̃d ĩte ar. ĩ. 61. diſt. in ſacerdotib. Reſp. ꝙ nunquam per pœnitẽtiam reuertitur ad priorem ſtatum, ut 23. q. 2. admonere. & 81. diſtin. Romanus. & c. ſi quis clericus. ſed per diſpenſationem, vt 2. q. 3. §. notandum. in fi. Ioan. niſi in occultis criminib. ut extra de temp. ordinan. c. vlt. B.

† Concor. text. in fi. in l. 1. §. in ſũma. ff. de aqua plu. arc. & in le. puinciales ff. de verb. ſigni.

f ¶Quod non fuit.] Id eſt, qualis nõ fuit, & ſic nõ eſt hic aliqua fictio iuris. Vel dic ꝙ ius fingit eum eſſe nouum hominem ſicut baptizatũ. 26. diſt. c. 1. de pœn. diſt. 2. §. Romanos, & c. quomõ. verſi. expoliantes. alteratus tamen eſt. 2. q. 7. §. quia ergo. ſic fingit non eſſe homici-

Ius multa fingit.

homicidam qui eſt homicida.23.q.5.ſi homicidiũ. ſimiliter fingit aliquẽ nõ trãſiſſe q trãſiuit,vt 7.q.1. mutationes.& non eſſe epm qui eſt eps,vt 2.q.7.non omnes.& c.qui nec.& eſſe virginem,quæ non eſt virgo,vt 32.q.5.propoſito.& non eſſe matrimonium quod eſt, vt

alienigenis cõpellebãtur idololatrare, quas poſtea ad monitionem Eſdrę dimiſerunt. De iſto Ieſu Zacharias propheta vidit viſionem quandam, quam recitat ſic: Oſtendit mihi Dominus ſacerdotem magnum Ieſum corã angelo Dei,& Satã,id eſt,vxor idololatra, ſtabat a dextris eius, & Ieſus erat indutus ſordidis veſtibus. Dixitque angelus ad eos qui corã ſe ſtabant: Auferte ei ſordida veſtimenta, & date ei candida veſtimenta, & poſuerũt ſuper caput eius cidarim, indueruntq; eum candidis veſtibus.

b ¶In typo.] Quia duxit alienigenam: ſicut Chriſtus eccleſiam.

c ¶Sordidatus.] Quia dimiſit vxorem.

d ¶Diabolus.] Id eſt, vxor, quæ idola coluit.

e ¶Candida.] Quando ad conſilium Eſdræ reliquit illam, 28. q.1.§.1 & 2.

¶Poſt condignam pęnitentiam priſtina recipiuntur officia. C. XIX.

CVm exaudiero[a] eos, dabo eis virtutem ſpiritus mei, & implebo eos iudicio meo, & fortitudine.] Animaduerte in præſenti loco poſſe docere aliquem poſt peccatũ; ſi tamen vitia priſtina, pęnitentia digna diluerit. Vnde Dauid poſt adulterium, & homicidium loquitur in pſalmo:

Pſalm.50. [Aſperges me hyſſopo, & mundabor; lauabis me, & ſuper niuem dealbabor.] Nec ſua tantum puritate contentus eſt; ſed infert: [Redde mihi lætitiam ſalutaris tui, & ſpiritu principali confirma me.] cumq; hoc feceris, [docebo, ait, iniquos vias tuas, & impij ad te conuertentur.]

Idem Hieronymus lib.2.contra Iouinianum.

¶De eodem. C. XX.

Zach.2. 3.de pęnit.diſt. 2. c. ſi enim.§. Ieſus.

IEſus filius Ioſedech ſacerdos magnus, quamquam in typo[b] præceſſerit Saluatoris, qui noſtra peccata portauit, & alienigenam ſibi ex gentibus copulauit eccleſiam; tamen ſecundum litteram poſt ſacerdotium ſordidatus[c] inducitur, & ſtat diabolus[d] à dextris eius: & candida[e] illi deinceps veſtimenta redduntur.

Et capitular. l. 7.c.311.

Item ex concilio Agathenſi,c.2.

¶Per pęnitentiam clerici correcti gradum ſuum, & dignitatem recipiant. C. XXI.

Ivo p.6.c.366.

COntumaces clerici, prout dignitatis ordo[f] permiſerit, ab epiſcopis corrigantur, & ſi qui prioris[g] gradus elati ſuperbia, communionem[h] fortaſſe cõtempſerint, aut eccleſiam frequentare, vel officium ſuum implere neglexerint[i], peregrina[k] eis communio tribuatur; ita, vt cũ eos pęnitentia correxerit, reſcripti in matricula[l] gradũ ſuum, dignitatemque[m] recipiant.

Apud Martinũ Bracarenſem.

Item ex concilio Martini Papæ,c.17.

COntumaces.] CASVS. Quidã clerici cõionem fratrum, & intrare eccleſiam contemnebant, officia ſua pœnitus negligentes: q̃ſitum fuit in concil. Aga. quam pęnã pati d̃rent: & rñdetur, q̃ puniri d̃ent prout ordo permiſerit, id eſt, maiores ſuſpendantur officio & beneficio: & eis peregrina cõio tm̃ tribuatur: minores vero acrius puniantur: qui tñ ſi poſtea reſipuerit & pœnitentiam egerint, in matrice eccleſia reſcribentur, & in ſtatum priſtinum reuertentur.

Clerici maiores aliter puniũtur.q̃ minores.

2 Lau.dicit cõionem.i. cõem obſeruantiam & cõuerſationẽ. Arc.

Prælatorũ eccleſias negligentium punitio.

vt 30.q.5.aliter. Sed nunquid per tales fictiones præiudicabitur iuris veritati: ita vt nõ admittatur probatio in contrarium? videtur q̃ ſic, vt extra de regularibus, vidua. Vr̃ 3. vt extra de renũ. ſuper eo. & ff. quod met. cau. non eſt veriſimile. & vna præſumptio per aliam præſumptionem tollitur. ff. de in inte. reſt. l. diuus. Ego dico breuiter, q̃ 3 oẽm p̃ſumptionem admittiẽ ꝓbatio, niſi vbi ius de iure alicuius non tm̃ p̃ſumit, ſed ẽt certũ q̃d ſtatuit 1. nec multũ apprecio illã diſtinctionẽ quorundã, q̃ eſt q̃dã p̃ſumptio iuris, q̃dam hominis q̃dam naturæ; de q̃bus habes extra de ſponſa. is q. q̃a lex dicit. q̃ per fictionẽ iuris veritas non confunditur, nec deletur, vt C. de iure dotiũ. in rebus. in princ.

Probatio vtrum 3 præſumptionẽ admittatur.

1 Aliàs ſecus. ff. d re. du. q duos 2.3.& 4. fin Laur. q hãc ſnĩam tenet cumIo.

CVm exaudiero.] CASVS. Probat Aug. in hoc c. q̃ p̃latus ſi diluat peccata ſua per pniam, docere pot ſicut prius. Et hoc probat auctoritate Eſaiæ, quæ eſt in principio c. & exemplo Dauid.

a ¶Cum exaudiero.] Eſaias propheta. 37. cap.

IEſus.] CASVS. Iudæi venientes de Ægypto ꝑ deſertũ, cũ viderent vxores ſuas valde ſqualidas ex labore itineris, abiecerũt eas, & ſuperinduxerunt alienigenas, q̃d fecit Ieſus filius Ioſedech ſacerdos magnus: à q̃bus

f ¶Prout dignitatis ordo.] Alio.n. modo ſunt puniẽdi clerici minorum ordinum, & alio maiorum, vt 35. diſt. añ oĩa. & 11. q.1. ſi clericorũ. & 12. q.2. fraternitas.

g ¶Prioris.] Id eſt, altioris.

h ¶Communionem.] Id eſt, nolunt eſſe inter alios.

i ¶Neglexerint.] Auferetur eis officium & beneficiũ. Ioan. per ſuſpenſioem. ſecundum Hug.

K ¶Peregrina.] Quæ aliàs dicit laica. extra de elec. c. 2.

l ¶In matricula.] Sic. 2. q. 1. nomen.

m ¶Dignitatẽq.] Si.n. à vigilijs deeſt, auferẽdum eſt ei ſtipendium, vt 91. diſt. clericus victum. ſed ſi prælatus per tres hebdomadas deeſt, per triennium ſuſpẽditur: vel ẽt ſi diebus ſolennibus deeſt. vt 7. q. 1. ſi quis in clero. ſi per duos menſes, priuatur eccleſia, vt 7. q. 1. p̃ſentium. niſi velis dicere hodie correctum, vt extra de cler. non reſiden. ex tuæ 3. Sed an poſſit repetere fructus poſtea cum reuertitur; non videtur, C. de re milit. l. 1. lib. 12. alioquin ſpe reſtitutionis facilius delinqueret, vt ſupra ea. diſt. c. 1. Item quia pœnæ non ſolẽt repeti. ff. de condictio. indebi. pœnæ. & pœnam quam quis ex ſuo delicto præſtitit, non repetit 4. ff. de procura. qui proprio. §. pœnam. Item hic & in ſequen.

3 De hoc plenè no. ex̃ vt lite nõ cõt. q̃m, §. ſi vero. & 7. q. 1. ambitiõis. ibi dicã. Ar.

4 Dic q̃ ſi iuſtam cãm abſẽtię hẽt, oĩa recuperat. ff. de re milit. ex cã. nã & ſnĩa reſcindit, ꝓbata iuſta cã abſẽtiæ. ex̃ de re iudic. Bernoldus.

quen.c.vñ ꝙ ep̃s poſſit diſpenſare cum depoſito. Nam & Senatus reſtituit.ff.de poſtu.l.1 § de qua autẽ.& Senatus æquiparatur principi.ff.de aqua plu.arcen.quod principis. & eccleſia habet ſuum ſenatũ, vt 16.q.1.eccleſia. argu ad hoc 11.q.3.epiſcopus& C. de epiſc. & cler.placet. Arg.ꝯ. extra de cleri.non reſiden. ex tuæ. in fi. & dixi de hoc 2.quæſ.6. ideo.Ioan. Solu cum depoſito ſolenniter ſolus Papa diſpenſat, vt de pœni.diſt.6.c.1. in fi. B.

Papa ſolus cũ ſolenniter depoſito diſpẽſat.

SI quis.] CASVS. Quæſitum fuit in concilio Martini Papæ quam pœnam deberet pati presbyter vel diaconus,q in caſu illicito calicem vel librum eccleſiæ alienat: & reſpondet ꝙ non debet haberi in ordine clericorũ: vel debet ab adminiſtratione cauſæ remoueri in iudicio.n. ep̃i dimittitur, ſi cum eo voluerit diſpenſare.

a ¶Iudicio tñ epiſcopi.] Hic ergo permittitur epiſcopo diſpẽſare in ſacrilegio, ſic & in hæreſi, vt infra ead. presbyteros qui. & in occultis etiam magnis. infra, de his vero. & hoc verum eſt niſi ſit enorme ſacrilegium, vt 12.q.2. de viro.

Ep̃s in hæreſi diſpenſat

QVOMODO. Hęc eſt tertia pars huius diſtinctionis, in qua concordat iura:& dicit ꝙ qui verè pœnitent, poſſunt reparari: & qui ficte pœnitent, non ſunt reparandi, & hoc probat ex auctо. Ioan.de Fan.

CASVS. Probauit ſupra Gratianus, quod lapſi reparari non poſſunt: poſtea probauit contrarium. Nunc vero ponit ſolutionem, dicens quòd illi qui agunt fictè pœnitentiam, non odio criminis, ſed timore vilitatis, vel affectione honoris, non debent reſtitui: ſed qui verè pœnitentiam agũt, reſtitui poſſunt. Et hanc ſolutionem probat per ſequentia capitu. vſque ad §. quicunque.

VT cõſtitueretur.] CASVS. Quæſiuit Bonifa. ab Auguſti. quare in eccleſia ſit ſtatutum vt clerici poſt pniam de criminibus nõ promoueantur, vel deijciantur.

¶De eodem. C. XXII.

Burc l.3.c.179. ex Bracarenſi. Iuo p.3.c.173. ex Martino, & 240. ex Bracarẽſi.

SI quis presbyter, aut diaconus α inuẽtus fuerit aliquid de miniſterijs eccleſiæ venundaſſe; quia ſacrilegium cõmiſit, placuit eum in ordinatione eccleſiaſtica non haberi. In iudicio tamen epiſcopi [a] dimittendum eſt, ſiue dignus ſit, ſiue indignus in ſuo recipi ut debeat gradu: quia multoties hoc ipſum, quod de ſacroſancto altario contaminatum eſt, in epiſcopi poteſtate dimiſſum eſt.

α ¶Diaconus] *Sequebatur:* aut ſubdiaconus *quæ duæ dictiones expunctæ ſunt, quia neque ad Martinum, aut Burchardum, aut Iuonem, neque in antiquis Gratiani codicibus habentur.*

[*Item Auguſtinus ad Bonifacium.*]

PALEA β C. XXIII.

β ¶Palea] *In aliquot vetuſtis exemplaribus Gratiani hæ duæ paleæ non habentur: ſed poſt finem capitis:* ſi quis presbyter *ſequitur continenter,* Quomodo igitur *ſunt tamen in multis, atque in ijs quidem, è quibus plerumque paleæ abſunt. Ac videntur ſumma quadam parte præcedentium capitum,* ponderet et, quia ſanctitas *partim ſequentis,* vt conſtitueretur *quod refertur ex Auguſtino ad Bonifacium. Atque inde potuit in has paleas hæc eadem irrepere citatio.*

BEne valet ſacerdos reſtitui ad honorem ſuum poſt peractam pœnitentiam: licèt in hoc diuerſi diuerſa ſentiant, dicentes, non poſſe reſtitui ad honorem. Sed ſic dictum eſt propter ſimulatas pœnitentias quorundam, & propter affectatas honorum dignitates.

PALEA C. XXIIII.

SAcerdos quidem ſi cadit, valet, & habet reſtitutionis locum poſt dignam peractam pœnitentiam, in honorem ſuum, propheta atteſtãte, qui ait: Nunquid qui cadit, non adijciet, vt reſurgat? Et B. Gregorius hoc dicit ad Secundinum incluſum, amicum ſuum. Etiam ab ipſo propheta in hoc argumentum habemus; qui cum poſt peractum adulterium, & homicidium perpetrauit; tamen poſtea peracta digna pœnitentia per Dei gratiam ad priſtinum officium reſtituitur.

Hiere.8.

Greg.l.7.ep.53.

3 *Quomodo igitur huiuſmodi auctoritatem diſſonantia ad concordiam reuocari valeat, breuiter inſpiciamus. Sunt quidam, quos non odium criminis, ſed timor vilitatis, & amiſſio proprij gradus, & ambitio celſioris ad pœnitentiam cogit. Hos ſacri canones irrecuperabiliter † deijciũt: quia qui ſimulatione pœnitentiæ, vel affectione honoris: à Deo non conſequitur veniam, nec ab eccleſia reparationem meretur.*

†al. irreparabiliter

Vnde Auguſtinus ſcribit ad Bonifacium, epiſt. 50.

¶Quare conſtitutum eſt in eccleſia, ne poſt pœnitentiam quis ad clericatum redeat. C. XXV.

In capitular. adiectis, c.132. Poly.l.6. tit.20. Ant.l.8.c.3. Iuo in prologo & p.6.c.316. Pann. in prologo, c.8.

VT conſtitueretur in eccleſia, ne quiſquã poſt alicuius criminis pœnitentiam clericatum accipiat, vel ad

tur, vel non reuocentur, & reſpondet Aug. ꝙ hoc nõ eſt conſtitutum propter deſperationem indulgẽtię, id eſt, ꝙ eccleſia diſpenſare non poſſit: ſed propter fictos pęnitentes eſt conſtitutum, vt depoſita ſpe temporalis altitudinis, nõ ſuperbe, ſed humiliter agerent pęnitentiam.

m ¶Detrahendum eſt.] Hîc habes ꝙ diſpenſatio quãdoque eſt debita, ſcilicet vbi ſtrages multorũ iacet: & alibi, ut 45. diſt. licet. & 1. q. 7. diſpenſationes. & 11. q. 3. plerumque. 23. q. 1. noli. in fine. & infra. ead. conſiderandum. cum n. diſpenſatio ſit quaſi quadam miſericordia: & eſt certum ꝙ quilibet tenetur eſſe miſericors, vt 86. diſt. non ſatis. & licet debita ſit: tamen peti non poteſt: ſicut epiſcopatus debetur bono. & tamen non poteſt cũ petere, ut 8. q. 1. qui epiſcopatum. quandoq; autem prohibetur diſpenſatio, ut 1. q. 1. erga. & ĩ. ead. minor. quãdoque etiam permittitur diſpenſatio, vt infra. ead. domino. & ĩ. ea. ſi q̃s preſbyter. Et not. ꝙ aliud eſt rigor, aliud eſt ius, aliud eſt diſpenſatio. Rigor eſt quidam exceſſus iuris, & quędã auſteritas facta ad terrorem, ſecundum quod dicit canon, ꝙ pœnitentia imponitur contrahenti ſecũdas nuptias. ut 31. q. 1. c. hac ratione. & c. præcedenti. & quod communio non eſt danda etiam in fine vitæ his qui defecerunt in accuſatione clericorum, hoc eſt epiſcoporum, ut 2. q. 3. ſi quis epiſcoporũ. & rigor non eſt ſeruãdus [1], niſi ubi timetur exemplum mali, ut 45. diſt. ſed illud. quãdoque tamen rigor eſt idem quod ſubtilitas iuris, ut extra de reſtitu. ſpol. in litteris. & extra de noui ope. non. intelleximus. Diſpẽſatio eſt idem quod iuris relaxatio: & ea non eſt utendum, niſi ſit neceſſitas, uel utilitas, ut 1. q. 7. tali. Ius autem media ſtrata incedit inter rigorem & diſpenſationem. ff. de iuriſ. om. iudi. qui iuriſdictioni. & 24. q. 2. legatur.

ADDITIO. Dicit Hugo idem, ſcilicet ꝙ rigor non eſt, ius: immo eſt iuris exceſſus in auſteritate. Ius autẽ eſt æquitas, id eſt, æqualitas ius ſuum vnicuique tribuẽs, bonis præmia, malis ſupplicia: hoc debet iudex ſemper obſeruare: arg. C. de iudi. placuit. Archid.

Diſpẽſatio quãq; eſt debita.

Rigor, diſpẽſatio, & ius, differũt

[1] Et dic ꝙ iuris rigor ex cã multiplici mitigatur, vt not. ex. de ſent. excom. pue ris. Arch.

clericatum redeat, vel in clericatu maneat, non deſperatione [a] indulgentiæ, ſed rigore [b] factum eſt diſciplinæ. Alioqui contra claues datas eccleſiæ diſputabitur, de quibus dictum eſt, [quæ ſolueritis in terra, ſoluta erunt & in cęlo.] Sed ne forte etiam de cæteris † [c] criminibus, ſpe honoris eccleſiaſtici animus intumeſcens ſuperbe ageret pęnitentiam; ſeueriſſime placuit, ut poſt actam de crimine damnabili pęnitentiam, nemo ſit clericus: ut deſperatione temporalis altitudinis, medicina maior, & verior eſſet humilitatis. Nam & ſanctus Dauid de criminibus mortiferis pęnitentiam egit, & tamen in honore ſuo perſtitit. Et Beatum Petrum, quando amariſſimas lacrymas fudit, utique Dominum negaſſe pænituit, & tamen Apoſtolus manſit. Sed non ideo [d] ſuperuacua putanda eſt poſteriorum diligentia, qui ubi ſaluti nihil detrahebatur [e], humilitati aliquid [f] addiderunt [g], quo ſalus totius muniretur; experti, credo, aliquorum fictas pęnitentias per [h] affectatas honorum potentias [i]. Cogunt enim multas inuenire medicinas, multorum experimenta [k] morborum. Verum in huiuſmodi cauſis, ubi per graues diſſenſionum, ſciſſuras non huius, aut illius hominis eſt periculum, ſed populorum ſtrages [l] iacent, detrahendum eſt [m] aliquid ſeueritati, ut maioribus [n] malis ſanandis charitas ſincera ſubueniat.

† al. deteſtis.

Ĩ. 23. q. 4. ipſa pietas, §. verũ.

Item ex epiſtola cleri Romani [o] miſſa Papæ Cypriano [p].

Extat inter opera B. Cypriani lib. 2. epiſt. 7.

¶Reparationis beneficium non niſi poſt pęnitentiam poteſt concedi. C. XXVI.

Anſ. l. 8. c. 20.

ABſit à Romana eccleſia vigorem [q] ſuum tam profana facilitate dimittere, & neruos ſeueritatis euerſa fidei [r] maieſtate diſſoluere, ut cum adhuc non tantum

tiam. & licet poſſint reparari poſt lapſum, ut Dauid & Petrus: non tamen canones, qui prohibent reparationem, inutiliter ſunt conſtituti: quoniam facti ſunt propter fictos pęnitentes, vt ſecundum varia genera morborum varias medicinas inuenirent: rigor quorum canonum non eſt ſeruandus vbi multitudo eſt in cauſa.

a ¶Nõ deſperatione.] Id eſt, ob hoc quod eccleſia deſperet ſe poſſe reſtituere tales.

b ¶Sed rigore.] Hic manifeſte colligitur, quòd canones qui dicunt lapſos nõ eſſe reparandos uel reſtituendos, de rigore loquuntur.

c ¶Etiam de cæteris.] Id eſt, omnibus, nomine enim cæterorum omnes intelliguntur. ff. de uer. ſig. cæterorum.

d ¶Sed non ideo.] q. d. licet poſſint reſtitui aliqui ſecundum rigorem.

e ¶Nihil detrahebatur.] Id eſt, ubi non timetur periculum.

f ¶Aliquid.] Id eſt rigorem, ut non reſtituerentur, ut ſic fierent magis humiles.

g ¶Addiderunt.] Scilicet, ut non poſſint reſtitui.

h ¶Per.] Id eſt, propter.

i ¶Potentias.] Id eſt, dignitates.

k ¶Experimenta.] Sic 29. diſt. ſciendum. uel aliter ut quandoque fiat reſtitutio, quandoque non.

l ¶Strages.] Supra 44. diſt. comeſſationes.

n ¶Maioribus.] Sic diſt. 4. denique.

o ¶Cleri Romani.] Vel Cornelij Papæ.

p ¶Cypriano.] In chronicis non inuenitur ꝙ aliquis Papa dictus fuerit Cyprianus: tñ ꝙ fuit Papa, habes infra. ea. de eo tñ. ſed forte hic & ibi eſt mẽdoſa littera.

ABſit.] CASVS. Cyprianus ſuaſit Cornelio Papæ ut Nouatianos & ſchiſmaticos facile reciperet. ſed reſpondet Cornelius: abſit ut eos recipiamus tam profana facilitate, cum adhuc iaceant in peccatis, & quotidie cadant de peccato in peccatum: quia per hoc daretur eis & alijs occaſio delinquendi, nam prælatus qui omiſſa pœnitentia delinquentibus parcit: non curat, ſed potius occidit.

q ¶Vigorem.] Id eſt, rigorem.

r ¶Fidei.] Id eſt, diſciplinæ.

a. ¶Sed

a ¶Sed & cadant.] Vlterius.
b ¶Ruinæ.] Id eſt, euerſi & ruentes fratres.
c ¶Properata.] Quia quæ committũtur in Deum, remitti non poſſunt ſine pęnitentia: & quia facultas ueniæ incentiuum tribuit delinquendi, ut j.23.q.4.ſi is qui. & c.eſt iniuſta.

prælati.26.quæſt.5.nec mirum.
DOmino ſancto.] CASVS. Maſſanus epiſcopus inuenerat in concilio Ancyrano, ꝙ lapſi in fornicationem poſt pnĩam poterant reſtitui. Alibi inuenerat eos non eſſe reſtituendos: & ideo rogauit Iſidorum vt hanc

iaceant, ſed & cadant[a] euerſorum fratrum ruinæ[b], properata[c] nimis remedia communicationum vtique non profutura præſtentur, & noua per miſericordiam falſam vulnera veteribus tranſgreſſionis vulneribus imprimãtur, vt miſeris ad euerſionem maiorem eripiatur & pœnitentia. Vbi enim poterit indulgentiæ medicina proficere†, ſi etiam id ſe medicus intercepta[d] pęnitentia indulget periculis? ſi tantummodo operit vulnus, nec ſinit neceſſaria temporis remedia conducere cicatricem? Hoc non eſt curare; ſed, ſi dicere verum volumus, occidere.

† *al. procedere.*

¶*Locupletatum eſt caput hoc ex originali.*

Item Cyprianus in ſermone de lapſis.

¶Impęnitentibus venia concedi non poteſt.
C. XXVII.

Anſ.l.8.c.32.

SI quis præpropera feſtinatione temerarius remiſſionẽ peccatorum[e] dare ſe cunctis putat poſſe, aut audet Domini præcepta reſcindere; non tantum nihil prodeſt, ſed obeſt lapſis. Prouocaſſe eſt iram, non ſeruaſſe ſentẽtiam[f]: nec miſericordiam prius Dei deprecandam putare; ſed contempto Domino de ſua facilitate præſumere. *& infra.* ¶Mandant aliqua martyres[g] fieri: ſi iuſta, ſi licita, ſi non contra ipſum Dominum à Dei ſacerdote facienda: ſit obtemperantis facilis, & prona conſenſio, ſi petentis fuerit religioſa moderatio. Mandant aliquid martyres fieri; ſed ſi ſcripta non ſunt in Domini lege, quæ mandant; ante eſt, ut ſciamus[h] illos de Deo impetraſſe quod poſtulãt; tunc facere quod mandant. Neque enim ſtatim uideri[i] poteſt de diuina maieſtate conceſſum, quod fuerit humana pollicitatione promiſſum. Nam & Moyſes pro peccatis populi petijt, nec tamen peccantibus ueniam cum petijſſet, accepit.

Item Iſidorus ad Maſſanum† epiſcopum.

† *al. Maſonẽ al. Maſſenũ*] orig.

¶Qui ſunt reparandi poſt lapſum, uel qui non. C. XXVIII.

Anſ.l.8.c.37. Polyc.l.4.ti.39. Iuo p.6.c.397. p.15.57.& 86. Burc.l.19.c.43. & 73. Pann.l.3.c.149. Rab.pæ.l.1.c.1 Conc. Neocæſar.c.1.

DOmino ſancto, meritiſque beato fratri Maſſano epiſcopo ſalutem. Quod in epiſtolis[k] venerabilis fraternitas tua innotuit, uidelicet, quod in canone Ancyrano, ca.xix.† legitur, poſt lapſum corporalem reſtaurandũ honoris gradum poſt pęnitentiam; alibi uero legitur, poſt huiuſmodi delictum nequaquam reparandũ antiqui ordinis meritũ; hæc diuerſitas hoc modo ſoluitur. Illos enim ad priſtinos gradus redire canones præcipiunt, quos pę-

d ¶Intercepta.] Id eſt dimiſſa.
SI quis.] CASVS. Cyprianus reprehendit hic quoſdam presbyteros, qui ad mandatum aliquorum martyrum, id eſt, eremitarum & religioſorum uirorum etiam impœnitentibus remittebant pœnam peccatorum, & dicit ꝙ ſi quis hoc facit, prouocat Deum ad iracundiam contra delinquentes. Itẽ oſtendit, quòd ſi martyres præcipiant ea, quæ ſcripta ſunt & licita facienda ſunt: q a nõ ſunt contra Deũ, ſed ut diſpenſetur cũ eo qui uere pęnitet, & non ficte. Si uero præcipiãt ea, quę ſcripta non ſunt, expectãdum eſt donec probentur ea Deo placere: quoniam non ſtatim concedit Deus quod poſtulat martyr, ſicut Moyſes non ſtatim impetrauit ueniam peccatorum populorum cum petijt.
e ¶Remiſſionem peccatorum.] Quæ enim in nos delinquuntur, poſſumus remittere ſine pęnitẽtia, ſed nõ quę in Deum.23.q.4. ſi is qui.

Delicta cõmiſſa in Deum remittere nõ poſſumus.

f ¶Sententiam.] Qui ergo non ſeruat ſentẽtiam iudicis, offendit iudicem, & iniuriam facit iudici, qui fruſtratorie appellat ab ipſo. C. q̃ñ prouo. non eſt neceſ.l. vlt.in fin. & hęc poteſt eſſe cauſa, quare iudex debeat eſſe ſuſpectus ei, qui appellauit ab ipſo, ut extra de app. ad hęc.

Appellans fruſtratoriè iudicẽ offendit.

g ¶Martyres.] Id eſt, Chriſti ſacerdotes.
h ¶Vt ſciamus.] Per ſigna exteriora conſiderata in pœnitentibus.
i ¶Videri.] Arg. ꝙ non ſtatim tenetur quis credere ẽt bono viro, ut 9.diſt.ego ſolis.ſi.ff.quod cum fal.tuto. l.2.immo imputatur alicui, ꝙ nimis eſt credulus.9.q.3.nõ ſolum.86.diſ.ſi quid vero, ff.de eo per quem fac. l.1.§.1.Non obſtat 23.q.1.quid culpatur. ubi in dubio obeditur: quia ibi loquitur dum prælatus præcipit quod eſt dubium: hic de martyribus, qui non erant

Credulus non debet quis eſſe nimis.

ut hanc contrarietatem ei ſolueret. Et reſpondet. ꝙ illi qui uere pœnitent, ad gradum priſtinum reſtituũtur & honorem: qui uero ficte pęnitent, non reſtituuntur. & hoc probat auctoritate Ezechielis & Io. Euãgeliſtę. In fine dicit, ꝙ vbicunque inuenitur diſcors conciliorum ſententia, illa ſuſcipiatur, quę eſt antiquior & potior pietate, id eſt, miſericordior.
K ¶In epiſtolis.] Maſſanus rogat Iſido. vt ſolutionẽ canonum

canonum contrariorum circa reſtitutionem lapſorum ei reſcriberet.

a ¶Vendicare.] Id eſt, defendere. ſic etiam econtra ponitur.

b ¶Superſtitioſa.] Contra. 8. diſt. quo iure.

c ¶Neceſſe.] Ex hoc verbo, neceſſe, & ex illo verbo, præcipiunt, quod ſupra ponitur, patet diſpenſationem quandoque eſſe debitam 1. vt ſupra ead. vt conſtitueretur, & ſic patet, quòd epiſcopus peccat ſi non diſpenſat, vbi patet ratio diſpenſandi, vt 34. diſtinct. fraternitatis. arg. 2. quæſt. 5. quanto tamen cum ſuperiore agi poteſt officio iudicis, vt fiat diſpenſatio, vt extra de iure patro. nullus. licèt non poſſit peti iure actionis, ſicut poteſt dici de eleemoſyna pauperi debita. 47. diſtinct. ſicut.

Ep̃s qñque peccat ſi nõ diſpenſat.

...nitentiæ præceſſit ſatisfactio, vel condigna peccatorum confeſſio. At contra hi: qui neque à vitio corruptionis † emendantur, atque hoc ipſum carnale delictum, quod admittunt, vendicare[a] quadã ſuperſtitioſa[b] temeritate nituntur; nec gradum vtique honoris, nec gratiam communionis recipiunt. Ergo ita eſt determinanda ſententia, vt neceſſe[c] ſit illos reſtaurari in locum honoris, qui per pœnitentiam reconciliationem recepiſſe merentur diuinæ pietatis. Hi enim non immerito conſequuntur ademptæ † dignitatis ſtatum; qui per emendationem pœnitentiæ recepiſſe noſcuntur remedium vitæ. Id autem nè fortè magis ſit ambiguum, diuinæ auctoritatis ſententia confirmetur. Ezechiel quidem propheta ſub typo præuaricatricis Hieruſalem oſtendit poſt pęnitentiæ ſatisfactionem priſtinum poſſe reſtaurari honorem: [Confundere, inquit, ò Iuda, & porta ignominiam tuam.] & poſt paululum: [Et tu, inquit, & filiæ tuæ reuertimini ad antiquitatem tuam.] ¶Quod dixit: [Confundere.] oſtendit poſt † peccati opus debere quenque erubeſcere, & poſt confeſſionem pro admiſſis ſceleribus verecundam frontem humi proſtratam demergere, pro eo quòd dignum confuſione perpetrauerit opus. Deinde præcepit, vt poſt ignominiam, & deiectionem nominis ſui, ſiue dignitatis reuertatur ad ſuam antiquitatem[d]. Ergo dum quiſque poſt opus confeſſionis ſuæ confunditur, atque ignominiam[e] portans, depoſitionem[f] ſuam cum humilitate luget; reuocari ſecundum prophetam ad priorem ſtatum poterit. Item Ioannes Euangeliſta Angelo Epheſi eccleſiæ inter cætera quædam ſimilia ſcribit: [Memor eſto vnde cecideris, & age pęnitentiam, & prima opera fac; alioqui veniam tibi, & mouebo candelabrum tuum de loco eius.] ¶Ecce C, in quantum ualui, cõcilij Ancyrani antiquam planè, & plenam auctoritatem ſacris teſtimonijs explanaui; oſtendens eum poſſe reſtaurari in proprio gradu, qui per pęnitentiæ ſatisfactionẽ nouerit propria delicta deflere. Qui vero negligit, nec luget quæ geſſit, & lugenda ſine ullo pudore religionis, vel timore iudicij dinini committit; eum nullo modo poſſe ad priſtinum gradum reſtaurari cognoſcas. In fine γ autem huius epiſtolæ hoc adijciendum putaui, vt quotieſcumq; in geſtis conciliorum diſcors[g] ſententia inuenitur, illius concilij magis teneatur ſententia, cuius aut antiquior[h], aut potior extat auctoritas.

† al. corporis

† al. adepta

Ezech. 16.

† al. poſt confeſſionem, id eſt peccati.

Apoc. 2.

J. 23. q. 2. c. hoc ipſum.

a ¶*Sic habet hoc caput in epiſtola, quæ nuper vnà cum alijs Iſidori operib. eſt impreſſa Pariſiis: & ita inſcribitur,* Iſidori Hiſpalenſis archiepiſcopi epiſtola ad Maſſanum epiſcopum. Domino ſancto, meritiſq; beato, &c. *In epiſtola autem longiore, eodem argumẽto, & iiſdem penè verbis, (quæ & ibidem & antea Antuerpiæ cum libris de ſummo bono impreſſa eſt) non ſit hoc loco*

d ¶Antiquitatem.] id eſt, mores antiquos.

e ¶Atque ignominiam.] Ex hoc verbo, & ex illo verbo, depoſitionem, eſt argum. quod epiſcopus põt depoſitum & infamẽ reſtituere 2. quia ignominia idem eſt quod infamia, vt ff. de ijs qui not. infa. l. 2. ignominię. & ſic patet, quod poteſt tollere infamiam, quod concedo 3. vbicumq; poteſt diſpenſare, vt dixi 2. q. 3. §. hinc colligitur.

f ¶Depoſitionem.] id eſt, ſuſpenſionem. ſic 46. diſt. clericus.

g ¶Diſcors.] Nonne illa ſententia eſt potius ſequẽda, quæ maiorem continet pietatem? vt 9. diſt. ſana. licèt enim canon Apoſtolorum potior ſit, quia antiquior ſit alijs canonibus: tamen præiudicatur 4. ei per poſteriores, vt 82. diſtinc. presbyter. idem patet in canone Hierony. vt 26. diſtinctio. deinde. & c. acutius. Item quandoque præiudicat ille canon, q non eſt potior, vt 25. quæſt. 1. contra ſtatuta. quod ergo dicitur hic, intellige cum ambæ cõſtitutiones ſunt particulares, & locales: & de illis loquitur c. 19. diſtinct. in canonicis. ſed ſi ambæ ſunt generales, ſemper poſterior præiudicat, vt extra de cogna. ſpi. capitu. 1. ff. de leg. non eſt nouum. Sed qualiter præfertur vnus canon alteri, cum omnes ſint promulgati inſtinctu ſpiritusſancti. 16. q. 3. nemo. 5. Reſpon. quod duo canones poſſunt eſſe contrarij, & tamen vterque eſt iuſtè inſtitutus. quod enim vnus, ſtatuit, & iuſtè: alter ↄ̃trium poteſt ſtatuere, & iuſtè 63. diſt. §. verũ. extra de conſang. & affi. non debet.

h ¶Cuius aut antiquior.] Si ambo ſunt æqualis pietatis. 19. diſt. in canonicis.

Infamiam poteſt ep̃s tollere.

2 De hoc leg. & no. ī. ead. contumaces.

3 Idem Io. de Fan. qui approbat illã totam gl.

Canõ canoni an præiudicet.

4 Videas q̃d leg. & not. 18. diſt. quoniam quidem.

1 Ad hoc ī. 23. q. 1. noli. vbi de hoc, & ī. eod. ſi quis. ver. q ſi. vbi de hoc. arg. infra. c. conſiderandum. Archid.

5 Et melius 25. q. 1. violatores. & ī. c. prox. in prin. & inf. eod. ſi ille. Arch.

QVI-

QVICVMQVE. CASVS. Cōcludit Grat. ex ſupradictis breuiter epilogando ſolutionem, quæ eſt ſupra in §. quomodo. Sed huic ſolutioni obijcit cap. ſequens, & alia vſque ad §. ſed illud.

SI quis.] CASVS. Hoc cap. diuiditur in duas partes. In prima parte probat Hormiſda, quod ſi aliquis clericus fuerit in adulterio deprehenſus, vel conuictus, vel confeſſus: non poteſt ad ſuum honorē redire. Et hoc probat per uerba Nicæni concilij ccc & xviij. epiſcoporum, & reprehendendo deridet eos, qui dicebant rigorem non eſſe ſeruandum circa delinquentes. In ſecunda parte, quæ incipit ibi: [Quod ſi eos] dr̄, quod ſi clerici delinquētes verè pœnitent, reſtitui poſſunt exēplo Dauid. Si vero nō reſipiſcunt, non eſt eis indulgendum, cū Deus nō indulgeat, & ſi eis falſo indulgeamus, in die iudicij dicturi ſūt contra nos, quod nos non debuiſſemus eis indulſiſſe, nec permiſiſſe eos in delictis propter blanditias permanere, vel minas eorum. Et not. quod prima pars facit contra ſolutionem Gratiani: ſed ſecunda pro eo. ſequens cap. patet.

a ¶ Si quis diaconus.] Prima pars cap. facit contra ſolutionem Gratiani, idem facit pro ea in ſecunda parte, quæ incipit ibi: [Quod ſi eos.]

b ¶ Ecce.] Vſque ad hunc locum ſunt verba Nicæni concilij.

c ¶ Cccxviij.] Ergo videtur, quod hoc ſit ſtatutum Nicæni concilij, cui tot interfuerunt, vt 15. diſtinc. canones. licèt Damaſus Papa de ccc. tantū loquatur. 10. quæſt. 1. hanc cōſuetudinem. ſed minor numerus non excludit maiorem.

d ¶ Deprehenſi.] Aliquo ſequentium modorum. Videtur ergo, quod ſola deprehenſio ſufficit, vt hic, & 81. diſt. presbyter. & habes infra ea. de his. ſed non eſt ita, niſi ſint conuicti vel confeſſi, vt ſequitur 3. q. 1. nos in quemquā. & 12. q. 1. non dicatis. Vel intellige, deprehenſi ita quod factum ſit notorium ex facti euidentia 1. vt extra de co ha. cleri. & mulie. tua. tales enim qui in maleficio publicè deprehenduntur, ſine iudicio damnantur, vt C. de defen. ciu. l. defenſores lex ſeptima eſt.

e ¶ Non poſſunt.] De iure.

f ¶ Pietate.] Ironicè loquitur.

g ¶ In ſancto.] Supra ead. miror.

h ¶ Remedia.] i. pœnas contra illos, qui non ſeruant ſtatuta.

i ¶ Omnibus.] Argu. quod qui vni facto contradicit, omnibus contradicit. ſic ſupra, 4. diſt. denique. de pœ. diſt. 5. fratres. & extra de regu. iur. deſiceat. de conſecr. diſt. 2. comperimus.

k ¶ Et inimicos.] Not. quod eo ipſo, quod aliquis nō obedit prælato,

1 Sola deprehenſio ſufficit ad notam infamiæ inducēdam. ff. de ri. nup. pal. §. quæ in adulterio. ſecundū Goff. quod ita no. extra de iud. cū non ab homine. Archid.

mentio concilij Ancyrani: ſed tamen in editione Pariſienſi titulus hic eſt, Iſidori Hiſpalenſis archiepiſcopi epiſtola de reſtituendis in priſtinam dignitatem clericis pœnitentibus *ſeu,* Explanatio canonum aliquot Ancyrani concilij *Veruntamē in canone illo xix. Verſionis Dionyſii (qui apud Græcos, & in alijs Verſionibus vigeſimus eſt) vbi legitur*, perfectionem conſequi ſecūdum priſtinos gradus *Græcè eſt*, κατὰ τοὺς βαθμοὺς τοὺς προάγοντας. *i.* ſecundum gradus, qui eo deducunt. *& Balſamon longè aliam ſententiam elicit, quam Iſidorus.*

β ¶ Ecce] *Hic in epiſtola longiore multa interijciuntur.*

γ ¶ In fine.] *Hæc nunc leguntur in longiore epiſtola, non autem in alia, quam cætero quī Gratianus videtur ſecutus.*

Quicumq; igitur pro criminibus ſuis dignè Deo pœnitentiam obtulerint, auctoritate Gregorij, & Auguſtini, & Hieronymi, & Iſidori gradum priſtinæ dignitatis recipere poſſunt. Qui autem non odio criminis, ſed timore vilitatis, vel ambitione honoris falſas Deo pœnitentias offerunt, in priſtini honoris gradum reparari minimè poterunt.

Sed obijcitur illud Hormiſdæ Papæ, qui ſcribit omnibus epiſcopis per vniuerſas prouincias.

¶ Diaconus, aut presbyter in adulterio deprehenſi reparari non poſſunt. C. XXIX.

SI quis α diaconus [a], aut presbyter poſt acceptam benedictionem leuiticam cum vxore ſua incontinens inuenitur, ab officio ſuo deijciatur †. Ecce [b] manifeſtè conſtat, quia ſecundum titulos antiquorum Patrum ſancto ſpiritu ſuggerente conſcriptos, & ſecundum ſn̄ias cccxviij. [c] epiſcoporum, quas etiam Gallicani canones continere videntur, clerici in adulterio deprehenſi [d], aut ipſi confeſſi, aut ab alijs conuicti ad honorem redire nō poſſunt [e]. Sed quia fortè nō deſunt, quibus pro nimia pietate [f] ſupraſcripta ſanctorum patrum ſeueritas minimè placeat; ſciant ſe cccxviij. epiſcoporum, qui fuerunt congregati in concilio Nicæno, & reliquos ſtatuerunt canones, ſententias reprehendere, vel damnare. Sed fortè maior eſt in illis pietas, quàm in ſupraſcriptis trecentis decem & octo epiſcopis? maior eſt in illis miſericordia, quàm in ſancto [g] Ioanne apoſtolico Papa? maior charitas, quàm in reliquis ſanctis ſacerdotibus, qui hoc † exemplo remedia [h] eccleſiarum ſuis definitionibus deliberauerunt? Et ideo aut prompta † voluntate præceptis illorum conſentiant; aut ſi non fecerint, omnibus [i] illis contrarios ſe, & inimicos [k] eſſe cognoſcant. Quæ eſt iſta iuſtitiæ inimica benignitas,

Arauſicū, c. 23. & Aurel. 5. c. 4. Pann. l. 3. c. 98. Anſ. l. 11. c. 87.

† Concor. cū hoc tex. in l. ſi adulterium. cū ibi. not. per Bar. ff. de adul.

S. c. minor.

† *al. pro exemplo & remedio* Anſ.

† *al. prona*

Inobediēs prælato eſt ei inimicus

prælato,eius eſt inimicus, vt 24.q.1.quoniam vetus.ſ. ead.ſi quis præpoſtera.

a ¶Palpare.]Id eſt,adulari.

b ¶Deberemus.] Not.diſpenſationem eſſe debitã,ut ſupra ead.vt conſtitueretur.& 11.q.3.plerumque.

ADDITIO. Dicas breuiter, ꝙ vbicunque perſona,res, & locus eam exigit,debita eſt.19.diſt.c.1. & 2.ſ.ea.di. duo ver.præcipiunt & ver.neceſſe.& ĩ.ead.conſiderandum.Quod dic vt plene not.in Spec.de legato.§.genera autem:& not.extra de ſent.excom.pueris.Archid.

A D-

palpare[a] criminoſos, & vulnera eorum vſque in diem iudicij incurata ſeruare? ¶Quòd ſi eos duriſſimam pęnitentiam per plures annos videremus agere; tunc nos & ſaluti eorum poſſemus conſulere, & ſtatuta canonum deberemus[b] temperare. Cum vero in aliquibus nec compunctio humilitatis,nec inſtantia orandi,vel plangendi appareat,

Pſal.6. nec Beatum Dauid imitentur,qui dicit: [Lauabo per ſingulas noctes lectum meum, lachrymis meis ſtratum meũ

Pſal. 101. rigabo.]& illud:[Cinerem tanquam panem manducabã: & potum meum cum fletu miſcebam.] nec eos ieiunijs, vel lectionibus vacare videamus; poſſumus agnoſcere, ſi ad priſtinos honores redirent,cum quanta negligẽtia, & cum quanto torpore, & animæ ſuæ inimica ſecuritate permanerent; credentes, quòd ſic eis,non acta pœnitentia digna[c],dimiſerit[d] Deus, quomodo ſacerdotes indulſiſſe videntur. Verè dico,quia illi ipſi,quibus cum periculoſa, & falſa miſericordia indulgere videmur, cum ante tribunal Chriſti pro tantis peccatis damnandi aduenerint, contra nos cauſam dicturi[e] ſunt, dicentes, quòd dum aut aſperitatem linguæ eorum expauimus, aut falſa blandimenta, & periculoſas adulationes ipſorum libenter accepimus, in eiſdem permanere peccatis, eis inutiliter indulgemus[f], aut ipſa peccata augere permittimus[g];

Num.16. non recolentes illud, quod in uetere teſtamento ſcriptum eſt: quia vno[h] peccante, contra omnes ira Dei deſæuijt.

α ¶Si quis] *Hinc vſque ad verſi.* Ecce *ſunt ex c.23. concilij Arauſici, quod videtur citatum fuiſſe ab Hormiſda, ſiue alio quiſquis fuerit huius capitis auctor. Anſelmus quidem & ipſe Hormiſdam citat.*

β ¶Sancto ſpiritu.] *Apud Anſelmum legitur*, à ſancto Ioanne Papa tranſmiſſos, & cccxviij.epiſcoporum ſententias, *quod videtur conuenire cum his, quæ paulo inferius habẽtur*, Maior eſt in illis miſericordia, quàm in ſancto Ioanne apoſtolico Papa.

† al. ex dictis Hieronymi.

Item Hieronymus †.

¶Difficile eſt poſt lapſum ad priſtinum gradum redire. C. XXX.

Poly.l.4.tit.39. Burc.l.19.c.78. Iuo p.15.c.91. *† poſt lapſum.]* deſunt fere in omnibus exẽp.

QVicumque dignitatem diuini[i] gradus non cuſtodiũt, contenti fiant animam ſaluare. Reuerti enim in priſtinum gradum [poſt lapſum †] difficile[k] eſt.

¶Simile quoddam primi parti huius capitis habetur in can.27. Baſilij ad Amphilochium, & in can.26. ſynodi in Trullo.

Item Baſilius α

¶Lapſus poſt pęnitentiam altario tantum miniſtret. C. XXXI.

Burc.l.19.c.80. Iuo p.15.c.93. *† à ſuo gradu.*

QVi ſub † gradu[l] ceciderit poſt pœnitentiam, con-

c ¶Digna.] Qđ nulli facit 24.q.2.legatur.

d ¶Dimiſerit.] Non enim tã cito dimittit Deus ſicut ſacerdos abſoluit. de pęn.diſt.1.quam pęnitet.

e ¶Dicturi.]Nunquid uoce tunc loquẽtur, cũ Apoſtolus dicat,ꝙ tũc linguę ceſſabunt, licet propheta ꝯtrium dicat: Exultationes Dei in gutture eorũ. Sed quidquid ſit,tũc nullus accuſabit aliũ ſed ſola conſcientia accuſabit quemlibet. 9.q.4.aliorum

Conſcientia ſola dãnandos accuſabit.

f ¶Indulgemus.] Id eſt,indulſimus.

g ¶Permittimus.] Id eſt,permiſimus.

h ¶Quia uno.]Scilicet Achor. 8.q.1.audacter.ĩ.1.q.4.§.itẽ peccato Achor.Ioan.

i QVicunque.] ¶Diuini.] i.eccleſiaſtici.

K ¶Difficile.] Tale difficile hẽs.47.diſt. quantumlibet. aliàs ponit pro nõ.2.q.6.§. biduum.ver ſi aduerſus,& 47.diſt.cap fi.

QVi ſub gradu.] CASVS. Aliquis exiſtẽs in gradu ſacerdotali mortaliter peccãdo cecidit, dicit quod ille talis debet eſſe contentus baptizare, cõionem infirmis dare,& diuina officia celebrare: ſed ad ſuperiores ordines non aſcendat, vel diuina officia celebrabit tanquam clericus,ſed non ſacrificabit. Alia littera habet: Qui ceciderit à gradu. & ſecundum hoc ſic pones caſum: Aliquis ſacerdos depoſitus fuit propter peccatũ:qui acta pœnitentia uolebat reſtitui,quæritur an poſſit? rñdetur,ꝙ nõ:ſed in neceſſitate poteſt baptizare,communionem dare, & altario miniſtrare, non tamẽ Miſſam cantabit.

l ¶Sub gradu.] Id eſt, in gradu.

a ¶Bapti-

tentus fiat baptizare [a] communionem infirmis dare, & altario tantummodo miniſtrare [b].

α ¶Baſilius.] *Iuo citat ex dictis Auguſtini. Habetur nonnihil ad hanc rem faciens in epiſtola Baſilij ad Amphilochium, can. 27. Sed propius etiam ad ſententiam accedit can.* 14. *concilij Aurelianenſis primi, & canon nonus concilij Neocaſarienſis, (qui habetur infra* 15.*q.*8.*qui admiſit] pracipue ſi hic legatur, quemadmodum in pleriſque Gratiani codicibus,* communionem infirmis dare, non autem ſacrificare, & altario miniſtrare. *Similem quandam ſententiam refert ex nouella Leonis Balſamon ad canonem* 21.*ſynodi in Trullo.*

Item ex concilio Ancyrano, c. 1. *& ſequentibus.*

¶De ſacerdotibus, diaconis, & laicis, qui idolis thurificant. C. XXXII.

Burch. l. 5. c. 40. & 41. Iuo par. 2. c. 49. & 50. Poly. l. 6. tit. 12.

PResbyteros, qui immolauerunt [c], & poſtea certamen iterum inierunt [d], ſi α ex fide luctati ſunt, & non ex compacto [e] ad oſtentationem, ut caperentur, ipſi fecerunt; hos placuit honorē [f] quidem ſedis propriæ retinere: offerre [g] autem illis, & ſermonem ad populum facere, aut aliquibus ſacerdotalibus officijs fungi [h] non liceat. ¶Diaconi ſimiliter, qui immolauerunt, poſtea vero iterum reluctati ſunt, alias † quidem honorem habere oportet; ceſſare autem debent ab omni ſacro miniſterio; ita ut nec panem, nec calicem [i] offerant, nec Euangelium pronuncient; niſi forte aliqui epiſcoporum conſcij ſint laboris eorum, & humilitatis, & manſuetudinis, & uoluerint eis aliquid amplius tribuere, uel adimere. Penes [k] ipſos ergo erit de his poteſtas. ¶Qui autem fugientes comprehenſi ſunt, vel à domeſticis traditi; uel ademptis facultatibus ſuſtinuere tormenta, aut in cuſtodiam truſi proclamauerunt ſe Chriſtianos eſſe, & euſq; adſtricti ſunt, ut manus eorum comprehendentes uiolenter attraherent, & funeſtis ſacrificijs admouerent, aut aliquid polluti cibi per neceſſitatem [l] ſumere cogerentur, confitentes iugiter ſe Chriſtianos eſſe, & luctū rei, quæ contigit, inceſſabiliter oſtendentes omni deiectione & habitu, & humilitate vitæ; hos velut extra delictum conſtitutos; à communionis gratia non prohiberi decernimus. ¶Si uero prohibiti ſunt ab aliquibus propter ampliorem cautelam [m], vel propter quorundam ignorantiam; ſtatim recipiantur. ¶Hoc autem ſimiliter & de clericis, & de laicis cęteris obſeruari conuenit. ¶Perquiſitū eſt autē & illud, ſi poſſunt etiam laici, qui in has neceſſitatis anguſtias inciderunt, ad clericatus

C. 2.

† *illum*] priſca verſio.

C. 3.

a ¶Baptizare.] Sed nonne iſtud laico conceditur, ut 1.q.1.q̄d quidam? Sed dic ꝙ iſte poteſt ſolenniter baptizare 1, quod laicus nō poteſt, vt 81.diſt.ſi diaconus. Item obijcitur, ꝙ ſi iſte poteſt baptizare, ergo & ſacrificare, ut dicit Hie.1.q.1 ſicut Chriſtus. Sed ibi loquitē de adhuc tolerato.

b ¶Miniſtrare.] Sed non celebrare. Vel dic, ꝙ poteſt remanere 2 in officio ſacerdotali 3: ſed non poteſt eſſe epiſcopus.

PResbyteros.] CASVS. Hoc cap. diuiditur in tres partes. In prima parte loquitur de quibuſdā presbyteris & diaconis, qui coacti coactione conditionali dæmonibus immolauerunt: de quibus quæſitum eſt quomodo debeant puniri. & reſpondet, presbyteri & diaconi, qui coacti fuerunt coactione cō ditionali, ſi uere pęniret eos feciſſe, & poſtea fideliter & non ficte paganos impugnauerunt, honorem ſuum retineant, ſed in ſuis officijs nullo modo miniſtrent, niſi epiſcopus laboris eorū poſtea conſcius, cum eis duxerit diſpenſandum. In ſecūda parte, quæ incipit ibi, [Qui autē fugientes.] dicitur, ꝙ illi qui fugiētes comprehenſi ſunt, & coacti coactione uiolenta dæmonibus immolare, nec peccauerunt. & nullo modo ſunt puniēdi, nec laici propter hoc debēt à promotione repelli. In tertia parte, quæ incipit ibi, [De his autem.] dicitur, ꝙ illi qui ſponte hoc fecerunt, ſicut factū fuit ſub tyranno Licinio, admitti debēt ad pœnitentiam & communionem eccleſiæ.

c ¶Qui immolauerunt.] Coacti conditionaliter.

d ¶Inierunt.] Scilicet ſuperbiæ cauſa.

e ¶Et non ex compacto.] Id eſt, figmento.

f ¶Honorem.] Scilicet beneficium.

g ¶Offerre.] Id eſt, officium non retinent 4.

h ¶Fungi.] Hic diſpenſatur in beneficio, ſed nō in officio, ut extra. de cleri. pugnan. in du. Henricus. & infra ea. diſt. ſtudeat.

i ¶Nec calicem.] Ante confectionem. quia poſt cōfectionem non eſt eis licitum offerre. & ſic non eſt contra. 93. diſt. peruenit.

k ¶Penes.] Hic patet ꝙ epiſcopus diſpēſat in hęreſi, & cū ſchiſmatico, vt ſ. vt conſtitueretur. non tū cum excōmunicato miniſtrante. 11. q. 3. ſi quis epiſcopus.

l ¶Per neceſſitatē.] Famis. immo potius debent mori fame, q̄ veſci idolothytis. 32. q. 4 ſicut ſatius. & ſ. 32. q. 5. ita ne. Vel vocat hic neceſſitatem coactionem.

m ¶Ampliorem cautelam.] Quandoq; enim ad cautelā imponitur alicui pęnitentia vt 34. q. 2. in lectum.

Baptizare ſolenniter laicus non poteſt.

1 Etiam poterit rōne ordinis q̄d nō poterit laicus. Ioā. de Fan.

2 Diſpenſatiue, Hug.

3 Secundū hunc intellectum poterit conficere, & corpus Chriſti & alia facere, & ea ſola pęna hic imponitur, in eū, quia non poteſt amplius ꝓmoueri, ſecundū hoc nō eſt contra 1. q. 1. ſicut Chriſtus.

4 Dic planius offerre. i. in altari conficere. q. d. beneficiū retinebit. ſed nō officiū. ſic ſ. ea. ſtudeat, in fin. 28. diſtinct. ꝑsbyterū. extra d' cle. pug. in du. Henricus. ſic econtra retinet q̄s officiū, ſed non beneficium. 1. q. 5. c. 1. Ioan. de Fan.

a ¶Com-

g Scilicet ſi digne pęniteant.

a ¶Cōmodari.] Quia reſtituuntur ad communionē, 1, nō ad officium vel beneficium: tamen dabitur ſuſtentatio eis. 16. q. 6. de lapſis. Io. de Fant.

ADDITIO. Sed videtur contra, quod nota. 1. q. 7. maximum. & 21. diſt. §. non autem. in glo. ſed vider. in fi.

SED ILLVD. CASVS. Modo reſpondet Gratianus tribus c. ſupradictis, ſcilicet illis cap. ſi quis diaconus. & duobus ſequentibus; & cuilibet dat ſuā ſolutionē, & generalem ſolutionē ad omnes ſupradictas contrarietates, dicens ꝙ ea, quæ prohibent reſtitutionem lapſorum, intelligenda ſunt cū crimina ſunt manifeſta ante ordinationem, vel poſt. q̄ vero permittunt, de occultis intelliguntur, quibus per occultam pœnitentiā purgatis in ſuis ordinib. remanere poſſunt. Et hoc probat duobus cap. ſeq.

b ¶ Sed illud Hormiſdæ] Supra ea. ſi quis diaconus.

c ¶ Hieronymi.] Su. ead. quicunque.

d ¶ Baſilius.] Su. ea. qui ſub gradū.

SED

ordinem promoueri. ¶Placuit ergo & hos, tanquam qui nihil peccauerint, ſi & præcedens eorum vita probabilis ſit, ad hoc officium prouehi. ¶De his autem, qui negauerunt præter neceſſitatem, aut præter ablationem facultatum, aut præter periculū, vel aliquid huiuſcemodi (quod factum eſt ſub tyrannide Licinij) placuit ſanctæ ſynodo, quamuis humanitate probentur indigni, tamen eis beneuolentiam commodari [a].

Conc. Nicænū 1. c. 11.

α ¶Si ex fide.] *Hic verba concilij ſunt in compendium redacta: omnino autem verſio Dionyſii, quam attulerunt Burchardus & Iuo, propius accedit ad verba Græca. Sunt tamen nonnulla in hoc capite emendata, & locupletata ex verſionibus, quas Gratianus uidetur ſecutus.*

β ¶Nec Euangelium pronuncient.] *In verſione antiquiore eſt,* nec pronūcient, *in alia, quam Burchardus attulit,* vel prædicando, *Græce* κηρύσσειν *quod proprie ſignificat Euangelium, & fidei doctrinam prædicare.*

Sed illud Hormiſdæ [b] Papæ deſidioſos, & negligentes, non vere pœnitentes reparari prohibet. ¶Illud autem Hieronymi [c] fatetur hoc eſſe difficile, non impoſſibile. ¶Baſilius [d] autem circa delinquentes rigorem iuſtitiæ ſeruandū oſtendit, quem circa pœnitentes alij relaxandum miſericorditer affirmant. ¶Poſſunt & aliter diſtingui præmiſſæ auctoritates. Quorum enim crimina manifeſta ſunt, ante vel poſt ordinationem à ſacris ordinibus deijciendi ſunt: quorum autem peccata occulta ſunt, & ſatisfactione ſecreta ſecundum ſacerdotis edictum purgata; in proprijs ordinibus remanere poſſunt. Vnde Nicolaus Papa Carolo archiepiſcopo, & eius ſuffraganeis.

Raba. pœn. c. 1.

In geſtis concilij Vormacienſis, c. 11. Vide Iuonem par. 10. c. 180. Pann. l. 3. c. 136.

† al. aut

¶Non poteſt reſtitui in ſacerdotem, cuius crimen fuerit manifeſtum. C. XXXIII.

SAcerdotes, ſi in fornicationis laqueum ceciderint, & † criminis manifeſtus [e], ſiue oſtenſus fuerit actus, ſacerdotis non poſſunt [f] † habere honorem ſecundum canonicæ inſtitutionis auctoritatem.

† Adde ad hunc text. quod not. Bar. in l. ſi adulteriū. ff. de adul.

Item Rabanus archiepiſcopus ſcribit ad Heribaldum, lib. pœn. c. 1.

SAcerdotes.] CASVS. Carolus archiep̄s quæſiuit a Papa vtrum ſacerdotes, quorū fornicatio eſt manifeſta rei euidentia, uel per teſtes, poſſint habere honorem ſacerdotij. Et ſūdet, ꝙ non, ſecundū canonicam inſtitutionē.

e ¶Manifeſtus.] Per euidentiam facti.

f ¶Non poſſunt.] Sine diſpenſatione 2. ſed ſi eſt occultū, poſſunt ſine diſpenſatione poſt pęnitentiam.

2 Ad hoc 81. diſt. miniſtri. extra de big. quia, &c. & forte cū hoc poteſt diſpenſare epiſcopus, ſecundum id, qđ not. Inno. extra de cler. per. in cap. 1. in gl. 1. in probatione.

¶Qui valeant reparari poſt lapſum, vel non. C. XXXIIII.

Bur. l. 19. c. 150. Iuo p. 6. c. 400. Pann. l. 3. c. 152.

DE his vero viſum eſt nobis ſcribendum, qui ſacros ordines habentes, ante, uel poſt ordinationem contaminatos ſe eſſe in capitalibus criminibus confitentur. In quibus, ut mihi videtur, hæc diſtantia eſſe debet; ut hi, qui deprehēſi [g], uel capti fuerint publice in periurio, furto, atq. fornicatione, & cęteris huiuſmodi criminibus; ſecundum canonū ſacrorū inſtituta, à proprio gradu decidant: quia ſcandalū eſt populo Dei tales perſonas ſupra † ſe poſitas habere, quas vltra modū vitioſas eſſe conſtat. Nempe inde

† al. ſuperpoſitas

DE his vero.] CASVS. Quidam in ſacris ordinibus conſtituti fecerunt periurium, furtū, vel fornicationē, vel huiuſmodi: quare q̄ſiuit Heribaldus ab archiep̄o Rabano, an tales debeāt cadere à primo gradu. Et ſūdet quòd ſic, ſi publica ſunt eorum delicta: quia ſcādalum eſt tales præeſſe, & laici inde detrahūt ſacrificio Dei, ſicut factum fuit per filios Heli. Si autem peccata eorū ſint occulta, & per occultā pœnitentiam deleantur, ad conſilium ſacerdotis in ſuis gradibus remanentes indulgentiam à Domino conſequuntur.

g ¶Qui deprehenſi.] Et conuicti, ut 15. q. vlti. cap. vlti. & extra de iudi. cum non ab homine. & aduocabit teſtes,

Deprehenſus in crimine poteſt per 20. horas deti neri.

per quos probabit ipſum in crimine deprehenſum,& detineat eum per uiginti horas.ff.de adul.capite.
a ¶Seruato.] Secundum quoſdam iure communi & ꝓmouetur,& manet in ordine ſuſcepto occultus peccator poſt peractam pœnitentiam 1, vt etiã ſentit Gratianus.ſ.ead.§. ſed illud. niſi in ſimonia, ubi qs ordinẽ emit, qui quantum ad ſe & ad alios eſt ſuſpẽſus, vt 32. diſt.§. uerum. & extra de ſi. tanta.licet ſit argum. contra extra de ſi. ex tuæ.ſed ibi non dicitur ꝙ diſpẽſabatur cũ eo: ſed dr̃ ꝙ prohiberi non poteſt,cum ſit occultum . Sed obijcitur iſtis quod dicit in fi. de ſpe ueniæ.Sed ipſi intelligunt de ſpe ueniæ quantum ad peccatum. H. uero dicit, ꝙ in occulto peccato non poteſt diſpenſari:quia de illo nõ poteſt quis accuſari uel puniri : quia occulta peccata non habent vindictam, ut 32.q.2. Chriſtiana 2. Ad hoc ergo ꝙ occultus peccator poſſit promoueri.cõfitebitur ep̃o crimen ſuum : & non ei ſoli, ſed coram aliquibus perſonis:& ſic poterit diſpenſare ſecum.ſed ut dixi ſ.25. diſt.cap.ulti. peccatũ ſiue ſit occultum ſiue manifeſtum , dum tamẽ ſit enorme,ſemper impedit ne poſſit ſine diſpẽſatione promoueri : licet poſſit exequi ſuſceptũ ordinem cum eſt occultũ peccatum:& ꝙ occultum peccatum impediat promouendum, habes extra de temp. ord.ex tenore.Io.Sed hę opiniones hodie ſublatæ ſunt per decret. extra de tempo. ordi.cap.vlt. B.Sed nunquid ſacerdos tempore pœnitẽtiæ poteſt exequi officium ſuum? Vĩ ꝙ nõ,ut ſ. diſtin. 6.teſtamentum.de conſec.diſtin.2.ſi non ſunt.& cap. quotidie.& ſ.ea.quid eſt hoc:cum quilibet ſit ſuſpenſus quantum ad ſe propter mortale peccatum, vt 1.q. 1.ſacerdotes.& facit ad hoc extra de celebra. miſſa. de homine.Dico ꝙ melius eſt ſi abſtineat,ſi credit ſe indignum.ſi autem conteritur,dico ꝙ poteſt 3 celebrare non obſt.ſ.diſt.33.habuiſſe. quod eſt contra.ſed illud intelligitur de eo quem non pœnituit adhuc.de pœnit.diſt.3.inter hæc hircum.
DE LAPSIS. Hic incipit quartæ pars huius diſ.in qua loquitur de hæreticis,qui olim ſine concilijs non recõciliabantur.Ioan.de Fan.
CASVS. Supra dictum eſt de alijs lapſis nunc uero de lapſis in hæreſim dicit , ꝙ non eſt communicandũ eis ante reconciliationem: quod probatur ſequenti cap.

1 Hoc facit quod talis ſolũ Deũ habet ultorem.6.q.1. ſi omnia, 32.queſt.1. apud . Et Deus nõ ſanat aliquẽ, niſi ex toto ſanet.de pœn. diſt.3. ſũt plures. & extra de bapti. maiores.

2 Cõcor.l. 3.§ mittantur cũ not. ff. de uen. inſpic. & l. ab Anaſtaſio. C. manda.

Sacerdos tẽpore pœnitentię an poſſit ſuũ officiũ exercere.

3 Sub. niſi ſit tale peccatũ ꝙ acta pnia nõ poſſit in ordine remanere . extra de tempo. ord.c.vlt.&

DE eo autem.] CASVS.Quoſdã hæreticos debebat Cyprianus eccleſiæ reconciliare:ſed differebat. q̃ſiuit ergo Antonianus quare differret? Et rñdet,ideo, ut congregato concilio epiſcoporum de communi cõſilio reconcilientur. ante uero reconciliationem nullus eis communicare debet.
b ¶Communicato.] Olim enim epiſcopus ſolus non poterat ſine concilio reconciliare hęreticum,ut 1.q.7. ſi quis epiſcopus.Sed hodie ſecus 4.extra de hæreti.ad abolendam.§ præſenti.
QVOD VERO.Hæc eſt quinta pars huius diſtin.in qua ponitur quid iuris ſit de homicidis voluntarijs, vel caſualibus,uel neceſſarijs.Ioan.de Fan.
CASVS.Iſte §.reſpicit c.illa miror.clericum.& de his. in quibus dicitur, ꝙ clerici homicidæ carere debẽt officio percepto quod Gratianus dicit eſſe verum de illis,qui poterant homicidium euitare. Cæterum ſi neceſſitate obſidionis anguſtati fecerunt homicidium, pœnitentia purgati remaneant in officio , ut probatur ſequenti capitulo.
c ¶Quod vero.] Supra eo. cap. clericum. & c.de his clericis.& c.miror.

de act. inquiſitionis.tamen de occulto peccato non facies manifeſtum.Io. de Fant. & facit ad hãc materiam quod legi. & no. extra de temp.or di.ex tuæ ſi & de tur. c. ſ. Archid.

retrahuntur homines à ſacrificio Dei (ſicut quondã, Heli filijs peccantibus,feciſſe leguntur)& rebelles hinc,atque contrarij exiſtẽtes, eorum prauis exemplis quotidie peiores fiunt. Qui autem de prædictis peccatis abſcondite à ſe admiſſis,per occultam confeſsionẽ coram oculis † Dei præſente etiam ſacerdote, qui eis indicturus eſt pœnitentiam, confitentur, et ſemetipſos grauiter deliquiſſe querũtur; ſi ſe per ieiunia *a*, & eleemoſynas, vigiliaſque, & ſacras orationes purgare certauerint, his etiam gradu ſeruato [2], ſpes veniæ de miſericordia Dei promittenda eſt.

1.*Reg*.2.

† *al. angelis*.

a ¶Si ſe per ieiunia.] *Sic etiam in manuſcriptis . & apud Iuonem,& Pannormiam. In originali autem legitur,* ſi ueraciter pœnituerint,& ſe per ieiunia. *Itemque Burchardus,qui cap.hoc citat ex concilio Ilerdenſi*.

4 *De lapſis etiam in hæreſim hoc obſeruandum eſt , vt ante ſententiam concilij nullus eis communicet.*

Vnde Cyprianus Papa Antoniano ait inter cætera, lib.4. epiſt.1.

¶A communione abſtineant,qui lapſis ante reſtitutionem communicant. C. XXXV.

DE eo autem †, quod ſtatuendum eſſet circa cauſam lapſorum,diſtuli; vt cum quies, & tranquillitas data eſſet, & epiſcopis in vnum conuenire indulgentia diuina permitteret ; tunc communicato *b*, & librato de omnium collatione conſilio , ſtatueremus, quid fieri oporteret : Si quis vero ante conſilium noſtrum , & ante ſententiam de omnium conſilio ſtatutam,lapſis temere communicare voluiſſet,ipſe à communicatione abſtineat .

Anſ.l.8.c.12.
† *al. tamen*.

5 *Quod vero c ſupra de homicidis ſtatutum legitur , intelligendum eſt, quando facultas effugiendi datur,nec neceſſitate clauduntur obſidionis. Cæterum,cum neceſſitate anguſtati effugere non poſſunt , ſi tunc homicidium admiſerint, purgati per pœnitentiam & officio , & communioni reddentur.*

Supra ea.c.clericum, & c.de his clericis , & c. miror.

Vnde in concilio Ilerdenſi,c.7 legitur.

Hęreticum reconciliare põt epiſcopus hodie ſine cõcilio.

4 Sub. & hoc pp periculũ , qd̃ hodie etiã nimis inualuit. ad idẽ ex̃ de purga.c. inter. ſecundum Hoſt.

De his

DE his clericis.] CASVS. Quidam ſacerdotes Leuitæ & ſubdiaconi in obſidione poſiti hoſtes interfecerunt. vnde quæſitum fuit de his, an poſſint in ſuis ordinibus remanere? Reſpon. concilium quod quilibet clericus, vitare debet ſanguinis effuſionem. ſed ſi in hoc de

¶Poſt duorum annorum pęnitentiam officio, & communioni reſtituantur clerici, qui in obſidionis poſiti neceſſitate ſanguinem fuderunt. C. XXXVI.

DE his clericis, qui in obſeſſionis neceſſitate poſiti fuerint, id ſtatutum eſt, vt qui altario miniſtrant, & Chriſti corpus, & ſanguinem tradunt, vel vaſa ſacro officio deputata contrectant, ab omni humano ſanguine, etiam hoſtili ſe abſtineant. Quòd ſi in hoc[a] inciderint, duobus annis tam officio, quàm communione corporis Domini priuentur[b], ita vt his duobus annis, vigilijs, ieiunijs, orationibus, & eleemoſynis pro viribus, quas Dominus donauerit, expientur: & ita demum officio, vel communioni reddantur: ea tamen ratione, ne vlterius ad officia potiora prouehantur. Quod ſi in definito tempore negligentiores circa ſalutem ſuam extiterint, protelandæ ipſius pęnitentiæ tempus in poteſtate maneat ſacerdotis.

Caſu quoque ſi clericus homicidium fecerit, in proprio gradu ex diſpenſatione remanere permittitur.

Vnde Vrbanus II. ſcribit Guernerio Narbonenſi epiſcopo.

¶Qui caſu homicidium facit, ex diſpenſatione in ordine ſuo permaneat. C. XXXVII.

Pann. l. 3. c. 154. CLerico[d] iaciente lapidem puer dicitur interemptus: Nos pro amore[e] tuo in ſuo ordine eum permanere permittimus; vt tamen ſemper in pœnitentia[f] & timore permaneat.

Item Stephanus V. Sichiberto Corſicæ epiſcopo.

¶De eodem. C. XXXVIII.

Pann. l. 3. c. 155. QVia te quaſi obnoxium iudicas[g], eo quòd à Sarracenis captus homines interfeciſſe videris; bene facis. Sed quoniam non tua ſponte id feciſſe cognoſceris, inde canonicè[h] nullo modo iudicaris.

Si vero ira presbyter commotus aliquem interfecerit, & ſi animum occidendi non habuerit; perpetuo tamen depoſitus erit.

Vnde Nicolaus Papa ſcribit Hosbaldo choriepiſcopo[a] Quadrantino.

a ¶Choriepiſcopo.] *Antea legebatur*, coepiſcopo: *emendatum eſt ex omnibus, quæ collata ſunt, vetuſtis Gratiani exemplaribus, optimeque conuenit verbis Nicolai.*

ante aduentum Paganorum: ſi enim eſſet ineuitabilis neceſſitas non imponeretur eis pœnitentia. vnde dicas, quod ſi eſt neceſſitas ineuitabilis, ſine omni diſpenſatione poteſt celebrare in ordine habito: ſed non debet promoueri ſine diſpenſatione, vt extra de ho. c. continebatur. Sed ob. extra eod. lator. vbi dicitur, quod licitè poteſt promoueri ad ſuperiores ordines Ioã. Sed illud eſt diſpenſatio de hoc dixi ſupra ead. c. de his. Sed melius dicas, quod ibi fuit caſus fortuitus. B.

c ¶Sacerdotis.] Vide quomodo circa canones pœnitentiales habet ipſe ſacerdos plenam poteſtatem 2. ut 26. q. 7. tempora. ſecundum leges duplicatur tempus pœnitentiæ eis qui non ſeruant pœnam, & pœnitentiam iniunctam, vt ff. de pę. aut damnum. § inter eos.

d CLerico.] Si iſte dedit operam rei licitè expellendo porcos de agro ſuo: tunc intellige, quod minus diligenter fecerit: aliàs in nullo puniretur, vt dixi ſupra ead. de his.

e ¶Pro amore.] Spirituali. talis. n. amor non inducit ſimoniam, vt 1. q. 1. filium. & c. latorem. & 35. qu. 9. veniam.

f ¶In pœnitentia.] Interiori: quia ſacerdos non facit publicè pœnitentiam niſi pro enormi crimine, vt de pœn. diſt. 6. ſacerdos. & 28. diſt. presbyter.

QVia te.] CASVS. Sichibertus epiſcopus Corſicæ inter anguſtias & iacula Sarracenorum poſitus, vt periculum euitaret, quoſdam interfecit ex illis. Super hoc conſuluit dominum Papam: qui reſpondet quod bene fecit: quia ſe obnoxium putat: ſed quia non ſpontè hoc fecit, ſecundum canones non condemnabitur.

Sacerdos plenam poteſtatem habet circa canones pęnitentiales.

2 Ad idem de pœ. diſt. 1 menſuram. ibi de hoc.

Sacerdos pro quoque publicam pœnitentiam facere.

de neceſſitate inciderit, officio & communione corporis Chriſti duobus annis priuentur, in quibus pœnitentiam agant: quia peracta officio ſuo reddantur: ita tamen quod ad altiora non promoueantur. Si autem in prædicto tempore negligenter pœniteant: in poteſtate epiſcopi erit prolongare tempus pœnitentiæ. Sequens §. cum ſeq. c. patet.

a ¶In hoc.] Ex neceſſitate.

b ¶Priuentur.] Ad cautelam, ſecundum H. 1. clerico in nulla neceſſitate licitum eſt occidere: immo potius debet permittere ſe occidi: ſed nos intelligimus iſtud de neceſſitate euitabili: quia poterat bene exiuiſſe caſtrum

g ¶Iudicas.] Cum non ſit.

h ¶Inde canonicè.] .i. non ſecundum rigorem canonum: quia tunc nullo modo, vt ſupra ead. miror. nunc autem miſericorditer toleratur. Vel intellige quando ineuitabili 3. neceſſitate hoc fecerit.

SI VERO. CASVS. Dictum eſt ſupra quod illi qui neceſſitate obſidionis vel caſu aliquos occiderint, poſſunt in ſuis ordinibus remanere. Nunc vero dicit, quod ſi quis ita commotus aliquem occiderit, licèt non habeat animum occiden-

a Sic eſt antiqua gl. Ioã. quamuis pauci hoc habeant. Arch. Occidere vtram liceat clerico in neceſſitate.

3 Hanc ſententiam teneas: quia de ea intelligitur hoc c. vt no. extra de homi. inf. in c. ſicut. in gl. not. dic et. in fin. & ſupra ead. de his

occidendi, perpetuo tamen depoſitus erit: quod ſeq. c. probatur.

STudeat.] CASVS. Quidam presbyter percuſſit quendam diaconum equitatem: diaconus vero de equo cecidit, & fracta ceruice interijt, vnde Nicolaus Papa pcipit Hosbaldo choriepo Quadrantino, vt ſuadeat epo ſuo aſſociare ſibi ſex vicinos epos: qui inſimul cum Hosbaldo cognoſcant, & ſi inuenerint quod diaconus à ſacerdote non eſt percuſſus ad mortẽ: nec ex percuſſione ipſius, ſed ex ceruicis fractione mortuus eſt: iniuncta ſacerdoti cõpetenti pœnitẽtia ſuſpendatur ad tps à celebratione Miſſarum: & poſtea ad ſacerdotale redeat officium. Si vero ex qualicumque presbyteri percuſſione diaconus mortuus eſt: licèt non habuit animum occidẽdi, tamen deponetur: ita vt ſi obediens apparuerit, aſſignetur ei beneficium de eccleſia ſua, de quo ipſe & ſui poſſint habere ſolatium ſuſtentationis.

a ¶Studeat.] Bar. intellexit hoc cap. prout littera ſonat, ꝙ licèt ex percuſſione ceciderit & confregerit ceruicem, nõ ideo eſt ſacerdos deponẽdus. arg. j. ea. quantũ. nam ſi ſeruum tuum vulneraui, & ille poſtea ex ictu alterius perijt, nõ teneor de occiſo. ff. ad leg. Aqu. huic ſcripturæ. §. ſi ſeruus. & l. ita vulneratus. Et hanc regulam, Qui occaſionem damni dat, damnum dediſſe vr: intelligit de occaſione proxima & ſufficienti. Sed expreſſe eſt contra. extra eod. presbyterum. & ff. ad leg. Corn. de ſic. nihil intereſt. vnde intellige, ꝙ ſi nõ cecidit ex percuſſione, ſed alio modo cecidit: tunc non tenetur de morte eius, ſed de eo quod prius ipſum incautè percuſſit.

1 Vel dic ꝙ ꝓuincijs, id eſt, diœceſibus, ſicut e cõtra ponitur 11. q. 3. epi q. ſm Lau. & Hug.

b ¶Sex.] Quia tot non erant in prouincia illa 1.

c ¶Cadens.] Poſtea.

d ¶Interijt.] Non ex cauſa percuſſionis: ſed ex alio caſu, quia cecidit.

e ¶Percuſſione] Siue directa, ſiue occaſionali.

f ¶Et ſi voluntatem.] Directam.

g ¶Prodijt.] Et ſic ꝑ ꝑ vnum delictum imputãtur oĩa quæ ſequuntur ex illo. inf. ead. ſæpè. & 3. ea. clericum.

h ¶Vt tale beneficium.] Hic diſpenſatur in beneficio, nõ in officio, vt 28. diſt. presbyterũ. debet autem de iure carere 2. vtroque: quia cui interdr̃ vnum, interdr̃ & reliquũ: cũ ſint cõnexa, vt 81. diſt. ſi quis, nã male merenti continua egeſtate laborare debẽt, vt ff. depoſi. bonæ fides. Sed ideo diſpenſatur, ne propter neceſſitatem victus ad turpia lucra cõuertatur, vt 81. diſt. ad reatum.

i Et ſui.] Sui. n. filij & ipſe eadẽ perſona intelliguntur, vt 35. q. 3. §. hac auctoritate. in princip. & vxor dicitur pars viri. 33. q. 2. admonere. vnde vr̃, ꝙ licèt clericus ſit ſuſpenſus ab homine vel canone, ꝙ tamen ei relinqui debeat vnde ſe & ſuos poſſit ſuſtentare. & eſt ſi. argu. ff. de preca. l. penultim. ff. de vſu & habi. l. 2. maximè cum

Diſpẽſatur q̃nq; in beneficio, nõ in officio.

2 Per ſententiam, nõ ipſo iure. Archid.

Vxor & filij de bonis eccleſiæ paſci poſſunt.

¶Perpetuo careat officio presbyter, qui ira commotus, licèt extra animum, aliquem interfecerit.

C. XXXIX.

STudeat [a] ſanctitas tua perſuadere epiſcopo tuo, ſibi canonicum ſociare numerum collegarum, id eſt ſex [b] ex vicinis prouincijs fratres, & coepiſcopos ſuos: quibus tecum iunctis, & decernentibus, diligenter inueſtigate, & omni niſu ſerutari procurate, quatenus inuenire valeatis, vtrum percuſſione iam nominati presbyteri, an ceruicis fractione idem diaconus, ut fertur, extinctus eſt. Et ſiquidem à ſæpèfato presbytero nõ ad mortem percuſſus eſt, ſed ex equo cadens [c] ceruice fracta interijt [d]; ſecundum arbitrium veſtrum pro percuſſione, incautè agenti presbytero pœnitentiam competentem indicite: & aliquanto tempore à Miſſarum ſolennijs ſuſpendatur; denuo poſt hęc ad ſacerdotale rediturus officium. † Quòd ſi veraciter qualicumque percuſſione [e] iſtius presbyteri, ille mortuus eſt diaconus; nulla hunc ratione miniſtrare ſacerdotis more decernimus: quoniam etſi voluntatem [f] occidendi non habuit; furor tamen, & indignatio, ex quibus motio illa mortifera prodijt [g], in omnibus, ſed pręcipuè in Dei miniſtris multipliciter inhibentur, atq; vbiq; damnantur. Verum ſi presbyter adeo veſtro ſtudio obnoxius † fortè claruerit, pꝛ̃cipimus, vt tale beneficium [h] ſibi eccleſiæ ſuæ concedatur; quo & ipſe, & ſui [i] ſufficienter poſsint habere ſuæ ſuſtentationis ſolatium.

Iuo p. 10. c. 24.

† Adde an excõicatus abſolutus ꝑcipiat fructus medij tpis arg. ꝙ non, in l. 1. & l. ſi vt alleg as. C. de teſta. mili. & in Authẽ. vt cũ. de appe. cog. §. ſi vero. coll. 8.

† al. noxius] Iuo.

Item ex concilio Maticen. [a] *c. 6.*

a ¶Maticenſi.] *Burchardus, & Iuo citant ex concilio Meguntino: in nullo tamen eorum, quæ extant, habetur. Simile vero aliquid legitur in concilio Vormac. c. 27.*

¶De eodem. PALEA. C. XL.

QVi vero odij meditatione, vel propter cupiditatem, Iudæum, vel Paganum occiderit; quia imaginẽ Dei, & ſpem futuræ conuerſionis exterminat †, quadraginta dies in pane & aqua pœniteat.

Burch. l. 6. c. 33. Iuo p. 10. c. 162.

† al. extinxit

¶De eodem. PALEA. C. XLI.

SI quis homicidium fecerit, ſi epiſcopus eſt, xv. annos pœniteat, & deponatur, cunctos quoque dies uitæ ſuę peregrinando finiat. presbyter xij. annis pęniteat, tres † ex his in pane & aqua; & deponatur ſuperioris ſententia. Diaconus x. annis pęniteat, tres ex his in pane, & aqua. clericus & laicus ſeptem annis pœniteat, tres in pane

Anſ. l. 11. c. 34.

† al. quatuor

cum etiã vxor & filij de bonis eccleſiæ paſci poſſunt, vt 31.diſt.omnino.nec totum extorquendum eſt à debitore quod habet: ſed habenda eſt ratio, ne egeat. ff. de re iud. inter eos. in fi. ille autem q excõicatur, nihil percipiet nomine eccleſiæ. extra de appell. paſtoralis. Eos

talis miniſter Dei dicitur, vt 15.q.1.nec ia.

b ¶Humana.] Ideo magis eſt tenẽda, vt ſ 9.diſt.ſanc. Io. Quid iuris ſit de hoc, notaui plenè in qſtionib. B.

SI qua.] CASVS. Quædam domina furore iracundię accenſa, ita acriter ancillam ſuã flagellauit, ꝙ intra diem tertiũ expirauit. quæſitũ fuit in concilio Eliberitano quando poſſit ad communionem admitti. & reſpondet ꝙ ſi voluntariè fecit, poſt ſeptem ann. pœnitentiam: ſi caſu, poſt v. poterit ad communionem admitti: & non ante, niſi intra hoc tempus fuerit infirmata. Sequentem caſum per te videbis.

c ¶Ancillam.] Hic habes ꝙ æque punitur dñs occidens ſeruum ſuum ſicut alienum, ut ff. de ijs qui ſunt ſui uel alieni iur. l. 1. in fi. modica tamen caſtigatio permittitur domino. ff. de ijs qui ſunt ſui vel alie. iur. l. 2. vnde ſecũdum iura noſtra ſeruus poteſt conqueri de domino, ſi ſæuiat in ipſum, vt 23. q. 4. ſi eccleſia. & c. qui peccat. in fi. Et dic, vt no. ſuper illo c. ſi eccleſia. 2. q. 7. quæritur. — Dominus non poteſt in ſeruum ſæuire.

d SI quis.] ¶Semper.] Id eſt, horis ſtatutis. ſic 22. diſ. ſacroſãcta. & 26. diſt. ſi quis vult. & de conſe. diſt. 5. nunquam.

e ¶In exitu.] Supple, ſi moritur ante finitũ tempus pœnitentiæ: quia poſt tempus pęnitentiæ licite communicat, ut 26. q. 7. ſi quis de corpore.

ADDITIO. Hoc fit in quibuſdam criminibus: & præſert. in ũ quis pęniteat ſolenniter. 26. q. 7. ſi quis. ſecundum Hug.

& aqua; & ad gradum cuiuslibet ſacerdotij accedere non præſumat.

Ex priſca verſione. Et Tribur. c. 52

Item ex concilio Ancyrano, c. 22. §. eos vero.

¶Quinquennio à communione abſtineant, qui caſu homicidium faciunt. C. XLII.

Poly. l. 6. tit. 10. Burc. l. 6. c. 15. Iuo p. 10. c. 25. & 144. † al. humanior

EOs vero, qui non voluntate, ſed caſu [a] homicidium fecerint, prior quidem regula poſt ſeptem annorum pœnitentiam communioni ſociauit, ſecundum gradus conſtitutos: hæc vero a humana † [b] quinquennij tempus tribuit.

a ¶Hæc vero.] *Græce eſt,* ἡ δὲ δευτέρα τὸν πενταετῆ χρόνον πληρώσει, *id eſt*: Secunda vero quinquennij tempus explebit. *Atque ita fere Burchardus, & Iuo ex Dionyſii verſione. & infra ea. cap. ſi quis voluntate.*

Et in conc. Vormac. c. 39.

Item ex concilio Eliberitano, c. 5.

¶Quibus temporum ſpacijs à communione abſtineat, quæ voluntate, uel caſu ancillam ſuam interfecerit. C. XLIII.

Rab. pęn. c. 14. Burc. l. 6. c. 19. Ans. l. 11. c. 36. Iuo p. 10. c. 22. & 198.

SI qua fęmina zeli furore accenſa, flagellis verberauerit ancillam [c] ſuam, ita vt infra tertium diem animam cum cruciatu effundat; eo quòd incretum ſit, uoluntate, an caſu occiderit; ſi uoluntate, poſt ſeptem annos; ſi caſu, poſt quinque annorum tempora (acta legitima pęnitentia) ad communionem placuit admitti. Quòd, ſi intra tempora conſtituta fuerit infirmata, accipiat communionem.

Item ex capitulis Martini Bracarenſis epiſcopi, c. 78.

¶De his, qui voluntate, uel caſu homicidium faciunt. C. XLIIII.

Iuo p. 10. c. 39.

SI quis [d] uoluntariè homicidium fecerit, ad ianuam eccleſiæ catholicæ ſemper ſubiaceat, & communionem in exitu [e] vitæ ſuæ recipiat. Si autem non voluntariè, ſed caſu aliquod homicidium fecerit; prior canon ſeptem annis agere pœnitentiam iuſſit; ſecundus canon quinque mandauit.

Item ff. tit. de furtis. L. Qui ſaccum.

¶De eodem. C. XLV.

Pandect. li. 47. titu. 2. le. 79.

QVi ſaccum habentem pecuniam ſurripuerit; furti actione, etiam ſacci nomine tenetur; quamuis non ſit ei animus [f] ſacci ſurripiendi.

1 Aliàs ei non imputatur. argu. 15. q. 1. ſi quis inſaniẽs. & no. ſ. ead. clerico. dum tamen daret operam rei licitę, ut in decret. hic ʃ. alle. dilectus & eo. tit. Ioã. & c. Archid.

EOs uero.] CASVS. Quæſitum fuit in concilio Neocæſarien. quanta pęnitentia deberet iniungi eis, qui caſu fecerunt homicidium. Et reſpondet ꝙ ſecundum antiquam regulam ſeptem annorum pęnitentia iniungetur poſtquam reddetur communioni. Hæc vero eſt noua regula, quæ humaniorem impoſuit pœnitentiam quinque annorum tantum.

a ¶Seu caſu.] Dum tamen culpa præceſſerit caſum 1. aliquis etiam clericus poſſet promoueri. extra eod. ex parte. &c. ſignificaſti. & cap. dilectus, in fin. immo

QVi ſaccu.] CASVS. Quidam furatus fuit ſaccũ cum pecunia. Quæſitu fuit an poſſit conueniri actione furti nomine ſacci. Et reſpondet ꝙ ſic: licet non habuit voluntatem furandi ſaccum principaliter.

f ¶Animus.] Sed contra, furtum ſine affectu furandi non committitur. 13. q. vlti. c. vlt. & Inſti. de viucap. §. itẽ ſi is. Sed dic ꝙ ratione acceſſionis cõmittit furtu: & quæ cõmodatis uel depoſitis reb. accedunt, depoſita uel commodata intelliguntur. ff. cõmo. l. ſi vt. §. vſque adeo. Vel dic, animus, ſcilicet principaliter. ſed ſecundario & indirecte p quandã conſequentiã fuit ei animus ſaccum furandi: & ſic non eſt contrariũ. ff. de fur. — Furtũ committitur ratione acceſſionis.

fur.ſi quid fur.§.1.ſic. & ff. quod metus cau.l. ſi mulier.§.penu.15.q.1.merito.23.q.4.diſplicet.
CONTRA. CASVS. Dictum eſt ſupra in c.ſtudeat.ꝙ ſi quis faciat homicidium ſine uoluntate, tamen punitur. Modo probat contrarium.ſcilicet ꝙ uolũtas punitur,non opus. Et hoc probat uſque ad §. Præmiſſis.
a ¶Contra]Hucuſque oſtẽdit opus ſine animo puniri: nunc oſtendit contrarium.

e ¶Quantum.]Id eſt,ſicut.
f ¶Alienos.]Si uis dicere,ꝙ iſte furabatur caballos.& ducendo eos colliſit mulierem: túc quod dicit in fine non puniri per leges, uerum eſt.l. Cornelia de ſicar.in qua uenit dolus,non lata culpa.ff. de ſica.in lege.tamẽ de

Culpa lata in l. Cornelia non uenit.

Contra [a] animum, non opus puniri, lib.9.cod.tit.ad leg. Cornel.de ſicarijs,exemplo ſacrarum litterarum Diocletiani,& Maximiani colligitur.

De eodem. C. XLVI.

EVm, qui aſſeuerat homicidium ſe non voluntate, ſed caſu fortuito feciſſe, cum calcis [b] ictu mortis occaſio præbita uideatur; ſi hoc [c] ita eſt, neque ſuper hoc ambigi poterit, omni metu, ac ſuſpicione, quam ex admiſſæ rei diſcrimine ſuſtinet, ſecundum id, quod adnotatione [d] noſtra comprehenſum eſt, uolumus liberari.

[*Item Imperator Antoninus.C.ad leg.Cor de ſica.l.1.*]

PALEA. C. XLVII.

FRater veſter rectius fecerit, ſi ſe præſidi prouinciæ obtulerit. Qui, ſi probauerit non occidendi animo hominem à ſe eſſe percuſſum, remiſſa homicidij pœna ſecũdum militarem diſciplinam ſententiam proferet. Crimen enim contrahitur, ſi & voluntas nocendi intercedat. Cæterum ea, quæ ex improuiſo, caſu potius, quàm fraude accidunt; fato plerumque, non noxæ imputantur.

Hinc, & Gelaſius † Papa. †*al.Pelagius.*

¶De eodem. C. XLVIII.

QVantum [e] dicit iſte Placidus †, anno præterito dictũ eſt de vxore illius; quia ſubito inter caballos inuenta eſt, & dum traherentur caballi, colliſa eſt illa, & abortũ fecit. ¶Quod ſi ita eſt; forte ſi caballos alienos [f] tulerit, inde eſt culpabilis [g]. Nam de muliere, quæ caſu inter caballos confracta eſt, vbi uoluntas illius non agnoſcitur [h] pernicioſa fuiſſe, non poteſt, nec debet addici per leges. †*al.Placidius.*

Item Nicolaus Papa.

¶De eodem. C. XLIX.

HI, qui arbores incidere vĩdentur, ſi contigerit, vt cadens arbor occiderit hominem, inculpabiles [i] ſunt,

Occidens in ludo an ſit puniendus.

EVm q.] CASVS. Quidam ludẽdo ictu calcis ſuum ſocium percuſſit, adeo ꝙ mortuus eſt. Iudex loci propter hoc delictũ eũ uoluit punire.conſultus eſt Imperator, an ille debeat puniri. Et reſpondet ꝙ non debet puniri: immo debet liberari ab omni ſuſpicione & pœna legis Corneliæ: & hoc ſi probauerit ſe caſu,non uoluntate hoc crimen commiſiſſe.
b ¶Cũ calcis.]Quoniã fecit ludi cauſa.
c ¶Si hoc.] Scilicet ꝙ in ludo occidit. & iſtud obtinet cum ludus licitus eſt. ff. ad leg. Aquil. nam ludus. ſed ſi eſt illicitus ludus,non excuſat 1, ut extra de præſump. c. 1. ex quo autem conſtat ꝙ in ludo mortuus eſt, non eſt neceſſe probare ꝙ caſu occiderit.ut ff.ad leg. Aquil.l.in lege. extra de ſen. excom. ſuper eo. alias qui caſum allegat, ipſum probare tenet, ut C.de pigno. act. quæ fortuitis, & C.de iniur.ſi non cõuitij. Ergo ſi aduerſarius dixit, ꝙ ipſum dolo occiderit, hoc probabit: quia qui dolũ obijcit, ipſum probabit.ff.de proba. quoties. & intellige ꝙ ludus fuit licitus: & ſecundum hoc intellige quod non punitur talis lege Cornelia, ex quo nihil fecit dolo: punitur tñ l. Aquil.in qua uenit leuiſſima culpa.ff. ad leg. Aq.l.i lege.
d ¶Adnotatione.]Id eſt,lege.

1 Si ludus noxius, id eſt, nocens eſt, imputatur. ff.ad l. Aqui. nam ludus nam omne maleficiũ prauæ præſumitur actũ hæc tamen pſumptio ex varijs circumſtantijs colligitur. 22.q.2. qđ ait.& c. ne quis. & de conſ.diſtinct.4.ſolet ff. de actio & obl. l. 3. §. verborum. ff. de iniu. illud.§ poſt. 25.quæſt.1. illud extra de ſenten. excom.c.1. ſecundum Goffre. qui ita not. extra de præſumpt.c.1. Archid.

QVantum.] CASVS. Cum Placidus traheret caballos de ſtabulo; uxor ſua inter caballos fortuito caſu colliſa eſt: & fecit abortum confracta: & ideo iudex eum punire uolebat tanquam homicidã. Conſultus Papa ſuper hoc reſpondet, ꝙ ſuper hoc puniri non debet ſecundum leges, poſtquã voluntas eius pnicioſa non fuit: ſed de furto poteſt puniri, ſi alienos caballos furatus eſt. Poteſt tñ legi totũ illud capitulũ de vxore Placidi, quę dum traheret caballos, colliſa eſt fortuito caſu, & fecit abortũ, quã dicit Papa nõ eē puniendã de abortu, nõ ſua ſpõte facto: ſed de furto ſi fecit, pt puniri. Et ita dupliciter H.& Bñ.poſuerũt caſũ.

de culpa bene punitur, ut ſupra eadem cauſa.ſtudeat.
g ¶Culpabilis.]Et ſic patet, quod licet aliquis de furto teneatur, non tamen tenetur de ijs quæ ſequuntur ex furto.ſic 15.quæſt.1.ſane. ſupra.5.diſt.ad eius.ff.de furti, verum.extra de ſponſa.veniens. Argum.contra. ſupra ead.clericum.
h ¶Non agnoſcitur.]Quando eam præmonuit H.
HI, qui.] CASVS. Quidam arbores incidebant, eis cadẽtibus quidam homines ſunt oppreſſi ab eis: Quærebatur an eſſent homicidæ, qui arbores incidebant. Et reſpondetur: ſi nõ eſt factum eorum uoluntate, & debitam cautelam adhibuerũt, inculpabiles ſũt. Si vero eorum culpa uel negligentia mortui ſunt, deponendi ſunt, & non ſuſcipiendi de cætero. Idem eſt caſus ſequentis cap. Caſus illius c.ſi duo.facilis eſt: & per te formabis.
i ¶Inculpabiles.]Si fecerũt in priuato loco: tũc.n.nõ potue-

potuerũt diuinare, vt ff. ad le. Aquil. ſi putator. & extra vt eccl. beneſi. vt noſtrum. Si in publico, debuerunt cla mare, caue caue, ut infra ead. ſi duo.

a Sæ-

atque innoxij; quia nec voluntate eorum, nec deſiderio, homicidium perpetratum eſt. Si vero aliqua culpa eorũ, vel neglectu, morientis hominis interitus cognoſcitur aduenisse; abijciendi ſunt à gradu, & in ſacro ordine nullatenus ſuſcipiendi.

Item ex concilio Vormacienſi, c. 29.

¶De eodem. C. L.

Burc. l. 6. c. 21. Iuo p. 10. c. 150.

SÆpe contingit, dum quis operi neceſſario inſiſtens arborem inciderit, vt aliquis ſubtus ipſam veniens deprimatur: Et idcirco, ſi voluntate, vel negligentia [a] incidentis arborem factum eſt; vt homicida, pœnitētiæ debet omnino ſubmitti. Quòd ſi non voto, non incuria illius, non denique ſcientia contigit; ſed dum ille operi neceſſario fortaſſis incumberet, iſte inſperatus [b] occurrens ſub arbore improuiſus deuenit, & ſub ipſa oppreſſus eſt, inciſor arboris non tenetur pro homicida.

Item ex concilio Triburienſi, c. 36. [*Sed ibi copioſius.*]

¶De eodem. C. LI.

Burch. l. 6 c. 22. Iuo p. 10. c. 151.

SI duo [c] fratres in ſilua arbores ſucciderint, & appropinquante caſura ipſius arboris frater dixerit fratri, caue; & ille fugiens in preſſuram arboris inciderit, & mortuus fuerit; viuens frater innocens de ſanguine germani dijudicetur.

Præmiſſis [d] *auctoritatibus, lapſis permittitur* [e]*, vt poſt pœnitentiam in ſuis ordinibus reparari valeant: ad maiorẽ autem conſcendere poſt lapſum nulla eis auctoritate permittitur; immo penitus prohibetur.*

Vnde in Ilerdenſi concilio, c. 5. legitur.

¶Lapſi in ſuis ordinibus reparari poſſunt, ſed non ad maiora conſcendere. C. LII.

15. q. 8. c. hi q. Rabanus pœn. c. 1. Burc. l. 19. c. 74. Iuo p. 15. c. 87.

HI, qui [f] altario Dei deſeruiunt, ſi ſubito in flenda carnis fragilitate corruerint, & Domino reſpiciente, dignè pęnituerint, ita vt mortificato corpore, cordis contriti ſacrificium Deo offerant; maneat in poteſtate pontificis, uel veraciter afflictos non diu ſuſpendere, uel deſidioſos prolixiore tempore ab eccleſiæ corpore ſegregare: ita tamen, ut ſic officiorum ſuorum loca recipiant, ne poſſint ad altiora officia vlterius promoueri. ¶Quòd ſi iterato α uelut canes ad vomitum reuerſi fuerint, & veluti ſues in volutabris luti iacuerint β; non ſolum dignitate officij careant; ſed etiam ſanctam communionem, niſi in exitu, non percipiant.

α ¶Quòd ſi iterato] *Hinc vſque ad finem abſunt à codicibus illis Gratiani, à quibus paleæ abeſſe ſolent. In alio autem hic præpoſitum eſt nomen palea.*

β ¶Et ueluti ſues in volutabris luti iacuerint.] *Hæc non leguntur in antiquis editionibus conciliorum, Colonienſi, ac Pariſienſi, duobus codicibus Vaticanis, Lucenſi Regio, neque infra 15. q. 8. c. Hi qui. Sunt autem apud Iuonem, & in editione Colon. 4. volum.*

a SÆpe contingit] ¶Vel negligentia.] Arg. ꝙ q. occaſionem damni dat, &c. 1 ſic 86. diſt. paſce. 16. q. 1. decimæ. & extra de homic. presbyterorum. 27. q. 2. ſi tu & 31. q. 2. ꝗ neptis, & 1. q. 1. placuit 3. B. argu. contra. 15. q. 1. inebriauerunt. & ff. de ſer. corru. Neratius. §. ſi ſeruo. ff. de furtis, verum. de eo qui fregit oſtium meretricis, ſed non ideo punitus amplius, qa ſatis eſt punitus propter ignominiam.

b ¶Inſperatus.] Fortuiti enim caſus nullo hominum conſilio præuideri poſſunt. ff. de admi. rer. ad ciui. perti. l. 2. C. de pign. act. l. quæ fortuitis.

c SI duo.] ff. ad legem Aquiliam. ſi putator.

PRAEMISSIS. CASVS. ſupra in illo c. de his clericis. qui in ſubdiaconis, & in capitulo illo, clerico. dictum eſt ꝙ clericis lapſis permittitur in ſuis ordinibus miniſtrare: ad maiores vero aſcendere nõ poſſunt. Idem dicitur in hoc §. & hoc probat per ſequens cap. Sed poſtea exemplo beati Petri probat, quod lapſi poſt pœnitentiã ad maiora poſſunt ꝓmoueri.

d ¶Præmiſſis] Supra. ea. de his clericis.

e ¶Permittitur.] Allegãdo dicit propter ſequen. cap. Ioan.

HI, qui.] CASVS. Quidam clerici in ſacris ordinibus conſtituti fornicati ſunt; quæſitum fuit, vtrum ad ſua officia redire poſſint, & ad maiora ꝓmoueri. Et rñdet cõcilium: ſi dignè pœnituerint, in poteſtate ſit epiſcopi vel veraciter afflictos nõ diu ſuſpẽdere: vel deſidioſos prolixiori tẽpe ab eccleſię corpóre ſegregare: ita tamen, ut ſua loca retineant, & ad altiora non promoueantur. qui ſi iterum ipſi lapſi fuerint, omni dignitate carebũt nec habebunt niſi in fine communionem.

f Hi qui.] Hoc cap. habes. 15. q. vlt. hi q.

1 Sub. damnum dediſſe videtur. imo plus q̃nqu e peccat, ut patet I eo qđ legiẽ & no. 23. q. 5. cum homo Ioã. de Fan.

Ignominia ſatis punit.

Caſus fortuiti non poſſunt prę uideri.

Sed exemplo beati Petri, (qui poſtquam trinæ negationis maculas confeſſione diluit amoris; non ſolum in gradu ſui apoſtolatus remanſit, verum etiam in paſtorem totius eccleſiæ à Chriſto inſtitui meruit) probantur lapſi poſt dignã pœnitentiam non ſolum propria officia retinere, ſed etiam ad maiora poſſe conſcendere. Quod autem beatus Petrus poſt negationem paſtor eccleſiæ a Domino ſit inſtitutus, probatur auctoritate beati Gregorij, qui in homilia Dominicæ reſurrectionis de eodem principe Apoſtolorum ſcribit, dicens. Homil. 21. in Euang.

¶Petrus poſt culpam negationis princeps Apoſtolorum à Domino eſt inſtitutus. C. LIII.

CONſiderandum nobis eſt, cur omnipotens Deus eum, quem cunctæ eccleſiæ præferre diſpoſuerat, ancillæ vocẽ pertimeſcere, & ſe ipſum negare permiſit [a]. ¶Quod nimirum magnæ actum eſſe pietatis diſpenſatione cognoſcimus, vt is, qui futurus erat paſtor eccleſiæ, in ſua culpa diſceret, qualiter alijs miſereri debuiſſet [b]. Prius itaque eum oſtendit ſibi, & tunc præpoſuit [c] cęteris; vt ex ſua infirmitate cognoſceret, quàm miſericorditer aliena infirma toleraret.

Item Ambroſius in ſerm. 47. de fide Petri.

¶Poſt negationem in fide, & gradu Petrus profecit. C. LIIII.

FIdelior factus eſt Petrus, poſtquam fidem ſe perdidiſſe defleuit: atque ideo maiorem gratiam [d] repperit, quàm amiſit. Tamquam enim bonus paſtor tuendũ gregem accepit, ut qui ſibi antea infirmus fuerat, fieret omnibus firmamentum; & qui ipſe interrogationis tentatione nutauerat, cęteros fidei ſtabilitate fundaret. Denique pro ſoliditate deuotionis eccleſiarum petra dicitur; ſicut ait Dominus: [Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo eccleſiam meam.] Petra enim dicitur, eo quod primus in nationibus [e] fidei fundamenta poſuerit, & tanquam ſaxum immobile totius corporis † Chriſtianitatis compagem, molemque contineat. *Matth. 16.*

† operis Chriſtiani] orig.

6 *Item obicitur; pœnitentes † ad ſacros ordines promoueri non debent: non ergo lapſi poſt pœnitentiam ad maiora pertingere poſſunt.*

† al. ſolẽniter pœnitentes]

Vnde in concilio Carthaginenſi 4. c. 68. & 69. legitur.

Poly. l. 2. tit. 31. Anſel. l. 7. c. 20. & 23. Burch. l. 2. c. 35. Iuo p. 6. c. 136. & par. 15. c. 5. Pann. l. 3. c. 60.

¶Non ordinetur clericus ex pęnitentibus. C. LV.

EX pœnitentibus, quamuis ſit bonus, clericus non or-

SED EXEMPLO. CASVS. Dictum eſt ſupra; ꝙ lapſi poſt pœnitentiam non poſſunt ad altiora cõſcẽdere. Modo dicit Gratianus contrariũ: ſcilicet ꝙ lapſi non ſolum reſtitui poſſunt ad antiquum ſtatum, ſed etiam ad altiora promoueri: quod probat exẽplo beati Petri, qui poſt trinã negationem non ſolum permanſit apoſtolus, ſed etiã factus eſt paſtor totius eccleſiæ; quod ꝓbatur duobus ſequen. cap.

COnſiderãdum.] CASVS. Quæritur hic, quare Chriſtus permiſit Petrum peccare negando ſeipſum ad vocem ancillæ, quem facere diſpoſuerat paſtorẽ eccleſiæ. Et reſpondet Gregorius, hoc eſſe ꝑmiſſũ ex magnę pietatis diſpenſatione: ſcilicet vt Petrus ſuã fragilitatẽ cognoſceret, & in ſua culpa diſceret qualiter aliorum delictis parcere deberet, & alijs miſereri poſſet.

a ¶Permiſit.] Id eſt, non prohibuit.

b ¶Debuiſſet.] Arg. diſpenſationem eſſe debitam.

c ¶Præpoſuit.] Hoc verbo, Paſce oues meas, factus eſt princeps 1. extra de elec. ſignificaſti. non illo, Tu es Petrus & ſuꝑ hãc petram, &c. quia illud fuit ei dictum ante paſſionem. 22. diſtin. ſacroſancta.

Petrus per quæ verba fuit factus Papa.

1 De hoc plenius 21. diſt. in nouo teſtamẽto. Archi.

FIdelior.] CASVS. Dicit Ambroſius in hoc cap. ꝙ Petrus poſt negationem fortior reſurrexit, & fidelior factus eſt, & maiorem gratiam recepit, quàm perdiderat. Factus eſt enim paſtor eccleſiæ, ut q̃ infirmus fuerat in fide, cæteros in fidei ſtabilitate firmaret. Et ꝓ ſolida deuotione quam habuit circa eccleſiam, & circa homines conuertendos, dictus eſt petra: quod probat auctoritate Euangelij.

d ¶Gratiam.] Argu. quod potius eſt eligẽdus qui peccauit & pœnituit, q̃ qui ſemper fuit bonus: quia magis ſcit compati peccatoribus, ut ſup. ca. proxi. nam infirmus fortior reſurgit. de pœn. diſt. 1. poteſt. & ibidem diſtin. 3. ille. Argu. contra 12. diſtin. nos conſuetudinem. & 16. q. 1. legi.

Eligendus potius eſt qui peccauit & pœnituit, q̃ qui nũquã peccauit.

e ¶In nationibus.] Id eſt, gentilibus.

ITEM OBIICITVR. Hæc eſt ſexta pars huius diſt. in qua loquitur de pœnitentibus cum ſolennitate, & de Bigamis: & mittit in ponit xiiij. auctoritates. Ioan. de Fant.

CASVS. Adhuc obijcit Gratianus, quod lapſi non poſſunt aſcẽdere ad maiora. nam pœnitentes promoueri non debent: ergo nec ad maiora aſcendere poſſunt. quod probat ſex ſequentibus cap. quę loquuntur de ſolenniter pœnitentibus.

EX pęnitentibus.] CASVS. Quidam epiſcopus ordinauit quendam ſolẽniter pęnitentẽ; quærebatur quam

quam pœnam deberet pati epiſcopus vel ordinatus. & reſpondet ꝙ ſi eps ordinauit talem ignoranter, tantū ordinatus deponitur: quia tempore ordinationis ſuæ, ſuum impedimentum non manifeſtauit epo. Si vero eps ordinauerit eum ſcienter, tūc ipſe poteſtate ordinandi.

cumq; modo poteſt. 2. q. 3. §. notādum. & ff. de bo. eo. qui ante ſenten. l. 1. ſic & honorem ſuū. Sed nunquid clerico promouendo præiudicat confeſſio ſua, ut inde debeat puniri? videtur ꝙ ſic, vt extra de elect. p inquiſitionem. immo idem etiam vr̄ ſi extra iudiciū fieret confeſſio, vt extra de exceſ. prelat. quam ſit graue. Dico ꝙ nō; niſi in ſolo ꝙ non admittitur ad ordines, vt 25. diſt. quando. in fi. ſic extra de exce. denique. & eſt ea ratio: quia licèt confeſſus fuerit, tn̄ non punit; quia ad hoc non agebatur, vt dixi 3. q̄ō. 6. hoc quippe. idē dico ſi teſtis confitetur crimen ſuum, vt probatur extra de accuſ. inquiſitionis. Ioan.

c ¶Priuetur.] Hic ſignantur contraria, q̄ ſoluta ſunt 36. diſtin. qui eccleſiaſticis.

dinetur. Si per ignorantiam[a] epiſcopi factum fuerit; deponatur à clero: quia ſe ordinationis tempore nō prodidit[b] fuiſſe pœnitentem. Si autem ſciens epiſcopus ordinauerit talem; etiam ipſe ab[a] epiſcopatu ſuo ordinandi duntaxat poteſtate priuetur[c]. Similí ſententiæ ſubiacebit epiſcopus, ſi ſciens ordinauerit clericum eum, qui uiduam, aut repudiatam, vxorem habuit, aut ſecundam.

C. 69.

a ¶Ipſe ab.] *In originali legitur*: ipſe ab epiſcopatus ſui ordinandi duntaxat poteſtate priuetur *al.* ipſe epiſcopatus ſui: *quemadmodum & apud Iuonem, par.* 15 *c.* 5.

Item Siricius Papa Himerio epiſcopo, epiſt. 1. *c.* 15.

¶Bigamus, pœnitens, viduæ maritus, ſacræ militiæ ſe ingerens ſine ſpe promotionis in ſuo ordine permaneat. C. LVI.

Anſel. l. 7. c. 17. 20. 21.

QVicunq; pœnitens, quicunq; bigamus, quicunque uiduæ maritus, ad ſacram militiam indebitè, & incōpetenter irrepſerit; hac ſibi conditione à nobis ueniam intelligat relaxatam, ut in magno debeat computare beneficio, ſi adempta ſibi omni ſpe promotionis, in hoc, quo inuenitur[d], ordine perpetua ſtabilitate permaneat.

QVicunque.] CASVS. Quidā pœnitentes, & bigami, & uiduarum mariti ordinati fuerūt in minoribus ordinibus, vel fortè vſq; ad ſubdiaconatū. q̄ſitū fuit a Siricio Papa, vtrū poſſint ꝓmoueri ad ſuperiores ordines? Et reſpōdet Papa, ꝙ non: immo pro maximo beneficio debent reputare, ſi tolerentur in ordinibus, in quibus inueniuntur, omni ſpe promotionis eis adempta.

Item ex concilio Gerundenſi, c. 9.

¶Non prohibeatur à clero, qui preſſus languore per communionem pœnitentiæ benedictionem accepit. C. LVII.

† *Is vero*] manuſcri. & ori.

SI † a vero[e], qui ægritudinis languore depreſſus pœni-

dinandi priuabitur. Eandem pœnam patiatur epiſcopus qui ſcienter ordinauit bigamum, viduæ vel repudiatæ maritum.

a ¶Si per ignorantiam.] Bene. n. poteſt ignorare cum non ipſe, ſed alij examinent. 24. diſt. quando. extra de offic. Archid. vt noſtrum.

b ¶Non prodidit.] Ex hoc cap. vr̄ ꝙ quilibet ordinandus teneatur prodere crimen ſuum 1. vt 24. diſt. c. qn̄. & c. vlt. & 81. diſt tantis. & c. quicunque. & 8. q. 3. Artaldus. in fi. Sic vr̄ ꝙ in iure teneatur quilibet confiteri delictum ſuum ſi interrogatus fuerit, vt 11. q. 3. quiſquis. & 35. q. 6. ſi duo. & 15. q. vl. c. 1. & penul. Quod H. concedit, & dicit ꝙ quilibet in examinatione & in iudicio tenetur cōfiteri crimen ſuum: ſed in examinatione ſufficit vt dicat ꝙ in gn̄e confiteat̄ ſe criminoſum: & ſic petat diſpenſationem. Sed ſi ſpecialiter pro aliquo crimine fuerit interrogatus: tūc rn̄debit, & dicet ſe feciſſe inde pœnitentiam. nec obſt. ĩ. de pœn. diſt 1. §. his auctoritatibus. vbi dr̄. non tibi dico prodas. quia illud loquitur de pœnitente, qui ſe non debet publico prodere: niſi em̄ occultus peccator prodat crimen ſuum, dicit H. nō poſſet diſpēſari ſecum & coram pluribus debet dicere, & prodere ſe: q̄a prodere eſt in publico dicere, vt 2 q. 1. ſi peccauerit. ſicut. n. epiſcopus non poteſt audire cauſam 2. criminalem, niſi cum clericis ſuis, vt 15. q. 7. epiſcopus. ſic nec ſolus poteſt diſpenſare. qualiter enim probaret aliquis ſecum diſpenſatū eſſe, niſi coram pluribus factum eſſet, vt extra de ſchiſmat. fraternitatis? Alij dicunt ꝙ nec in iudicio nec in examinatione tenetur aliquis prodere ſe: q̄a Deus occultat peccatū. de quo aliq̄s pœnituit, vt 32. q. 1. apud. & ſic licitum eſt alicui redimere ſanguinem ſuū quo-

Crimē ſuū in ordinatione uel ĩ iure, an teneatur quis prodere.

1 Hic non probatur hoc: q̄a tex. dicit, pœnitentē, nō dicit criminoſū: nec hoc probant c. hic īducta. Archidiac. Prodere eſt in publico dicere.

2 Scilicet criminalē, cū agit̄ ad depoſitionē: ſecus ſi eſſet cā vbi ageret̄ ad priuationē bn̄ficij. ſm̄ illud qđ leg. & no. 15. q. vlt. inuentum. Archi.

in quibus inueniuntur, omni ſpe promotionis eis adempta.

d ¶Inuenitur.] Sic ergo facilius diſpēſatur in ordine ſumpto, q̄ in ſuſcipiendo: vt extra de renū. niſi cum pridem: quia turpius, &c. vt extra de iureiur. quemadmodū. Vel vocat hic ſacram militiam minores ordines, ad quos pōt ꝓmoueri, vt ĩ. ca. placuit. & 6. q. 1. ca. iſames.

SI vero.] CASVS. Quidā in extremis laborans: pœnitentiā poſtulauit, cui ſacerdos ſolennem pœnitentiā iniunxit, præbēdo ſibi cōionem corporis Chri. Poſt quā uero conualuit, pniam ſolennem ſibi iniunctam non egit. quæritur an valeat promoueri? Et rn̄. ꝙ ex quo caput ſolenni pniæ non ſuppoſuit, bene pōt promoueri, ſi alias eſt dignus: ita poſuit Beneuen. hūc caſum. ſed q̄ hoc ĩ iura vr̄, cū ille ante ægritudinē mortaliter ſm̄ hoc peccaſſet, & poſtea ſimiliter non adimplendo pœnitentiā; ideo ego Bar. Brix. cum H intelligo caſum hūc de illo q̄ nō accipit corpus Chri vſq; ad articulum mortis: vn̄ nō videbat̄ verè pœnitens. Q̄ tn̄ ſi non egit pniam ſolennem, nec mō eſt criminoſus, ꝓmoueri pōt. Vel fortè de illo intelligitur, qui ꝓ occulto & paruo crimine ſolennem pniam facere promiſit.

e ¶Si vero.] Quidā ita ponunt caſum 3. Aliquis tpe ægritudinis tale recepit mādatum à ſacerdote, ut poſtquam conualeſceret, ſolennem faceret pniam: talis nō prohibet̄ à ꝓmotione, dum tamē nō ſteterit inter pœnitentes. Sed iſte caſus non placet: quia poſtquā ſanatus eſt talis, tenetur ſtare in ordine pœnitētium, vt 26. q. 6. qui recedunt 4. Item cum pnia talis non iniungitur, niſi pro graui peccato mortali: ergo poſt mortale peccatum non dent promoueri, vt 20. q. 6. c vlt. Alij ſic ponunt caſum. Quidam communionem non accepit quouſque

Diſpēſatur facilius in ſumpto, q̄ in ſuſcipiēdo ordine.

3 Vt Benedict.

4 Sicut qui iniecit manus violentas in clericum: & ꝓ inualetudinem uel aliud impedimentum nō pōt accedere ad curiam, abſoluitur ab inferiori, tn̄ tenetur accedere reſtituta cōualeſcentia, vel opportunitate cū diſt. ex̄ de ſentē. excō. de cætero, & in illa decre. ꝑuenit.

quouſque fuit in periculo mortis. dubitabatur de tali vtrum poſſet promoueri poſt ſanitatem: quia non videbatur tunc verè pœnitens, qui timore mortis pęnituit. Et reſpondetur ꝙ poteſt: & hæc fuit cauſa dubitationis: quia ſicut non poteſt promoueri qui in ægritudine baptizatur, quia potius præſumitur ex timore, quàm ex volũtate libera baptizatus, vt 57. diſt. ſi quis in ægritudine. idem videbatur de pœnitẽte tali. ſed non eſt ſimile: quia multi omittunt ex deuotione, ꝙ non cõicant, vt de cõſec. diſtin. 2. quotidie. ſed quicunq; differt baptizari, in mora eſt, & etiam in culpa.

ad eundem poteſt redire, vt ibi dicitur.

NOn confidat.] CASVS. In hoc cap. nouem impedimenta ponuntur, quæ repellunt à promotione. Sequens cap. patet.

e ¶Vel ſine litteris.] Supra 36. diſt. c. illiteratos.

tentiæ[a] benedictionem[b], quam viaticum deputamus, per communionem acceperit. & poſtmodum reconualeſcens caput pœnitentiæ in eccleſia publicè non ſubdiderit, ſi prohibitis vitijs non detinetur obnoxius, admittatur ad clerum.

Item Hormiſda Papa omnibus epiſcopis per vniuerſas prouincias conſtitutis.

¶Qui ad pœnitentiam agendam in monaſterio retruditur, presbyter non ordinatur. C. LVIII.

SI ille, qui vltro petit pęnitentiam, quamuis eam perfectè agat, non poteſt epiſcopus, aut presbyter ordinari; ita vt etiam ſi per ignorantiam ordinatus fuerit, & poſtea conuincitur pęnitentiam accepiſſe, deijciatur: ille ergo q inuitus ad pęnitentiam agẽdam mittitur in monaſteriũ[c], (qui vtique nihil aliud, quàm pęnitens dicendus eſt[d]) qua conſcientia ad ſacerdotium venire permittitur: Nemo mihi alia quælibet contra auctoritatem ſedis Apoſtolicæ, vel cccxviij. epiſcoporum, vel reliquorum canonum conſtituta, obijciat: quia quidquid contra illorum definitionem (in quibus ſpiritum ſanctum credimus locutum) dictum fuerit, recipere non ſolum temerarium, ſed etiam periculoſum eſſe non dubito.

c ¶ In ſuo.] Not. ꝙ in ſuo habitu quiſque probandus eſt, vt hic, & 54. diſt. multos. & ex̄ de reg. ſuper eod. & 17. q. 2. ſi quis incognitus. Dicunt tamen quidā, ꝙ potius in monachali habitu probandus ſit, quia non ſolum alij ipſum probabunt, ſed etiā ipſe probabit aſperitatem ordinis & habitus ipſorum, quod nō poteſt facere in ſua veſte. Io. Sed certe licet iura quædā dicāt, ꝙ in proprio habitu ſit probandus quis, conſuetudo tamen ſe in contrarium habet, & decretetiam cōtradicit extra de reg. ſtatuimus.

d ¶ Per triennium.] incognitus probabitur per triennium, vt hic & 17. q. 2. ſi quis incognitus. ſed laicus cognitus vel clericus ignotus per biennium. 19. q. 3. monaſterijs. clericus notus per annum. 14. q. 2. Gonſaldus 1. uel forte notus ſtatim poteſt recipi. extra de reg. ad apoſtolicam. Sed hodie non debet per decret. Alexand. iij. extra eod. non ſolum]. In cruce ſignatis ſtatuit dimidius annus. extra de reg. cap. j. a

Probari qs quanto tēpore dēt.

1 Vbi de hoc videas.

a Not. Ho. ꝙ dicit H. ꝙ ſi vita & cōditio hominis ſit nota, probatur per annum, & ſic loquitur p̄ce. cap. Gōſaldus. Si vero conditio nota eſt, ſed vita ignota, tunc per biennium. & ſic loquitur præce. c. monaſterijs. ꝙ ſi vtraque ſcilicet conditio & vita ſit ignota, vel ſaltem cōditio tūc trienniū eſt ſpectādum. & ſic loquitur præce. c. ſi qs incognitus. & illud c. legem. & ῑ. diſt. prox. multos. Archid.

SErui.] Hæc diſtictio diuidit in quinque partes. In prima principaliter tractatur de ſeruis non ordinandis, qd̄ probatur per decē auctoritates ſanctorū. Scd̄a ibi, [Hoc tunc.] Tertia ibi, [Si ſeruus absēte.] Quarta ibi, [De ſeruis.] Quinta ibi, [Quod autem] Io. de Fan. CASVS. Hic intitulatur 54. diſt. in qua dicitur, ꝙ ſerui ordinari non debent niſi prius à dominis ſuis plenam libertatē fuerint conſecuti. Oſtenditur ſecundo quid iuris ſit ſi ſerui fuerint promoti non adepta libertate. Tertio qualiter ſerui Iudæorum, ſiue pagani, ſiue Chriſtiani ab eorum dominio debeāt liberari.

e ¶ Serui.] Primo oſtendit, quòd nec priuatorum, nec eccleſiarū ſerui ſunt promouendi, niſi libertatem ſint conſecuti. Secūdo oſtendit qd iuris ſit ſi aliter ſint ordinati. Tertio qualiter ſerui Iudæorū à domino ipſorum ualeant liberari. Nota ergo, ꝙ nunquam ſeruus priuati eſt promouendus niſi plenam libertatem ſit conſecutus, ita ꝙ nihil iuris retineat in eo dominus, vt ῑ. ead. quicunq. & in c. nullus. Si uero ſunt eccleſiarum, non poſſunt ſimiliter promoueri niſi primo conſequātur libertatem. ῑ. ead. cap. 3. eccleſia tamen non poteſt manumittere ſeruos ſuos pleno iure, niſi det p̄latus duos eiuſdem meriti. 12. q. 2. epiſcopus. q nec tunc pleno iure manumittit, vt ibidem colligitur. De hoc diſtingue ut extra de ſer. non ordin. eo libentius. & de rebus eccle. non alienan. conſenſus.

Seruus priuati ſine libertate nō poteſt promoueri.

NVllus.] CASVS. Prohibet hic Leo Papa ne quis epiſcopus ordinet ſeruum aliquem, niſi prius co-

rum voluntas acceſſerit, qui in eo ſeruo ſibi aliquid vendicant poteſtatis, ne poſtea in ſeruitutem redigatur, cum immunis eſſe debeat ab omni vinculo, qui caſtris dominicis applicatur.

a ¶Eorum petitio.] i. iſtius vel illius, diſtributiuè. ſufficit enim vnius voluntas ſi plures ſunt domini, vt Inſtitu. de dona. §. erat olim. C. de communi ſer. manu. l. 1. § ſi autem.

b ¶Aut voluntas.] Etiam ſi tacita, vt j. ead. ſi ſeruus.

c ¶Qui aliquid.] Argumentum, ꝙ omnium conſenſus eſt requirendus, quorum iuri in aliquo detrahitur, vt hic. & 85. diſtin. archidiaconũ. & extra de offi. del. ſuper eo. C. de auctorit. pſtan. l. vlt. & ff. de aqua pluuia arcen. l. in concedendo. 66. diſtinc. archiepiſcopus. 8. q. 1. licèt.

ipſorũ, ſed etiam odio laborũ; vnde in odiũ laicorum vtitur eo, vt extra de ſent. excom. contingit. & c. vniuerſitatis, ſed alias accuſari põt à bigamis, & iudicari à laico 1. licèt ſecus ſit in clerico depoſito. 81. diſt. dictũ. & hoc iõ eſt, quia ille fecit furtũ corporis ſui. & C. de ... ſeru.

officium promouere præſumat, niſi fortè eorũ petio[a] aut voluntas [b]acceſſerit, qui aliquid[c] ſibi in eo vendicant poteſtatis. Debet enim eſſe immunis ab alijs, qui diuinæ militię eſt aggregandus, vt à caſtris dominicis, quibus nomẽ eius adſcribitur, nullis neceſſitatis vinculis abſtrahatur.

Burch. l. 2. c. 22. in fine. Iuo p. 6. c. 64.

1 Et eſt rõ, qa iſta priuilegia data ſunt, & ĩ ſui fauorẽ quilibet renũciare põt. & qbus fecit idignũ. argu. C. de pac. l. ſi qs. Io. de Faut.

β ¶Nullus.] *Caput hoc videtur confectum ex titulo, qui in codice canonum præponitur primo decreto Leonis primi, & ex parte poſteriore ipſius decreti, in qua exceptio eorum, quæ prius ſtatuit continetur: prior autem pars, quæ hic deeſt, habetur infra ead. ca. admittuntur.*

Item ex concilio Triburienſi α.

¶De ſeruili conditione nullus ad ſacros ordines deueniat. C. II.

NVlli de ſeruili conditione ad ſacros ordines promoueantur, niſi prius à proprijs dominis legitimam libertatem conſequantur: cuius libertatis charta ante ordinationem in ambone publicè legatur[d], & ſi nullus contradixerit, rite conſecrabuntur. Porro ſeruus non canonicè conſecratus, poſtquam de gradu ceciderit[e], eius conditionis ſit, cuius fuerat ante gradum.

Poly. ibidem. Burch. l. 2. c. 21. Iuo p. 6. c. 41. Pann. l. 3. c. 48.

α ¶Concilio Triburienſi] *Huius capitis in conc. Tribur. c. 29. ſententia potius habetur, quàm verba, quæ aliqua ex parte videntur conuenire cum iis, quæ ſcribuntur primo libro capitularium, c. 88. de ordinatione ſeruorum. verſ. & quandocumque.*

[*Ex concilio Carthaginenſi* β *primo, c. 8.*]

PALEA. C. III.

MAgnus epiſcopus Aſtiagenſis dixit, quid dilectioni veſtræ videtur, procuratores, actores, & executores, ſeu curatores pupillorum ſi debeant ordinari? Gratus epiſcopus dixit: ſi poſt depoſita vniuerſa, & reddita ratiocinia, actus vitæ ipſorum fuerint comprobati in omnibus; debẽt, & cum laude, cleri, ſi poſtulati fuerint honore munerari. Si enim ante libertatem negotiorum, vel officiorũ ab aliquo ſine conſideratione fuerint ordinati; eccleſia infamatur γ. Vniuerſi dixerunt; rectè omnia ſtatuit ſanctitas tua, ideoque ita eſt & noſtra iſta quoque ſententia.

Extra de oblig. ad ratioc. nõ ordin. c. magnus. Burch. l. 2. c. 36. Iuo p. 6. c. 137.

β ¶Carthag.] *In codicibus impreſſis citatur ex Moguntinenſi. Emendatum vero eſt ex Burchardo, & Iuone, decretal. in cap. vni. de oblig. ad ratioc.*

γ ¶Eccleſia infamatur.] *Sic emendatum eſt ex concilio, & decretal. & Burchardo, & Iuone. Antea legebatur*, ab eccleſia infirmentur.

NVlli.] CASVS. Quæſitum fuit in concilio Triburienſi, vtrum ſeruus ſit ꝓmouendus? Et reſpõdet quod non, niſi prius à domino plenam libertatem conſequatur, chartula cuius libertatis prius in publico legatur, & ſi nullus contradixerit, ordinetur. Si vero aliquis ſeruus per obreptionem fuerit ordinatus, deponatur & eiuſdem ſit conditionis cuius ipſe ante fuit.

d ¶Cuius &c. in ambone publicè legat.] Argumentum, quod ſi aliqua ſunt publicè facta, nemo poſtea auditur cõtradictor. 8. q. 1. licèt. & 16. diſt. quod dicitis. & 12. q. 2. q & humanis. ſim. extra qui ma. accuſa. poſ. cap. vlti. argum. contra 15. quæſtio. 6. c. 1. in fi.

Publicè factis nemo cõdicere poteſt.

e ¶Ceciderit.] Ita ſit ſeruus ſicut prius: niſi ſit presbyter, vel diaconus, vt j. ead. ex antiquis. Sed nunquid gaudebit talis priuilegio clericali quantum ad canonẽ, ſi quis ſuadente. 17. q. 4. ar. ꝙ non, extra de foro comp. c. 2. & 17. queſtio. 4. ſi quis deinceps, arg. contra. ff. de decur. l. 6. Ad hoc dico, ꝙ iſte in omnibus caret priuilegio clericali, preterquã in eo ſolo, ꝙ non poteſt verberari ſine ſacrilegio; quia illud priuilegium datum eſt clericis non tantũ fauore

ſeru. fug. l. 1. Item nunquid poteſt cõtrahere matrimoniũ? Non, quia noluit, quod facere potuit. extra de cõuer. cõiug. quidam. Ioan. non credo excõicatũ qui depoſitum percutit, cum ſit priuatus omni dignitate, & priuilegio quod hẽbat, arg. ad hoc 84. diſt. quiſquis. &

Qui

QVi ex.] CASVS. Hoc capitulo loqtur de ſeruis eccleſiarum, qui ordinari nõ debẽt, niſi prius libertatem ab epis conſequantur. & ſi honeſte in clericatu uixerint, poterunt ad maiores ordines promoueri: ſi uero ingrati extiterint, in ſeruitutẽ redigãtur. a ¶Re-

tur remittere. vnde nõ poſſunt reuocare in ſeruitutẽ, nec tenet lex. C. de epis & cleri. ſeruus. vbi habes, ꝙ domino redditur ſeruus ſi deſerit monaſterium, per id quod habes extra de cõd. app. ca. 1. ſed ſi vult tranſire ad aliud monaſteriũ, tunc diſtinguitur, vt extra de ſer. non ordi. eo libẽtius.

& 2. C. de li. & poſth. & in Auth. vt cũ. ḋ ap. cog. §. aliud quoq. coll. 8. & Spec. in tit. ḋ iuriſ. om. iud. §. 1.

Item ex concilio Toletano nono, cap. 11.

¶Poſt donum libertatis famuli eccleſiæ reuocentur in clerum. C. IIII.

Iuo p. 6. c. 373. † *al. famulis*

QVi ex familijs † eccleſiæ ſeruituri deuocantur in clerum ab epiſcopis ſuis, neceſſe eſt, ut libertatis percipiant donum: & ſi honeſtæ uitæ claruerint meritis; tunc demum maioribus fungantur officijs. Quos uero flagitij ſordidauerit incorrigibilis noxa, perpetua ſeruitus conditionis religet [a] in catenam.

Qui autem ordinandi, à dominis ſuis libertatem conſequuntur, ab eorum patrocinio penitus debent eſſe alieni, vt in nullo eorum obſequijs inueniantur obnoxij.

Vnde in concilio Toletano quarto, cap. 72. legitur.

QVI AVTEM. CASVS. Dicitur in hoc §. quòd illi ſerui qui promoueri debent, à dominis ſuis plenam debent conſequi libertatem, ita quòd ipſi, in nullo teneantur ſuis dominis obnoxij.

¶Ad clericatum ſuſcipiuntur qui nullo obſequio retento a dominis ſuis libertatem percipiunt. C. V.

Poly. l. 2. tit. 31. Burc. l. 2. c. 25. Iuo p. 6. c. 126. Pann. l. 3. c. 46. † *al. crimine capitali*]ori.

QVicunque libertatem à dominis ſuis ita percipiunt, vt nullum ſibi in eis obſequium [b] patronus retinẽt iſti ſi ſine crimine † ſunt; ad clericatus ordinem liberi ſuſcipiantur: quia directa manumiſſione abſoluti noſcũtur. Qui vero retento obſequio, manumiſſi ſunt; pro eo, quòd adhuc patroni ſeruitute tenentur obnoxij, nullatenus ſunt ad eccleſiaſticum ordinem promouendi; ne, quando voluerint eorum Domini, fiant ex clericis [c] ſerui.

QVicunque.] CASVS. Statutum fuit in concilio Toletano, quòd illi liberti ordinẽtur, qui à dominis ſuis directa manumiſſiõe sũt dati libertati: ita ꝙ nullum in eis obſequium domini ſui retineant, & illi ſine crimine appareant. ſi vero in eis obſequiũ retineatur, ordinari non debent, ne poſſint ſm voluntatem dominorum in ſeruitutem reuocari.

b ¶Nullũ ſibi in eis obſeq ũ.] Dñt quidã, ꝙ obſequium, qđ cõſiſtit in non faciendo, ſcilicet de nõ vocãdo in ius, uel quod in reuerentia conſiſtit, ut de aſſurgẽdo, non poteſt patronus remittere: quia illud naturaliter debetur, vt C. de bo. lib. l. ult. C. de in ius voc. l. 2. Sed hoc non eſt verum: quia ſuper eo poteſt libertus tranſigere. ff de condi. in debit. l. ſi non ſortẽ. §. libertus. & bene concedo, quòd generali remiſſione non tollitur (vt ibi diciẽ) ſed ſpeciali [2] poteſt. Nec tenet quod eſt extra de ſer. non or. cap. nullus. Nõ enim in eo retineri poteſt aliquid iuris, licet ſit arg. contra infr. ead. frequens. in fi. Ioan. Vel melius dic, quod honeſta cõditio fuit ibi appoſita, quam quia non ſeruabat, degradari iubetur in illa decreta. nullus. Bar.

Patronus ꝗ iura põt libertis remittere.

2 Vt ff. de cõdi. & demon. nonnunquam. in fine.

Capit. l. 1. c. 88. Extra de ſeru. non ordi. ca. 2. Burc. l. 2. ca. 31. Iuo p. 6. c. 132. Pãn. l. 3. c. 163.

[*Ex concilio Toletano a, 82. cap.*]

PALEA. C. VI.

† *indiſcrete promouebantur.*] capitul.

DE ſeruorum ordinatione, qui paſſim ad gradus eccleſiaſticos promouentur †, placuit omnibus cum ſacris canonibus concordari debere: & ſtatutum eſt, vt nullus epiſcoporum deinceps eos ad ſacros ordines promouere præſumat; niſi prius à dominis proprijs libertatem conſecuti fuerint. Et, ſi quilibet ſeruus dominum ſuum fugiens, aut † per litteras, aut adhibitis teſtibus munere conductis, vel corruptis, aut qualibet calliditate, uel fraude ad gradus eccleſiaſticos peruenerit; decretum eſt, vt deponatur: & dominus eius eum recipiat. Si vero auus vel pater ab alia patria in aliam migrans in eadem prouincia filium genuerit, & ipſe filius ibidem educatus, & ad gradus eccleſiaſticos promotus fuerit, & vtrum ſeruus ſit, ignotum † ſit; & poſtea ueniens dominus illius legibus eum acquiſierit; ſancitum eſt, ut ſi dominus eius illi libertatem dare uoluerit, in gradu ſuo permaneat. ¶Si vero eum catena ſeruitutis à caſtris dominicis abſtrahere

†*aut latitãs*] capitul.

†*ignorauerit*] capitul.

Serui ordinati poſsũt quãdoque propter ingratitudinẽ in ſeruitutẽ reuocari.

1 Concor. text. in l. 1.

a ¶Religet.] Hoc obtinet in ſeruis eccleſiæ tantũ, ut propter ingratitudinem reuocẽtur in ſeruitutẽ. 12. q. 2. octaua 1. ẽt ſi presbyter ſit. q. 1. diaconi. ſed in laicis ſecus. nam illi omne ius quod habent in ſeruo, tenen-

c ¶Ex clericis.] Quod tamen facere non poſſunt, niſi probata cauſa ingratitudinis, vt 15. quæſt. 7. epiſcopus ſacerdotibus.

SI quis.] CASVS. Dicitur hic, quod neque adſcripitius, neque originarius, neq; libertus ordinari debet: niſi probatæ vitæ fuerit, & conſenſus patroni acceſſerit.

DE rebus.] CÆTERVM CASVS. Dicitur hic, quod ſi ſerui ſine libertate ad eccleſiaſticos honores irrepſerint, presbyter amiſſione peculij mulctetur, diaconus det vicarium, uel in ſeruitutem reuocetur. Cæteri vero ab iſtis in ſeruitutem reuocentur: quod probatur ſeq. cap. Et eſt iſte ſecundus articulus huius diſtinctionis.

a ¶Cæterum ſi.] Hic agitur quid iuris ſit, ſi ſeruus ordinatur non adepta libertate. Vnde not. quod ſi ſciente, & cõtradicente domino ordinatur, reuocatur in ſeruitutẽ, etiam ſi ſacerdos factus ſit ſecundũ quoſdam, licet Hugo hoc neget: vt ĩ.eo. quis aut. Si ſciente & non contradicente domino in clerum fuerit ordinatus, ex hoc ipſe liber ſit, & ingenuus, vt ĩ.eo ſi ſeruus ſecũdo. Si autem Domino neſciẽte, diſtinguitur: aut epiſcopo ſciente, aut ignorante. Si ſciẽte epiſcopo, uel eo qui præſentat ipſum ordinetur, duplum reſtituet domino epiſcopus uel præſentãs. ĩ.eo. ſi ſeruus abſente. Si vero epiſcopo & præſentatore ignorante, tunc locum habet hoc capi. proxi infra.

Serui ſine libertate ordinati, an ſint in ſeruitutem reuocandi.

1 Infra c. pxi. de hoc extra d ſer. non ordi. cap. 2.

EX antiquis.] CASVS. Quidam epiſcopus ſeruos Amandi eo inſcio, & ignorante ordinauit quoſdam in clericos quoſdã in diaconos, quos idẽ Amandus in ſeruitutem reuocare uolebat: & ſic quæſtio delata eſt ad ſedem Apoſtolicam. quare Dominus Papa committit cauſam iſtam duobus epiſcopis, ſcilicet Martino, & Iuſto, redarguendo epiſcopos, qui tales ordinant ꝯ canones, & concilia, cum ex hoc plurimæ quæſtiones ad ſedem Apoſtolicã deferãtur. Poſtea præcepit eis, ut ſi præfati Amãdi procuratores probauerint aliquos de ſeruis ſuis non canonice promotos, ſub hac forma procedãt, ut ſi presbyter eſt, amiſſione peculij mulctetur, & in ſuo remaneat ordine. Diaconus vero det vicariũ, vel reuocetur in ſeruitutẽ: cæteri vero reddantur dño, & nulla gaudebunt defenſione.

a ¶Ante

voluerit, gradum amittat: qui iuxta ſacros canones, vilis perſona manens ſacerdotij dignitate fungi non poteſt.

a ¶Toletano.] *Sic etiam citatur apud Burchardum, & Iuonem. In Pannormia vero à verſ.* ſi quilibet ſeruus. *citatur ex primo libro capitularium, vbi integrum extat hoc caput, atque etiam caput poſt hoc, ſecundum,* De rebus vero illorum.

Item ex concilio Martini Papæ [.i. ex cap. Mart. epiſcopi Bracarenſis, c. 46.]

Ex conc. Tolet. 1. c. 10.

¶Sine patroni conſenſu non ordinetur, qui patrocinio cuiuslibet eſt obligatus. C. VII.

SI quis obligatus eſt tributo ſeruili, uel aliqua conditione, uel patrocinio cuiuslibet domus, non eſt ordinandus clericus: niſi probatæ uitæ fuerit, & patroni conſenſus acceſſerit.

[*Ex concilio Toletano a capitulo ſecundo.*]

PALEA. C. VIII.

DE rebus vero illorum, vel peculiari †, qui à proprijs dominis libertate donantur, ut ad gradus eccleſiaſticos iure promoueantur, ſtatutum eſt, vt in poteſtate dominorum conſiſtat quidquid ante libertatem habuerunt, vtrum illis concedere, an ſibi retinere † voluerint.

Burc. l. 2. c. 23. Iuo p. 6. c. 38. † *al. peculio.* † *vendicare*] capit.

a ¶Toletano.] *Hæc palea in capitularibus habetur coniuncte cum palea antecedente.* De ſeruorum. *ſed apud Burchardum, et Iuonem ex eodem Toletano ſeparatim referuntur.*

Cæterũ ſi a à Dominis ſuis libertatem conſecuti non fuerint, & ad eccleſiaſticos ordines aliquo modo irrepſerint; presbyter peculij amiſſione mulctetur; diaconus vero, aut vicarium pro ſe præſtabit, aut in ſeruitutem reuocabitur: cæteri vero gradus non poſſunt quenquam à nexu ſeruitutis abſoluere.

Vnde Gelaſius ſcribit Martino †, & Iuſto epiſcopis.

† *al. Martyrio.*

¶Seruus ſi latenter irrepſerit ad ſacerdotium peculij amiſſione mulctetur. C. IX.

Senſus in epiſt. ad epiſcopos p Lucaniam, &c. c. 16. Polyc. l. 1. ti. 31. Anſ. l. 7. c. 29. † *al. culpa.*

† Adde an omiſſo dñi ſeruitio poſſit religionẽ ingredi. not. in Authen. de mo. §. cum aũt. coll. 1. & gloſ. in ver. nec ſeruus in ſum. 29. q. 2.

EX antiquis regulis, & nouella ſynodali explanatione comprehenſum eſt, perſonas obnoxias ſeruituti, cingulo cœleſtis militiæ non præcingi †. Sed neſcio, vtrum ignorantia, an uoluntate rapiamini, ita ut ex hac cauſa † nullus pœne epiſcoporum uideatur extorris. Ita enim nos frequens, & plurimorum querela circumſtrepit, ut ex hac parte nihil penitus putetur conſtitutum. ¶Actores ſiquidem illuſtris viri filij noſtri Amandi grauiter conqueruntur homines ſuo iuri debitos, alios iam clericos, alios iam diaconos ordinatos, cum non ſolum poſt modernum cõcilium, (quod tantorum collectione † Pontificum ſub omnium ſaluberrimæ prouiſionis aſſenſu conſtat eſſe perfectum) huiuſcemodi perſonæ ſuſcipi non deberent: verum etiam

Iuo p. 6. c. 353. Pann. l. 3. c. 164

† *al. collatione*

a ¶Ante fuerint.] Arguitur conſtitutionem exter.di ad præterita 1,3.q.4.omnes.& 10.q.1.ſic quędam.arg. contra extra de conſtitutio. cognoſcentes 2.
b ¶Religioſo priuilegio.] Ergo vt, ꝙ auferatur ei priuilegium clericale. de hoc argu.84.diſt.quiſquis.
c ¶Pecu-

1 Addē an & quando id fiat, not.in l.iubemus. C. de teſt. vbi vid̄ no. I addi. c.ſi. de conſti. tex. eſt. & Bar.in l.leges. C. de legibus.
2 De hoc not.ī.ead. c.2.Ad hoc facit.ī. 50. diſt. vt conſtitueretur in prin. & c. accedēs. Arch.

FRequens.] CASVS. Sabinus Marcellianēſis vrbis eṗs ordinauit duos ſeruos Placidæ,ſ. Antiochū in presbyterum, & Leontium in clericū. Conqueſta eſt Placida Papæ per ſuos ꝓcuratores. Papa vero reprehēdendo eos, qui talia faciūt, committit cauſam tribus epiſcopis, ſ. Herculentio, Stephano, & Iuſto, ſub hac forma, vt Leontium omnino dominæ ſuæ reddāt, ſi iuſte non poterīt refragari: Antiochū vero, qui iam gaudet ſacerdotij prærogatiua, ſi domina vult eū in ſua eccleſia collocare, habeat illū non velut ſeruū, ſed pro miniſteriorū celebratione ſuſceptum.

ſi qui forte in diuinæ cultu militiæ ante fuerint [a] ignorantia faciente, ſuſcepti, eliminati prorſus, & exuti religioſo priuilegio [b] ad dominorum ſuorum poſſeſſiones iuſta debuerint admonitione compelli. Et ideo fratres chariſſimi, eos, quos ſupradicti viri auctores in clericatus officio monſtrauerint detineri, diſcuſſos, & obnoxios approbatos, cuſtodito legum tramite, ſine intermiſſione reſtituere: ita vt ſi quis iam ex his presbyter, reperitur, in eodem gradu peculij [c] ſui † amiſſione mulctatus maneat. Diaconus vero aut vicarium [d] præſtet, aut ſi non habuerit, ipſa reddatur. Reliqua vero officia ſciant neminem poſſe ab hac obnoxietate, ſi conuincitur, vendicari; quatenus hoc ordine cuſtodito, nec dominorum iura, nec priuilegia vlla ratione turbentur.

† al. ſibi ſola

Item Herculentio, Stephano, & Iuſto epiſcopis.

¶Seruus, clericus factus, ſeruituti obnoxius maneat. C. X.

Polyc. ibidem Anſel. l.7.c.30.

FRequens equidem, & aſſidua nos querela circumſtrepit de his pōtificibus, qui nec antiquas regulas, nec decreta noſtra nouiter directa cogitantes, obnoxias poſſeſſionibus †, obligataſque perſonas venientes ad clericalis officij cingulū non refutant. † Nuper enim actores [e] illuſtris fœminæ Placidæ, petitorij oblatione cōnqueſti ſunt, Sabinum Marcellianenſes, ſiue Cluſitanæ † vrbis antiſtitē, Antiochum ſeruum iuris patronæ ſuæ (abſentis dominæ occaſione captata) ad presbyterij honorem vſque perduxiſſe, eiuſque fratrem Leontium clericalis officij priuilegio decoraſſe. Et ideo, fratres chariſſimi, inter ſupradictos actores, & eos, qui extremæ conditionis repetuntur obiectu, cognitionem vobis noſtra auctoritate deputamus, vt omni veritate diſcuſſa, ſi reuera obiectam ſibi maculam, in ſtæ refragationis non poterit ratione diluere [f], Leontium clericum, quem gradus præfinitus legib. non defendit, ad ſequendam conditionis ſuæ neceſſitatem modis omnibus reddi [g] iubeatis α: Antiochum vero quia propter ſacer-

† al. poſſeſſoribus
Iuo p.6. c.354. Pann.l.3.c.165.
† al Cuſillinatis.

e ¶Actores. Id eſt, ꝓcuratores. & ſic in cauſa liberali interuenit procurator, ꝯ id 2. q. 6. ſi quando. Sed ibi loquitur de eo qui impetitur: hic de eo q impetit hic habes, ꝙ ciuiliter agitur: & nō ad ꝯpoſitionē, ſic 47. diſt. quā.ꝯ regulam illam ff. de mu.& hon.reſcripto. & ex̄ de accuſatio. qualiter. Sed hoc iō eſt: quia aliter nō poſſet reſtitui domino niſi deponeretur.

Procurator in cauſa liberali interuenit.

f ¶Diluere.] Hic habes, ꝙ incūbit onus probationis 3 reo, ꝯ id 6.q.vlt.cap.ult. Preterea ei q eſt in poſſeſſione libertatis, ꝓbatio incumbit. Sed dic, ꝙ non habet iō commoda poſſeſſoris, quia vitioſe fuit in poſſeſſione, ut C. de ꝓbatio.l.uis eius. Vel dic, quòd ideo probat, quia ſeruus non poteſt interuertere poſſeſſionē ſuā, licet ſit fugitiuus ff. de acquiren. poſſeſſio. rem quæ nobis.

Probatio quandoq; reo incumbit.
3 Poteſt dici ꝙ non fuit diu in poſſeſſione libertatis, aliàs cōtra diceret. ī. ea. ſi ſeruus ſciente & intelligitur de clerico ſæculari, ſecus de monacho, vt ibi not. ſecundū Pet.

c ¶Peculij.] Sed nonne peculium domini eſt? 13.q.2. illud. quæ ergo eſt hæc pœna? Dic, peculij, id eſt, rerum quas poſt ſacerdotium eſt lucratus, uel forte habuit vſum peculij, & ille auferetur ei.
d ¶Aut vicarium.] Sed vnde dabit, cum nihil habeat? Sed dic, ꝙ ſuum uidetur eſſe quod inuenitur apud ipſum, & lucratur conniuentibus oculis domini. ff. de ma.l.3. Dominus enim recipiendo rem à ſeruo, ipſius videtur approbare dationem, vt C de condictioni. ob turpem cauſam. l. vltima. ſimiliter ſeruus reipublicæ cum manumittitur, dabit vicarium pro ſe, vt C. de ſeru. reipub. ma. l.1.
d ¶Vicarium.] Arg. ꝙ quis dādo vicarium liberat ſe. ſic 36.q.1. de raptoribus. Sed quid ſi ad præſens non poteſt habere vicarium, nunquid poſtea dādo pretiū liberat ſe? Satis credo, ꝙ ſic. arg. C. de patri. qui fil. diſtra. l. ſecunda.

Sed quare non conuenit iſtos coram ſæculari iudice, cum ſeruus fugitiuus, & gerens ſe pro libero, remittēdus ſit ad forum domini: licet alibi inueniatur? vt C. vbi & apud quem cauſa ſta. l.1. Sed hoc facit priuilegium ordinis.
ADDITIO. Dicas, ꝙ in ſpritualibus, nec incidenter, nec principaliter pōt laicus iudex cognoſcere. extra de ordin.cog. tuam qui fil. ſint leg. lator. cognoſcet tñ ſummatenus an ſit vxor, an non: & huiuſmodi: q̄d dic vt extra de ſent. excom. ſi iudex. lib.6. ibi videas. Arch.
g ¶Reddi.] Quæri conſueuit quare ſeruus alienus cōſecratus domino reddatur, & non res aliena cōſecrata, ut 14.q. vlt. comperimus? Rñdeo; quia in rebus inanimatis nullus perpenditur dolus. ſic 7.q.1. eṗs. Item quia ibi eſt conſecratio in ſuperficie, ſed in homine eſt in anima, & lex dicit, ꝙ alia eſt ratio in homine, ꝗ in alia re. ff de leg. 1. ſi domus. §. cum alicui. in fi.

Cōſecratio rei animatæ & inanimatę eſt diuerſa.

dotium reconciliari † non poteſt, ſi in ſua eccleſia in hoc, in quo eſt, honore collocare deſiderat domina, non velut reditum ſibi habeat, ſed pro myſteriorum celebratione ſuſceptum.

† *al. retelli*

a Reddi iubeatis.] *In pleriſque vetuſtis exemplaribus Gratiani, Anſelmo, Iuone, & Polycarpo legitur*, redhibere. *ſed ob gloſſam non eſt mutatum*.

Item Ruſino, & Aprili epiſcopis.

¶De eodem. C. XI.

QVi aut leges principum, aut patrum regulas, aut admonitiones modernas dicat debere contemni, niſi impunitum ſibi tantum æſtimet tranſire commiſſum? Actores ſi quidem filiæ noſtræ illuſtris, & magnificæ fœminæ Maximæ petitorij nobis inſinuatione conqueſti ſunt, Silueſtrum, atq. Candidum originarios ſuos contra conſtitutiones, quæ ſupradictæ ſunt, & contradictione præeunte à Lucerino pontifice diacones ordinatos. Ideo, fratres chariſsimi, tantæ præuaricationis exceſſus noueritis ſagacius inquirendos; & ſi conſtiterit querelam veritate fulciri; continuo, qui contradictione præeunte non legitime ſunt creati, à ſacris officijs repellantur[a].

Sup. dist. 30. c. 11. Iuſti. nouel. conſti. 123. circa fi. Deuſdedit p. 4. Iuo p. 6. c. 104. & p. 4. c. 179. Pan. l. 2. c. 150.

Item epiſcopis per Lucaniam, & c. epiſt. 1. c. 16.

¶Nec religioſæ vitæ propoſitum, nec ad clericatus officium ſerui ſine dominorum conſenſu admittantur. C. XII.

GEneralis etiam querelæ uitanda præſumptio eſt, qua propemodum cauſantur vniuerſi paſsim ſeruos, &[b] originarios dominorũ iura, poſſeſsionũq. a fugiẽtes, ſub religioſæ conuerſationis obtentu, uel ad monaſteria ſeſe conferre, uel ad eccleſiaſticum famulatum, conniuentib. quoque præſulibus indifferenter admitti. Quæ modis omnibus eſt amouenda pernicies, ne per Chriſtiani nominis inſtitutum[c], aut aliena peruadi, aut publica uideatur diſciplina ſubuerti: præcipuè cum nec ipſam miniſterij clericalis hac obligatione fuſcari conueniat dignitatem; cogaturque pro ſtatu militantium ſibi, conditioneque iurgari[d], aut uideri (quod abſit) obnoxia: Quibus ſolicita competenter interdictione prohibitis, quiſquis epiſcopus, presbyter, aut diaconus, uel eorũ, qui monaſterijs præeſſe noſcũtur, huiuſmodi perſonas apud ſe tenentes nõ reſtituendas patronis, aut deinceps uel eccleſiaſticæ ſeruituti[e],

Poly. l. 4. tit. 34. Anſ. l. 7. c. 196. Iuo p. 6. c. 100.

Iuo. p. 16. c. 47.

QVis.] CASVS. Maxima illuſtris fœminę conqueſta eſt domino Papę per procuratores ſuos, ꝙ Lucerinus ep̃s duos ſeruos originarios, Silueſtrũ ſ. & Candidum ꝯ canones, & ea ꝯdicẽte, in diacones ordinauit. & de quo Papa eũ reprehẽdit, & præcipit Rufino & Aprili epiſcopis, ut ſi uera ſint, à ſacris officijs repellantur, cum non ſint legitimè ordinati.

a ¶Repellantur.] Id eſt, reſtituantur ei. Et ſic habes hic, ꝙ plus valet contradictio, ꝙ abſentia. cõtra regulam extra de elect. ꝙ ſicut 1. Item habes hic, ꝙ id quod poſt probabilem ꝯdictionem factum eſt, caſſatur, nunquid eodem modo eo ipſo quod aliquid poſt probabilem appellationẽ factum eſt caſſandum eſt ſtatim; quod vr̃, vt 2. q. 6. quoties, ĩ fine. Dico ꝙ non, niſi probetur cauſa appellationis, ut extra de teſti. ex parte Adę. extra de reſtit. ſpol. audita. cum diſtinctione. extra de appel. interpoſita, uel dic ut ibi, uel hoc eſt in optione petentis quod maluerit. 2. q. 1. in primis. Sed nonne eſt ꝯrium? ĩ. ea. ſi ſeruus. ibi enim epiſcopus ſciens condemnatur in duplum. Sed poteſt eſſe, ꝙ epiſcopus condemnetur, & ſeruus reſtituatur.

3 Et c. bonæ me. 2. dicunt qdã iſtam regulam locum habere in his quorũ præſentia, vel cõtradictio nõ poteſt per totum, quod agit confirmare, uel infirmare ſeu infringere, aliàs ſecus. vt hic Archid.

GEnerales querelæ.] CASVS. Multi conqueſti ſunt Papæ Gelaſio de ep̃is & abbatibus: qui ordinauerant, vel receperant ſeruos ſuos originarios in monaſterijs ſuis: & eos indifferenter ad clericatum admittebant, quos & reddere contradicebant, ꝑpter ꝙ clericalis dignitas obfuſcatur: & ideo pręcipit Papa epiſcopis, vt tales de cętero nõ ordinent; & abbatib. ne eos in monaſteris ſuis recipiant, niſi de voluntate dominorũ epiſcoporũ & ſi quos habẽt ordinatos vel in monaſterijs receptos, reſtituant, uel legitimè cum dominis tranſigant. Nam nihil eccleſiæ deperit ſi ea quæ ſunt aliena reddantur. Si uero contra fecerint, pœnam depoſitionis & excommunicationis ſubibunt.

b ¶Et originarios.] Originarij ſunt qui ex adſcriptijs nati ſunt in ipſo ſolo, ut C. de agri. & cenſi. l. colonus. lib. 11. & tales ſine gleba non poſſunt vendi, vt. C. de agri. quemadmodum. nec vr̃ eſſe differentia inter eos & ſeruos. vt C. eo. ne diutius. Adſcriptitij autem ſunt qui per 30. annos fuerunt in ſolo. C. eodem. cum ſatis. Io. Adſcriptitij enim duobus modis fiunt: aut præſcriptione, aut duplici confeſſione per ſcripturam bis factam, ut C. de agri. & cenſi. cum ſcimus. Ber.

Originarij qui ſunt.

Adſcriptitij dupliciter fiunt.

c ¶Inſtitutum.] Id eſt, ne fauore eccleſiæ aliquid iniuſtè ſtatuatur 2: quia prætextu pietatis non eſt facienda impietas, vt 14. q. 5. forte. & 1. q. 1. non eſt putanda.

d ¶Iurgari.] Id eſt litigari.

e Seruituti.] Id eſt, clericatui.

2 Facit ad hoc text. in l. 2. C. de ind. vidui. in leg. meminerint.

a ¶Tran-

vel religioſis cõgregationibus putauerint applicandas, niſi voluntate forſitan dominorũ ſub ſcripturæ† teſtimonio primitus abſolutas, vel legitima tranſactione [a] conceſſas; periculum ſe proprij honoris non ambigant, communioniſque ſubituros, ſi ſuper hac re cuiuſquam verax nos querela pulſauerit. ¶ Magnis quippe ſtudijs, ſecundum Beatum Apoſtolum præcauendum eſt, ne fides, & diſciplina Domini blaſphemetur. *Idem* [β]. ¶ Nihil perire credimus, eccleſiaſticis vtilitatibus; ſi, quæ ſunt aliena [b], reddantur [c].

† *al. ſcriptionem.*

1. *Ad Tim.* 6.
2. *Pet.* 2.

α ¶Poſſeſſionumque.] *Emendatum ſic eſt ex decreto Gelaſii, cum antea legeretur,* poſſeſſionemque. *Nam originarij non ſolum dominis, ſed fundis, ac poſſeſſionibus addicti erant. l. quemadmodum, & l. originarios lib. 11. cod. tit. de agricol. Ac propterea ſupra in c. frequens. non eſt mutata vox,* poſſeſſionibus, *quamuis in pleriſque vetuſtis codicibus legatur,* poſſeſſoribus.

β ¶Idem.] *Hæc non ſunt inuenta apud Gelaſium, neque apud cæteros collectores habentur.*

§. *Hoc non obſeruandum eſt, cum dominus & ſeruus einſdem profeſſionis inueniuntur. Cæterum ſi Iudæus* [d] *mancipium Chriſtianum emerit iudicis, vel epiſcopi auctoritate, etiam eo inuito ad libertatem debet perduci.*

Vnde Gregorius Libertino præfecto Siciliæ, lib. 2. epiſt. 37. ſeu c. 76.

¶Ad libertatem perducantur mancipia Chriſtiana à Iudæis comparata. C. XIII.

MAncipia Chriſtiana [e] quæcumque Iudæum comparaſſe patuerit, ad libertatem [f] iuxta legum præcepta ſine omni ambiguitate perducite [g]; ne, quod abſit; Chriſtiana religio Iudæis ſubdita polluatur.

C. ne Iudæus Chriſtianũ mãcipium. §. nulla.

Item ex concilio Toletano 3. c. 14.

Simonia vtrũ cõmittatur, ſi quis emat ſeipſum ut promoueatur.

a ¶Tranſactione.] Et nonne hoc eſt ſimonia, vt quis ſe emat vt promoueatur, immo vt promotus maneat in ordine, vt ſ. ead. ex antiquis? Sed dic ꝙ hic non fit tranſactio ſuper ordine, ſed ſuper libertate, vel ſuper ipſo ſeruo: & ſuper ſeruitio poteſt fieri tranſactio, 36. q. 2. de

2. de rap. nec eſt magis ſimonia, quàm ſi quis emeret terrã vt ibi ædificaret eccleſiam: ſed tñ ipſe ſeruus nõ poteſt tranſigere cum dño, vt C. de tranſa. interpoſitas.
b ¶Aliena.] Infra 12. q. 2. fraternitas, infra 14. q. 6. ſi res aliena propter quam.
c ¶Reddãtur.] Poſtquam ſcit eccleſia ea eſſe alterius. Sed pone, ꝙ prælatus ſciat rem nõ eſſe eccleſiæ: nũquid ſtatim tenetur reſtituere? vĩ hic ꝙ ſic, & extra de ſimo. per tuas. in fin. & extra de poſtula. bonæ 2. quia bonam fidem debet agnoſcere, vt ff. mãda. quintus. Dico ꝙ ſi diffidit de iure eccleſiæ, denunciabit illi, quem credit dominum, vt rem petat: nec in hoc facit fraudem, vt ff. de neg. geſ. atqui natura. §. cum me abſente. & de hoc infames 34. q. 2. ſi vero.
HOC TVNC. CASVS. Tangitur hic tertius articulus huius diſtin. dictum eſt ſ. ꝙ ſerui nõ debent ordinari inuitis vel ignorantibus dominis, & ſi ordinati fuerint, ſunt eis reſtituendi: quod verũ eſt cum dñs & ſeruus ſunt Chriſtiani. Sed ſi Iudæus mãcipiũ Chriſtianũ emerit: iudicis vel epĩ auctoritate debet eo inuito ad libertatẽ perduci. Et hoc probat per ſequẽtia capitula.
d ¶Iudæus.] Diſtingue, aut ſeruus Iudæi eſt vernaculus, id eſt ex propria ancilla natus: aut emptitius. Si eſt emptitius: aut emit eum antequã fuit Chriſtianus, aut poſt. Item ſi emit eum ante: aut emit eum cauſa ſeruiendi, aut cauſa mercimonij. Vernaculus, ſi vult fieri Chriſtianus, ſtatim eripitur in libertate a nullo pretio dato, vt C. de epiſc. & cleri. Deo nobis. §. vltim. Si enim emptus ad ſeruiendum, ſine pretio liberat, ſi vult fieri Chriſtianus: multo magis qui natus eſt ex ancilla propria, ſine pretio liberatẽ, ſi vult fieri Chriſtianus. Dicit enim Gregorius pro illo ſolo dandum pretium, qui cauſa mercimonij eſt emptus, vt ĩ. ead. fraternitatem. Si autẽ eſt emptus poſtquam fuerit Chriſtianus, liber efficitur nullo pretio dato: q̃a commercium Chriſtiani penitus eſt ei interdictum, vt ĩ. ead. mancipia. Si autem eſſet emptus dum eſſet paganus: ſi cauſa ſeruitij eſt emptus, & vult fieri Chriſtianus, liber efficitur ſine pretio, vt ĩ. ead. fraternitatem. Si autem cauſa mercimonij eſt emptus, ſi eum venalem non exponit infra tres menſes, poſtea ſine omni pretio liberatur: quia præſumitur ꝙ ad ſeruiendum eum emerit, vt ea. ca. fraternitatem. Si autem intra tres menſes eum exponit venalem, & forte eum vendere non poteſt: ſi vult fieri Chriſtianus, liberatur relicto pretio duodecim ſolidorum, extra de Iudæ. c. 1. Idẽ per omnia in ſeruis Paganorũ: licèt Hugo dicat ꝙ ſi vernaculus Pagani fiat Chriſtianus, tenetur ſeruire Domino ſuo 1. ſecundum illud Apoſt. Quicumq; ſerui ſunt ſub iugo infidelium, dominos ſuos omni honore dignos arbitretur. Et alibi. Serui ſubditi eſtote dominis, &c. Et ſecundum hoc poteſt Paganus eſſe dominus Chriſtiani: ſed non fieri.
MAncipia Chriſtiana.] CASVS. Quidã Iudæi quoſdam ſeruos Chriſtianos emerũt: quæſiuit Libertinus epiſcopus, quid inde eſſet faciendum; & mãdat ei Papa Gregorius, vt eos ad libertatem perducat, ne Chriſtiana religio ſubiecta Iudæis polluatur.
e ¶Mancipia Chriſtiana.] Ante emptionem.
f ¶Ad libertatem.] Infra 17. q. 4. Iudas qui contra 2. Sed hic de eo agitur quem conſtat eſſe Chriſtianũ: ibi de eo qui mentitur eſſe Chriſtianum, vt euadat iugum ſeruitutis.
g ¶Perducite.] i. perductos oſtendite: quia ſtatim liber eſt extra de Iudæ. cap. 2. tamen coloni poſſunt eſſe Iudæorum, vt ibi dicitur. Sed nunquid Chriſtianus poteſt emere Iudæum mancipium? Sic tamen ut cum illo non moretur, vt 28. q. 1. ſæpè. & cap. nullus. Ioan.

Præla tus q̃d dẽt facere de re, quã ſcit non eſſe eccleſiæ ſuæ.

Serui Iudæorum ſi volũt baptizari an eripiantur ſtatim in libertatem.

1 Vñ dicit illud eſſe in vernaculis Iudæorum pp eorũ pſ̃dĩã: & magis ſuſpectã eorũ cohabitationẽ. Sed vt p̃dictũ eſt, idẽ dicẽdũ eſt, ſ utriſq; C. d̃ epiſ. & cler. Deo nobis. quia hodie pagani ferè oẽs Iudaizãt diſcernendo cibos, & alios ritus exercendo ſm Laur.
2 Ad idẽ eſt tex. i l. fi. & ibi Bar. & p totũ. C. de iud.

¶Officia publica Iudæis non ſunt committenda.
C. XIIII.

NVlla officia [a] publica Iudæis † iniungantur, per quæ eis occaſio [b] tribuatur Chriſtianis pœnam inferre. Si qui vero Chriſtiani ab eis iudaiſmi ritu ſunt maculati, vel etiam circumciſi, non reddito [c] pretio ad libertatem, & religionem redeant Chriſtianam.

† *al. Iudæos opus eſt agere*

De his autem, qui in infidelitate empti, ad gratiam baptiſmi venire deſiderant, quid fieri debeat Gregorius Papa ſcribit Fortunato Neapolitano epiſcopo lib. 5. epiſt. 31. ſeu cap. 131.

Io. diac. l. 4. nu. 47.

¶In libertatem vendicentur ſerui, qui ab infidelitate ad fidem accedunt. C. XV.

FRaternitatem veſtram de his oportet eſſe ſolicitam. Et ſi de Iudæorum ſeruitio non ſolum Iudæus, ſed etiam quiſquam paganorum fieri voluerit Chriſtianus; poſtquã voluntas eius fuerit patefacta, ne hunc ſub quolibet ingenio, vel argumento, cuipiam Iudæorum venundãdi facultas ſit; ſed is, qui ad Chriſtianam cõuerti fidem deſiderat, defenſione veſtra in libertatem modis omnibus vendicetur. ¶Hi vero, quos huiuſmodi oportet ſeruos amittere, ne forſitan utilitates ſuas irrationabiliter æſtiment impediri, ſolicita vos hæc conuenit conſideratione ſeruare; vt ſi paganos, quos mercimonij cauſa de externis † finibus emerint, intra tres menſes, dum emptor, cui † vẽditi fuerint [d], non inuenitur, fugere ad eccleſiam fortè contigerit, & velle ſe fieri dixerint Chriſtianos, vel etiam extra eccleſiam hanc talem voluntatem prodiderint; pretium eorum à Chriſtiano ſcilicet emptore percipiant [e]. Si autem poſt præfinitos tres menſes quiſquam huiuſmodi ſeruorum vel ſe ſuum edixerit †, & fieri voluerit Chriſtianus; nec aliquis eum poſtmodum emerit † [f] nec dominus qualibet occaſionis ſpecie audeat uenũdare; ſed ad libertatis proculdubio præmia perducatur: quia hunc non ad vendendum, ſed ad ſeruiendum ſibi dicitur † [g] comparaſſe. †

Iuo p. 13. c. 106. Poly. l. 7. tit. 14.

† *al. extraneis*
† *cui vendi debeant*] orig.
† *al. dixerit*
† *emere*] orig.
† *intelligitur*] orig.
† *al. reſeruaſſe*

NVlla officia.] CASVS. In hoc capitulo duo dicuntur. Primum eſt, ꝙ publica officia non ſunt committenda Iudæis, occaſione quorum poſſint offendere Chriſtianos. Secundũ eſt, ꝙ ſerui Chriſtiani ab eis circumciſi, vel iudaico ritu maculati, pretio nullo reddito ad libertatem perducantur.

a ¶Nulla officia.] j. 17. q. 4. conſtituit.

b ¶Occaſio.] Arg. ꝙ nemo cogitur ſibi eligere exoſum, vt. 63. diſtinct. c. vlti. Ioan. arg. 54 diſt. c. 1.

c ¶Non reddito.] Secundum legem decapitatur. C. ne Iudæus Chriſtianum man. l. vnica.

DE HIS AVTEM. Supra oſtenſum eſt quid fieri debeat de ſeruis Chriſtianis, quos Iudæi emerunt. Nũc oſtendit quid iuris ſit de ſeruis infidelibus, & emptis ab eis. Et de hoc ſcribit Gregorius Fortunato Neapolitano epo.

FRaternitatẽ.] CASVS. Iudæi Neapolim habitantes emerunt ſeruos paganos vel Iudæos cauſa mercimonij de extraneis finibus, quos Neapoli habebãt, qui volebãt fieri Chriſtiani: ſed eorum domini non permittebant, immo eos vendebant. Quæſiuit Fortunatus epiſcopus Neapolitanus, q͞d de hoc eſſet faciendum. Et reſpon. Grego. vt ſua ſolicitudine in libertatem vendicentur. nec alijs vendi patiatur: hac tamen conſideratione ſeruata circa Paganos, vt intra tres menſes ab eo tempore quo Neapolim ducti ſunt, venales eos exponant emptores Iudæi: intra quos ſi dum emptor cui vendantur non inuenitur, ad eccleſiam confugerint, Chriſtiani fiant, & pretiũ recipiãt à Chriſtiano emptore; vel alius recipiat pro eis ſi abſentes ſunt: idem eſt, & ſi extra eccleſiã dixerint ſe velle fieri Chriſtianos. Si vero intra tres menſes eos venales non expoſuerint, & nolunt fieri Chriſtiani: nullus de cætero emat eos ad ſeruiendum: & nullo reddito pretio ad libertatem perducantur: quia præſumitur ꝙ tñ ad ſeruiendum ſibi emerunt, & nõ ad vẽdẽdũ: ita poſuit Beneuen. caſum, & ita ẽt ſenſit Hu. in ſumma ſua. Probabiliter tñ poteſt dici, ꝙ principium cap. vſq; ad locum illum, [Hi vero.] Intelligitur de Iudæis vel Paganis ſeruis, qui cauſa mercimonij non habebantur: qui indiſtinctè perueniunt ad libertatem, ſi volũt fieri Chriſtiani. Reliqua vero pars loquitur de illis, qui cauſa mercimonij emuntur. Tu tñ prudens lector deliberabis caſum in melius cõmutãdo, ſicut tibi videbitur.

d ¶Venditi fuerint.] i. debent vendi: & tunc cum emptor non inuenitur non perdit ſerui pretium. argu. 16. q. 3. placuit. vel fortè venditi fuerant: ſed emptor abſentauit ſe aliqua de cauſa.

ADDITIO. Et tunc dic emptor, ſcilicet Iudæus, qui eos emerat.

e ¶Percipiant.] Datis duodecim ſolidis pro meliori mancipio, vt extra de Iudæis. c. 1. Sed quid ſi nemo ipſum vult redimere? quærat pretium oſtiatim, vt ff. de manu. l. 3. aut ſeruiat quinque annis. C. de cap. l. vlti. & 36. q. 1. de raptoribus.

e ¶Percipiant.] Sic ergo aliquis cogitur vendere rem ſuam vt 14. q. 6. comperimus.

f ¶Emerit.] Id eſt emet. ſic quandoque ponitur futurum pro præterito, vt 63. diſtin. noſſe. ibi ponitur fore peruentum pro perueniſſe. ſic ff. de verbo. ſignifi. verbum erit. & ff. de leg. 3. etiam. & ſupra. diſtinct. 50. ponderet.

g ¶Dicitur.] Id eſt, præſumitur: & hæc eſt præſumptio iuris. & dicunt quidam, ꝙ ꝯ hanc præſumptionem nõ admittitur probatio 1. cum hic non tñ præſumat, ſed etiam ſtatuat ius, vt extra de reg. vidua. extra de cõdit. app.

Vẽdere q͞ñque q̃s cogit rẽ ſuam. Futurũ pro p̃terito ponitur.

Probõ ſã admittaẽ ꝯ p̃ſũptionẽ, 1. Adde am & q͞ñ ꝯ p̃ſũptionem iuris, & de iure admittaẽ ꝓbatio, vel non, not. in auth. ſed iã neceſſe. C. de donatio. añ nup. gl. I. l. integẽtiũ §. quod feцẽ. ff. de pa.

app. per tuas. Et iſtud concedo ꝙ vbicunque non tm̃ præſumit ius, ſed etiam aliquid certi ſtatuit, ꝙ non admittatur probatio in contrarium: licet H contrarium dicat, vt 27.q.1.nec aliqua. & 35.q.3 extraordinaria. ĩ. 17.q.4.in venditionibus. Ioan. Ego credo ꝙ ſemper admittitur probatio in contrarium, niſi ius ſtatuat quòd non admittatur, vt ĩ.17.q.4.in venditionibus. De hoc habes 50.diſt.ferrum. B.

SI ſeruus] CASVS. Quæſitum fuit in concilio Aurelianenſi quam pœnam deberet pati epiſcopus, qui ordinauit quendam ſeruum dño abſente, ſiue ignorante. Et reſpondetur, ſi eps̃ ordinauit eum ſcienter in presbyterum uel diaconum, ipſo in ordine permanente duos dño reddat. Si autem ignorãter ordinauit: illi qui eum repræſentauerunt epiſcopo, ſimili pœna teneantur.

Ioã Diaconus l.4.nu.46.

[*Idem Ianuario Caralitano epiſcopo, lib.3.epiſt.9.*]

PALEA. C. XVI.

Iuo p.13.c.102.

SI quilibet Iudæorum ſeruus ad venerabilia loca confugerit cauſa fidei, nullatenus eum patiamini præiudiciũ ſuſtinere: ſed ſiue olim Chriſtianus, ſiue nunc fuerit baptizatus, ſine ullo Chriſtianorum α pauperum damno religioſo eccleſiaſticę pietatis patrocinio in libertatem modis omnibus defendatur.

α ¶Chriſtianorum] *Ioannes diaconus in vita B.Gregorij, lib.4.num.46 referens hanc epiſtolam, & Iuo p.13.c.102.habent hanc vocem: quæ tamen abeſt à codicibus epiſtolarum S. Gregorij tam impreſſis, quàm manuſcriptis, qui ſunt collati.*

[*Item ex concilio Toletano 12.c 9.*]

PALEA. C. XVII.

Burch.l.4.c.86. Iuo p.1.c.280. † *Vt ſi* Iorig.

ETſi † Iudæorum ſerui nec dũ adhuc conuerſi ad Chriſti gratiam conuolauerint, libertate donentur.

[*Item ex concilio Matiſconenſi 1.c.16.*]

PALEA. C. XVIII.

Burc.l.4.c.88. Iuo p.1.c.282.

PRæſenti concilio, Deo auctore, ſancimus, ut nullum Chriſtianum mancipium Iudæo deinceps ſeruiat, ſed datis pro quolibet bono mancipio duodecim ſolidis, ipſũ mancipium quicunque Chriſtianus, ſeu ad ingenuitatem, ſeu ad ſeruitium licentium habeat redimendi. Et ſi Chriſtianus deſiderat, & non permittitur, ſimiliter faciat; quia nefas eſt, quem Chriſtus Dominus ſanguinis ſui effuſione redemit, blaſphemum Chriſtianæ religionis in uinculis tenere. Quòd ſi acquieſcere his quæ ſtatuimus, quicunque Iudæus noluerit, quamdiu ad pecuniam conſtitutã venire diſtulerit; liceat mancipium † ipſum cum Chriſtianis, vbicunque voluerit, habitare.

† *al. mancipio ipſi.*

β ¶Præſenti.] *Caput hoc eodem modo refertur à Burchardo, & Iuone: in concilio tamen ipſo paulo aliter habetur, & nonnulla deſunt.*

Item ex concilio Aurelianenſi primo, c.10.

¶De eodem. C. XIX.

Poly.l.2.tit.31. Burc.l.2.c.24. Iuo p.6.c.125.

SI ſeruus, abſente a, vel neſciente domino, epiſcopo tamen ſciente, quòd ſeruus ſit, diaconus, aut presbyter fuerit ordinatus; ipſo in clericatus officio b permanente, epiſcopus eum domino duplici ſatisfactione compẽſet c. Si uero epiſcopus eum ſeruum neſcierit: qui teſtimonium perhibent, aut eum ſupplicauerint d ordinari, ſimul redhibitioni teneantur e obnoxij.

Iuſtinia. de ſanctiſs. epis. §. ſi ſeruus. & in Authentica, ſi ſeruus. C de epis. & clericis.

Item noua conſtitutio.

¶De eodem. C. XX.

SI ſeruus

a ¶Abſente.] Videtur.n. epiſcopus tunc cum eo diſpenſaſſe. ſi.28. diſt. diaconi. Et eſt arg. ad hoc, ꝙ eps̃ diſpenſat ipſo facto circa notum, ut dixi 51.diſt. qui in aliquo.

b ¶Officio.] De diſpenſatione fauore libertatis. dẽret enim deponi: quia furtum cõmiſit corporis ſui, ut C. de ſer. fug. l. 1. Sed quid ſi illi non habent unde ſoluant? tunc dico iſtum reddendum domino, ut ſ.ea. ex antiquis. arg. ff. de eo per quem factum eſt. l. ult.

Furtũ ſui ipſius q̃ ſis committit.

c ¶Compenſet.] Si habet proprium, alioquin non: quia delictum perſonæ, &c. ut 16.q.6 ſi epiſcopum. extra de appel. reprehenſibilis.

d ¶Supplicauerint.] & ſic patet ꝙ nõ ſemper deponitur ordinatus, qui occultat crimen ſuum 1: quod eſt ꝯ H. ut dixi diſt. 50. ex pœnitentibus.

1 Scilicet defectũ, qa ſeruitus nõ eſt crimen, ſed eſt defectus: ſed ordinandus peccat non manifeſtando defectũ unde ſi bene iſpicias, non eſt cõtra. Hug.

e ¶Teneantur obnoxij.] item patet hic, ꝙ eps̃ non tenetur prouidere ordinato cum alter eũ examinat, ut ſ. 24.diſt. quando.

Ordinato qñ non tenetur eps̃ prouidere.

SI ſeruus.] CASVS. Hoc cap. habetur ex authẽ. de ſanctiſs. epiſc. §. ſi ſeruus. & diuiditur in quatuor partes. In prima parte dicit, ꝙ ſi dñs ſciat ſeruum ordinari, & non contradicat, ſtatim eripitur in libertatem. Si uero ignorat, intra annum recuperabit illum, ſi probauerit ſeruilem fortunam. In ſecunda

parte

parte dicitur, ꝙ ſi per triennium probatus monachus efficitur, euadit iugum ſeruitutis. In tertia dicitur, ꝙ ordo epiſcopalis liberat à patria poteſtate, & à ſeruili fortuna, vel adſcriptitia; ſed non à curiali. In quarta dicitur, ꝙ adſcriptitij poſſunt clerici fieri inuitis dominis, ita ut agriculturā adimpleant.

natios, & alijs cōditionibus obligatos: quos Leo Papa reprehendit, & mandat eis, ꝙ de cętero hoc non faciant, niſi uoluntates eorum, qui in eis habent aliquid poteſtatis, acceſſerint.

i ¶Originarijs.] Tales enim liberi ſunt, ut C. de agri. l. diffini-

ſciente[a], & non contradicente domino, in clero fuerit ordinatus; ex hoc ipſo, quod conſtitutus eſt, liber, & ingenuus erit. Sed ſi ignorante domino[1]; licèt ei intra ſpatium vnius[b] anni & ſeruilem[c] fortunam probare, & ſeruū ſuū[d] accipere. Verum etiam ſi legitime probato experimento monachus efficiatur, euadit iugum ſeruitutis. Debent. n. per triennium[e], antequam monachi efficiantur, in monaſterio permanere: poſtea vero ſi monachi effecti fuerint, liberi efficiuntur. Epiſcopalis[f] enim ordo liberat à fortuna ſeruili, vel adſcriptitia, ſed non à curiali[g], ſiue officiali: nā & poſt ordinationem durat. Sed & ius patriæ poteſtatis ſoluit epiſcopalis dignitas. Adſcriptitios vero in ipſis poſſeſſionibus clericos etiam præter volūtatem dominorum fieri permittimus: ita tamen, vt clerici facti impoſitam ſibi agriculturam adimpleant[h].

Auth. de monachis. §. Hinc autem.

Tit. de ſanctiſs. epiſcopis. §. ſed & quidem.
Auth. epiſtolis, de epiſcopi & cler. eod
Authen. ſed epiſtolis, eod.
Authen. adſcriptitios, eod.

¶Extat hoc caput ad verbum in epitomis nouellarum conſtitutionum ab Irnerio deſcriptis; quæ poſt codicem poni ſolent, itemque in nouella 123. c. 2[illegible]. per Iulianum antecesſorem. Verba autem, quæ addita erant in titulo, Leo Imperator omnibus epiſcopis, *videntur illuc irrepſiſſe ex ſequenti titulo.*

Item Leo Papa omnibus epiſcopis, epiſt. 1. c. 1.

¶De eodem. C. XXI.

ADmittuntur paſſim ad ordinem ſacrum, quibus nulla natalium, nulla morum dignitas ſuffragatur: & qui à dominis ſuis libertatem conſequi minime potuerunt, ad faſtigium ſacerdotij (tanquam ſeruilis uilitas hunc honorem iure capiat) prouehuntur. *& infra.* Ab his itaque fratres chariſſimi, omnes veſtræ prouinciæ abſtineant ſacerdotes: & non tantum ab his, ſed etiam † ab alijs originarijs[i], uel qui alicui conditioni obligati ſunt, uolumus tēperari; niſi forte eorum petitio, aut uoluntas acceſſerit, qui aliquid ſibi in eos uendicant poteſtatis.

Anſel. l. 7. c. 25.
Burc. l. 2. c. 22.
Iuo p. 6. c. 64.

† *& ab alijs, qui aut originali, aut alicui*] orig.

4 *De ſeruis monaſterij quæritur, an eccleſiaſticis officijs poſſint aggregari, an non. Sed famuli eccleſiarum non ſunt ordinandi, ſicut ſupra dictum eſt; niſi à proprijs epiſcopis libertatem conſequantur. Porro ſeruus monaſterij libertatem conſequi nō valet* α: *non ergo ad clericatū ſibi accedere licet. Quòd autem liber fieri non poſſit, probatur auctoritate octauæ ſynodi, in qua ſic ſtatutum legitur.*

α ¶Non ualet] *In primo Vaticano poſt hac verba ſequitur:* qui .n. ſunt monaſterij, in nullius ius tranſire poſſunt. Vnde nec abbas poteſt dicere, hoc meum eſt. non ergo, &c. *Caput autē,*

a ¶Sciente.] Argumētū de taciturnitate i extra de his, quæ fiūt à præla. cap. 2. & dixi 27. diſt. diaconus. & 28. diſt. diaconi.

1 Aliàs tacens habetur pro contumace. j. 65. diſt. c. vlti. in glo. ulti. Eps̄ iter ordinandum debet obſeruare interſtitia tēporum.

b ¶Vnius.] Sed qualiter hoc ſtare poteſt in presbytero, vel diacono? nam epiſcopus debet ſeruare interſtitia temporum, quę ſunt j. 77. diſt. in ſingulis. ſed ſi obſeruauit, conſtat ꝙ plus ſtetit, quàm p annum. Reſpon. dicunt quidam, ꝙ iſte fuit ordinatus ſine examinatione, & non obſeruatis interſtitijs. vel dic qui, erat grandæuus: vnde vſq; ad annum potuit promoueri in diaconem, ut 77. diſt. monachus. Vel dic ꝙ annus iſte incipiat non à tpe ordinationis, ſed à tpe ſcientię. argum. 17. q. 2. ſi quis incognitus.

c ¶Seruilem.] Plus enim ualet ordo, q̄ ſcientia & militia, ut ff. de libe. cau. qui de libertate. in fin.

Ordo præfertur ſciētię & militię.

d ¶Seruum ſuum.] cum diſtin. ſ̄. ea. ex antiquis.

e ¶Per triennium.] ad monachatum datur triennium: ad clericatum annus: quia clerici ſunt in publico, & monachi latēt.

Monachi latent.

f ¶Epiſcopalis.] Et ēt ſacerdotalis, ut ſ̄. ea. ex antiquis.

g ¶Sed non à curiali.] Quidam dicunt, iſta verba non eſſe in ipſa lege: & verum eſt ꝙ in illa non ponuntur, ſed alibi, ut in authen. de ſanctiſs. epis. §. ſed hoc quidem. coll. 9. ſed ſecundum hæc iura canonica hoc non tenet: quia cū ordo liberat à ſeruili fortuna, multo fortius à curiali ſoluit epiſcopalis dignitas, quę autem dignitas liberat à poteſtate patria habes in auth. cōſtitutio. q̄ de dig coll. 6. & C. de decu. l. vlt. lib. 10. & in auth. vt ordinariæ pręfec. coll. 5.

h ¶Adimpleant.] Hoc nō tenet, vt ſ̄. ea. quicunque 2.

2 Et ideo ſubijcit c. ſequēs, qđ hoc corrigit. Ioā. de Fant.

Satis.] CASVS. Quidam epiſcopus volebat priuare quoſdam clericos officio & beneficio propter peccata parẽtũ. Sed dicit Grego. ſatis eſſe peruerſum, ut deijciatur ab officijs uel gradu, quem proprium facinus, uel culpa non deijcit.

d ¶Satis peruerſũ.] Iſtud ca. intelligitur de iam promoto, talis enim propter delictũ alterius non priuatur iure ſuo. non enim priuandus eſt quis iure ſuo, niſi pro grauiſſimo delicto. vt 16. quæſt. 7. inuentum. & 74. diſtinctio. geſta. excipiunt quidam caſum in eo, qui ignorãter adeptus eſt beneficium pecunia patris, ut 1. q. 5. capit. 1. Sed illud ideo perdit quia furtiuũ eſt. Sed quid ſi pater commiſit crimen læſæ maieſtatis, nonne filius priuandus eſt beneficio, cum ſit infamis factus? ut 6. q. 1. ſi qs cum. & infames promoti etiam deijciuntur, vt 6. q. 1. infames. Non, quia cum clericus ſit, eſt à iuriſdictione principis exemptus † vt 96. diſ. duo. 1. q. 4. § eõ, in fi. Itẽ fallit illud extra de eccle. ędi. adi. ad audiẽtiã 2. & extra de cle. ægro. cap. 2. vbi quis ſine culpa priuatur iure ſuo: hoc tamen ſcias, ꝙ multoties quis punitur ſine culpa, ſed non ſine cauſa, ut extra vt lit. non conteſt. quoniam, ſupra 34. diſt. ſi cuius vxorem.

Patris delictum etiã grauiſſimũ non tollit filio beneficium.

† Exẽptus. Idẽ Albe. l. quiſqs. C. ad leg. Iul. maie. Lud. Rom. ſing. 486. Ange. tractat. maleficio. ver. che hai maledito la tua patria. col. 7. Gemini. c. vt commiſſi. de hęret. in 6. Pa. c. cum laicis. de iure pat. ſed Io. Imol. l. in inſulam. in prin. ſolut. matr. Phi. Fran. c. Fęlicis. § ſi qs. in glo. uer. Pontificalem, de pœnis in 6. & Prepoſi. hic dicũt gl. eſſe veram in maieſtate temporali. ſecus in eccleſiaſtica. idem Hẽri. Bohic. in c. vergentis. de hæret.

Dominus noſter.] CASVS Hiero. fuit interrogatus an ille qui naſcitur de adulterio, repellatur à ſacerdotio. Et reſpõdet ꝙ nõ, ſi eſt bonæ vitæ: & hoc probat exemplo Chriſti, qui naſci voluit de adulterinis commiſtionibus & alienigenis: dãs nobis fiduciam ut vndecunque naſcamur, ſi boni erimus, quòd non repellimur à ſacerdotio, & ꝙ Chriſtus natus fuerit de adulterinis commiſtionibus probat per genealogiam, incipiẽs à Iuda Patriarcha, qui cum Thamar nuru ſua inceſtum & adulterium commiſit, & ex illa generatione plures nati ſunt, poſt quos Dauid ex quibus Chriſtus originem duxit.

e ¶A ſacerdotio.] Nõ intelligas, ꝙ ipſo iure poſſit promoueri: ſed hoc ideo dicit, quia eps tenetur in hoc caſu diſpenſare; quia diſpenſatio quandoque eſt debita, vt dixi 50 diſt. ut conſtitueretur.

f ¶Repellitur.] Sed nonne filij ſacerdotum ſerui ſunt eccle-

Filij ſacerdotum an ſint ſerui eccleſiæ.

eccleſiæ, vt q. 15. q. vlt. cũ multæ. qualiter ergo promouentur non adepta libertate? Sed dic, quod illud loquitur de his, qui quaſi legitimè & ſolenniter ducunt 1, vel derogatum eſt ei contraria conſuetudine. 4. diſt. §. leges.

ådorare terreas imagines, & aliàs ſibi nocendo.

a ¶ Fraterna diſcordia.] Quam habuit contra Iſaac. 32. q. 4. recurrat.

b Poteſtas.] Hanc olim habuerunt poteſtatem mulieres, ut de licẽtia, vel ptāte ipſarũ viri poſsẽt accedere ad ancillas ſuas 2, & filij ita nati dicebant potius filij dñæ q̃ ancillæ: ſed erat legalis filius dominæ, & carnalis filius ancillæ. ita ſecundum legẽ Moſaicam mulieres poterãt adoptare filios 3: ſed ſecundum legẽ Iuſtiniani non poſſũt, niſi filij eius ſint ĩ acie admiſſi, vt Inſt. de adop. §. fœminæ.

1 Scilicet vt vxores, non vt concubinas, & ita ẽt Itelligitur. 81. diſt. quidam ſecũdum Vinc. Gof. & Innoc. qui ita not. extra de cohabi. cler. & cap. 2. De hoc no. 23. diſt. eos. Arch.

2 Vt 32. q. 3. dixit.

3 Adde ſacerdotes habere idẽ ius cũ mulieribus. nota. in l. 2. §. lud. & in l. ſi pater. §. fin. & in l. ſi arrogator, penult. ff. de adop.

Iſmael *Gen.* 38. *Ruth.* 4.

patriarcha concubuit cum Thamar nuru ſua, & ex illo concubitu nati ſunt Phares, & Zaran: inde poſtea Salmon, qui fuit dux in deſerto: inde Obeth α; inde quoq. Booz, inde poſtea Ieſſe, qui fuit pater Dauid. Ex illa ergo progenie origo ducitur Chriſti, qui verus ſacerdos eſt: ideoque ſi filij eius ſumus; quæ ipſe fecit, nos imitari debemus.

α ¶ Inde Obeth] *In primo capite Euangelij S. Matthæi, Booz dicitur genuiſſe Obeth.*

Item Auguſtinus de vnico baptiſmo contra Donatiſtas; lib. 1. c. 15.

¶ A populo Dei non ſeparat aliquem materna conditio, ſed propria culpa. C. IX.

Iuo p. 8. c. 61. Pann. l. 6. ca. 47.

ISmael, ut ſepararetur à populo Dei, non obſuit mater ancilla, ſed obfuit fraterna diſcordia: [a] nec profuit poteſtas [b] vxoris, cuius magis filius erat; quia per ipſius iura coniugalia, & in ancilla ſeminatus erat, & ex ancilla ſuſceptus.

CONTRA. Hęc eſt tertia pars huius diſtin. in qua probat cõtrarium eius quod præmittitur. Ioan. de Fan.

CASVS. Hactenus ꝓbauit q̀ peccata parentum filijs nõ imputantur. Nunc vult probare contrarium per ſequens cap.

3 *Contra Bonifacius martyr ſcribens Ecbeldobaldo Regi Anglorum.*

¶ Vitia parentum etiam ad poſteros transferuntur. C. X.

Iuo p. 8. c. 224.

SI gens Anglorum (ſicut per iſtas prouincias diuulgatum eſt, & nobis in Francia, & Italia improperatur, & ab ipſis paganis improperium eſt) ſpretis legalibus connubijs, adulterando, & luxuriando ad inſtar Sodomiticæ gentis fœdam vitam duxerit; de tali commiſtione meretricum æſtimandum eſt degeneres [c] populos, & ignobiles, & furentes libidine fore procreandos, & ad extremum vniuerſam plebem ad deteriora, & ignobiliora vergentem, & nouiſſimè nec in bello ſæculari fortem, nec in fide ſtabilem: & nec honorabilem hominibus, nec Deo amabilem eſſe venturam: ſicut alijs gentibus Hiſpaniæ, & Prouinciæ, & Burgundionum populis cõtigit: quæ ſic à Deo recedentes fornicatæ ſunt, donec iudex † omnipotens talium criminũ vltrices pœnas per ignorantes β legem Dei, id eſt † per Saracenos uenire, & ſæuire permiſit [d].

† *al. vindex*

† *al. etiam*

SI gens. CASVS. Improperabantur Bonifacio ĩ Italia & Frãcia, & etiam ab ipſis paganis, q̀ gens Anglorum ducebat fœdam vitam adulterãdo & fornicando ad inſtar Sodomiticę gẽtis. Scribit ergo Bonifacius martyr Regi Anglorum, dicens non eſſe mirum, ſi nuper fuit in bello deuictus: cum ex tali cõmiſtione vilis gẽs oriatur, & libidinoſa, nec Deo amabilis: & hoc probat exemplo Hiſpanorũ & Prouincialium & Burgundionum, qui tam diu fornicati ſũt donec ꝑ Saracenos puniti & deuicti fuerũt.

β ¶ Per ignorantes] *In epiſtola B. Bonifacij martyris, (qua vnà cum multis alijs extat manuſcripta in codice ſæpe memorato bibliothecæ Dominicanæ) legitur:* per ignorantiam legis Dei, & per Saracenos; & c *cum qua lectione concordant aliquot vetuſta Gratiani exemplaria, & fere etiam Iuo.*

c ¶ Degeneres.] Quo ad fortitudinẽ & nobilitatem, vt 35. q. 3. quædam.

d ¶ Permiſit.] Not. q̀ propter delictũ ꝑmittit: Deus inferri 4 pęnas vt 5. q. 5. non omnis. 16. q. 1. & temporis. & c. reuertimini. & 7. q. 1. ſciſcitaris.

4 Ad hoc 23. q. 5. remittuntur. & §. hinc notãdum. & q. 4. ſi quos. Archid.

V. ead. c. presbyterorum.

Vnde [c] *Vrbanus in fine ſuperioris capitis diſtinguendo ſubiunxit.*

VNDE. Iſtud vnde, ita continuatur: peccata parentum nocent filijs: vnde non poſſunt promoueri niſi in cœnobijs: vel niſi diſpenſetur cu eis. Quod ſequitur, planum eſt vſque ad cap. apoſtolica.

ISmael. CASVS. Abraham auctoritate & licẽtia vxoris ſuæ, ſcilicet Saræ cognouit Agar ancillã, & ex ea genuit Iſmaelem, qui repulſus fuit à populo Dei. non ideo quia natus fuerat de ancilla ſed quia faciebat iniuriam fratri ſuo Iſaac, compellendo ipſum

e ¶ Vnde.] Iſtud vnde, continnatur ei quod dixi ſupra in illo §. ſed hoc. in prin. [illegible]

¶Si religioſi inuenti fuerint filij ſacerdotum, ordinentur. C. XI.

¶Rubrica huius capitis abeſt ab aliquot vetuſtis (neque enim eſt vlla capitis diſtinctio) & præponitur ſequenti capiti, apoſtolica.

NIſi aut in cœnobijs, aut in canonijs† religioſè probati fuerint conuerſari. †*al. canonicis*

Item Alexander II.

¶De eodem. C. XII.

APoſtolica auctoritate præcipimus vobis, vt ſi eũ, qui ab eccleſia[a] electus eſt, altero digniorem eſſe, canonicamq; eius electionem probaueritis; fulti noſtra auctoritate conſecretis. Nam pro eo, quòd filius ſacerdotis dicitur, ſi cæteræ[b] virtutes in eum conueniant, non reijcimus; ſed ſuffragantibus meritis conniuendo eum recipimus. Anſel. l. 6. c. 29.

Hoc autem, quod de filijs ſacerdotum dicitur, ex diſpenſatione eccleſiæ introductum videtur: & quod ex diſpenſatione introducitur, ad conſequentiam regulæ trahi non poterit.

Vnde Vrbanus Papa II. ſcribit Bartholomæo Turon. archiepiſcopo.

¶Filij ſacerdotum non prohibentur ab epiſcopatu, ſi cæteræ virtutes in eis inueniantur. C. XIII.

COenomanenſem electum[c] pro eo, quòd filius ſacerdotis dicitur, ſi cæteræ virtutes in eum conueniunt, non reijcimus; ſed ſuffragantibus meritis patienter ſuſcipimus: non tamen, vt hoc pro regula in poſterum aſſumatur: ſed ad tempus[d] eccleſiæ periculo conſulitur. Anſel. l. 6. c. 29. Pann. l. 3. c. 53.

Cum ergo[e] ex ſacerdotibus nati, in ſummos Pontifices ſupra leguntur eſſe promoti, non ſunt intelligendi de fornicatione[f], ſed de legitimis coniugijs nati: quæ ſacerdotibus ante prohibitionem vbique licita erant, & in orientali eccleſia vſque hodie eis licere probatur. 1. c. Oſius.

Quòd autẽ vitium originis ſemini imputari negatur[g], videtur eſſe contrarium illi ſententiæ: [*Adulterorum filij abominatio ſunt Domino*] *Sed ſicut ſupra dictum eſt de presbyterorum filijs; ita & hoc de filijs adulterorum intelligendum videtur; vt illi dicantur eſſe abominatio Domino, ad quos paterna flagitia hæreditaria ſucceſſione deſcendũt. Similiter & illud Vrbani intelligendum eſt. quod ipſe ſcribit Petronio Legionen. epiſcopo.* Sapien. 3. ſed paulo aliter.

Electus à maiori parte capituli dr electus ab eccleſia.

1 Sic infra c. proxi.

2 De hoc & leg. & not. 50 diſ. vt cõſtitueretur. & ſm hoc dic, cæteræ, id eſt, ſi omnes. Arch.

Illegitimi ſunt poſtulandi.

APoſtolica.] CASVS. In quadam eccleſia epiſcopali duo fuerunt clerici: vnus fuit electus ab eccleſia, & canonicè, qui dignior erat, altero electo ab eccleſia: & digniori obijciebatur, ꝙ erat filius ſacerdotis. Sup hoc fuit conſultus Papa, qui mandat electum canonicè conſecrandum, nõ obſtante eo quod dicitur filius ſacerdotis: ſi aliàs dignus inueniatur.

a ¶Ab eccleſia.] No. quod dicitur ab eccleſia electus, qui à maiori parte capituli eſt electus, vt extra de elect. cum nobis. ff. ad munici. quod maior. extra de elect. cum inter. in prin.

b ¶Cæteræ.] Impropriè ponitur, ſic 26. diſt. deinde 1. vel nomine cæterorum, omnes 2. comprehendũtur, vt ff. de verb. ſign. cæterorum.

HOC AVTEM. Dicit Gratianus, ꝙ ſupradicta cap. in quibus dictum eſt, ꝙ filij presbyterorũ poſſunt promoueri, ex diſpẽſatione loquuntur, nec faciunt regulam generalem: quod probat ſeq. cap.

COenomanẽſem.] CASVS. In eccleſia Cœnomanen. electus fuit in epiſcopũ quidam filius ſacerdotis: quare quæſiuit Barth. Turonen. archiepiſcopus, an propter hoc eum deberent repellere: Et reſpondet Papa ꝙ non, ſi aliàs bonus eſt: non tamẽ volumus vt in poſterum hæc regula recipiatur, ſed vt ad tempus neceſſitati eccleſiæ conſulatur.

c ¶Electum.] Hodie non ſunt tales eligendi, ſed poſtulandi à ſolo Papa: quia metropolitanus cum electo in epiſcopum nõ poſſet diſpenſare, vt extra de electio. innotuit.

d ¶Sed ad tempus.] J. 1 q. 8. talis. Ioan.

CVM ERGO. Iſte §. reſpicit illum §. ſ ſed hoc intelligendum. Et dicit Gratianus, ꝙ illi qui dicuntur ibi eſſe promoti in ſummos pontifices, intelliguntur eſſe nati non de fornicatione, ſed de coniugio legitimo: quod olim fuit licitum omnibus ſacerdotibus: nunc autem licèt tantum orientalibus.

e ¶Cum ergo.] Reſpicit primum §. huius diſt.

f ¶De fornicatione.] Nõ dicis bene: quia ſi eſſent legitimi ſine diſpenſatione promouerentur.

QVOD AVTEM. CASVS. Obijcit Gratianus ſibi in hoc §. & poſtea ſoluit dicens, ꝙ illud quod dictum eſt ſ in c. vndecumque. ꝙ uitium originis nõ imputatur ſemini: videtur cõtrarium ei, quod dicitur in Eccleſiaſtico, ꝙ adulterorum filij abominatio ſunt Domino Sed dicit illud ſic eſſe intelligendum, ſicut intelligitur quod ſupra dictum eſt de filijs presbyterorũ, ut illi tantum dicantur abominatio eſſe Domino, qui paterna vitia vel flagitia eorum ſequuntur.

g ¶Negatur.] Supra ead. vndecumque.

Quia.]

QVia.] CASVS. Hoc c. intelligitur ex diſpẽſatione, ſicut illud cap. Cœnoma. Ferronius q de adulterio natus eſt, fuit in epm Legion. electus qui poſt electionem ad Apoſtolicum veniẽs humiliter eſt cõfeſſus: Papa vero audiens ipſum eſſe bonæ famæ, & bonæ

ITem qui ægritudine.] CASVS. Hic intitulatur 57. diſt. in qua dr̃ hominem in ægritudine baptizatum non promouendum.

d ¶ Ægritudine.] In hac diſt. traditur, ꝙ q baptizat in ægritudine, non eſt promouendus: & eſt intelligendum de tali, q cũ ſanus eſſet, diſtulit baptizari: ſed timore mortis petijt baptiſmũ, cauſa autem huius cõſtitutionis eſt, quia præſumitur non verè pœnitens, qui mortis cauſa eſt pœnitẽs: & ſic p̃ſumuntur peccata non eſſe ei dimiſſa: ſi tñ ſtatim moreretur, præſumeret eccleſia peccata ei dimiſſa eſſe, vt de pę. diſt. 7. nullus. & ſic eccleſia circa idẽ factũ hẽt ꝯrias præſumptiones: ſed diuerſo reſpectu. de conſecr. diſt. 3. perlatum.

Baptizatus in ægritudine non eſt promouendus.

a ¶ Sacerdotibus.] *Hic oſtendit apertè Gratianus, ſe in ea fuiſſe opinione, aliquando in Latina eccleſia presbyteris etiam licuiſſe vti coniugio, quod in eccleſia Græcorum & olim, & nũc permiſſum eſt. Id vero minimè ita eſſe ſuperius initio diſt. 31. eſt adnotatum. De illis vero, quos antea narrauit creatos fuiſſe ſummos Pontifices, dicendum eſt eos, antequam patres ipſorum illo ſacro ordine eſſent decorati, fuiſſe generatos.*

¶De eodem. C. XIIII.

Pann. l. 3. c. 54.

QVia ſimpliciter ad ſedem Apoſtolicam veniẽs humiliter peccatum confeſſus es, quod pontificij tui videbatur officium impedire; videlicet, quòd ex matre non legitima procreatus ſis, quam viuente propria vxore pater tuus cognouiſſe dignoſcitur† [a]: Nos Apoſtolicæ manſuetudinis gratia admonente, à cæteris, quæ ſacerdotium impediunt, criminibus, tam tui profeſſione, q̃ fratrũ teſtimonio, qui tecum ſunt, immunem te agnoſcentes, & vitam [b] tuam religioſam audientes, ab huius te peccati vinculo abſolutum in ſuſcepto ſacerdotali officio confirmamus [c].

†al. dicitur

DISTINCTIO LVII.

ITem, qui in ægritudine [d] conſtitutus baptizatur, presbyter ordinari non debet.

Vnde in Neocæſarienſi concilio, cap. 12. legitur.

¶Non ordinetur presbyter, qui in ægritudine conſtitutus baptizatur. C. I.

Poly. l. 2. tit. 31. Burch. l. 4. c. 43. Iuo p. 1. c. 227. & p. 6. c. 101.

SI quis [e] in ægritudine conſtitutus, fuerit baptizatus, presbyter ordinari non debet. Non enim fides illius voluntaria, ſed ex neceſſitate eſt [f]: niſi fortè poſtea [g] ipſius ſtudium & fides probabilis fuerit, aut† hominum raritas [h] exegerit.

†al. &

¶*Quod canon hic ſtatuit, videtur multo ante in Romana eccleſia obſeruatum, quemadmodum ex epiſtola Cornelij Papæ de Nouatiano patet, cuius verba relata ab Euſebio Hiſtoria Eccleſ. lib. 6. c. 35. iſtuc ſpectantia hæc ſunt:* Qui quidem, vbi exorciſtarũ præſidio, ſpiritu illo malo eſſet liberatus, & poſt in tam grauem morbum, vt iam fermè mori putaretur, incidiſſet; in lecto, in quo decumbebat, aqua circumfuſus baptiſmum accepit: *& paulo poſt, cum de ipſius ordinatione agit, adiungit:* Qui quidem epiſcopus, non ſolum ab vniuerſo clero: ſed etiã à

SI quis.] CASVS. Quæſitum fuit in cõcilio Neocæſarienſi an ille, qui eſt in ęgritudine baptizatus debeat ordinari presbyter. Et reſpon. quod non; quia fides illius non præſumitur voluntaria, ſed metu mortis facta: ſi tamẽ poſtea bonæ vitæ apparuerit, aut raritas hominum exegerit, poterit promoueri.

e ¶Si quis.] Intellige adultus: nam pueri ab hæreticis baptizati promouentur, vt 1. q. 4. placuit.

f ¶Sed ex neceſſitate eſt.] Præſumitur. & ſic canon præſumit hoc in deteriorẽ partem 2. ſimiliter 30. q. 5. aliter. Sed cum hęc irregularitas proueniat à peccato, & baptiſmus tollat peccatum: quare non tollit irregularitatẽ ipſius? Rnd. quia baptiſmus inducit hanc irregularitatem: vnde non poteſt eam tollere: quia eadẽ res non pòt habere ꝯrios effectus. arg extra de bap. maiores. vltra medium, ibi: ſed hæc tãquã impoſſibilia, ſic 8. 26. diſt. deinde. ſic eadẽ cauſa nõ põt parere obligationẽ & liberationẽ, vt ff. de ſolu. qui hominem. c. vlti.

Baptiſmus an tollat irregularitatem.

2 Scilicet ꝙ peccata nõ ſunt ei dimiſſa: & hęc pręſumptio nõ põt tolli per baptiſmũ; cũ ſm Lau. & Ioã. cã inducat: ſed tolli p aliã p̃ſumptionẽ. ſ. p ſequẽtẽ bonã cõuerſationẽ, vt in c. continetur. Arch.

bonæ vitæ ab his qui ſecum erant, ipſum confirmauit in dignitate ex diſpenſatione.

a ¶Dignoſcitur.] Arg. contra ff. de aeq. hære. ſed & ſi de ſua.

b ¶Et vitam.] Ex quo plura fecerunt pro ipſo: & tantum vnum faciebat contra ipſum, & non debuit impediri eius promotio. 28. diſt. de Syracuſanę. & 13. diſ. duo mala 1.

c ¶Confirmamus.] Et hoc fit ex diſpenſatione. Ioan.

[1] vbi đ hoc. Sed ſi aliq d eſt pro me, &c. vt not. 51. diſt. c. 2.

g ¶Poſtea.] Et ita per ſequens factum eliditur præcedens præſumptio. ſic de conſecr. diſt. 4. tunc valere. 34. q. 1. cum per bellicam, ſic quandoq; præſumptio ſequẽs elidit præcedentem, vt ff. de in integ. reſti. minus.

h ¶Raritas.] Argu. ꝙ propter raritatem hominum aliqua conceduntur, vt 55. diſt. cap. præcas. 1. q. 7. talis.

Item

multis laicis vetitus; quoniam minimè licebat quēquam in lecto propter morbum baptizatum, ſicut huic contigerat, in clerum aſſumi; magnopere poſtulabat, ſibi poteſtatem dari, huic ſoli manus in ſortem presbyterij imponendi.

DISTINCTIO LVIII.

Item ex monachali [a] habitu nullus aſſumitur ad eccleſiaſticum officium, niſi fuerit oblatus voluntate proprij abbatis.

Vnde Gregorius ſcribit Mariniano epiſcopo Rauennati, lib. 7. epiſtola 18. paulo aliter

¶Monachus non ordinetur clericus, niſi voluntate abbatis epiſcopo fuerit oblatus. C. I.

NVllus ad eccleſiaſticum officium ex monaſterio producatur monachus; niſi quem abbas [b] loci admonitus propria voluntate obtulerit epiſcopo.

Item ex concilio Carthaginenſi 5. c. 13. & in Afri. c. 47.

¶De eodem. C. II.

SI quis de alterius monaſterio repertum [α], vel ad clericatum promouere voluerit, vel in ſuo monaſterio maiorem [c] monaſterij conſtituere [β]: epiſcopus, qui hoc fecerit, a cæterorum communione ſeiunctus, ſuæ [d] tantum plebis communione contentus ſit; & ille neque clericus [γ], neq; præpoſitus perſeueret.

α ¶Reptū.] *Græcè legitur,* ἐάν τις ἀπ' ἀλλοτρίου μοναστηρίου ὑποδέξηται τινα, i. ſi quis ab alieno monaſterio receperit aliquē.
β ¶Conſtituere] *Antea ſequebatur,* ſine licentia abbatis, & monachorum: *quæ verba ſunt expuncta: quia abſunt à concilio Carthag. & Africano, & plerisque vetuſtis Gratiani codicibus.*
γ ¶Clericus.] *Sequebatur,* neque canonicus, *quæ ob eaſdem cauſas ſunt ſublata.*

DISTINCTIO LIX.

Item [e], qui eccleſiaſticis diſciplinis imbuti, & temporum approbatione diſcuſſi non ſunt, ad ſummum ſacerdotium non aſpirent.

Vnde ait Zozimus Papa ad Iſichium Salonitanum epiſcopum. epiſt. 1.

ITem ex monachali.] CASVS. Supra in 54. diſtinct. dictum fuit, ꝙ ſerui ordinari non debent, niſi voluntas dominorum acceſſerit. Sed quia in quibuſdam locis monachi ſeruis comparantur, cum nō habeāt propriū, nec ſint ſuæ voluntatis, vt 12. q. 2. nō dicatis. ideo Gratia. ponit hanc 58. diſtin. in qua oſtēdit monachū ad eccleſiaſticū officium non promoueri niſi de voluntate proprij abbatis, & etiam de conſenſu conuentus.

a ¶Item ex monachali.] Supra 55. diſt. c. priſcis. dixerat, ꝙ monachi poſſunt pñci parochialibus eccleſijs: ſed ne crederes aliquis, ꝙ hoc poſſet fieri ſine licentia abbatis: ideo ponit hanc diſt. &c.

Clericus ſine ſui prælati licentia non eſt trāſferendus.

NVllus.] CASVS. Quæſitū fuit à Gregorio, an epiſcopus poſſit monachū ꝓmouere ad officiū clericatus, vel ad dignitatem. Et reſpondet, ꝙ non, niſi cum abbas obtulerit propria voluntate ſibi. Quod ſequitur, planum eſt, vbi dr̄, quod fit ex diſpenſatione, ad conſequentiā trahi nō debet ad quod inducit ſequen. cap.

b ¶Abbas.] Nota, ꝙ nullus monachus poteſt promoueri ad eccleſiaſticos honores, niſi cum licentia abbatis, vt 16. q. 1. ſi quis monachus. & c. cum pro vtilitate. idē intellige de quolibet clerico, vt ſine licentia p̄lati ſui non poſſit ab epiſcopo transferri [1]. ad alium locum, cum nec clericus epiſcopi ab archiepiſcopo, q a omnium conſenſus eſt requirendus quorum ius lęditur, vt 54. diſt. nullus. 9. q. 3. per ſingulas. Et non ſolum voluntas abbatis eſt requirenda, ſed ēt monachorum, vt 19. q. 3. ſtatuimus. Nam hæc eſt quędam alienatio. vnde non poteſt fieri ſine conſenſu omnium, vt 12. q. 2. ſine. Io. & quod dicitur de epiſcopo, credo falſum ſi cauſa ſubeſt. extra de exceſ. prælа. ſicut.

1 Idem no. hic Hug. & Lau. in vtroque dicto. Ad qđ facit quod leg. & no. 7. q. 1. eṗs đ loco. & idē ſentit hic Ioan. de Fant.

SI quis.] CASVS. Dicitur in hoc c. ꝙ eṗs non poteſt alienum monachum promouere ad clericatum, vel facere abbatem in ſuo monaſterio, niſi de voluntate proprij abbatis: quod ſi fecerit, cōione ſuæ plebis ſit cōtentus, & promotus remonebitur ab eo qđ accepit.

c ¶Maiorē.] Ex hoc loco vr̄, ꝙ monachus poſſit eſſe p̄latus ī eccleſia ſęculari. ꝙ eṗs poſſit eſſe, nō eſt dubiū, vt 18. q. 1. ſtatutū. Itē ꝙ plebanus poſſit eſſe, habes 16. q. 1. monachos. & c. in parochia. Itē ꝙ canonicus ſæcularis poſſit eſſe, vr̄ 74. diſt. quorundā. Itē ꝙ vice dn̄s eṗi poſſit eſſe, vr̄: quia eṗs debet habere teſtimoniū à monachis, vt 2. q. 7. cum paſtoris. ſed œconomū debet hr̄e eṗs, vt ſit ei teſtis, vt 16. q. 7. qm̄ in quibuſdam. ergo pōt eſſe œconomus, vel vicedominus eṗi. & iſtud H. admittit. arg. ꝯ 16. q. 1. de præſentium. De hac materia notaui 16. q. 7. in nona. pōt tñ intelligi [2]. quod hic dicitur, de eccleſia monachali, quæ epiſcopalis etiam fuit.

Monachus poteſt in eccleſia ſæculari eſſe prælatus.

d ¶Suæ.] Si. ſupra diſt. 18. placuit. Sed contra infra 4. q. 5. c. 3. Dic vt in dicto c. placuit.

2 Et verè ſm Laur. ſecundum quem iſte intellectus, q ſequit̄ eſt verus: ſic etiā ītelligit̄ 74. diſt. quorūdā. ſm Lau.

ITem qui.] CASVS. Supra diſt. 51. in aliquo fecit mentionē de illiteratis & promotis ſine interſtitijs temporum, & inde ſumpta occaſione ſpecialem ponit Gratianus tractatū de his, docēs tales nō eſſe ꝓmouēdos. Caſus iſtius c. hr̄ ſ. 36. diſt. qui eccleſiaſticis.

e ¶Itē.] Dictū fuit ī. diſt. 50. non confidat. & 55. diſt. priſcis.

priſcis. ꝙ nullus ordinãdus eſt niſi ſeruatis interſtitijs temporum, ideo oſtendit hic, ꝙ ad inſtar ſæcularium dignitatum nullus per ſaltum eſt ordinandus [1].

SI officia.] CASVS. Quæſitum fuit an epiſcopi debeant promouere aliquos in epiſcopos uel presbyteros,

gradatim aliquis promouetur. Et reprehẽdit quoſdam epiſcopos, qui quęrentes pompam in multitudine presbyterorum, ordinabãt eos in locis ſolitarijs, ut eis ordines conferrent, quibus aliud conferre non poſſunt.

a ¶Si officia ſæcularia.] Id eſt, ſæculares non deferunt principem locum ingreſſis, &c.

¶Non aſpiret ad ſummum ſacerdotium, qui eccleſiaſticis diſciplinis non eſt imbutus. C. I.

Anſel. l. 6. c. 28. Iuo p. 5. c. 102.

QVi eccleſiaſticis diſciplinis imbutus per ordinem nõ eſt, & temporũ † approbatione diuinis ſtipẽdijs eruditus, nequaquam ad ſummum eccleſiæ ſacerdotium aſpirare præſumat: & non ſolum in eo ambitio inefficax habeatur; verum etiam in † ordinatores eius; vt careant eo ordine, quem ſine ordine contra præcepta Patrum crediderant præſumendum.

† *téporis*] oli.

† *al. ordinatores eius careant.*

Idem a eadem epiſtola.

¶Ad ſacerdotale officium nullus, niſi per ſingulos gradus probatus accedat. C. II.

Anſel. l. 6. c. 28.

SI officia ſæcularia [a] principem locum, non veſtibulum actionis ingreſſis, ſed per ſingulos † gradus examinatis, temporibus deferunt; quis [b] ille tam arrogans, tam impudens inuenitur, vt in cęleſti militia, quæ propenſius ponderanda eſt, & ſicut aurum, repetitis ignibus exploranda, ſtatim dux eſſe deſideret; cum tyro ante nõ fuerit, & prius velit docere, quã diſcere? Aſſueſcat in Domini caſtris in lectorum primitus gradu diuini rudimenta ſeruitij, nec illi vile ſit exorciſtam, acolythum, ſubdiaconum, diaconum per ordinem fieri: nec hoc ſaltu [c], ſed ſtatutis maiorum ordinatione temporibus. Iam uero ad presbyterij faſtigium talis accedat, & ut nomen ætas impleat, & meritum probitatis ſtipendia [d] ante acta teſtentur. Iure inde ſummi Põtificis locum ſperare debebit. Facit hoc nimia remiſſio cũ ſacerdotum noſtrorum; qui pompam multitudinis quærunt, & putant ex hac turba aliquid ſibi dignitatis acquiri. Hinc paſſim numeroſa popularitas etiam his locis, ubi ſolitudo eſt, talium reperitur, dum † parochias extendi cupiunt, aut quibus aliud præſtare non poſſunt, diuinos ordines largiuntur. Quod oportet diſtricti ſemper eſſe iudicij. Rarum [e] eſt enim omne, quod magnum eſt.

† *al. plurimos*] orig.

† *al. dum per parochias.*

a ¶Idem] *Caput hoc antea tribuebatur Vrbano. Emendata eſt inſcriptio ex pleriſque vetuſtis Gratiani exemplaribus: habetur enim in eadem epiſtola.*

Item Gregorius lib. 7. reg. epiſt. 110.

¶Cuiuſlibet meriti laicus ad ſummum non aſpiret ſacerdotium. C. II.

Anſel. l. 6. c. 32. Poly. l. 2. tit. 1.

HOc ad nos perueniſſe nõ diſſimili dignũ deteſtatione complectitur, quòd quidam deſiderio honoris inflati, defunctis epiſcopis tonſurantur [f], & fiunt repente

b ¶Quis.] Nota modum argumentandi, ex quo ita eſt apud ſęculares iudices, eodẽ modo erit apud eccleſiã. ſi. 31. diſt. tenere. & c. ſi laicus. 3. q. 5. q a. 19. q. 3. monaſterijs. ſic 12. q. 2 cum de uotiſſimã. Et eſt arg. ad qõnem illã, ꝙ ſi aliquis eſt legitimatus à principe, ꝙ apud eccleſiam eſt legitimus, quod non credo. arg. ad hoc extra qui ſi. ſint legi. per uenerabilem. de hoc not. 10. diſtin. c. 1. ibi uideas. Arch.

c ¶Saltu.] Gradatim enĩ deferẽdi ſunt honores, vt 93. diſt. legimus. & ĩ ſi. & ff. đ mu. & ho. vt gradatim. nã caſum appetit qui ꝑ abrupta aſcenſum q̃rit, vt 48. diſt. ſicut.

d ¶Stipendia.] Nota ꝙ magis pręſumitur pro illo qui plura ſtipẽdia habet in eccleſia: quia is gradus cæteros antecedit, quẽ labor prolixior & ſtipendia longiora fecerunt anteire, ut C. de offi. ma. of. nemo. & 61. diſt. miramur.

e ¶Rarum.] Sic infra 93. diſ. legimus [2].

HOc.] CASVS. Quidã ex laicis honoris deſiderio inflammati repente fiebãt ſacerdotes, & epiſcopi: qui licet nondum didiciſſent in eccleſiaſtica militia famulari: tamen duces eſſe uolebant, & locum regiminis obtinere: quod reprehẽdit Gregorius, & prohibet ne fiat.

f ¶Tõſurãtur.] Arg. ꝙ nullus debet tonſurari ad hoc, ut dignitatẽ conſequatur [3], vt 16. q. 7. ꝑ laicos. Quid iuris ſit de hoc, ibi notaui: licet ſit arg. cõtra 63. diſt. bene. Io. H. dicit ꝙ ipſa ſpes non inducit ſimoniam, dum tñ non interueniat pactio: quia ſola animi deſtinatio non inducit ſimoniam, vt extra vt eccleſia. bene. vt noſtrũ. Alij cõtrarium dicunt, vt arg. 8. q. 3. Arraldus. Io. & certe decretalis vſ dicere, ꝙ ſola ſpes inducat ſimoniam, extra de ſymo. ca. vla.

ros; qui in minoribus ordinibus nõ ſunt examinati, vel ſine temporũ interſtitijs promoti. Et rñdet Vrbanus, ꝙ nõ, ſed docet eſſe per ordinẽ aſſueſcendum, ut primo aſſueſcat in minoribus ordinibus, qui ad maiores uoluerit promoueri; ne dux eſſe deſideret cum tyro prius non fuerit. Et hoc probat ad inſtar curiæ ſęcularis, vbi

[1] Vel aliter §. 51. diſt. q̃ in aliquo fecit mentionem de illiteratis, & de ꝓmotis ſine interſtitijs tẽporũ, inde ſumpta occaſione ſpecialem ponit Gratianus tractatum de his, docens tales nõ eſſe promouendos, ſecundum B.

Legitimatus à principe nõ eſt apud eccleſiam legitimatus.

Gradatim aſcenditur ad honores.

Præſumitur plus pro illo qui plura habet ſtipendia.

[2] Et 2. q. 7. in ſancta, & ſub hoc, & ideo cũ hoc non ſit rarum, non eſt magnũ. Lau.

[3] Ad hoc extra đ ele. cum ad noſtram.

Spes utrum inducat ſimoniam.

ca. vlt. & talis ſimonia per ſolam pęnitentiã aboletur, vt ibi dicitur hoc tamen credo, ꝙ ſpes pro honeſto ſeruitio, non inducit ſimoniam.
a ¶Inculpati.] Nota, ꝙ ſemper pręſumitur, ꝙ in fraudem receperit, ordinem, qui ſubito recepit, licet bene meritus ſit; aliàs ſic præſumit, ꝙ libertas in fraudem data ſit qñque, licet ſeruus ſit bene meritus; ut ff. qui & à quibus ma.l. 1. in fi. arg. ad hoc 61. diſt. miramur 1.

ex laicis ſacerdotes: atque inuerecunde religioſi propoſiti† ducatum arripiunt, qui nec eſſe adhuc milites didicerũt. Quid putamus quòd iſti ſubiectis præſtaturi ſunt, qui antequam diſcipulatus limen attingant, tenere magiſterij locum non formidant? Qua de re neceſſe eſt, vt quamuis inculpati[a] quiſque ſit meriti; ante tamen per diſtinctos ordines eccleſiaſticis exerceatur officijs. † al. præpoſiti.

Item Cœleſtinus epiſcopis Galliarum, epiſt. ſecunda, cap. tertio.

¶Non aſpiret ad ſummum ſacerdotium, qui eccleſiaſticis diſciplinis non eſt imbutus. C. IIII.

ORdinatos[b] vero quoſdam, fratres chariſſimi, epiſcopos, qui nullis eccleſiaſticis ordinibus ad tãtæ dignitatis faſtigium fuerint inſtituti, contra Patrum decreta, huius vſurpatione, qui ſe hoc recognoſcit feciſſe, didicimus cum ad epiſcopatum his gradibus, quibus frequentiſſimè cautum eſt, debeat perueniri, vt minoribus initiati officijs ad maiora firmẽtur. Debet enim ante eſſe diſcipulus, quiſquis doctor eſſe deſiderat, vt poſſit docere, quod didicit: omnis vitæ inſtitutio hac ad id, quo tendit, ſe ratione[c] confirmat[d]. Qui minime litteris operam dederit, præceptor non poteſt eſſe litterarum. Qui non per ſingula ſtipẽdia creuerit, ad meritum ordinem ſtipendij nõ poteſt peruenire. Solum ſacerdotiũ inter iſta, rogo, vilius eſt, quod facilius tribuitur, cum difficilius[e] impleatur? Burch.l.1.c.18. Iuo p.5.c.72.

DISTINCTIO LX.

ECce[f] oſtenſum ex parte eſt, qui poſſint ad ſacerdotij ordinẽ promoueri, & qui non. Nunc autem conſiderandum eſt, ex quibus ordinibus in archipresbyterum, uel præpoſitum, uel epiſcopum, uel archiepiſcopum ſint eligendi.

De his ita ſtatutum eſt in concilio Vrbani Papæ celebrato Aluerniæ.

¶Archipresbyter, uel decanus, aut archidiaconus non niſi diaconus, aut presbyter ordinetur. C. I.

NVllus[g] epi-

1 Et hoc facit arg. ꝙ ẽt in perſona probata, & exercitata non eſt permittẽdum, qđ in ſtatutis generalib. cõtinetur, vt ibi dicit. Itẽ. 81. diſt. ca. 1. ſecundum H.

ORdinatos.] CASVS. Quidam archiepiſcopi ex laicis, & parum litteratis in epiſcopos ordinabãt, quod Papæ innotuit ex confeſſione cuiuſdam eorũ unde præſumit Cæleſtinus alios ſimilia feciſſe: & ideo prohibet, ut ad tantam dignitatem non promoueantur, qui per ſingula non creuerint officia, & qui non fuerint eruditi. Nã prius debet eſſe diſcipulus antequam ſit magiſter, vt poſſit docere quod didicit.
b ¶Ordinatos.] Not. ꝙ confeſſio vnius nocet alij 2: quod eſt contra id 2. q. 5. interrogatũ. ſed hoc eſt propter cauſę connexionẽ, ut 81. diſt. tãtis. & no. 3. q. 6. hęc quippe. Vel dic, ꝙ non nocet, niſi quo ad præſumptionẽ, ſicut dictum unius nocet quo ad præſumptionem, ut 86. diſt. tanta.
c ¶Rõne.] Vt prius ſit diſcipulus.
d ¶Cõfirmat.] Id eſt confirmare debet.
e ¶Diſſicilius.] ſ 40. diſt. ante omnia.

Confeſſio vnius quãq; nocet alteri.

2 Sequunt iſtã gl. Cy. Alexan. de Imol. & Mod. in l. ſi duo. ff. de iureiur.

ECce.] CASVS. Supra oſtẽſum eſt qui poſſint ad ſacros ordines promoueri, & qui nõ. in hac vero 60. diſtin. oſtendit ex quibus ordinibus ſit aliquis eligendus in archipresbyterum vel præpoſitum, uel epiſcopum, uel archiepiſcopum.
f ¶Ecce.] Hic oſtendit ex quibus ordinibus aliqs eligendus ſit in præpoſitum, uel decanum, vel archipſbyterum, uel epiſcopum. & dicit, ꝙ nullus eligẽdus eſt in præpoſitum, niſi ſit diaconus, uel presbyter. nullus in archidiaconum, niſi ſit diaconus; nullus in decanum vel archipresbyterum, niſi presbyter; nullus in epiſcopum, niſi ad minus ſit ſubdiaconus.

Eligendus in quo ordine dẽat eſſe.

NVllus.] CASVS. Prohibetur in iſto ca. ut epiſcopus non faciat aliquem archidiaconum, niſi ſit diaconus: nec aliquem faciat archipresbyterum, uel decanum, niſi ſit presbyter.
g ¶Nullus.] Hæc duo ca. dicit H. abrogata per id qđ eſt ĩ. c. pe. & vlt. ext. de ele. cum in cunctis 3. vbi dicit, ꝙ qui eſt in ſacris ordinibus, poteſt eligi in præpoſitũ uel archidiaconum. Sed ſubdiaconatus eſt hodie ſacer ordo. extra de ætate & qualitate, à multis §. uerum. & hoc ſatis ſuſtineri poteſt, cum acolythus etiã poſſit eligi ad pręlaturam, vt extra de æta. & qual. pręterea. ubi dicitur, ꝙ diſpenſatiue poteſt eligi. Vel dic ꝙ exponitur hęc dictio, ſit, id eſt, fiat. ſufficit enim ſi talis ſit, ꝙ ĩ breui poſſit promoueri ad iſtos ordines, vt extra de ęta. & qua. præterea. nõ enim refert an iam ſit, an cito fiat, vt extra de ver. ſig. ca. 3. & de cõſe. diſ. 4. qñ. Sed quare ſtatuitur illud de iſtis dignitatibus; cũ in epm poſſit eligi ſubdiaconus, vt ĩ. ead. c. vlt. Sed huius rationem aſſignat

3. §. inferiora. & i hoc facit, quod ibi đ ſacro ordine nulla habetur mentio: ſed tantum de ætate, moribus & ſcientia, ut ibi pręmiſit.

Eccleſia parochialis poteſt conferri exiſtẽti in minoribus.

Subdiaconus in epm pót eligi.

ſignat Gratia. ȷ.ea.diſt §.horum.& de epo.ȷ.ea.§.alte rum.ſ.pp ordinis dignitatem. In quo autem ordine debeat eſſe cantor, vel primicerius, cōſuetudini relinquo.32.diſt.placuit. Licitè ergo poteſt quis in minoribus ordinibus eligi ad has dignitates: dum tamen habeat

a ¶Epiſcopus.] ſ.ergo collatio archidiaconatus ſpectat ad epm.74.diſt.epiſcoporum.& 25.diſt. capi.1.& 21.diſt.c.1.& 89.diſt.volumus. Sed ȷ 93.diſ.legimus.& extra de elect.cum in cunctis.vbi dicitur, ꝙ ad canonicos ſpectat. Dic ꝙ ad epiſcopum tantum ſpectat confirmatio, ad canonicos electio de iure: in talibus tamen conſideranda eſt conſuetudo, vt extra de elect. cum eccleſia 2.

Archidiaconatum q̃s cōferre p̄t.

ſcopus [a] in eccleſia ſua, niſi diaconus ſit, archidiaconum inſtituere, nec archipresbyterum, aut decanū, niſi presbyteri [b] ſint, ordinare præſumat. Quod, vt diſtrictius teneatur, apoſtolica auctoritate prohibemus, & interdicimus.

¶In capitibus manuſcriptis concilij Claramontenſis habiti ab Vrbano ij. (quæ non ſunt decreta ipſius concilij, ſed ſumma quadã ipſorum) in tertio hæc leguntur, quæ ad præſentem canonem faciũt: vt nullus fiat decanus in eccleſia, niſi presbyter; nullus archidiaconus, niſi leuita.

b ¶Niſi presbyteri.] ȷ.23.q.4. ſicut excellentiam.cōtra.vbi dr̃, ꝙ non gradus elegãtior, ſed vitæ melioris, &c. Sed dic, ꝙ non tantum ordo conſideratur, ſed ordo & meritum.

2 Quidã dicũt, ꝙ nō licèt epo eligere archidiaconum aliũde niſi de eccleſia cathedrali, & hoc p decret. ex de his, quæ fiũt à p̄lat. ſua. ſ prin. ibi, aſſumatur.

Item Calixtus Papa.

¶Nullus in præpoſitum, vel archipresbyterum, niſi presbyter; nullus in archidiaconum, niſi diaconus ordinetur. C. II.

NVllus in præpoſitum, nullus in archipresbyterũ, nullus in decanum, niſi presbyter; nullus in archidiaconum, niſi diaconus ordinetur.

¶Et rubrica, & caput emendata ſunt ex manuſcriptis codicibus.

NVllus.] CASVS. Dicit Calixtus, ꝙ nullus in præpoſitum, vel archiepiſcopum vel archidiaconum eligatur: niſi ſit diaconus, nec aliquis in decanum vel archipresbyterum eligat, niſi ſit presbyter.

Item Innocentius ſecundus in concilio Romano, c.10.

¶De eodem. C. III.

Concordat Eugenius ij. in cōcil. Rhemenſi, c.6. Pann.l.3.c.140.

INnouamus autem, & præcipimus, vt nullus in archidiaconum, vel decanum, niſi diaconus, vel presbyter [c] ordinetur. Archidiaconi vero, vel decani, vel præpoſiti, qui infra ordines prænominatos exiſtũt, ſi inobedientes ordinari [d] cōtempſerint, honore ſuſcepto priuentur. Prohibemus autem, ne adoleſcentibus [e], vel infra ſacros ordines conſtitutis, ſed qui prudentia, & merito vitæ clareſcunt, prædicti concedantur honores.

INnouamus.] CASVS. Quidã erant electi in archidiaconos, qui nō erant diaconi: quidam in archipresbyteros vel decanos, qui non erant presbyteri. Inn. igitur ſecundus confirmãs antiqua decreta prohibet ne hoc de cętero fiat: & ſi qui infra prænominatos ordines exiſtẽtes pręſumpſerint ordinari, ſuſcepto priuentur honore. Item prohibet, ne adoleſcentibus, & in minoribus ordinibus conſtitutis, & indignis prædicti conferantur honores.

c ¶Vel p̄sbyter.] Redde ſingula ſingulis.

d ¶Ordinari.] Cogitur ergo aliquis recipere ordinem, & ſic eſt contra hoc.74.diſ. geſta. ſed illud ratione adiuncti ordinis. 73.diſt.cap.ſi.

Ordinem recipere cogitur quis.

Horum vnum propter procacitatem quorundam ſtatutum eſt, qui nomen præpoſituræ adepti, officium contẽnũt, nolẽtes fieri ſacerdotes: alias enim inane eſſet, cum etiam in epiſcopum eligi poſſint in ſubdiaconatu conſtituti, iuxta illud Vrbani [a] Papæ.

a ¶Vrbani.] *In c. multis. extra de ætа. & quali. tanquam decretum Vrbani primi citatur: Apud Iuonem vero, & in Pannormia ex ſynodo Beneuentana, quæ tempore Victoris tertij, cui Vrbanus ſecundus ſucceſſit, habita fuit: Nam Vrbanus primus cẽtum, plus minus annis Nicænam ſynodum anteceſſit.*

e ¶Ne adoleſcentibus.] Intra xxv. an. 3. vt extra de elect. cum in cunctis. §. inferiora.

3 Nec.n.ferẽdũ eſt eũ legitimam tutelã agere, C. de legit.tut.l. vlt., lo. de Fant.

¶Non eligatur in epiſcopum, niſi in ſacris ordinibus conſtitutus. C. IIII.

Iuo par.5.c.72. Pann.l.3.c.5.

NVllus in epiſcopum eligatur, niſi in

beat ætatem 1. Sed his ob. extra de elect. dudum.1. in fi. ſi vis ſuſtinere dictum H. expone quod dicit illud c. præterea diſpenſatiuè.ſ. ex diſpenſatione canonis. Nō ob. cap. dudum. in fi. quia poteſt intelligi de defectu tali, qui impediat promouendum ad talem dignitatem, de quo ibi fit mentio. vnde dicitur, quòd acolythus poſſit eligi ad illam dignitatem, vt videtur dicere littera, ſic ſcilicet intelligenda.

1 Vt extra lib.6. de ætа. & quali. ꝑmittimus

HORVM. CASVS. Dicit Gratianus, ꝙ illud qđ dictũ eſt de clericis non promouendis in archipresbyteros, vel decanos niſi ſint presbyteri, & in archidiaconos niſi ſint diaconi; ſtatutum fuit ex cauſa. ſ. pp illos q. ꝓmoueri contemnebant adeptis dignitatibus. Nã et in epos diaconi promouentur, quod probatur ſeq. cap.

NVllus in epiſcopatum.] CASVS. Statuit hic Vrbanus, vt nullus eligatur in epiſcopũ, niſi fuerit in ſacris

cris ordinibus cõſtitutus. Sacros autẽ ordines dicimus diaconatum, & presbyteratum, quos ſolum legitur primitiua eccleſia habuiſſe. Subdiaconi vero neceſſitate exigente de licentia Romani ponificis, vel archiepiſcopi, ſi bonæ vitæ fuerint, poſſunt in epiſcopos eligi.

SAcerdotale.] CASVS. Burnichilda Regina Francorum faciebat laicos in epiſcopos promoueri. vnde Gregorius ipſam redarguit, & reprehendit.

f ¶Subito.] Et ita iniquè, & malè. Iniquitas n. omnia præcipitat, vt ↄ. de pœnit. diſt. 3. inter hæc hircum. ſi tamen

Iniquitas omnia præcipitat.

Laicus in ep̃m poſtulari poteſt.

a ¶In ſacris.] Poſtulari tñ poteſt in ep̃m laicus. 61. diſtinc. cap. Oſius. & 63. diſt. c. Valentinianus.

b ¶Habuiſſe.] Supple ſacros. nã & ſubdiaconatus fuit tpe Apoſtolorum, vt 35. diſt nc. epiſcopus.

c ¶Romani pontificis.] Hodie licitè eligitur, vt extra de æta. & qual. à multis.

Metropolitanus an poſſit circa ordinẽ diſpenſare.

d ¶Metropolitani.] Sicut ergo olim metropolitanus potuit diſpenſare circa ordinem, ſic vĩ, ꝙ adhuc poſſit, cum non auferatur ei hæc diſpenſatio, ſiue iuriſdictio, arg. extra de ſentent. excom. nuper. 1

1 Et iõ dñt q̃dã, ꝙ auctoritate mẽtis iſtius iuris adhuc hodie poſſit diſpẽſare cũ acolytho eadem rõne, & hãc ſniam vr ſequi Tanc. Vin. Gof. & B. ex̃ de æta. & quali. à multis.

ALTERVM VERO. CASVS. Reſpicit hoc ps illum §. horum vnũ. ubi dictũ eſt aliquem non eſſe eligendum in archidiaconũ, niſi ſit diaconus, vel in archipresbyterum niſi ſit presbyter. hoc fuit ſtatutum pp contumaciam illorum, qui promoueri nolebãt. Nunc autem dicit, ꝙ alterum eſt ſtatutum pp ordinis dignitatem. ſ vt non eligatur in epiſcopum, niſi ſit in ſacris ordinibus.

ſacris[a] ordinibus religioſè viuens fuerit inuentus. Sacros autem ordines dicimus diaconatum, & presbyteratum. Hos ſiquidem ſolos † primitiua legitur habuiſſe [b] eccleſia: ſubdiaconos vero, quia & ipſi altaribus miniſtrant, opportunitate exigente concedimus; ſi tamen ſpectatæ ſint religionis & ſcientiæ. Quod ipſum non ſine Romani Pontificis[c], vel metropolitani[d] licentia † β fieri permittimus.

† *al. ſacros*

† *al. ſcientia*

Alterum vero, vt in epiſcopum, vel archiepiſcopum, niſi in ſacris ordinibus conſtitutus non eligatur, propter dignitatem ordinis ſtatutum eſt.

β ¶Licentia.] *Sic mutatum eſt ex dicto cap. à multis. Iuone, & Pannormia, quamuis etiam in vetuſtis Gratiani codicibus legatur*, ſcientia.

DISTINCTIO LXI.

ITem laici[e] *non ſunt in epiſcopos eligendi: ſed per ſingulos ordines prius ſunt probandi.*

Vnde Gregorius Brunichilda Regina Francorum, lib. 7. reg. epiſt. 113.

¶Sacerdotes ex laicis non ſunt ordinandi. C. I.

SAcerdotale officium veſtris in partibus in tãtam (ſicut didicimus) ambitionem perductum eſt, vt ſacerdotes ſubito[f], quod graue nimis eſt, ex laicis ordinentur.

Anſel. l. 6. c. 77. Poly. l. 2. tit. 1.

Item Hormiſda Papa epiſcopis per Hiſpaniam conſtitutis, epiſt. 3. cap. 1.

¶De eodem. C. II.

IN ſacerdotibus eligendis curam oportet eſſe perſpicuam. Irreprehenſibiles enim eſſe conuenit, quos præeſſe neceſſe eſt corrigendis[g]. *& infra.* ¶Longa[h] debet vitam ſuam probatione monſtrare, cui gubernacula committuntur eccleſiæ.

Polyc. ibidem. Anſel. l. 6. c. 22.

Item eodem loco continenter.

ITem laici.] Hæc diſtin. diuidiẽ in quatuor partes: in quarum prima probat per xvij. auctо. ſanctorum, ꝙ ex laicis, licet ſint boni, non debet creari ep̃s. Secunda ibi, [Econtra.] Tertia ibi, [Sed aliud.] Quarta ibi, [Item clerici.] Io. de Fan.

CASVS. Hic ponitur 61. diſt. in qua dr, ꝙ laici nõ ſunt in epiſcopos eligẽdi, niſi prius p ſingulos ordines fuerint probati. & hoc ꝓbatur vſq; ad §. [His omnibus.] Poſtea probatur ↄtrium in eodẽ §. & ibi dat ſolutionẽ. Et additur & ꝙ clerici alterius eccleſiæ non ſunt præferendi clericis de propria eccleſia benemeritis in electione. Tractatur etiam in vlt. c. di. de viſitatione eccl.

e ¶Item laici.] Hic oſtendit, ꝙ laici non ſunt eligendi in ep̃os, ſed poſſunt poſtulari 2. Item oſtẽdit, ꝙ tñ de propria eccleſia faciẽda eſt electio. Deinde oſtendit de viſitatore, ꝙ nihil debet præſumere de rebus illius eccleſiæ, cui datus eſt viſitator. Et not. ꝙ vocat hic laicos illos, qui nõ ſunt ordinati: & illos qui repente ſunt ornati: & nec iſti, nec illi ſunt eligendi. Ioan.

2 Vt ↄ. ea. §. his oĩbus. in c. Oſius. §. ſed aliud

men neceſſitas eſt in anno & dimidio poteſt laicus recipere omnes ordines, vt 77. diſtinctio. monachus. cap. ſequen.

IN ſacerdotibus.] CASVS. Duo prohibet Hormiſda in hoc cap. Primum eſt, laicos in epiſcopos non eſſe eligendos, etiam ſi fuerint probatæ vitæ, & bonæ conuerſationis. probatus enim debet eſſe quis antequam eligatur, & diſcere antequam doceat. Nam reprehenſibilis & emendatus eſſe debet, qui præfertur, & orat ꝓ populo. Secundum eſt, quod pœnitentes ad gradum epiſcopalem aſpirare non poſſunt: nam præferens memorandi criminis labem non habet lucidam ſacerdotij dignitatem.

g ¶Corrigendis.] Sic 3. q. 7. iudicet. & c. ſeq.

h ¶Longa.] Sic ſupra 28. diſtinct. priuſquam.

Non

a N On negamus.] ¶Præſtare.] Vnde non petere exemplum, ſed dare dignus erat. ad idem 16.q. 1. prædicator.
b ¶Emendatiorẽ.] Sic 8.q.1. qualis. 1.q.j.c. viliſſimus.
c ¶Humilitatis.] Quia nihil ita ſplendet in pontifice ſicut

Pontifex debet eſſe humilis.

e ¶Memorandi.] Et hoc propter memoriam præteriti delicti. ſi. 25. diſt. cap. vlt. & 48. diſt. c. 1. & 3 q. 4. c. 2. & ff. de decu. l. vlt.
f M Iſerum eſt.] ¶Qui nunquam.] ſ. 59. diſtinct. ordinatos 2.

¶De eodem. C. III.

Anſ. ibidem. Polyc. ibidem.

NOn negamus eſſe in laicis Deo placitos mores; ſed milites ſuos probatos ſibi quærunt inſtituta fideliũ. Diſcere prius quiſque debet, antequam doceat, & exemplum religioſæ cõuerſationis de ſe potius alijs præſtare [a], quàm ſumere. Emendatiorem [b] eſſe conuenit populo, quẽ neceſſe eſt orare pro populo. Longa obſeruatione religioſus cultus tradatur, vt luceat: & clericalibus obſequijs erudiendus inſeruiat, vt ad uenerãdi gradus ſummam perductus, quis ſit fructus humilitatis [c], oſtendat. *& infra.* ¶Nec tantum de laicis conſecrari inhibemus; ſed nec de pœnitẽtibus quidem quiſquam ad huiuſmodi gradum profanus temerator aſpiret. Satis illi poſtulanti ſit uenia: qua conſcientia abſoluat reum, qui ſe peccata ſua populo ſcit teſte [d] confeſſum? Quis enim quem paulo ante uidit iacentem, ueneretur antiſtitem? Præferens memorandi [e] † criminis labem, non habet lucidam ſacerdotij dignitatem.

† *al. miſerandi*] orig.

¶*In pleriſque vetuſtis Gratiani codicibus caput hoc coniunctum eſt ſuperiori, quemadmodum eſt in ipſa Hormiſdæ epiſtola.*

Item Innocentius Papa ad Aurelium Carthaginenſem epiſcopum, epiſt. 12.

¶De eodem. C. IIII.

Polyc. ibid. Anſel. l. 6. c. 34.

MIſerum eſt eum magiſtrum fieri, qui nunquam [f] diſcipulus fuit; eum ſummum fieri ſacerdotem, qui nunquam in ullo gradu obſecutus fuerit ſacerdoti.

Item Leo epiſcopus ad epiſcopos Africanos, epiſtol. 85. al. 87. c. 1.

¶De eodem. C. V.

Iuo p. 5. c. 105.

MIramur tantum apud vos per occaſionem temporis impacati, aut ambientium præſumptionem, aut tumultum [g] valuiſſe popularẽ, vt indignis quibuſque, & longe extra ſacerdotale meritum conſtitutis, paſtorale faſtigium, & gubernatio eccleſiæ crederetur. Non eſt hoc conſulere populis, ſed nocere; nec præſtare regimen, ſed augere diſcrimen [h]. Integritas enim præſidentũ [i], ſalus eſt ſubditorum; & vbi eſt incolumitas obedientiæ, ibi ſana eſt forma doctrinæ. ¶Principatus [k] autem, quem aut ſeditio extorſit, aut ambitus occupauit, etiã ſi moribus, atq; actibus nõ offendit, ipſius † tamẽ initij ſui eſt pernicioſus exẽplo. Et difficile eſt, ut bono peragantur exitu, quæ malo ſunt inchoata principio. ¶Quòd ſi in quibuslibet eccleſiæ gradibus prouidenter, ſcienterque curandũ eſt, vt in Domini domo nihil ſit inordinatum [l], nihilque præpoſterum; quanto [m] magis elaborãdum eſt, ut in electione eius, qui ſupra

1. q. 1. c. principatus. Polyc. ibid. Anſ. l. 6. c. 2.
† *al. ipſo.*

1 Nam peccantem publice, &c. 45. diſt. ſed illud. 32. q. 3. nemo.

ſicut humilitas, ut 100. diſt. contra morem.
d ¶Teſte.] Quia publica dicta publico egẽt remedio, vt de pœ. diſt. 1. §. hoc ergo. & capit. quamuis.

MIramur.] CASVS. Quidam archiepĩ quoſdã laicos in epõs promouebant occaſione guerræ ſedandæ, & popularis tumultus remouendi: quare Leo Papa eos ex hoc reprehendit, dicens, quod pro nullius perſona faciẽdũ eſt contra decreta ſanctorũ patrũ. Et quod archiepĩ hoc facere nõ deant, probat quatuor rõnibus. Prima eſt, quia qui tales ſublimat, nõ cõſulit populo, ſed nocet. Secunda eſt, quia quod habet malũ initium, uix eſt ut bono peragat exitu. Tertia eſt, quia ſi minores ordines non dantur ſine diſcuſſione, multo minus ordo epiſcopalis eſt ſine diſcuſſione dandus. Quarta eſt, quia ſi laicus laboris inexpertus notari ſolet ambitus, ſi dignitatem appetat ſæcularẽ multo magis eius notari ambitus ſolet, qui ambit adminiſtrationem diuinorum.
g ¶Aut tumultum.] Arg. quod non eſt deuiãdum à iure communi propter tumultum popularem, nec propter ſedandã diſcordiam, ut 62. diſtinct. docẽdus. 18. quæſt. 2. ſi quis abbas. 8. q. 1. licet. ſic C. de pœ. l. decurionum. & argum. extra de appe. conſtitutus. argum. contra. ff. ad leg. Cor. de ſic. l. pen. & 28. diſtinct. de Syracuſanæ. & 11. q. 3. anteceſſor. & 50. diſt. vt conſtitueretur. extra de reg. iur. qui ſcãdalizauerit.
h ¶Diſcrimẽ.] Id eſt, periculum.
i ¶Præſidentium.] Id eſt, ſacris officijs deputatorum.
k ¶Principatus.] Prima. q. 1. principatus.
l ¶Inordinatũ.] Scilicet, ut potius eligatur ille qui diu militauerit in eccleſia, vt infra eo. quod proderit. uel eſt ille qui eſt in maiori ordine cõſtitutus 3. ut 75. di. c. vl.
m ¶Quanto.] Nota quanto res eſt maior, tanto maior eſt

2 Ad idem 48. diſtin. Sed vr̃ ſufficere ſi per duos menſes ſit apud magiſterium. ff. de leg. 3. ſeruis. §. ornatricib. Ioã. de Fan.

Ius cõe propter tumultum populi non eſt uiolandum.

Eligẽdus eſt magis exercitatus.
3 89. diſtin. epiſcoporum.

QVid proderit.] CASVS. Cæleſtinus redarguit omnes, qui laicos eligunt vel ordinant in epos: q̃a ſi hoc fieret, nihil ꝓdeſſet clericis diu in caſtris Dominicis militaſſe: quare ꝓhibet ne hoc de cętero fiat: ſi contra fiat, pœnam depoſitionis minatur promouen-
ſuluit. Arg. contra. 8. q. 1. ſunt in eccleſia. & 12. q. 1. habebat 1. Sed dic quòd ſperare poteſt, dum tamen non principaliter ad hoc ſeruiat, vt 77. diſtin. in ſingulis. & 8. q. 1. qui epiſcopatum.

b ¶ Alienum.] Id eſt, alijs debitum. ſic ſupra 13. diſt. c. 1. ff. de adop. l. fi.

1 Itẽ argu. contra extra de elec. cum ad noſtrã. ibi de hoc. & adde q̃d not. 59. diſ. hoc ad nos. Ar.

Item Cæleſtinus ad epiſcopos Appuliæ, & Calabriæ, epiſt. 3. cap. 2.

De eodem. C. VII.

Nicol. ad Mic. Imp. in epiſtola, quæ incipit, *Principatum.* Polyc. ibidem. Anſel. l. 7. c. 33. † *al. præpoſtero*

QVid proderit [a] per ſingula clericos ſtipendia militaſſe, & omnem egiſſe in Dominicis caſtris ętatem? ſi hi, qui prȩfuturi ſunt, ex laicis requirantur? qui vacantes ſæculo, & omnem eccleſiaſticum ordinem neſcientes, ſaltu præpropero † in alienum [b] honorem ambiunt immoderata cupiditate tranſcendere, & in aliud vitæ genus (calcata reuerentia eccleſiaſticæ diſciplinę) tranſire? Talibus itaque fratres chariſſimi, qui iuris noſtri, id eſt canonum gubernacula cuſtodimus, neceſſe eſt obuiemus: hiſque fraternitatem veſtram epiſtolis commonemus, ne quis laicum ad ordinem clericatus admittat, & ſi nat fieri, vnde & illum decipiat, & ſibi cauſa generet, quibus reus conſtitutorum † decretalium fiat.

† *conſtitutis decretalibus*] orig.

Item Leo, epiſt. 85. al. 87. c. 1. ad epiſcopos Africanos.

¶Rudibus, & imperitis gubernacula eccleſiæ non ſunt committenda. C. VIII.

Polyc. Ibidem. Anſ. l. 6. ca. 138. Iuo p. 5. c. 105. in fine.

† Concor. text. in authẽ. de defen. ciuita. cũ bon. gl. in ver. maximorum. in §. quæ igit. coll. 2.

STatuimus [α], ne in aliquo Apoſtolica, & canonica decreta violentur; & ne his eccleſia Domini regenda credatur, qui legitimarum inſtitutionum neſcij †, & totius humilitatis ignari, non ab infimis [c] ſumere incrementum, ſed à ſummis volunt habere principium; cũ valde iniquũ ſit, & abſurdum, vt imperiti magiſtris, noui [d] antiquis, & rudes præferantur emeritis.

α ¶Statuimus.] *In epiſtola ipſa coniũguntur verba huius capitis cum extremis verbis capitis,* Miramur, *ſupra eo hoc modo:* quàm diligens, & quàm prudens habenda eſt diſpenſatio diuinorum munerum, & cęleſtium dignitatum; ne in aliquo apoſtolica, & canonica decreta violentur, & his eccleſia Domini &c. *totaque per interrogationem profertur.*

His omnibus [e] auctoritatibus laici prohibentur in epiſcopatum eligi.

† Concor. l. generaliter. C. de epiſ. & cle. et l. ſi pater. C. de hę. in ſti.

2 *Econtra Beatus Nicolaus ex laico electus eſt in epiſcopum: beatus Seuerus ex lanificio aſſumptus eſt in archiepiſcopũ: beatus Ambroſius, cum nondum eſſet baptizatus, in archiepiſcopum eſt electus. ¶Sed ſciendum eſt, quòd eccleſiaſticæ prohibitiones proprias habent cauſas, quibus ceſſantibus ceſſant & ipſæ †. Vt enim laicus in epiſcopum non eligeretur, hæc cauſa fuit, quia vita laicalis eccleſiaſticis diſciplinis per ordinem non erudita neſcit exempla religionis de ſe præſtare alijs, quæ in ſeipſa experimento non didicit. Cum ergo quilibet laicus merito ſuæ perfectionis cleri-*

STatuimus.] CASVS. Dr̃ in hoc ca. q̃ illis eccleſia regenda non debet committi, qui neſciunt legitimas inſtitutiones, & qui in minoribus ordinibus incrementum non ſuſceperunt, ſed à ſummis volunt habere principium: cum abſurdũ ſit vt imperiti magiſtris, & noui antiquis præferantur.

c ¶ Ab infimis.] Sic 48. diſt. ſicut.

d ¶Noui.] Seniores in eccleſia ſemper p̃ponẽdi ſunt iunioribus in electione 2, in reſponſione, in ſubſcriptione, vt 75. diſt. ca. vlt. & 74. diſt. epiſcoporũ. & 17. diſt. §. hinc etiam. & ca. ſequenti. 96. diſt. bene quidem.

2 De hoc no. 85. diſt. Arch.

HIS OMNIBVS. CASVS. ĩ. probatum eſt laicos non eſſe eligendos. Nunc autem probatur cõtrarium tribus exemplis. ſ. Nicolai, Seueri, & Ambroſij: ſed hanc contrarietatẽ ſoluit Gratianus, dicens, ideo eſſe prohibitum laicos promoueri, quoniam laici inſcij eſſe conſueuerunt, & imperiti; ſed ſi periti ſunt, & clericos in bonitate tranſcẽdũt, eligi poſſunt & promoueri: exẽplo Nicolai, Seueri, & Ambroſij. Et hanc ſolutionẽ probat ſequens cap.

e ¶His omnibus.] Hęc ſolutio non valet: quia laicus quantumcunque ſit perfectus, non eſt eligendus, ſed tantum poſtulandus, vt infra. ca. obitum. & ſup. ea. in ſacerdotibus. & ſup. diſt. 59. hoc ad nos. quod autem dicitur de his tribus, non obſtat: quia diuina inſpiratione fuit factũ 4. q. 3. §. vlt. 3. Vel dic quòd iſti poſtulati fuerunt.

3 Subau. cui nemo digne reſiſtere põt. 19. quæſt. 2. cap. 2.

Eccleſię ſeruire ſpe ſtipẽdiorũ licet.

nentibus & promotis.

a ¶Proderit.] Nota q̃ licitũ eſt alicui ſeruire in eccleſia ſpe ſtipendiorũ, vt ĩ. 59. diſt. ſi officia. & 74. diſt. cõ-

ECONTRA. Hæc eſt 2. ar., in qua probat contrarium ſupradictis. Ioan. de Fan.

NEophytus.] CASVS. Vercellenſes vituperabant electionem Ambroſij: quia neophytus erat: & neophytos Apoſtolus prohibuit ordinari. Sed reſpondet Ambroſius hoc ideo eſſe prohibitum ab Apoſtolo, q̃a neophyti conſueuerūt propter honores ſuperbire: ſed ſi humiles inueniatur, poſſunt ordinari: quia ceſſante cauſa ceſſare debet effectus. unde occidentales epiſcopi electionem ſuam legitimam eſſe iudicauerunt: & orientales eam exemplo approbauerunt: qui multos tales elegerunt.

a ¶Superbiam.] ſ. 48. diſt. quoniam.

Cōſtitutionis cauſa ceſſante an ceſſet ipſa cōſtitutio.

b ¶Cauſa.] Videtur ergo ꝙ ubi prohibetur electio ex cauſa, ꝙ ceſſante illa cauſa poſſit fieri electio, ut hic, & 28. diſtin. de Syracuſanæ. 1. q. 1. quod pro neceſſitate. Arg. contra 32. q. 1. dixit, & 19. q. 2. duæ ſunt. Vno modo ſic poteſt exponi, ceſſante cauſa ceſſat & conſtitutio, id eſt, quando cauſa ceſſat actu & exemplo, id eſt, vt non poſſit trahi in perniciem exempli 1, 64. diſt. §. verum. Vel dic ꝙ ceſſat circa perſonam illam ad hoc tantum vt diſpenſari poſſit ſecum. Vel dic ꝙ tunc ceſſat, quando hoc in iure exprimitur ꝙ ceſſare debeat: vel dic quando omnis cauſa ceſſat & impulſiua & finalis, & efficiens & occaſionalis: tunc ceſſat conſtitutio. ff. de poſt. l. 1. §. ſextum.

1 Arg. ff. de pœnis. l. ſi q̃s aliquid. §. abortionis. 1. q. 1. pricipatus.

c ¶Iudicio.] Id eſt, per ſententiam.

d ¶Exemplo.] Similes ordinando: ſed diſpenſatiue. & ſic planum eſt.

OSius.] CASVS. Dicitur in hoc cap. ꝙ ſi diues uel litteratus laicus, uel quis curialis fuit in epiſcopum poſtulatus, non debet conſecrari, niſi per ſingulos ordines fuerit legitime approbatus. deinde poterit ad epiſcopatum aſcendere.

k ¶Presbyteri.] Hoc totum non poteſt fieri intra tres menſes: & ita differri poteſt conſecratio epiſcoporū, quandoque vltra annum, vt 7. q. 1. conſtitutum. & 28. diſtin. de Syracuſanæ.

Cōſecratio epiſcoporū q̃nque differtur ultra annum.

SED ALIVD. Hæc eſt tertia pars diſtinct. in quā diſtin-

calem vitam tranſcendit exemplo beati Nicolai, & Seueri, & Ambroſii, eius electio poteſt rata haberi.

Vnde idem Ambroſius in epiſtola 82. ad Vercellenes ait de ſe ipſo.

C. IX.

NEophytus prohibetur ordinari, ne extollatur in ſuperbiam[a]. Sed ſi non deeſt humilitas competens ſacerdotio; ubi cauſa[b] non hæret, uitium non imputatur. Itaque ordinationem meam occidentales epiſcopi iudicio[c], orientales etiam exemplo[d] probarunt †.

† Cōcor. l. 1. §. ſexum. cū ibi not. ff. de poſtu. & l. ſi militem. cū gl. C. de cōdi. ob. cau.

¶*In aliquot vetuſtis exemplaribus caput hoc coniunctum eſt ſuperiori. Nam Gratianus (quod ſæpe facit) ſententiam potius beati Ambroſii afferre voluit: quàm ipſa omnino atque eodem ſeruato ordine verba referre: locus enim integer ſic habet.* Quàm reſiſtebam, ne ordinarer; poſtremo cum cogerer, ſaltem ordinatio protelaretur. Sed non ualuit præſcriptio, ualuit impreſſio. Tamen ordinationem meam occidentales epiſcopi iudicio; orientales etiam exemplo probarunt. Et tamen neophytus prohibetur ordinari, ne extollatur ſuperbia. Si dilatio ordinationi defuit; vis cogentis eſt: ſi non deeſt humilitas competens ſacerdotio, vbi cauſa non hæret, uitium non imputatur.

Item obijcitur illud Sardicenſis concilij, c. 13.

¶Scholaſticus ex foro, aut ex adminiſtratione poſtulari poteſt epiſcopus. C. X.

OSius epiſcopus dixit. Et hoc neceſſarium arbitror, ut diligentiſſime tractetur: ſi forte aut diues laicus[e] α, aut ſcholaſticus[f] de foro[g] aut de † adminiſtratione[h] β epiſcopus fuerit poſtulatus; vt non prius ordinetur, niſi ante & lectoris[i] munere, & officio diaconi, aut presbyteri[k] fuerit perfunctus: & ita per ſingulos gradus (ſi dignus fuerit) aſcendat ad culmen epiſcopatus.

Burc. l. 1. c. 27. Iuo p. 5. c. 71.
† *al. ex adminiſtratore.*

α ¶Laicus.] *Abeſt uox iſta à concilio: ſed ob gloſſam non eſt inducta.*

β ¶De foro, aut de adminiſtratione.] *Græce tantummodo eſt, ἀπὸ τῆς ἀγορᾶς.*

3 *Sed aliud eſt[l] poſtulari, aliud eligi. Poſtulatur nexibus curiæ adſtrictus ab Imperatore: clericus alterius ciuitatis à ſuo epiſcopo; ſed non eligitur aliquis, niſi in ſacris ordinibus conſtitutus. Fit enim electio cum ſolennitate decreti omnium ſubſcriptionibus roborati; poſtulatio vero ſimplici pe-*

In ordine Romano.

e ¶Aut diues laicus.] Qui de ſuis facultatibus aliq̃d dedit eccleſiæ: non tamen eſt recipiendus ideo; niſi aliàs dignus ſit, vt 1. q. 13. ex multis. nec enim diuites ſunt reijciendi, vt 30. diſt. hæc ſcripſimus.

f ¶Scholaſticus.] Id eſt, litteratus.

g ¶De foro.] Scilicet cauſarum eccleſiaſticarum.

h ¶De adminiſtratione.] Ciuili vel curiali.

i ¶Aū & lectoris.] ſ. 77. di. quicunque, & 18. q. 2. q̃ ſit.

diſtinguit, & bene Ioan. de Fan.

CASVS. Nunc aſſignat Gratianus differentiam inter poſtulare & eligere. Nam poſtulatur qui eſt alteri ſubditus laicus uel clericus. & fit hoc ſimplici petitione. Ille vero eligitur, qui eſt in ſacris ordinibus cōſtitutus. & hæc electio fit cum ſolennitate decreti. Et hæc differentia probatur ſequenti capitulo.

Poſtulatio qualiter fit.

l ¶Sed aliud eſt.] Poſtulatio fit his verbis: petimus vt facias te promoueri[a], quia volumus te eligere, & tunc dicitur poſtulari à ſeipſo. Ab alio autē fit poſtulatio,

a De hoc ſatis no. Inn. extra de poſtu. c. ſi. ibi videas.

vt ſi clericus vel laicus ſit de epātu alterius:tūc poſtulatur ab epō loci,vt 71.diſt.primatus. & etiā a ſeipſo: quia vnius conſenſus non ſufficeret. Si autē laicus diceret;nolo tonſurari, niſi certus ſim de electione, vel clericus diceret;nolo ordinari,niſi certus ſim đ epātu: de hoc

bonæ 2. Itē clericus alterius eccleſię bene pōt eligi: ſed poſt electionem eſt poſtulādus,vt 76.diſt.dilectionis.63.diſt.litteras.85.diſt.Florētinū. Sed laicus primo eſt poſtulādus:deinde eligēdus.ex̄ de ele.I cauſis.

EPiſcopus] CASVS. Quidā canonici volebant quēdam clericum alterius ciuitatis poſtulare in epiſcopum. præcepit ergo Gregorius cuidam epiſcopo viſitatori illius eccleſiæ,vt prius poſtuletur,& poſtea eligatur: deinde Romam cum ſolennitate decreti,& cum epiſtola viſitatoris conſecrandus occurrat.

blicatum, ab ea poſtulatione recedere non poſſunt: & ita no. Hu. extra de poſtul.c. vlt. đ ele. in cauſis in gloſ. vlt. &c. publicato.

titione. Quam diſtinctionem B. Gregorius innuit in regeſto, lib.2.epiſt.19.ſcribens Benenato epiſcopo.

Et alibi ſępe. & ĩ.ea.ca.obitum.

¶Electio epiſcopi debet fieri cum ſolennitate decreti,omnium ſubſcriptionibus roborati. C. XI.

EPiſcopus [a], dum fuerit poſtulatus,cum ſolennitate decreti ſubſcriptionibus [b] omnium roborati, & dilectionis tuæ teſtimonio litterarum ad nos ſacrandus occurrat.

Sic beatus Ambroſius [α] *ante ſuſceptum baptiſma ab Imperatore eſt poſtulatus,non electus.*

α ¶Ambroſius.] *Quòd ſynodus elegerit Ambroſium, & non Imperator; oſtenditur in c.Valentinianus. infra diſt.63. Ac de ſua electione ipſemet Ambroſius refert aliqua lib 1. offi. ca.1. & de pœnit.lib.2.cap.8. & in epiſtola ad Vercellenſes.*

4 *Item clerici alterius eccleſiæ non ſunt præferendi in electione ijs,qui bene militant in propria eccleſia.Vnde Caleſtinus Papa ad epiſcopos Galliæ,epiſt.2.c.4.*

¶Extranei emeritis in ſuis eccleſijs non præponantur. C. XII.

Polyc. ibidem. Anſ.l.6.ca.11. Deuſdedit p.1.

NEc emeritis [c] in ſuis eccleſijs clericis peregrini, & extranei; & qui ante ignorati ſunt,ad excluſionem eorū qui bene de ſuorū ciuiū merētur teſtimonio,præponātur.

Item ead. epiſt.c.5.

Deuſdedit ibi. Polycar. ibidē. Anſel.l.6.c.25. Burch.l.1.ca.7. Iuo par.5.c.61. Pann.l.3. ca.7.

¶De eodem. C. XIII.

NVllus

a ¶Epiſcopus.] Id eſt, dū aliquis poſtulaī vt fiat epiſcopus, vt 63. diſt. litteras.

b ¶Subſcriptionib.] in quibus cōtinetur de vita electi,vt ĩ.ea. Catinenſis. & 7.q.1. qualiter. Sed nunqd adeo requiritur hoc decretum, vt electio ſine decreto facta ſit nulla? Videtur ꝙ ſic, vt hic,& 36.diſtin.de Petro.& 2. q.1.legū. & 7.q.1.qualiter.& 8. q.3.talia.& 12.q.2. ſine exceptione. & 63. diſt. quanto. Sed dico, ꝙ licet in electione requiratur decretum cum ſubſcriptionibus canonicorum: tñ electio facta ſine ipſo tenet. Duab. n. de cauſis fit ſubſcriptio: vna cauſa vt ſi quis vellet variare vota ſua,inciperet ei obuiare ꝓpria confeſſio,vt 1.q.7. ſaluberrimum.alia rōne, vt ꝑ ſubſcriptionem ſciatur an omnes canonici fuerint ꝑſentes in electione, arg.extra de his q̄ fiunt à præla. quanto.in fi. licet ergo ſcriptura requiratur in electione:tñ ſi fiet ſine ipſa,tenet.& eſt ſimile: Nā in matrimonio multa requiruntur interuenire: & tamen ſi non interueniant,tenet matrimonium,30.q.5. noſtrates. Ioan. contra,extra de elect.innotuit.B.

Electio facta ſine decreto tenet

Beneficij ſpe ordinē recipiēs nō peccat.

dē hoc nullum pactum eſt interponendū, vt 59. diſt. hoc ad nos.& 16.q.7.per laicos. nec peccat q̄ hac ſpē recipit ordinem, dum tñ principaliter eo propoſito non ordinet: ſed ad hoc vt poſſit prodeſſe.1.q.1.ſunt in eccleſia. Si ergo clericus eſt de eodē epātu, ille nō poſtulatur: & eſt monendus & etiā cogendus ſuſcipere ſacros ordines,vt ĩ.ea.bene.ſed laicus de eodē epatu à ſeipſo poſtulaī,vt ſ̄.ea.Oſius. Ille aūt à quo poſtulaī,nō cogit dare poſtulatū niſi velit, vt 63. di.litteras. 85.diſt.archidiaconū.76.diſtin.dilectionis. in auth.de ſan epiſ.§.nullū.coll.9.pōt tñ per ſuperiorē cogi,vt ipſum det qñ non ſubeſt iuſta cā omittendi. argu.extra de iure pat.nullus. Sed quæro ad quem titulum ordinetur iſte,cum adhuc non ſit electus, nec aliquod habet beneficium? dico ad titulum eccleſiæ, ad quem eſt poſtulatus.Pone ergo,ꝙ alium poſtea eligant, hoc enim facere poſſunt: quia per poſtulationē nō eſt ius quæſitū poſtulato, vt extra de poſtula. bonæ.& cap.poſtulationē.& ita tenebit electio alterius. Dico ꝙ licet nil iuris ſit quæſitum poſtulato,tamen poteſt eos conuenire, vt prouideant ei in ſtipendio conuenienti, vt extra de iure pa.paſtoralis. nō enim debuerunt mutare conſilium in alterius iniuriā, vt 22.q.2.primum.ff. de regu.iur.nemo.ſi aūt nondum eligerūt alium, pōt eos conuenire, vt eligant ipſum ad illū epatū: & hoc modo poteſt dici,ꝙ poſſunt variare.ſi aliquis à ſeipſo poſtulatur: ſi vero poſtulaī à ſuperiore; & poſtulatio præſentata [1] eſt ei,& ille conſentit;ſatis poteſt dici,ꝙ non poſſunt variare poſtulationem,ut extra de poſtu

Poſtulatus poteſt poſtulātes cōuenire vt ſibi prouideant.

1 Maximè poſtquam fuerit ſcrutinium pu-

SIC BEATVS. CASVS. Dicitur hic,ꝙ ſupradicto modo fuit Ambr.poſtulatus ab Imperatore,& nō electus. Et contradicit iſte §.illi §.ſ̄. his omnib. Item probat Gratianus, ꝙ clerici alterius eccleſiæ nō ſunt præferendi illis, qui in propria eccleſia bene militauerunt. quod probat per ſequentia capit.

ITEM CLERICI. Hæc eſt 4.pars diſt.in qua probat quandam incidentiam. & dicitur ꝙ nullus alterius eccleſiæ debet eligi,niſi primo omnes clerici illius eccleſiæ fuerint reprobati. Ad ſecundum inducit ſeptem auctoritates.ſupple hic, niſi maior pars eligat aliunde,quia licitum eſt eis renunciare iuri ſuo. extra de elect.cum inter.Ioan.de Fant.

NEc emeritis.] CASVS. Dicit̄ in hoc c.ꝙ ignoti & extranei nō debēt ꝓponi bene in ſua eccleſia militātibus,& qui habent bonū teſtimoniū ciuiū ſuorū.

c ¶Emeritis.] Id eſt, bene meritus in vita & ſcientia. 1.q.1.vilissimis.

NVllus.] CASVS. Quæſitum fuit à Cæleſtino, an clericis iuſtis epiſcopus dari debeat de aliena ec-

cleſia? Et reſpondetur ꝙ non, ne alter ſubripiat honorem alterius. Clerici enim debent habere liberam electionem: & tunc de aliena eccleſia eliguntur, qñ in ꝓpria nullus inuenitur idoneus: & ſi clerici ſe viderint in hoc prægrauari, ſit eis facultas appellandi & contradicendi.

de hoc not. extra de elect. cũ inter canonicos. Sed q̃d ſi omnes eligunt de aliena eccleſia præter vnũ, qui eligit de propria? Hic dico non valere electionem vnius: quia nullum de propria poteſt eligere, cũ quilibet eorum conſenſit in alium: vnde in ſeipſum non poteſt conſentire. Item quid ſi data eſt aliquibus poteſtas vt eligant, & ipſi poſtulant extraneum? Tenet poſtulatio, vt extra de renun. poſt translationẽ. extra de elect. in cauſis. de poſtula. bonæ. licet antẽ aperte ſint expreſſiones mandati, tamẽ fecerunt id quod eſt vicinũ mãdato, ut ff. iudi. ſol. iam tũ. §. vlt. Ioan. Quidquid dicat Ioan. eius opinio non ſeruatur de electione ᶻ minoris partis de eadem eccleſia. vnde cum totũ capitulũ facere videatur, quod fit à maiori parte capituli, vt extra de his quæ fi. à maio. par. cap. cum in cunctis: tenebit electio extranei, ut dicit T. per decre. ſuperius allegatas: quia multa fieri non debent, tamẽ facta tenẽt: nam melior eligi debet, vt 8. q. 1. licet tamen ſufficit ſi bonus eligatur, vt extra de elect. cum nobis. & c. cum dilecti. & C. de ſtatu. & ima. l. vlt. Bar.

Epiſcopus, an inuitis poſſit dari.

inuitis ᵃ detur epiſcopus. Cleri α, plebis, & ordinis conſenſus, & deſiderium requiratur. Tunc autem alter de altera eligatur eccleſia; ſi de ciuitatis ᵇ ipſius clero, cui eſt epiſcopus ordinandus, nullus dignus (quod euenire non credimus ᶜ) poterit reperiri. Primum enim illi reprobãdi ſunt; vt aliqui de alienis eccleſijs merito præferantur. Habeat vnuſquiſque fructum ᵈ ſuæ militiæ in eccleſia, in qua ſuam per omnia officia tranſegit ætatem. In aliena ſtipendia minime alter obrepat: nec alij debitam alter ſibi vendicare audeat mercedem. Sit facultas clericis renitendi, ſi ſe viderint prægrauari, & quos ſibi ingeri ex tranſuerſo agnouerint: non timeant refutare. Qui etſi non debitum præmium ᵉ, uel liberum ᶠ de eo, qui eos recturus eſt, debent habere iudicium.

α ¶Cleri] *Hinc vſque ad verſ.* Tunc *ſunt addita ex orig. & referuntur infra 63. c. cleri.*

PALEA. C. XIIII.

Ex regula S. Benedicti, c. 64.

IN ordinatione præpoſiti illa ſemper conſideretur ratio, vt hic conſtituatur, quem ſibi omnis concors congregatio ſecundum timorem Dei, ſiue etiam pars congregationis (quamuis parua) ſaniori conſilio elegerit. Vitæ autem merito, & ſapientia eligatur, qui ordinandus eſt, etiã ſi vltimus fuerit in ordine congregationis. Quòd ſi etiam omnis congregatio uitijs ſuis (quod abſit) conſentientẽ perſonam pari conſilio elegerit, & uitiæ ipſa aliquatenus in notitiam epiſcopi, ad cuius diœceſim pertinet locus ipſe, uel † ad alios uicinos præpoſitos, vel Chriſtianos claruerint; prohibeant prauorum præualere conſenſum, & domui Dei conſtituant dignum diſpenſatorem.

† *vel abbatibus, vel Chriſtianis vicinis claruerint.*

a ¶Nullus inuitis.] à principio. ſed ſi per negligentiam neminem elegiſſent, bene daretur eis inuitis, vt 89. diſt. volumus. ſimiliter vbi minor pars ꝯdicit, nec habet iuſtam cauſam cõtradictionis, bene datur eis epũs inuitis. Idem poteſt dici de laicis ꝑ eis inuitis nõ eſt dandus epũs ſi habent iuſtam cauſam cõtradictionis, vt 63. diſt. ſi forte. De hoc not. 23. diſt. ca. illud.

Electio an poſſit fieri de eo, qui non eſt de gremio.

b ¶Ciuitatis.] Nunquid per hoc intelliges prius clericos totius ciuitatis vel diœceſis eſſe reprobandos? Vr ꝙ ſic, vt infr. 63. diſt. ſacrorum. & c. plebs. & c. nolle. & extra de vſu pal. cum ſuper. illi enim videntur eſſe de aliena eccleſia, cum totũ non ſit aliud à parte, vt extra de elect. cum nobis olim. & qui in cõtinentibus ædificijs demorantur, Romæ morari videntur, vt ff. de verb. ſig. l. qui in continentibus. & l. ædifica. & l. pupillus. §. incola. ſicut in tutela reprobãdi ſũt omnes de ciuitate, antequam eatur ad vicinas ciuitates, vt ff. de tuto. & cur. l. diuus. & præſes debet eſſe de diœceſi, vt C. de incol. l. uerum. lib. 10. & hoc concedit H. Sed credo ſufficere, ꝙ reprobati ſunt omnes de maiori capitulo. arg. extra de verb. ſig. cum clerici. & de reſcrip. cum Rodulphus. Sed quid ſi maior pars eligit extraneũ, & minor eligit de gremio ſuo ʸ? Videtur ꝙ hic præualebit electio paucorum, vt 7. q. 1. denique. nam in poſtulatione omnes erant concordes, vt 63. diſt. litteras. Io. Sol. hoc falſum eſt. ſufficit enim ꝙ duæ partes cõſentiant in poſtulatione. de ele. ſcriptum. B. Item minor pars iuſtã habet cauſam contradicendi. Vnde licet ſint pauciores, auditur eorum contradictio, ut extra de his quæ fi. à maior. par. c. cũ in cunctis. 31. diſt. Nicæna. Arg. ꝯ extra de elect. cum nobis olim. & c. cũ inter. Dico tenere electionem minoris partis, cum eligunt ſecundum formam canonũ de ſuo gremio. Vnde ſi diuerſi ſunt clerici: prius examinat ille, q eſt de propria, q̃ qui eſt de aliena eccleſia, vt diſ. 85. archidiaconum Florentinum. Nec obſtãt præmiſſæ decre. Ideo enim tenuit ibi electio maioris partis, qa nullus fuit ibi ex aduerſo electus. Sed adhuc ob. extra eo. tit. in cauſis. vbi præualet poſtulatio uniũ de aliena eccleſia electioni duorũ de ꝓpria. Sed hoc fuit propter formam mandati: quia ita conuenerant, vt in quem maior pars conueniret, ille eſſet potior, &

ʸ Ad hoc extra d electio. c. eccleſia 2. vbi de hoc plene ꝑ Phi. Arg. contra eo. tit. licet. in fi. De hoc not. 23. diſ. c. 1. in gloſ. ergo aliqs. ibi videas.

ᶻ Idẽ ſentit Goff. extra de elect. in cauſa.

c ¶Non credimus.] No. benignam præſumptionem, ꝙ ſemꝑ præſumitur ꝙ aliquis ſit dignus in eccleſia, vt inf. ca. obitum.

d ¶Fructum] Sic ff. de adop. nec ei. §. præterea.

e ¶Præmiũ.] Scilicet obtinet, ut aliquis de ipſis eligatur. Per hoc uidetur quod licet aliqui perdiderint ius eligendi, ꝙ poſſunt excipere contra illum, qui datur eis: uidetur tamen, quod excipere non poſſunt, ſed tãtum agere, ut extra de ap. conſtitutus. in fi.

f ¶Vel liberum.] Vel, id eſt, ſaltem.

Studij.]

a Palea.] *Hæc palea abeſt ab omnibus vetuſtis exemplaribus Gratiani, quæ ſunt collata. Extat autem in regula S. Benedicti, ex qua nonnulla ſunt emendata.*

Item Gregorius clero, & nobilibus ciuibus Neapolitanis, lib. 8. reg. epiſt. 40.

¶De eodem. C. XV.

Anſ. l. 6. c. 13.

STudij vetuſti ſit, etiã alium, qui aptus ſit, prouidere, vt† ſi forte Petrus, quem à vobis electum aſſeritis, huic ordini non videatur idoneus; ſit in quem † ſe veſtra declinare [a] poſſit electio. Nam graue cleri illius erit opprobrium, vt ſi hic fortaſſe approbatus non fuerit, alium ſe dicant, qui eligi debeant, non habere.

† vt ſi forte huic ordini hic non videatur idoneus] orig.

† quo] orig.

Item Gregorius Barbaro epiſcopo, lib. 11. epiſt. 16.

¶De eodem. C. XVI.

Io. dia. l. 3. c. 27. Deuſdedit p. 1.

OBitum Victoris Panormitanæ ciuitatis antiſtitis directa relatio patefecit. Quapropter uiſitationis deſtitutæ eccleſiæ fraternitati tuæ operã ſolẽniter [b] delegamus: Quam ita te conuenit exhibere, vt nihil de prouentibus clericorũ, reditu, ornatu, miniſterijſque, uel quidquid eſt in patrimonio eiuſdem, à quoquam præſumatur eccleſiæ. Et ideo dilectio tua ad prædictam eccleſiam properabit, & aſſiduis adhortationibus clerum, plebemque eiuſdem eccleſiæ admonere feſtinet, vt remoto ſtudio [c], uno eodẽque conſenſu talem ſibi præficiendum expetant ſacerdotem, qui & tanto miniſterio dignus ualeat reperiri, & à venerandis canonibus nullatenus reſpuatur. Qui dum fuerit poſtulatus, cum ſolennitate decreti omnium ſubſcriptionib. roborati, & dilectionis tuæ teſtimonio litterarũ ad nos ſacrandus occurrat. ¶Cõmonemus etiã fraternitatem tuam, ut nullũ de altera eligi permittas eccleſia; (niſi forte inter clericos ipſius ciuitatis, in qua uiſitationis impendis officium, nullus ad epiſcopatum dignus, quod euenire non credimus, potuerit inueniri) prouiſurus ante omnia; ne ad hoc a, cuiuslibet conuerſationis, uel meriti laicæ perſonæ aſpirare præſumant; ne & conatus eorum habeatur inefficax, & in periculũ [d] ordinis tui (quod abſit) incurras. Monaſteria autem ſi qua ſunt in ipſius conſtituta parochia [e], ſub tua cura, diſpoſitioneque, quouſque illic proprius fuerit ordinatus epiſcopus, eſſe concedimus.

Polyc. ibidem.

a Ne ad hoc.] *Similis clauſula eſt etiam eodem lib. proxima epiſtola 17. & libr. 2. indict. 10. epiſt. 19. Benenato epiſcopo, &*

STudij. CASVS. Neapolitani eligerũt Petrum in epiſcopũ: ſed quia dicebatur ſimplex & vſurarius, mãdat Gregorius vt alium eligant cum illo de eadẽ ciuitate, vt ſi ille fuerit reprobatus, ſecundus cõfirmet̃ ſic dixit H. in ſumma. Beneuen. ſic dixit: Neapolitani elegerunt Petrum minus idoneum: & quia idoneus non inuenitur, præcipit Greg. ut alium inueniant de eadẽ ciuitate, in quem electio eorum ualeat declinare, quẽ ſi non inuenerint, graue ipſius cleri erit opprobrium. Poteſt tamen dici, ꝙ antequam inuentus eſſet minus idoneus, mandauit eis, ut alium inuenirent in eadem ciuitate, & hoc uidetur melius litteræ conſonare.

a ¶Declinare.] Arg. ꝙ eccleſia pôt in duos conſentire, vt ſi vnus nõ obtineat, alter ſaltem obtineat. arg. 85. diſt. archidiaconũ. & 8. q. 1. in ſcripturis. maximè vbi diffidũt de iure ſuo, vt ex̃ de poſtu. bonæ. Sed non ne priuati debent eſſe iure ſuo, vt ex̃ de elec. cũ in cũctis? Sed hæc & ſimilia loquunt̃ in eo caſu, qñ eligẽtes latebat vitiũ electi. ſic 28. diſt. de Syracuſanæ. ſm alios ſecundus põt eligi ſub conditione, vt ſi primus nõ obtineat, ſecũdus maneat, vt 85. diſt. archidiaconũ Florentinum, ſic extra de electio. cũ terra. ſic 7. q. 1. quãuis. & ca. paſtoralis. Hodie euacuat̃ totum per cap. Inno. 4. quod incipit, in electionibus. de elect. lib. 6.

OBitum.] CASVS. Mortuo ep̃o Panormitano Gregorius poſuit ibi quendam viſitatorem, cui quatuor commiſit, vt admoneat clerum & plebem dignam ꝑſonam in epiſcopum eligere: & vt de alia eccleſia nullũ ibi eligi patietur, niſi in ea non inueniretur idoneus. Nec aliquis laicus ad hoc officium aſpirare præſumat: & vt omnia monaſteria eius diſpoſitione regantur, quouſque illis ꝓprius epiſcopus fuerit ordinatus.

b ¶Solemniter.] Id eſt, ita plene quaſi epiſcopus omnia diſponet, vt 12. q. 1. quoniam Velina.

c ¶Studio.] Id ẽ, diſſẽſione, uel inuidia.

d ¶Et in periculũ.] Et ita videtur ꝙ ſi vitioſa ſit electio, imputatur viſitatori. Et per hoc c. dicit Hug. viſitatorẽ habere ius in electione, vt j. ca. proximo. & 63. diſt. plebs. alias non videt̃ quare pateretur pœnam. Sed dico, ꝙ nõ plus habet iuris, q̃ ꝑ canonem exprimat̃. argu. 18. q. 2. hoc tantum. vnde non dico ipſum poſſe eligere, vt 63. diſt. § ex his. ea autem facit viſitator, quæ per ſacerdotes non poſſunt expediri, ut 7. q. 1. pontifices. Item niſi intra annũ procuret, ꝙ ſit ibi ep̃s, ipſe remouetur. 8. q. 1. conſtitutũ. & uiuet de rebus eccleſiæ. 12. q. 2. charitatem. & c. eccleſiaſticis. Itẽ viſitator dare põteſt præbẽdas & eccleſias vacantes, ut hic innuit̃ in fi. c. & 12. q. 2. nõ liceat.

e ¶Parochia.]In tota diœceſi habebit iſte ꝓuiſionẽ, vt 12. q. 2. quoniam Velina. vt patet in fine capituli.

Eccleſia põt ĩ duos conſentire.

1 Dicas ꝙ hic non dr̃ quòd aliũ debeat eligere antequam Petrus reprobetur: ſed dicitur ut prouideant aliũ quem Petro reꝓbato eligãt & hoc planum eſt. Archid.

Viſitator an ius habeat in electione.

CAtinēſis eccleſiæ.] CASVS. Defuncto epiſcopo Catinenſi Pelagius cōmiſit Eucarpo epiſcopo illius eccleſiæ uiſitationem, & negotia gubernanda donec ibi per ipſum paſtor dignus eligatur. præcipit ergo ei vt illuc pergat, & de eodē clero talem eligi faciat, qui nec vxorem habeat, nec filios, & qui non ſit criminoſus: & eo electo Romam ueniat conſecrandus.

epiſt.26. Ioanni epiſcopo Scyllaceno, & lib.7. indict.1. epiſt.25. Fortunato epiſcopo Neapolitano. Ex quibus locis, collatis veteribus codicibus harum epiſtolarum emendatus eſt hic locus, vt nō multum diſcrepet ab antiqua lectione Gratiani. Verum in recentioribus editionibus epiſtolarum B. Gregorij in epiſtola hic citata legitur, ne ad id cuiuslibet conuerſationis, uel meriti laicam perſonam aſpirare permittas.

Item Pelagius Papa Eucarpo Meſſanenſi epiſcopo.

¶De eodem. C. XVII.

CAtinenſis eccleſiæ viſitationem tibi iniūgimus, cuius epiſcopum de hac luce tranſiſſe ſuſcepta cleri relatione didicimus. Impoſſibile [a] enim eſt, ut nos in prouincia illa duntaxat in Syracuſanis partibus alij cuilibet cauſas, quæ ad Deum pertinent, cōmittamus; niſi forte talem per te Deus nunc in Catinenſi eccleſia eligere uoluerit; de cuius conſcientia poſſimus eſſe ſecuri, ut à te labores iſtos paululum remouere poſſimus. Mox ergo dilectio tua ad ſupradictam Catinenſem eccleſiam pergat, & hominē de clero, qui nec uxorem habeat, nec filios [b], nec crimen aliquod canonibus inimicum, eligi cum auxilio Dei compellat [c], atque ſuadeat: & ſtatim eum ad urbem Romam cum decreto, & teſtificatione relationis tuę tranſmitte.

Polyc. ibidem. Anſel. l.6. c.44.

Item Gregorius Paſſiuo epiſcopo, lib.10. epiſt.13.

¶Qui in epiſcopum eligitur, non ſit reus criminum, quæ ſacra lex morte punit. C. XVIII.

BEne nouit fraternitas ueſtra, quàm longo ſit tempore Aprutium † paſtorali ſolicitudine deſtitutum †: ubi diu [d] quæſiuimus, quis ordinari debuiſſet, & nequaquā potuimus inuenire. Sed quia Opportunus mihi in moribus ſuis, in pſalmodiæ ſtudio, in amore orationis valde laudatur, & religioſam vitam omnimodo agere dicitur; hunc volumus, ut fraternitas ueſtra ad ſe faciat uenire, & de anima ſua admoneat, quatenus in bonis ſtudijs creſcat. Et ſi nulla ei crimina, quæ per legis ſacræ regulam morte mulctanda ſunt, obuiant; tūc hortandus eſt, vt vel monachus [e] uel à uobis ſubdiaconos fiat: & poſt aliquantum temporis, ſi Deo placuerit, ipſe ad paſtoralem curam debeat promoueri.

† *Aprutium ciuitas*] orig. † *deſtituta*] orig.

Cui autem viſitatio iniungitur, nihil de rebus eiuſdem eccleſiæ a quoquam præſumi patiatur.

Vnde Gregorius Gaudentio epiſcopo, libr.4. epiſt.12. ſeu cap.56.

a ¶Impoſſibile.] Id eſt, non commode aliter fieri potuit: quia iſte erat uicinus 1. ſic ſumit ff. de uer. ſig. nepos Proculo. Item dicitur impoſſibile quod non eſt honeſtū. ff. de condi. inſtitu. filius. Item quod non iuſte fit. 24. q.2. ſane. 22. q.2. faciat homo.

Impoſſibile multipliciter dicitur.
1 Ad hoc C. de cur. fur. l. penu. ff. de cle. & effu. cum ſane. ff. locati. cum plures. §.2.

b ¶Nec filios.] Tamen aliàs quantū ad ſeculares honores proſunt filij, vbi filius pro anno cōputatur. ff. de minor. l.2. Sed nunquid iſtud eſt cōtra præceptum Apoſtoli, qui dixit, unius vxoris uirum? Solu. hic loquitur quando præſumptio eſt, quod propter filios dilapidet bona eccleſiæ. ſic 28. diſtinct. de Syracuſanæ. & tunc dabit cautionē. & faciet inuentarium. 12. quæſtio.1. ſint manifeſtæ. Idem dico de nepotibus, ut in authen. quomodo oportet epiſcopos. §.1. coll.1.

Filius quandoque facit quem præſumi maiorem.

c ¶Compellat.] Ergo aliquis poteſt cogi ad epiſcopatum 2 ſicut ad alios ordines; vt 40. diſtin. ante omnia. 92. diſtinct. ſi quis epiſcopus per manus. 74. diſtin. placuit. Ioan.

Epiſcopatū ſuſcipere poteſt quis cogi.
2 Hoc non habet hic: ſed potius clerici ſunt compellendi ad faciēdā electionem ſecundum Hug. & ſic nō bene arguit glo. Archi.

BEne nouit.] CASVS. Aprutiana eccleſia diu fuit deſtituta paſtore, & longo tempore quæſiuit Gregorius, nec ibi dignum potuit inuenire. Tandem inuentus eſt ibi quidam Opportunus laudabilis uitæ: quare præcipit Gregorius Paſſiuo epiſcopo, ut illum Opportunum moneat ut in bonis ſtudijs creſcat: & ſi nulla crimina ei obſtant, monachus vel diaconus fiat: & demum epiſcopus conſecretur.

d ¶Vbi diu.] Argumentum, quòd differri poteſt electio 3, cum non inuenitur idoneus. & licet aliqui intra tempus ſtatutum iuſto impedimento detenti non eligant, non priuantur electione, ut extra de electio. ne pro defectu. nam non currit præſcriptio contra illum, qui non poterat eligere, ut extra de conceſ. præben. & eccle. non uacan. quia diuerſitatem. & argu. C. de anna. excep. l.1. in fi. C. de inoffi. teſt. contra. ff. ex quibus cauſis ma. l. quod quidam 4.

Electio ex cauſa pōt differri.
3 Etiā cuiuſcūq; beneficij. Laur. Et per hoc uide quod leg. & not. 85. diſ. c.2.
4 Ex prædictis patet, quod tēpus deputatum ad electionem celebrandam eſt utile nō cōtinuum: nam non currit iuſto impedimēto detētis: nec etiam ignorantibus. Archi.

e ¶Vel monachus.] Sed quare monachus? forte quia erat monaſterium cui deerat prelatus. Vel ideo quia ſi eſt monachus, citius poteſt promoueri ad ſacros ordines, vt 77. diſtinctio. monachus. Sed nōnne hic diutius expectabitur, quàm per tres menſes? quod eſſe nō debet, vt 50. diſt. poſtquam. ſic 7. cod. Oſius. & 7. quæſt. 1. conſtitutum.

Quoniam

QVoniam Feſtus.] CASVS. Capuanus archiepiſcopus Romæ defunctus eſt: & idẽ Papa præcipit cuidã epiſcopo, vt illuc viſitator accedat: & nil de rebus eccleſiæ minui patiatur: ſed & clerũ & plebem illius loci moneat, vt in vigilijs mortuorum, & in obſequio diuino ſedule ſeruiat & deuote.

ri: & ꝙ laici non debeant in ep̃os eligi. Nunc vero docet, quòd clericorum eſt eligere, & populi conſentire. c ¶Breuiter.] Nunc hic oſtendit, ꝙ clericorum ſit eligere, populi cõſentire. Oſtẽdit etiã ꝙ ſi aliquis fuerit cõſecratus ſine auctoritate metropolitani, deponitur. 51. diſ. q in aliquo. ver. ſi.

¶Non patiatur à quoquam præſumi de rebus eccleſiæ, cui eius fuerit iniuncta viſitatio. C. XIX.

Anſ. l. 5. c. 12.

QVoniam Feſtus Capuanæ eccleſiæ epiſcopus in Romana ciuitate poſitus de hac luce migrauit; curæ nobis fuit (quæ vniuerſis eccleſijs à nobis impenditur) ad fraternitatem tuam præſentia ſcripta dirigere, vt memoratæ eccleſiæ viſitator [a] accedas: ſic tamen, vt nihil de prouentionibus † clericorum, reditu [b], ornatu, miniſterijſque vel quidquid præfati loci eſſe patuerit, à quoquam præſumi patiaris? ſed omnem vigilantiam, atque cautelam circa clerum, plebemque eiuſdem eccleſiæ exhibere te conuenit; vt in vigilijs, obſequioque eccleſiaſtico ſedulo, ac deuote debeant deſeruire.

† *al. prouectionibus*

DISTINCTIO LXII.

BReuiter [c] *monſtratũ eſt, ex quibus ordinibus in quos gradus ſunt eligendi. Nunc videndum eſt, à quibus ſunt eligendi, & conſecrandi. Electio, clericorum eſt* [a]*: petitio, plebis.*

Vnde Leo Papa Ruſtico Narbonenſi epiſcopo, epiſt. 90. al. 92. c. 1.

a ¶Eſt.] *In vulgatis codicibus ſequebatur,* conſenſus principis. *In manuſcriptis vero partim legitur,* conſenſus plebis, *partim,* petitio plebis.

¶Non ſunt habendi inter epiſcopos, qui nec à clericis eliguntur, nec à plebibus expetuntur. C. I.

Poly. l. 2. tit. 1.
Burch. l. 1. ca. 2.
Anſ. l. 6. ca. 75.
Iuo p. 5. c. 65.

NVlla ratio ſinit, vt inter epiſcopos habeantur, qui nec à clericis ſunt electi, nec à plebibus [d] expetiti, nec à prouincialibus † epiſcopis cum metropolitani iudicio conſecrati. Vnde cum ſæpe quæſtio de male accepto honore naſcatur; quis ambigat nequaquam iſtis eſſe tribuendum [e], quod nec † docetur [f] fuiſſe collatum? Si qui [g] autem clerici ab iſtis pſeudoepiſcopis in eis eccleſijs ordinati ſunt, *&c. vt infra in cauſa ſimoniacorum.*

† *al. comprouincialibus.*
† *al. non*
ĩ. 1. q. 1. c. ſi qui

Item Cœleſtinus Papa ad epiſcopos Appuliæ, & Calabriæ, epiſt. 3. c. 3.

Polyc. l. 6. tit. 1.
Burc. l. 15. c. 13.
Iuo p. 16. c. 14.
Deuſdedit p. 1.

¶Populus non debet præire, ſed ſubſequi. C. II.

DOcendus eſt populus non ſequendus: noſque, ſi ne-

Viſitatorẽ quis conſtituere põt.

a ¶Viſitator.] Hic habes, ꝙ Papa viſitationis committit officium. Sed an metropolitanus poſſit viſitatorem conſtituere, ſicut præſes curatorem, ut Inſtitu. de curat. §. vlt. Non credo. Ioan. Ego dico ꝙ ſic, cum non inueniam prohibitum. argumentum extra de ſent. ex com. nuper. B.

b ¶Reditu.] A quo cuſtodiri debent bona vacantis eccleſiæ, notaui infra 2. q. 2. charitatem. & cap illud.

BReuiter.] CASVS. Supra dictũ eſt ex quo ordine, & in quẽ debeat quis promoue-

NVlla ratio.] CASVS. Quidã epiſcopi non fuerunt electi a clericis, nec à populo experiti: nec metropolitani iudicio conſecrati. Quæritur de iſtis talibus ep̃is, & de ordinatis ab eis, an debeant inter ep̃os & ordinatos reputari? Et reſpon. Leo Papa ꝙ non: poteſt tamen diſpenſari cum clericis ab eis ordinatis, vt ĩ. 1. q. 1. ſi quis à pſeudoepiſ. d ¶Nec à plebibus.] Conſenſus plebis requiritur in electione: & eo ipſo cõſentiũt, ꝙ perhibent ei teſtimonium: quia teſtimonium plebis æqui valet electioni, vt 24. diſt. c. 1. & 67. diſ. reliqui. Sed quid ſi aliquis eſt cõſecratus, q non habuit cõſenſum plebis, nunquid caſſabitur conſecratio? Vi. ꝙ ſic, in odium conſecrantium & eligentium, cum contemptus eſt: licet ex gratia populus ſit requirendus vel vocandus, vt 16. qõ. 7. decernimus. 31. q. 2. c. 1. & 70. diſt. c. 1. Nam ſemper conſenſus plebis eſt requirendus, vt 8. q. 2. licet. Item quia laicus poteſt excipere contra electum: & dicere ꝙ ei inuito non eſt dandus ep̃s, vt ĩ. 63. diſt. ca. ſi fortè. & c. Hadrianus. H. dicit ſi oritur ſcandalum ex hoc, ꝙ caſsãda ſit electio & cõſecratio: ſed dico ꝙ non idẽ caſſandam, licet non affuerit: quia plura exiguntur, quæ tamen omiſſa non vitiant factum. argum. 30. qõ. 5. noſtrates. quia huiuſmodi leuia omiſſa non vitiant rem, vt ff. de ventre inſpicien. l. 1. in fin. eo ipſo autem intelligitur laicus conſentire, ſi non diſſentit, vt 54. diſt. ſi ſeruus ff. ſol. ma. l. 2. §. vlt.

Conſenſus plebis eſt ĩ electione requirẽdus

ꝙ Et bene ſecundum Lau. & Io. de Fan.

e ¶Tribuendum.] Iſti tamen dant ordinẽ, & habent eum: ſed nõ iuſte, vt inf. de conſecra. diſt. 4. nullus aũt.
f ¶Nec docetur.] Si. extra de iure pa. quod autem.
g ¶Si qui.] 1. q. 1. ſacerdotes & cap. ſi qui à pſeudo epiſcopis.

DOcendus.] CASVS. Quidam populus nolebat epiſcopũ eligere, nec permittebat eligere clericos;

quæſitum fuit à Cœleſtino quid in hoc caſu ſit faciendum. Et reſpondet, populum eſſe docendum vt prohibita non attentet: qui ſi non corrigitur, punietur eccleſiaſtica ſeueritate, ſcilicet excommunicatione.

a ¶Per ſeueritatem.] Scilicet excommunicationem. ferro n. reſecãda ſunt vulnera, &c. vt 16. q. 1. in canonibus.

quicumque laicus canonicam electionem voluerit diſturbare, debet Anathematizari donec obediat.

d ¶Communem.] Cum ergo hæc tria requirũtur. ſ. communis, conſonans, & canonica, ſi vnum illorũ deeſt, vitioſa eſt electio, vt arg. 38. diſtin. quæ ipſis. non. n. ſufficit

Electio ſit cõis, conſonans, & canonica.

ſciunt eos quid liceat, quidve non liceat, commouere, nõ his conſenſum præbere debemus. Quiſquis vero conatus fuerit tentare prohibita: ſentiet cenſuram ſedis Apoſtolicæ minimè defuturam. Quæ enim ſola admonitionis auctoritate non corrigimus, neceſſe eſt, vt per ſeueritatẽ[a] congruentem regulis vindicemus. Per totas ergo hoc, quæ proprijs rectoribus carent, eccleſias, volumus innoteſcat, vt nullus ſibi aliqua ſpe forſitan blanditus illudat.

Niſi autem canonicè electus fuerit, conſecrari non debet.

Vnde Calixtus Papa ſecundus.

¶Non conſecretur in epiſcopum, niſi canonicè electus. C. III.

NVllus [b] in epiſcopum, niſi canonicè electum conſecret. Quod ſi præſumptum fuerit, & conſecrans, & conſecratus abſque recuperationis ſpe deponatur.

In Põtificali eſt mentio huius decreti.

DISTINCTIO LXIII.

LAici [c] vero nullo modo ſe debent inſerere electioni.

Vnde Hadrianus Papa in octaua ſynodo Conſtantinopoli ſub ipſo celebrata.

¶Laici electioni Pontificum non ſe inſerant. C. I.

NVllus laicorum principum, vel potentum ſemet inſerat electioni, aut promotioni Patriarchæ, metropolitæ, aut cuiuslibet epiſcopi, ne videlicet inordinata hinc, & incongrua fiat confuſio, vel contentio; præſertim cum nullam in talibus poteſtatem quenquam poteſtatiuorum, vel cæterorum laicorum habere conueniat. *& infra.* ¶Quiſquis autem ſæcularium principum, & potentium, vel alterius dignitatis laicus aduerſus communem [d] & conſonantem, atque canonicam electionem eccleſiaſtici ordinis agere tentauerit; anathema ſit, donec obediat, & conſentiat, quidquid eccleſia [e] de electione, & ordinatione proprij præſulis ſe velle monſtrauerit.

Anſel. l. 6. c. 23. & 72.
Iuo p. 5. c. 122.
Pan. l. 3. c. 8.
Deuſdedit p. 1.

J. c. proximo.
Poly. l. 2. tit. 1.

NISI. CASVS. In hoc §. & ſeq. c. dr. q̃ epĩs conſecrari non debet, niſi fuerit canonicè electus. & caſum per te uidebis.

b NVllus.] ¶Deponatur.] 1. q. 1. ſi quis epiſcopus. & c. ſi qui epiſcopi. &. diſt. 50 ex pœnitentibus, ſupra 36. diſ. qui eccleſiaſticis.

LAici.] Hęc diſt. diuidit̃ in quatuor partes. In prima probat per 8. auctoritates ſanctorum, q̃ laici non debent eligere, nec electioni intereſſe niſi vocati. Secũda ibi, [Contra.] Tertia ibi, [Principibus.] Quarta ibi, [Verum quia.] 1 gs Io. de Fan.

CASVS. Supra dictũ eſt, q̃ electio eſt clericorum. Sed quia laici volebant intereſſe electionibus clericorum, ideo ſupponit hanc 63. diſtin. in qua primo oſtendit, q̃ laici non debent intereſſe electionibus, vſque ad §. [His omnibus.] Deinde probatur contrarium Deinde in §. [Electiones] ponit ſolutionem.

c ¶Laici.] In præcedenti diſt. oſtenſum eſt, quòd laici tãtum debent conſentire electioni plenius hic proſequitur. q̃ nullo modo debent intereſſe 1. & hoc facit vſq; ad illum §. [His omnibus.] deinde probat contrarium vſque ad illum §. [Electiones] & ibi ſoluit. deinde oſtẽdit q̃ priuilegia fuerunt Imperatoribus data circa electiones, quæ poſtmodum fuerũt eis ex cauſa ablata. Vltimo dicit, q̃ religioſi viri nõ ſunt excludẽdi ab electionibus. ergo hęc veritas, q̃ nullus laicus debet intereſſe electioni, etiã in cõuentuali eccleſia, niſi hoc habeat ex cõſuetudine præſcripta, vt extra de iure pat. nobis 2. licèt H. dixerit, q̃ ibi poteſt bene patronus intereſſe, vt 18. q. 2. abbatem. & hoc c. dicit intelligi de non patronis: ęqualiter autem eſt patronus, qui minus dat, ſicut qui plus: quia vnus põt ſupplere per operam, quod ei deeſt in patrimonio. ff. pro ſolu. l. 5. & plenius no. 16. q. 7. pie.

NVllus.] CASVS. Hadrianus Papa prohibet in hoc c. vt nullus laicus, etiam in maxima poſitus dignitate ſe inſerat electioni Patriarchæ & archiepiſcopi, &

ſufficit electionem eſſe communem, niſi ſit canonica, vt hic & 79. diſt. c. 1. & c. antepe. 3. Item eſt hic arg. q̃ ſi aliqui ſeparatim conſenſerunt in aliquem, quod talis conſenſus non valet, quia nominationem citra concilium publicum factæ non valent, vt 2. q. 6. nominationes, & priuata conuenticula in electionibus prohibentur, vt 79. diſt c. 1. & c. nullus. H. arg. contra 63. diſt. quãto. extra de electio. quod ſicut. & extra de poſtu. bonæ 2. in 6. & ſeruitus ſeparatim conceditur. ff. de ſerui. ruſtico. prædi. per fundum. Dico nullam talem eſſe electionem, cum ſit clandeſtina, vt extra de electio. quia propter. ad finem. Ioan. Hoc hodie determinatum eſt extra de elect. in Geneſi. vbi dicitur, quod ſingulares electiones non valent. Bar.

e ¶Eccleſia.] Eccleſiam hic vocat viros eccleſiaſticos quandoque vocatur congregatio fidelium, vt infra de conſecra. diſt. 1. eccleſia. De hoc dixi 7. q. 1. ſcire

1 Vel facias cõtinuationẽ nõ ad proximam diſ. ſed ad 62. diſ. ubi dr, q̃ laici non debent eligi, ſic nec eligere, vt ĩ hac diſt. Io. de Fan.

Electioni nullus laicus debet intereſſe.

2 Idem not. J. ea. diſtin. ſcatina.

3 Argu. ad hoc 92. diſ. ca. pe & ibi de hoc. arg. ad hoc 18. q. 2. ſi quis abbas.

Hadria-

HAdrianus.] CASVS. Ignatius Patriarcha Cõſtantinopolitanus iniuſtè fuit depoſitus, & Photius loco eius ſubſtitutus quam præſumptionem Nicolaus voluit remouere, ſed morte præuentus non potuit, ſed Hadrianus ſucceſſor eius miſit nuncios tres Conſtantino-

tinopolim ad Baſilium Imperatorem, & ad filios eius, cũ quibus fuit Cancellarius Romanæ ſedis; & ibi octaua ſynodus congregata, duo fecit. Primo Photium depoſuit, & Ignatium reſtituit. Secundo conſtituit, vt clericorum ſit electio tãtum, & ꝙ nullus laicus inſerat ſe electioni Patriarchæ metropolitani vel epiſcopi: ſed ſilere debet, & attendere quid clerus faciat, niſi à clericis inuitaretur ad remouendos, & impugnandos malos.

a ¶Diſpoſuerat.] Arg. ſucceſſorẽ debere conſummare quod anteceſſor inchoauit, vt hic 1. & 12. q. 2. hæc huius. & q. 5. quia. 1 Et 18. q. 2. dudum.

ADDITIO. Ad idem extra de reſcrip. litteris. vbi de hoc. & 11. q. 3. ſi eps ante damnatu. Papa tñ non tenebatur ad hoc, nec hoc dicitur quòd teneret: bñ tñ fecit. B.

¶Hic citãtur partes quadam vigeſimi ſecundi canonis octaua ſynodi ſub Hadriano Papa ij. habita, & ab Anaſtaſio bibliothecario latinitate donata.

Item ex octaua ſynodo, actione prima.

¶De eodem. C. II.

Anſ. l. 6. c. 23. Iuo p. 5. c. 172. Pann l. 3. c. 8. Deuſdedit p. 1.

HAdrianus Papa ſecundus, (quod Nicolaus prædeceſſor eius diſpoſuerat [a]) miſſos ſuos, Donatum ſcilicet Hoſtienſem epiſcopum, & Stephanum Nepheſinum epiſcopum, & Marinum diaconum ſanctæ Romanæ eccleſiæ ad Baſilium Imperatorem, & ad filios eius Conſtantinum & Leonem Auguſtos [b] Conſtantinopolim direxit; cum quibus & Anaſtaſius bibliothecarius [c] Romanæ ſedis, vtriuſque linguæ Græcè & Latinè peritus perrexit: & ſynodo congregata (quam octauam vniuerſalem ſynodum illuc conuenientes appellauerũt) exortum ſchiſma de Ignatij depoſitione, & Photij ordinatione ſedauerunt, Photium anathematizantes, & Ignatium reſtituentes. In qua ſic ſtatutum eſt: Conſecrationes† [d], & promotiones epiſcoporum concordans prioribus concilijs clericorum electione, ac decreto epiſcoporum collegij fieri ſancta hæc & vniuerſalis ſynodus diffinit & ſtatuit: atque iure promulgat, neminem laicorum [e] principum, vel potentum ſemet inſerere electioni, vel promotioni Patriarchæ vel metropolitæ, aut cuiuslibet epiſcopi; ne videlicet inordinata hic, & incongrua fiat confuſio, vel contentio; præſertim cum in talibus nullam poteſtatem quemquam poteſtatiuorum, vel cæterorum laicorum habere conueniat, ſed ſilere, & attendere ſibi vſquequo regulariter à collegio eccleſiæ ſuſcipiat finem electio futuri pontificis. Si vero quiſquam laicorum ad contractandum† [f], & cooperandum inuitatur [g] ab eccleſia, licèt huiuſmodi, cum reuerentia, ſi fortè voluerit, obtemperare ſe aſciſcentibus. Taliter enim dignum paſtorem ſibi regulariter ad ſuam eccleſia †ſalutem promoueat α.

Poly. l. 2. tit. 1.

Cap. 22.

† *Promotiones & conſecrationes*] orig.

† *al. concertandum*] orig. & alij collect.

† *al. & eccleſia*

α ¶Promouet.] *Si hic addatur ver.* Quiſquis. *ex capite antecedente erit integer 22. canon* 8. *ſynodi. In vulgatis ſequebatur vox,* clerus, *quæ in vetuſtioribus eſt gloſſa interlinearis.*

b ¶Auguſtos.] No. ꝙ filij Imperatorum dicuntur etiam Auguſti, quia ſperabatur, ꝙ eſſent futuri Imperatores, & quaſi per augurium hoc ſperabatur. Vel ſicut Imperator dicitur Auguſtus, quia illius propoſiti debet eſſe, ꝙ augeat: ſic & filius poteſt dici Auguſtus, quia & hoc propoſitũ debet habere, cum habebit imperium 2.

Imperator quare dicatur Auguſtus.

c ¶Bibliothecarius.] .i. cancellarius, ſupra 21. diſt. ſubmittitur.

2 Hoc valet ad ſolutionẽ eius qd' hr̃ 21. diſt. nũc autem. 7. q. 1. in apibus. L.

d ¶Conſecrationes.] hæc ſũt verba cõcilij.

e ¶Laicorum.] ĩ. 96. diſt. bene quidem.

f ¶Ad contractandum.] Id eſt, ſimul tractandum.

g ¶Inuitatur.] Hinc inuitãtur laici ad electionem, alibi ad ſermonem faciendum, vt 23. diſtinc. mulier. quãdoque ad cauſas matrimoniales, vt 35. q. 5. ad ſedem. cauſis autem fidei intererunt etiam non vocati, vt 96. diſt. ubi nam. Sed nunquid ſubſcribent laici? argu. ꝙ ſic 7. q. 1. eps de loco 3.

Laici ad aliqua ſpũalia inuitantur.

3 Ad idem quod leg. & no. ĩ. ca. q̃to. in gl. ex hoc loco. in fi. &c.

Caput eſt collectoris arbitratu compoſitum.

Item ex hiſtoria Tripertita, lib. 7. c. 8.

¶Electioni epiſcoporum Imperator intereſſe non debet. C. III.

VAlentinianus Imperator veniens ab oriente ad Heſperias partes (ut refert hiſtoria eccleſiaſtica) mortuo Auxẽtio Arianæ perfidiæ magiſtro, qui Mediolanenſem

VAlentinianus.] CASVS. Cum eccleſia Mediolan. vacaret paſtore, mortuo Auxentio hæretico, qui Mediolanen. eccleſiam, vt lupus dilaniarat, venit ab Oriente Valentinianus Imperator, & ſuaſit epiſcopis congregatis, vt talem in archiepiſcopum eligerent, cui etiam ipſe Imperator ſe ſyncere ſubmittere poſſit: epiſcopi vero cum rogarent Imperatorem, vt eligeret, ipſe noluit aſſentiri. demum Ambroſium elegerunt nondum baptizatum. vnde Imperator gratias referens, quod electus eſſet ad ſaluandas animas; cui curam corporum commiſerat, confortauit

eum

eccleſiam vt lupus dilaniauerat, cũ vellet catholicũ, Deo ordinante, ibi conſecrare epiſcopum, euocãs epiſcopos [a] hæc eis locutus eſt. Noſtis apertè, eruditi quippe diuinis eloquijs, qualem oporteat eſſe pontificem, & quod non deceat eum verbo ſolo [b], ſed etiam conuerſatione gubernare ſubiectos, & totius ſemetipſum imitatorem virtutis oſtendere, teſtemque [c] doctrinæ conuerſationem bonam habere. Talem itaque in pontificali conſtituite ſede, cui & nos, qui gubernamus imperium, ſincere noſtra capita ſubmittamus [d], & eius monita, dum tamquam homines deliquerimus, neceſſario velut curantis medicamenta ſuſcipiamus. Hæc cum dixiſſet Imperator, petijt ſynodus, vt magis ipſe decerneret ſapiens, & pius exiſtens. At ille, ſuper vos α [e] eſt, inquit, talis electio. vos enim gratia diuina potiti, & illo ſplendore fulgentes, melius poteritis eligere. Tunc ſacerdotes egreſſi de epiſcopali ſede tractabant. *& infr.* ¶Cum autem ordinatione diuina Ambroſius nondum baptizatus, electus [f] fuiſſet; exultans Imperator ait: Gratias ago tibi domine Deus omnipotens, & ſaluator noſter, quoniam huic viro ego quidem commiſerã corpora [g]; tu autem animas, & meam ſententiam oſtendiſti tuæ iuſtitiæ conuenire. Cumque S. Ambroſius contriſtaretur de hoc quod acciderat (vt idem in ſuis epiſtolis ſcribit) confortauit eum Imperator, & ait: Noli timere, quia Deus qui te elegit, ſemper te adiuuabit, & ego adiutor, & defenſor tuus (vt meum ordinem [h] decet) ſemper exiſtam.

In epiſt. ad Vercellenſes.

α ¶Super vos] *Vera lectio eſt*, ſupra nos, μείζον ἢ καθ' ἡμᾶς. *Sed ob gloſſam non eſt reſtituta.*

Item Nicolaus Papa I. Lothario Regi.

¶Auctoritate apoſtolica, non Regio fauore epiſcopus eſt eligendus. C. IIII.

Porro ſcias, quia relatum eſt nobis, quòd quicumque ad epiſcopatum in regno tuo prouehendus eſt; non niſi fauentem [i] tibi permittas eligi [k]. Idcirco Apoſtolica auctoritate ſub diuini iudicij obteſtatione iniungimus tibi, vt in Treuerenſi vrbe & in Agrippina Colonia nullum eligi patiaris antequam relatum ſuper hoc, noſtro Apoſtolatui fiat.

Iuo p. 5. c. 157.

Item ex concilio Pariſienſi primo, c. 8.

---

eum vt non timeret, dicens; Deus te adiuuabit, & ego te ſemper defendam, & pro te pugnabo.

a ¶Epiſcopos.] Ergo electioni metropolitani interfuerunt omnes epi comprouinciales, vt ĩ. eo. metropolitano, & 66. diſt. c. 1. Io. ſed in his non attendo 1. niſi cõſuetudinem, vt extra de elec. cum eccleſia. & extra de poſtu. bonæ. Io. De iure cõmuni omnis electio ſpectat ad capitulum, vt extra de cau. poſs. & proprie. cũ eccleſia. B

b ¶Solo.] Sic magiſtri moribus, & facundia alios dẽnt pcedere, vt C. de profeſ. & me. magiſtros. lib. 10.

c ¶Teſtemq;.] Nota, ꝙ conuerſatio præbet alicui teſtimonium, vt 2. q. 7. cũ paſtoris.

d ¶Submittamus.] Arg. ꝙ Imperator eſt minor quolibet epo, & excõmunicari põt ab epo, vt hic innuitur, & 18. diſt. quoniã quidem. 96. diſt. duo tũ. Imperator eſt maior in temporalibus illis, qui ab eo recipiũt temporalia: ſed minor eſt in ſpiritualib. ext. de ma. & obed. ſolitæ. 2. quæſt. 7. §. item cum Dauid.

CASVS. Ab antiquo fuit ſtatutū, ut archiepiſcopus cum omnibus ſuis ſuffraganeis ordinaret & cōſecraret ſuos epiſcopos; & ſuffraganei cōſecrarent ſuum archiepm̄. Sed hoc male ſ Dardania ſeruabat: immo archiepiſcopus alienos ſuffraganeos, & ſuffraganei archiepiſcopum alienum cōſecrabant. Et ideo Gelaſius monet omnes epiſcopos p̄ Dardaniam, vel quamlibet prouinciam conſtitutos, vt ab antiqua cōſuetudine non recedant, ita q̄ nullus archiepiſcopus ordinare p̄ſumat alterius ſuffraganeos, & nulli epiſcopi conſecrent archiepiſcopum alienum, & pręcepit eis ut regulas ueterū ſeruent. ſicut patres noſtri fecerunt. Sequens capit. eundem habet caſum cum primo cap. huius diſtin.

c ¶Ambitiones.] Id eſt, diſſenſiones.

d ¶Illicitas.] Dimitte, quia, & incipe ibi, non pudet.

e ¶Metropolitanis.] In conſecrandis epiſcopis.

f ¶Epiſcopis.] In metropolitanis conſecrandis.

Priuilegiū à conſuetudine inducitur.

g ¶Antiquitas.] Nota q̄ conſuetudo priuilegiū inducit. 9. q. 3. conqueſtus & præſtationes, quę fiunt à ruſticis, tempore acquiruntur. C de agri. litibus l. 11. Argu. contra 10. q. 3. quia. & dixi 18. q. 2. ſeruitium.

h ¶Vel impune.] Id eſt, ſaltem de facto. Laur. aliàs eſt in tex. uelut impune.

i ¶Sinceritatis.] Quia catholicam ſinceritatem non obſeruant.

k ¶Duximus.] Hic reſume, quia, quaſi dicat; q̃a hoc & hoc eſt, ideo duximus eam, &c.

l ¶Meminiſtis.] Et ideo debitum honorem eis exhibeatis.

m ¶Et.] id eſt, etiam.

n ¶Decernentes,] in cōmune, communem vtilitatem conſiderantes, & ad ſcrutinium venientes: vos omnes inquam unanimiter.

o ¶Statuatis.] & hoc fieri.

p ¶Antiſtites.] Subſtitus loco defunctorum, ſicut vetus, &c.

Eccleſia nō ſemper vicē defuncti ſuſtinet.

q ¶Et viciſſim.] Omnibus modis cenſeatis. metropolitanum ſubaudi.

r ¶Sacrari.] à cōprouincialibus epīs, ſi metropolitanus de hac vita, &c. hic eſt verus intellectus huius literę: nec hēt ꝯrium. Alij intelligunt ſic, q̄ mortuo metropolitano ſuffraganei poſſunt interim aliquē electū conſecrare, ſm̄ hoc hæc dictio, ſacrari, ponit paſſiuè: & nō ſubauditur ibi metropolitanus, ut 63. diſt. ſi forte. Sed ꝯ 100. diſt. qm̄. ibi dicitur q̄ uacante ſede metropolitana non debent epiſcopi ordinari. nec enim eccleſia ſuſtinet ſemper uicē defuncti epiſcopi, ut 12. q. 2 ſi qua & extra de præſ. c. 1. Sed illud cap. qm̄. poteſt intelligi quando ille fuit in mora petendi pallium. Io.

Vim ui repellere licet.

s ¶Patiamini.] Et ita reſiſtere p̄t q̄s p̄ iure ſuo 1. arg. C. vnde vi. l. 1. ff. ad leg. Aquil. l. ſcientiā. §. pen. arg. Vnde verſus: Cuilibet eſt homini licitum ſua iura tueri: Quodque reſiſto tibi: non potes inde queri. 23. q. ul. igitur cū ſæpe. ff. de peti. hęred. illud. & 61. diſt. nullus.

2 Argu. ad idē 7. q. 1. quia frater ibi ſpiritu cōtumaci. ſumpto ar. à cōtrario ſenſu. de hoc no. 11. q. 3. non debet.

ADDITIO. Nota tamen, ꝙ quis dicitur mouere controuerſiam etiam reſiſtendo. ff. de procura. non ſolũ. §. ſi datus. C. de euict. ſi controuerſiam. & not. ff. ad Senatuſconſul. Trebel. Lucius Titius. §. 1. Archid.

EPiſcopum.] Hæc eſt tertia pars diſt. in qua idẽ dicit

vendicare: quatenus & inter ipſas aduerſantium voluntatum procellas, veterum regulas nullatenus cuſtodire ceſſetis, ſicut perſecutionum tempore diuerſarum patres noſtros conſtanter feciſſe non dubium eſt.

Item ex concilio Martini Papæ.

De eodem. C. VII.

In capitulis Martini Braca. c. 4. ex cõc. Nic. c. 4.

EPiſcopum oportet [a] maxime quidem ab omni concilio conſtitui. Sed ſi hoc pro neceſſitate, aut pro longinquitate itineris difficile [b] fuerit, ex omnibus tres eligantur †, & omnium præſentium, vel abſentium ſubſcriptiones teneantur; & ſic poſtea ordinatio fiat. ¶ Huius autem rei poteſtas in omni prouincia ad metropolitanum pertineat epiſcopum.

† *al. colligantur.*

Item ex concilio Nicæno 1. c. 6.

¶ Non erit epiſcopus, qui præter metropolitani ſententiam fuerit ordinatus. C. VIII.

Anſel. l. 6. 42. Deuſdedit p. 1.

ILlud generaliter eſt clarum, quòd ſi quis [c] præter ſententiam metropolitani fuerit factus epiſcopus, hunc magna ſynodus diffiniuit epiſcopum eſſe non oportere.

DISTINCTIO LXV.

1 Ps

COmprouincialium [d] epiſcoporum vniuerſaliter deſideratur conſenſus in ordinatione epiſcopi. *Quòd ſi aliqui animoſitate ducti contradicere voluerint, obtinet ſententia plurimorum.*

Vnde in Nicæno concilio, c. 6.

¶ Si cæteris conſentientibus ordinationi epiſcoporum, duo, vel tres contradicant, obtineat ſententia plurimorum. C. I.

SAne ſi communi omnium conſenſu [a] rationabiliter probato ſecundum eccleſiaſticam regulam, duo, uel tres animoſitate [e] ducti per contentionem contradicant [f], obtineat plurimorum ſententia ſacerdotum.

In capitul. Martini Brac. ca. 3. ex cõc. Antioc. c. 19.

a ¶ Conſenſu.] *Græce legitur*, ψήφῳ εὐλόγῳ οὔσῃ, καὶ κατὰ κανόνα ἐκκλησιαςικὸν. *quod Dyoniſius vertit*, decreto rationabili, & ſecundum eccleſiaſticam regulam comprobato.

Item ex concilio Martini Papæ.

COmprouincialiũ.] Hæc diſtinctio diuiditur in tres partes. Secunda ibi. [Si autẽ.] Tertia ibi. [His auctoritatib.] Io. de Fan. CASVS. Dictum eſt ſupra, ꝙ comprouinciales epĩ debent intereſſe conſecrationi epĩ. Nunc vero in hac 65. diſt. dicit, ꝙ ſi aliqui cõtradixerint, obtinere debet ſententia plurimorum. & eſt primus articulus huius diſtinctionis, quæ quatuor habet articulos: qui per quatuor §. diſtinguũtur.

d ¶ Comprouincialium.] Hic intitulatur 65. diſtin. in qua quatuor articuli ponũtur 2. Primus eſt, quid iuris ſit in ordinatione epiſcopi, ſi aliqui epĩ diſſentiunt. Secundus, ꝙ metropolitanus non debet conſecrare epiſcopũ præter conſcientiam primatis, vbi primas eſt. Tertius, ꝙ epiſcopus non conſecratus in præſentia achiepiſcopi debet eum intra ſpatium triũ menſium viſitare. Quartus eſt, ꝙ ſi vnum tãtum epiſcopum contingit in prouincia ſupereſſe, inuitare debet vicinæ prouinciæ epiſcopos, & cũ eis conſecrare comprouinciales epiſcopos: aut ſi ipſe negligit, epiſcopi conuenient ipſo cõtradicente, & conſecrabunt epiſcopos. In primo ergo articulo obtinebit ſententia plurimorum.

Hæc diſt. quatuor articulos cõprehendit. 2 Cõcor. l. nominationum. C. de decu. li. 10. & l. nulli. cũ ſequen. ſt. ꝙ cuiuſq; vniuer.

SAne.] CASVS. In Nicæno cõcilio q̃ſitum fuit ſi in ordinatione epiſcopi duo vel tres contradicant pluribus, quorum ſententia obtineat? Rñdet ꝙ plurimorum ſententia obtinebit.

e ¶ Animoſitate.] Per hoc patet eos malo 3 zelo duci: quia cũcta mala miniſtrat impetus. de pœniten. diſt. 3. inter hæc hircum, aliàs lecus. idem ſi non animoſitate. 31. diſt. Nicæna.

3 Aliàs hoc verbum ſumit in bona ſignificatione, vt 87. diſt. q ſquis.

cit quod iam dictum erat, ſcilicet ꝙ ſine conſenſu archiepiſcopi ordinari non debet. Ioan. de Fan.

a ¶ Oportet. Id eſt, congruũ & opportunũ eſt. Lau. 1

1 Sic ponit 25. q. 1. c. 1.

b ¶ Difficile.] ſ. diſt. 61. Catinenſis. ibi, vt impoſſibile, &c. Lau. ita ſumitur hic difficile, vt ibi impoſſibile.

ILlud generaliter.] CASVS. Statuitur in hoc cap. ꝙ ſi quis præter conſcientiam metropolitani fuit ordinatus in epiſcopum, debet deponi. vel melius ab executione epiſcopalis officij remoueri.

c ¶ Si quis.] Infra diſ. prox. c. 2. & 3. & 1. q. 1. ordinationes. & q. vlt quoniam quidquid. §. 1.

f ¶ Contradicant.] Sed quid ſi archiepiſcopus ſolus contradicat, nec vult conſecrare, & omnes alij volunt: vel ipſe vult, & ipſi nolunt? Dico archiepm̃ præferẽdũ, niſi ille malo zelo moueretur: vel niſi ipſi cauſam diſſenſus aſſignarent; & ordinabit ipſum cũ epiſcopis vicinæ prouinciæ, ſecundũ Hug. Tu dic, ꝙ ſi archiepiſcopus cauſam non aſſignet ſuæ contradictionis, pro conſentiente habetur: arg. ff ſoluto matrimo. dotẽ. extra de his quæ fiunt à maio. parte capit. cum in cunctis. ff. de lega. 1.

Metropolitanus & ſui ſuffraganei ſi diſſẽtiãt in cõſecratione epiſcopi quis pferatur.

de lega.1.filiusfamilias.§.diuus.extra de iure patr. paſtoralis.& vnus omnibus reſiſteret, ſi cauſam aſſignauerit.31.diſtin.Nicæna.immo ſi non audiretur, deponeret & ordinator & ordinatus.a 1.diſ.tãtis,& in auth. de ſanctiſ.epiſc.§.2.colla.9. Vel dic ꝙ petetur cõſecratio à ſuperiore 1.vt dixi 63.diſt.cap.vlt.

epi,vt 6.q.4.c.1.& 2.& in re cõi,vt ff.cõ.diui.Sabinus.& in iudicibus delegatis à principe 4.vt C. de appella. in offerendis.& in cauſa liberali,vt C.de com.ſer.ma.l.1.§ 2.& dum quis plus iuris habet in re,vt C.de dona. ſancimus.§.ne autem.Item dũ quis facit hoc,qđ religio

4 De hoc vide qđ no 2.q.6.§. item ſi plures. in gl. 1.

¶De eodem. C. II.

NOn debet ordinari epiſcopus abſque conſilio, & præſentia † metropolitani epiſcopi. Adeſſe autem oportet omnes, qui ſunt in prouincia ſacerdotes; quos per ſuã debet epiſtolam metropolitanus conuocare. Et quidem ſi omnes ocurrerint†, bene: ſi autẽ hoc difficile fuerit, plures oportet occurrere [a]. Qui autem nõ conuenerint, præſentiam [b] ſui per epiſtolas faciant; & ſic omnium facto cõſenſu, ordinationem epiſcopi fieri oportet. Si autem aliter, præter quod terminatum eſt à nobis, fuerit factum; talem ordinationem nihil valere decernimus. 2 ¶Si autem ſecundum canones ordinatio epiſcopi fuerit facta; & aliquis cum malitia in aliquo contradixerit, plurimorum cõſenſus obtineat.

† al. conſcientia

† al. concurrerint

Item ex concilio Antiocheno.c.19.

Cap.18.

¶De eodem. C. III.

EPiſcopus non eſt ordinandus ſine concilio, & præſentia metropolitani epiſcopi; cui melius erit, ſi ex omni prouincia cõgregẽtur epiſcopi. Quod ſi fieri non poteſt; hi qui adeſſe nõ poſſunt, proprijs litteris [c] conſenſum ſuũ de ipſo deſignent; & tunc demum poſt plurimorum ſiue per præſentiam ſiue per litteras conſenſum ſententia conſona ordinetur. Quòd ſi aliter, quàm ſtatutũ eſt, fiat, nihil ualere huiuſmodi ordinationem. ¶Si vero etiam ſecundum definitas regulas ordinatio celebretur, contradicant autem aliqui propter proprias, & domeſticas ſimultates; his contemptis [d], ſententia de eo obtineat plurimorum [e].

¶Verbis Græcis multo melius reſpondet altera verſio, quæ Dionyſij eſt, ideoque illa conſulenda.

Si autem prouinciam primatem habere conſtiterit; nec etiam à metropolitano abſq. eius conſcientia epiſcopum [f] cõſecrare licebit. *Vnde Leo Papa Anaſtaſio epiſcopo, epiſto.82.al.84 c.6.*

Archiepſ. I cõfirmatione non tenet primatem conſulere.

¶Abſque primatis conſenſu metropolitanus epiſcopum non ordinet. C IIII.

DE perſona autem conſecrandi epiſcopi, & de cleri, plebiſque conſenſu metropolitanus epiſcopus ad fra

Deuſdedit p.1. Iuo p.5.c.348.

1 Hæc fuit ſnĩa Hu. q intelligit hoc eſſe verũ vbi metropolitanus nõ vult conſecrare, & omnes alij volunt. Archid.

NOn dẽt.] Quæſitum fuit qualiter debeat fieri ordinatio epiſcopi. Et reſpondet ꝙ debet fieri ab omnibus comprouincialibus epiſcopis, & metropolitano pñte, qui per ſuã epiſtolã conuocabit omnes comprouinciales epõs: & ſi omnes intereſſe non poſſunt, ſaltem tres cõuenire debent, cæteris præſtantibus conſenſum per ſuas litteras, & ſi aliter fiat ordinatio, nõ valebit. Si vero duo vel tres malitioſè ɔ̃dicant, obtineat ſententia plurimorum. Idẽ eſt caſus cap. ſequen.

a ¶Oportet concurrere.] Duos ad minus.66.diſt.porro.

Pñtari dicĩ quis per litteras.

b ¶Præſentiam.] Exhibet ergo quis per ſuas litteras tantum præſentiam ſuam., & exoneratur procurator à ſatiſdatione, ac ſi præſens eſſet cum litteris de rato 2.ff.de procu.ſi procuratorem. Arg. contra de peni.diſt.1. quem pœnitet.in fi. Inſti. de auctor.tuto.§.1.& ff de auctori.tuto. obligari.§. pupillus. ſimiliter per l. gratum repræſentatur ſuperioris auctoritas.93.diſt. cap.1.& extra de ap. cum parati. Laur.

2 De hoc articulo not. ex̃ de ꝓcu. accedẽs. in gl.2. & cap. mãdato in gl.de mãdato,&c.adde quod dicã 16.q.1.monachi.in additione de canone. Archid.

SI AVTEM. Hæc eſt ſecunda pars diſt. ſecundum Io. de Fant. & dicit hic Hu. quòd generaliter non ſeruatur quod hic dicitur.

EPiſcopus.]

c ¶Proprijs litteris.] Si etiam omnes contradicerent, & vnus conſentiret, non poteſt ille vnus reuocare conſenſum ſuum. ff.quorum lega.l.1.§. alter. contrarium not. ſupra 63 diſt. quanto.

SI VERO. Hic eſt ſecundus articulus huius diſt vbi dicitur, ꝙ ſi prouincia primatem habeat, archiepiſcopus ſine eius conſcientia epm conſecrare non debet.

d ¶Cõtemptis.] Id eſt, omiſſis ff. de mino. ſi iudex.11.q.3.qui reſiſtit. nam neminem debemus contemnere.

e ¶Plurimorum.] Regulare eſt, ꝙ præiudicet conſenſus maioris partis, vt hic dicitur 3. niſi in caſu, vt extra de reſcrip. paſtoralis. & in cauſa patronorum, vt extra de iure patr. quon.6. & cũ examinatur cauſa criminalis

3 Concor. text.in l. & ſuũ hæredẽ § fi.& l.ſeq. ff.de pac.& l. ꝙ maior. ff ad municip.

gio reqrit, vel natura rei, vt iſti.de rerũ diu.§.religioſũ.

f ¶Epm.] Ex quo ergo primatẽ hẽt archiepſ, ſp conſulat eũ ſuper conſecratione epi, & ſi primas fortè nõ vult conſentire, dicit H. cum ſuperiore eſſe agendum arg.8.q.3. Artaldus. Vel fortè ex tunc Archiepſ poterit conſecrare. In confirmatione autem facienda non dico primatem conſulendum: quia non inuenio expreſſum 5. nec primas conſulat Papam ſuper conſecratione ſui ſuffraganei, vt arg.63 diſt. cum longè. alias nulla vel modica eſſet auctoritas primatis. Quid iuris primas habet, dixi ſupra 18 d ſt. cap.1. &c.

5 Sub.& diffinitum eſt, primates vel Patriarchas nil, & c.9.q.3. cõqueſtus. extra de offi. or. duo. ſic 1.q.1. ga cognouimus. 16.q.1.nulli epõrũ. & 18.q.3. hoc tm 25.q.2. amputato. Archi.

DE perſona.] CASVS. Anaſtaſius Patriarcha quæſiuit

fuit à Leone, vtrùm archiepiſcopus ſine eius cõſenſu debeat epiſcopum conſecrare. Et reſpondet ꝙ nõ: ſed archiepiſcopus de electione & conſecratione epi ſibi debet notificare, & quod in prouintia factũ eſt, ut ſua fraternitas ipſum confirmet, & approbet ſine mora, ne gre-

epiſcopi electionem. vt no. 63. diſt. quia igitur, aliàs nõ reperitur, ꝙ maiorem habeat iuriſdictionem in eum: nam concilium ſine eo celebrare poteſt. arg. 92. diſt. c. pe. 18. diſt. c. 1. ubi not. Ioan. de Fant.
b ¶Confirmet.] Infra 16. q. 7. nullus omnino.

ternitatem tuam [a] referat; quodque in prouincia bene placuit, ſcire te faciat, ut ordinationem rite celebrandum tua quoque confirmet [b] auctoritas. Quæ rectis diſpoſitionibus nihil moræ [c], aut difficultatis debet afferre, ne gregibus Domini diu deſit cura paſtorum.

Item ex concilio Carthaginenſi 2. c. 12.

¶De eodem. C. V.

PLacet omnibus, ut inconſulto primate cuiuslibet prouinciæ, tam facile nemo præſumat, licet cũ multis epiſcopis, in quocunque [d] loco ſine eius, ut dictum eſt, præcepto epiſcopum ordinare. ¶Si autem neceſſitas fuerit [e], tres epiſcopi, in quocunque loco ſint, cum primatis præcepto ordinare debeant epiſcopum.

Item ex concilio Nicæno, c. 6.

¶Vnicuique eccleſiæ proprius honor ſeruetur. C. VI.

Anſ. l. 4. c. 46. Poly. l. 2. tit. 22.

MOs antiquus [f] perdurat † in Aegypto, uel Lybia, & Pentapoli [g], ut Alexandrinus epiſcopus horum omnium habeat poteſtatem: quandoquidem & epiſcopo Romano parilis [h] hic mos eſt. ¶Similiter autem & apud Antiochiam, cęteraſque prouincias honor ſuus unicuique ſeruetur eccleſiæ [i].

† *perduret*] κρατείτω.

a ¶Parilis *Græce legitur* ἐπειδὴ καὶ τῷ ἐν τῇ Ῥώμῃ ἐπισκόπῳ τοῦτο συνηθές ἐστιν, *id eſt*, [illegible] Romani & Romæ Pontifici hoc vſitatum eſt *Quibus verbis nulla paritas Romani & Alexandrini Patriarchatus inducitur, vt quidam male interpretati ſunt. De qua re optime Nicolaus primus in epiſtola ad Michaelem Imperatorem, quæ incipit,* Propoſueramus, *ſic ſcripſit:* Nicæna ſynodus nouerat Romanæ eccleſiæ omnia Domini ſermone conceſſa: Si omnia, ergo defuit nihil, quod non illi conceſſerit. Denique ſi inſtituta Nicænæ ſynodi diligenter inſpiciantur; inuenietur profecto, quia Romanæ eccleſiæ nullum eadẽ ſynodus Alexandrinæ eccleſiæ tribueret, particulariter ſumpſit exemplum. *Hactenus Nicolaus. Statutum igitur ita in Alexandrina eccleſia obſeruandum, quia ſic fieret in Romana.*

Item ex eodem, cap. 7.

¶De eodem. C. VII.

QVoniam mos antiquus obtinuit, & vetuſta traditio, vt Aeliæ [k], id eſt Hieroſolymorum † epiſcopo ho

† *al. Hieroſolyma*

c ¶Moræ.] Sic 2. q. 1. ſicut & extra de ſent. & re. iud. iurgãtiũ. immo & vbi pœna eſt imponẽda, nulla mora debet interuenire. de pæ. diſ. 1. Adã. arg. cõtra 11. q. 3. cũ apud. negotia, ergo cũ celeritate expediẽda ſũt.

Pœna eſt imponẽda ſine mora.

PLacet.] CASVS. Hoc c. duas habet partes. In prima dr̃, ꝙ archiep̃s inconſulto primate non debet ep̃m conſecrare. In ſecunda dicitur, ꝙ ſi archiepiſcopus abeſt ex præcepto primatis, tres epiſcopi poſſunt epiſcopum ordinare. Secunda pars incipit ibi, [Si autem.]
d ¶In quocunque.] dum tñ honeſto. nam dicit lex, ꝙ cum dicit, quidam ſunt alijs pręferendi. intelligẽdum eſt ſi ſint honeſti. ff. de mune. & ho. ut gradatim. ff. de recept. arbit. ſi cum dies. §. ſi arbiter.
e ¶Si autem neceſſitas fuerit.] Id eſt, ſi archiepiſcopus non eſt in prouincia.

MOs antiquus.] CASVS. Dicitur in hoc c. ꝙ ſecundum antiquam conſuetudinẽ honor proprius reſeruatur p̃ ſuas prouincias Alexandrino patriarchæ; qui ſimilis eſt Romano. Idem dicit, de Antiocheno, & alijs patriarchis. In ſequen. ca. dicit ꝙ honor proprius deferatur Hieroſolymitano patriarchæ, ita quòd non fiat præiudicium metropolitano.
f ¶Mos antiquus.] arg. pro cõſuetudine ſeruanda, ut 9. q. 3. cõqueſtus.
g ¶Et Pentapoli.] Regio eſt.
h ¶Parilis.] Id eſt, ſimili in quibuſdã: qa vterque deponit ep̃os, Vel dic 1 Romano, ideſt, Conſtãtinopolitano ſic ponit. 24 q. 2. ſane profertur hæc. n. ſubeſt Papæ ſicut aliæ. 9. q. 3. cũcta. & 24. q. 1. quoties.
i ¶Eccleſiæ.] Infra diſt. 99. ecce.

gregibus Domini diu deſit cura paſtoralis.
a ¶Fraternitatem tuam.] O Anaſtaſii patriarcha.
ADDITIO. Subaudi. cui Papa loquitur, ſcilicet, ut ei aſſenſum præbeat. in hoc enim verſatur primatis iuriſdictio. Similiter ꝙ à metropolitano ad eum appellatur: & ꝙ maiores cauſæ ad eum deferuntur. 9. q. 3. conqueſtus. 2. q. 6. cap. 2. 18. diſt. c. 1. Similiter confirmat archi

K QVoniam.] ¶Vt Aeliæ.] Aelia uocata eſt ciuitas Hieroſolyma ab Helio quæſtore 2, qui ſitũ ciuitatus mutauit cum primo dicta fuit Salem, po-

1 Melius & planus ſecundũ Hu. Hieruſalẽ varia habet nomina.
2 Quęſtore immo ab Helio Hadriano Imperatore. Euſeb. hiſt. eccleſ. l. 4. c 6.

ſtea

nor deferatur, habeat conſequenter honorem: manente [a] tamen metropolitanæ ciuitati propria dignitate.

Qui vero à comprouincialibus ſuis cum metropolitani licentia fuerit ordinatus, infra conſtituta tempora cum ſe repræſentet aſpectibus.

Vnde in Tarraconenſi concilio, cap. 5. legitur.

¶Metropolitano ſe repræſentet nuper factus epiſcopus. C. VIII.

SI quis in metropolitana ciuitate non fuerit [b] epiſcopus ordinatus, poſtquam ſuſcepta benedictione per metropolitani litteras honorẽ fuerit epiſcopi adeptus: id optimum eſſe decreuimus, ut poſtmodum ſtatuto tempore, id eſt impletis [c] duobus [d] menſibus, ſe metropolitani ſui repræſentet aſpectibus; ut ab illo monitis eccleſiaſticis inſtructus plenius, quod obſeruare debeat, recognoſcat. Quòd ſi forte hoc implere neglexerit, in ſynodo increpatus à fratribus corrigatur. Et ſi forte infirmitate [e] aliqua, ne hoc impleat, fuerit præpeditus, hoc ſuis litteris metropolitano indicare procuret.

3 *His auctoritatibus datur intelligi, quòd epiſcopi à comprouincialibus ſuis debeant ordinari. Sed quæritur, ſi in prouincia plurimi epiſcopi fuerint † & contigerit forte vnum remanere epiſcopum, quid fieri debeat. ille, quia ſolus eſt, ordinare non poteſt epiſcopum: comprouinciales enim non habet, cum quibus epiſcopum conſecrare valeat. Cum ergo talis neceſſitas fuerit, quid faciendum ſit, in Sardicenſi concilio definitur. in quo cap. quinto ſic ſtatutum legitur.* † al. non fuerint

¶Si forte vnus tantum in prouincia remanſerit epiſcopus ad conſecrationem epiſcopi de vicina prouincia conuocentur. C. IX.

SI forte [f] in prouincia vnum tantum cõtigerit remanere epiſcopum; ſuperſtes [g] epiſcopus conuocet [h] epiſcopos Burc. l. 1. c. 26. Iuo p. 5. c. 137.

ſtea Hicbus, poſtea Salomonia à Salomone, inde dicta eſt Hieroſolyma à Hieron, quod eſt ſacra, & Salomon, quaſi ciuitas ſacra Salomonis.

a ¶Manente.] Vt nõ minuatur ab eo electio enim epiſcoporum ad ſolum metropolitanum eſt referẽda, ſed conſecratio non debet fieri ſine notitia primatis.

QVI VERO. CASVS. Hic eſt tertius articulus, ubi dicitur, ꝙ epiſcopus cõſecratus de metropolitani licẽtia abſente, tamẽ eius ſe conſpectui ꝑſentet intra tres menſes.

SI quis.] CASVS. Dicitur in hoc ca. ꝙ ſi eps̃ in ſede metropolitana nõ fuerit ordinatus, intra tres mẽſes a tempore ordinationis conſpectui metropolitani ſe repræſentet, ut ab illo doceatur quid debeat obſeruare: qđ ſi negligat epiſcopus, in ſynodo corrigatur. Si uero ire non poteſt, hoc ſuis litteris ſtudeat indicare.

b ¶Non fuerit.] ubi enim vult metropolitanus, ibi ordinandus eſt epiſcopus, ut 51. diſt. qui in aliquo.

c ¶Impletis.] Sic ergo eps̃ cõſecratus præter conſcientiã 1 metropolitani eius conſpectui debet præſentari intra tres mẽſes, vt ſ. diſt. 63. cum lõge ſed ordinati à Papa dẽnt ſe præſentare conſpectui eius ſingulis annis. 93. diſt. iuxta ſanctorum.

d ¶Duobus.] ſ. diſt. 63. cum longe. cõtra. ſed potius conſonat: qa ibi & hic intra tertiũ mẽſem hoc facit.

e ¶Et ſi forte infirmitate.] Simile ſ. diſt. 18. epiſcopus ad ſynodum. 5. q. 3. c. 1. vbi de hoc tractaui, & ff. de leg. 1. ſi grege. §. fin. idem eſt in alijs impedimentis. & hoc ponitur gratia exempli.

HIS AVCTORITATIBVS. CASVS. Supra dictũ eſt, ꝙ epiſcopi à comprouincialibus epiſcopis debent ordinari: ſed nunc quæritur quid fieri debeat, ſi tantum unus epiſcopus in prouincia remanſerit cæteris defunctis. Et de hoc quid fieri debeat, in ſequen. cap dicẽ.

SI forte.] CASVS. Quæſitũ fuit in cõcilio Sardicenſi, ſi cõtingat, ꝙ omnes epiſcopi prouinciæ ſint defuncti præter vnum, & aliquis velit in epiſcopum promoueri ſiue ordinari, a quibus ſit ordinandus. Et reſpondet ꝙ ille ſuperſtes debet epiſcopos vicinæ prouinciæ conuocare, & cum ipſis ordinet. Si autem hoc negligat facere, populi conueniant epiſcopos vicinæ prouinciç & illum ſolum epiſcopum, qui in prouincia remanſit, ipſi epiſcopi citabunt, vt veniat. Si uero non uenerit, ipſi nihilo minus eum ordinabunt.

f ¶Si forte.] Hoc ca. ſemper ad hoc conſueuit induci, ꝙ vniuerſitas ſtet in vno. vt ff. quod cuiuſq; vni. l. ſicut. immo potius in contrarium poteſt induci, cum iſte ſolus non poſſit id quod vniuerſitas potuit. vnde dico, ꝙ vniuerſitas perijt cum redigitur ad vnum caput. arg. ff. de leg. 1. ſi grege. Vnde ſatis dici poteſt, ꝙ ſi omnes delinquant in eligendo prçter vnum, ꝙ ille ſolus non põt eligere, cum non conſtat in eo ius vniuerſitatis. Io. qđ credo falſum, vt ff quod cuiuſq; vniuer. l. ſicut municipij, in fi. & extra de elect. bonç memoriç 2. Vnde dico, ꝙ ſi omnes peccent præter vnum, ꝙ ille ſolus poteſt eligere, per iura ſuperius poſita.

g ¶Superſtes.] Et ita ius vniuerſitatis deuoluitur ad vnum. inſti. de leg. §. ſi grex. ff. qđ cuiuſq; vniuer. ſicut. §. in decurionibus. B. Sed quis dabit ipſis epiſcopis expenſas? Eccleſia quç vacat. arg. 4. q. 3. vẽturis. & 10. q. 3. cauendũ. & 12. q. 2. charitatẽ. ſi eſt tenuis, comedẽt de ſuo, ut extra de vita & honeſta. cler. cum ab omni.

h ¶Conuocet.] Sed nũquid tenentur illi cõuenire ad cõuocationem illius? Tenentur quidem: & niſi venirẽt peccarent, arg. 11. q. 1. ſicut enim. arg. diſ. 90. ꝑcipimus. & debent tunc cogi ab ipſorum prælato vel Papa. H. dicit ꝙ ab iſto compelli poſſunt auctoritate huius canonis. nam quandoque par in parem 2 habet imperium, ut 2. q. 6. placuit 2. & 6. q. 4. cap. 2.

h ¶Cõuocet.] Arg. ꝙ vacãte eccleſia clerici poſſunt vi

cinos

Epiſcopi inſcio metropolitano conſecrati q d facere debẽt.

1 Quidam dicunt, ꝙ hoc dictũ non eſt uerum, qa hic non loquiẽ de eo, qui præter conſcientiã eſt ꝓmotus ad ordines, ſed loqtur qñ ordinaẽ ex mãdato archiepĩ cõfirmati nõ conſecrati. & ſic eſt ſimile extra de elec. ſuffraganeis. & hoc hic tenebat Iaco. de Alu. Arch. tñ cõtra.

Ius eligẽdi põt in uno remanere.

Par in parẽ qñq; imperiũ habet.

2 Certe in hoc caſu iſte epiſcopus non eſt par. imo eſt ſupior quo ad uocationem auctoritate huius canonis.

vicinæ prouinciæ, & cum eis ordinet cõprouinciales ſibi epiſcopos. Quod ſi facere neglexerit [a], populi [b] conueniant epiſcopos prouinciæ uicinæ, & illius prius commoneant epiſcopum, qui in eadem prouincia commoratur, & oſtendant, quòd populi petant ſibi epiſcopum rectoré, & doceant iuſtum eſſe, vt ueniat ipſe *α*, & cum eis ordinet epiſcopum. Quòd ſi litteris conuentus tacuerit [c], & diſſimulauerit, nihilq́; reſcripſerit; tunc ſatisfaciẽdum eſt populis, ut conueniant ex vicina prouincia epiſcopi, & ordinent epiſcopum.

¶*Capitulum hoc, quomodo refertur à Gratiano, præcipuè in priore parte, neque cum Latino, quod geminum eſt in tomis conciliorum, multoque minus cũ Græco canone conuenit: quinetiã apud Burchardũ, & Iuonem varie legitur. Huius vero concilij canones à Latinis Latinè, & à Græcis Græcè à principio ſcriptos fuiſſe Nicolaus Papa Photio ſcribens in epiſtola, qua incipit*, Innumerabilium, *his uerbis indicat.* Quomodo autem non eſſe apud vos Sardicenſes canones tu ſolus adſtruere poteris, quando non ſolù a Latinæ, verum etiam cum alijs a Græcæ linguæ hominibus ſtatuti ſunt, & promulgati? Qua de re credibile non eſt, quod ibi diffinitum eſt, unumquemq; ipſorum minimè propriæ linguæ tradidiſſe. *Dionyſius quoque exiguus in epiſtola ad Stephanũ epiſcopũ, qua ei ſuã Græcorũ canonũ interpretationẽ obtulit, Sardicenſe conciliũ à principio inter Latinos Latinè editum fuiſſe his verbis ſignificet:* Tunc ſancti Chalcedonenſis concilij decreta ſubdentes, in his Græcorũ canonum finem eſſe declaramus, ne quid præterea notitiæ ueſtræ credamur velle ſubtrahere. Statuta quoq; Sardicẽſis concilij, atq; Africani q̃ Latinè ſunt edita, ſuis a ſe numeris cernunť eſſe diſtincta.

α ¶Vt ueniat ipſe.] *Tam in concilio, quod eſt in codice canonum, quàm quod in collectione Iſidori, & apud Burchardum, & Iuonem legitur*, ut & ipſi ueniant, & cum ipſo ordinent epiſcopum. *Græcus autem canon ita habet.*

Ὅσιος ἐπίσκοπος εἶπεν. ἐὰν συμβῇ ἐν μιᾷ ἐπαρχίᾳ, ἐν ᾗ πλεῖστοι ἐπίσκοποι τυγχάνουσιν, ἕνα ἐπίσκοπον ἀπομεῖναι, κἀκεῖνος κατά τινα ἀμέλειαν μὴ βουληθῇ συνελθεῖν καὶ συναινέσαι τῇ καταστάσει τῶν ἐπισκόπων, τὰ δὲ πλήθη συναθροισθέντα παρακαλοῖεν γίνεσθαι τὴν κατάστασιν τοῦ παρ' αὐτῶν ἐπιζητουμένου ἐπισκόπου, χρὴ πρότερον ἐκεῖνον τὸν ἐναπομείναντα ἐπίσκοπον ὑπομιμνήσκεσθαι διὰ γραμμάτων τοῦ ἐξάρχου τῆς ἐπαρχίας (λέγω δὴ τοῦ ἐπισκόπου τῆς μητροπόλεως) ὅτι ἀξιοῖ τὰ πλήθη ποιμένα αὐτοῖς δοθῆναι, ἡγοῦμαι καλῶς ἔχειν καὶ τοῦτον ἐκδέχεσθαι, ἵνα παραγένηται. Εἰ δὲ μὴ διὰ γραμμάτων ἀξιωθεὶς παραγένηται, μήτε μὴν ἀντιγράφοι, τὸ ἱκανὸν τῇ βουλήσει τοῦ πλήθους χρὴ γίνεσθαι. χρὴ δὲ καὶ μετακαλεῖσθαι, καὶ τοὺς ἀπὸ τῆς πλησιοχώρου ἐπαρχίας ἐπισκόπους, πρὸς τὴν κατάστασιν τοῦ τῆς μητροπόλεως ἐπισκόπου.

Id eſt, Oſius epiſcopus dixit. Si qua in prouincia, in qua plurimi ſunt epiſcopi, contigerit vnum epiſcopum morari abſentem, neque is propter negligentiam quandam conuenire voluerit, neque epiſcoporum creationi conſentire; populi uero congregati poſtulent eum, quem ipſi expetunt, epiſcopum conſtitui: primum oportet epiſcopum illum, qui abſens moratur, admoneri litteris primatis prouinciæ (nimirum epiſcopi metropolitani) de populorum poſtulato, paſtorem ſibi dari petentium: rectè autem ſe habere puto, eum quoque, ut interſit

cinos epiſcopos conuocare, ut 7. q. 1. Pontifices.

a ¶Neglexerit.] Arg. ꝙ ſi ſubditi negligũt facere quæ debent, ea debeãt ſuppleri à maiori vel per ſe vel per alium, & econuerſo: arg. 9. q. 3. cum ſimus. arg. 89. diſt. volumus. 8. q. 1. Astaldus.

b ¶Populi.] Largè ſumitur hic populus, q̃a cauſa communis eſt, & ita non eſt contra. 9. q. 3. cum ſimus.

c ¶Tacuerit.] Hic tacens pro contumace hř. Alibi pro fugiẽte. 63. diſt. ſit rector. Alibi pro ꝯdicente, ut ff. de procur. filius familiàs. §. inuitus. 86. diſt. tanta. Alibi pro conſentiente. 54. diſtin. ſi ſeruus. ff. de interro. act. de ætate. §. qui tacuit. Alibi pro neutro. ff. de reg. iur. qui tacet.

Preſumitur in multis ꝯ tacentem.

ARchiepiſcopus.] Hæc diſt. diuidit̃ in duas partes. Secunda ibi,] De epiſcopis.] Io. de Fant.

CASVS. Supra in duabus proximis diſt. dictum eſt de ordinibus epiſcoporum: nunc vero dicit Gratianus de ordinatione archiepiſcoporum in hac 66. diſt. in qua dicitur, quòd debet ab omnibus epiſcopis prouinciæ ordinari, & repetit de ordinatione epiſcoporũ.

Cõſecratio epĩ & archiepĩ differunt.

a ¶Archiepiſcopus.] Hic depingitur 66. diſtinct. in qua oſtendit ps magiſter duo: ſcilicet qui debeant intereſſe in conſecratione metropolitani: quia omnes ſuffraganei, & ꝙ nullus debeat conſecrari in epiſcopum à paucioribus, quàm à tribus. Dicit ergo Hu. hoc referre inter conſecrationem epiſcopi, & archiepiſcopi; quia in conſecratione archiepiſcopi omnes epiſcopi interer unt niſi eſſet urgentiſſima neceſſitas, in conſecratione epiſcopi etiam ſi nõ ſit grauis, dum tamẽ aliqua ſit neceſſitas, ſufficit per litteras conſentire. 51. diſt. c. ſi.

ARchiepiſcopus ab omnibus.] CASVS. Anicetus Papa ſtatuit in hoc cap. vt archiepiſcopus ordinetur ab omnibus epiſcopis ſuæ prouinciæ: nec debet hoc mutari: quia qui omnibus epiſcopis debet præeſſe, debet ab omnibus approbari & conſtitui: quod ſi aliter factum eſt, uel fuerit, irritum erit. Sequens §. patet. in quo dicitur, quòd epiſcopus debet ordinari ſaltem à tribus epiſcopis.

Iacobi Hieroſolymitani archiepiſcopi, qui fuit ordinatus à tribus: ſcilicet à Petro, Iacobo, & Ioanne. Et in hoc dederunt formam ſuis ſucceſſoribus, ut ad minus à tribus epiſcopis cæteris conſentientibus conſecretur epiſcopus.

Iacobus fuit primus archiepĩs. Iacobus frater dñi nũcupabatur.

f ¶Ar-

ſit, expectari †. Quòd ſi neque per litteras rogatus affuerit, ac ne reſcripſerit quidem, ſatisfaciendum populi voluntati eſt. Conuocari autem oportet ex vicina etiam prouincia epiſcopos ad metropolitani epiſcopi creationem.

†al. admitti.

DISTINCTIO LXVI.

ARchiepiſcopus [a] *autem ab omnibus ſuæ prouinciæ epiſcopis debet ordinari* †.

†Sic Iuſtin. nouell. 131. in prin.

Vnde Anicetus Papa in epiſt. ad epiſcopos Galliæ.

¶Ab omnibus ſuffraganeis ſuis archiepiſcopus ordinetur. C. I.

ARchiepiſcopus [b] *α* ab omnibus ſuæ prouinciæ epiſcopis ordinetur. *& infra β*. ¶Illud tamen, quod de archiepiſcopi conſecratione prædictum eſt, atque præceptum, id eſt, vt omnes ſuffraganei eum ordinent, nullatenus immutari licet: quia, qui illis præeſt, ab omnibus [c] epiſcopis, quibus præeſt, debet conſtitui. Sin aliter præſumptum fuerit; viribus carere non dubium eſt; quia irrita [d] erit eius ſecus acta ordinatio.

Extra de el. or. c. ſi archiepĩs. Poly. l. 2. tit. 8. Anſ. l. 6. c. 39. Burc. l. 1. c. 28. Iuo p. 5. c. 139. Pann. l. 3. c. 10.

α ¶Archiepiſcopus.] *Hæc prior pars in epiſtola ipſa & apud cæteros collectores fuſius exponitur.*

β ¶Et infra.] *Hic in epiſtola cum multa alia ſunt interiecta, tum cap.* com prouinciales, *ſupra. diſt.* 64.

De epiſcopis autem non ordinandis à paucioribus quam tribus [e] *epiſcopis, Anacletus epiſt. 2. ad epiſcopos Italiæ ſcribit, dicens.*

¶Epiſcopus non minus, quàm à tribus epiſcopis ordinatur. C. II.

POrro & Hieroſolymitarum primus archiepiſcopus [f] beatus Iacobus, qui iuſtus dicebatur, & ſecundum carnem Domini nuncupatus [g] eſt frater, à Petro, Iacobo, & Ioanne apoſtolis eſt ordinatus [h], ſucceſſoribus uidelicet

Idem repetitur I epiſt. Aniceti. Polyc. ibid. Anſ. l. 6. c. 53. Burc. l. 1. c. 15. Iuo p. 5. c. 139. Pann. l. 3. c. 17.

b ¶Archiepiſcopus.] Argu ꝙ ſi eligitur abbas alicuius monaſterij, qui præeſt alijs monaſterijs, omnes abbates illorum monaſteriorum debent conſentire, & electioni intereſſe.

Electioni abbatis qs conſentire debet.

c ¶Ab. omnibus.] Arg. quod omnes tangit, ab omnibus debet approbari, ut 8 q. 1. licet C. de auctoritate præſtan. l. vlt. & 54. diſt c. 1.

d ¶Irrita.] Quo ad officij executionem.

e ¶Quàm tribus.] Sed quare tres epiſcopi debent intereſſe? quia in tribus eſt fidei fundamentum: quam puris & ſimplicibus verbis confiteri tenentur. 23. diſt. qui epiſcopus. & 24. diſt. quando.

POrro.] CASVS Quæſitum fuit ab Anacleto utrum epiſcopus poſſet ordinari à paucioribus quam à tribus epiſcopis. Et reſpondet quòd non, & hoc exemplo

f ¶Archiepiſcopus.] Supra 21. diſt. cleros. contra. Sed Matthias fuit primus ordinatus in clericum; iſte primus in archiepiſcopum.

g ¶Nuncupatus.] Quia filius fuit ſororis matris Domini: vel quia fuit ei ſimilis prorſus in perſona: vel qa mater ſua fuit filia fratris Ioſeph, qui putabatur pater Domini 1. 27. q. 2. coniunx.

h ¶Ordinatus.] Id eſt, ad certi loci adminiſtrationem electus: uel ordinatus ſimpliciter. Sed nõne omnes apoſtoli erãt epiſcopi? Videtur quòd ſic: quia Petro primo fuit datus pontificatus: & omnes alij fuerunt pari poteſtate præditi, vt 21. diſt in nouo 2. Item epiſcopi ſucceſſerunt in locum apoſtolorum, ut 68. diſt. quorum. ergo apoſtoli fuerunt epiſcopi. Item legitur de Iuda, quod epiſcopatum eius accipiat alter. Ad hoc dicunt quidam, quòd omnes apoſtoli erant ſimplices ſacerdotes, & tamen conſecrare poterãt. nam Moyſes ſimplex

1 Arg. 22. q. 2. quæritur. Apoſtoli oẽs utrum fuerũt epĩ. 2 Et 24. q. 1. loquit̃ iuxta prin.

ſa-

ſacerdos erat r: & tamen cōſecrauit Aaron, ut 32. diſt. §. 1. nec tunc differentia erat inter epiſcopum & ſacerdotem, ut 95. diſt. olim. Vel dic ꝙ tantum viſibili vnctione hi tres conſecrauerūt eum: ſed prius erat inuiſibiliter vnctus à Domino. uel dic ꝙ non ordinauerunt eum:

ordinatio à ieiunantibus fiat. In ordinatione uero cęterorum ſufficiunt tres teſtes, & epiſcopi approbatio. Quod ſequitur planum eſt.

b ¶Vt ciues.] Quibus debent præeſſe.

c ¶Sacerdotes.] Quibus dēt aſſociari: uel de quorū collegio eſt. Vel de clericis maioris eccleſiſt dicit. ſine quorū conſenſu epiſcopus clericos ordinare nō debet, ut dixi 24. diſt. epiſcopusl

r Ad hoc vr facere quod dicit pſal. Moyſes & Aarō in ſacerdotibus eius. Dic ſm d. Hu. Cardi. quod reuera non legitur quod Moyſes fuerit ſacerdos niſi q̃a aliqua fecit q̃ pertinēt ad ſacerdotē, ideo Pſal. dicit, Moyſes & Aaron, &c.

ſuis dantibus formam, ut non minus, quàm à tribus epiſcopis, reliquiſque omnibus aſſenſum præbentibus, vllatenus epiſcopus ordinetur, & communi voto ordinatio celebretur.

DISTINCTIO LXVII.

g ps *Presbyteri [a] vero, & choriepiſcopi ab vno epiſcopo ordinari poſſunt.*

Vnde Anacletus epiſt. 2. ad epiſcopos Italiæ.

¶Sacerdos ab uno epiſcopo poſſunt ordinari. C. I.

Polyc. ibidem. Ans. l. 6. ca. 53.

Reliqui ſacerdotes à proprio ordinentur epiſcopo, ita vt ciues [b] & alij ſacerdotes [c] aſſenſum præbeant, & ieiunantes [d] ordinationem celebrent. Similiter & diaconi [e] ordinentur. Cęterorum autem graduum diſtributioni trium [f] veracium teſtimonium, cum epiſcopi ſcilicet approbatione, ſufficere poteſt.

Item in Hiſpalenſi concilio ſecundo, capite 6. legitur.

¶De eodem. C. II.

15. q. 7. c. ſexta. & c. epiſcopus.

a Epiſcopus ſacerdotibus, ac miniſtris ſolus [g] honorem dare poteſt, ſolus auferre [h] non poteſt.

DISTINCTIO. LXVIII.

1 ps *Quæritur [i] de illis, qui ordinantur ab his, quos non conſtat fuiſſe epiſcopos, an ſint iterum conſecrandi, an non. Quòd uero conſecrandi non ſint, probatur auctoritate Gregorij, qui ſcribens Ioanni Rauennati, epiſcopo, lib. 2. epiſt. 32. ait.*

d ¶Ieiunantes.] Tā ordinantes, quàm ordinati, ut inf. de conſecr. diſt. 5. ut epiſcopi. inf diſt. 75. quod à patribus.

e ¶Diaconi.] Nam eccleſiæ præcipue cōmittuntur presbyteris & diaconis. 12. q. 2. diaconi.

f ¶Trium.] infra. 1. q. 1. placuit ut de ordinatione. uer. multorum. contra. Sed ibi multi poſſunt dici tres. inſti. de iure perſo. §. ult. ſup. diſt. 23. epiſcopus. contra, ſupra diſt. 23. lector. contra. Sed hoc de notis intelligitur: illud de ignotis. Vel hic cū occulte ordinat, & ſine ſolemnitate: illud cum publice, &c. — Tres dicuntur multi.

Epiſcopus, &c.] Hæc eſt ſecunda pars diſtinctionis. & habes hoc 15 q. 7. c. 1. Ioan. de Fan.

g ¶Solus.] Id eſt, ſine alijs epiſcopis pōt ordinare aliquos: ſed ſine alijs epiſcopis nō poteſt deponere, vt 14. q. 7. fœlix. non autem excluduntur clerici: quia nec ſine illis poteſt beneficia conferre, niſi hoc habeat ex conſuetudine, ut extra de his quæ fiunt à maiori parte cap. ex noſcitur. — Epiſcopus ſolus beneficia cōferre non pōt ceſſante cōſuetudine.

eum: ſed tantum formam ordinandi alijs oſtenderūt: Vel dic, ꝙ non in epiſcopum, ſed in archiepiſcopum eum ordinauerunt. Vel dic, ordinauerūt, id eſt, inthronizauerūt eum ad adminiſtrationem certi loci. prius enim erat epiſcopus ſine titulo.

Presbyteri.] Hæc diſt. diuidit̃ in duas partes. Secūda ibi, [Epiſcopus] Ioā. de Fan. CASVS. Expedito tractatu de ordinatione epiſcoporum & archiepiſcoporū: nūc in hac 67. diſt. oſtendit Gratianus à quib. presbyteri, chorepiſcopi, & reliqui clerici ſint ordinandi. Et quòd ab uno epiſcopo ſunt ordinandi, & non à pluribus.

a ¶Presbyteri.] Hic depingitur 67. diſt. oſtenſo quòd epiſcopus non poteſt ordinari niſi à pluribus: oſtēdit hic quòd reliqui ſacerdotes & clerici ordinari poſsūt ab uno ſolo epiſcopo. In ordinatione tamen ſacerdotum & diaconorum alij ſacerdotes & ciues aſſenſum debent præſtare. In reliquorum ordinatione ſufficit teſtimonium trium.

Reliqui.] CASVS. Dicitur hic, quòd reliqui ſacerdotes & diaconi à proprio epiſcopo ſunt ordinandi: ita ꝙ ciues & alij ſacerdotes conſentiant: ita quòd

h ¶Auferre.] infr. 21. q. 3. epiſcopus. & 15. q. 7. c. ult.

Quæritur.] Hæc diſt. diuiditur in quatuor partes, in quarū prima quæritur ſi aliq̃s fuerit ordinatus ab eo, de quo dubitatur an eſſet epiſcopus, vtrum debeat iterum ordinari. & primo probatur quòd nō, ſuperficialiter. Secūda ibi, [Inter epiſcopos.] Tertia ibi, [Hi vero.] Quarta ibi, [Quod autem.] Ioan. de Fant.

CASVS. Supra oſtendit Gra. de ordinatione eorum, quòs conſtat eſſe epiſcopos: in hac uero 60. diſt. quęritur, an illi ſint reconſecrandi qui ordinantur ab illis, quos nō conſtat eſſe ep̄os Et primo probat, quòd non ſunt reconſecrandi qui ordinātur ab illis, quos cōſtat non eſſe epiſcopos. Poſtea probat contra. Tādem dat ſolutionem infr. in §. [Quod ergo.]

i ¶Quæritur.] Hic depingit̃ 68. diſt. in qua magiſter oſtendit quid iuris ſit de clericis q̃ ordinantur ab eis, quos nō cōſtat eſſe ep̄os: & quæ dr̄ia ſit inter ep̄os & choriep̄os 2. & quare choriep̄i receſſerūt ab aula domini. quarto oſtēdit, qui ſucceſſerūt in loco Apoſtolorū.

a Quia magiſter. ſu. diſtin. proxi. in prin. fecerat mentionē de choriep̄is: ideo d̄ ipſis interſerit in hac diſtinctione. ſm H.

SIcut.] CASVS. Ioan. archiẽps Rauennæ de duobus quæſiuit. Primo, vtrum ſacerdotes ſemel cõſecrati eſſent iterum conſecrandi. Et rũdet ꝙ nõ: ſicut nõ ſũt rebaptizandi. Secundo vtrum illi, qui cum leui culpa ſunt ordinati presbyteri, debeant deponi. Et rũdet ꝙ non, ſed eis debet pœnitentia imponi.

Baptizatũ ſe dicenti creditur.

¶Semel conſecratus iterum conſecrari non debet. C. I.

SIcut [a] ſemel baptizatus iterum baptizari non debet; ita qui conſecratus [b] eſt ſemel, in eodem iterum ordine nõ debet conſecrari. Sed ſi quis forſitan cum leui culpa [c] ad ſacerdotium uenit, pro culpa pœnitentia indici debet, & tamen ordo ſeruari.

4. ſent. diſt. 25. Poly. l. 2. tit. 36. Anſ. l. 7 ca. 104. Pann. l. 3. c. 76. Iuo par. 6. c. 82.

Contra Gregorius tertius ad Bonifacium epiſcopum, epiſtola 2 ſcribens teſtatur.

¶De presbyteris, qui ordinantur ab eis, quos conſtat epiſcopos non fuiſſe. C. II.

PResbyteris, quos ibidẽ repperiſti, ſi incogniti fuerint illi, qui † ordinant [d], & dubium eſt eos epiſcopos fuiſſe, an non, qui eos ordinauerũt; ſi bonæ actionis, & catholici uiri ſunt, ipſi presbyteri, & in miniſterio Chriſti, omnique lege ſancta edocti, ab epiſcopo ſuo benedictionem presbyteralem ſuſcipiant, & conſecrentur [e]: & ſic miniſterio ſacro fungantur.

Anſ. l. 7. ca. 115. Iuo p. 6. c. 117. † *à quibus fuerint ordinati*] orig.

Quòd ergo conſecratus, in eodem ordine iterum conſecrari prohibetur, de eo intelligendum eſt, qui conſecratus eſt ab illo, quem certum erat conſecrandi ius habere. Qui autem ab illo conſecratur, quem non conſtat ius conſecrandi habuiſſe, iterum conſecrandus eſt; quia ſi ille conſecrandi ius non habuit, iſte ex olei effuſione nil conſecrationis accepit. Et quia in ipſo ordine conſecratus non erat, nunc quaſi primum ad conſecrationem veniens ab epiſcopo ſacerdotalem benedictionem, & conſecrationem conſequitur. Si autem ius conſecrandi habuit, in prima vnctione conſecutus eſt conſecrationem: in ſecunda uero nõ reiteratur [f] conſecratio, ſed ſola vnctio: ſicut, de quo dubiũ eſt, an ſit baptizatus, vel nõ; debet baptizari: q ſi prius baptizatus nõ fuerat,

2 al. 1. q. 1. §. cum honoris.

a ¶Sicut.] Hoc cap. non facit ad propoſitum Gra. quia hoc c. loquitur, de illis, qui ſunt ordinati à talib. quos conſtat eſſe epiſcopos: & illud ẽ qđ ſequitur, ſimiliter male inducitur: qa nulmodo eſt ꝯriũ: & ita ſuperficialis eſt argumentatio magiſtri.

b ¶Conſecratus,] Prima q. 1. ſi quis confugerit. ꝯ. & 1. q. 7. Daibertũ. ꝯ ibi dr̃ ꝙ ordinatus male uel baptizatus, iterũ ordinatur Sed illud uerum eſt, cum extra formam eccleſiæ eſt ordinatus vel baptizatus: aliàs ſecus. de conſec. diſt. 4. oſtenditur. uer. ſi. &c. quomodo.

Ordinatus ſemel, an poſſit iterũ ordinari.

c ¶Cum leui culpa.] Dicunt quidam, ueniali. arg. 25. diſtin. §. criminis. Alij leui 1, id eſt, mortali præcunte, non tñ permanente: nam peccauit, ſed pœnituit. Sed qa poſt talem culpam ſe permiſit promoueri, aliã culpam contraxit, cũ qua promotus eſt: de qua hic loquitur Tu. dic, ꝙ promoueri poteſt cũ culpa exiſtente & manente mortali, dum tamẽ leui. De huiuſmodi culpis collige exempla 5. q. 4. in loco. 21. q. 4. c. vlt. 18. diſt. c. vlt. de conſec. diſt. 2. relatũ. Sed hic nota, ꝙ omnes concordantiæ iſtæ de promotis loquuntur. ſed ſi enorme peccatum tacuiſſet, ſecus eſſet, ut 50. diſt. ex pœnitentibus. Io. niſi eſſet occultũ peccatum, ut extra de temp. ordin. quæſitum. niſi in homicidio, ut ibi. B.

1 Hæc fuit ſentẽtia H. & Lauren. & hic uideas quod no. 15. q. vl. in ſumma. & quod q̃dam mortalia ſint grauiora, q̃dã leuiora, habetur de ꝯſe. diſt. 3. de pœnitentibus. Arhi.

ECONTRA. CASVS. Modo uult probare contrarium ſcilicet, quod ſunt reconſecrandi.

PResbyteri.] CASVS. Quidam cum putarentur epĩ, quoſdam presbyteros ordinauerũt: ſed poſtea dubitabatur utrum fuerint epĩ in ueritate, aut nõ: unde fuit quæſitum à Gregorio, utrum illi ſint iterũ à proprio epiſcopo ordinandi & conſecrandi. Et rãdetur ꝙ ſic, ex quo ſcilicet dubitabatur: ſi tamen ſint bonæ uitæ, & eruditi in miniſterio Chriſti, & in lege diuina.

d ¶Qui ordinant.] Vera littera eſt, ordinant. ad hoc facit 1. q. 4. omnes quos.

e ¶Et cõſecrentur.] Hic in dubio potius præſumitur non ordinatus q̃ ordinatus. ſimiliter in dubio præſumitur potius non baptizatus q̃ baptizatus, ut de conſecr. diſt. 4. paruulos. & in dubio potius p̃ſumitur eccleſia nõ cõſecrata q̃ conſecrata, ut de conſecra. diſt. 1. ſolẽnitates. Sed cum ita præſumitur in his ſacramẽtis: quare in ſacramẽto matrimonij potius præſumitur p ipſo, q̃ ꝯ ipſum, ut 33. q. 1. ſi quis acceperit? Rñ. ſine omni periculo eſt, ſi ſacramẽta illa iterentur. Sed periculum eſſet, ſi iudicaretur nõ eſſe matrimoniũ vbi eſt. Item quare nõ creditur hic uerbo illius, qui ſe dicit ordinatum: ſicut creditur ei q ſe dicit baptizatum, ut de conſecra. diſt. 4. placuit. & cap. de infantibus? Reſpon. qa ſola fides confert alicui ſacramẽtũ baptiſmi, ut extra de presby. non bapt. c. 2. ſed ſola fides non dat ordinem: ad hoc facit 1. q. 1. c. ſpiritus ſanctus 2. §. ecce qñque. Item licet in uiuo p̃ſumatur aliquis potius non baptizatus, tñ in mortuo præſumitur 3 baptizatus, ut de conſe. diſt. 4. c. ſi eos. ſupple ut ſuffragia eccleſiæ ei proficiant. 13. q. 2. non æſtimemus. & cap. animæ.

Sacramenta non præſumuntur, excepto matrimonio.

3 In hoc puncto videas quod not. 3. q. 4. conſanguineorum. & extra de p̃ſum. illud. in gloſ. ſed quare. & extra qui fil. ſint legi. lator. in gloſ. ſed vr̃. Archi.

QVOD ERGO Soluit Gratianus contrarietatẽ prædictam, dicens ꝙ illud c. ſicut. intelligitur de eo quẽ cõſtabat eſſe epm̃. & ideo nõ deberet reordinari ordinatus ab eo. Illud aũt c. p̃sbyteri. ĩtelligitur de eo, quẽ non conſtabat fuiſſe epiſcopum: & ideo ab eo ordinati reordinantur. qui ſi prius non fuerint ordinati ſecũda ordinatione vere recipiũt ordines: ſi uero in prima ordinatione ordines receperunt, in ſecunda nihil recipiunt niſi ſolam unctionem. Et hoc probat ad inſtar baptiſmi. & idem dicit eſſe faciendum de eccleſijs.

f ¶Non reiteratur.] Hæc ſolutio eſt canonica. dixit tñ G. ꝙ ſi miles ordinatur presbyter, tot presbyterales ordines recipit quot recipit ſacerdotia. Idẽ dicit de baptiſmo. aliter enim q̃uo fieret iniuria ſacramento,

Baptizatus vel ordinatus pluries, an plures recipiat characteres

ut ĩ. de

vt ȷ.de conſecra.diſt.4.oſtenditur. vel quomõ diceretur quis bis baptizari, vt ȷ.de conſecra.diſt.4.qui bis. cap.eos. Itẽ cũ dicatur, accedat verbũ ad elemẽtũ,&c. 1.quæſt.1. detrahe. ergo quoties dicuntur verba illa, & apponitur elementum, fit nouum ſacramentum 1. Nam

b ¶Semine.] Fornicatio.nam dicit G.ꝙ etiam in eccleſia uir uxori tenetur debitum reddere, ſed male. arg.ff.de ſolutio. quod dicimus.

c ¶Propter eas.] Adde aliũ caſũ de cõſe.di. 1.ſi motũ.

INTER EPISCOPOS. Hæc eſt ſecunda pars diſtinctionis, in quo ponit differentiã inter epiſcopos & choriepiſcopos. Io.de Fan.

1 Dicas ꝙ ſacra. dicũtur iterari quo ad opinionẽ uel quo ad facti ſpeciẽ. argu.C. de adul. cum qui. Nã ibi ſm matrimoniũ nullũ eſt. &dicit lex, ꝙ res mea nõ poteſt amplius eſſe mea. Inſtit. de actio.§. ſic itaq. extra de fid. inſtr. inter dilectos. Archid.

† *lotione*

conſequitur gratiam baptiſmi: ſi autem baptizatus erat, nihil accipit in ſecunda vnctione † *: nec pertinet hoc ad reiterationem baptiſmi, ſed ad cautelam ſalutis. Hoc & de eccleſiis conſecrandis ſimiliter obſeruandum eſt.*

Vnde in Nicano concilio legitur.

¶Non debet iterum conſecrari eccleſia ſemel conſecrata. C. III.

De cõſecr. diſ. 1.c.eccleſijs.

ECcleſijs [a] ſemel conſecratis Deo, non iterum debet cõſecratio adhiberi; niſi aut ab igne exuſtæ, aut ſanguinis effuſione, aut cuiuſcunque ſemine [b] fuerint pollutæ: quia ſicut infans à qualicumq. ſacerdote in nomine patris, & filij, & ſpiritus ſancti ſemel baptizatus, non debet iterum baptizari; ita nec locus Deo dicatus eſt iterum conſecrandus, niſi propter eas [c] cauſas, quas ſuperius nominauimus; ſi tamen fidem ſanctæ Trinitatis tenuerunt, qui eum conſecrauerunt.

2 *Inter epiſcopos* [d] *& choriepiſcopos autem hæc eſt differentia, quod epiſcopi non niſi in ciuitatibus, choriepiſcopi etiam in vicis ordinari poſſunt: epiſcopi formatas* [e] *tribuunt; choriepiſcopi non, niſi commendatitias* [f], *& pacificas dare valent. Epiſcopi ius conſecrandi habent; choriepſcopi tantum minores ordines tribuunt; leuiticam* [g] *autem & ſacerdotalem benedictionem non valent praſtare. De his ita ſcribit Leo I. ad epiſcopos Germaniæ, & Galliæ, epiſt.86.al.88.*

¶In quibus choriepiſcopi ab epiſcopis differant. C. IIII.

Iuo p.6.ca. 72. Anſ.l.7.ca.122. Poly.l.4.tit.26.

QVamuis choriepiſcopis, & presbyteris plurima [h] cũ epiſcopis miniſteriorum communis ſit diſpenſatio; quædam tamen auctoritate veteris legis, quædam nouellis, & eccleſiaſticis regulis ſibi prohibita nouerint: ſicut eſt presbyterorum & diaconorum, aut virginum conſecratio; ſicut conſtitutio altaris, ac benedictio, vel vnctio. Siquidem nec erigere [i] eis altaria, nec eccleſias: vel altaria

CASVS. In hoc §. aſſignat Gratianus differentiam triplicem inter ep̃os & choriepiſcopos, quia epiſcopi ponuntur tantum in ciuitatibus, choriepiſcopi in vicis. epiſcopi formatas tribuunt litteras, choriepiſcopi commẽdatitias ſiue pacificas tantum. Itẽ epiſcopi conferunt ſacros ordines, choriepiſcopi tantum minores.

d ¶Inter ep̃os.] Ponit tres differẽtias inter epiſcopos & choriepiſcopos. Iſti autem choriepiſcopi aliquid habebant ſupra presbyteros, ſed non bene determinat quid.

Choriep̃i aliq̃d habebãt vltra p̃ſbyteros.

e ¶Formatas.] Formatæ ſiue dimiſſoriç dicũtur litteræ, q̃bus quis eximitur à iuriſdictione ſui epiſcopi, quæ olim cum ſolennitate magna fiebãt, vt 73.diſt.cap.1. Commendatitiæ ſiue pacificæ dicuntur, q̃ dantur clerico viatori, q̃bus commendatur, vt pacificè poſſit exequi officium ſuum. Et licet Gratianus dicat, ꝙ choriepiſcopi dare tales poterant, illud non credo 2, ſed ſolus epiſcopus, vt de conſec. diſtin.5. non oportet. 71.diſt. extraneo. Quod archidiaconus eas dare non poſſit, habes extra de offi. archi. ſignificaſti.

Formatę ſiue dimiſſoriæ.

2 Et bene Io. de Fan. & ita eſt argu. ꝙ chorieṗs non poteſt dare licentiã clericis, vel laicis, ut eant in peregrinationem, q̃a nõ poſſunt formatas dare ſecũdũ L. & Hug.

Nã & ſæpius ſumit aliq̃s corpus Chriſti, & ſæpius excõicaẽ aliq̃s, & ex plurib. cauſis aliquis poſſidet rẽ aliquã, vt ff de acq.poſ.poſſideri, §.ex plurib. Sed certe ſecundum hoc ſi centies aliquis ɔ̃heret cũ aliqua, tot eſſent matrimonia, q̃d falſum eſt. 31.q.1.quomõ. Item poſſet ſecũdũ hoc deponi ab uno ſacerdotio, & retinere aliud. Dicas ergo ꝙ nõ iteraẽ niſi vnctio exterior, & ſicut ſcd̃a manumiſſio nihil adijcit primę, ut C.de manumiſ.uindi.l.2. ſic ĩ ſacr̃o. Vltima opinio verior ẽ.

ECcleſijs.] CASVS. Quæſitum eſt in Nicæno concilio, vtrum eccleſiæ ſemel cõſecratæ ſint iterum reconſecrandæ. Reſpondetur, ꝙ nõ, ſi in forma eccleſiæ ſint conſecratæ, niſi alicuius ſemine uel ſanguinis effuſione ſint pollutæ, vel combuſtæ. Nam ſicut ſemel baptizatus nõ debet iterum baptizari, ſic locus in forma eccleſiæ conſecratus non debet iterum conſecrari, niſi propter ſupradictas cauſas.

a ¶Eccleſijs.] Quid iuris ſit de hac materia, notaui de conſecra.diſt.1. eccleſijs.

f ¶Commendatitias.] Arg. contra 71.diſt. extraneo.

g ¶Leuiticam.] Nec ſubdiaconalem, niſi tantum lectoratum, vt infra proxi.diſt.c.1.in fi. Sed G. fuit deceptus ex cap.ſeq. ubi non dicitur niſi de duobus ordinibus tantum. Ioan.de Fan.

QVamuis.] CASVS. In huc ca.10. enumerãtur, quæ pertinent ad officium epiſcoporum, q̃ choriepiſcopi ſibi uſurpare non debent, licet multa ſint communia choriepiſcoporum, & presbyterorum cum epiſcopis.

a ¶ Quæritur.] Hic depingitur 74. diſ. in qua quæritur, an quis inuitus ſit ordinādus: & præciſe continetur in quibuſdām cap. ꝙ non, in quibuſdam qđ ſic, vt ſcilicet de nolētibus fiant volentes. cum ergo nec aliquis vult promoueri, nec neceſſitas vel vtilitas eccleſiæ exigant: non eſt cogendus, vt infra ea. c. 1. & 2. ſi autem neceſſitas eccleſiæ hoc exigit, cogiť, iuxta illud qđ habes ĩ. ea. c. 3. & 4. & 23. q. 4. diſplicet. ſi autē exigat vtilitas eccleſiæ, tunc debet cogi: iuxta id quod habes ĩ. ea. c. ulti. ꝛ. Hæc tamen diſtinctio videtur reprobari ĩ. ea. c. epiſcoporum. & extra de æta. & quali. ord. quęris. & ideo dici poteſt omnia hæc referendo ad arbitrium iudicis. Prætęrea quando dices ꝙ vtilitas ſit, & non neceſſitas? tūc dico vtilitatem eſſe tantum cum eccleſia indiget promotione aliquorum, qui nolunt promoueri, & tamen aliqui ſunt in eadem eccleſia, qui promoueri poſſunt, vt ĩ. ea. c. vlt. Tūc autem dico neceſſitatem eſſe, quādo eccleſia indiget promotione aliquorū: nec alij ſunt in eccleſia, qui digne poſſunt promoueri, vt ĩ. ead. c. 4. Si vis diſtinguere ſm̄ diſtinctio. H. ſ. quis ſit promouēdus dic, ꝙ promouēdus ad dignitatē cogiť ꝑ ſubtractionē beneficiorum. Alij dicunt, ꝙ per attractionem etiam corporis ad ordines, vt ĩ. 1. q. 6. c. vlti. 8. quæſt. 1. in ſcripturis. 23. q. 4. diſplicet. ſi tamen ſit ſemper inuitus, nō cogitur. 20. q. 3. præſens. ĩ. ea. c. vbi. Inuitis enim nō sūt dādi honores. ff. de decur. l. 2. & 3. §. vlti. Sed promouēdus ad ordines, uel honores ſuadente utilitate, tantum cogitur ſecūdum quod habes ĩ. ead. c. vlt. ſ. ꝙ maiores ſunt pluribus beneficijs honorādi, ut ibi dicet. Neceſſitate cogēte cogitur ſuſpenſione ab officio. ĩ. ea. ſi qui & cap. placuit, in quo intelligo & priuationem beneficij. regulariter enim vno ſubtracto & reliquum eſt ſubtractū, ut 81. diſt. ſi quis amodo. Credo tamē ꝙ debeat præcedere ſuſpēſio ab officio, quaſi quædam excommunicatio: quam ſi contendit, ſequitur beneficij ſubtractio, ut 60. diſt. innouamus. 23. q. 4. c. forte. Si uero nec neceſſitas, nec utilitas exigit, non eſt cogendus: & ſi epiſcopus eū cogat, uidetur cauſa odij & ingratitudinis eum cogere. inf. c. epiſcopus. & c. geſta. Quidam tamen uolunt remouere diſtinctionē de neceſſitate & utilitate. argu. ĩ. ea. epiſcoporum. & dicunt ꝙ diuerſi canones diuerſas pœnas imponunt nolentibus promoueri: & eſt in arbitrio epiſcopi quam imponat. Aliter tamen ſoluitur hæc contrarietas extra de æta. & quali. quæris. Ioan. Quidquid dicat Ioan. decre. illa, quæris. dicit, quod cogi poſſunt, ſi utilitas uel neceſſitas exigat, per ſubtractionē officij & beneficij. & tūc dico utilitatem eſſe eccleſiæ, cum ille q̃ promoueri petitur, vtilior eſt in officio quàm alter. qui iam eſt promotus: & utile eſt plures eſſe in eccleſia in eodem officio. Neceſſitates eſt cum iam promotus nō ſufficit: vel non eſt aliquis promotus. B.

Ordinādus eſt q̃s inuitus ſuadente utilitate aut neceſſitate.

ꝛ Vbi de hoc in gl. 1.

Honores non ſunt inuitis dādi.

Officio ſubtracto ſubtrahi debet beneficiū.

EPiſcopus.] CASVS. Dicitur in hoc cap. quòd epiſcopus nō debet promouere aliquem inuitum uel reclamantem: quod ſi fecerit, à celebratione Miſſarum ſuſpenſus, annuæ pęnitentiæ ſubiacebit.

b ¶ Qui inuitum.] Aliquo indicio alio quàm voce uoluntatem oſtendente.

c ¶ Aut reclamātem.] Voce vel ſigno. 50. diſ. ſi q̃s diaconus. quamuis enim eſſet inuitus: ſi nec uoce nec aliquo indicio reclamaret, præſumeretur uolūtarius. 54. diſt. c. ſi ſeruus. aut reclamātem ſigno ſaltem. nam & per ſigna ita apparet voluntas, ſicut per vocem 2. 32. q. 5. nec ſolo. 20. q. 2. c. 1. & 2. Et ſic no. differentiam inter inuitū & reclamantē, vt ff. de ſerui. urb. præd. inuitum.

Volūtas manifeſtatur ſignis & voce.

d ¶ Nō præſumat.] Nihilominus deponeť, vt ĩ. ea. ubi.

ꝛ Ad idem ext. de ſpō. cum apud. Item adde Bald. in l q̃. uis. C. de i-pu. & ali. ſubſt.

GEſta.] CASVS. Natalis epiſcopus cū haberet archidiaconum ſuum exoſum nomine Honoratum, q̃a contradicebat ſibi, ne vaſa ſacra parentibus largiretur: illum inuitum vno eodemque tempore in ſacerdotem promouit: & ab archidiaconatu remouit. Quod cum ſignificatum eſſet Grego. & cum deprehenderet, quòd hoc malo zelo factum fuiſſet, reprehendit epiſcopum, dicens quod ſicut nemo compellitur promoueri inuitus, ita aliquis ab ordine non debet eijci ſine culpa.

Indignus minoribus ad maiora nō promoueatur.

e ¶ Geſta.] Hoc cap. & c. Honoratus. loquuntur de eadem materia: & idem eſt caſus vtriuſque.

f ¶ Secretario.] Aliter ſumitur 23. diſt. non oportet.

a ¶ Perſo-

a ¶Perſona.] Argu. non debere promoueri ad maiora, qui minoribus indignus iudicatur. argum. 24. quæſtio. 1. miramur. & diſt. 44. nulli liceat. ff. de Senatuſcon. qui indignus, & cui interdicitẽ pomeriũ, &c. ff. de ſer. expor. cui pacto. ff. de interdict. & releg. l. relegatorum. §. ult. in quo caſu minor maiori, uel poſterior priori non eſt præponẽdus, niſi prior obedire cõtemnat. Secũda pars loquitur de archidiacono iã promoto. qui ſi eſt nimis ſimplex, habebit tantũ nomẽ archidiaconatus, & alius quem epiſcopus elegerit præponendum, habebit adminiſtra-

vno eodemque tempore vna perſona [a] nolẽs ad ſacerdotij ordinem prouehitur, quæ tanquam [b] immerita à diaconatus officio remouetur. Et ſicut iuſtum eſt, vt nemo creſcere [c] compellatur inuitus; ita cẽſendum puto ſimiliter, ne quiſquam inſons ab ordinis ſui miniſterio deijciatur iniuſtè.

Contra inuenitur in conc. Carth. c. 31.

¶Qui ab epiſcopis ſuis promoueri contemnunt, à locis ſuis deijciantur. C. III. — In codice canonum.

SI qui α clerici ab epiſcopis ſuis promoueri contempſerint; nec illic maneant, vnde recedere [d] noluerunt. — Iuo p. 6. c. 41.

α ¶Si qui] *Verba huius capitis ſunt titulus ſequentis capitis.* Placuit. *qui eſt proprius canon trigeſimus primus concilij Carthaginenſis in codice canonum & apud Græcos.*

¶De eodem. C. IIII. — Burc. l. 2. c. 178. Iuo p. 6. c. 42. Anſ. l. 6. c. 103.

PLacuit, ut quicunq; clerici, vel diaconi pro β neceſſitatibus eccleſiaſticarum † rerum non obtemperauerint epiſcopis ſuis volentibus eos ad honorem ampliorem in eccleſia ſua promouere; nec illic miniſtrent in ſuo gradu, vnde noluerunt recedere. — † *eccleſiarum non obtemperauerint*

β ¶Pro neceſſitatibus] *Græce eſt*, διά τινας ἀναγκαστικὰς αἰτίας τῶν ἐκκλησιῶν αὐτῶν. *Id eſt*, ob quaſdam cogentes cauſas ſuarum eccleſiarum.

Item ex concilio Agathenſi, c. 23.

¶Poſteriores prioribus epiſcopi non præponant. C. V.

EPiſcoporum [e] etiam, quorum uita non reprehenditur, poſteriorem priori nullus præponat, niſi † forte ſuperbia elatus, quod pro neceſſitate eccleſiæ epiſcopus iuſſerit, implere contemnat. 2 ¶Sane [f] ſi officium archidiaconatus † propter ſimpliciorẽ [g] naturam implere, aut expedire nequiuerit, ille loci ſui nomen teneat, & ordinationem [h] α eccleſiæ, quem elegerit epiſcopus præponẽdum. — † *al. ne*] orig. — † *al. archidiaconus.*

b ¶Quæ tanquam.] Id eſt, & illa. Argu. ꝙ cõtraria allegans non eſt audiendus. 13. qõ. 2. quàm præpoſterum. de conſecratio. diſtinctio 2. reuera. 13. quæſtio. 7. capitu. 23. extra de appella. ſolicitudinem. — Cõtraria allegans audiri non dẽt.

c ¶Creſcere.] Argu. ꝙ monachis uel canonicis inuitis diſtrictior vita non poſſit imponi. arg. 15. quæſt. 1. non eſt. & 20. quæſt. 3. præſens. Io. 32. q. 1. integritas. B. — Monachis inuitis an diſtrictior vita poſſit imponi. 1 Hoc aſſertiue ponũt T. & B. extra ne cler. uel monach. relatũ. ſed hoc dictum forte uerũ eſt in clericis nõ profeſſis. Archid.

CONTRA. CASVS. Hucuſque probauit, quòd aliquis non ſit promouendus inuitus. mõ uult probare contrarium per quattuor ſequentia cap.

SI qui.] CASVS. Quæſitum fuit in cõcilio Carthaginẽſi, quam pœnam debeat pati clericus, qui propter neceſſitatem eccleſiæ ſuæ ad maiores ordines recuſat aſcendere. Et reſpondet ꝙ debet remoueri ab officio illius ordinis, à quo recedere noluit. Idẽ eſt caſus ſequen. cap.

d ¶Recedere.] Non quòd amittat quis ordines inferiores, ſi promoueatur ad maiores: ſed dicitur recedere quo ad executionem ſolennẽ: quia nõ ita ſolenniter exequitur quis inferiores ordines: uel recedit quo ad appellationem. Quòd recedat à priore, eſt argum. 37. diſtinct. qui de menſa. 92. diſtin. c. in ſancta. Sed (vt prædixi) recedit quo ad onus 2, non quo ad honorem. argum. opti. ff. ad muni. l. municeps. Sed quid ſi ſe dicit criminoſum, eſt ne ei credendum? videtur ꝙ non: quia mota iam ſibi controuerſia hoc dicit. arg. extra de teſti. licet. extra qui maio. accuſ. poſſ. cũ in tua. & cap. peruenit. Sed dic ei credẽdũ. extra de æta. & quali. quæris à nobis. Similiter ſi ſe dicit inſufficientem, audiẽdus eſt. arg. j. ea. epõrũ aliàs ſi non auditur eius excuſatio, põt appellare. C. de appel. ciues & l. q ad ciuilia.

2 Onus uñ non, imminẽte neceſſitate nõ poſſet compelli in inferiori miniſtrare. Panc. c. 2. de vi. & ho. cle. Criminoſũ ſe dicẽti, an ſit credendum.

EPiſcoporum.] CASVS. Quidam epiſcopi vel prælati præponebant clericos poſteriores tempore uel ordine clericis prioribus: & ideo prohibitũ fuit in concilio Agathen. ne hoc de cætero fieret, niſi in duob. caſibus, ſcilicet ſi prior contemneret ordinari, vel nimis eſſet ſimplex, in quibus caſibus ille minor præponetur, quem epiſcopus elegerit præponendum. Vel aliter, hoc ca. duas habet partes. prima loquitur de promouendo, niſtrationem Secunda pars incipit ibi, [Sane.]

e ¶Epiſcoporum.] Sic conſtrue. Nullus epiſcoporum præponat poſteriorem priori, quamuis poſterior ſit de numero eorum, &c. Et nota ſecundum opi. H ꝙ prior debet ſemper eligi, & de priori, ut dicit, ſufficit ne malus exiſtat, licet poſterior melior ſit, vt j. 75. diſt. ca. ult. Alij dicunt ſemper meliorem præferẽdum: etiam ſi poſterior ſit. arg. 16. diſt. 6. ſynodus. verſi. prima. — Poſterior in duobus caſib. eſt priori præferendus.

f ¶Sane.] Hanc literam intelligunt quidam de promouendo. & etiam totum cap. & ita aſſignãtur duo caſus, in quibus poſterior præfertur priori, ſcilicet cũ renuit prior promoueri, uel cum eſt ſimplicior quàm eſſe debeat in officio ad quod eligitur, & tunc lege, ille ſcilicet poſterior, tenebit nomen loci ſui, id eſt, debiti ſibi priori, uel debiti ratione prioritatis.

g ¶Propter ſimpliciorem.] 7. q. 1. quia. & cap. petiſti. cõtra. ſupr. diſt. 39. Petrus. & diſt. 47. de Petro.

h ¶Et ordinationem.] Id eſt, adminiſtrationẽ. & dicit Archid. ſ. dandi, & ita ſimplicitas impedit promouendum — Simplicitas promouendũ impedit.

1 Adde q3 dicat ſimplex. no. i l. 1. in princ. C. de ędili. act.

dum 1. ſed nõ deijcit iam ꝓmotũ. Si nis intelligere de iam promoto, dic ille ſcilicet ſimplex tenebit, id eſt, habebit honorẽ & dignitatẽ: q̃a nõ remouebitur, ſed dabitur ei coadiutor, & hoc eſt quod dicit, & ordinationem, id eſt, adminiſtrationem teneat ille, quem elegerit epiſcopus 2. pæ, vt priſtino loco reſtitueretur. Scribit ergo Papa Ioãni ſucceſſori Maximiani quatenus eum in priſtinũ ſtatum reducat, niſi iuſta cauſa ſit iratus contra epiſcopum. & ſi eſt aliqua cauſa culpæ præcipit ſibi, ut eam ſibi inſinuando manifeſtet.

a ¶Et ordinationem.] *Quamuis in recentioribus conciliorum editionibus Colonienſibus legatur*, & ordinationi, eccleſiæ quẽ elegerit epiſcopus, præponatur: *tamen in vetere Colonienſi duobus Pariſienſibus, & duobus codicibus conciliorum Vaticanis eſt eodem modo atque apud Gratianum.*

Item Gregorius Ioanni epiſcopo Syracuſano, lib. xi. epiſtola 34.

¶In quo loco quiſque ordinatus eſt, inuitus teneri non debet. C. VI.

QVorundam ad nos relatione peruenit, Coſmam, qui ex monacho monaſterij ſanctæ Luciæ à deceſſore veſtro memorãdæ† memoriæ Maximiano in eccleſia Syracuſana [a] factus ſubdiaconus, atque à uobis poſtea in poſſeſſione, quæ Iuliana dicitur, presbyter eſt ordinatus, ita nimia triſtitia, & loci qualitate [b] uehementer afflictum, ut uitam ſibi pœnam exiſtimet, & contritionis† ſuę fugam quærit auxilium. Et ideo [c], quia tales erga ſubiectos noſtros [d] debemus exiſtere, quales nobis, ſi ſubiecti fuiſſemus, noſtros uolueramus eſſe præpoſitos † magnæ benignitatis eſt, ſi eum in eccleſiam, ubi ſubdiaconi eſt functus officio, ſanctitas ueſtra reducere, atque illic presbyterum uoluerit conſtituere cardinalem. Quod & facere, quantum arbitramur, debebitis; ſi tamen nihil eſt, quod iuſte contra ipſum animos ueſtros exaſperet. Si uero aliqua culpa eſt, ſuis nobis hoc epiſtolis ueſtra fraternitas, ut ſcire poſſimus, inſinuet.

† al. ueneranda

† al. contriſtationis

† Adde tex. i l. iuſtitia. §. iuris pręcepta. ff. de iuſt. & iur.

§ *Verum illud Gregorij de his intelligendum eſt, qui non cauſa neceſſitatis, ſed cauſa ingratitudinis callide ab epiſcopis ſuis promoueri quæruntur. Illud autem Carthaginenſis concilij de his intelligitur, qui nolunt obtemperare epiſcopis ſuis propter neceſſitatem eccleſiæ volentibus eos ad altiora promouere.*

Hanc diſtinctionem ex decreto Simplicij Papæ quilibet corroborare valet, qua ſcribens Ioanni epiſcopo Rauennati, epiſt. 2. ait inter cætera.

Poly. l. 2. tit. 33. Ani. l. 6. c. 66. & 67. Burc. l. 1. c. 29. Iuo p. 5. c. 140.

¶Non eſt aliquis inuitus ad epiſcopatum pertrahendus. C. VII.

VBi iſta didiciſti, quæ in fratrem, & coepiſcopum noſtrum Gregorium non dilectione† ſed, inuidia perpetraſti? quem inexcuſabili uiolentia pertrahi ad te paſſus es, atque vexari, ut ei honorẽ [e] tantum, nõ per animi tranquillitatem, ſed per amentiã, ſicut dicendũ eſt, irrogares?

† al. electione

2 Secundũ iſtã ſententiã ult. videtur, ꝙ coadiutor nõ ſit prælatus, & ſic uidetur ꝫ qđ legit̃ & no. extra de cle. ægr. c. 3. ubi dicunt Tan. Gof. & B. ꝙ coadiutor eſt prælatus ex quo habet curam animarum ut ibi, & eodem ti. tua. ibi latius vide.

a ¶Syracuſana.] Quæ monachorum eſt, ſicut & Cantuarienſis. Et ita non eſt argum. hic ꝙ monachus poſſit eſſe ſęcularis canonicus: licet enim poſſit eſſe prælatus, tamẽ non poteſt præbendã habere, quæ priuatæ eſt utilitatis. H. contra ſentit, ut dixi 63. diſtinc. c. 2. & 16. q. 7. in nona.

Monachus non põt eſſe ſæcularis canonicus.

b ¶Qualitate.] Arg. ꝙ ſi quis trãſlatus eſt de vna eccleſia in aliã eccleſiã, & deceptus eſt qualitate loci reſtituendus eſt. Et ita error qualitatis diſſoluit matrimonium ſpirituale 3, & adde quod dixi. 23. diſtin communis.

Error qualitatis diſſoluit matrimonium ſpirituale.

3 Idẽ dicerem in ſocio Laur. & facit pro reſtitutione illius argu. ff. de adop. & ſi puber. Io. de Fant.

c ¶Et ideo.] Vt in Auth. ut cum, de appel. cog. §. conſiderare. coll. 8.

d ¶Subiectos nr̃os.] ſic 95. di. eſto. 22. q. 5. de forma.

VERVM. Hæc eſt tertia pars huius diſtin. in qua ſoluit & dicit. ꝙ pręciſe non eſt quis compellendus ad aliquã dignitatem. & hoc probat tribus auctoritatib. Io. de Fan.

CASVS. Soluit Gratianus prædictam cõtrarietatẽ, dicens ꝙ illud capitul. geſta intelligitur de his, qui non cauſa neceſſitatis, ſed cauſa odij uolunt clericos ꝓmouere. Illa vero ca. ſi q. & placuit. intelliguntur de his clericis, q̃ cauſa neceſſitatis cõtemnunt promoueri. Et hanc diſtinctionem probat ſequens cap.

QVorundã.] CASVS. Maximianus epiſcopus Syracuſanus ordinauit in eccleſia ſanctæ Luciæ Coſmã monachum in ſubdiaconum. Poſtea Io. fecit eum presbyterum, qui ſucceſſor Maximiani fuit, & poſuit eum in poſſeſſione, quę dicitur Iuliana, vbi ex loci qualitate & triſtitia affligebatur intantum, ut uitam ſibi pœnam exiſtimaret: propter quod ſupplicauit Pa-

VBi.] CASVS. Io. Archiepš Rauẽnas conſecrauit quẽdam Gregorium inuitum in epiſcopum, de quo conqueſtus eſt Papæ: quare Papa ſcribit archiepiſcopo, & redarguit eum ſuper hoc, & ſi de cętero talia fecerit, priuabit eum ordinatione Rauennatis, & Aemilien. Eccleſiæ. Nam priuilegium meretur amittere, &c.

e ¶Honorem.] Hic patet, ꝙ licet quis coactus ordinetur, tñ recipit ordinem. arg. 1. q. 1. quod quidam. & 45. diſt. de Iudæis. Sed ſi abſoluta eſſet coactio, tunc nullũ

Ordinatus coacte an ordinẽ recipiat. & continere debeat.

Neque enim talia potuiſſent fieri ſanitate conſilij. Nolumus exaggerare, quod geſtum eſt, ne cogamur iudicare, quod dignum eſt. Nam priuilegium meretur amittere, qui permiſſa ſibi abutitur poteſtate. *& infra* †. ¶Denunciamus autem, quòd ſi poſthac quidquam tale præſumpſeris, & aliquem ſeu epiſcopum, ſeu presbyterum, ſeu diaconum, inuitum [a] facere forte credideris; ordinationes tibi Rauennatis eccleſiæ, vel Aemilienſis noueris auferendas.

11.q.3.c.priuilegium.
25.q.2.c.denũciamus autem.

† Concor. tex. in l. qui ſint. ff. de neg. geſt. & i l. Iudæos. C. de pa.ſa cri. & tẽp.

Item Gregorius Antonino ſubdiacono, lib. ſecundo, epiſt. ſextadecima, indictione x.

¶De eodem. C. VIII.

HOnoratus archidiaconus eccleſiæ Salonitanæ [b] à ſanctæ memoriæ deceſſore meo, miſſa ſupplicatione popoſcerat; vt ab antiſtite ſuo inuitus prouehi ad fortioris gradus ordinem contra morem nullatenus cogeretur. Hoc enim fieri ſibi nõ prouehendi gratia, ſed cauſa ingratitudinis [c] perhibebat. Pro qua re tunc iam ſanctæ memoriæ deceſſor noſter ſcriptis ſuis Natali fratri, coepiſcopoque noſtro interdixerat, ne prædictum Honoratum archidiaconum inuitum proueheret, ne ve dolorem conceptæ ingratitudinis diutius in corde retineret. Cumque & à nobis hæc eidem ſummopere fuerint interdicta; non ſolum mandata Dei negligens, ſed & ſcripta noſtra contemnens, præfatum archidiaconum quaſi ad fortiorem honorem [d] prouehens conatus eſt arte callida degradare. Vnde actum eſt, ut de eo archidiaconatus loco ſummoto, alium aſciſceret, qui eius obtẽperare moribus potuiſſet. Quem Honoratũ archidiaconum arbitramur antiſtiti ſuo aliunde diſplicere non potuiſſe; niſi quod eum uaſa ſacra ſuis dare parentibus prohibeat. Quam cauſam ſubtili uoluimus, & tunc ſanctæ memoriæ deceſſor meus; & nunc ego indagatione diſcutere; ſed ipſe ſuorum ſibi actuum conſcius [e], perſonam ad iudicium poſtpoſuit, deſtinare. Proinde experientiam tuam præſentis præcepti auctoritate duximus fulciendam, quatenus conueniẽs in Salona, Natalem fratrem, coepiſcopumq. noſtrum ſaltẽ tot ſcriptis [f] admonitum ſtudeat adhortari; vt ſupra memoratum archidiaconum in ſuo ſtatim loco ſuſcipiat.

Anſ.l.7.c.75.

reciperet ordinem vt extra de baptiſmo, maiores. Sed nunquid ille qui cõditionali coactione ordinatus eſt, tenetur continere? Videt̃ ꝙ ſic, vt 45. diſt. de Iudęis. Itẽ quia coacta volũtas eſt voluntas, vt 15. q. 1. merito. maxime ſecundum illos qui dicunt, ꝙ ordini ſit uotum annexum, ut 27. diſt. diaconus. 84. diſt. cũ in præterito. Dicunt quidam 1, ꝙ talis teneatur continere, & licet non debeat quis cogi ad recipiendum ordinem, tamen receptũ cogitur ſeruare. Sed hoc non credo ubi metus talis eſt, qui cadit in conſtantem uirum, ut extra quod metus cauſa, c. perlatum. & c. cum dilectus. qa integritas eſt res uoti. & nõ præcepti, 32. q. 1. c. integritas & continentia nõ debet eſſe niſi uoluntaria. vt 31. diſt. c. ante triẽnium. & 20. q. 3. c. pręſens. nec dico talẽ in aliquo habere priuilegiũ clerici. ſi tamen vult uti eo, poteſt; ſed tũc cõtinere tenetur. Secus autem in baptiſmo; qa illud eſt ſacramentum ſalutis & neceſſitatis. ideo illud cogitur retinere. ut in ca. de Iudæis.

a ¶Inuitum.] ſ. 32. q. 4. cap. diſplicet tibi. ſ. ſ. 1. q. 6. ſicut is. & cõtra. & ſ. 7. quæſt. 1. c. ſcias. 2 C. de epiſc. & cler. l. ſi quẽquam. cõtra. Sed dico, ꝙ ſeper ab initio debet eſſe inuitus, ut dixi ſ. 8. q. 1. in ſcripturis. Io.

HOnoratus.] CASVS. Archidiaconus Honoratus cõtradicebat epiſcopo Natali, ne ſacra uaſa conſanguineis daret, propter quod ut eum callide degradaret, uolebat ipſum inuitum cõpellere ad ſacerdotium, quod antecesſor Grego. prohibuit ſibi ꝑ ſcripta ad ſupplicationem dicti archidiaconi. ipſe uero cõtẽnens eius prohibitionem, & etiam Grego. Honoratum inuitum in ſacerdotem ordinauit, & ab archidiaconatu eũ eijciens, alium loco eius ſubſtituit, qui ſuis morib. obtemperaret, propter qđ Honoratus conqueſtus eſt poſt a Greg. Gregorius vero cum ſępe citaſſet Natalẽ, ut Romã ueniret, & ſp contemneret, cõmiſit Antonino ſubdiacono, ut pergens in Salonam moneat epiſcopum Natalem, quatenus Honoratum in archidiaconatu reſtituat: quod ſi facere contempſerit, auctoritate Apoſtolica primo ei uſum pallij auferat, & ſi adhuc contumax fuerit, communione corporis & ſanguinis Chriſti priuetur.

b ¶Salonitanæ.] Infra 93. diſt. miratus.

c ¶Sed cauſa ingratitudinis.] Qui alium ꝓꝑ odium, uel ingratitudinem nominat ad dignitatem, tenet̃ ei ad omne damnum, quod ei inde accidit. C. ſi propter inimicitias creatio facta ſit. l. prima, lib. 10.

d ¶Honorem.] Nam dicit lex, ꝙ ex quo quis promouet̃ ad maiorem dignitatem, amittit priorẽ. C. de primice. l. 1. lib. 12. Et eſt argu. ff. ad municip. l. municeps.

e ¶Conſcius.] Arg. ꝙ qui uocatus non uenit, hoc ipſo uidetur diffidere de cauſa. 11. q. 1. Chriſtianis. 3. q. 9. decernimus.

f ¶Tot ſcriptis.] Arg. hic ꝙ nemo puniẽdus eſt, ꝓ prima contumacia. 92. diſt. cap. vlti. & 84. diſt. c. 1. ſed fieri debet prout canon dicit. 23. q. 4. forte. quod non eſt verum, vt dixi 4. quęſt. 5. quiſquis 3. In hoc conueniũt T. Hug. & Iac. ꝙ puniri dẽt in expenſis citatus ſi in prima cita-

1 Vt Lau. ꝺ hoc ſatis not. Goff. & Reyne. in ſuis ſummis, vt dixi ſ. 45 diſt. de Iudæis. ibi uideas. & not. ext. de ba. maiores. §. vlt

2 Vbi ꝺ hoc plene habetur.

Contumacia prima an faciat aliquẽ pu n. 21.

3 In gl. ſed ob. q. it. ibi videas ꝓ id quod ſequitur.

ma citatione non veniat, licet ius ei concedat trinã citationem, vt 24.q.3. de illicita. & C. quomõ & qñ iudex. Auth. qui ſemel. nec dr antea contumax quãtum ad excommunicationem 1, vel miſſionem in poſſeſſionem: puniri tamen debet in expenſis, ſi in prima citatione

1 Arg. contra J. 24. q. 4. ſi qs de potentib. vbi de. hoc.

contẽnẽs promoueri, doleat minores ſibi eſſe p̃latos in ordine, & præbenda: & ſic de nolente fiat volens.

COnſuluit.] CASVS. Victor epiſcopus cõſuluit Gelaſium quid eſſet ſibi faciendum, cũ diaconi ſui pro utilitate & neceſſitate eccleſiæ, ꝓmoueri in ſacerdotes cõtemnãt: qui reſpondet dicẽs, ꝙ inuiti compellendi nõ ſunt: ſed debet acolythos & ſubdiaconos (ſi digni ſũt in preſbyteros ordinare, eis maiora beneficia aſſignãdo, vt hac ratione contricti & honorem, q̃rant, & q̃ſtum.

Quòd ſi facere hoc contumaciter, vt conſueuit, forte diſtulerit, vſum ei pallij, qui ab hac ſede conceſſus eſt, ex auctoritate ſedis Apoſtolicæ interdices † [a]. Quem ſi etiam amiſſo pallio adhuc [b] in eadem pertinacia perſeuerare perſpexeris; dominici quoq. corporis & ſanguinis eundem antiſtitem participatione priuabis [c].

† al. cõtradicto] orig.

Adhibenda eſt etiam diſciplina, qua nolentes promoueri ad ſacros ordines, ad obediendum epiſcopis ſuis prouocentur. In minoribus ſi quidem ordinibus conſtituti paulatim per ſingulos gradus ſunt prouehendi; vt contemnentes ſuis obedire epiſcopis, doleant ſibi eſſe prælatos, quos prius habebant ſubiectos.

Vnde Gelaſius ſcribit Victori epiſcopo †.

† al. epiſcopo Alexandrino

¶Cum maiores ordinari contempſerint, de minorib. promoueantur ordinibus. C. IX.

Anſ.l.7.ca.101. Iuo p.6.c.106. Poly.l.2.tit 31.

COnſuluit dilectio tua de ſuorum promotione clericorum, perhibens, quòd diaconi ad presbyterij gradum (quo eccleſiam tuam memoras indigere [d]) venire detrectant. Quaproptèr quia inuitos fieri eccleſiaſtica moderatio, grauitaſque non patitur; vt ex nolentibus fiant volentes, ordinatio illa poteſt perficere †; ſi † quos habes vel in acolythis, vel ſubdiaconis maturiores ætate, & quorum ſit vita probabilis, hos in presbyteratum ſtudeas promouere, vt qui in ſuis ordinibus proficere noluerint, reddantur ſuis inferioribus poſt minores †; ipſaque commoda [e] presbyteri propenſius [f], quàm diaconi conſequantur: vt hac [g] ſaltem ratione [h] conſtricti & honorem, quem refugerant, appetere nitantur [i], & quæſtum.

† al. proficere
† al. quia ſcilicet ſi quos
Iuo p.6. ca. 43.
† al. poſteriores

d ¶Indigere.] Hoc verbum temperat H. ita ꝙ ſonat in vtilitatem, non in neceſſitatem. Dicitur enim q̃s indigere eo quod bonum & vtile eſt ſibi habere: ſi enim neceſſitas eſſet, cõpelleret per ſubtractionẽ beneficij vel officij. ſ. ea.c.3.4.& 5. licet ſit arg.c̃ ſupra.ca. epiſcoporum. extra de ætate & quali. quæris ſecũdum quam potes ſoluere canones iſtos. illa tñ loquitur de his qui habent plura beneficia, prout ipſa litera dt: & qd ibi dicit, priuab's, dic parte ſtipendiorum, nõ omnibus. Ioã. quidquid dicatur illi decret. q̃ris. ſtabis. B.

e ¶Commoda.] Nã exhortatione pręmiorum, &c. ff. de iuſti. & iur. l. 1. & 23. q. 4. c. vlt. Ioan.

2 Adde ad hoc Bar. & Bald. & Alberi. de Roſa. in l. ſancimus. C. de iudi.

citatione non venit 2. ff. ſi quis ius dicenti nõ obtẽp. l. vna. & ita in publico conuentu reſponderunt Ia. T. & H. Et eſt arg. contra H. ſententiam, quam not. 4. q. 1. in ſumma. Nam ſi poſt contumaciam infamis eſſet, non retineret eccleſiaſticam dignitatem. C. de digni. l. 2. li. 12. extra de exceſſ. prælato. inter.

a ¶Interdices.] Attende archiepiſcopum à ſubdito excommunicari poſſe: & eiuſdem cenſurę ſimilitudine poſſe deponi illius auctoritate perſonæ, à quo fuit deſtinatus, vt 2. q. 6. ſi epiſcopus. Bar.

b ¶Adhuc.] Arg. ꝙ creſcẽte cõtumacia debet creſcere & pęna. ff. de inter. & releg. relegatorũ. Et iſte ordo eſt ſeruandus, cum aliquis punitur pro contumacia, vt poſt admonitione ſuſpendatur, ſecundo excommunicetur, tertio deponatur, quarto curiæ tradatr, vt 23. q. 4. forte. in fi. 34. diſt. quorundã. Sed ſi pro crimine quis punitur, tunc primo deponitur, poſtea excõmunicatur, vt 81. diſt. dictũ, extra de iud. cũ non ab homine 3.

Contumax quo ordine punitr.

c ¶Priuabis.] Id eſt, priuatum eſſe oſtendes. nam eo ipſo, quod contumax erat, priuatus erat: vel priuabis quo ad hoc vt poſſit vitari ab alijs in ſacramentis.

3 Vbi de hoc, & ext. de teſt. cog. cum ſuper.

ADHIBENDA EST. CASVS. Supra in c. placuit. & ſ. c. ſi qui. oſtenſum eſt qualiter in tempore neceſſitatis nolens promoueri ſit puniẽdus. Nunc vero docet Gratianus, ꝙ ſi eſt vtilis eccleſię, & non vult ꝓmoueri qualiter prouocet, vt epiſcopo ſuo in hoc obediat. Dicit enim ꝙ minores paulatim ſunt promouendi: vt

f ¶Propenſius.] Sed quomodo hoc ꝓcedat, vbi p̃bẽdę omnes ęquales ſunt; poteſt dici, quod decurrentur præbendæ eorum. Vel dic conſequantur ſpe, non re.

f ¶Propenſius.] Eſt hic argumen. de iure communi plus presbyteros quàm diaconos de oblationib. & decimis debere habere: argumen. 32. diſt. præter hoc. qd verum eſt: ſed de ſpecialitate quandoque aliter fit. 1. q. 2. cap. vlti.

Presbyteri plus in decimis habeãt quàm diaconi.

ADDITIO. De hoc etiam not. 1. q. 2. c. vlti. vbi videas. 16. q. 7. c. 1. Archid.

g ¶Vt hac.] Hic, vt conſecutiuum eſt. 1. q. 1. quiſquis. ſi enim eſſet cauſatiuum, ſimoniam committeret qui propter quæſtũ Deo ſeruiret. Deo enim propter Deũ ſeruiendum eſt principaliter. vt 8. q. 1. ſunt in eccleſia. & 1. q. 1 non eſt. & ſi eſſet cauſatiuum, videretur eos inuitare ad inuidendum alijs. Item argu. beneficium ſicut priuilegium quandoque concedi 4. alicui odio alterius.

Deo ꝓpter Deũ eſt ſeruiendum.

4 Dic quod hoc totum ideo eſt, q̃a habetur reſpectus ad vtilitatẽ eccleſiæ: aliàs in odiũ alterius non eſſet priuilegiũ conferendũ alicui. C. de ſtat. & ima. l. fi. Arg. ff. ad Treb. ſi cũ ab her. ff. de admi. tut. impuberi. §. ipſo. lo. de Fan.

h ¶Ratione.] Graue enim videtur quòd plus detur ſocio q̃ ſibi etiam fratri. C. de bo. quæ lib. cũ oportet. 1 reſponſo. nec de eadem ſocietate debet vnus plus q̃ alius conſequi. ff. pro ſoc. verum. §. ſi cum tres. nec eſt alicui conferendum vnde alij ſcrupuloſo corde moueantur, vt 16. q. 7. c. 1.

i ¶Nitantur.] Argu. quòd fit quandoque ſecundario quod principaliter fieri non poteſt, vt hic, & ff. de poſtula. l. 1. § pe. & vlti.

ſtantiæ vnctio ipſa, de qua magis videtur ꝙ ſit de ſubſtantia immo ſi omiſſa eſt, ſupplet. extra de ſacra vnct. c. 1. in princ. Alij tamen dicunt omnia iſta eſſe de ſubſtantia: arg. 23. diſt. quorundam: præter tempus, vel horã, quia quocumque tpe ordinatur, recipit ordinem. arg.

cundū Hu. & Lau. cuius fuit gl. iſta. de hoc plenè not. ext. de elec. ꝙ ſicut. vbi idem dicit.

TEmpus autem.] Hęc diſt. diuiditur in quinque partes: in quarũ prima dicitur, ꝙ die Dominica, & hora tertia, & ieiuni debent epiſcopi & cõſecrarari quocumq; tpe: & hoc probat per c. ſeq. Secunda ibi: [Tẽpus autem.] Tertia ibi, [Cæterorum.] Quarta ibi, [Quod die.] Quinta ibi, [Ordinationes.] Io. de Fan. 1 CASVS. Oſtenſo qualiter. & à quibus ſit clericorum ordinatio facienda, nũc oſtẽdit Grat. quo tempore ſit ordinatio facienda. Et primo de ordinatione epiſcoporum, poſtea de ordinatione cæterorũ explicat, & dicit hic ꝙ in cõſecratione epiſcopi certum tempus non eligitur: dummodo in die Dominica & hora tertia & ieiunantibus fiat, vt ĩ. ea. ca. 1. Cæterorum vero ordinationes fiunt in certis tpibus, vt ĩ. ea. c. vl. a ¶ Tempus autem.] Hic depingiť 75. diſt. in qua agit magiſter de conſecrationẽ epiſcoporum, & de temporibus ordinationũ. ſubiungit etiã de ordinatione aliorũ clericorũ. Debet autem ordinatio epiſcoporum fieri hora tertia, die Dominica. ĩ. ea. ca. 1.

DISTINCTIO LXXV.

TEmpus autem [a] conſecrationis, ſicut in ordine Romano habetur, ad epiſcopi benedictionem non eligitur [b]. Omni enim tempore [c] benedicuntur; dummodo ieiuni, & hora tertia benedictionem accipiant.

Vnde Anacletus Papa ſcribit ad epiſcopos Italiæ. epiſt. 2. in princ.

¶ Ordinationes epiſcoporum qua hora fieri debeant. C. I.

ORdinationes [d] epiſcoporum auctoritate [e] Apoſtolica ab omnibus, qui in eadem fuerint prouincia, epiſcopis ſunt celebrandæ. Qui ſimul conuenientes ſcrutinium [f] diligenter agant, ieiuniumque cum omnibus celebrent precibus, & manus [g] in ſanctis Euangelijs, quæ prædicaturi ſunt imponentes, Dominica die, hora tertia [h] orantes, ſacraque vnctione, exemplo † [i] prophetarum, & Regũ capita eorum, more Apoſtolorum [k], & Moſis [l] vngentes; quia omnis ſanctificatio [m] conſtat in ſpiritu ſancto: cuius virtus inuiſibilis, ſancto chriſmati [n] eſt permixta: & hoc ritu ſolennem celebrent ordinationem.

ĩ. diſt. 64. ordinationes epiſcoporum. Burch. l. 1. c. 15. Iuo p. 5. c. 69. Anſ. l. 6. c. 53. Pann. l. 3. c. 12. Poly l. 2. tit. 6. De prophetis. 3. Re. 19. De Moyſe Exo. 29. De regib. 1. Re. 10.

† al. ꝓphetarũ exemplo regũ capita perungentiũ, eos more, &c.

2 *Tempus autem conſecrationis, trium menſium ſpatio clauditur: vltra quod, niſi neceſſitate cogente, epiſcoporum*

& cap. quod die. cæterorum vero in ſex partibus anni. ſcilicet in quatuor temporibus, & in ſabbato mediæ hebdomadæ quadrageſimæ, & in ſabbato ſancto ĩ. ea. c. vlt. extra de temp. ordi. c. 3. & 63. diſtin. litteras.

b ¶ Non eligitur.] Id eſt, non electum, vel determinatum in canone.

c ¶ Omni enim tempore.] .i. omni menſe, vel ſeptimana. ſimiliter reſtringitur de conſecr. diſt. 4. omni tempore: ibi exponitur, id eſt, omni anno.

ADDITIO. De hoc etiam no. 31. diſt. tenere. Archid.

ORdinationes.] CASVS. Anacletus docet in hoc c. quod ordinationes, id eſt, conſecrationes epiſcoporum debent fieri ab omnibus comprouincialibus epiſcopis die Dominica, & hora tertia, ſacra vnctione interueniente, exemplo prophetarum, & apoſtolorum, & Moyſi. Nam Samuel inunxit Dauid. & Heliſæus Iehu Regem. Apoſtoli Iacobum, & Moyſes Aaron.

d ¶ Ordinationes.] CASVS. Oſtenditur à quibus, qualiter, qua hora, qua die, epiſcopus debeat ordinarį.

e ¶ Auctoritate.] Generali. extra de elect. cum in cunctis. 16. q. 1. cunctis.

f ¶ Scrutinium.] Id eſt, examinationem, de qua habes diſt. 23. qui epiſcopus.

g ¶ Manus.] Duo ponent ſuper caput conſecrandi codicem Euangeliorum: tertius fundet benedictionem: alij omnes ponẽt manus ſup caput eius, vt 23. diſ. epſ.

h ¶ Tertia.] Multiplex eſt ratio de hora tertia: quia debet tunc Miſſa publice celebrari, vt de conſe. diſt. 1. nocte. ſine qua Miſſa non poteſt conſecrari: quia nec eccleſia ſine Miſſa cõſecrat: de conſec. diſt. 1. oẽs. licèt quidam dicant contra, ꝙ ſcilicet non ſit de ſubſtantia cõſecrationis: iuibus ego aſſentior .1. quia nõ eſt de ſubſtantia

Epõrũ conſecratio ſit hora tertia. Eccleſia ꝑ ſine Miſſa conſecrari. 1 Et bñ ſe-

arg. ĩ. 77. diſt. ſubdiaconus. extra de temp. ord. ſanè. nã qũq; citius, qũq; tardius Miſſa celebratur. Item iõ eſt facienda conſecratio hora tertia: quia Spiritus ſanctus in igneis linguis hora tertia, &c. de cõſe. diſt. 1. nocte. quorum loco ſuccedunt epiſcopi, 21. diſt. in nouo. & quia hora illa dominus eſt crucifixus, vt ibidem dicit. & tali hora Apoſtoli conſecrauerunt Paulum & Barnabam, &c. infra ead. quod die.

i ¶ Exemplo.] Quia Samuel inunxit Dauid & Saulem; Heliſæus Iehu in Regem Iſrael.

K ¶ More Apoſtolorum.] Qui inunxerunt Iacobum. ſupra 66. diſt. porro.

l ¶ Et Moſis.] Qui inunxit Aaron & filios eius. 21. diſtinct 9. 1.

m ¶ Sanctificatio.] Id eſt, omnis vnctio ſanctificans, & efficax eſt .2. à ſpiritu ſancto. Et ſic patet ꝙ in collatione ſacramenti confertur gratia: & illa gratia inuiſibiliter operatur. 1. qõ. 1. multi. & ſi ſacramentum aliquod confertur digno, tunc corroborat uirtutem priorẽ, ut de conſe. diſtinc. 5. nouiſſimè. & augetur in eo gratia. de conſe. diſt. 4. non ex quo. Sed ſi ſacramentum cõfertur indigno, ſolum ſacramentum recipit, & illud recipit ad ſui malum: ſed non recipit rem ſacramenti. Hæc materia optime tractatur, extra de ſacra vnctio. cum veniſſet.

n ¶ Chriſmati.] Et ita chriſma eſt ſacramentum: quod concedo. ſic & aqua. 1. q. 1. detrahe. & c. multi.

TEMPVS. Hæc eſt ſecunda pars diſt. in qua dicitur, ꝙ eccleſia epiſcopalis vltra tres menſes vacare non dẽt: & poſtquam electus fuerit vſque ad alios tres menſes conſecratur. interim eccleſia per œconomum gubernatur. & hoc probat per c. ſeq. Ioan. de Fan.

Samuel inunxit Dauid. Gratia confert in collatione ſacramenti. 2 Id e. ī hẽt eſſe cõſtans & efficax ā ſpiritu ſancto. ſignificat .n. gratiã, q à ſpiritu ſancto eſt, nec talis effectus. .i. ſignificatio vnctionis ꝑt eſſe aliqd ĩ aliquo niſi à ſpiritu ſãcto veniat: quia ꝙ gra ſubeſt vnctioni, hoc eſt à ſpiritu ſancto. Hug.

CASVS.

CASVS. Supra dictum eſt qua die, & qua hora debet epiſcopus conſecrari. nunc autem dicit intra quod tẽpus à tempore electionis & confirmationis debeat cõſecrari. Et dicit Gratianus quòd intra tres menſes, niſi per neceſſitatem differretur.

b ¶Neceſſitas.] Propter quam quãque poſſet differri p totam vitam electi, maximè confirmati, ut ſi vitietur in corpore. argu. extra de elect. cum in cunctis. licet ſit arg. contra extra de ætа. & quali. c. 1. vel ſi non reperiretur idoneus in eccleſia, niſi in minoribus ordinib. vt inf. 7. q. 1. cõſtitutũ. ſ. diſ. 6. Oſius. 28. diſ. de Syracuſanæ.

c ¶Epiſcoporũ.] Vel metropolitanorũ. vel electorũ, qui epiſcopi ſunt deſtinatione. contra vtroſq. enim pœna eſt ſtatuta 100. diſt. quoniam.

d ¶Apud œconomũ.] De hac materia dixi inf. 12. q. 2. illud.

Quo- *conſecrationes poſt electionem differri non licet.*

Vnde in Chalcedonenſi concilio, c. 25 legitur.

¶Vltra tres menſes non differatur epiſcoporum ordinatio. C. II.

Poly. l. 2. tit. 10. Burc. l. 1. ca. 24. Anſ. l. 6. cap. 40. Iuo p. 5. c. 135.

QVoniam quidam metropolitanorũ, ſicut ad nos perlatum eſt, negligunt creditos ſibi greges, & differũt ordinationes facere epiſcoporum; placuit ſanctæ ſynodo intra tres [a] menſes fieri ordinationes epiſcoporum, niſi forte inexcuſabilis neceſſitas [b] coegerit tempus ordinationis † amplius protelari. Si autem quis α epiſcoporum [c] hæc non obſeruauerit, ipſum debere eccleſiaſticæ condemnationi ſubiacere; reditus vero eiuſdem viduatę eccleſiæ integros reſeruari apud œconomum [d] eiuſdem eccleſiæ placuit.

† τῆς ἀναβολῆς

α ¶Si autem quis.] *Sic etiam in priſca verſione. Græce eſt:* εἰ δὲ μὴ τοῦτο ποιήσει, ὑποκεῖσθαι αὐτὸν (al. αὐτοὺς) ἐκκλησιαστικῷ ἐπιτιμίῳ. *quæ alter interpres vertit.* Quòd ſi hoc minime fecerit, correptioni eccleſiaſticæ ſubiacebit. *De metropolitano enim loquitur.*

CAETERORVM. Hęc eſt tertia pars huius diſt. in qua dicitur quòd ordinationes clericorum non debent fieri niſi congruo tempore. Ioan. de Fan.

CASVS. Supra dictũ eſt quo tẽpore ordinentur epiſcopi. Nũc vero docet Gratianus quo tẽpore cæteri debeant ordinari. Et dicit ꝙ certis temporibus, ſcilicet ſex, id eſt in quatuor temporibus anni, & ĩ ſabbato ſancto, & in ſabbato quod eſt ante Dominicã de paſſione Domini, vt inf. eo. ca. vlt. Minores etiam ordines poſſunt conferri in die Dominica ab epiſcopis, vt extra de tempo. ordi.

3 *Cæterorum vero ordinationes non niſi in temporibus certis, & diebus, maxime ſacerdotum; & leuitarum fieri debent; veſpera videlicet ſabbati, vel mane diei Dominicæ continuato ieiunio.*

Vnde Zepherinus Papa ſcribit ad epiſcopos Aegypti, epi. 2.

¶Ordinationes presbyterorum, vel leuitarum qua hora fieri debeant. C. III.

Poly. l. 2. tit. 28. Anſ. l. 7. ca. 43. Burc. l. 2. cap. 3. Iuo p. 6. ca. 23. & 47.

ORdinationes [e] presbyterorum, leuitarumque, tempore [f] cõgruo, multis coram adſtantibus, ſolenniter agite; & probabiles, ac doctos viros ad hoc opus prouehite, vt de eorum ſocietate, & adiumento plurimum gaudeatis.

¶ Caſus ſeq. cap. planus eſt.

e ORdinationes.] ¶Leuitarum.] Hoc idem in ſubdiacono: niſi in Papa tantum. extra de temp. ordi. ca. 1. ſed ſm hęc decreta nõdum ſubdiaconatus erat: ſacer ordo. arg. inf. e. c. pęn. 60. diſt. c. ſi.

f ¶Tempore.] Et in maiori eccleſia, vt argu. ſ. diſ. 67. reliq. & arg. 24. diſt. c. vlt. minores autẽ ordines, vbi, & qñ libuerit poteſt epiſcopus conferre 1, vt extra eod. c. 3.

1 Ad idẽ infra quãdo plena eſt.

Item Leo epiſcopus Dioſcoro Alexandrino epiſcopo, epiſt. 79. c. 1.

¶Presbyteri, & leuitæ qua hora ordinandi ſunt. C. IIII.

Polyc. ibidem. Anſ. l. 7. ca. 44. Iuo p. 6. ca. 71.

QVod à patribus noſtris propenſiore cura nouimus eſſe ſeruatum, à vobis quoq. volumus cuſtodiri; vt non paſſim diebus omnib. ſacerdotalis, vel leuitica ordinatio

QVoniam.] CASVS. Duo dicuntur in hoc c. Primũ eſt ꝙ nullus archiepiſcopus differat ordinationes epiſcoporum vltra tres mẽſes, niſi neceſſitas compulerit amplius protelari. Secundum eſt, ꝙ reditus viduatæ eccleſiæ debent eſſe in poteſtate œconomi, donec epiſcopus eligatur, & confirmetur.

a ¶Tres.] Vſq. ad tres menſes fit electio. 50. diſt. poſtquam. & vſq. ad alios tres menſes conſecratio, vt hic dicitur, & 100. diſt. quoniam.

Electio debet fieri intra trimeſtre.

& omnes ſimul ſi conſuetudo habeat hoc in prouincia, extra de eo qui fur. or. recep. cum H. lator.

QVod à patrib.] CASVS. Quæſiuit Dioſcorus Alexandrinus patriarcha à Leone, vtrũ indifferẽter omnib. diebus ſacri ordines poſſunt, vel debent conferri. Et rñdet ꝙ non: ſed tm̃ poſt diem ſabbati, & poſt exordia noctis, quæ luceſcit in prima ſabbati, vel in Dominica in mane continuato ieiunio ſabbati vſque ad diem Dominicam, in quibus, id eſt intra

quæ tempora ieiunis, & à ieiunantibus debet fieri con ſecratio. ſic vt videtur Beneuen. & etiam mihi caſus ponendus: licet non ſeruetur de conſuetudine.

a ¶Sabbati.] Quidam intelligunt hoc cap. de ſabbato paſchali. vt ſi quis tunc uelit conferre ordines, debeat

poſſet dici de Euchariſtia. argumen. de conſe. diſt. 2. liquidò. quod concedo, quia pranſus bene poteſt cõficere, licet non debeat. arg. illius c. liquido.

g ¶Declaratur.] Legitur enim in quadã Homilia Bedæ, quæ legitur nocte illa ſuper Euãgelio illo: Veſperę autem

celebretur; ſed poſt diem ſabbati [a] eius rectis, quæ luceſcit in prima [b] ſabbati, exordia† conſecrandi eligantur [c], in quibus his, qui conſecrandi ſunt, ieiunis, & à ieiunantibus ſacra benedictio conferatur. Quod eiuſdem [d] obſeruantiæ erit, ſi mane, ipſo Dominico die continuato [e] ieiunio [f] ſabbati, celebretur: à quo tempore præcedentis noctis initia non recedunt, quod † ad diem reſurrectionis (ſicut etiam in Paſcha Domini declaratur [g]) pertinere non dubium eſt.

† *Exordia deligantur, hoc eſt ſub lege diuini officij ſubſtituantur*] orig.

† *quam*] orig.

Item eodem capite.

¶Quare die Dominico ſacerdotum ordinationes celebrentur. C. V.

4 QVòd a die [h] Dominico † ordinationes ſacerdotum [i] celebrentur, non tantum ex conſuetudine, ſed etiam ex Apoſtolica nouimus uenire doctrina; ſcriptura manifeſtante, quòd cum Apoſtoli Paulum & Barnabam ex præcepto ſpiritus ſancti ad Euangelium gétibus mitterent prædicandum, ieiunantes, & orantes impoſuerunt eis manus; vt intelligamus, quanta & dantium, & accipientium deuotione curandam ſit, ne tantæ benedictionis ſacramentum negligenter uideatur impletum. Et ideo pie, & laudabiliter Apoſtolicis morem geſſeris inſtitutis; ſi hanc ordinandorum ſacerdotum formam per eccleſias, quibus Dominus præeſſe te uoluit, etiam ipſe

Iuo p. 6. c. 70. Pann. l. 3. c. 13.

Act. 13.

† Ex iſto tex. ifert, ꝙ dies Dominicus non accipit generaliter. ſ. l. 1. §. hoc autẽ. & ibi Bart. ff. de ope. no. nũ.

eos conferre in occaſum ſolis: quia Miſſa tunc non eſt cantãda niſi die illa finita 1, vt ĩ. de conſec. diſt. 3. ſabbato, qđ patet ex eo quod dicitur tũc: Deus, qui hanc ſacratiſſimam noctem. H. dicit quòd omnes ordines ſunt conferẽdi die Dominico. Et dicit ꝙ ueſpara præcedentis noctis trahitur ad diem ſequẽtẽ 2, vt ſiue de veſpere in ſabbato, ſiue de mane in Dominico conferantur, ſemper in die Dominico uideantur cõferri. ſed certe ſecundum hoc nõ eſſet neceſſaria continuatio ieiunij. Præterea omnia iura dicunt, ꝙ tãtum in ſabbato cõferendi ſunt ordines, vt extra. eo. c. 3. Alij dicunt, quod omnes ordines ſabbato conferuntur, & dicunt, ꝙ mane Dominicę diei potius trahitur ad veſperam præcedentem. quàm ueſpera ad mane. Et ita ſiue conferantur veſperæ in ſabbato, ſiue in mane ſequentis ſemper fictione canonica conferentur ſabbato: & ſecundum hoc de iure debet continuari ieiunium. Innoc. autem nõ determinat, an mane trahatur ad veſperam præcedentem, an ueſpera ad mane. de temp ordi. litteras. conſuetudo tamen habet, ꝙ tantum circa horam nonam ſabbati fiunt ordinationes. ſecundum H. exponitur poſt diem ſabbati. i. poſt finitum diem ſabbati. Alij exponunt poſt diẽ ſabbati, id eſt, poſt inceptum diẽ ſabbati. Io. certe H. opinio vera videtur: & male reprehendũtur de cõtinuatione ieiunij: quia iam incępta eſt dies Dominica: & ideo eſt neceſſarium ieiuniũ: licet non ſeruetur de conſuetudine. niſi velis dicere, ꝙ hæc cap. ſint abrogata ꝑ decre. extra eo. tit. c. 3. B. in conſecratione autem epiſcopi non eſt neceſſaria continuatio ieiunij: cum tantum die Dominico conſecretur: & in mane quilibet intelligatur ieiunus, ut extra eo. litteras. ſed licet quis poſſit ordinare aliquem in ſacerdotem in ſabbato, & in mane in epiſcopum 3. tamen alium ordinem non poſſet eidem conferre in mane cui unum contulerat in ſabbato. extra eo. litteras. Sed nunquid Dominico die in mane poteſt quis ordinari in ſacerdotem, & eadẽ die hora tertia in epiſcopum? H. dicit, ꝙ ſic, quia nũquam inuenitur prohibitum.

b ¶In prima.] Id eſt, mane die Dominico.

c ¶Eligantur.] Id eſt, electi conſecrentur. Hypallage. 18. quæſt. 2. c. diffinimus.

d ¶Quod eiuſdem.] Id eſt, conferantur ordines.

e ¶Cõtinuato.] Ab ordinatoribus vel ordinãdis. Lau.

f ¶Ieiunio.] Quid ſi pranſus conferat ordinem: nunquid confertur ordo? H. dicit, ꝙ ſic, & idẽ dicit in alijs ſacramentis, præterquam in Euchariſtia, & forte idem

autem ſabbati, vbi dicit Beda, ꝙ in die iſta noctes incipiũt præcedere dies, ideo 4 forte, ut tres dies & noctes haberi poſſint, in quibus Dominus fuit in ventre terrę, quod nec ſic habetur niſi ſynecdochice. 5. vel declaratur, quia Miſſa non decantatur in ſabbato, ſed in principio ſequentis noctis, & dicitur: Deus qui hanc ſacratiſſimam noctem, &c. & ita eſt de die Dominica nox illa Lauren.

QVod die.] Hęc eſt quarta pars huius diſtinctionis, in qua probat, ꝙ ep̃i ſemper debent cõſecrari die Dominico more Apoſtolorum, qui de mandato Domini impoſuerunt manus Paulo & Barnabæ, & quia eodem die Dominus reſurrexit. Io. de Fan.

CASVS. Leo Papa in hoc oſtẽdit, ꝙ ordinationes ſacerdotum debẽt tantum in die Dominica fieri, quæ dies Dominica initium habet à veſpera ſabbati: quod probat per conſuetudinẽ, & etiam per doctrinam Apoſtolorum, qui die Dominica Paulum, & Barnabam conſecrauerunt. Nam in hac die mundus ſumpſit exordium, & uita principium, & mors interitum habuit.

h ¶Quod die.] H. ponit fundamentum ſuę opinionis in c. iſto, ꝙ ſcilicet in die Dñico poſſunt ordines conferri. quod patet ꝑ hoc qđ dicit ordinationis ſacerdotum, & per id quod dicit initium, & c. nos qui contrarium dicimus, exponimus, ordinationes ſacerdotũ, id eſt epiſcoporum cõſecrationis 6. pro quo intellectu bene facit ꝙ infra ſubijcit, ex Apoſtolica, &c. Nã Paulus & Barnabas epiſcopi fuerunt. vnde per eorum exẽplũ nihil probatur niſi de epiſcopis: & quod dicit, cui initium, &c. dic nihil facere ad rem, ſed dicit incidenter, immo adſcribitur ei fictione canonis, non veritate.

i ¶Sacerdotum.] Id eſt epiſcoporũ. ſic non erit ꝓ H.

1 Ad hoc de conſecr. diſt. 1. §. in ieiunijs. ibi uideas.

2 Adde qualiter accipiatur dies pro intellectu huius glo. Bar. in l. 2. ff. đ uerbor. ſign. & in l. more Romano. ff. de feri. & l. aut facta, §. tẽpus ff. ad Sylla.

Epiſcoporum conſecratio fit tãtum die Dominico.

3 Hoc etiã de plano concedunt Vin. & Inn. vt no. extra de tẽp. ord. litteras.

Sacramẽta cõferri poſſunt poſt commeſtionem.

4 Aliàs adeo; ſed nõ eſt bona littera, & ſic etiam ponit Laur. & Io. de Fãt.

5 Iſta eſt figura tribuens toti, qđ eſt partis, ut cum dr̃ Ethiops eſt albus, ꝑꝑ dentes, quos habet albos. Nec enĩ Dominus ſtetit, ſiue fuit in uentre terræ per tres dies & noctes, niſi ſic loquendo. nã & aliàs totum ponit pro parte. ut 1. diſt. §. ſcire. immo totum non eſt aliud à ſuis partibus, vt not. 61. diſ. nullus. ſm Io. de Fan.

6 Argu. ad hoc 95. diſ. c. olim. Io. de Fant.

a ¶Vt quidquid.]16.q.1.c.vlt. de conſe.diſt.4.quæris. ADDITIO. Ex hoc colligitur, ꝙ generalis ſermo non accipitur generaliter, vt ibi not. Archid.

ORdinationes.]CASVS. Duo dicuntur in hoc cap. Primum eſt,ꝙ ordinationes ſacerdotū, diaconorum

f ¶Medianæ.]In qua cantatur,Sitientes,quæ præcedit Dominicam de Paſſione. ADDITIO. Et extra de temp.ordi.cap.3.

g ¶Seu presbyterum.]De hoc dixi ſup. 74.diſt. epiſcoporum.8.q.1.licet ergo.

* Concor. tex.ī l. more Romano.ff. de ferijs. Bar.in l.aut facta. §. tempus. ff.ad Sylla.

† al. benedictiones tribuātur]orig.

† diſpoſitionū

ſeruaueris, vt his, qui conſecrandi ſunt,nunquam benedictio †, niſi in die Dominicæ reſurrectionis tribuatur: cui à veſpera ſabbati initium conſtat adſcribi *; & tantis diuinarum diſpenſationum † myſterijs eſt conſecrata, vt quidquid [a] eſt à Domino inſignius conſtitutum, in huius diei dignitate ſit geſtum. In hac mūdus ſumpſit exordiū: in hac per reſurrectionem Chriſti & mors interitum, & vita accepit initium. In hac,&c.

a ¶Quòd dic.] *Sumptum eſt caput hoc ex eodem loco, vnde & antecedens, mutato tamen verborum ordine, & nonnullis initio adiectis. In ipſa enim epiſtola poſt vltima verba præcedentis capitis, ſequitur continenter* Nam præter auctoritatem conſuetudinis,quam ex Apoſtolica nouimus uenire doctrina, etiam ſacra ſcriptura manifeſtat,quòd cum Apoſtoli, &c.

[Item ordine Romano,c. de gradibus eccleſiæ.]

¶De eodem. PALEA. C. VI.

Anſel.l.7.c.61.

QVando & vbi libitum fuerit, vſq. ad ſubdiaconatus officiū ordinantur clerici: diaconi vero,atq. presbyteri nunquam † niſi in publica ordinatione.

† al.non

Et Gregorius 2.epiſt.3.

Item Gelaſius ad epiſcopos per Lucaniam, epiſt.1.c.13.

¶De temporibus ordinationis. C. VII.

Poly.l.2. tit.28. Anſel.l.7.c.45. Iuo par.6.c.74. Pann.l.3.ca.25.

† medianæ quadrageſimæ die ſabbati ieiunio] or.

5 ORdinationes presbyterorum, & diaconorum,niſi certis temporibus,& diebus exerceri non debent; id eſt quarti [b] menſis ieiunio,ſeptimi [c],& decimi [d]: ſed & etiam quadrageſimalis [e] initij, ac medianæ † [f] hebdomadæ, & ſabbati ieiunio circa veſperam nouerint celebrandas: nec cuiuslibet vtilitatis cauſa, ſeu presbyterum [g], ſeu diaconum his præferre [h], qui ante ipſos fuerint ordinati.

DISTINCTIO LXXVI.

1 ps QVis temporibus [i] ieiunia celebranda ſint, Calixtus Papa determinat ſcribens Benedicto epiſcopo,epiſtola prima.

¶Quibus temporibus ieiunia celebrentur. C. I.

Poly.l.3. tit.25. Iuo par.4. c.27. Pān.l.2.ca.175.

IEiuniū, quod ter in anno apud nos celebrare didiciſti, conuenientius nunc per quatuor tempora fieri decernimus; vt ſicut annus per quatuor voluitur [k] tempora,

h ¶Præferre.] Ecce hic, habes ꝙ prius ordinati præferuntur 1. alijs, ut in habendis honoribus,& in alijs, vt 17.diſ §.hinc.& ex de maio.& obedien. c.1.& 74.diſt. epiſcoporum etiā .licet poſteriores ſint meliores nō obſtat 24. q.4. ſicut 7.q.1.licet.vt ibi notat, licet ſit argū 2.ſup.diſt.16. ſexta 2. ver.prima.Io Hodie ſufficit ſi electus à maiori parte capituli ſit bonus, vt extra de elec.cum nobis.B.

1 Et ita attēditur hic tpis prioritas. ſic 17. diſt. §. vlt. ext.de ma. &obed.ca. 1.&alibi ex cellētia ordinātis, ff. de albo. ſcri.l. vlt.extra de maio. & obe. p tuas. Archid.

2 Al. ſācta.

QVibus tēporib.] Hæc diſ. diuidit̄ ī tres partes,in quarum prima dr̄ qn̄ debent fieri ieiunia quatuor temporum,& hoc probat per ſex auctoritates. ſm ea. in fi. nō tenet, neque prima pars tertij capit.tenet,ſed ſecunda pars tenet ſecundum Io. de Fant. Secūda ibi, [Primū.] Tertia ibi, [Non autem.]Io. de Fant. CASVS. Supra facta eſt mētio de quatuor tēporibus: & iō Gratianus ſupponit diſt. 76.in qua primo oſtēdit quando quatuor tēpora ſunt celebranda, & vnde originem habuerunt. Addit ēt quòd inter Paſcha & Pentecoſten nō ſunt ieiunia indicēda: nec genua flectenda.

i ¶Quibus temporibus.] In hac diſt. 76. agit magiſter de temporibus ieiuniorum. Oſtendit etiam diuerſas origines eorū. Poſtea ponit differentiā

rum & ſubdiaconorum non ſunt faciendæ[2], niſi in ſex tpibus anni. ſ. in quatuor tpibus, & in ſabbato ante dñicā de paſſione Domini,& in ſabbato ſancto. Secūdū eſt,ꝙ nullus eps̄ debet præferre poſteriorē priori.

b ¶Quarti.]Id eſt,ieiunij. hoc ſemper in omni ſeptimana Pentecoſtes occurrit, & loquitur ſecundum antiquam computationem Latinorum, qui incipiebant annum à Martio.

Annus à Martio quōque incœpit.

c ¶Septimi.] Id eſt,Septembris.

d ¶Decimi.]Id eſt Decembris.

e ¶Quadrageſimalis.]Id eſt,in prima ſeptimana quadrageſimæ.

inter nos & Hebræos in computatione menſium 3. Oſtendit etiam, quòd non ſit ieiunandū à Paſcha Domini vſq. ad Pentecoſtem, nec eſſe flectenda genua 4.

3 Vt ī.ead. ieiunium.

4 Vt ī.ead. ſcire. & c. ſeq.

IEiunium.]CASVS. Quæſiuit Benedictus epiſcopus à Calixto quoties quatuor tempora eſſent in anno celebranda, qui reſpondit dicens quod hactenus ter celebrata fuerunt: ſed melius eſt vt quater in anno celebretur ſolenne ieiunium, ad inſtar quatuor temporum anni,per quæ voluitur annus.

k ¶Voluitur.] Lex tamen in æſtatem & in hyemem annum diſtinguit.ff.de aqua quotidiana & æſtiua, l.1. § hoc interdictum.

Annus in æſtatem & hyemē diuiditur.

ſic & nos quaternum ſolenne agemus ieiunium per anni quatuor tempora.

Item ex concilio Moguntino primo, cap.34. [*ſed ibi fuſius; hic ſummatim.*]

De eodem. C. II.

Capitul.5.c.86 Burch.l.13.c.2. Iuo par.4.c.35. Pan.l.2.ca.180.

CONſtituimus [a], vt quatuor tempora anni ab omnibus communi † ieiunio obſeruentur; id eſt in menſe Martio, hebdomada prima; in Iunio, ſecunda; in Septembri, tertia; in Decembri, quarta.

† *al. cum*

¶ *Auctor Micrologi, ca. 24. & 25. de hoc ipſo Moguntini concilij canone diſputans, aperte ait hoc ex ignoratione traditionis eccleſiaſticæ fuiſſe profectum. Vnde Leo Papa ait,* Huius obſeruatione, &c. *quod refertur infra ead. diſt. c. 6. Et ne quis occaſione horum conciliorum Germanicorum deciperetur; Gregorius ſeptimus (quod in eodem Micrologo narratur) veterem Romanæ eccleſiæ conſuetudinem renouauit. De qua re in concilio Claremontenſi Vrbani ſecundi; canone primo ſic ſtatuitur.* Primum ieiunium quatuor temporum ſemper fiet prima hebdomada Quadrageſimæ; Secundum in hebdomada Pentecoſtes abſq. genuũ flexione, cum alleuia, & Gloria in excelſis Deo, & veſtibus ſolennib. fiet; tertium plena hebdomada ante æquinoctiũ autumnale: quartum plena hebdomada ante Natale Domini vigilia eiuſdem accepta. *Et idem repetitur in altero concilio Placentiæ poſtea habito: quod eſt in bibliotheca Vaticana, & citatur infra ead. c. ſtatuimus.*

Item ex concilio Salegunſtæ habito, c.2.

¶De eodem. C. III.

Burc. in fine. Iuo p 4. ca. 35. Pann.l.2.c.181.

DE ieiunio autem incerto quatuor tẽporũ hanc certitudinem ſtatuimus, vt ſi Kalendæ Martiæ [b] in quarta feria, ſiue antea euenerint, eadem hebdomada ieiunium celebretur. Si autem Kalendæ Martiæ in quintam feriam, aut ſextam, aut ſabbatũ diſtenduntur: in ſequentẽ hebdomadam ieiunium differatur. Simili quoq; modo, ſi Kalẽdę Iunij [c] in quarta feria, aut antea euenerint; in ſubſequenti hebdomada ieiunium celebretur: & ſi in quinta, aut ſexta feria, aut ſabbato contigerint; ieiunium in tertiam hebdomadam reſeruetur. ¶Et hoc ſciendum eſt, [d] ꝙ ſi quando ieiunium menſis Iunij in vigilia Pentecoſtes ſecundum prædictam regulam euenerit; non ibi celebrãdum erit, ſed in ipſa hebdomada ſolenni Pentecoſtes: [quia uigilia α ſimul & ieiunium celebrari [e] non debent. & tunc propter ſolennitatẽ ſpiritus ſancti, diaconi dalmaticis inducãtur, & alleluia cantetur; &, flectamus genua, non dicatur. ¶Eodem modo de Septembris ieiunio conſtitutum eſt, vt ſi Kalendæ Septembris in quarta feria euenerint, aut antea; ieiunium [f] in tertia hebdomada celebretur; & ſi in quinta, aut ſexta, aut ſabbato cõtigerint, in quarta hebdomada ieiunandum erit. ¶In Decembri [g] vero illud obſeruãdum erit, vt proximo ſabbato ante vigiliam natalis Domini celebretur ieiunium; quia ſi vigilia in ſabbato euenerit, ſimul vigiliam & ieiunium celebrare non conuenit.

α ¶Quia vigilia.] *Hæc vſque ad verbum*, debent, *non ſunt in ipſo concilio impreſſo ex Burchardo: eadem vero ſententia repetitur in fine capitis.*

a COnſtituimus.] Hoc ca. eſt abrogatum.

DE ieiunio.] CASVS Hoc cap habet duas partes. Prima eſt abrogata, q: nõ habet locũ quod in ea dicitur. Secũda eſt authentica, vbi dicitur ꝙ ieiunium æſtiuum celebrãdum eſt in prima hebdomada poſt Pentecoſtem: in quo tẽpore diaconi dalmaticis induãtur, & alleluia cãtetur, ſed genua nõ flectimus. Ieiunium vero autũnale celebratur in Septembri in tertio die Mercurij Septẽbris, computãdo à prima die Mercurij eiuſdẽ menſis, Hiemale autem ieiunium celebrandum eſt in menſe Decembri ante vigiliam natiuitatis Domini. Secũda pars ĩcipit ibi, & hoc ſciẽdũ.

b ¶Martiæ] Nõ ſemper, immo prima ſeptimana quadrageſimæ.

c ¶Iunij.] Nec hoc ſemper, immo in ſeptimana Pẽtecoſtes.

d ¶Et hoc ſciendum eſt.] Quod abhinc dicitur manet immutatum, ſuperiora per ſequentem canonem mutant. ſ. ſtatuimus. & ita vtile non vitiatur p inutile. cõtra. 9. diſt. ſi ad ſacras. Lau.

e ¶Celebrari.] Cedit ergo ĩ ieiunio minus dignum dignori. arg. ff. de mino. verum. §. vlt. extra de conſe eccl. vel alta. c. quod in dubijs. Et eſt arg. ꝙ ſi feſtum alicuius Apoſtoli die lunæ euenerit, ſabbato vigilia ieiunanda eſt. quia ieiunium & Dominica ſimul concurrere nõ poſſunt. extra de obſer. ieiu. c. 1. argu. contra extra de verb. ſig. quæſiuit. Lau.

Dominica & ieiuniũ ſimul concurrere nõ poſſunt.

f ¶Ieiuniũ. [Infr. de cõſe. diſt. 3. quoniam.

g ¶In Decembri.] Prima quadragenæ ſeruat ieiunia Veris. Pneumatis hebdomada ſeruare ſecũda iubetis. Tertia Septembris cultum fert mercurius 1 iſtum. Sabbata ieiu-

Ieiunia quatuor tẽporum.

1 Nominatiui caſus, & fœminini generis eſt.

ta ieiunent vigilem præeuntia Chriſtum.] Lau.

STatuimus.] CASVS. In hoc c. rectè continetur in quibus tꝑibus ieiunia quatuor temporum ſunt celebranda: & corrigit & emendat illud c. conſtituimus. & primam partem illius capituli, de ieiunio.

a ¶In

Contra Vrbanus in concilio Placentino, c. 15.

¶De eodem. C. IIII.

Poly. l. 3. tit. 25. STatuimus etiam, vt ieiunia quatuor temporum hoc ordine celebrentur: primum in initio Quadrageſimæ: ſecundum in hebdomada Pentecoſtes: tertium vero in Septembri [a]: quartum in Decembri more ſolito fiat.

Item Leo Papa, ſermone primo de ieiunio Pentecoſtes.

¶De eodem. C. V.

Poly. ibidem. IGitur poſt ſanctæ lætitiæ dies, quos in honorem Domini à mortuis reſurgentis, ac deinde in cœlos aſcendẽtis exegimus, poſtque acceptum ſancti ſpiritus donum, ſalubriter, & neceſſarie conſuetudo eſt ordinata ieiunij, vt ſi quid forte inter ipſa feſtiuitatem gaudia negligens libertas, & licentia inordinata præſumpſit hoc religioſæ abſtinentiæ cenſura caſtiget.

Item ſermone octano de ieiunio decimi menſis.

¶De eodem. C. VI.

Poly. ibidem. HVius obſeruantiæ vtilitas, dilectiſſimi, in eccleſiaſticis præcipuè eſt conſtituta ieiunijs: quæ ex doctrina ſancti ſpiritus ita per totius anni circulũ diſtributa ſunt, vt lex abſtinentiæ omnibus ſit adſcripta temporibus. Si quidem ieiunium uernũ in Quadrageſima, æſtiuũ in Pentecoſte, autumnale in menſe ſeptimo, hiemale autem in hoc, qui eſt decimus, celebramus; intelligentes diuinis nihil vacuum eſſe præceptis, & verbo Dei ad eruditionem noſtram omnia elemẽta ſeruire, dum per ipſius mundi cardines, quaſi per quatuor Euangelia inceſſabili tuba diſcimus, quod & prædicemus, & agamus.

2 *Primum [b] vero menſem, quartum, ſeptimum, & decimum, non Hebræorum ratione, ſed noſtra debemus accipere. Primus enim menſis apud illos eſt Aprilis, quartus Iulius, ſeptimus October, decimus Ianuarius. In quibus, & præterea in quinto menſe, qui eſt Auguſtus, quæ fuerit eis cauſa ieiunij Hieronymus in commentarijs ad c. octauum Zachariæ exponit dicens.*

¶Quare in ſuprascriptis menſibus ieiunia lex imperauit. C. VII.

Poly. ibidem. IEiunium [c] quarti, & ieiunium quinti, & ieiunium ſeptimi, & ieiunium decimi (ἀπὸ κοινοῦ enim ſubauditur mẽſis) domui Iudæ, & Hieruſalem in dies feſtos vertetur, &

HVius.] CASVS. Dicitur in hoc c. ꝙ ex doctrina ſancti ſpiritus cõſtitutum eſt, ut quaternum ieiunium celebretur in quatuor tꝑibus anni, ſ. in vere, & æſtate, & autumno, & in hieme; ad inſtar quatuor elementorum, & quatuor Cardinum mundi, & quatuor Euangeliorum. Et primum eſt ieiunium in Quadrageſima. Secũdum. ſ. æſtiuum poſt Pentecoſtẽ. Autũnale eſt in Septembri. Hiemale in Decẽbri. PRIMVM. Hæc eſt ſecunda pars huius diſ. in qua dr̃ vnde habuerunt ortum ieiunia Iudæorum, qui aliter computãt quam nos. Io. de Fan.

CASVS. Iſte §. reſpicit illud c. ordinationes. ſ̃. 75. diſt. in quo facta eſt mentio de primo menſe, quarto, ſeptimo, & decimo. Et dicit Gratianus ꝙ debemus ibi intelligere primũ mẽſem & cæteros ſm cõputationẽ noſtrã, & non ſm computationem Hebræorum. apud quos Aprilis eſt primus menſis: quartus Iulius: ſeptimus October: & Ianuarius decimus. Sed Romani olim primum mẽſem dicebant Martium: nunc vero Ianuarium. Præterea quare Hebræi ieiunabant in Auguſto, qui eſt eis quintus menſis, rationem aſſignat Zacharias in ſequenti cap.

b ¶Primum.] Accipe in ſuperiori diſt. c. vi.

IEiuniũ.] CASVS. Hoc cap. diuiditur in tres partes. In prima ponit Hiero. uerba Zachariæ, vbi dr̃ ꝙ Hebræi ieiunant in quarto, quinto, ſeptimo, & decimo mẽſe: & oſtendit ꝙ Latini expoſitores hunc locum varijs modis expoſuerunt, & diſſonantibus. In ſecundo parte ponit multiplices cauſas quare ieiunant Iudæi in prædictis menſibus. In tertia parte primo exponit verba Zachariæ ſm litteram: poſtea ſm anagogicum intellectum. Secũda pars incipit ibi, [Cogimur.] Tertia ibi, [Hoc igitur eſt omne.] Et verba ſunt ꝓphetę vſq; illud, [In hoc loco.] & quod dr̃ ibi, [Quarti, &c.] ſubauditur menſis. [In hoc loco,] verba ſunt Hier. inſerta illi auctoritati.

c ¶Ieiunium quarti.] Subauditur menſis. & arg. ſumi poteſt

a ¶In Septembri.] ſm diſtinctionẽ c. ſuperioris. in fi.

IGitur.] CASVS. Docet Leo, ꝙ poſt quinquaginta dies lætitiæ, cõputandos à die reſurrectionis, quos in honorem Domini celebrauimus, indicitur ieiuniũ, vt ſi quid per abundantiam lætitiæ deliquimus, abſtinentia ieiunij caſtigetur.

Præcepta etiam moralia ſunt p eccleſiã mutabilia.

poteſt ex hoc c. ꝙ etiam ea, quæ moralia ſunt, immutantur per eccleſiam hodie. Nam alijs temporibus celebrabantur olim hæc ieiunia, alijs nunc.

a ¶In hoc loco.] Verba Hiero.

b ¶Dixerunt.] Oſtendendo cauſas conſtitutionis talis vel talis ieiunij.

l ¶Hieroſolymis.] Legitur t in pſalterio. Vt q̃d Deus repuliſti: ꝙ Hieruſalem capta eſt eo tẽpore, quo interfecerunt Ieſum Chriſtũ, ſcilicet in Paſcha: poſſumus dicere ꝙ tunc fuerit capta: ſed illæſa conſeruata in ſe vſque ad Auguſtum, quando fuit accenſa ab Iſmael, qui

t Dic legitur, id eſt, habetur in Ioſepho: ſecũdũ Goff. Hieruſalẽ quãdo fuit capta.

gaudium: veritatem tantum Deus quærit, & pacem. In hoc loco [a], noſtrorum multi multa dixerunt [b], & inter ſe diſſonantia. *& paucis interiectis*. ¶Cogimur igitur ad Hebræos recurrere; & ſcientiæ veritatem de fonte [c] magis, quàm de riuulis [d] quærere [e] †. *& paulo poſt*. ¶Ieiunium quarti [f] menſis, qui apud latinos vocatur Iulius, die ſeptima, & decima eiuſdem menſis illud arbitrantur, quando deſcendens Moyſes de monte Sina tabulas legis abiecit [g] atque confregit, & iuxta Hieremiam muri primum rupti ſunt ciuitatis [h]. In quinto menſe, qui apud latinos appellatur Auguſtus, cum propter exploratores terræ ſanctæ ſeditio orta eſſet in populo, iuſſi ſunt montem non aſcendere, ſed per quadraginta annos longis à † terra ſancta circumire diſpendijs, vt exceptis duobus, Chaleb & Ioſue, omnes [i] in ſolitudine caderent. In hoc menſe & à Nabuchodonoſor, & multa [k] poſt ſæcula à Tito & Veſpaſiano templum Hieroſolymis [l] incenſum eſt, atque deſtructum: capta vrbs Bethel, ad quam multa millia confugerant Iudæorum: aratum templum in ignominiam gentis oppreſſæ à Tito Annio Rufo. In ſeptimo vero, qui apud nos appellatur October, ſicut ſupra diximus, occiſus eſt Godolias, & Iudæ tribus, ac Hieruſalem reliquiæ diſſipatæ. Legamus Hieremiam. Menſe decimo (qui apud nos Ianuarius dicitur, eo quòd ianua anni ſit, atque principium) Ezechiel in captiuitate poſitus audiuit, & cunctus populus captiuorum, quinto menſe templum eſſe ſubuerſum: quod pleniſſimè in eodem propheta cognoſcimus. Hoc eſt igitur omne [m], quod dicitur. Dies planctus, & ieiuniorum, quos hactenus habuiſtis in luctum, ſciatis vobis (quia cogitaui, vt benefaciam Hieruſalem, & domui Iuda) in lætitiam & gaudium, & ſolennitates eſſe vertendos: ita duntaxat, ſi veritatem diligatis, & pacem. Iuxta anagogé [n], quia tunc ieiunamus, quando ſponſus aufertur à nobis, & non meremur eius habere præſentiam: cum reuerſus fuerit Dominus ad nos, & cogitauerit, vt bene faciat nobis; omnis triſtitia vertetur in gaudium, & fames [o] priſtina ſermonis Dei præſentia doctrinarũ eius & cęleſtis panis ſaturitate penſabitur.

Exo. 32.

Hier. 52.

Num. 14.

† *ad terram ſanctã*] orig. 4. *reg.* 25.

Hier. 39. & 41.

Hier. 52.

Ezechiel. 33.

Ioann. 16.

† Ex iſto text. infertur, ꝙ quãdoque magis cõſideraſ accidẽtale. cõcor. l. 2. §. ex actis. ff. de orig. iur. & l. 1. §. beſtias. ff. de poſtu.

2 Hiſtoria ſecũdũ Iſi. in 1. l. etymo. dicit ab hiſtorein Græce, q̃d eſt Latine cognoſcere, vel videre. apud veteres enim nullus ſcribebat hiſtoriã, niſi qui Iterfuiſſet. Alij dicũt, ꝙ dr̃ ab hiſtoron Grecè, q̃d ẽ geſticulatio, id eſt, geſtuum repſentatio: vnde & hiſtrio vocaſ geſticulator. i. aliorũ geſtorũ recitator & repſẽtator. Archidia.

Scriptura diuina quadruplicitet exponi poteſt.

Magiſtro pluſquã diſcipulis credendũ eſt.

c ¶De fonte.] Collige in dubijs ad rei originem recurrendũ: & plus magiſtro q̃ diſcipulis credendum!, vt dixi diſt. 9. vt veterum. & diſt. 20. de q̃bus. 24. q. 1. loquitur. ſup. 12. p̃ceptis. Arg. ↄ nunquã ad rei originem recurrendũ. ff. de leg. & ſenatuſcon. & ideo. nã dicit lex, ꝙ nõ de omnibus q̃ conſtituta ſunt reddi ratio poteſt, &c. ff. tit. eo. non omnium.

Tranſcriptũ an valeat ſine originali.

d ¶De riuulis.] Arg. nõ valere trãſumptũ ſine originali. C. de eden. Authen. ibi poſita. arg. ↄ extra de fideiuſ. peruenit. Dicit Albericus ꝙ ſi eſt trãſcriptũ per manũ tabellionis valet: argu. ff. de admini. tu. chyrographis. Azo dicit nõ valere niſi per iudicem fiat trãſlatio, vt in authent. vt fratrũ filij §. illud. colla. 9. C. de teſt. publicati. lo. Hæc quęſtio determinatur hodie p decre quã habes extra de fide inſtru. ca. vlt. vbi dr̃ ꝙ exẽplata inſtrumẽta aliqua iuſta cauſa auctoritate iudicis ſcripta eandem vim habeant cũ authenticis & originalibus. B.

ADDITIO. De hoc not. 100. diſtin. cõtra morem. & extra de verborum ſignifica. abbate. Archid.

e ¶Quærere.] Supra diſt. 9. vt veterum.

f ¶Quarti.] Menſis, ſcilicet ſecundum Hebraicam computationem.

g ¶Abiecit.] Cum inueniſſet Iudęos cõflaſſe vitulũ, vt 45. diſt. diſciplina. ↄ. de pœ. diſ. 2. §. item opponitur.

h ¶Ciuitatis.] A Nabucodonoſor, qui cum Chaldæis cœpit ciuitatem Hieruſalem. 23. q. 5. §. hinc. in fine.

i ¶Omnes.] Qui diffidere cœperunt: ſed cũ Moyſes non diffideret, & eſſet maior xx. annis, quare non intrauit terram promiſſionis? rationem habes 24. q. 4. §. his omnibus. Et dic, omnes, qui à 10. annis & ſupra exiuerunt de Ægypto.

k ¶Multa.] Sed quare inducit hoc de Tito & Veſpaſiano, cum ante per multa tempora fuit illud ieiunium conſtitutum? & dicimus ꝙ iſtud non facit ad propoſitum: vnde eſt argu. ꝙ quandoque aliqua inferuntur decretis, quæ non faciunt ad propoſitum principale. arg. ſup. prox. diſt. quòd dic. ver. cui initium.

qui Iudæus erat, & à quibuſdam alijs.

m ¶Hoc igitur eſt omne.] Id eſt, hoc ſignat apud nos: nam apud Græcos decimus inuenitur October, vt ſupra diſt. 18. propter.

n ¶Anagogen.] Id eſt, ſuperiorem & ſpiritualem vel moralem intellectum: nam ana, ſupra: goge, ducere: inde pædagogus quaſi ductor. hoc modo exponitur. hic eſt enim quidam intellectus hiſtoricus 2, allegoricus, moralis, ſiue tropologicus, & anagogicus: ſicut diximus ſupra. diſtinctio. 37. vino, ſic hęc vox, Hieruſalem, hiſtorice ſignat ciuitatem illam terreſtrem: allegorice eccleſiam: moraliter animam fidelem: anagogicè cæleſtem Hieruſalem. Moralis intellectus attendit quæ iuxta nos ſunt: allegoricus, quæ intra nos: anagogicus quæ ſupra nos hic ergo ponitur anagogicus pro allegorico.

o ¶Et fames.] Infra. 8. q. 2. audacter.

NON

NON AVTEM. Hæc eſt tertia pars huius diſt. in qua dicitur, ꝙ à paſcha vſque ad pentecoſtem non debemus de neceſſitate ieiunare Io. de Fan.
CASVS. Dictum eſt, ſupra in c. de ieiunio, ꝙ poſt pētecoſtem ieiunium quatuor temporū eſt celebrandum: modo

3 Non autem videntur [a] ieiunia quarti menſis poſſe celebrari ante diem Pentecoſtes. A die enim Dominicæ reſurrectionis vſque in diem Pentecoſtes inducuntur obſeruanda ieiunia [b].

Vnde Ambroſius in eiuſdem diei ſermone ſexageſimo primo, qui ſic incipit:

¶De eodem. C. VIII.

Scire debet [a] ſanctitas ueſtra. Per hos quinquaginta dies nobis eſt iugis, & continuata feſtiuitas: ita ut hoc omni tempore neque ad obſeruādum indicamus ieiunia, neq; ad exorandum Deum genibus ſuccedamus † [c]. *& infra.* ¶Inſtar ergo Dominicæ, tota quinquaginta dierū curricula celebrantur, & omnes iſti dies, uelut dominici deputantur. Reſurrectio enim Dominica eſt. Nam in Dominica reſurgens ſaluator reuerſus ad homines eſt, & poſt reſurrectionem tota quinquageſima [d] cum hominibus commoratus eſt. Aequalis ergo eorum [e] neceſſarium ut eſſet feſtiuitas, quorum æqualis eſſet & ſanctit. s †. Sic enim diſpoſuit Dominus, vt ſicut eius paſſione in quadrageſimæ ieiunijs contriſtaremur; ita eius reſurrectione in quinquageſimæ ferijs lætaremur. Nō igitur ieiunamus in quinquageſima; quia in his diebus nobiſcum Dominus commoratur. ¶*Item in Apologia* [f] *Dauid.* Hunc numerum [quinquageſimum videlicet] læti celebramus poſt Domini paſſionem, remiſſo culpæ totius debito, chyrographo quoque [g] euacuato [h], ab omni nexu liberi, & ſuſcipimus aduenientem in nos gratiam ſpiritus ſancti: die Pentecoſtes vacante ieiunio laus dicitur Deo, alleluia cantatur [i].

† *ſuccidamus*] orig. & aliquot Gratiani exemplaria uetuſta, & recentes editiones.

† *ſic quātitas*] orig.

C. 8.

Coloſſ. 2.

a ¶Scire debet.] *In multis manuſcriptis exemplaribus à capite,* ieiunium. *vſque ad c.* poſt Paſcha. *in aliquot etiam vſque ad vltimum, nulla eſt diſtinctio capitum. Tanquam enim unico cōtextu continentur multa auctoritate à Gratiano citata: Ideo verba iſta,* Scire debet ſanctitas ueſtra, *cohærent cum extremis verbis Gratiani ad finem præcedentis capitis, atque ita legēdum,* Vnde Ambroſius in eiuſdem diei ſermone 61. qui incipit, Scire debet ſanctitas veſtra; *ac deinde ſubiungendum,* Per hos quinquaginta, &c *Suo enim modo aptauit hunc locum Gratianus. Nā apud B. Ambroſium paulo aliter habetur.*

Neceſſario ergo eccleſia conſtituit, vt poſt diem Pentecoſtes ieiunia celebrentur. Sed quod in illis quinquaginta diebus ieiunandum eſſe negatur; ex obſeruantia [k] *neceſſitate intelligitur.*

modo vult hic Gratianus oſtendere quare non ante. ſ. quia à Paſcha reſurrectionis vſq. ad pentecoſtē non indicūtur ieiunia ex neceſſitate. & hoc ꝓbat per ſeq. c.
a ¶Non autem uidentur.] Improbat quod dictum eſt ſ. de ieiunijs. ſ. ea c. ſtatuimus. & c. de ieiunio. in prin.
b ¶Ieiunia.] ſ. de conſe. diſt. 3. rogationes. §. Sol. licet ibi ieiunemus tribus diebus, nihilominus tñ eſt ibi cōtinuata feſtiuitas. Nā dicit lex ꝙ perennis eſt ſiue cōtinuus fluuius, licet qñq. exareſcat. ff. de flu. l. 1. §. 1. reſp. Vel dic conſuetudinem ſequendam 1. 12. diſt. illa.

Scire debet.] CASVS. Docet Ambro. ꝙ qnquaginta dies à paſcha reſurrectionis uſque ad penteco. reputantur uelut dies reſurrectionis & dies Dominici: qa reſurrectio die Dñica fuit: & hos dies cum hominibus & diſcipulis ſuis ſtetit: & ideo ſicut in reſurrectione gaudendum eſt, & non ieiunamus: ſic & in his quinquaginta diebus gaudendum eſt, nec ieiunia ſunt indicenda: nec genua flectimus.
c ¶Succedamus.] quia unum genu ſuccedit alij: & ita factū notat.
d ¶Quiſquageſima.] Si quadrageſimā dixiſſet, melius dixiſſet: nam poſt quadraginta dies aſcendit in cęlum. de conſec. diſt. 5. ieiunium, & ſic ponitur totum pro parte. ſic 23. q. 4. cum ſuperna. ſic econuerſo pars ponitur pro toto. 14. q. 5. pœnale.
e ¶Eorum.] Arg. pro omnib. vigilijs Apoſtolorum ieiunandis, uel pro nullis: quod falſum eſt: eccleſia tamen Romana cōſueuit in uigilijs omniū ieiunare. extra de obſer. ieiunio. conſiliū. niſi Ioannis, Philippi & Iacobi, vt ibi Lau.
f ¶In apologia.] Id eſt, ſermone excuſatorio de adulterio, quod Dauid commiſit cum Bethſabeę ab apo, quod eſt re: & logos, quod eſt ſermo: quaſi reſponſio pro aliquo.
g ¶Chirographo quoque.] Id eſt, peccato quo tenebamur diabolo obligati tanquā chyrographo.
h ¶Euacuato.] Vt C. de plus pe. l. una. & eſt argu. ꝙ cancellato inſtrumento liberatur debitor 2: quod verum eſt niſi creditor probet contrariū. ff. de prob. ſi chirographum.
i ¶Cātatur.] ſ. de conſec. diſt. 3. ne q. s. & cap. ieiuniū.
NECESSARIO. CASVS. Concludit Gratianus ſupradicto cap. dicens ꝙ eccleſia neceſſario inſtituit ieiunium poſt pentecoſtem: quod dicitur non eſſe ieiunādum in his quinquaginta diebus, intelligitur ex neceſſitate: de facto tamen ieiunamus in uigilia pentecoſtes, ſicut in uigilia reſurrectionis, & ad hoc inducitur ſequens cap.
k ¶Obſeruantię.] Hic male dicit, & in ſeq. §. immo vigilia

1 Scilicet an illi tres dies, de quibus, loquitur præd. c. rogationes ſint ieiunādi. Io.

Chriſtus poſt dies xl. aſcendit in cęlum.

Ieiunandū eſt in uigilijs omniū Apoſtolorū. niſi Ioānis Philippi & Iacobi.

2 De hoc no. extra de renunc. ſanè. in gl. & ſic. & extra vt lite pen. eccleſia 2. in fi. Archi.

Fluuius etiam qñq; areſcēs dicitur perennis.

Vigilia pentecoſtes eſt neceſſario ieiunanda.

gilia pentecoſtes neceſſario ieiunãda eſt, ut infra cap. noſſe.& ſ.cap.ieiunio.non obſtat c.ſcire.quia pro vno die,nec plus nec minus 1,ſed ꝙ ieiunari debeat hoc habet eccleſiæ conſuetudo generalis.

1 De conſe. diſt.2. ſeuera, & uide qđ dixi 65. diſt.c.1.

NOſſe credo.] CASVS. Docetur hic,quòd cum tanto gaudio celebrandus eſt dies pentecoſtes, quanto dies reſurrectionis. Et hoc probat per ſimilẽ obſeruantiam: quia uigilia pentecoſtes celebratur ſicut uigilia reſurrectionis, unde ſimilis obſeruantia ſimili debet gaudere lętitia.

a ¶Pernoctantes.] per totam noctem ſignificat. ff. de verbo. ſign.urbana.§. pernoctare.

b ¶Neceſſe eſt.] Id eſt cõueniens eſt 2 ſecundum G. nam conſilium eſt. non enim quidquid conſulitur, iuris neceſſitati ſubijcitur. de pęn. diſt.6. c.1. in fin. ff.de iudic. non quidquid.

2 Adde glo. cõcor. in l. de pupil.§. meminiſſe.ff.de no. ope.nun.& in l.1.ff. de offi.pręfec. prǽto.Arc.

OBSERVANTIA. CASVS. Dicit Gratianus, quòd ſimilis obſeruantia eſt quo ad factum, & non quo ad neceſſitatem: conſuetudo tñ eccleſię pręiudicat ei qđ Gratianus dicit.

POſt Paſcha.] CASVS. Quæſitũ fuit ab Iſidoro,vtrum monachi uel clerici vel laici poſſunt ieiunare à reſurrectione uſque ad pentecoſtem? qui reſpondet dicẽs, ꝙ licet eccleſia relaxet ieiunia & abſtinẽtię rigorem,ſi quis tñ vult ieiunare, põt ad inſtar Antonij & Pauli & cęterorũ patrum. qui in his diebus in heremo ieiunauerũt, exceptis diebus Dominicis.

c ¶Relauaxerit.] Interdicendo ieiunia.

VTinam.] CASVS. Lucinius quæſiuit à Hieronymo an ſit peccatum ieiunare in 50. diebus poſt Paſcha reſurrectionis, & in diebus dominicis. Et reſpondet quòd non. Et hoc probat exemplo Pauli & aliorum credentium,qui in illis diebus ieiunauerunt: non tamẽ cogitur quis ieiunare,ſed unaquæque prouincia in ſenſu ſuo abũdat & leges maiorum interpretatur.

d ¶In actibus.] ſ. 30.diſt.ſi quis tanquam.contra.

e ¶Contextas.] Id eſt,interſertas ſolennitates,vel contextas id eſt,iuges & continuatas.ſupra. ea.ſcire.

f ¶Auferam.] Dicendo tunc eſſe ieiunandum. ADDITIO. q.d. Nolo his diebus indicere ieiunium. Archid.

g ¶In ſuo.] Vt morem obſeruet in ieiunijs,ſicut dicitẽ de vigilia Bartholomęi.extra de obſer.ieiu.conſilium.

h ¶Apoſtolicas.] Conſuetudo enim interpretatur legem. ff.de verb.ſig.anniculus.

DIlectionis.] Hoc c.inducitur ad oſtẽdendum varietatẽ computationis inter Latinos & Hebrços. Nã ſecundum Latinos quartus eſt menſis Iunius:ſecundũ Hæbreos Iulius: & ita facit ad ꝓpoſitum Gra eſt ergo caſus. Latinus diaconus eccleſiæ Grumentinæ fuit electus ab omnibus in epiſcopum Marcellianẽſem,qđ negotium

Vnde idem Ambroſius in eiuſdem diei ſermone 60. qui ſic incipit.

¶De eodem. C. IX.

NOſſe credo a vos fratres. Non minore lætitia celebramus diem Pentecoſtes, quàm ſanctum Paſcha curauimus.Tunc enim,ſicut modo fecimus, ieiunauimus ſabbato, vigilias celebrauimus: orationibus pernoctantes[a] † inſtitimus; vnde neceſſe eſt[b], ſimilem † obſeruantiam ſimilis lætitia ſubſequatur.

† *pernoctanter*] orig.
† *ſimilis obſeruantia ſimilẽ lætitiam ſubſequatur*] ori.

a ¶Noſſe credo.] *Idem euenit in hoc capite, quod in ſuperiore euenisſe notatum eſt. Cohæret enim cum ſuperioribus, prima ſermonis periodo quaſi in ſummam redacta.*

Obſeruantia vero ſimilis dicitur quo ad factum,non quo ad neceſſitatem.

Vnde Iſidorus lib.1.de eccleſiaſticis officijs,c.42.

¶De eodem. C. X.

POſt Paſcha vſque ad Pentecoſtem,licet traditio eccleſiarum abſtinentiæ rigorem prandijs relaxauerit[c]; tamen ſi qui monachorum vel clericorum ieiunare cupiũt, non ſunt prohibendi; quia Antonius, & Paulus,& cæteri patres antiqui etiam his diebus in heremo leguntur abſtinuiſſe,neque ſoluiſſe abſtinentiam,niſi tantum die Dominico.

Item Hieronymus ad Lucinium,epiſt.28.

De eodem. C. XI.

VTinam omni tempore ieiunare poſſimus; quod in actibus[d] Apoſtolorum diebus Pentecoſtes, & die Dominico apoſtolum Paulum, et cum eo credentes feciſſe legimus. *& infra.* ¶Nec hoc dico, quòd Dominicis † diebus ieiunandum putem,& contextas[e] quinquaginta † diebus ferias auferam[f]: ſeu vnaquæque prouincia abundet in ſuo[g] ſenſu: & præcepta maiorum leges Apoſtolicas[h] arbitretur.

Poly.l.3.tit.23. Act.13.20.& 27.
† *al. feſtiuis*
† *al.ſexaginta*]orig.

Item Pelagius Papa Petro epiſcopo Potentino.

¶Sabbato magno poſt horam baptiſmi epiſcopus valet ordinari. C. XII.

DIlectionis tuæ ſcripta ſuſcepimus, quibus ſignificas Latinum eccleſiæ Grumentinæ diaconum ad epiſcopatũ Marcellianẽſis eccleſiæ,ſiue Cluſitanæ † ab omnibus fuiſſe electũ: quod iam ante hoc tempus retuliſti & iuſſi-

ſ.diſtin.63.litteras. Poly.l.2.tit.28. Anſ.l.6.c.59.
† *al.Cuſilinatis*

gotiū totum Petrus Pontinus epiſcopus, Papæ ſignificauit. Reſcribit ergo Pelagius, ꝙ iam iuſſerat Latinū prædictum Romam venire, credens eū habere litteras dimiſſorias à ſuo epiſcopo: quod ſi verū eſt, mittit Petro vt faciat eum venire ad Vrbem in ſabbato ſancto: quia

quicunq. alia in monachis, quia monachus ex diſpenſatione intra annum promouetur, laicus intra annum & dimidium, ut infra ea. monachus. & docet no. huius diſt. quòd gradatim debet fieri ordinatio.

d ¶ His temporibus.] Hic intitulatur 77. diſtin. in qua tractat de interſtitijs temporum obſeruandis. Not. ergo ꝙ ſi qs ab infantia ſit mancipatus militię clericali, anno 7. poteſt ordinari clericus, oſtiarius, lector, & exorciſta, & ſic ſtabit vſque ad annum 12. exinde acolythus vſque ad annum 20. & poſtea in 21. ſubdiaconus, in 25. an. diaconus, in 31. presbyter, exinde poteſt eſſe epiſcopus, vt inf. ead. in ſingulis. & c. quicunque. 28. diſtin. de his. ſed ſi adultus velit ordinari, ſic pōt fieri ordinatio, vt per 7. annos recipiat ordines oēs in duob. primis quatuor minores, in reliquis quinque ordinetur acolythus, ſubdiaconus, diaconus, presbyter, & epiſcopus ſi electus fuerit. inf. ea. quicunque. Si autem ſecus factum fuerit, deponi debet. ỹ. ead. diſt. ſubdiaconus. ex generali tamen conſuetudine his omnibus capitulis derogatū eſt. vbi uero maior neceſſitas eccleſię incumbit, laicus per annū & dimidiū, monachus vero per annum poteſt recipere omnes ordines, ut infra ead. cap. vlt.

Temporū interſtitia ſunt in ordinib. obſeruanda

ſ. diſt. 54. c. frequens.

mus, vt veniret [a]; credentes eos de perſona eiuſdem ab epiſcopo [b] ſuo dimiſſorias accepiſſe. Quod ſi modo fecerunt, facite eum velociter ad vrbem Romam occurrere, vt ſi Deus iuſſerit, in ſabbato magno poſt horam baptiſmi ordinetur. Quòd ſi ante memoratum diem non occurrerit, cogetur vſque ad quarti [c] menſis ieiunia ſuſtinere.

DISTINCTIO LXXVII.

Epiſt. 82. Anaſtaſio.

His temporibus [d] ſecundum Anacletum, Zepherinum, Gelaſium, & Pelagium, epiſcopi, presbyteri, & diaconi ſunt ordinandi. Metropolitanus iuxta Leonem ex presbyteris eiuſdem eccleſiæ, vel ex diaconis optimus ordinetur. Ex monachis autem, vel laicis nullus niſi per gradus eccleſiæ, debet ad ſummum ſacerdotium peruenire.

Vnde Caius Papa Fœlici epiſcopo, epiſ. vnica in extremo.

¶ Non niſi per diſtinctos gradus quiſquam ad ſacerdotium aſpiret. C. I.

ILlud nos ſtatuentes vobis, & omnibus ſeruare mandamus, vt ad ordines eccleſiaſticos ſic aſcendant in eccleſia, qui ordinari merentur: id eſt, ſi quis epiſcopus eſſe meretur; ſit primum [e] oſtiarius, deinde lector, poſtea exorciſta, inde ſacretur acolythus, demum vero ſubdiaconus, deinde diaconus, & poſtea presbyter; & exinde, ſi meretur, epiſcopus ordinetur.

Vnde Zozimus epiſcopi vrbis Romæ ait ad Iſychium, epiſt. 1. c. 3.

¶ Quæ interualla temporis in ſingulis gradibus ſeruanda ſint. C. II.

Anſ. l. 7. cap. 49. Rabanus de inſt. cler. l. 1. ca. 13.

IN ſingulis gradibus hæc tempora ſunt obſeruanda

ILlud.] CASVS. Docet Gelaſius i hoc ca. quòd ſi quis vult ad epiſcopatum aſcendere, debet gradatim promoueri, ut primo oſtiarius, deinde lector, &c. quod oportet per interſtitia temporum fieri.

quia ſi tunc non uenerit, cogetur ſubſiſtere uſque ad ieiunia quarti menſis, id eſt, Iulij.

a ¶ Vt ueniret.] Quia forte ſuberat Papæ iſte epiſcopus nullo medio.

b ¶ Ab epiſcopo.] Arg. quòd clericus alicuius epiſcopi in alia prouincia non debet eligi. nec ipſe debet cōſentire niſi habeat litteras dimiſſorias, quibus abſoluatur ab obnoxietate ſui epiſcopi. arg. 85. diſt. Florentinum archidiaconum. & diſt. 71. fraternitatem arg. ecōtra, quod ſcilicet non exigatur conſenſus epiſcopi, inſtit. de adopt. §. ſed ſi quis nepotis. De hoc dixi ſupra 61. diſt. §. ſed aliud.

c ¶ Ad quarti.] Supra 75. diſt. ordinationes.

HIs temporib. CASVS. Oſtenſo quibus tēporibus ſint clerici ordinādi, nunc in hac 77. diſt. oſtendit quæ vel quanta interſtitia temporum in ſingulis ordinibus ſint ſeruanda, & ſuꝑ hoc triplex regula ſeruaē. Nam alia ſeruatur in pueris, qui per interſtitia promouentur, q̄ ſunt ỹ. ea. in ſingulis. & quicunq. alia in grādquis, qui intra 7. an. recipiunt ordines, vt infra ead.

e ¶ Primum.] Supra 21. diſt. cleros. ỹ. ſup. diſt. 32. ſeriatim ỹ ſ. 44. diſt. non oportet 1. ỹ 59. diſt. ſi officia. ỹ nā ibi colligitur. ꝙ pſalmiſtatus ſit ordo primus; ſed melius colligitur extra. de æta. & qual. cū contingat. Sed dic, ꝙ hæc dictio, primū. ſequētia reſpicit, nō ꝙ ſit primus ordo oſtiarius, ſed primus eſt reſpectu ſequētiū. ADDITIO. Iſta fuit ſententia Lau. Vel poteſt dici, ꝙ ideo tacet de pſalmiſta hic, & 92. diſtin. à ſubdiacono. quia ille ordo à ſimplici ſacerdote poteſt conferri. 23. diſt. pſalmiſta. & noluit enumerare niſi illos, qui ab epiſcopis conferuntur ſecundum Hug.

Pſalmiſtatus eſt primus ordo.

IN ſingulis.] CASVS. Zozimus docet hic tēpora eſſe ſeruāda in ordinib. ſuſcipiēdis, vt ſi ab infantia litteras didicerit à ſeptēnio uſq. ad annos duodecim recipit tres minores ordines, poſt annū 12. fiat acolythus. in 21. ſubdiaconus fiat. poſt 25. diaconus. poſt triginta ꝑſbyter; deinde mereat epiſcopus ordinari. Eadem interſtitia ſeruentur in defenſoribus, id eſt, patronis

patronis eccleſiæ, ſi voluerint ad clericatũ promoueri.
a ¶Si ab infantia.] Id eſt ſeptimo anno. C. de iure de lib. l. ſi infanti. Ioan.
b ¶Nomẽ.] Vt ſcribatꝛ ĩ matricula. 50. diſt. cõtumaces.
c ¶Quinquennio.] Poſt ſeptẽniũ. ꝭ. eo. c. ſubdiaconus.
d ¶Exinde.] Poſt xij. annos cum voluerit.
e ¶Vel ſubdiaconus.] Vel pro, id eſt, hoc probatur in cap. ſeq. arg. C. de verb. ſignifi. l. vlti. arg. extra de eo qui fur. or. re. cap. 2.
f ¶Xiiij. annis.] Computatis a tempore ſeptemnij. hoc reſpicit quod dicit de infantia, id eſt ſeptennio, & ita in xxj. an. ſubdiaconus fiat.
f ¶Xiiij. annis.] Hæc determinatio xiiij. an. non reſpicit niſi tantum ſubdiaconatum. quod patet ex cap. ſe. vbi dicitur, quòd ab acceſſu adoleſcentiæ vſque ad xx. annum fiat acolythus, & ſubdiaconus, ſed in xv. anno acolythus, in xxj. ſubdiaconus.
g ¶Pontificatum.] ꝭ. de conſec. diſt. 5. de his vero. ſ. diſt. 18. ſi epiſcopus. & diſt. 59. ſi officia.
h ¶Defenſores.] Id eſt aduocati caſtaldi. 1. q. 3. ſaluator 1.
i ¶Ex laicis.] ꝭ. diſt. 89. indicatum. contra. Sed hic iſti laici erant de foro eccleſiæ, ibi non. & conſtitui debent iſti quo ad temporalia, non quo ad ſpiritualia. 16. q. 7. in nona.
K ¶In ordine.] Contra. Nonne iſti ſunt grandæui, cum eis cõmittatur adminiſtratio. ergo per ſeptem annos tm̃ poſſunt aſcendere ad omnes ordines, vt infra c. prox. quare ergo hic dicit, ſupradicta obſeruatione. Reſp. ideo vt gradatim omnes ordines recipiant & nullum prætermitant. nec tamen per tanta interſtitia, vel hoc corrigitur. Io.

1 Adde hic ꝙ defenſor appellatur patronus ſiue aduocatus eccleſię extra de electio. venerabilem. Item reus dĩ defenſor. 4. q. 4. c. 1. Item cuſtos patroni Romanæ eccleſię. 28. diſt. qa ſunt culpæ. Item cuſtos cuiuslibet eccleſiæ, ut hic. Itẽ exorciſta. ꝭ. ead. monachus nouitius. Archid.

pit ibi, [Qui vero iſ.] Sed duo ſequentia c. plana ſunt.
l ¶Pubertatis.] i. annum xiiij. ſecundum quoſdam ſm̃ H. ante xij. Inſti. qui. mod. tute. fin. in prin. extra de deſpõ. impu. puberes. 20. q. 1. illud. vbi incipit adoleſcẽtia, exſufflatur & exulat pubertas. Ioã. quod dicit H. de xij.

Pubertas qñ finitur.

ſi ab infantia[a] α eccleſiaſticis miniſterijs nomen[b] dederit, vt inter lectores & exorciſtas quinquennio[c] teneatur, exinde[d] acolythus, vel ſubdiaconus[e] xiiij. annis[f] fiat; & ſic ad benedictionem diaconatus, ſi meretur, accedat: in quo ordine quinque annis, ſi inculpate ſe geſſerit, hærere debebit. Exinde ſuffragantibus ſtipendijs, per tot gradus datis propriæ fidei documentis, presbyterij ſacerdotium poterit promereri: de quo loco (ſi eum exactior ab bonos mores vita perduxerit) ſummũ Pontificatum[g] ſperare debebit. *& infra.* ¶Defenſores[h] etiam eccleſiæ, qui ex laicis[i] fiunt, ſupradicta obſeruatione teneantur, ſi meruerunt eſſe in ordine[k] clericatus.

α ¶Si ab infantia.] *Prior hac huius capitis pars ſummatim refertur. Integre locus ſic habet.* Si ab infantia eccleſiaſticis miniſterijs nomen dederit, inter lectores vſq; ad vigeſimum ætatis annum continuata obſeruatione perduret. Si maior iam, & grandæuus acceſſerit, ita tamen vt poſt baptiſmum ſtatim ſe diuinæ militiæ deſideret mancipari, ſiue inter lectores, ſiue inter exorciſtas quinquẽnio teneatur; exinde acolythus, vel ſubdiaconus quatuor annis: & ſic ad benectionem, &c. *Ac ſane in vno etiam peruetuſto Gratiani codice, & apud Rabanum, lib. 1. c. 13. de inſtituit. cleric. legitur,* quatuor annis, *non* quatuordecim. *Sed ob gloſſas nihil mutatum, additumve eſt.*

Item Syricius Papa ad Hymerium Tarraconenſem, epiſto. 1. cap. 9.

¶De eodem. C. III.

QVicumque itaque ſe eccleſiæ vouerit obſequijs à ſua infantia; ante pubertatis[l] annos baptizari[m], & lectorum debet miniſterio ſociari. Qui ab acceſſu adoleſcentiæ vſque ad vigeſimum α ætatis annum; ſi probabiliter vixerit, vna tantum, & ea quam virginem communi per ſacerdotẽ benedictione percepit, vxore contentus; acolythus[n], & ſubdiaconus eſſe debebit; poſteaque ad diaconij[o] gradum (ſi ſeipſum primitus, continentia præeunte, dignum probauerit) accedat. Vbi ſi vltra β quinque annos

Ino par. 6. c. 91. & 92.

QVicunque.] CASVS. Hoc c. diuiditur in duas partes. In prima proſequitur de pueris: in ſecũda de grandæuis. In prima igitur dr̃ ꝙ pueri ante pubertatis annos baptizari debent, & fieri oſtiarij, lectores, & exorciſtæ, deinde vſque ad xx. an. ita ꝙ, vſq; teneatꝛ incluſiue: inde fiat acolythus & ſubdiaconus: poſt xxv. diaconus: poſt xxx. presbyter, poſt decenniũ computãdũ à xx. ann. fiat ep̃s: quia poſtquam eſt presbyter ſtatim poteſt fieri ep̃s. In ſecunda vero parte dr̃, ꝙ ſi quis eſt grandis ætatis, prius baptizetur, & in primo biennio fiat oſtiarius, lector & exorciſta. In ſequẽti quinquennio fiat acolythus & ſubdiaconus, poſtea diaconus, poſtea presbyter, poſtea ep̃s. Sed a [illegible]

xij. annis nõ eſt verum in maſculo, ſed in puella, vt Inſti. qui. mo. ſi. tute. in prima colum. H.
m ¶Baptizari.] Sed quare dicit ꝙ tunc debeat baptizari, cum ſit dubium & periculoſum intantum differri baptiſma, vt de conſe. diſ. 4. qñ quis. &c. ne qđ abſit? ideo dicit quia cũ baptiſma ſit ianua omnium ſacramentorum, vt 32. diſt. §. verum. in fi. non poſſet ordinari ſi nõ eſſet baptizatus, ex̃ de presby. nõ bapti. c. 3. nõ ꝙ debeat differri: ſed ſi caſu dilatũ eſt, baptizari dẽt.
n ¶Acolythus.] Et ita videtur ꝙ de iure non debeãt minores ordines ſimul conferri: quod credo niſi diſpenſatiuè: vel niſi ſit conſuetudo, vt extra de eo qui fur. or. re. cum H lator.
o ¶Ad diaconij.] Cõtinentia præeunte: ideo hic nõ dixit de ſubdiaconatu, quia nondum erat ſacer ordo tempore Syricij, qui antiquiſſimus fuit. 32. diſt. erubeſcant. hodie vero eſt ſacer ordo.

Baptiſma eſt omniũ ſacramẽtorum ianua.

Ordines minores an ſimul conferri poſſunt.

a ¶Exinde.]

a ¶Exinde.] j.ea.diſ.epiſcopus.cōtra.Sed referas hoc ad xx.annum, de quo ſermo præceſſit, non ad quinquennium proximū:& ſic erit in xxx.anno,ut ibi dicitur,& extra de elec.cum in cunctis.Vel dicas eſſe cōſtitutionum uarietatem.Hug.

b ¶Gran-

in canone.26.diſ.qui ſine.diſtingue tñ inter ordinem & ordinem. & ita arbitrio boni uiri relinquitur. extra de offic.deleg.de cauſis.ff.de iure delib.l.1.

c ¶Aliud.] à biennio ſi eſſet in xv. anno. nec refertur ad antecedens quinquēnium: qa non præceſſit aliud, ſic C. quomodo & quando iudex.Auth. qui ſemel.

laudabiliter miniſtrauerit, congrue presbyterium conſequatur.Exinde[a] poſt decennium epiſcopalem cathedram poterit adipiſci: ſi tamen per hæc tempora integritas uitæ,ac fidei eius fuerit approbata. Qui uero iam ætate grã dæuus[b] melioris propoſiti conuerſatione prouocatus, ex laico ad ſacram militiam peruenire feſtinat; deſiderij ſui fructum non aliter obtinebit, niſi eo, quo baptizatur, tempore, ſtatim[c] lectorum, aut exorciſtarum numero ſocietur: ſi tamen eum unam habuiſſe, uel habere[d], & hanc uirginem accepiſſe conſtet uxorem. Qui dum initiatus fuerit, expleto biennio, per quinquennium aliud[e] acolythus, & ſubdiaconus fiat; & ſic ad diaconatum (ſi per hæc tempora dignus iudicatus fuerit) prouehatur. Exinde iam acceſſu temporum, presbyterio, uel epiſcopatui, ſi eum cleri, ac plebis euocauerit electio, non immerito ſocietur.

Ibidem.c.10.

a ¶Vigeſimum. *In pleriſque vetuſtis exemplaribus, & Gratiani, & epiſtola, atque apud Iuonem legitur,* trigeſimum. *Sed in epiſtola Zozimi, cuius pars relata eſt in antecedente notatione,* vigeſimum.

c ¶Vltra.] *Sic legitur in omnibus manuſcriptis, & in originali ipſo. In vulgatis erat,* intra.

Item ex ſexta ſynodo, c.15.

¶De eodem. C. IIII.

SVbdiaconus non minor uiginti annorum[f] ordinetur. ¶Si quis uero in aliquo ordine ſacerdotali præter conſtituta tempora ordinatus fuerit, deponatur.

Item ex concilio Carthaginenſi 3.c.4.

¶De eodem. C. V.

Et cōc. Carth. codicis can. 16. Burc.l. 2. c.11. Iuo p 6.c.31. Pann.l.3. c.30. Poly.l.2.tit.27. Ans.l.7.c.96.

PLacuit[g], vt ante uigintiquinque annos ætatis nec diaconi ordinentur, nec uirgines conſecrentur, & ut lectores populum non ſalutent[h].

Item ex concilio Agathenſi, c.16. & 17.

¶Minoribus xxv.annis leuitica non præſtetur benedictio. C. VI.

Iuo p.5.c.135.

EPiſcopus benedictionem diaconatus minoribus, quã xxv. annorum, penitus non committat. ¶Sanè ſi coniugati iuuenes[i] conſenſerint ordinari, etiam uxorum uo-

f SVbdiaconus. ¶Nō minor xx. annorum.] Ita ut cõpleuerit xx. annum. hoc enim requiritur in honoribus eccleſiaſticis, ut extra de elect.cum in cunctis. licet ſecus ſit in honoribus ciuilibus 3, ubi ſufficit attigiſſe xxv. annum, ut ff. de mu. & ho.ad rem. licet ſit argu. contra j. diſtin.proxi. cap.presbyter. In uſucapionibus ſufficit attigiſſe ultimum diem, ut ff. de diuer. & tempo. praſcrip.in uſucapione.& ſimiliter quantum ad factionem teſtamenti ſufficit attigiſſe ultimum diem xiiij.anni,ut ff. de teſtam.qua ætate. Sed quantum ad excuſationem ciuilium munerum requiritur q annus ſit completus, vt ff. de iure immuni. maiores. Sed quantũ ad beneficiũ reſtitutionis ſit computatio de momento ad momentũ. vt ff.de mun. l.3.§. minorẽ. Sed in temporalibus actionibus oportet ut ultimus dies ſit completus,vt ff.de act.& ob. l.in omnibus temporalibus.Ioan.

Aetas in honoribus & multis alijs neceſſaria eſt.

3 Etiã fortè eſt rō, quia honores eccleſiæ potius ſpectãt ad onus q̃ honorem. 8.q.1 illud. Io. de Fan.

g PLacuit. j.20.q.1.placuit.

h ¶Salutent.] Solebant forte lectuli in pulpito aliquam ſalutationem nobis ignotam præmittere, uel dicebant, Dominus uobiſcum. ubi modo dicunt: Iube domne benedicere.21.diſtinct.denique.

1 Hanc literam ponit Laur. cuius fuit hæc gl. Sed Hug. ponit 18. ut 28. diſt. de his. 32.diſt.n.lectores. Sed hoc ſm Hugo.non ualet,qa tunc in ſeptẽnio non poſſet recipere omnes ordines.

2 Concor. text.cũ gl.i l. nõ a iter. ff. de leg.3. & in l. 1. ff. de mino.

b ¶Grandæuus.] ſ.xxiij.anno 1,vel xxx.quia hæc eſt uirilis ætas j.ea.c.epiſcopus 2, ætas enim multum facit ad eruditionem.16.q.7.hoc ſit, & ſi ſit xxij.annorũ,ita recipit omnes ordines intra xxx.annũ, ſicut quilibet alius qui à pueritia deſeruiuit eccleſiæ. Vel grãdæuus. ſ. xvij annorum:arg.28.diſ.de his.& 32.diſt lectores.

c ¶Statim.] ſ.diſt.47.§.1.argum.contra.Sed non dicit ſtatim,id eſt,incontinenti:ſed ſtatim,id eſt,paulo poſt. tale ſtatim habes ff.de procura qui procuratorem, uel ibi non prohibetur, niſi de epiſcopatu & presbyteratu.

d ¶Vel habere.] Ita tñ q dudũ iam promiſerit continentiam.nam præciſe debet continentia,vt.22.diſt.cap. priuſquam. præterea de iſto grandæuo non exprimitur

EPiſcopus benedictionem.] CASVS. Hoc c.diuidiẽ in tres partes. In prima parte dicitẽ, q minor xxv. annorum fieri diaconus non debet. In ſecunda parte dicitur, q ſi coniugatus iuuenis uoluerit ordinari, requirenda eſt uxoris uoluntas: & ſequeſtrato cubiculo & religione promiſſa ordinetur. In tertia parte dicitur, q ante xxx.annum presbyter uel epiſcopus non ordinetur. Secunda pars incipit ibi,[Sane.] Tertia ibi, [Presbyterum uero.]

i ¶Iuuenes.] Idem eſt de alijs regulariter.arg.32.q.5. pectorũ. ſi ſunt ſenes bene poteſt alter cõuerti:& alter in ſæculo remanere.extra de conuer.coniug.cum ſis.

a ¶Se-

luntas ita requirenda eſt, ut ſequeſtrato [a] manſionis cubiculo, religione [b] promiſſa, poſteaquam pariter conuerſi fuerunt, ordinentur. ¶Presbyterum vero, uel epiſcopum, ante triginta annos, id eſt antequam [c] ad viri perfecti ætatem perueniat, & diaconos ante vigintiquinque nullus metropolitanorum ordinare præſumat: ne per ætatem [d] (quod aliquoties euenit) aliquo errore culpentur.

C. 17. Burc. l. 2. c. 9. Iuo p. 6. c. 29. Pann. l. 3. c. 28.

Item ex concilio Toletano 4. c. 19.

¶De eodem. C. VII.

IN veteri lege ab anno uigeſimoquinto leuitæ [e] in tabernaculo [f] ſeruire mandantur: cuius auctoritatem in canonibus & ſancti patres ſecuti ſunt. Nos [g] & diuinæ legis & conciliorum præcepti immemores, infantes, & pueros [h] leuitas facimus ante legitimam ætatem, ante experiētiam uitæ: ideoque ne vlterius fiat à nobis & diuina lege, & canonicis admonemur † ſententijs, ut † à uigintiquinque annis ætatis leuitæ [i] conſecrentur, & à triginta presbyteri ordinentur.

Poly. l. 2. tit. 27. Burch. l. 2. c. 12. Iuo p. 6. c. 32. Pann. l. 3. c. 31. *Num. 8.*

† In codice regio [*admonemus exēplis*

† *al. ſed*

Item Gelaſius Papa ad epiſcopos per Lucaniam, epiſt. prima, c. tertio.

¶Per quæ interualla temporum ordinetur, qui de monachis in clericatum eligitur. C. VIII.

SI quis de religioſo propoſito, & diſciplinis monaſterialibus eruditus ad clericale minus [k] accedat, in primis eius vita præteritis acta temporibus inquiratur, ſi nullo graui facinore probatur infectus, ſi ſecundam non habuit fortaſſis uxorem, nec à marito relictam ſortitus oſtenditur, ſi pœnitentiam [α] publicam fortaſſis non geſſit, nec ulla corporis parte uitiatus apparet, ſi ſeruili, aut originariæ non eſt conditioni obnoxius, ſi curiæ iam probatur nexibus abſolutus, ſi aſſecutus eſt litteras, ſine quibus uix fortaſſis oſtiarij poſſit implere miniſterium.

5. diſt. 55. c. 1. Anſ. l. 7. c. 47. Iuo p. 3. c. 145.

α ¶Si pœnitentiam] *Hinc vſque ad finem addita ſunt ex epiſtola ipſa, vt melius percipiatur nexus ſequentis capitis. Nam poſt verbum,* miniſterium, *continenter apud Gelaſium ſequitur:* ut ſi his omnibus, quæ ſunt prædicta, fulcitur; continuo lector, &c.

Item eodem capite, & ſequenti.

¶De eodem. C. IX.

MOna-

---

a ¶Sequeſtrato.] Infra 81. diſtin. uolumus. contra. Sed hic de ſuſpectis. Vel dic quòd thalamus tātum debet ſequeſtrari, non autem manſio 1. & hoc obtinet in vxore promouendi: ſecus eſt in vxore illius qui vult cōuerti: quia tunc uxor intrabit religionem. uel ſi eſt ſenex promittet continentiam, ut extra de conuer. coniu. cum ſis. & de illa materia not. 28. diſt. quia ſunt culpæ. Quid ſi uxoratū promouet epīs ad minores ordines? dēt ne ab eo exigere cōtinētiā, cū ſine titulo eū nō debeat promouere, & beneficiū ſimul cū vxore habere nō poſſit, extra de cler. coniu. c. 1. & c. diuerſis? Sic: ſi tamen promouetur, nec exegerit, habebit beneficium: argu. 32. diſt. ſi qui. ab eo autē qui uxorem non habet, non eſt exigenda cōtinentia. 15. q. 3. §. cum autem. Ioan.

1 V̄: littera idē dicere, cum dicat ſequeſtrato manſionis cubiculo. De hoc le. & not. extra de conuer. cōiug. coniugatus: ibi vide.

Coniugati an poſſint promoueri.

b ¶Religione.] i. caſtitate: q̄ qualiter promitti debet, dixi 32. diſt. ſeriatim. nec eā iſta debet religionem intrare: quia nec uir eius intrat. ſecus eſt ī uxore monachi uel epiſcopi. extra de cōuer. coniug. ſane.

c ¶Antequam.] No. q canon aliter interpretatur uirilem ætatē, aliter interpretat lex. ff. de minorib. l. 1. C. de his q veni. ęta. impe. l. ult. ſed diuerſificant: quia diuerſos habēt reſpectus. Prætor non habuit reſpectum niſi ad rerum ſuarum adminiſtrationem.

Aetas uirilis diuerſimode interpretatur.

d ¶Ne per ætatem.] Argu. ratione ætatis pſumi pro aliquo, uel contra, ut ſ. 34. diſtin. quorundam. 33. q. 2. antiqui.

IN veteri.] CASVS. Quidam epī ante xxv. annū leuitas ordinabant. ſed Toletanū concil. prohibet ne hoc de cætero fiat: ſed poſt xxv. annum leuitæ ordinentur: & presbyteri poſt xxx. quod probat auctoritate legis Moſaicæ & canonicæ.

e ¶Leuitæ.] In veteri lege à xxv. anno Leuitæ deſeruiebant tabernaculo, & cuſtodiebant vaſa tabernaculi aurea: antea non.

Leuitæ officium.

f ¶Tabernaculo.] Quid ſit tabernaculum, habes ff. de verb. ſig. l. inde tabernacula.

Tabernaculum.

g ¶Nos.] Commiſcet ſe alijs, ut citius reprehendat.

h ¶Pueros.] Puer quādoque ſeruum, quādoque puellam ſignificat. ff. de ver. ſig. pueri. quandoque dicitur puer 18. annorum. ff. de ali. & ci. le. l. Mela.

Puer quid ſignificat.

i ¶Leuitæ.] Oēs qui in templo ſeruiebant, dicebant Leuitæ quia de tribu Leui aſſumebātur. Sed nunquid conferebāt eis tunc character? Sic arg. de conſecratio. diſtinct. 1. c. 1. ſed non idem qui hodie. argu. extra de ſacra. vnct. cum veniſſet. in fin. 21. diſtinct. c. 1. quod eſt contra opi. Hug. quam dixi ſ. 75. diſt. c. 1. q ſcilicet ſine Miſſa conferatur character. Sed hodie immutata eſt forma per Chriſtum. vnde nec Aaron ſine Miſſa cōferret hodie characterem.

Leuitæ à leui dicitur.

Character hodie ſine Miſſa non confertur.

SI quis.] CASVS. Dicitur hic q ſi quis monachus voulerit promoueri, vita eius pręterita requiri dēt, ſi fuerit criminoſus uel irregularis, contrahendo cum ſecunda uxore. uel repudiata.

K ¶Munus.] Id eſt, ſi vult ad ordinem promoueri. Archidiaconus.

MOnachus.] CASVS. Hoc ca. diuiditur in duas partes. In prima loquitur de monacho. In ſecunda de laico.

ſidco. In prima ergo dr̃ ꝙ monachus nouitius, ſi bonæ vitæ & bonæ conuerſationis fuerit, intra annũ poteſt omnes ordines recipere ꝑ interſtitia breuia in ca. aſſignata, vt deuotio ſancti ꝓpoſiti legitima ſuppleat interſtitia. In ſecunda parte dicitur, ꝙ laicus intra annum

dius tñ ſcripſit litteras non eſſe notas. ff. de bo. poſſeſ. ſed cum patrono. §. notis. Notæ autem quandoq. dicũtur cicatrices. vñ lex dicit, ꝙ notæ & nomina fugitiuorũ ad magiſtratus ſunt referenda. ff. de ſer. fug. l. 2. iuxta illud: [Foliiſque notas & nomina mandat.]

chus æ [a] vero nouitius [b] morum honeſtate fulcitus, continuo lector vel notarius [c], aut certe defenſor [d] effectus, poſt tres menſes exiſtat acolythus: maximè ſi huic ætas etiam ſuffragatur: ſexto menſe ſubdiaconi nomen accipiat; at ſi modeſtæ conuerſationis, honeſtæque voluntatis exiſtit, nono menſe diaconus, completoque anno ſit presbyter: cui tamen, quod annorum interſtitia fuerant collatura, ſancti propoſiti ſponte ſuſcepta doceatur præſtitiſſe deuotio [e]. ¶Si vero laicus quiſpiam eccleſiaſticis eſt aggregandus officijs; tanto ſollicitius in ſingulis, quæ ſuperius comprehenſa ſunt, huiuſmodi decet examinari [f] perſonam; quantum inter mundanã, religioſamq. vitam conſtat eſſe diſcriminis: quia vtique conuenientia [g] eccleſiæ miniſteria reparanda † ſunt, non inconuenientibus meritis ingerenda: tantoque magis, quod ſacris aptum poſſit eſſe ſeruitijs, in eorum quærendum eſt inſtitutis, quantum de tempore, quo fuerant hæc aſſequenda, decerpitur; vt morum habere doceatur hoc probitas, quod prolixior conſuetudo non contulit; net per occaſionem ſupplendæ penuriæ clericalis, vitia [h] potius diuinis cultibus intuliſſe †, non legitimæ familiæ Domini computemur procuraſſe compendia [i]: Quorum [k] promotionibus, ſuper anni metas [l], ſex menſes nihilo minus ſubrogamus: quoniam, ſicut dictum eſt, diſtare [m] conuenit inter perſonam diuino cultui deditam, & de laicorum conuerſatione venientem. Quæ tamen catenus indulgenda credidimus, ut β eccleſijs ab hac occaſione ceſſantibus [n] canonum paternorum vetus forma ſeruetur.

Ibidem. c. 4.

† al. deputanda

† al. nec

† al. intuliſſe iudicemur

æ Monachus.] *Qu modo hic locus in originali habeatur proximn ſuperiore notatione indicatum eſt.*

g ¶Ordinaretur.] Simile de pœn.diſt.3.ca.pen.& diſt. 2.ſi enim.

h ¶Fraus.] Hoc verum eſt, cum fraudi dolus ineſt. nã omnis dolus eſt fraus: ſed non conuertitur. ff. de pact. iuriſgentium. §. dolo. & ſic ſumitur extra de reſcrip. cæterum. quando largè ſumitur fraus. ff. de regu. iur. fraudis.

Fraus ẽ genus doli.

i ¶Et damnatione.] Solet quæri propter quæ crimina quis deponi 3. debet. non enim pro quolibet deponitur. 5.q.4.in loco. Et eſt ſuꝑ hoc duplex opinio. Quidam dicunt, ꝙ pro quolibet crimine deponitur, niſi expreſſum ſit in contrarium, ꝙ pro eo deponi nõ dẽt. alij dicunt, ꝙ nunquam deponi debet pro aliquo niſi expreſſum ſit. pro quo ego dico, quod ꝓ quolibet crimine, in quo quis eſt incorrigibilis, deponi dẽt: ſed ita tum tamen non deponitur aliquis pro prima cõtumacia, vt 45.diſt. licèt. & 74. diſt honoratus. illud autem non eſt crimen. 5.q.4.in loco. nec illa quorum exempla poſui 68.diſt.cap.1.& multa exempla de hoc poſui 15.q.8.in ſumma.

Crimina digna depoſitione q̃ sũt. 3 Ad hoc ex̃ de iud.cum non ab homine. Arch.

QVOLIBET. Hic incipit ſecunda pars huius diſtin. in qua

in qua probat per 16. auctor. ſanctorum patrum, ꝙ ſi clericus ceciderit in lapſum criminis poſt ordinationē debet deponi.

CASVS. Supra dictum eſt in c. Apoſtolus, ꝙ ordinandus dēt eſſe ſine crimine, vt homicidio, & adulterio, & ſimili-

accuſator per annū tacuerit, poſtea poteſt promoueri electus, vt ff. de mune. & hon. reus. ſed in epiſcopatu tātum tres menſes dantur, vt in auth. de ſanct. epiſc. §. 3. collat. 9. niſi iudex breuias tempus fuerit moderatus, vt 5. q. 5. q ſquis. arg. extra de fide inſt. accepimus. extra de appellat. perſonas, in fi.

Gof. ꝙ ſi aliquis pendēte accuſatione uel denunciatione promoueri debet, quamuis innoxius ſit. de re mil. q ſtatu. & l. q cum vno §. reus.

¶Monitoris perſonam non recte ſuſcipit, qui uerbis, non operibus docet. C. II.

NEmo recte monitoris [a] perſonam ſuſcipit, niſi qui actibus ſuis errata [b] condemnat, & amorem innocentię conuerſatione demonſtrat.

Item Cæleſtinus ad epiſcopos Galliæ, epiſt. 2. c. 3.

¶Careat ordine, quem præſtat, qui indignum ſublimare non metuit. C. III.

TAntis Daniel grauatus teſtimonijs, tanta facinorum accuſatione pulſatus, ſacrarum, ut dicitur, uirginum pollutus inceſtu, epiſcopus aſſeritur ordinatus. Et, vt in noſtri libellis ſcrinij continetur, quorum ad uos quoque exemplaria direximus, in pontificij dignitatem, hoc tempore, quo ad cauſam dicendam, miſſis à nobis litteris [c], uocabatur, obrepſit [d]. Sacro nomini abſit iniuria. Facilius eſt, ut hanc dignitatem tali dando, ipſe amiſerit ordinator, quā eam obtineat ordinatus. Cui conuicto [e] ſociabitur [f], qui ſibi eum credidit, largiendo pontificium, ſociandum. Qualis enim ipſe ſit, quiſquis tales ordinauerit, oſtendit.

Item ex concilio Nicæno, c. 9.

Rab. lib. pę. c. 1.
Burc. l. 2. c. 13.
Iuo par 6 c. 33.
Anſel. l. 8. c. 13.
ſ. diſt. 24. c. vlt.

¶Non recipit ordo eccleſiaſticus eum, qui ſine examinatione, vel poſtea confeſſus ordinatur. C. IIII.

SI qui ſine examinatione [g] promoti presbyteri ſunt, & poſtea examinati [h], confeſſi ſunt peccata ſua: & cum

e ¶Conuicto.] De crimine: uel quod poſt accuſationem fuerit ordinatus.

f ¶Sociabitur.] Sic ergo ſententia lata contra ordinatū præiudicat ordinatori, ut hic, & 59. diſt. ordinatos. & hoc uidetur ꝓpter cauſæ cognitionem, vt dixi 3. q. 6. hęc quippe. Vel dic. quod tunc præiudicat ordinatori ſententia lata contra ordinatū. quādo præſens eſt, & ſcit cauſam agi ordinati. cum enim quaſi ſua cauſa agi uideatur, & tacet; nec defendit cauſam, ſibi præiudicat, ut extra de ſentē. & re iudi. quamuis. & ff. de regu. iur. ſæpe.

SI qui.] CASVS. Quidam presbyteri promoti ſunt ſine examinatione. & poſtea cum examinarentur, ipſi in iudicio cōfeſſi ſunt omnia peccata ſua. Alij ante ordinationem cum examinarentur, confeſſi ſunt peccata ſua & tamen epiſcopi promouerunt eos, quæſitum eſt in Nicęno concilio, utrum iſti debeant recipi & defendi in ſuis ordinibus? Et reſpondet quod non. Sic ponit caſum Beneuen. H. vero intelligit de eiſdem perſonis caſum ſic. Aliqui ſine examinatione in presbyteros ſunt promoti: poſtea examinati in iure, confeſſi ſunt peccata ſua, nihilo minus tamē promoti ſunt ad epiſcopatum, uel ad aliam dignitatē; quæſitum eſt in concilio, utrum tales debeant recipi? Et reſpondet quod non.

Ep̄i clericos ſine examinatione ordinantis, punitio.

& ſimilibus. Nunc autem dicit, ꝙ ſi his criminibus aliquis eſt obnoxius, promoueri non debet ne ordinari. & ſi eſt ordinatus & talia cōuincitur cōmiſiſſe ante ordinationē, vel poſt, dēt deponi, vt probatur per ſeq. cap.

NEmo.] CASVS. Dicit Symmachus in hoc cap. ꝙ nullus debet aſſumere prædicandi officium, niſi qui ſuis actibus errata condemnat: & amorem innocētiæ ſua conuerſatione demonſtrat.

a ¶Monitoris.] Id eſt, prędicatoris.

1 Hęc eſt vera littera ſm Laur & Io. de Fan.

b ¶Errata.] Id eſt, maiora. 38. diſt. c. 1. aliàs contradiceret ꝓpoſito Gratia. ſic 25. diſt. c. vlt. & 3. q. 7. iudicet.

TAntis.] CASVS. Daniel cum eſſet electus in epiſcopum, accuſatus fuit apud Cęleſtinū de multis criminibus, & præcipue de inceſtu cum monialibus: propter quę crimina inueſtiganda citatus fuit vt Romam ueniret, qui contemptis litteris Papæ, in epiſcopum eſt promotus. committit igitur cauſam quibuſdam Cœleſtinus: & pręcipit eis, vt de his cognoſcant, quę ſi uera eſſe inuenerint, ipſum, & ordinatorem ipſius deponāt: quia qui talem ordinat, oſtendit ſe eſſe ſimilem illi.

Accuſatus lite pendente ꝓmotus, an ſit deponendus.

c ¶Litteris.] Et ita res iam erat litigioſa. extra de offi. iudi. delegati.

2 Cum iſta gl. conco. gl. not. in l. rens delatus. ff. de mu. & ho.

d ¶Obrepſit.] Ex quo autem ſe promoueri fecit, lite pendente deponendus eſt, etiā ſi innocens inuenit 2. extra de accu. Deus omnipotēs, 3. ff. de li. cauſa. qui de libertate. Io. quod falſum credo, prout notaui in quęſtionibus. B. de hoc notaui. 8. q. 4. nonne. Ioan. ſi autem

4 Ibi not.

g ¶Sine examinatione.] Sed quid de epiſcopo, q ſine examinatione tales ordinat? Dicit lex & canon eum deponēdum. in auth. quomodo opor. epiſc. § oportet. & 1. q. 1. ſi qui epiſcopi. & ſ. diſtin. 24 §. vlt. ſ. diſt. 50 de his vero. & c. ex pęnitētibus. Item quid ſi dicat epiſcopus ſe diſpenſaſſe cum eis? non eſt ei credendum, niſi probet ſe cum eis diſpenſaſſe: vel niſi ſibi bonas litteras dederit. nam hęc res commiſſa eſt epiſcopo quęrēda, non negligenda. ff. de tranſac. cum hi. §. ſi pretor. 4. debet ergo probari diſpenſatio, ut eſt expreſſum extra de ſchiſma. c. 2. maxime cum epiſcopus diſpenſare nō debeat ſine conſenſu capituli uel maioris patris: aliàs poſt errores ſuos ſemper mentiretur epiſcopus ſe cū eis diſpenſaſſe: quod uerum credo etiam circa notum. hoc tamen 5. non nego, quin circa notam perſonam ſolo facto diſpenſat epiſcopus, vt dixi ſ. diſt. 51. c. vlt. punitur tamen epiſcopus ſi indiſcretè diſpenſat.

h ¶Examinati.] cum ad maiora promouentur, ſcilicet ad epiſcopatum.

4 Et ſic intelligit̄ extra de filijs presbyt. veniens, ſm Lau.

5 Licet ita habeat in antiqs apparatibus: tū ſm iſtā correctionē B. Brix. non eſt de glo. ſed ita debet eſſe ut hic eſt poſita cū additione Bar. Brix. ſed Ioā. de Fāt. hoc ponit in ſuo apparatu ſicut iacet.

a ¶Contra

a ¶Contra regulam.] Quæ interdicit tales ordinari.

QVicunque.] CASVS. Quidam criminoſi ordinati ſunt ignoranter ab epiſcopis: quidam uero ſcienter. Quæritur an debeant deponi? Et reſpon. q ſic.

b ¶Per ignorantiam.] Ordinantium: & dic ignorantiam iuris uel facti, ſecundum Hug.

k ¶Remoueantur.] Ergo presbyter propter ſimplicē fornicationem deponitur, ut 27.q.1.ut lex.contra & j. 82.diſt.cap.presbyter. & 34.diſt. fraternitatis.Io. Communiter autem dicitur, q pro ſimplici fornicatione quis deponi non debet, cum pauci ſint illo uitio inueniantur.

Presbyter an pro ſimplici ſit fornicatione deponendus.

c ¶Vel contemptu.] id eſt eis ſcientibus.

d ¶Non preiudicat.] Factū enim prætoris iuri publico non derogat.ff de fer.l.1.

e ¶Compertū.] Arg. q quandocunque de ueritate conſtat, ſequenda eſt.8.diſt. qui contempta. nam diuturnitas tēporis, &c. extra de ſimo non ſatis inducit tamen diſpenſationem.35.qō. 8.de gradibus 1.& extra qui ma. accu. poſ. per tuas.

1 Aliqui habēt hoc extra qui ma. accuſ. poſſ. per tuas, ut hic habeē: ſed non debet eſſe: q̄a illa decreta, eſt remota: fuit tū in tertia cōpilatione. co.u.

confeſſi fuiſſent, contra regulam [a] uenientes homines eis manus impoſuerunt: hos eccleſiaſticus ordo non recipit. In omnibus enim quod irreprehenſibile eſt, ſancta † defendit eccleſia.

† al. catholica] ſic in epi. 1. Cali.1.

Item eiuſdem concilij, c. 10.

¶Lapſi per ignorantiam, aut contemptu ordinantium, ordinati deijciuntur. C. V.

QVicunque ex his, qui lapſi ſunt, per ignorantiam [b] ſunt ordinati, uel contemptu α [c] eorum, qui eos ordinauerunt; hoc non præiudicat [d] regulæ eccleſiaſticæ. Cum enim compertum [e] fuerit, deponuntur.

α ¶Contemptu] *Græce eſt in concilio vulgato, i. καὶ προειδότων τῶν προ,ειρισαμένων. Id eſt,* uel etiam ijs antea ſcientibus, qui ordinauerunt.

Item Innocentius ad Maximum & Seuerum, epiſt. 5.

¶Alienus fiat à miniſterio, qui illud, uiuendo illicite, polluit. C. VI.

Poly.l.4.tit. 19. Anſ.l.8.c.15. Iuo par.6.c.96. † *al. Maximilianus.*

MAximianus † [f] filius noſter agens in rebus huiuſmodi, qualem [g] querelam detulerit, libelli [h] eius ſeries annexa declarat. Qui zelo fidei, & diſciplinæ ductus, non patitur eccleſiam pollui ab indignis presbyteris, quos in presbyterio filios aſſerit procreaſſe. Quod non licere exponerem, niſi noſſem ueſtram prudentiam legis totius habere notitiā. Et ideo, fratres chariſſimi, libelli, qui ſubiectus eſt, tenore perſpecto [i], eos, qui talia perpetraſſe dicūtur, iubebitis in medio collocari, diſcuſſiſque obiectionibus, quæ ipſis presbyteris impingūtur, ſi conuicti fuerint, à ſacerdotali remoueantur [k] officio (quia qui ſancti non ſunt, ſancta tractare non poſſunt,) atque alieni efficiantur à miniſterio, quod uiuendo illicite, polluerunt [l].

MAximianus.] CASVS. Quidā presbyteri ex concubinis filios habuerūt: quos Maximianus zelo Dei accenſus, corā Apoſtolico accuſauit. commiſit ergo causā Innocentius quibuſdam, & precepit eis, ſi hęc uera inuenerint, remoueant eos ab officio ſacerdotali.

f ¶Maximianus.] j. 3.q.2.quia ea.

g ¶Qualem querelam.] Subaudi criminalem. nam clericus. erat iſte. non.n.laicus poſſet iſtos accuſare. 2.q.7. per totum: niſi forte patronus prælatū de dilapidatione: quia tūc ſua intereſt. arg 16.q.7. filijs. aliàs laicus non auditur de hoc crimine, ut 28.diſtin.conſulendum.

Patronus prælatū de dilapidatione accuſare poteſt.

h ¶Libelli.] Per hoc q dicit, libelli, & poſtea presbyteris. argumentatur, q quis in eodem libello plures accuſare poſſit. Ioan. Quid iuris ſit de hoc, no. plene.2.q.1.prohibentur in glo quæ incipit, quæſitus.

Accuſari poſſunt plures ſimul.

h ¶Libelli.] Id ē, chartæ. quam Papa miſit. 30.q.1. Pyctacium. B.

i ¶Perſpecto.] Videtur ergo, q non ſufficiat ſi authēticè ipſum exhiberet; ſed ut etiam teneatur exhibere libellum quem porrexerat Papæ, vt 6.q.1.præſentium.& 15.diſt.præcepta. & maxime vbi procurator impetrauerat litteras, & dubitatur an ille de hoc habuit ſpeciale mandatum. ut extra de reſcrip.nonnulli. vel an fuerit excommunicatus, vt extra de proba.cap.poſt ceſſionem.

Item Eugenius Papa.

¶Cuilibet ab ordine depoſito, epiſcopi prouidentia, locus pęnitentiæ deputetur. C. VII.

Anſ.l.5. ſ prin.

SAcerdos, aut quiuis alius in ordine eccleſiaſtico prouectus, ſi in eo [m] ſcelere inuenitur, quo abijciendus comprobatur; depoſitus, prouidentia epiſcopi, bene prouiſo [n] loco conſtituatur; vbi peccata lugeat, & ulterius non committat.

niantur, vt 50.diſt.quia ſanctitas tua.

l ¶Polluerunt.] Quantum ad ſe.49.diſt.cap.vlt.

SAcerdos.] CASVS. Dicit in hoc c. q ſi ſacerdos de aliquo crimine conuincatur, deponi debet, & ep̄s ei locū prouidere debet, in quo pęnitentiā agere poſſit.

m ¶Si in eo.] Ergo pro omni cauſa non deponitur. B.

n ¶Prouiſo loco.] Id eſt, monaſterio, ut cap. ſeq.

Dictum.

DIctum.] CASVS. Dicitur hic, ꝙ ſi ſacerdos ꝑꝑ delictum vel negligentiam ſuā fuerit degradatus, detrudi debet in monaſterium, vel canoniam regularem ad pniam agendam, nec debet amodo viuere ſæculariter. & ſi contra facere præſumpſerit, excõicari debet.

e ¶Sæculariter.] Hic patet, ꝙ depoſitus ſm regulā eccleſiaſticam tenetur viuere: arg. ad hoc 32. diſt. ſi qui vero. & 20. q. 3. eos. vnde verberans eos incidit in canonem: & eccleſia eos tueri debet, niſi ſint incorrigibiles, vt extra de iud. cum nõ ab homine. Io. quod falſum credo, cũ ſit exauctoratus, & nudatus omni priuilegio [2]. B. Sed nũquid ꝗ hoc modo detrudit in monaſteriũ, ibi cogit eſſe ꝑpetuo, qđ vr diſt. 50. c. i. infr. ea. ſi qs clericus. Sed dic hoc eſſe in arbitrio iudicis, & ſm qualitatẽ delicti; nam qñque ad tempus detruditur, vt 2. q. 1. in primis. qñq; iubetur peregrinari per orbẽ, vt de pœ. diſt. 6. ſacerdos. quãdoq; traditur curiæ ſæculari, vt 11. qõ. 1. ſtatuimus alias nunquã cogitur quis inuitus ingredi monaſteriũ niſi propter delictum, vt 20. qõ. 1. ſicut & 55. diſt. ſi euãgelica. Ioan.

Clericum depoſitum verberãs incidit in canonem.

2 Argu. ad hoc 54. diſ. ca. 2. in fin. vbi de hoc.

Detruſus in monaſteriũ an cogatur ibi ꝑpetuo eſſe.

a ¶Negli-

¶Retrudantur in monaſterium presbyteri, qui pœnitentiam agere contemnunt. C. VIII.

In conc. Cabilonenſi, c. 40. Burc. l. 2. c. 191. Iuo p. 6. c. 236.

DIctum eſt nobi: presbyteros propter ſuam negligentiam[a] canonicè degradatos, & ſæculariter gradu amiſſo viuere, & pœnitentiæ agendæ bonum negligere. Vnde ſtatuimus, vt gradu[b] amiſſo, agendæ pœnitentiæ gratia, in monaſterium *a*, aut in canoniam regularem mittantur. ¶Si vero hoc fieri cauſa quælibet prohibuerit, vbicumq; ſint, pœnitentiam agere non deſiſtant. Si autem amiſſo gradu ſæculariter[c] viuere voluerint, & pœnitentiam agere neglexerint, ab eccleſiæ communione ſeparentur.

a ¶In monaſterium.] *In concilio Cabilonenſi, vbi hic canon habetur, (licèt Burchardus etiam & Iuo ex Moguntino citẽt) & apud cæteros collectores legitur,* in monaſterio, aut canonico, aut regulari: *in vno autem peruetuſto Gratiani codice,* in monaſterio iuxta canonicam regulam.

Item Iſidorus, ſententiarum de ſummo bono, lib. 2. c. 10.

¶Mutatio loci aliquando valet conuerſis ad pœnitentiam. C. IX.

VAlet[d] interdum[e] conuerſis pro animæ ſalute mutatio loci. Plerumq; enim dum mutatur locus[f], mutatur & mentis affectus. Congruum eſt enim inde etiam corporaliter auelli, vbi quiſque illecebris deſeruiuit. Nam locus, vbi quiſq; praue vixit, hoc in aſpectu[g] mentis apponit, quod ſæpè ibi vel cogitauit, vel geſſit.

VAlet.] CASVS. Statuitur hic, ꝙ ſi aliquis de crimine fuerit conuictus, debet ſeparari à loco in quo cõmiſit delictũ ad pniam peragendã. Nam interdum valet loci mutatio cum affectus mentis ſæpè cũ loco mutet, cũ nõ uideat vbi malè geſſit. Sequentia duo c. plana ſunt, q̃ de hac materia loquuntur.

d ¶Valet.] Gratia cooperante.

e ¶Interdum.] Interdum nocet, vt ſ. diſt. 74. quorundam. & C. quomodo, & quando iud. l. 5. ſed valet ſi fiat ex charitate.

f ¶Mutatur locus.] ſ. 35. qõ. 6. ab iſto die. inf. diſt. 86. fratrem.

Item ex tertia ſynodo Aurelianenſi. c. 7.

¶Clericus adulteraſſe conuictus, vel confeſſus, in monaſterium detrudatur. C. X.

Iuo p. 8. c. 285. Pan. l. 3. c. 143.

SI quis clericus adulteraſſe aut confeſſus, aut cõuictus fuerit, depoſitus ab officio, communione[h] conceſſa, in monaſterium, toto uitæ ſuæ tempore detrudatur.

Item Pelagius Papa Conſtantino defenſori.

¶De eodem. C. XI.

Pan. l. 3. c. 144.

ROmanus eccleſiæ Thæanenſis clericus pro crimine adulterij, quod admiſiſſe perhibetur, à clericatus ordine depoſitus, in monaſteriũ hic in vrbe Romana[i] ad agẽdam pœnitentiam ex noſtra iuſſione detruſus eſt.

g ¶In aſpectu.] Memoria delictorũ, quæ eſt cõcupiſcentia, deteſtabilis eſt 3. 15. qõ. 1. mulier, quæ autem eſt ad cõpũctionem, illa bona eſt. Nullum enim tale delictorũ remedium eſt ſicut eorum continua memoria. de pœ. diſt. 3. Iudas. de pœ. diſt. 1. §. his auctoritatibus. ver. nõ tibi dico, & verſi. nunc autem. & quandoque bona eſt memoria rei ad terrorem: vt 7. q. 1. denique, in fi.

Delictorũ memoria an ſit bona.

3 Ad hoc 32. q. 7. non ſolũ. in princ. vbi de hoc.

Item ex canone Apoſtolorum 25.

a ¶Negligentiam.] No. ꝙ aliquis æquè deponitur ꝑꝑ negligentiam, ſicut ꝑꝑ dolum. 86. diſt. cap. 1. & 11. q. 3. placuit. & 100. diſt. qm. & extra de ſtatu mona. cũ ad monaſterium. in fi. & C. de offi. præfe. ori ſi quos. & ff. de cuſt. & exhib. re. l. carceri. & l. milites. quod intelligo cum craſſa eſt negligentia, vt 1. q. 1. quidquid. & ff. de verb. ſignifi. magna.

Negligẽtia qñq; dolo comparat.

1 Arg. ſ. 1. q. 1. quod quidam. verſ. ſi forte.

b ¶Gradu.] Arg. pro illis qui dicũt exauctoratum priuari ſacramento 1. vnde colligitur talem poſſe verberari ſine ſacrilegio. arg. eſt ad hoc 50. diſt. accedens.

h SI quis clericus.] ¶Communione.] ſ. fideliũ & ſacramentorum. H. Alij dicunt. ſ. fidelium, non autem fratrum. arg. infra eod. ſi diaconus. Archid.

i ROmanus.] ¶Romana.] Sed qua ratione detruditur ibi, cum aliunde eſſet? quia ibi fortè commiſerat, vt in Auth. vt nulli iudi. §. ſi vero.

Presby-

¶In crimine captus presbyter, vel diaconus deponatur, non tamen communione priuetur. C. XII.

In conc. Trib. c.11. Raban.l.pœnitent.c.1. Anſ.l.11.c.29. Burc.l.2.c.189. Iuo p.6.c.234. Poly.l.4.tit.31.

PResbyter†, aut diaconus, qui in fornicatione, aut periurio, aut furto [a], aut homicidio α captus eſt, [b] deponatur; non tamen communione priuetur β. Dicit enim ſcriptura [c]: [Non † vindicabit Dominus bis [d] in idipſum.]

† *Eps aut presbyter, aut diaconus*] orig.

† οὐκ ἐκδικήσεις δὶς ἐπὶ τὸ αὐτό. *Naum 1. secundum lxx.*

α ¶Aut homicidio.] *Hæc dictio non eſt in canone 25. Apoſtolorum. Sed in concilio Tribarienſi, cum patres illi ita dixiſſent, le*gimus in canonibus Apoſtolorum, q̄ eps, presbyter, & diaconus, qui in fornicatione, aut periurio, aut furto captus eſt, deponatur: *hinc argumentantur, idem multo magis ſtatuendum eſſe de homicida: quæ fortaſſe cauſſa fuit, quamobrem à Gratiano, & alijs collectoribus ea dictio huic canoni adiecta ſit. In canone autem 32. Baſilij idem ſtatuitur de clericis peccantibus peccatum ad mortem, quod etiam de fornicatoribus expoſitum erat in canone tertio.*

β ¶Priuetur] *In codicibus impreſſis ſequebatur,* ſi paruerit ſententiæ *quæ verba ſunt expuncta, quia neque in originali, neque in vetuſtis Gratiani exemplaribus leguntur.*

Item.

¶De eodem. C. XIII.

ij SI quis epiſcopus, aut presbyter, aut diaconus poſt diaconij gradum acceptum fuerit fornicatus, aut mœchatus, deponatur, & ab eccleſia proiectus, inter γ laicos [e] agat pœnitentiam.

¶.diſt 28.c.presbyter. Anſ.l.11.c.31.

¶*Proprius auctor huius capitis non eſt inuentus: ſed ſimile habetur in concilio Neocæſarienſi, cap primo, & in capitulis Martini Bracarenſis, c.27.*

γ ¶Inter laicos.] *Hæ duæ dictiones non leguntur in ca.1. concilij Neocæſarienſis citato ſupra diſt.28.ca.presbyter. (Vt ibi notatum eſt) neque in capitulis Martini Bracarenſis.*

Item ex concilio Aurelianenſi primo c.11. & 14.

¶De eodem. C. XIIII.

Iuo p.6. c.368. & p.15.c.18. C.14.

SI diaconus, aut presbyter crimen capitale commiſerit, ſimul & ab officio, & à communione [f] pellatur. Si vero pro reatu ſuo ſe ab altaris communione ſub pœnitentis profeſſione ſubmouerit; his † quoque ſi alij defuerint, & cauſa certa neceſſitatis [g] exoritur † poſcentem baptiſma liceat [h] baptizare [i].

† *al. ſic*

† Concor. tex. in l. ſi libertus. ff. de bo. lib. & l. ſed. & hęc. §. prętor. ff. de procur.

Item Gregorius ſeptimus omnibus per regnum Italicum, & Theutonicorum debitam S. Petro obedientiam exhibentibus.

¶Non ingrediantur eccleſiam presbyteri, diaconi, ſubdiaconi quis in fornicatione crimine iacent. C. XV.

iij SI qui ſunt presbyteri, diaconi, vel ſubdiaconi, qui in crimine fornicationis iaceant, interdicimus eis ex

Anſ.l.6.c.177. Pann.l.3.c.114.

PResbyter.] CASVS. Quæſitum fuit ab Apoſtolis quam pœnam pati debet presbyter vel diaconus qui publicè in adulterio, vel fornicatione, periurio vel homicidio fuerit deprehenſus. Et reſpondet, q̄ debet deponi, ſed excommunicari non debet, cum non debeat duplici cōtritione flagellari, more tñ laicorum debet pœnitentiam agere, cum eius crimen ſit manifeſtum.

a ¶Aut furto.] Sed qualiter laici probabunt iſtud eſſe cum non poſſint teſtificari contra clericum. 2. q.7. epiſcopi.

Laicus contra clericū teſtificari nequit.

b ¶Captus eſt.] Et conuictus. ex̃ de iud. cum non ab homine. de hoc dixi 50. diſtin. de his 1. & c. ſi quis diaconus [1]. vnde cum capitur, detineri dēt p xx. horas diurnas, & nocturnas, vt videatur, vt ff. de adul. capite. ſed nec teſtibus admiſſis creditur, niſi à principio clericum in adulterio viderint, nec laicis credetur de hoc; quia laici oppido nobis infeſti ſunt. 2.q.7. laici. Vel dic, captus per ſententiam vel per confeſſionē [2]. propriam, vel rei euidentiam, vt extra de cohab. cler. veſtra. & cap. vlti.

1 Adde qualiter probatur adulteriū vel fornicatio no. Bart. in l.2. §. fin. ff. de adul & in l. quærebaſ. ff. de teſta. mili.

2 Non.n.ſufficit ſi capiaſ, niſi aliàs coniungatur, vel cōfiteatur.

c ¶Scriptura.] Extra de iud. at ſi clerici. de pœn. diſt.3. §. auctoritas. ff. nau. caup. licèt. §. vlt.

arg. 12. q.1. nō dicatis. 15. q. vlt. ca. vlti. licet q̄ videaſ hic dici, vt 50. diſt. de his vero, &c. ſi quis diaconus. ſm H.

d ¶Bis.] i. perfectè.

SI quis epiſcopus.] e ¶Inter laicos.] hoc intellige, quando crimen venit in notitiam populi, vt ſupra 27. diſt. presbyter [3].

3 Vel cū ex hoc magnū ſcandalum ortū eſt, vt 50. diſt. ſacerdotes.

SI diaconus.] CASVS. Dicitur hic, q̄ ſi diaconus, vel presbyter commiſit crimen aliquod dignum depoſitione, ab officio & cōione debet repelli: ſi vero non eſt depoſitus, ſed ſe p̄ delictum ab altaris miniſterio remouit more pœnitentis, ſi alij presbyteri deſunt, poterit in neceſſitate baptizare.

f ¶A communione.] corporis Chriſti, vel ad tempus. & ſic ſoluitur contra illius ca. presbyter. uel expone, id eſt beneficio, & ſic ſoluitur cont. a, ſupra ea. c. presbyter [4].

4 Non eſt extranea iſta expoſitio, quia beneficia clericorū cōia ſunt. 32. diſ. c. p̄ter hæc. 16.q.1.c.ſi.

g ¶Neceſſitatis.] Arg. alicui licere cauſa neceſſitatis baptiſmum conferre, cui non licèt aliud ſacramentum conferre. infra de conſec. diſtinc.4. conſtat. 1. q.1. ſicut Chriſtus. contra. ſupra diſt 50. c. qui ſub gradu.

h ¶Liceat.] Cum ſolēnitate, aliàs ēt laicus hoc poſſit.

i ¶Baptizare.] Dic vt 50. diſt. qui ſub gradu.

SI qui.] CASVS. In Italia & Theutonia p̄sbyteri, diaconi &

coni & ſubdiaconi publice tenebant concubinas, quibus omnibus Greg. officium interdixit donec pœnitentiam agerent, & ſi vellent in crimine perſeuerare, præcepit omnibus vt eorum officia non audirent: quia eorum benedictio in maledictionem cõuertetur. & hoc probat

b ¶ Emẽdent.] Ex hoc videtur, q̄ ſicut tales ipſo facto ſuſpenduntur, ſic ipſo facto per contrarium reſtituitur eis officium. ut dixi 32. diſt. nullus. argu. ad hoc. 15. q. 6. nos ſanctorum. & 16. q. 7. ſi quis deinceps 1.

c ¶ Audire.] ſ. 32. diſt. nullus. &c. preter hoc. ſed j. 15. q. 8 ſciſcitantibus. cõtra ſed ibi ſoluam.

parte Dei omnipotentis, & ſancti Petri auctoritate, eccleſiæ introitum, vſque dum pœniteant[a], & emendent[b]. Si qui vero in ſuo peccato perſeuerare maluerint, nullus ueſtrum officium eorum audire[c] præſumat: quia benedictio eorum vertitur in maledictionem, & oratio in peccatum, teſtante Domino per prophetam: [Maledicam[d], inquit, benedictionibus veſtris.] Qui vero huic ſaluberrimo præcepto obedire noluerit, idololatriæ peccatum incurrit, Samuele teſtante, & beato Gregorio adſtruente: Peccatum ariolandi eſt non obedire, & quaſi ſcelus idololatriæ non acquieſcere.] Peccatum igitur paganitatis[e] incurrit, quiſquis dum Chriſtianum ſe aſſerit, ſedi Apoſtolicæ obedire contemnit[f].

Malach. 2.
Iuo p. 5. c. 36.
lib. 35. moral. c. 12. 8. q. 1. c. ſciẽdum.
1. Reg. 15.

¶ In regeſto epiſtolarum Gregorij ſeptimi non eſt inuenta hæc epiſtola, in qua ſunt omnia prorſus verba huius capitis. Sunt tamen in eo multa, quæ huius decreti faciunt mentionẽ. Libro primo epiſtola 30 Archiepõ Salzburgenſi, & lib. 1. epiſt. 61. Leodienſi epiſcopo, & ſequenti epiſtola Sicardo Aquilegienſi De quo decreto, vt ipſum exequi omnino curarent, eodem lib. 2. epiſ. 66. Burchardo Halberſtatenſi epiſcopo, & epiſt. ſequenti, Annoni Colonienſi archiepiſcopo diligentiſſime ſcribit, & lib. 3. epiſt. 4. Sigifredo archiepiſcopo Maguntino idem mandat, & lib. 4. epiſt. 10 comitiſſæ Flandrienſi & ſequenti, comiti de eadem re ſcribit Inter decreta etiam Innocentij 1. fit iſtius decreti mentio. Verum propria verba huius capitis vſque ad verſ. Qui uero huic ſaluberrimo, *Marianus Scotus refert in fine ſuorum chronicorum. Sequentia autem verba valde ſunt ipſi Gregorio vij. familiaria.*

Item Alexander ſecundus, epiſcopis, & regi Dalmatiarum.

¶ Officio & beneficio priuetur epiſcopus, presbyter, uel diaconus fœminam accipiens, vel acceptam retinens. C. XVI.

Pann. l. 3. c. 138.

3 SI quis amodo epiſcopus, presbyter, aut diaconus[g] fœminam acceperit, uel acceptam retinuerit, proprio gradu decidat[h] vſque dum ad ſatisfactionem ueniat: nec in choro pſallentium maneat, nec aliquam portionem de rebus eccleſiaſticis habeat.

Item clero Mediolanenſi.

¶ De eodem. C. XVII.

Pann. l. 3. c. 139.

4 SI quis ſacerdotum, uel diaconorum, uel ſubdiaconorum officium[i] contumaciter deſerens fœminam ſibi potius eligi: ſicut ſponte ob fornicationem dimittit officium; ita ob prænaricationem dimittere cogatur[k] etiam inuitus beneficium.

Idem Populo Mediolanenſi.

d ¶ Maledicam.] Id eſt, reprobabo, uel reputabo maledictionẽ cum benedixerint 2, uobis.

e ¶ Paganitatis.] Id eſt, infidelitatis.

f ¶ Cõtemnit.] Qualiter ſit hoc intelligẽdum, dixi 22. diſt. omnes. 19. diſt. in memoriam. & cap. nulli. Io.

SI quis.] CASVS. Hæc quatuor conſequentia cap. eundẽ habent caſum: in quibus dicitur, quòd ſi qui in ſacris ordinibus fuerint conſtituti, ad concubinas uel uxores accedere non debent: quod ſi contumaciter fecerint, officio & beneficio carere debent.

g ¶ Diaconus.] Vel ſubdiaconus, ut in c. ſequenti.

h ¶ Decidat.] Quo ad executionem: prout patet in ſequenti littera. ſed nec ſtatim debet ſuſpendi, ſed expectari debet per quadraginta dies. extra de coha cler. ſicut ad extirpandam. ſed illud diſpenſatio eſt: ius enim erit, quod ſtatim deponatur. ſ. ead. c. 1.

i SI quis ſacerdotum. ¶ Officiũ.] Ex his duobus capitulis habes. quod cui interdicitur officiũ, & beneficiũ. quãq; tñ permittitur beneficium, & nõ officium, ut 50. diſt. ſtudeat. & 28. diſt. presbyterum: quandoque econuerſo, ut 1. q. 5. c. 1. quandoque etiam punitur in perſona, & non in rebus. ut 16. q. 6. cognouimus. & c. illud.

k ¶ Cogatur.] Ergo per electionem vnus, uel per renunciationem intelligitur alij abrenunciatum. ſ. 8. diſt. quo iure. C. de furt. l. 1. ff. de tribut. q̄d in hæredẽ, §. eligere. ff. de reg. iur. l. nemo. §. quoties. Arg. ɔ̄. ff. quo leg. l. 1. §. 3. & arg. plura de hoc inuenies. 23. q. 1. in fi. Io. Sol. ubi ſunt aliqua repugnantia, eligendo vnum, renũtiat alteri. aliàs ſecus. B. de pæ. diſ. 1. §. itẽ ſi antequam.

probat auctoritate prophetæ dicentis: Maledicam inquit, &c. Et quicunque præceptis noſtris non obedierit peccatum idololatriæ, & paganitatis incurret.

a ¶ Dum pœniteant.] Ex hoc determinantur contraria. ſ. diſt. 61. miramur. verſi. ſicut enim.

1 Dicit Lau. hoc ſpeciale eſſe i ſtorio.

a Vel dic ut not. 1. q. 4. in c. maledicam. & c. multi. Archid.

Clericus q̄ vxorẽ accepit, an ſtatim ſit ſuſpendẽdus.

Beneficiũ q̄nque permittitur & nõ officiũ.

Eligens unum, renũciat alteri.

a Eos

a EOs beneficio.] ℥.16.q.6.illud.arg.ff.de pecu.l.1.C de vſur.l.vlti.

b MIniſtri.] ¶Propriæ uxoris.] maxime: quia idē eſt in aliena. Et no. ꝙ dicit inuadere, quia iam nō eſt vxor quo ad debitum reddendum. ℥.77.diſt.epiſcopus. cum qua uotum emiſit 1: & ſi eam cognoſcat, inceſtum cōmittit, & filij erunt illegitimi. & ſecu.15. quæſt.vlt.cum multæ. eſt tamen uxor quo ad adminiſtrationē. 31.diſt.lex.& plus peccat cum iſta, quàm cum ſoluta. Hug.arg. contra.infra.diſt.,pxi. propoſuiſti.

Vxorem cognoſcēs eū qua uotum emiſit, inceſtum committit.

1 Ad hoc 35.q.5.qđ Deo. ſed ui deas quod no.30.q.1. noſſe. in gl. ille tamen in ſi.

c ¶Sacrarij.] Id eſt, ſacrorum uaſorum.

d ¶Ab offerētibus.] Id eſt ſacerdotibus, q offerunt, id eſt, conficiunt. Vel expone: nec ad oblationem alijs porrigendam. quaſi dicat, nec ipſi ſumant corpus Chriſti, nec alijs porrigant. Vel melius hoc uult dicere. diaconi nec exerceāt officium diaconale. nec presbyteri preſbyterale. Vel expone, nec ab offerentibus, id eſt, ſubdiaconis, q offerre ſolent diacono patenam cum euchariſtia.

Offerentes qui dicuntur.

ADDITIO. 91. diſt. cleros.

e ¶Holocauſti.] Id eſt euchariſtiæ. & dic intranſitiue.

f ¶Accedant.] Preſbyteri, id eſt non conficiant.

g ¶Minora.] Id eſt, minorum ordinum officia ſine licentia ſuperioris: & planum eſt capitulum, ut 16. q.61.illud. Argu.℥.C. de vſufru. l.ulti. & ff. de ſupel.leg.l.1.

CLericus.] Hæc eſt tertia pars diſt. in qua dicitur, ꝙ archidiaconus non debet frequentare domos matronarum uel aliarum mulierum, nec mittere xenia per clericos, & hoc probatur in ſeq. cap. Ioan. de Fant.

CASVS. Hoc cap. de tribus perſonis loquit̄, ſcilicet de clerico, presbytero, & archidiacono Dicitur ergo hic, ꝙ clericus ſolus nō debet intrare tabernaculum mulierū: nec etiam cum ſocio ſine iuſſu prælati nec presbyter cum ſola fęmina confabuletur. Archidiaconus vero ſub prætextu officij ſui non frequentet domicilia matronarum: nec illis p clericos ſuos vel domeſticos aliquid ſecrete mittat.

de quo ſi conuincitur: & ille deponatur, & illa excommunicetur.

h ¶Fęmina.] Arg. ex ſolicitudine uel ſocietate pſumi pro aliquo uel contra. infra. ca. in omnibus, &c. clerici, arg.11.q.2.in decima. & c. diffinimus.

Præſumptio ſumitē ex ſolitudine & ſocietate.

i. ¶Hu-

¶De eodem. C. XVIII.

EOs etiam, qui vt fornicari eis liceat, diuinum officium derelinquunt, & à Deo recedentes, diabolo & operibus eius ſeruiunt; ſicut ſe iuſtiſsimè ab officio alienos faciunt; ita beneficio [a] eccleſiarum priuatos eſſe adiudicamus.

Pann.l.3.c.140.

Item Lucius Papa.

¶De eodem. C. XIX.

MIniſtri altaris presbyteri, ſiue diaconi ad Dominica tales eligantur officia, qui continentiam ſeruent. §Si vero poſt ordinationem ſuam miniſtros contigerit ꝓpriæ vxoris [b] inuadere cubile, ſacrarij non intrent limina, neque ſacrarij [c] α portitores fiant, neque altare contingant, neque ab offerentibus [d] holocauſti [e] oblationem ſuſcipiant; neque ad Dominici corporis portionem † accedant [f]; neque propinent β, neque ſine maioris natu auctoritate minora [g] gerant officia: vrceum ſane ad altare, vel calicem ne ſuggerant.

Habent, in epiſtola.2. Clemētis ad Iacobū fratrem Dñi. Anſ.l.8.c.2. Poly.l.4.tit.31. Iuo p.6.c.87.

† al. portationem

α ¶Sacrarij.] *In epiſtola ſecunda Clementis (unde caput hoc ſumptum videri poteſt, & vnde citat Iuo) legitur:* ſacrificij. *in vno autem vetuſto Gratiani codice,* ſacri.

β ¶Neque propinent.] *In epiſtola Clementis eſt:* nec aquā ſacerdotibus porrigat ad manus; oſtia forinſecus claudat, minora gerat officia, vrceum, ſiue calicem ad altare non ſufferat †: *Apud Iuonem vero:* Sed aquam tantum ſacerdotum manibus porrigat; oſtia forinſecus claudat, minora geſter officia: urceum ſane ad altare ſuggerat.

† al. ſuggerat

Idem.

¶Clericus matronarum domicilia frequentans deponatur. C. XX.

3 CLericus ſolus ad fęminę tabernaculum non accedat, nec properet † ſine maioris natu ſacerdotis † iuſsione γ; nec ſolus presbyter cum ſola fęmina [h] fabulas miſceat. Nec archidiaconus ſub prætextu humilitatis [i], aut officij frequenter [k] intret domicilia matronarum; aut forte per clericos, aut domeſticos † matronæ mandet aliquid † ſecrete [l]. Si agnitum fuerit; & ille deponatur, & illa à liminibus arceatur eccleſiæ.

Clemens Papa ibidem paulo inferius. Iuo p.6.c.89. Anſ.l.7.c.147. Poly.l.4.tit.31.

† al. frequenter

† al. ac ſacerdotes

† al. principis.

† al. domeſticos eius

† al. ſecreti aliquid

γ ¶Iuſſione.] *In epiſtola Clementis ſequitur.* Nec presbyter ſolus cum ſola adiungatur: ſed duobus adductis teſtibus viſitet infirmam: nec ſolus cū ſola fœmina fabulas miſceat; nec

i. ¶Humilitatis.] Prætextu enim pietatis non eſt committēda impietas. ff. depoſi. ſi hominem. & 30.q.1.noſſe. & 14. diſt. quod ait.

K ¶Frequenter.] Ratione frequentię pro aliquo uel ꝯ aliquem præſumitur 2, ſimiliter ex longa mora. argu 34. diſt. quorundam. 19. diſ. Anaſtaſius.

l ¶Secrete.] Magis enim peccat occulte peccās, quàm manifeſte

2 Concor. tex. in l. cū alius. C. de curat. fu. & in l. ſi §. pē. C. de bon. quæ lib.

Peccare uter magis dicitur occulte, an manifeſte delinquens.

archidiaconus, aut diaconus ſub prætextu officij humilitatis frequentet, &c.

Idem.

¶De eodem. PALEA. C. XXI.

Clemens ibidē continenter. Polyc. ibidem.

SEd ſi forte aliqua interceſſio fuerit, epiſcopo ſuggeratur. Et ſi talis eſt, ad quam debeat ire pio interuentu, ipſe pergat: ſin autem, de latere ſuo dirigat α, cum duobus, aut tribus teſtibus. Nemo tamen cum extranea habitet fœmina, niſi proxima, aut ſoror fuerit. Et hoc cum magna ſolicitudine fiat. Non enim ignoramus malitias Satanæ.

2. Cor. 2.

¶Hæc Palea in pleriſque vetuſtis exemplaribus habetur coniuncta capiti antecedenti.

α ¶Dirigat.] *In epiſtola S. Clementis ſequitur:* cum duobus, ac tribus, qui hoc ſanare † debeant. Sanè ad viſitandum mulierem infirmam nullus clericus ingrediatur, niſi cum duobus, aut tribus. Nemo tamen, &c.

† al. ſcire

[*Ex decreto* β *Eugenij Papa.*]

¶De eodem. PALEA. C XXII.

Poly. l. 4. tit. 31. ex Lucio. Anſ. l. 8. c. 9. ex Syn. Romano.

SI quiſpiam ſacerdotum, id eſt presbyter, vel diaconus, vel ſubdiaconus de quacunque fœmina crimine fornicationis ſuſpectus, poſt primam, ſecundam, & tertiam admonitionem γ inueniatur fabulari cum ea, vel aliquo modo conuerſari, excommunicetur: fœmina vero canonice iudicetur [a].

β ¶Ex decreto.] *Hic canon in concilio Romano primum ab Eugenio ſecundo editus, & poſtea à Leone quarto etiam in concilio fuit repetitus, & citatur in decretalibus tit. de cohabit. cleri. & mul. Et in pleriſque vetuſtis exemplaribus eſt ſine nomine.*

γ ¶Admonitionem.] *In eodem canone ſequitur,* metropolitani, uel alterius epiſcopi, aut eius, cui ſubiacere videatur.

Item Gregorius.

¶Simul cum mulieribus ſacerdotes habitare non licet. C. XXIII.

Iuo p. 6. c. 76. Poly. l. 4. tit. 31.

iiij OPortet ſacerdotes, quibus Domini populus commiſſus eſt, cum magna animi conſtantia uigilare ſuper dominicas oues, ne lupinis morſibus, id eſt diaboli ſtimulis lanientur. ¶Neque enim hoc ſilere debeo, quod cum graui animi triſtitia dico: ſacerdotes cum fœminis habitare conſpicio: quod nefarium [b] eſt dicere, uel audire. & contra ſanctorum canonum ſancita. Vbi enim talis fuerit cômorantium cohabitatio, antiqui hoſtis ſtimuli [c] non deſunt. Ideoq; admonendi ſunt, vt nô antiqui hoſtis [d] decipiantur fraude; quatenus iuxta Apoſtoli uocem, non uituperetur miniſterium noſtrū. Cauere enim nos oportet, fratres, ab illicitis, ut mūdas ualeamus ad dominū leuare manus: ſcriptum eſt enim: [Sācti eſtote, quoniam ſanctus ego ſum Dominus Deus veſter.] Si quis uero præſumpſerit aliter agere, ſacerdotij ſui honore priuetur. Vnde omnimodo cauēdū eſt, fratres, ne fallamus, [d] populū, & illud prophetæ dictū impleatur in nobis: [Sacerdotes mei contaminât ſancta, & reprobât legē.] quos & alius propheta increpat dicēs: [O vos ſacerdotes, q fallitis [e] nomē meū,

2. Cor. 6.
1. Tim. 2.
Leuit. 20.
Soph. 3. ſecūdum 70.
Malach. ſecūdum 70.

manifeſte, ut 19. diſt. Anaſtaſius. Sed contra. ff. de rit. nup. l. ul. ff. de aucto tut. pupillus. §. ulti. qui enim male agit, odit lucē. 18. q. 2. pernicioſam. extra de offi. iudi. deleg. conſuluit. & extra ut eccl benefi. ut noſtrum. Ioan. Sol. * vbi quis magis contēnit, ibi magis peccat, ſiue ſecrete ſiue palā. De hoc 40. diſtin. homo Chriſtianus 1.

SI quiſpiam.] Hæc palea habetur ex de coha. cle. & mul. c. 2. ibi exponitur.

a ¶Iudicetur.] No. q ratione delicti mulier efficitur de foro eccleſiæ. Archid.

OPortet.] Hæc eſt quarta pars diſt. in qua probat per x. ca. ſanctorum patrū, q cū clericis non debēt cohabitare ſuſpectæ mulieres, nec ſolus cū ſola debet confabulari. Io. de Fan.

CASVS. Greg. monet hic presbyteros eſſe uigilantes ſuper gregē ſibi commiſſum: ne lupi morſibus, id eſt, diaboli lanientur. & reprehendit eos de conſortio mulierum: quia ubi fuerit cum mulieribus cohabitatio, antiqui hoſtis ſtimulus non deerit, cum quibus ſi fornicentur, ſacrificare nō debent. Quod probat tribus auctoritatibus pphetarū, ſcilicet Moyſi, Sophoniæ, & Malachiæ. Sequens cap. patet.

b ¶Nefariū.] Id eſt, horribile. nam ſi nefarium eſſet dicere, male faceret Gregor. dicendo.

c ¶Stimuli.] Nam ex cohabitatione pſumitur acceſſus. 18. q. 2. diffinimus.

d ¶Ne fallamus.] Publicu. n. teſtimoniū & opinio nō eſt fallēda C. d la. li. tol. l. 1. §. ſed & q ſcimus. & ar. 27. diſt. qđ interrogaſti.

e ¶Qui fallitis.] Dicunt enim fallere, ex quo habēt uoluntatē fallendi 2 nec minus peccāt đ pœn. diſ. c 1. ſi cui. alias aūt nō fallunt.

* Textus hic non loquitur de peccato publico, vel ſecreto; ſed dānat ea, quæ ſecrete facta afferunt ſuſpicionem, non autem facta palam.

1 Et extra de cel. miſſar. de homine, & 32. diſt. nemo. ibi videas.

2 Adde gl. in l. vendicatio. ff. de rei uendi. Barto. in l. quæ de tota. eo. tit.

lunt.24.q.3.Deus.mentiri enim Deo,&c. de conſec.di ſtin.2.panem.

a ¶Pollutos.]Quantum ad ſacerdotes.49.diſt.c.vlt. ADDITIO. Ad hoc 49.diſt.c.vlt.de conſc.diſt.4. quæris.& 1.q.1.quod quidam.Archidia.

tum, vt clericus cum talibus perſonis, & in tali loco,& tempore,cum mulieribus loquatur, vt omnis ſuſpicio remoueatur.Nam ſi clericus vult ire ad domum alicuius fęminæ,melius vadat cum alio,quàm ſolus:ne ſi ceciderit,non ſit qui ſubleuet eum.

& dixiſtis,in qua re fallimus nomen tuum? quibus reſponſum eſt: offerentes ad altare meum panes pollutos [a]. Non eſt mihi uoluntas in uobis, dicit Dominus, & ſacrificium non accipiam de manibus veſtris;quia polluti eſtis.] *Ibidem.*

Item Symmacho defenſori,lib.1.reg.indict.9.epiſt.50.

¶De eodem. C. XXIIII.

VOlumus [b] ut ſacerdotes † prohiberi debeant, ne cum mulieribus conuerſentur: excepta duntaxat matre,ſorore,uel uxore [c],quæ caſte regenda eſt.

Iuo par.6.c.11.

† *ſacerdotes, qui in Corſica commorãtur.*] orig.

Item lib.7.epiſt.39.

¶De eodem. C. XXV.

LEgitur [d],quòd beatus Auguſtinus nec cum ſorore habitare conſenſerit † dicens: quæ cũ ſorore mea [e] ſunt, ſorores meæ [f] non ſunt. Docti ergo viri cautela, magna nobis debet eſſe inſtructio.

Apud Poſſidoniũ in uita Auguſtini.

†*al.conſueuerit*

Item ex vij.ſynodo.

¶De eodem. C. XXVI.

IN omnibus obſeruare conuenit, ut certus [g] quis, & certo tempore, & certo loco [h], & certis perſonis, uel apparere clericus,vel loqui debeat mulieribus, ut excludatur omnis nefanda ſuſpicio.Certe ſolum, & ad ſolam accedere, nulla religionis ratio permittit. Melius eſt enim duos [i] eſſe ſimul, quàm unum. Simul enim & fidelius, & tutius res geritur. [Væ enim uni; quia ſi ceciderit, non eſt qui erigat eum. *Eccl.4.* *Ibidem.*

¶*Caput hoc etiam in aliquot manuſcriptis citatur ex ſeptima ſynodo, in cuius ſane poſtremo capite aliqua huc ſpectantia habentur. Cæterum pleriſque citatur ex octaua; & ſententia videtur ſumpta ex c.83. Aſceticorum B. Baſilij: cuius regulas ſub nomine octauæ ſynodi ſæpe citari alibi notatum eſt.*

Item ex concilio Carthaginenſi 3 c.17.

¶De eodem. C. XXVII.

CVm omnibus omnino clericis extraneæ fœminæ non cohabitent, ſed ſolæ matres,auiæ, & materteræ,ami-

Clerici cũ melioribus conſanguineis habitare poſſunt.

b VOlumus.] Qđ dicitur in iſtis cap. videtur corrigi ex đ coha.cle. & mul. c.1. Et intellige illud quando perſonę ſunt ſuſpectę, uel ſecũ habent ſuſpectas. Sed vſque ad quem gradũ licet clericis cum conſanguineis habitare? Dici poteſt, ꝙ vſque ad ſm in linea tranſuerſali.ȷ̃.ea.cum omnibus.ſed in aſcendedente uel deſcendente uſque ad ſeptimũ, uel hodie uſque ad quintũ: quia cum his naturale fœdus nihil ſæui criminis, &c. ut extra de cohabi.cler. à nobis.& C.de epiſc. & cle.eum qui.etiam ſi illę perſonę iuuenes ſint. Vltra ſecundum uero diſtingue aut ſuſpectę sũt, quia iuuenes ſunt: an non, quia ſunt ſenes; & tunc poteſt. in primo caſu non.ſic etiam diſtingue in ancillis: & ſic intellige ȷ̃.ead. fœminas. Sed contra,nõne clerici debent ſimul dormire. 12.q.1. neceſſaria? ſed hoc de alijs, qui ſimul non viuũt.Io. Et not.ꝙ illi decre.à nobis eſt ſtandũ. quę ultima eſt de illa materia, & corrigit decre. primam illius tituli.B.

c ¶Vel vxore.]ȷ̃.diſt.77.epiſcopus.argum. contra:ſed hoc de ſenibus; illud de ſuſpectis. Vel loquitur ſecundum antiqua tempora.Vel ſolue,vt ibi dixi.& quod dicit caſte.quia caſtitas,&c.31.diſtin.Nicęna.

LEgitur.]CASVS. Dicitur hic,ꝙ ſacerdotes non debent cum mulieribus habitare. Et hoc probatur exemplo Augu. qui etiam cum ſorore noluit habitare propter alias mulieres,quæ cum ſorore erant.

d ¶Legitur.]Arg.ꝙ etiam à licitis debemus abſtinere ſi eorum occaſione peruenitur ad illicita.arg.diſ.63.§. verum.11.q.3.priuilegium.& 21.diſt.denique.

Abſtinere à licitis qñque debemus.

e ¶Mea.] Et hoc intellige cum tales ſunt conſanguineæ,quæ ſine alijs eſſe non poſſunt. Vel intellige de epiſcopo, cui non licet aliquã habere ſecum. C.de epiſ. & cler.Authen.epiſcopo. Laur.

Epiſcopus nullã ſecũ habeat mulierem.

f ¶Sorores meæ.] Quia ſocius ſocij mei, ſocius meus non eſt.ff.pro ſocio.nam ſocij.nec vaſallus mei vaſalli, meus vaſallus ē: ſicut nec libertus mei liberti,libertus meus eſt ff.de verb.ſign.Modeſtinus.nec frater fratris mei,frater meus.ff.đ rit.nup.gñali.§.iter priuignos.

Socij mei ſocius non eſt meus ſocius.

IN omnibus.]CASVS.In octaua ſynodo fuit conſtitutum, vt clericus cum talibus perſonis...

g ¶Ut certus.]Id eſt,ille ad cuius ſpectat officium.18. q.2.in decima.

h ¶Loco.] In hoc cap.habes præſumi contra aliquem & pro aliquo ratione numeri, loci, temporis: ratione etiam perſonæ,& cauſæ.23.q.8.occidit. & 29.diſt.ſciendum & 18.q.2.diffinimus.

Præſũptio ſumitur ratiõe numeri, loci,temporis,& perſonæ.

i ¶Duos.]Arg.ꝙ melius eſt eſſe duos ſimul,ꝙ̃ vnũ,vt 7.q.1.illud.12.q.2.nobis.arg.ȷ̃.ff. de admi.tut.l.3.§. ꝙ in tutoribus.ſi.ff.de exerc.act.ne in plures.& Adã dum ſolus fuit non peccauit,vt de pœn.diſt.2.qñ Adam.arg. ȷ̃.21.diſt.ſicut.7.q.1.in apibus.Solu.horum brocardorũ eſt,vt referas te ad id de quo agitur: licet enim binarius reprobetur. 32.q.1. nuptiæ,non tñ quo ad omnem ſignificationẽ.28.q.1.ſępe.id eſt, non quo ad omnem locum,in quo ponitur.& ſolue per cap.ſæpe.

CVm omnibus.]CASVS.Statuitur in hoc cap.ꝙ clerici non habitẽt cum mulieribus, niſi ſint ſibi coniunctæ in primo gradu vel ſecundo conſanguinitatis, vt mater,auia,ſoror,& amita.Itẽ cũ ancillis, & pediſſequis,

quis,quę cum eis erant antequam ordinarentur. Item cum nuribus,& vxoribus ſeruorum ſuorum.

Perſonarũ coniunctarum ſeparatio dura eſt.

a ¶Ex familia.] Quis enim ferret coniuges à viris,vel patres à filijs ſeparari? C.cõm.vtriuſq. iud. poſſeſſionũ. arg.ad hoc 31. q.3. qm multos. dura eñ eſſet talis ſeparatio

NOn oportet.] CASVS. Prohibetur hic ne aliquis clericus, vel continens,nec etiam aliquis Chriſtianus communia lauacra cum mulieribus habeat:quia etiam gentiles hoc maximè reprehendunt.

c ¶Omnino.] Vnde ſi vir accedit ad balneum extraneæ mulieris, priuaẽ donatione propter nuptias,& mulier dote, ſi cũ viro alio habuit balneum. C.de repu.l.vlt. immo etiã infamis eſt,qui tenet mulieres cuſtodientes blaneatorum veſtes,v. [illegible] .de ijs q. not. inf[illegible] athlet[illegible]:

Balnea multis periculoſa ſunt.

tæ,ſorores; & filiæ fratrum,aut ſororum, & quæcunq. ex familia [a] domeſtica neceſſitate, etiam ante quam [b] ordinarentur,iam cũ eis habitabãt; vel ſi filij eorũ iam ordinatis parentibus,vxores acceperunt;aut ſeruis non habentibus in domo quas ducant, aliunde ducere neceſſitas fuerit.

Item ex concilio Laodicenſi, c.30.

¶De eodem. C. XXVIII.

NOn oportet miniſtros altaris,vel etiam clericos quoſlibet,aut continentes ſe,aut omnem omnino [c] Chriſtianum cum mulieribus lauacra habere communia. Hæc eſt enim apud gentiles prima reprehenſio.

Item Gregorius ad Ianuarium epiſcopum Caralitanum, lib.3.epiſt.26.

¶De eodem. C. XXIX.

Anſ.l.7.c.136.

ARchidiaconum tuum, vt audio, habitare cum mulieribus prohibuiſti; & nunc vſque in ea prohibitione deſpiceris; qui niſi [d] iuſſioni tuæ paruerit,cum ſacro ordine volumus eſſe priuatum [e].

Item ex concilio Toletano quarto,c.42.

¶Venundentur ab epiſcopo,quæ appetunt conſortia clericorum illicita. C. XXX.

Anſ.l.7.c.148.
Poly.l.4.tit.39.

QVidam clerici legitimum non habentes coniugium, extranearum mulierum [f], vel ancillarum ſuarum interdicta ſibi conſortia appetunt. Ideo,quæ coniunctæ taliter cum clericis ſunt, ab epiſcopo auferantur, & venundentur [g];illis pro tempore relegatis ad pœnitentiam, quos ſua libidine infecerunt.

Item Syricius Papa Himerio epiſcopo.epiſt.1.ca.12.

¶Non habitent fœminæ cum clericis, niſi quas neceſſitudo excuſat. C. XXXI.

Poly.l.4.tit.31.
Burc.l.2.c.110.
Iuo par.6.c.52. & 187.
Anſ.l.7.c.149.
C.3.

FOeminas nõ alias eſſe patimur in domibus clericorum, niſi eas tantum,quas propter ſolas neceſſitudinum cauſas habitare cum ijſdem ſynodus Nicæna [h] permiſit.

Item ex concilio Africano,c.5.

Concord.Carthag.3 c.25.

¶Niſi maiorum iuſſione ad fœminarum domicilia clerici non accedant. C. XXXII.

Anſ.l.7.ca.151.

CLerici, vel continentes [i] ad viduas, vel virgines, niſi ex iuſſu,vel permiſſu epiſcoporum, aut presbyterorum,non accedant. Et hoc non ſoli faciant, ſed cum conclericis,vel cum quibus epiſcopus, aut presbyter iuſſerit. Nec ipſi epiſcopi, & presbyteri ſoli habeant acceſſum ad

ARchidiaconũ.] CASVS. Ianuarius epiſcopus bis ꝓhibuerat archidiacono ſuo,ne cum mulieribus habitaret. Sed ipſe propter hoc non dimittebat. præcepit ergo Grego. vt eum tertio admoneat,& ſi contemnit, eum ab officio deponat.

d ¶Qui niſi.] Vt 24. q.3.de illicita.

e ¶Priuatum.] Poſt trinam commonitionem 1, vt extra de cohab. cler. & mulie. ſi quiſpiam.

1 Et dicunt quidam, ꝙ non eſt canõ latę ſententiæ, ſed ferendæ, vt patet in decret.hic alleg.ſi quiſpiã. Arch.

QVidã.] CASVS. Quidam clerici cum nõ haberent vxores, appetebant extranearũ mulierum, vel ſuarũ ancillarum conſortia. Quare Toletan. concilium ſtatuit, vt epiſcopus vendat tales mulieres, clericis ꝓ tempore ad pœnitentiam relegatis. Caſus ſequẽtis c. patet.

f ¶Mulierum.] Id eſt,ancillarum.

g ¶Et venundẽtur.] Et hoc ſi filios nõ habuerint. Si aũt filios habuerint,claudũtur in monaſterio, vt diſ. 34.fraternitatis,ne filij pereant propter eorum abſentiam.item hic ſubaudi quando contrahunt cum eis tanquam cum vxoribus,aliàs non concedo, ꝙ venundari debeant, vel in ſeruitutẽ redigi propter ſimplicem fornicationem.argu.15.q.vlt.c.vlt.vt no 32.diſtinct.eos & 34.diſt fraternitatis.

Mulierum cum clericis contrahentiũ punitio.

paratio.ff.de fun.inſtru.quæſitum.§.ſaltuarium.

b ¶Etiam antequam ordinarentur.]Idem ſi poſt:ſed ideo dicit, quia forte non haberet neceſſe tot pſonas recipere iam ordinatus,vt filius duceret vxorem in domum patris clerici:ſed ſi prius ante ordinationem patris iam eam habebat in domo,non debet eam eijcere. Nam,Turpius eijcitur, quàm non admittitur hoſpes.extra de iureiurando,quemadmodum.

h FOeminas.]Synodus Nicæna.]Quæ eſt ſup.ca.in omnibus.

CLerici.]CASVS.Idem fere eſt caſus iſtius capi.cũ illo ſup.eo.clericus ſolus.Duo ca. ſeq. plana ſunt.

i ¶Continentes.]Vt ſunt conuerſi & deuoti.

ADDITIO. 2.q.2.duo 27.q.1. vt lex.

huiuſmodi fœminas; ſed vbi aut clerici præſentes ſunt, aut graues aliqui [a] Chriſtiani.

Item ex concilio Carthaginenſi 4.c. 102.

¶Epiſcopi prouideant, ne occaſione temporalium, clericorum familiaritatibus virgines ſocientur. C. XXXIII.

AD reatum epiſcopi pertinet, vel presbyteri, qui parochiæ præeſt, ſi ſuſtentandæ vitæ [b] præſentis cauſa adoleſcentiores viduæ, vel ſanctimoniales clericorum familiaritatibus ſubijciantur. Poly.l.4.tit.37. Burc.l.8.c.55. Iuo p.7.ca.75.

Item ex eodem, c.103.

¶De eodem. C. XXXIIII.

VIduæ [c], quæ ſtipendio eccleſiæ ſuſtentantur, tam aſſiduæ in Dei opere eſſe debent, vt & meritis, & orationibus ſuis eccleſiam adiuuent. Poly. ibidem. Iuo p.8.c.327.

DISTINCTIO LXXXII.

GEneraliter [d] etiam pauperibus, & ijs, qui ſuis [e] manibus laborare non poſſunt [f], epiſcopus neceſſaria prouideat.

Vnde in concilio Aurelianenſi 1.ca.18.legitur.

¶De eodem. C. I.

EPiſcopus pauperibus [g], vel infirmis, qui, debilitate faciente, non poſſunt ſuis manibus laborare, victum, & veſtitum (inquantum † ſibi poſſibile fuerit) largiatur. † poſſibilitas habuerit] ori.

Item Innocentius [h] Exuperio Toloſano epiſcopo, epiſt.3. cap.1.

¶Qui voluptatem officio præpoſuerit, modis omnibus ſubmoueatur. C. II.

2 PRopoſuiſti, quid de his obſeruari debeat, quos in Iuo p.6.ca.57. Pān.l.3.ca.137. Anſel.l.8 ca.8. Poly.l.4.tit.31.

Teſtes præferendi ſūt qui pro reo deponunt.

1 Ad hoc facit quod not. in authen. de hęre. & fal §. ſi non abſunt. vbi dicitur, ꝙ talis aſſertio habet in ſe implicitam affirmatiuam. Arch.

Sanctimonialib. pauperibus debet prouidere eps.

Moniales otioſæ eſſe non debēt.

a ¶Aliqui.] Hoc non pōt intelligi, niſi de laicis propter litteram præcedentem. Sed quid ſi duo clerici dicunt me commiſiſſe fornicationē cum aliqua tali die, duo laici dicunt me fuiſſe ſecum tota die in alio loco: dico præponēdos laicos 1: quia ſtant pro reo. & ita patet hic, ꝙ clericus poteſt ſe purgare quādoque cum laicis. vt 18.q.2. in decima. vt ibi dixi.

b AD reatum.] ¶Vitæ.] Coguntur enim quādoque ſanctimoniales propter defectum rerū opera aliquas facere clericis, vel alijs, & ꝑ talem familiaritatē, & propter rerum defectum coguntur aliqua turpia facere. Præcipitur ergo hic, ꝙ ſi aliquæ ſint pauperes, ꝙ epiſcopus eis prouideat, & hoc faciat de quarta pauperū. Si obijcias infr. de conſec. diſt. 5. nunquam. vbi nunquam permittitur, immo iubetur ne ſint otioſæ, ſed faciant calathos, vel ſimilia, illud intellige, ſ ꝙ eccleſię poſſunt facere operas, non extraneo 54. diſt. ſi ſeruus. in fin.

c VIduæ.] Inf. 87. diſt. cap. 1.

GEneraliter.] Hæc diſt. diuiditur in tres partes, in quarū prima dicitur, ꝙ epiſcopus debet prouidere pauperibus ſecundū poſſe ſuum, ſcilicet illis qui laborare non poſſunt. Secunda ibi, [Propoſuiſti.] Tertia ibi,]Qui autem.] Io. de Fan.

CASVS Hic intitulatur diſt. 82. in qua oſtendit, ꝙ clerici in ſacris ordinib. conſtituti nec ſuis vxoribus, nec cum alienis mulieribus debent commiſceri carnaliter. & qualiter ſint puniendi qui poſt promiſſam continētiam fornicantur, vel de facto contrahunt, vel ſuis vxoribus commiſcentur, & quæ pœnitentia iniungatur presbytero fornicanti. Et ſpectat hoc ad cap. apoſtolicæ regulæ, oportet epiſcopum eſſe ſine crimine. vel ad hoc, oportet epiſcopum eſſe monogamum. In principio tamen ponit de hoſpitalitate. Et primum capit. huius diſt. planum eſt.

d ¶Generaliter.] Hic depingitur 82. diſt. in qua tractat adhuc magiſter de continentia miniſtrorum, & addit, ꝙ ſi quis miniſtrorum fornicationē committit, & agat pœnitentiam, ex diſpenſatione pōt remanere in ordinibus, vt ꝫ. ea. c. vlt. & referuntur hæc duo, quæ dicuntur in hac diſt. ad id; oportet epiſcopum eſſe ſine crimine: & ad id, oportet epiſcopum eſſe monogamum tamen præmittit cap. 1. qualiter epiſcopi pauperibus & infirmis debeant prouidere.

e ¶Qui ſuis.] Pauper enim qui laborare poteſt, ſi ſe immiſcet eleemoſynæ Imperatoris, redigitur in ſeruitutem. C. de mendi. vali. l. 1. lib. 11.

f ¶Non poſſunt.] Ei qui poteſt laborare, nō debet eccleſia prouidere: integritas enim & robur membrorū in conferenda eleemoſyna eſt attendēda. C. de mēdi. val. l. 1. lib. 11. quia robuſti de cibo ſecuri ſine labore, frequenter iuſtitiam negligunt. vt 5. q. 5. non omnis. & dicit gloſ. ſuper Matthæum. Iuſtius feceris ſi iniuſte petentem correxeris, quam ſi ei dederis, &c.

g EPiſcopus pauperibus.] Inf. diſt. 87. cap. 1. & 2.

h Innocentius.] Qui fuit tertius à Syricio.

PRopoſuiſti. Hæc eſt ſecunda pars diſt. in qua dr̄. ꝙ puniatur ſacerdotes & diaconi, qui non ſeruauerunt ſententiam Syricij de caſtitate. Ioan. de Fan.

CASVS. In archiepiſcopatu Toloſano ſacerdotes & leuitæ incontinenter viuebant: quod manifeſtabant filij ab eis generati. quod cum vidiſſet Exuperius archiepiſcopus Toloſanus, quæſiuit ab Innocentio quid eſſet de his faciēdum. Sed antequā reſpondeat, dicit ſuper hoc conſtitutionem factam à Syricio, quæ tales præcipiebat ab omni honore eccleſiaſtico remoueri. Deinde oſtendit, quód ſacerdotes & leuitæ debent viuere continenter, ita etiam vt cum vxorib. carnaliter non commiſceantur. Et hoc probat vno exemplo, ſcilicet ſacerdotum & leuitarum veteris teſtamenti, qui in hebdomada ſua viuebant continenter, ita etiam vt cum vxoribus nō commiſcerentur carnaliter: nec diſcedebant à templo: quibus propter ſobolis ſucceſſionem vxoris vſus fuerat relaxatus. Multo magis ſacerdotes debent abſtinere: cum quotidie ſacrificent, & poſſint eligi de qualibet natione: Et vna auctoritate Pauli apoſtoli. Poſtea docet, quod illi clerici, qui

qui in ſacris ordinibus contraxerunt, uel ſuis uxoribus ſe iunxerunt: ſi poſſunt probare conſtitutionẽ Syricij non perueniſſe ad eos, in ſuis ordinibus remaneãt: ſed ad altiores non aſcendãt: de cetero tamen abſtineant. qui autẽ contra Syricij conſtitutionẽ ſcienter ɔ̃xerint de

g ¶Cum uxore.] Multo ergo fortius ſi cum alia. ADDITIO. Dicit ꝙ ꝑ reuerentiã ſacramẽtorũ uult eos eſſe ſanctos, id eſt mũdos ab omni labe mortali uel ueniali: ſpirituali uel corporali: quod non põt eſſe qñ carnaliter uxoribus commiſcentur, ſecundum Hug.

diaconij [a] miniſterio, aut in officio presbyterij poſitos, incontinentes eſſe, aut fuiſſe, generati filij [b] prodiderunt. De his & diuinarum legum manifeſta eſt diſciplina, & beatæ recordationis uiri Syricij epiſcopi monita euidentia commearunt, ut incontinentes, in officijs talibus poſiti, omni eccleſiaſtico honore priuarentur, nec admittantur ad tale miniſterium, quod ſola [c] continentia oportet impleri. Eſt enim uetus admodum ſacrę legis auctoritas iam inde [d] ab initio cuſtodita, quòd in templo [e], anno uicis [f] ſuæ habitare præcepti ſunt ſacerdotes, ut ſeruientes ſacris oblationibus, puros † & ab omni labe purgatos ſibi uendicent diuina miniſteria, neque eos ad ſacra † officia fas ſit admitti, qui exercent uel cum uxore [g] carnale conſortium: quia ſcriptum eſt [h]: [Sancti eſtote [i], quia & ego ſanctus ſum, dominus Deus ueſter.] Quibus utique propter ſobolis ſucceſsionem; uxoris uſus fuerat relaxatus: quia ex alia tribu, & præterquam ex ſemine Aaron, ad ſacerdotium nullus fuerat præceptus accedere. Quo † magis [k] hi ſacerdotes, vel leuitæ pudicitiam ex die ordinationis ſuæ ſeruare debent, quibus uel ſacerdotium, uel miniſterium ſine ſucceſsione eſt; nec præterit dies [l], qua vel à ſacrificijs diuinis, uel baptiſmatis [m] † officio uacent. Nam ſi beatus Paulus apoſtolus ad Corinthios ſcribit dicens: [Abſtinete vos ad tempus, ut uacetis orationi.] & hoc vtique laicis præcepit [n]; multo magis ſacerdotes, quibus & orandi, & ſacrificandi iuge officium eſt, ſemper debebunt ab huiuſmodi conſortio abſtinere: qui †, ſi contaminatus fuerit carnali concupiſcentia, quo pudore vel ſacrificare uſurpabit, aut qua conſcientia, quoue merito exaudiri ſe credit, cum dictum ſit: [Omnia munda mundis, coninquinatis autem, & infidelibus nihil mundum?] Sed fortaſſe hoc licere credit, quia ſcriptum eſt: [vnius uxoris [o] uirum.] Non ꝑ dixit hoc, ut permaneret [p] in concupiſcentia generandi, ſed propter incontinentiam [q] futurã [r]. Neq; enim integros corpore non admiſit, qui ait: [Velle autem omnes ſic eſſe, ſicut & ego.] Quod & apertius declarat dicens: [Qui autẽ in carne ſunt [s], Deo placere non poſſunt. Vos aũt iam non eſtis in carne, ſed in ſpiritu.] Et [habentem filios,] non, generantem dixit. Sed ea plane [t],

h ¶Scriptum eſt.] Sufficit ergo ita ſcriptum eſſe, licet ſit duriũ arg. 19. diſt. in memoriã. ff. qui & à qui. li. ma. l. proſpexit.

i ¶Eſtote.] Arg. contra 31. diſtin. Nicæna. nã caſtitas eſt cũ propria coniuge [1].

k ¶Quo magis.] i. quanto magis.

l ¶Nec ꝑterit dies.] pręter ſabbatum magnum, & idem præcedentem, ut de conſe. diſt. 3. in ſabbato. Vel dic, ſacrificijs, id eſt officijs diuinis.

m ¶Vel baptiſmatis.] cum neceſſitas exigit. aliàs baptiſmus q̃ fit cum cerei benedictione, & ix. lectionibus, bis in anno tantũ fit. de conſecra. diſtin. 4. proprie.

n ¶Pręcepit.] Id eſt ꝑſuaſit, ut 33. q. 4. Chriſtiano. Vel præcepit uxoribus nolentibus cõtinere. Vel dic ꝑceptum eſſe cũ uir accipit corpus Chriſti, ut ſcilicet non exigat [2]: ſed reddere tenetur omni tempore.

o ¶Vxoris.] Id eſt, nõ ideo dicit eum eſſe virum uxoris unius, ut ea utatur tempore ſacerdotij.

p ¶Vt ꝑmaneret.] Argum. voces affirmatiuas reſoluendas in negatiuas. arg. ſ. diſ. 26. una tm. & ca. vnius [3].

q ¶Sed propter incõtinentiam.] Id eſt, ut ea mortua contineat, & ſecundã nõ ducat, & ſic negatiue legiſ, unius, id eſt non plurium: argum. extra de teſti. licet.

r ¶Futuram.] Id eſt quam timebat.

s ¶In carne ſunt.] d eſt carnaliter uiuentes.

t ¶Sed ea plane.] Hic rñdet conſultationi, & reuertiẽ ad cõſtitutionẽ Syricij, de qua dixerat. Dicit aũt Hug. & alij ꝙ Syricius bis emiſit conſtitutionẽ: primo illam quę erat data ab Apoſtolis, ſcilicet vt in ſacris ordinib. nullus ɔ̃heret, & ſi ɔ̃heret, deponeretur, vt 84. diſt. cũ in præterito. hæc fuit primo ab Apoſtolis ſtatuta: ſed q̃a aboleuerat, renouata eſt à Syricio. ꝓcedẽte tẽpore referebaſ quęſtio de talibus de quibus Innocẽ. hic loquitur: ſed tñ quia quidam pręrendebant ignorantiam primę conſtitutionis Syricij, inde ſumpta occaſione Syricius aliam edidit humaniorem: mitigando rigorem primæ, ſcilicet ut ignorantes excuſarentur, ut ſ. ead.

de facto, vel ſe proprijs uxoribus miſcuerint, deponanſ.

a ¶Diaconij.] Ideo non dicit de ſubdiaconis, quia nõ erat * tunc ſacer ordo: non tamen poterant contrahere. 32. diſt ſi qui.

b ¶Filij.] Filius enim eſt argumentum ambulans ſuꝑ terram de incontinentia patris. 28 diſt priuſquam.

c ¶Quod ſola.] Id eſt à ſolis continentibus, ut 84. diſt. cum in preterito.

d ¶Iam inde.] Id eſt de hoc articulo.

e ¶Quod in templo.] Sufficit ergo ſcholari ad hoc ut ſtipendium conſequatur, ut ſua uice ſeruiat eccleſiæ, ſcilicet cum ibi eſt.

f ¶Vicis.] Id eſt ſeptimanæ. aliàs eſt dies pro anno, ut 33. q. 2. hoc ipſum.

Marginalia (left): ſ. c. ſequen. — *Luc.* 2. — *Paralip. c.* 24. — † *al. puri, & purgati* — † *al. ſacrificia* — ꝑ diſ. 31. c. cos. — *Leuit.* 11. & 20. — *Num.* 18. — † *Quãto*] ori. — † *al. orationis* — 1. *Cor.* 2. — † *al. quia* — *Tit.* 1. — 1. *Tim.* 3. — 1. *Cor.* 7. — *Rom.* 8. — 1. *Tim.* 3 — * *Vide ſupra diſt.* 21. *in prin. in gloſ. verbo. ſubdiaconos.* — Filius ambulans ſuꝑ terrã teſtatur patris incontinẽtiam. — Dies ꝓ anno inuenitur.

Marginalia (right): Sufficit ita eẽ ſcriptũ. — [1] Idẽ tenet Spec. in tit. de eo. qui mit. in poſ. ver. porro. & Bar. in l. mulier. §. proponebatur. ff. ad Turp. — [2] De hoc le. & no. de conſec. diſ. 2. omnis homo. — Affirmatiua in negatiuam reſoluitur. — [3] Concor. text. in l. nõ debet ff. de don. & in l. nam euſ. ff. de inoffi. teſta. — Clericis cõtinentiam quis primo indixit.

plurimos.& hanc formam ſcribit,ſcilicet ſecundæ, Innocẽtius Exuperio.& quòd ſcripſit bis Syricius, poteſt ex hoc cap.& ſequen.vbi dicitur, ꝙ quidã excuſantur ignorantia conſtitutionis Syricij. Sed qualiter hoc,dicetur in prima conſtitutione. Quidam dicunt, ꝙ non dedit de hoc facto niſi ſemel conſtitutionem, renouando conſtitutionem Apoſtolorum, & mitigando eã cum ſua diſtinctione. & ſecundum hoc eadem eſt cauſa deciſionis Innocentij: niſi ꝙ Innocentius vtitur diſtinctione circa cõſtitutionem Syricij: & Syricius circa conſtitutionem Apoſtolorum. Tertij dicunt,ꝙ Syricius duas emiſit conſtitutiones, ſed in nullo renouauit Apoſtolorum conſtitutionem: quia Apoſtoli nihil conſtituerunt de continentia. argu. 31.diſ.quoniam. & dicit Hu. ꝙ quędam cõſtituit eccleſia, quæ non fuerunt ſtatuta ab Apoſtolis, ut de cõtinentia miniſtrorũ. 35.q.1.§. hac itaque. in fi. Quod autem dicitur ĩ.83. diſtin.cum in pręterito.quòd ſcilicet Apoſtoli docuerunt:uerum eſt exemplo.31.diſtinct.omnino.non conſtitutione. ſed de hoc dixi 28.diſt.diaconi. Prima ergo cõſtitutio Syricij fuit de continentia, vt quicunque vellet promoueri ad ſacros ordines,faceret hoc non tantum promiſſa, ſed ẽt præeunte continẽtia.hoc innui videtur,77.diſt.quicũque. Sed quia illa nõ ſeruabatur à quibuſdam prętendentibus ignorantiã, ideo aliam fecit cum diſtinctione.infra.ead.plurimos. nec fecit primã niſi in promouendis. promotos enim non poſſet adſtringere ſine ſuo uelle: ſicut nec poſſet Papa cõſtituere de acolythis iam promotis ne ꝯtraherent,arg.32. q.1.integritas Ioan. quod falſum eſt [1], cum habeat plenitudinem poteſtatis.2.q.6.decreto.nec legibus adſtringitũ,ut ff.de legib.& cõſtitutio, princeps. & C. eo. digna uox. Bar.nec in primo uel in ſecũdo capitu.habes,ꝙ Syricius aliquam conſtitutionem fecerit: ſed inuehitur in ſecundo cap.ꝯ incontinentes:de quibus conſultus fuerat, diſtinguendo,immo potius diſpẽſando:quod patet ex verbo,monita,in principio cap.& per verbum,admonitionem in fi.& dic commeauit non conſtituendo, ſed ignoſcendo & diſpenſando,vt infra.ead.presbyter.

Apoſtoli de continẽtia nihil cõſtituerunt, ſed ſolo exẽplo illã docuerunt.

[1] Argum. ad hoc ĩ.32.diſtinct. placuit.ubi de hoc:ſed dictum hoc omnino falsũ eſt, niſi intelligas de promouendis. & ſic not. H. 28. diſt. de his. in fi.

diſpar,& diuerſa [a] ſententia eſt. Nam ſi ad aliquos forma illa eccleſiaſticæ uitæ pariter & diſciplinæ, quæ ab epiſcopo Syricio ad prouincias [b] cõmeauit,non probatur [c] † perueniſſe; his ignorantibus [d] † uenia non negabitur [e]: ita ut de cætero penitus incipiant abſtinere: & ita gradus ſuus, in quibus inuenti fuerint, retentent, ut eis non liceat ad potiora conſcendere: quibus in beneficio eſſe debet; quòd hunc ipſum locum, quem retinent,non amittunt. ¶ Si qui autem ſciſſe formam uiuendi miſſam à Syricio deteguntur [f] †, neque ſtatim cupiditates libidinis abieciſſe, illi ſunt modis omnibus ſubmouendi: quia poſt admonitionem cognitam, præponendam arbitrati ſunt voluptatem.

† *probabitur*] orig.

† *al. ignorationis*

† *al. detegentur*

α ¶ Concupiſcentia.] *Emendatus,& locupletatus eſt hic locus ex ipſa epiſtola Innocentij,quemadmodum & multa alia in hoc capite, vbi per gloſſam licuit. In epiſtola autem Syricij, qua refertur in concilio Teleptenſi (ita enim pro Tellenſi legendum videtur) ſic legitur.* Quid faciet?excuſabit?quo pudore? qua mente vſurpabit?qua conſcientia,quo merito hic exaudiri ſe credit?

β ¶ Non dixit hoc] *In originali ſic legitur:* non ad permanentem in concupiſcentia generandi hoc dixit.

Item Syricius Papa ad Himerium Tarracon. epiſcopum, epiſt.1.c.7.

¶ De eodem. C. III.

Iuo p.6.c.50. Poly.l.4.tit.31.

PLurimos ſacerdotes Chriſti, atque leuitas, poſt longa

a ¶ Et diuerſa.] Diuerſa & bimembris.nam recipit diuiſionem,id eſt,diſtinctionem,& hoc de ſecunda.

b ¶ Prouincias.] Pro maiori parte.

c ¶ Non probatur.] Ex hoc vr ꝙ dicit citationem ad ſe non perueniſſe, ꝙ hoc nõ tenetur probare: ſed potius aduerſarius tenetur probare ꝙ peruenerit ad eum: cũ talis negatiua nõ poſſit probari, vt extra de elec.bonæ. Sed non eſt uerum. quia credendum eſt uerbo nuncij donec contrarium probetur,vt not.4.q.3.§.item in criminali.uer.itẽ teſtes,quos.ſic ergo expone, nõ ꝓbatur perueniſſe, id eſt probatur non perueniſſe: cum enim cõſtitutio ſit publice promulgata, quilibet eã tenetur ſcire.vt 16.diſt. quod dicitis. extra de poſtu. pręla.ad hęc.12.q.2.qui & humanis. & ſecundum leges tenetur eam quilibet ſcire vſque ad duos menſes,ut in authen. vt factæ nouę cõſtitutiones.§.1.colla.9. ſecundum canones vſque ad ſex mẽſes, vt 18.diſt.decernimus, quia ergo pręſumebatur perueniſſe ad iſtos tenebãtur ipſi probare ignorãtiã:& hoc eſt generale qđ propter pręſumptionem cogitur probare aliquis ignorantiam, ut hic,& extra de elec.innotuit.& 1.q.1.ſi q à ſimoniacis. & C.de peri.tut l.penul.aliàs qui dicit aliquẽ ſeruiſſe, hoc tenetur probare [2] vt 3.q 9.indicas. & ff.de admini.tuto.l.hoc autẽ. quid enim peccat. qui præſentis legis inſcius priſtinam ſequitur obſeruantiam?vt C.de ſecit.iubemus.in fi. Sed qualiter probat ſe aliquis ignoraſſe? dicọ ſuo ſacramento [3].vt 34.q.2.in lectum.extra de ſenten.excom.ſi vero.vt not.4.q.5.quiſquis, in fi.4. ſuou. Vel etiam alio modo ſi poteſt probare ſe fuiſſe in alio loco: & forte ſi præſumptio eſt contra eum, nõ crederem iuramento ſuo. [4] Sed quid ſi collegium uel aliquis conuentus dicit ſe ignoraſſe,nunquid tunc omnes iurabunt?dico quòd ſufficit,ſi epiſcopus cum maioribus de capitulo iurat, vt ff.de cõdi.& demonſt.municipibus. Alij dicunt,ꝙ eo ipſo probatur ignorantia, quòd non probatur ſcientia, vt C.qui mili.non poſ.ſuper ſeruis.lib.12.

d ¶ Ignorantibus.] Decretum non ligat ignorantes.ff. de decre.ab ordi.fac.l.vlt ff.loca.l. ſi ignorans.

ADDITIO. Ad idem 12.q.1.de laicis.vbi de hoc. Dic ꝙ decretum ſecundum canones ligat ignorantes,vt dixi, 19.diſt.1.ſuper ſumma.ibi videas. Archid.

e ¶ Negabitur.] Arg.neminem ligari antequam cõſtitutio ad eum peruenit:arg.diſt.31.ante triennium.36. q.vlti.ſi autem.12.q.5.ſicubi.& 47.diſ.quoniam.24.q. 4.ſi quis oblitus.54.diſt.ex antiquis.

f ¶ Deteguntur.] Eo ipſo quòd non probant ignorantiam cum ad omnes commeauerit.

PLurimos ſacerdotes.] CASVS. Quidam ſignificauerunt Syricio Papę, ꝙ plurimi ſacerdotes poſt longa tempora ſuæ ordinationis filios habuerunt tam ante ſacros ordines,quàm de vxoribus,quas poſtea de facto duxerunt quorum quidam allegabant hoc ſibi licere ad inſtar ſacerdotum & leuitarum ueteris teſtamenti.

Quidam

Probare tenetur qui dicit ſe non citatum.

Cõſtitutio publice ꝓmulgata in tra qđ tempus ligat.

Ignorantiã ꝓbare quis cogitur ꝓpter pſumptionem.

[2] Dicunt ꝗ iuris apicibus inuigilant, regulare eſſe ignorantiã nõ debere ꝓbari: ſed ſcientiam.

[3] Ad hoc facit quod leg. & not. ext. de ſen. excõ.ſi uero & de homic.ſignificaſti 1. & ꝗ iur. calum. ca.2. Idem latè Iaſ.§. ſed iſtæ. Inſti. de act.

[4] Concor. gl. ſi.in l. ſi cui. & ibi Bart. ff. de accuſa.

Collegiũ nunquid iurare poſſit.

Decretum non ligat ignorãtes.

Quidam vero dicebant ſe per ignorantiā lapſos: & inde dolebant: quare Syricius Papa reprehēdit eos, qui ſuum crimen defendebāt exēplo ſacerdotū veteris teſtamenti: cum alia cauſa fuerit in illis q̃ in iſtis: & dicit eos eſſe deponendos: cum ea certa ſcientia deliquerint. Illi vero q per ignorantiā dolent ſe lapſos fuiſſe, ad altiora non aſcendāt: ſed in ſuis ordinib. remaneāt: ita tñ ꝙ de cętero viuāt continenter. Sequēs. §. patet.

a ¶Solius ſucceſſionis cauſa.] Præcipuè. nam & cauſa incontinentiæ. 32. q. 2. §. his ita.

conſecrationis ſuæ tempora, tam de coniugibus proprijs, quàm etiam de turpi coitu ſobolem didicimus procreaſſe, & crimen ſuum hac præſcriptione defendere, quia in veteri teſtamento ſacerdotibus, ac miniſtris generandi facultas legitur attributa. Dicat mihi nūc, quiſquis ille eſt ſectator libidinum, præceptorque vitiorum, ſi æſtimat, quod in lege Moyſis paſſim ſacris ordinibus à Deo noſtro laxata ſunt fræna luxuriæ, cur eos, quibus committebantur ſancta ſanctorum, præmonet dicens: [Sācti eſtote, quia & ego ſanctus ſum Dominus Deus veſter?] Cur etiā procul à ſuis domibus, anno vicis ſuæ, in templo habitare iuſſi ſunt ſacerdotes? Hac videlicet ratione, ne vel cum vxoribus poſſint carnale exercere commercium, vt conſcientiæ integritate fulgentes, acceptabile Deo munus offerrent. Quibus, etiam expleto deſeruitionis ſuæ tempore, vxorius vſus ſolius ſucceſſionis cauſa [a] fuerat relaxatus: quia non ex alia niſi ex tribu Leui, quiſquam ad Dei miniſterium fuerat præceptus admitti.

Lenit. 20. *Luc.* 1.

Item paulo inferius.

¶De eodem. C. IIII.

Poly. ibidem. Iuo p. 6. c. 50. §. quia.

QVia aliquanti, de quibus loquimur, vt tua [b] ſanctitas retulit, ignorantia † ſe lapſos [c] eſſe deflent; his hac conditione miſericordiam [d] dicimus non negandam, vt ſine vllo honoris augmento, in hoc, quo deiecti † [e] ſunt, quamdiu vixerint, officio perſeuerent: ſi tamen poſt hac cōtinentes ſe ſtuduerint exhibere. Hi vero, qui illiciti priuilegij [f] excuſatione nituntur, & ſibi aſſerunt veteri hoc lege conceſſum; nouerint ſe ab omni eccleſiaſtico honore, quo indigne vſi ſunt, Apoſtolicæ ſedis auctoritate deiectos: nec vnquam poſſe veneranda attrectare myſteria, quibus ſe ipſi, dum obſcœnis cupiditatibus inhiant, priuauerunt. Et quia exempla præſentia cauere [g] nos præmonent in futurum; ſi quilibet epiſcopus, presbyter, atq. diaconus (quod non optamus) deinceps fuerit talis inuētus; iam nunc ſibi omnem per nos indulgentiæ aditum intelligat obſeratum; quia ferro neceſſe eſt vt abſcindantur [h] † vulnera, quæ fomentorum non ſenſerint medicinam.

† *ignoratione*] ori
† *al. detecti.*
† *excidātur*] orig.

¶*Caput hoc in aliquot manuſcriptis Gratiani exemplaribus coniunctum eſt ſuperiori.*

3 *Qui autem propter peccata iubentur deponi; poſt condignam pœnitentiam in ſuo ordine poterunt reparari.*

Vnde in concilio Hybernenſi a.

a ¶Hybernenſi.] *Caput hoc citabatur ex concilio Gangrenſi, in quo non legitur. Emendatum eſt ex Polycarpo; & alio libro manuſcripto peruetuſto, in quo libro ſunt multi canones pœnitentiales: & hic refertur ex Theodoro archiepiſcopo Hybernenſi.*

¶Quæ pœnitentia ſit imponenda ſacerdoti, qui de fornicatione conuictus fuerit. C. V.

Poly. l. 4. tit. 39. Can. Apoſt. 25.

PResby-

b QVia aliquanti.] ¶Vt tua.] Cum ergo hic ſcribat vni: & ī pcedenti cap. dicatur ꝙ conſtitutio Syricij Papæ ad oēs prouincias cōmeauit: patet ꝙ duas emiſit Syricius cōſtitutiones: & ēt qa hic dicit ignorātiā reſpectu primæ.

c ¶Lapſos.] Reſpectu ſcilicet ſecundæ conſtitutionis.

d ¶Miſericordiam.] Quia illa ignorantia iuris non eos excuſat [1] à toto: ſed quia facilius cum eis diſpenſatur. Alij dicunt, quòd vnam tātum emiſit: & dicunt, ignorantia Apoſtolicæ conſtitutionis.

1 Adde ꝙ qñq. iuris ignorantia excuſat à pœna pp ruſticitatem, non autem excuſat à nullitate actus, vt not. in l. 1. C. de iterdic. matri. inter pup.

e ¶Deiecti.] Id eſt, lapſi.

f Priuilegij.] Argu. contra eos, qui prætendunt ſe non debere dare decimas, q̃a prædeceſſores ſui nō dederūt: & ſic vti volūt priuilegijs ſuorū antiquorū. extra de deci. c. 2. & ca. quamuis. Item arg. contra illos, qui pro ſui iuris tuitione conſuetudines antiquas allegāt. vt 32. q. 4. nemo. & 1. q. 4. c. vlti.

Conſuetudo antiqua non excuſat.

g ¶Cauere] Arg. ex præſentib. futura p̄ſumi. arg. diſtin. 50. ſi quis diaconus. diſt. 51. præterea.

Præſumitur ex præſentib. circa futura.

ADDITIO. Hoc not. 18. diſt. peruenit.

h ¶Vt abſcindātur.] ſic 16. q. 1. in canonibus 24. q. 3. ecce.

QVI AVTEM. Hic incipit tertia pars huius diſt. in qua quæritur, qualiter pœnitentia imponatur ſacerdoti lapſo in fornicationem, ita quòd poſſit poſtea celebrare. Et reſpon. quòd decē annis debet pœnitere. Ioan. de Fan.

PResbyter.] CASVS. Hoc cap. loquitur de manifeſta fornicatione, & qua tempore Apoſtolorū clerici deponebantur.

tur, ſed ſancti patres in Gangrenſi concilio congregati hunc rigorem temperarunt, ſtatuentes vt ſi presbyter ſponte confiteatur delictum ſuum, & uelit pœnitere, decem annis pęniteat iuxta modum, qui in hoc cap. exprimitur poſtea poterit in honorem priſtinum reuocari. Eadem pœnitentia erit ſacerdotibus imponenda pro ſingulis delictis, quæ depoſitionem inducũt.

Iulia de ambitu, locũ habet in Romana ciuitate [1] in immo ſpirituale datur hic tantum, ſcilicet eleemoſyna pro ſpirituali beneficit ad hoc, quia ſicut ęre peccatorum iſte ſe uendidit, ut 15. q. 1. non eſt, quod cuiquam. ita & pecunia ſua ſe redimat. de pœn diſt. 1. medicina. Et eſt arg.

1 Adde nec ẽt ſimonia not. gloſ. & Bar. i l. Barbarius. ff. d offi. præt. & in l. 1. glo. 1. ff. ad leg. Iulia. de ambi.

ter [a], ſi fornicationem fecerit, quamquam ſecundum canones Apoſtolorum [b] debeat deponi; tamen iuxta auctoritatem [c] beati Papæ Siluestri, ſi in uitio non perdurauerit, ſed ſua ſponte confeſſus adiecit, vt reſurgat; decẽ annis [d] in hunc modum pęniteat; tribus quidem menſibus priuato loco à cæteris remotus pane & aqua à veſpera in ueſperam [e] vtatur; tantum autem diebus Dominicis, & præcipuis feſtis modico uino, & piſciculis, atq. leguminibus recreetur ſine carne & ſagimine, ouis, & caſeo † ; ſacco indutus humi adhæreat; die ac nocte iugiter miſericordiã Dei omnipotentis imploret: finitis tribus menſibus continuis exeat: tamen in publicum non procedat; ne grex fidelis in eo ſcandalum patiatur. Nec enim † debet ſacerdos publice pęnitere [f], ſicut laicus. Poſteà aliquantiſper reſumptis uiribus, unum annum, & dimidium in pane et aqua expleat, exceptis Dominicis, & præcipuis feſtis, in quibus uino, & ſagimine [g] †, ouis, & caſeo iuxta canonicam menſuram uti poterit. Finito primo anno & dimidio, corporis & ſanguinis Domini, ne induteſcat, particeps fiat, & ad pacem veniat; pſalmos cum fratribus in choro [h] ultimus cantat; ad cornu altaris non accedat; iuxta beati Clementis uocem [i], minora gerat officia. Deinde uero uſque ad expletionem ſeptimi anni, omni quidem tempore, exceptis paſchalibus diebus, tres legitimas ferias [k] in unaquaque hebdomada in pane & aqua ieiunet. Expleto [l] ſeptimo anni circulo, ſi ſui confratres, apud quos pęnituit, eius condignam pęnitentiam conlaudauerint, epiſcopus in priſtinum honorem, iuxta beati Calixti Papæ auctoritatem, eum reuocare poterit. Sanè ſciendum eſt, ꝙ ſecundam feriam unum pſalterium canendo, aut vnum denarium [m] pauperibus dando (ſi opus † eſt) redimere [n] poterit. Finitis autem ſeptem annis, deinde uſque ad finem decimi anni, ſextam feriam [o] (nulla interueniente

†al. etiam

†al. ſanguine

Epiſt 2.

Epiſt. 2.

†al operarius] Poly.

a ¶Presbyter.] Hoc c. intelligunt quidam de diſpenſatione, alij de iure: quia ẽps poſt peractam pęnitentiã tenetur diſpenſare: argu. 50. diſtin. dño ſancto. &c. vt conſtitueretur. vnde dicunt hodie pro fornicatione neminem deponendum. niſi in ea perduret, & ideo q̃a hodie fragiliora ſunt corpora noſtra quàm olim erant. 34. diſt. fraternitatis, licet eadem ratione debes dicere de quolibet crimine, ut ĩ. eo. c. verſi. eadẽ quoque. & not. ĩ. proxi. diſtin. c. Maximianus.

Fornicationis cauſa hodie nemo eſt deponendus.

b ¶Apoſtolorum.] Hic concilium diſpẽſat contra Apoſtolum in pęnis, vt ſupra diſt. proxi. presbyter. ſic ĩ. 24. diſtinct. cognoſcamus. &c. lector.

Concilium contra Apoſtolum diſpenſat.

c ¶Auctoritatem.] Hanc non habemus in corpore canonum B. Silueſtri.

d ¶Decẽ annis.] Alibi dicitur, ꝙ ſacerdoti pro fornicatione imponitur pœna xij. annorum, & epiſcopo xv. 30. q. 1. ſi quis ſacerdos. &c. nõ debet. alibi vij. vt 33. quęſt. 2. hoc ipſum. Sed varietas delicti inducit varietatem pœnæ: ſcilicet cum fornicatio eſt ſimplex, vel inceſtuoſa, poterit ſacerdos mitigare pœnã pro quantitate criminis, & qualitate perſonæ. 26. q. 7. tempora.

Sacerdotis fornicarij pęnitentia.

e ¶In veſperam.] Nam ea hora debent comedere ieiunantes. de conſec. diſt. 1. ſolent.

Ieiunantes in ueſpera comedere debent.

f ¶Pęnitere.] Supra diſt. proxi. ſi quis epiſcopus. contra & 28. diſt. presbyter. contra. Sed expone publice, id eſt, ſolenniter.

g ¶Sagiminẽ.] Argu. ꝙ licet comedere de ſanguine illis diebus quibus oua & caſeum licet comedere. 4. diſtinct. denique.

Sagimen & lardum die ueneris comedere licet.

h ¶In choro.] Vt ibi miniſtret.

i ¶Vocem.] Quam non habemus in hoc corpore.

K ¶Tres legitimas ferias.] Scilicet 2. & 4. & 6. feria, vt intra. ead. innuitur. de conſecr. diſt. 3. ieiunia. & 22. q. 5. cap. 1.

Feriæ legitimæ ſunt tres.

l ¶Expleto.] Ergo reconciliandus eſt quis peracta parte pœnitentię: etſi tota finita non ſit, vt 12. q. 2. de viro. extra de fur. ex litteris.

m ¶Denarium.] Et ita poteſt dare denarium pro ieiunio, quod ſpirituale eſt: nec tamen ſimoniam committit: quia cum Deo intelligitur contrahere; ſicut nec lex eſt arg. pro commutatione pęnæ. 36. q. 1. de rap. Nunquid autem poteſt hic ieiunare per alium? ꝓ videtur [2]: quia denarium poteſt dare ut ſe redimat à ieiunio: ergo multo fortius per alterius ieiunium poteſt liberari. Item quia ieiunium uini liberat mortuum, vt 13. q. 2. animę. de pœn. diſt. 6. c. 1. quod concedo ſi per propinquam perſonam ieiunet. & debet iſte denarius eſſe talis, ꝙ non euincatur ab eo cui donatur: alias non contingeret liberatio, vt C. de ſent. & inter. libera. ff. de lega. 3. qui concubinam. §. ſi heres. quia non intelligitur datum quod euinci poteſt, ut ibi dicitur: argu. 14. q. 5. immolans. Sed nunquid pęnitens ſua auctoritate põt hanc commutationem facere? Dicunt quidam ꝙ ſic, [3] quod non concedo in pęnitentia impoſita ab homine [4] ut extra de uo. & uo. redemp. ex multa. in fi. Ioan. Sed certe quod hic dicitur de denario, auctoritate huius canonis facere poteſt pęnitens: nec decret. illa in aliquo contradicit. Bart.

n ¶Redimere.] Argũ. ea quæ facere tenemur, alia æquiualentia faciendo poſſe recompenſari: & ita commutationem pœnarum poſſe fieri; argum. 36. quęſtio. 1. de raptorib. di. 12. non cogantur. contra. 1. q. 1. nullus epiſcopus 2.

o ¶Sextam feriam.] Ergo quartã poſſet redimere. qđ enim

Ieiunari põt ꝑ aliũ.

2 Ad hoc facit q̃a liberatur q̃ iurãdo per aliũ, ut not. 63. diſ. tibi. arg contra ext. de offi. deleg. c. fin. cũ ſimilib. Archid.

Pœnitentia ĩpoſita auctoritate ꝓpria mulctari non põt.

3 Adde bonum tex. in l. plerumque. ff. de iure dot. & in l. 2. ff. de li. le.

4 Videtur innuere, ꝙ ſit ſecus in ieiunijs indictis ab eccleſia. Sed põt dici ſecundũ Inn. ꝙ licet ieiunia indicta ab eccleſia non debeãt commutari vel redimi ſine cauſa: tñ ea poſſunt mutari: ſic ut ieiuniũ feſti quod eſt in die lunę fiat i ſabbato. & dr̃ ꝙ in quibuſdam locis Franciæ. i. vbi ſunt eccleſiæ ſãcti Quintini non ieiunatur in uigilia omniũ ſanctorum. ſed tertia pręcedenti die ſecũdã Inn. Archi.

enim de vna negatur, de alia concedi videtur. 23. diſt. qualis.

a ¶ Eadem.] Non tamen eadem diſpenſatio eſt in omnibus: quia in aliquibus prohibetur. 50. diſt. miror. Proui-

non ſatis. Sed quid ſi infirmus diues eſt, & nihil uult dare medico: nunquid gratis tenetur eum curare? Videtur ꝙ non: cum nemo de ſuo cogatur facere beneficium, ut 10. q. 2. precarie. cum etiam medicus licite poteſt recipere mercedem 1, ut 14. qu. 5. non ſanè. Dico ꝙ tenetur eũ curare ſuis impenſis 2: & ſi conualuerit, repetat expenſas: quia utiliter geſſit negotium eius, vt ff. de negot. geſt. Pomponius. etiam ſi moriatur æger. poteſt petere impenſas: quia ſufficit ſi utiliter cœpit gerere, licet euentus non ſit ſecutus, ut ff. eo. tit. ſed an ultro. ff. de offic. præſid. illicitas. §. ſicuti. nec poteſt ei obijci, ꝙ cauſa pietatis fecerit ſumptus illos niſi eſſet propinquus infirmo 3, ut C. eo. alimenta. Sed quid ſi infirmus prohibet ne aliquę medicinę dentur ei? tunc dicunt quidam, ꝙ medicus nullã habet actionem, ut C. de nego. geſto. l. vlt. Sed dico quod cum inuitum poteſt curare: ſicut inuitum poſſet extrahere de domo ruitura. 23. quęſtio. 3. ipſa pietas. Inuito enim poteſt cõferri beneficium, ut 45. diſt. & qui emendat 4, immo præſumo ipſum fuiſſe furioſum, cum illa uerba dixit in ægritudine, ut ff. de cõdit. inſtit. quidam. & extra de ſucceſ. ab inteſta. c. fina. Sed quid dices, ſi quis vult me interficere niſi dem ei pecuniam, nũquid teneor ei dare vt me liberem à morte? ita uidetur, per hoc quod hic dr̃, & 86. diſtin. non ſatis. in princ. Dicunt tamen quidam, ſolos prælatos ad hoc teneri, ut 12. q. 2. gloria. & 16. q. 1. c. vlt. Alij dicunt, ꝙ quilibet tenetur redimere vitam alterius. Vtrum autem quilibet teneatur defendere alium, dixi 23. q. 3. non in inferenda.

1 De hoc not. 1. q. 1. qui ſtudet. ibi, uidea.

2 Adde et ad hoc bonum in l. non tantũ. ff. de app. & ff. de reli. & ſump. fu. l. at ſi quis. §. Labeo.

3 Si eſt coniuncta perſona uidetur donaſſe, niſi proteſtetur: ſecus ſi eſſet extraneus in funere. eodem modo diſtinguit ff. de relig. & ſum. fu. ſi quis. §. ſed interdũ. Archid.

4 Adde ad hoc not. in l. ſoluendo. in gloſ. 2. ff. de ne. geſt. & in l. ſolutionem. ff. de ſolu.

redemptione) obſeruet in panę & aqua. Eadem [a] quoque pęnitentia erit ſacerdoti, de omnibus alijs peccatis, & criminibus, quæ eum in depoſitionem inducunt. Neque hoc cuiuslibet uideatur oneroſum; ſi ſacerdos poſt lapſum; digne, ut ſupra dictum eſt pęnitens, ad priſtinos redeat honores.

a. ¶ Et caſeo] *In vulgatis ſequebatur,* utatur: *qua vox ſublata eſt auctoritate & omnium fere exemplarium Gratiani manuſcriptorum, & Polycarpi, & libri manuſcripti in ſuperiore notatione indicati.*

DISTINCTIO LXXXIII.

Prouidendum [b] quoque eſt, ne is, qui ad ordinandum eligitur, & ſi à proprio vitio videatur alienus, conſentiendo alienis inquinetur. Vt enim Symmachus Papa ait: non eſt grandis differentia, an lethum inferas [c], an admittas. Mortem enim languentibus probatur inſligere, qui hanc, cum poſſit, non excludit.

In l. bell. Ennodij.

Hinc Gregorius VII. ait in reg. lib. 6. c. 12. Romana ſynodi celebrata Anno Domini 1080. al. 1078.

¶ Suſpendatur epiſcopus ab officio, clericorum ſuorum fornicationi conſentiens. C. I.

An. l. 6. c. 177.

SI quis epiſcopus fornicationem presbyterorum, diaconorum, ſubdiaconorum *a*, vel crimen inceſtus in ſua parochia, pretio [d] interueniente, vel precibus conſenſerit vel commiſſum, ſibique compertum auctoritate officij ſui non impugnauerit; ab officio ſuſpendatur [e].

a ¶ Subdiaconorum.] *Additum hoc eſt ex originali, & Anſelmo: quemadmodum et paulo poſt verba illa,* ſibique compertum. *Notum autem eſt à tempore Gregorij primi ſubdiaconos eadem lege continentiæ, qua presbyteros, adſtrictos fuiſſe.*

Item Gregorius prima parte paſtoralis, c. 2.

¶ Maxime eccleſiam lædit, qui ſub nomine ſanctitatis delinquit. C. II.

Poly. l. 4. tit. 31.
Burc. l. 1. c. 209.
Iuo p. 5. c. 325.

NEmo quippe in eccleſia nocet amplius, quàm qui

PRouidendum.] Hæc diſt. diuiditur in duas partes: in quarum prima punit negligentes prælatos. & qui gaudẽt adulationibus: & hoc probat per 7. auctorit. Secunda, ibi, [Quamquam.] Ioan. de Fan.

CASVS. Hucuſque tractauit Gratianus, ꝙ oportet prælatum eſſe ſine crimine, quod in faciendo conſiſtit. ſed quia conſentiens malo aliorum dicitur cõmittere crimen, ideo ſubiungit hac 83 diſtin. in qua oſtendit, ꝙ prælatus etiã conſentire nõ debet peccatis alienis: quia parum differt utrum quis homicidiũ committat propria manu, uel facienti conſentiat? quia mortem probatur inferre, qui hanc cũm poteſt non excludit.

b ¶ Prouidendum.] In duabus ſuperioribus diſtinctionibus tractauit magiſter, quòd ordinandus debet eſſe ſine crimine proprio. In hac diſtinctione oſtendit, ꝙ non debet alienis criminibus conſentire.

c ¶ Inferas.] Simile eſt ī. 86. diſt. paſce. & extra de ſen. excommu. quantæ. & patet hic, ꝙ medicus gratis tenetur curare pauperem infirmum: quia plus debet valere apud eum vita illius, quàm propria pecunia, ut 86. diſt.

SI quis eps.] CASVS. Quidam epiſcopi pretio interuenientibus uel precibus conſentiebant clericis ſuæ diœceſis in fornicatione ſtare, vel inceſtu: & eos nõ puniebant. Quęſitũ fuit à Gregorio quã pœnam pati debeãt? Et rũdet ꝙ ſuſpendi debẽt ab officio & bñficio.

d ¶ Pretio.] De hac materia inuenies 16. q. 7. decimas. & 1. q. 1. c. vlt. & cap. nullus epiſcopus. infra. 23. q. 4. c. ſi is qui. & cap. ſi illic.

e ¶ Suſpendatur.] Id eſt deponatur. 1. q. 3. ſi quis epiſcopus. aliàs eſſet contra 11. q. 3. Teugualdum.

ADDITIO. Vel dic ꝙ ponit pœnam ſolius conſenſus ſecundum L. cuius etiam fuerant uerba, quæ præcedunt. De hoc legit & not. ī. 32. diſt. eos. in fi. ibi videas.

NEmo.] CASVS. Dicitur hic, quòd nemo magis in eccleſia nocet quàm prælatus delinquens: quia nullus

nullus audet eum redarguere propter ordinis reuerentiam: & alij ſumunt ab eo exemplum delinquẽdi: & ideo epiſcopus qui tales non corrigit, magis dicendus eſt canis impudicus, quàm epiſcopus.

dibus malorum. Sed dicit Anacletus, ꝙ ex hoc facto maxima pernicies orit circa ſubiectos, quia prælatus qui laudibus gloriantur, timet corrigere delinquentes: & ſicut nouerca odit priuignum, ita negligentia correctionem & diſciplinam.

a ¶Redarguere.] Sup. diſt. 40. ſi Papa. 6. q. 1. oues. qa vult magis placere ſilendo, quàm diſplicere redarguendo.

b ¶Extenditur.] Delicta enim maiorum trahuntur ab alijs in exemplum, vt 11. q. 3. præcipuè.

c ¶Nõ corrigit.] Cũ eſt clamor de talib. extra de ſi. licet Heli.

Delicta maiorũ alios corrũpunt.

peruerſe agens nomen vel ordinem ſanctitatis habet. Delinquentem namq. hunc nemo redarguere [a] præſumit; & in exemplum culpa vehementer extenditur [b]; quãdo pro reuerentia ordinis, peccator honoratur. Epiſcopus [α] itaque, qui talium crimina non corrigit [c], magis dicendus eſt canis impudicus, quàm epiſcopus.

Burc. l. 1. c. 203. Iuo p. 5. c. 317. ex Gregorio.

α Epiſcopus] *Hæc non ſunt ibi apud B. Gregorium. Similia citantur infra 2 q. 7. c. qui nec regimentis, ex Auguſtino (cui etiam reliqua huius capitis antea tribuebantur) & ex eodẽ à Burchardo, & Iuone citantur. Cæterum ijdem collectores, Burchardus quidem lib. 1. c. 13. Iuo autem parte 5. c 67. referunt aliqua ex Origene, quæ cum his aliquantulum conueniunt.*

Item Innocentius.

¶Qui non reſiſtit erroribus, conſentit. C. III.

Error cui non reſiſtitur, approbatur; & veritas, cum minimè defenſatur, opprimitur. Negligere quippe, cum poſſis [d] deturbare peruerſos, nihil aliud eſt, quàm fouere. Nec caret ſcrupulo ſocietatis [e] occultæ, qui manifeſto facinori deſinit obuiaſſe.

Deuſdedit p. 1. Eluterius Papa ad Galliæ prouincias, & orientales in epi. ad Iulium, & Ægyptij in epiſt. ad Felicem II.

Error.] CASVS. Dicitur hic, ꝙ ſi poſſum reſiſtere errantibus, & perturbare peruerſos, & negligo: mala eorum videor approbare per conſenſum: & ſocius criminis, ſum cum manifeſto facinori non obuiem. Sequentia autem duo c. plana ſunt.

d ¶Cum poſſis.] Ex officio. hoc enim intelligunt quidam de prælato. argu. 23. q. 4. ita planè. Sed H. de quolibet. 24. q. 3. tam ſacerdotes.

e ¶Societatis.] Impropriè ſumitur hoc nomen ſocietatis: qa in honeſtarũ rerũ ſocietas nulla eſt. ff. pro ſocio. nec prætermittendum.

Item Pius, epiſt. 1. ad omnes Chriſti fideles.

¶Non prodeſt ſuo errore non pollui, qui alieno conſentit. C. IIII.

Qvid enim prodeſt illi ſuo errore non pollui [f], qui [g] conſenſum [h] præſtat erranti?

f Qvid enim.] ¶Nõ pollui.] directè. nam occaſione alterius bene polluitur ſi ei conſenſerit.

g ¶Qui.] Infra 22. q. 5. ſi quis.

h ¶Conſenſum.] De triplici conſenſu dr 2. q. 1. notum. in fi.

Item Gregorius. α

¶Qui non occurrit, conſentit erranti. C. V.

COnſentire videtur erranti, qui ad reſecanda, quæ corrigi [i] debent, non occurrit [k].

Poly. l. 4. ti. 31.

i COnſentire vſ.] ¶Corrigi.] ſ. 11. q. 3. qui conſentit. ſ. 23. q. 5. oſtendit. & 24. q. 3. qui. aliorum.

K ¶Nõ occurrit.] Si. ff. de iure pat. adigere. ff. de noxa. ſi ſeruus. in fin. ff. de ijs q no. ifa. qd ergo. §. 1.

α ¶Gregorius.] *In epiſtolis impreſſis Beati Gregorij non habetur. Verum lib. 7. epiſt. 117. Syagrio epiſcopo Auguſtudunenſi poſt ea uerba*, qui non reſtiterit, *in regeſto manuſcripto peruetuſto & in Polycarpo, ubi ipſa epiſtola integra refertur, hæc ſequuntur.* Nam conſentire uidetur erranti, qui corrigenda, vt reſecari debeant, non occurrit. Quia vero. &c.

Sicut autem aliorum vitia palpare non debet, ita nec malorum laudibus delectari.

Vnde Anacletus Papa epiſt. 1. epiſcopis omnibus.

SICVT AVTEM. CASVS. Hucuſque oſtendit, ꝙ aliquis peccatis alienis conſentire non debet. Nunc vero oſtendit, ꝙ laudib. malorum aliquis gloriari non debet, nec gratulari.

¶Miſerrimus eſt epiſcopus, qui malorum laudibus gloriatur. C. VI.

Nihil illo eſt paſtore miſerius, qui luporum [l] laudibus gloriatur. Quibus ſi placere voluerit, atque ab his amari delegerit, erit hinc omnibus magna pernicies. Nullus

Anſ. l. 6. c. 134. Iuo p. 5. c. 237. in fine.

Nihil.] CASVS. Quidam prælati gloriabantur lau-

l ¶Luporum.] Id eſt laicorum [l]: qui quandoque dicuntur oues, vt 2. q. 7. oues.

l Scilicet malorum: lupi ſunt q in eccleſia eſſe vñr cũ non ſint, & cũ poſſunt nos infeſtãt. de conſec. diſ. 4. quomodo. ver. non ob aliud. in fi. ſecundum Lau.

a ¶Place-

a ¶Placere.]Sic 13.q.1.ca.1.ſimile extra de cleri.coniug.c.diuerſis.ſimile.ff.de oper.liber duorum.
b ¶Labiorum.] Id eſt, prædicandi: uel eũam redarguendi.
c ¶Obligata.]Si.infra.8.q.4.c.ulti.& c.dilectiſſimi.
d ¶Ne-

ergo paſtorum, placere [a] lupis, & gregibus ouium poteſt. Perdit enim labiorum [b] *a* memoriam mens terrenis obligata [c] carceribus. Sicut † artium in ſuo quoque opere inuenitur mater inſtantia; ita nouerca eruditionis eſt negligentia [d].

† al. Sicut autem

a ¶Labiorum.] *In epiſtola Anacleti legitur*, laboris: *apud Anſelmum, & in vno ex vetuſtis codicibus Gratiani,* laborum; *vnde potuit irrepſiſſe mendum: quod tamen ob gloſſam non eſt ſublatum.*

2 *Quamquã ſacerdotem tam à ſuis, quàm ab alienis criminibus oportet eſſe immunem; tamen ſi aliorſum ſeſe habuerit, non ideo verba ſuæ prædicationis debent contemni. Sicut enim Hieronymus ait, vt lixiuium per cinerem humidum fluens lauat, & non lauatur; ita bona doctrina per malum doctorem, animas credentium lauat à ſordibus peccatorum.*

Burc.l.2.c.204. ex dictis Hier. Ivo p 5. c.318.

DISTINCTIO LXXXIIII.

1 2 S*Olicitum* [e] *quoque, & vigilantem oportet eſſe epiſcopum circa defenſionem pauperum, releuationem oppreſſorum, tuitionem monaſteriorum. Quodſi facere neglexerit, aſpere corripiendus eſt.*

Vnde Gregorius Anathemio ſubdiacono Campaniæ, lib. 9. epiſt. 29.

¶Corripiatur epiſcopus, qui circa officium ſuum negligens extiterit. C. I.

PEruenit ad nos, fratrem, & coepiſcopum noſtrum Paſchaſium ita deſidem, negligentemque in cunctis exiſtere; ut in nullo, quia eſt epiſcopus, agnoſcatur: adeo ut neque eccleſia ipſius, neque monaſteria, ſiue filij eccleſiæ, uel oppreſſi pauperes † [f] eius erga ſe dilectionis ſtudium ſentiant; nec aliquam ſupplicantibus ſibi † in quibus iuſtum eſt, opem defenſionis accommodet; & (quod adhuc dici eſt grauius) conſilia [g] ſapien-

† al. vel pauperes
† *bus*] orig.

d ¶Negligentia.]Supra 38.diſt.ignorantia.

QVAMQVAM Hæc eſt ſecunda pars huius diſ. in qua dicit, ꝙ licet mali ſacerdotes ſint culpandi: tamen non deſpiciendi. Io. de Fan.

ADDITIO. Et nota, hic malum prælatum lixiuio comparari: alibi lapideo canali, ut in prędic.cap.ſi fuerit. Alibi monetario.1.q.1.quod quidam.& uide quod dixi.44.diſt.cap.1.& in ſumma.& dic, lauat, ſcilicet conditionaliter, ſecundum Hug.

CASVS. Dictum eſt ſupra, ꝙ prælatus debet eſſe immunis à ſuis peccatis & alienis. ſed quamuis ſit peccator. non tamen eius doctrina debet contemni: quia ſicut lixiuium per cinerem fluens lauat ſordes, & nõ lauatur: ſic doctrina per malum ſacerdotem miniſtrata lauat auditores à ſordę delictorum.

SOlicitum.] Hæc diſt. diuiditur in quatuor partes: quarum prima reprehendit deſides epiſcopos. & hoc ꝑ duo c. Secũda. ibi, [Quod autem:] Tertia ibi, [Similiter] Quarta ibi, [Presbyterorum]. Io. de Fan.

CASVS. Supra oſtenſum eſt, ꝙ prælatus debet eſſe ſine crimine. Nunc vero ſupponit 84. diſtinct. in qua oſtẽdit Gra. ꝙ p̃latus debet habere ſolicitudinẽ circa ſubiectos. Et habet hæc diſt. 4. articulos. In primo dicitur, ꝙ epiſcopus dẽt eſſe ſolicitus circa tuitionem pauperũ & monaſteriorũ. In ſecundo agitur de munditia ſacerdotũ. In tertio, ꝙ epũs debet eſſe monogamus. In quarto unde dicatur presbyter.

e ¶Solicitũ.] Tria c. apoſtolicæ regulę hic breuiter tãgit, quòd epiſcopus debet eſſe prudens 1. continens monogamus.

1 Prudẽtia conſiſtit in ſcientia litterarũ: ſed nõ uidetur eſſe aſtutus qui in his quæ debet agere peruigil non eſt, & ſolicitus: & ita patet ꝙ eẽ ſolicitũ refertur ad eſſe prudentem ſm Hug.

PEruenit ad nos.] CASVS. Paſchaſius epũs in duobus delinquebat ſcilicet ꝙ non curabat defendere monaſteria & pauperes & oppreſſos: & præterea conſilia ſapientum audire nolebat. Scribit ergo Greg. Anthemio ſubdiacono reprehẽdendo eum, ꝙ talia paruipendebat, & mandat ei, ut eum corrigat coram alijs epiſcopis, uel coram quibuſdã de nobilibus ſubiectis, ꝙ ſi ſe non corrigat, Romam eſt tranſmittẽdus: ubi ſaltẽ diſcat qualẽ conueniat eſſe ſacerdotẽ, uel prælatum eccleſiaſticũ.

f ¶Pauperes.] Quorũ curã nõ per ſe, ſed per archipresbyterũ uel archidiaconũ gerere debet, vt ĩ. 88 diſt. epiſcopus gubernationem.

Doctrina eſt ab oĩb. accipiẽda. Cõſilio bono eſt acquieſcendum.

g ¶Conſilia.] Vnde Augu. dicit, ꝙ à puero nõdum anniculo paratus eſt doceri, ut 24.q.3.ſi hẽs. aliàs ſtultus eſſe conuincitur, vt 22. diſ. de Cõſtantinopolitana. Qui .n. bono cõſilio nõ acquieſcat, amittere debet dignitatẽ: exemplo Roboã, qui ſenioribus non acquieuit. 7.q.1.denique. vel ad inſtar vxoris Loth, quę conuerſa eſt in ſtatuam ſalis, & dicit lex, ꝙ ex firmitate nituntur, q̃ cõſilio gerunẽ. C. de repud.l.3. cum etiam cõſilio clericorũ debeat epũs diſponere de rebus eccleſię. ex̃ de ijs quę fi. à pręla. ſine cõſe.ca. nouit. & iſte nõ excuſat qñ potuit ſcire, ſed noluit 38. diſt. qui ea. nec iudici licet deuiare à reſponſis prudentum. inſtit. de iure nat. §. reſponſa. & dicit lex: quòd tunc non prodeſt alicui ignorantia, qñ potuit ſcire per ſe vel per alium. ff. de bono. poſſ.

2 Ad hoc. 37. diſtin. §. ultĩ. c. nõ omnis.

Ignorantia nõ excuſat illum qui ſcire potuit per ſe, uel per alium

tum [a], & recta ſuadentium nulla patiatur ratione ſuſcipere, ut quod per ſe nequit attendere, ab altero [b] ſaltem poſſit [c] addiſcere. *& infra.* ¶Quod ſi ita eſt, non ſine culpa tua eſſe cognoſcas, qui eum obligare, atque coercere, ut dignum eſt, diſtuliſti [d]. Quia ergo hoc totum non ſolum ipſum reprobat, ſed etiam ad ſacerdotalis [e] officij pertinere probatur opprobrium; uolumus, ut eum coram alijs ſacerdotibus, & † quibuſdam de filijs ſuis nobilibus conteſtari pro hac re debeas, & hortari. Si vero (quod nõ credimus) poſt hanc adhortationem noſtram ſolito adhuc more negligens eſſe tentauerit; ad nos eſt modis omnibus tranſmittendus, ut hic poſitus diſcere [f] poſſit, quid, uel qualiter ſecundum Dei timorem [g] agere conueniat ſacerdotem.

Paulo plenius apud B.Greg.

† *Vel*] orig.

Ibidẽ paulo inferius.

Idem ad eundem eodem lib. epiſt. 33.

¶De eodem. C. II.

Nunciatum eſt nobis Campaniæ epiſcopos ita negligentes exiſtere, ut immemores honoris ſui, neque erga eccleſias, neque erga filios ſuos paternæ uigilantiæ curam exhibeant, uel monaſteriorum ſolicitudinem gerant, ſeu in oppreſſorum, & pauperũ ſe tuitionem impendant. Ideo hac tibi auctoritate præcipimus, vt eis à † te conuocatis, ex noſtro illos mandato diſtricte commoneas; quatenus deſides vlterius eſſe non debeant: ſed ſacerdotalem ſe habere zelum, & ſolicitudinem opere doceant; atque ita in his, quæ eos iuſte ſecundum Deum agere conuenit, uigilantes [h] exiſtant, vt nullum nos de eis denuo murmur exaſperet. Si quem uero eorum poſt hæc negligentem eſſe cognoueris; ad nos eum ſine aliqua excuſatione [i] tranſmitte: ut quàm ſit graue, nolle ab his, quæ reprehenſibilia, & ualde uituperanda ſunt, corrigi; regulari in ſe valeat [k] diſtrictione ſentire.

† *al. ad*

2 *Quod autem de munditia caſtitatis ſacerdotibus imperatur, hoc etiam de quibuslibet altari ſeruientibus intelligendum eſt.*

Vnde in Carthaginenſi concilio 2. c. 2. Aurelius epiſcopus dixiſſe legitur.

In Carthag. codicis canon. c. 3. & 4.

¶Qui ſacramentis diuinis inſeruiunt, continentiam in omnibus ſeruent. C. III.

Cvm in præterito [l] concilio de continentiæ, & caſtitatis moderamine tractaretur, gradus iſti tres conſcriptione † quadam caſtitati per conſecrationes annexi ſunt. Epiſcopos, inquam, presbyteros, & diaconos ita placuit, ut cõdecet ſacroſanctos antiſtites, & Dei ſacerdotes,

† *al. conſtrictione caſtitatis per*

diſ. 31. ẽpos.

---

poſſ. in bonorum. ff. de iuris & facti ign. regula.

a ¶Sapientum.] Prima q. 1. eſtote.

b ¶Ab altero.] Supra, diſt. 38. c. vlti.

c ¶Poſſit.] Nam omne artificium, &c. ff. de leg. 3. ſeruis legatis. §. ornatricibus.

d ¶Diſtuliſti.] Hoc ideo [1], quia iſte erat legatus iſtius prouinciæ.

e ¶Sacerdotalis.] Id eſt, epiſcopalis.

ADDITIO. Hoc ideo ut magis uerecundetur. H. & hoc ſi publice peccauit. 45. diſtin. ſed illud. aliàs ſecus, vt in gl. ſeq. alleg. 15. q. 5. c. 1. ſecundum Io. de Fan.

f ¶Diſcere.] 15. q. 5. c. 1.

g ¶Dei timorem.] 28. diſt. quia ſunt.

Vigilantibus iura ſcripta ſũt.

Nunciatum.] CASVS. Epiſcopi Campaniæ negligentes erant circa eccleſias & monaſteria, & circa pauperes & oppreſſos. Scribit ergo Greg. Antemio ſubdiacono, ut epiſcopos in unum conuocet, & eos ſuper his rebus ita corrigat & emendet, ꝙ de cætero apud Papam querela iterari nõ poſſit. quod ſi negligentes fuerint, Romam tranſmittantur, ut ibi per diſtrictionem ſentiãt quàm graue ſit à prauis non corrigi.

h ¶Vigilantes.] Nam uigilantibus ius ciuile ſcriptum eſt. ff. de ijs quæ in frau. credi. pupillus. in fine.

i ¶Aliqua excuſatione.] Argu. in hoc caſu nõ licere appellare 1. Arg. infra. 27. q. 1. ſi cuſtos. & c. ſi homo. arg. extra de appella. cum ſit Romana. & c. reprehenſibilis. dic inſufficienti, ne ſit contra. extra. de offic. deleg. c. ex parte.

1 Hoc ideo q̃a uidetur appellatio interponi ad malitiã confouendã. ar. C. de offic. præ. præt. ori. l. 1. extra de app. ſuggeſtum. &c. ad noſtrã. Sed tu dic excuſatione non ſufficiẽti. alias ſecus, extra de offic. de leg. ex parte, ſm Ioã. de Fan.

K ¶In ſe ualeat.] Vt ſi ſtultus fuit in culpa, ſapiens ſit in pœna, ut 38. diſtinct. qui cap. & 27. q. 1. ſi cuſtos. & c. ſi homo.

QVOD AVTEM. Hæc eſt ſecunda pars huius diſtinct. in qua probat duabus auctoritatibus, ꝙ diaconi, presbyteri, & ſubdiaconi debent eſſe caſti. Ioan. de Fant.

CASVS. Supra in 82. diſt. oſtenſum eſt de munditia ſacerdotũ & diaconorum. Nunc vero dicit idẽ eſſe intelligendum de ſubdiaconis. & eſt iſte ſecũdus articulus.

Cvm in p̃terito.] Hæc duo cap. intelligit H. & B. de matrimonio non contrahendo in tribus ſacris ordinibus, & in eccleſia oriẽtali. Eſt ergo caſus. In primo concilio Carthaginen. conſtitutũ fuit, vt ẽp i, presbyteri, diaconi, & ſubdiaconi abſtinerent à matrimonio cõtrahendo ſicut à tempore Apoſtolorum fuit obſeruatum. Poſtea ſecundo fuit congregatum concilium ab ipſis epiſcopis: & forte alij plures etiam prædictam cõſtitutionem confirmauerunt. & approbauerunt.

l ¶Cum in præterito.] Scilicet in primo concilio Car-

1 Quod eſt 32. diſt. placuit. cui interfuit Augu. vt 16. diſtin. c. ſexta. ver ſeptima. ſecundum Ioan. de Fant.

Carthag. 1 Hoc cap. & ſequens intelligit H. de matrimonio contrahendo, quod ſcilicet non licet presbyteris vel diaconis.

a Qui ſacramentis diuinis inſeruiūt.] Id eſt ſubdiaconi. & quod dicit ī. ead. ab vxoribus abſtinēdum, dicas de

latis, aut de facto. Nā dicunt, ꝙ iſta * cap. facta fuerūt ante tp̄s Gregorij, qui introduxit continentiam miniſtris. 31 diſt ante trienniū. id eſt ſubdiaconis presbyteris vero & diaconis Syricius introduxit. immo dicūt, ꝙ olim ſacerdotes potuerunt ɔ̄here ante Syriciū, vnde & Moyſes contraxit.

* *Vide notata ſupra diſtin.* 31. *in* Vete. *Gra.i pi*

diſ. 31. c. aliter.

† *al.* &

necnō & leuitas, vel qui ſacramentis diuinis inſeruiunt, [a] cōtinentes eſſe in omnibus; quo poſſint ſimpliciter, quod à Deo poſtulant, impetrare: vt qđ Apoſtoli docuerunt α, & ipſa ſeruauit antiquitas [b] nos quoq. cuſtodiamus. ❡ Ab vniuerſis epiſcopis dictum eſt. Omnibus placet, vt epiſcopi, presbyteri, & diaconi, vel † qui ſacramenta contrectant, pudicitiæ cuſtodes, etiam ab vxoribus abſtineant. Ab omnibus dictum eſt; Placet, vt in omnibus, & ab omnibus pudicitia cuſtodiatur, qui altario deſeruiunt.

α ❡Docuerunt.] *In vulgatis codicibus ſequebatur,* exemplo, *quod eſt ſublatum: quia neque in ipſo ſecundo Carthaginenſi, aut impreſſo, aut manuſcripto, neque in Vnico codice canonum, cum quo Græcus canon conuenit, neque in vetuſtis Gratiani exēplaribus habetur: & ex gloſſa videtur translatum in textum.*

β ❡Cuſtodiamus.] *In codice canonum cap.* 5. *vnici Carthaginenſis ſequuntur hæc,* Fauſtinus epiſcopus eccleſiæ Potēctinæ prouinciæ Piceni, Legatus eccleſiæ Romanæ dixit, Placet ut epiſcopi, &c. *quæ in recentioribus Colonienſibus conciliorum editionibus adſcripta ſunt alijs characteribus. Verum in priſca Colonienſi, duabus Pariſienſibus, & codicibus Vaticanis legitur, quemadmodum apud Gratianum.*

Item ex concilio Carthaginenſi 5. c. 3.

❡De eodem. C. IIII.

In cod. cā. cap. 25. In Africa. c. 37. diſ. 32. cap placuit.

† *al. propria*

CVm de quorundam [c] clericorum, quamuis erga vxores [d] proprias, incontinentia referretur; placuit epiſcopos, & presbyteros, & diaconos [e] ſecundum priora † ſtatuta etiam ab vxoribus continere; quod niſi fecerint, ab eccleſiaſtico remoueantur [f] officio: cęteros autem clericos ad hoc cogi; ſed ſecundum vniuſcuiuſque eccleſiæ conſuetudinem [g] obſeruari debere γ.

γ ❡Debere.] *In codicibus impreſſis hæc ſequebantur,* cōtra Martinus Papa [ſi lector viduam duxerit,] vt ſupra legitur. Sed illud, vbi neceſſitas; hoc, vbi nulla neceſſitas vrget. *Quæ ſunt expuncta: quia in vetuſtis codicibus, aut non habentur, aut ſunt adſcripta in margine.*

3 *Similiter, quòd Monogamus epiſcopus eſſe iubetur, etiā ad relictos ordines eccleſiaſticos deriuari oportet.*

Vnde Syricius Papa Himerio Tarraconen. epiſcopo, epiſ. 1. c. 11.

❡Laica ſit tantum communione contentus clericus viduam, aut ſecundam ducens vxorem. C. V.

Anſ. l. 1. c. 5. Iuo p. 6. ca. 51.

QVisquis

Exponunt ergo Apoſtoli docuerunt exēplo & opere, & admonitione, ſecundum Hug. non inſtitutione vel conſtitutione ſecundum alios.

b ❡Antiquitas.] A tēpore Syricij hic vocat antiquitatem. 82. diſtin. plurimos.

CVm de quorundam.] CASVS. In concilio Carthagin. 6. relatum fuit, ꝙ quidam clerici continentiam non ſeruabant, & ideo ſtatutū fuit, vt epi, presbyteri, diaconi, & ſubdiaconi abſtineant ab vxoribus ducēdis; & ſi duxerint, deponantur. Cęteri autē clerici ad hoc cogi nō debent, ſed vniuſcuiuſque eccleſiæ conſuetudo debet ſeruari. ſed ego Barthol. Brixiē. ſatis credo, quod hæc duo ca. intelligi poſſunt in eccleſia occidentali. & de matrimonio iam cōtracto, quo vti non debent clerici in ſacris ordinibus conſtituti. Et ita formabis caſum, vt ſupradicti nō vtantur matrimonio iam contracto promiſſa iam continentia cum vxoribus, & bene etiā dixit quoſdam ſic intelligere.

c ❡De quorūdam.] ordo. cum referretur de incontinētia quorundam clericorum, placuit, &c.

d ❡Vxores.] Cum quibus profeſſi erant cōtinentiam ſeruare.

e ❡Et diaconos.] Et ſubdiaconos. 32. diſt. placuit. vbi ſunt eadem verba.

f ❡Remoueantur.] ſ. diſtin. 81. miniſtri.

g ❡Conſuetudinē.] 32. diſt. cap. placuit. & cap. quoniam in quibuſdam.

cas de ducendis: & ſecundum hoc ſuppleſ hic, qđ dicitur in c. ſe. 1. in quo non fit mentio de ſubdiaconis, p illud quod habemus 32. diſt. placuit. in quo ſunt fere eadē verba. & eſt ſimiliter Carthag. concil. & hic dicit H. ꝙ Apoſtoli non inſtituerunt de nō vtendo iā ɔ̄cto: quia ſi Apoſtoli hoc īſtitu ſſent, oriētales hoc admiſiſſent 2: Alij vero intelligunt ea de ɔ̄cto: & quod dicit infra. etiam ab vxoribus, dicūt ante legitimè ſibi copu

2 Vt ɔ̄ 31. diſt. aliter.

SIMILITER. Hæc eſt tertia pars huius diſt. in qua probatur, ꝙ nullus bigamus poteſt eſſe clericus. Ioan. de Fant.

CASVS. Supra 26. diſt. dictū eſt, ꝙ ep̄s debet eſſe monogamus. Nunc autem dicit Gratia. idem eſſe ſeruandum in alijs clericis, & iſte eſt tertius articulus.

QVisquis.] CASVS. Tarraconēſis epiſcopus quæ ſiuit à

ſiuit à Syricio Papa quid debeat fieri de clericis, qui ducunt viduas, vel ſecundam vxorem. Et reſpondet ꝙ debent deponi, & inter laicos redigi.

a ¶ Clericus.] In minoribus ordinibus conſtitutus, quia de alijs non poſſet intelligi 1.

nongentis annis & amplius, nullus tamen dictus eſt presbyter, id eſt, ſenior, niſi Abraham, qui paucioribus annis legitur vixiſſe.

g ¶ Sapientiam] ſ. 35. q. 6. c. 2. ſic 20. diſ. de quibus. ff. de iure immu. ſemper. ff. de fide inſtru. l. 2. & l. vlt. arg. con-

1 Nam ſi primo tales ſ. xiſſent bigami, ordinari nō poſsēt 32. diſ. ſi qs viduarum. 50. diſ. non cōſidat. Ar.

b ¶ Viduam.] ſ. diſt. 34 lector. contra. Io.

c ¶ Duxerit.] Et ita non incidit in canonem qui eum verberauit. & hoc verum erat tempore Syricij, qui præceſſit Innocentium, qui edidit illud. 17. quæſ. 4. ſi quis ſuadente. Sed quid hodie? H. dicit, ꝙ incidit, quia iſte coronā tenetur portare. extra de uit. & hone. cle. clericus. Tu dic, quòd vbi contraxerit cum corrupta, vel vidua, ſtatim priuatur omni priuilegio, prout hoc cap. dicit, & c. altercationis. conſtitu. Grego. X. de big. lib. 6. Si vero cum virgine, tūc eſt in eius optione, an velit retinere priuilegium, an non. Si vult retinere, portabit coronam, & viuet clericaliter: ſi non, exuitur omni dignitate & honore clericali, licèt q. dam contradicant. Ioan. hoc hodie corrigitur per decre. extra de cler. coniug. Ioan. B. Item patet hic, ꝙ priuilegium perditur per actum contrariū, vt extra de conſti. cū acceſſiſſent, & cap. cum M.

Clericus ſ. hens cū corrupta ꝑdit oē priuilegiū clericale.

d ¶ Quam.] Scilicet communionem.

e ¶ Poſſidere.] Argu. incorporalia poſſideri, de hoc dixi 2. q. 2. nullus 2. & ſcientia poſſidetur 2 vt 16. q. 1. reuertimini. immo lex dicit planè, quòd ius poſſidetur ff. communia præd. l 2 extra de cau. poſſ. cum eccleſia: & ita facit ad hoc, quod reſtitutio communis poſſit peti vt aliarum rerum.

Incorporalia dīr qñque poſſideri.

2 Et idō ius eligendi ꝑſcribitur, ꝙ dic, vt plenè no. Gof. ex de elect. humana. & hic adde qđ not. 1. qō. 1. nullus eps.

clericus [a], aut viduam [b], aut certè ſecundam coniugem duxerit [c], omni eccleſiaſticæ dignitatis priuilegio mox nudetur; laica ſibi tantum communione conceſſa. Quam [d] ita demum poterit poſſidere [e], ſi nihil poſtea, propter quod hanc perdat, admittat.

4 *Presbyterorum vero nomen, quanquam à ſenectute ſit ſumptum, magis tamen maturitatem* [f] *indicat ſapientiæ, quàm caniciem corporis.*

Vnde Anacletus ad epiſcopos Italiæ, epiſt. 2.

¶ Presbyteri ſeniores dicuntur non tam ætate, quàm ſapientia. C. VI.

Porro Moyſi præcipitur, vt eligat presbyteros [† id eſt ſeniores.] Vnde & in prouerbijs dicitur [Gloria ſenū canicies,] hæc † vero canicies ſapientiam [g] deſignat, de qua ſcriptum eſt [Canicies hominum prudentia eſt.] Cūque nongentos & amplius annos ab Adam vſq; ad Abraham vixiſſe homines legerimus; nullus alius [h] prius appellatus eſt presbyter, id eſt ſenior, niſi Abraham, qui multo paucioribus vixiſſe annis conuincitur. Non ergo propter decrepitam ſenectutem: ſed propter ſapientiam preſbyteri nominantur.

Anſel. l. 7. c. 96. Burch. l. 2. c. 5. Iuo p. 6. c. 25. *Prou.* 20. †*al. hic*

Num. 11. *Exod* 29. † Abſunt iſta ab or. *Sap.* 4. *apud.* 70.

DISTINCTIO LXXXV.

Hoſpitalitas vero vſque adeo epiſcopis eſt neceſſaria, vt ſi ab ea inueniantur alieni, iure prohibeantur ordinari.

Vnde Gregorius ſcribit Ioanni epiſcopo, lib. 12. epiſt. 6.

Io. Dia. l. 3. c. 11

¶ Hoſpitalitatem neſciens non fiat epiſcopus. C. I.

ARchidiaco-

PRESBYTERORVM. Hæc eſt iiij. pars diſt. in qua dicitur, quòd ſenes presbyteri non vocantur niſi propter ſapientiam tantum, non autem propter ætatem. Ioan. de Fan.

CASVS Hic eſt quartus articulus, vbi oſtendit, ꝙ licèt presbyter dicatur propter ſenectutem, magis tamen congruè dicatur propter ſapientiam.

f ¶ Maturitatem.] Id eſt ſapientia, ſcientia, & moribus. 1. q. 1. viliſſimus.

PORRO.] CASVS. Anacletus probat in hoc c. quòd dupliei de cauſa dr̄ presbyter, ſcilicet propter ætatē, & hoc oſtendit exemplo Moyſi; qui cum non poſſet ſuſtinere laborem ad populū gubernandū, elegit ex ꝑcepto Domini 70. presbyteros, id eſt ſeniores Iſrael, qui cū eo populū gubernarēt. Similiter oſtendit, ꝙ presbyter vel ſenior dr̄ ꝑꝑ ſapientiā. & hoc probatur exēplo Abrahæ, vſq; ad tempus cuius, licèt homines vixiſſent

contra. ff. de ædil. edi. præcipiunt ædiles. ſi. habes extra de elect. cum nobis olim. 3.

h ¶ Alius.] Ante Abraham. Melchiſedech enim fuit ſacerdos contemporaneus Abrahæ.

ADDITIO Quidam opponunt textui de iſto Melchiſedech: ſed dic ſecundum Lau. ꝙ non legimus eum appellatum presbyterum, licèt ſacerdotem. De hoc etiam no. 63. diſt. porro. Archid.

3 Vbi patet ꝙ qs repellitur ꝑꝑ defectū ætatis Archid.

HOſpitalitatis.] Hic ponitur 85. diſt in qua de hoſpitalitate tractatur, quam ſi quis non habuerit, ordinari prohibetur.

ARchidiaconum.] CASVS. Vacante eccleſia Anconitana, tres fuerunt ibi electi, nō temeritate cōcertātiū, ſed bono zelo. Primo, archidiaconus eiuſdē eccleſiæ, qui dicebat Florentinus. Scđo, fuit electus Ruſticus diaconus eiuſdē eccleſiæ Tertio, Florētius diaconus eccleſiæ Rauēnatis: ſed archidiacono Florētino tria obijciebātur. ſ. ꝙ erat ſenex, & nullo mō ad regimen aſſurgere poſſet; & ꝙ ſic erat tenax, ꝙ in domo ſua nūquā amicus ad charitatē iuraſſet, & ꝙ iurauerat ſe nunq̄ fore epm. Ruſtico vero, licet

num† Florentinum [a] eccleſiæ Anconitanæ, qui ad epiſcopatum fuerat electus, ſcripturæ quidem ſacræ ſcientiam habere; ſed ita ætatis ſenio [b] iam confectum accepimus, vt ad regiminis officium non poſſit aſſurgere: adijcientes etiam ita illum tenacem [c] exiſtere, ut in domo eius amicus ad charitatem nunquam introeat. Ruſticus autem diaconus eiuſdem eccleſiæ, qui ſimiliter electus fuerat, uigilans quidem homo dicitur; ſed, quantum aſſeritur, pſalmos ignorat. Florentium uero diaconum eccleſiæ Rauennatis, qui ab omnibus [d] electus dicitur, ſolicitum eſſe nouimus; ſed qualis ſit interius, omnino non ſcimus. Ideoque fraternitas tua una cum fratre, & coepiſcopo noſtro Armenio ſupraſcriptæ eccleſiæ Anconitanæ uiſitatore illuc feſtinet accedere, & diligenter de moribus † ſingulorum [e] requirere, ſi de nullo ſibi ſunt crimine conſcij, quod eos ad hoc officium uetet accedere. Pariter etiam requirendum eſt, ſi hoc, quod de præfato archidiacono dictum eſt, quia nunquam amicus domum eius ingreſſus eſt, ſi, ita ſe ueritas habeat, & utrum ex neceſſitate, an ex tenacia † talis ſit; aut ſi ita ſenex eſt, vt ad regendum non poſſit aſſurgere; uel ſi tactis ſacroſanctis [f] Euangelijs (ſicut nobis nunciatum eſt) iuſiurandum præbuerit, nunquam ſe ad epiſcopatum accedere. Sed & de Ruſtico diacono, quantos [g] pſalmos minus teneat, perſcrutandum eſt. Florentio autem diacono Rauennati, ſi nullum, ſicut diximus, crimen eſt, quod obſiſtat, apud epiſcopum [h] eius agi neceſſe eſt, ut ei debeat ceſſionem concedere: non tamen ex noſtro mandato, uel dicto; ne contra ſuam uoluntatem [i] eum cedere † videatur.

† *al. Florentinum,*] *al. Florentium archidiaconum*

† *al. de uita, & moribus*

† *al. tenacitate*

† *al concedere*] in recentioribus editionibus.

ſo, licet homo vigilans eſſet, obijciebantur, quòd pſalmodiam ignoraret. Florentius vero Rauennatis eccleſiæ diaconus neſciebatur qualis eſſet, licet ſolicitus diceretur. Scribit ergo Gre. Ioanni epiſcopo, unà cum epiſcopo Armenio Anconitanæ eccleſiæ uiſitatore, ut inquirant iſta, & primo de archidiacono, & poſtea de Ruſtico: qui ſi inuenti fuerint indigni, confirment tertium, ſi crimen ei non obſiſtat, & hoc de uoluntate archiepiſcopi ſui.

Senectus impedit promouendũ.

Auaritia promouẽdũ impedit.

1 Adde ad hoc quæ le. & no. extra de præb. cũ iam dudũ. 16. q. 7. & hoc. in fin. ver. & arbitror.

Canonicus de gremio præfertur extraneo.

Maiores minoribus in electione præferũtur.

Iurans ad epiſcopatũ nõ accedere, an ſit ab epiſcopatu repellẽdus.

a ¶ Archidiaconum Florentinum.] Aliàs Florentium archidiaconum proprium nomen, vel quia inde fuit.

b ¶ Senio.] Ecce quod ſenectus impedit promouendum, ſed non deijcit promotum, vt 7. q. 1. petiſti. extra de renuncia. litteras.

c ¶ Ita tenacem.] Nota, quod auaritia impedit promouendum, ut 42. diſt. §. 1. nam domus clerici erit omnib. communis, 16. q. 1. quoniam.

d ¶ Qui ab omnibus.] Id eſt, à minori parte capituli. Vel dic, quod hic plures ſimul fuerunt electi, ut ſi quis reprobaretur, alter aſſumeretur, ut 61. diſ. ſtudij. & 56. diſt. apoſtolica.

e ¶ Singulorum.] Item hic patet, quod primo examinantur electi de propria eccleſia, quàm de extranea: & ſatis patet hic, quod licet extraneus electus ſit à maiori parte, quod tamen præfertur ille, qui eſt de gremio eccleſiæ, vt dixi 61. diſtin. cap. nullus inuitis. & cap. quid prodeſt. Itẽ hic prius examinatur archidiaconus tanquam maior, quàm diaconus: quia maiores & ſeniores ſemper præferuntur in electione minoribus, vt 74. diſt. epiſcoporum. & 75. diſt. cap. vlt.

f ¶ Sacroſanctis.] Videtur ergo, quod propter tale iuramẽtum aliquis repellitur ab epiſcopatu. quare enim iuberet de hoc inquiri, ſi propter hoc non repelleretur? H. diſtinguit ſi iurans hoc intellexit, quod nollet recipere epiſcopatum quæcunque neceſſitas inſtaret, iuramentum tale nullum fuit: nec tenetur illud ſeruare, vt 7. q. 1. ſcias. 2. q. 1. in ſcripturis 2. Sed ſi alio modo intellexit, venialiter peccauit, quia temere iurauit, ut 22. q. 4. §. ſi licitum. Semper autem intelligitur iuramentum eſſe temerarium cum non ſubeſt neceſſitas 3, ut extra de iureiur. & ſi Chriſtus. Si autem ignoratur an generaliter intellexit, vel non: tunc præſumo, quod tantum de licitis iurauerit, licet generaliter iurauerit, vt extra de iureiur. ad noſtram. Sed nunquid tale iuramẽtum excludit electum. Nõ uidetur, ut extra de renun. cum inter. in fine, extra de iureiuran. ſicut noſtris. Nec temerarium iuramentum repellit à beneficio, ut extra de reſti. ſpo. ſolicite nec à teſtimonio, ut extra de teſti. intimauit. extra de teſtib. cog. peruenit. cum pœnitentia vnius anni imponatur pro temerario iuramento, ut 22. quæſtio. 4. qui ſacramento. E contra uidetur, quòd non poſſit eligi, ut hic patet: ſicut nec eligere poteſt qui illud iurauit, ut extra quod me. cau. ad aures. Item quia etſi eſſet illicitum, tamen propria auctoritate non poteſt uenire contra illud, ut 22. q. 4. innocens. extra de electio venerabilem. Item quia lex dicit, quod gratia ei facienda eſt, qui hoc iurauit. l. ſe ordini non interfuturum, vt ff. ad municip. Imperatores. non ergo eſt ius commune. Sol. credo quod poſſit eligi, dummodo pœnituit de tali delicto: quia temerarium iuramentum non irrogat perpetuam infamiam iudicio meo, ſed tantum ſolenne. Ioa. Ego credo Ioannem bene dicere. B.

2 Ad idem 16. q. 1. §. nos autem. ſecundum Laur.

3 Vel dicit temerariũ. id eſt, de re illicita factũ, ut not. 22. q. 4. diffinitio. Arch.

g ¶ Quantos.] De iure debet totum pſalterium ſcire. 38. diſt. omnes. & 23. diſt. qui epiſcopus. extra de elect. cum nobis olim.

h ¶ Apud epiſcopum.] Not. quod aliquis ante poteſt eligi, quàm poſtulari à ſuo epiſcopo 76. diſt. dilectionis. & 63. diſt. litteras, extra de renun. poſt tranſlationem.

i ¶ Voluntatem.] Arg. epiſcopum nõ debere cogi, vt cõcedat clericum ſuum ſine voluntate ſua. arg. diſt. 63. litteras. 76. diſt. dilectionis, nã nemo cogitur aliquẽ à ſua poteſtate liberare. C. de emanci. nec auus. nec cogitur quis inuitus mutare familiam. C. de adop. l. pen. §. 1. ſimiliter nec abbas compellendus eſt monachum ſuum concedere. 1. quæſt. 2. quàm pio. & 58. diſt. c. 1. & 2. ita nec epiſcopus, in Auth. de ſanctiſ. epiſcop. §. nullũ autem epiſcopum. Item argum. quòd mandatum Papæ ſic eſt interpretandum, vt nulli faciat præiudicium 4, vt 9. q. 3. nunc vero. extra de offic. deleg. ſuper eo. 99. diſtinct. ecce. C. de emancip. nec auus.

Subditũ laxare nõ cogitur quis

4 Scilicet multũ. ſic no. Io. & B. extra de verbo. ſigni. olim. in glo. ulti. in fin. Arch.

DOctorem.] Hæc diſ. diuiditur in 8. partes; in quarum prima probat tribus auctoritatibus, ꝙ eṗs & quilibet prælatus debet ſubditos corrigere benigne: ſin autem, eorū peccata imputantur illis. Secunda ibi, [Si aūt.] Tertia ibi, [In doctrina.] Quarta ibi, [Liberalē.] Quinta ibi, [In ipſa.] Sexta ibi, [Similiter.] Septima ibi, [Vel percuſſor.] Octaua ibi, [Prohibetur.] Io. de Fan.

CASVS. Repetit hic Gratianus illud cap. apoſtolicæ regulæ: oportet eṗm eſſe Doctorē, vt inferiorū culpę in eum non refundantur: quod fieret ſi neſciret docere, uel negligeret. Et habet hæc 86. diſtin. 7. articulos, qui in ſuis locis diſtinguentur.

a ¶ Doctorem autē] In hac diſt. 86. repetit illud capitulum apoſtolicæ regulæ: oportet epiſcopum eſſe doctorem. Hæc autem doctrina debet conſiſtere in diſciplina correctionis, & in ſermone p̄dicationis. In diſciplina, ut corrigat ex charitate, & cum lenitate: non ex odio: nec modum excedat in correctione. ſed ſi exceſſerit, ueniam cogitur à ſubditis poſtulare 1. In ſermone prædicationis: ſcilicet ut prædicet ſcientiam ſacræ ſcripturæ, non humanæ. infra. ead. cum multa. Replicat etiam in hac diſtinctione capitulum, oportet epiſcopum eſſe hoſpitalem: ſed uerbis alijs: ſcilicet, oportet epiſcopum eſſe liberalem: Lau.

Doctrina eṗi in quo conſiſtat.

1 Vt ī. ea. c. quando.

ADDITIO. vt ī. ea. fratrem cum ca. ſeq. vſque ad §. ſimiliter. ubi repetit cap. non parcus. ſed alio modo. in ca. ſi repetit ca. non cupidus. Archid.

INferiorum culpæ.] CASVS Aquilegien. patriarcha non corrigebat uitia ſubditorum: vnde Leo ipſum reprehendit: & oſtendit, ꝙ inferiorum culpæ prælatis negligentibus imputantur: & dum uitia corrigere negligunt, faciunt in populo peſtilentiam.

b ¶ Inferiorum culpæ.] Nota quod per culpam ſubditorum probatur negligentia prælati, ut 18. diſtin. propter. & cap. peruenit.

c ¶ Negligenteſq́ue.] Propter negligentiam ergo bene punitur aliquis. de conſecra. diſtin. 1. nemo. 2 ff. ad leg. Aquil. ſi ſeruus. § ſi fornicarius 81. diſt. dictum. Ioan.

ODio.] CASVS. Dicitur hic, quod peccatores tumidi ſunt corrigēdi; & infirmi, qui ex fragilitate peccant, tolerandi, & cum correctio fit, ex charitate fiat, non ex odio.

d ¶ Non homines.] 23. quæſt. 4. duo iſta. ī. de pœn. diſt. 1. quamobrem. ſupra diſt. 45. ſunt namque.

e ¶ Non ſæuientis.] Quia hoc ſolum bene agitur, ut vita hominum corrigatur, &c. infra. de pœn. diſ. 1. importuna. & c. quia diuinitatis. 24. q. 3. cum ſancti.

Vitam hominū corrigi bonū eſt.

f ¶ Sed

DISTINCTIO LXXXVI.

DOctorem autem[a] *epiſcopum oportet eſſe, ne inferiorum culpa in eum refundantur, qui docendi officium accepit; quod exequi neſcit, vel negligit.*

Vnde Leo epiſcopus ſcribit Aquilegienſi epiſcopo, epiſt. 3. & 84. ſeu 86.

¶Negligentiæ rectorum imputantur culpæ inferiorum. C. I.

INferiorum culpæ [b] ordinum, ad nullos magis referendæ ſunt, quàm ad deſides, negligēteſque [c] rectores: qui multam ſępe nutriunt peſtilentiam, dum auſteriorem[a] diſſimulant adhibere medicinam,

Anſ. l. 6. c. 155.

a ¶Auſteriorem.] *Sic legitur in epiſtola* 84. *Verum in epiſtola tertia eiuſdem Leonis legitur*, neceſſariam. *Reliqua utrobique eadem ſunt.*

Item Leo epiſcopus Ruſtico Narbonenſi epiſcopo, epiſ. 90. ſeu 92. in princ.

¶Homines ſunt diligendi, peccata odio habenda. C. III.

ODio habeantur peccata, non homines [d]: corripiantur tumidi, tolerentur infirmi: & quod in peccatis ſeuerius caſtigari neceſſe eſt, non ſæuientis [e] plectatur animo, ſed medentis [f].

Item Ioannes VIII.

¶Qui negligit emendare quod valet, facientis culpam habet. C. III.

FAcientis [g] culpam proculdubio habet, qui quod poteſt corrigere, negligit emendare [h]. Scriptum quippe eſt: [Non ſolum qui faciunt, ſed etiam qui conſentiunt facientibus.] participes iudicatur. [2] Et libat Domino proſpera, qui ab afflictis pellit aduerſa. Et negligere, cum poſſis deturbare peruerſos, nihil aliud eſt, quàm fouere,

Greg. l. 7. reg. ep. 114. idict. 2. Pelagius 2. ep. 3. Eleuterius ſ. diſt. 83. c. error. 2. q. 7. negligere, & 23. q. 3. c. qui poteſt. Iuo p. 6. c. 115.

Rom. 1.

f ¶Sed medentis.] Vt 23. q. 5. prodeſt, eſt etiam opinio ſimilis in auth. de manda. prin. §. non permittas. 2. coll. 3. Laur.

2 Aliàs incipit, ꝙ ſi delinquentes,

FAcientis.] Aliàs incipit, culpam proculdubio facientis.

CASVS. Quidam prælati in proprijs perſonis nō delinquebant, ſed delinquentes corrigere negligebant: ſed dicit Ioan. Papa. Non ſufficit prælatos non peccare in propria perſona, ſi delinquentes non corrigant: ideo hortatur eos ut ſint uigiles circa delinquentes corrigendos: ne prælati culpę delinquentium imputentur.

g ¶ Facientis.] Hic Ioan. ligat arenas ſine cæmento. & idem decies dicit. B.

Arenę non ſunt cęmēto ligandæ.

h ¶ Emendare.] Culpam habet facientis qui negligit. hoc exaudi poſt admonitionem: arg. 28. quæſt. 1. ſi cuſtos nam aliàs eſſet eadem pęna negligentiæ, & cooperationis: quod falſum eſt. 1. q. 1. quidquid.

a ¶Et

Nec caret ſcrupulo conſenſionis occultæ, qui manifeſto facinori deſinit obuiare. Et probat odiſſe ſe vitia, qui condemnat errantes. Nec relinquit ſibi locum deuiandi, qui non pepercerit excedenti. Et primus[a] innocentiæ gradus eſt odiſſe nefanda. Et latum pandit delinquẽtibus aditũ, qui iungit cum prauitate conſenſum. Et nihil prodeſt alicui nõ puniri proprio, qui puniendus eſt alieno[b] peccato.

¶Caput hoc ex varijs ſententijs hinc inde collectis confectum eſt: quarum prima vſque ad ver. emendare *ſumpta eſt ex epiſtola B. Gregorij 114. li. 7. indic. 1. Theodorico, & Theoberto Regibus Francorum.*

2 *Si autem in corripiendo quis modum exceſſerit, non à ſubditis, ſed à Domino veniam petat.*

Vnde Auguſtinus de vita[a] clericorum.

Iuo p. 6. c. 384.

¶Veniam à ſubditis non petat, qui in corripiendo modum exceſſerit. C. IIII.

QVando neceſſitas diſciplinæ, minoribus coercendis dicere uos verba dura[c] compellit; ſi etiam ipſi† modum vos exceſſiſſe ſentitis; non à vobis exigitur, vt ab eis veniam poſtuletis: ne apud eos[d], quos oportet eſſe ſubiectos, dum nimia ſeruatur humilitas, regendi frangatur auctoritas[e]. Sed tamen petenda eſt venia ab omnium Domino, qui nouit etiam eos, quos plus iuſto forte corripitis, quanta beneuolentia diligatis[f].

† *in ipſis*] or.

a ¶De vita.] *Inter opuſcula B. Auguſtini anno Domini* 1481. *Parmæ impreſſa, ſunt tres ſermones de communi vita clericorum; ex quibus in vulgatis tomis operum B. Auguſtini, tomo decimo referuntur duo ſub nume. 52. & 53. ad fratres in heremo. Tertius autem cum epiſtola 109. omnino conuenit: ſed quæ in epiſtola diriguntur ad monachas, in ſermone diriguntur ad viros. Ex iſtis tribus ſermonibus de communi uita clericorum multa capita accepit Gratianus (vt ſuis locis notabitur) & hoc quidem ex tertio.*

3 *In doctrina vero ſacræ ſcripturæ, auctoritatem debet epiſcopus præferre, non ſæcularium litterarum peritiam oſtentare. Non enim epiſcopalis officij eſt grammaticam exponere, ne laudes[g] Iouis perſonent ore pontificis.*

Vnde Gregorius ſcribit Deſiderio epiſcopo, lib. 9. epiſtola 48.

Innocentiæ tres sũt gradus.

a ¶Et primus.] Nam tres ſunt innocentiæ gradus. 23. q. 4. ita planè. primus eſt, malum non facere; ſecundus eſt facientibus non conſentire: tertius peccantes ſi poteſt corrigere. 45. diſt. c. tria. & c. duæ.

b ¶Alieno.] j. 6. q. 1. qui crimen. in fi. 37. diſtin. legant. vnde expone, id eſt, alieno, de conſenſu alieni peccati. nã regulariter de alieno peccato nullus punitur, ſaltẽ in alio ſæculo. 1. q. 4. iam itaq;. & c. crimen. & 83. diſt. quid prodeſt. & j. ea. quid prodeſt. 7. q. 1. §. cũ aũt. Io.

SI AVTEM. Hæc eſt ſecunda pars huius diſt. & ſecundus articulus, vbi dicitur, quod ſi prælatus excedat corrigendo, non debet petere veniam à ſubditis, ſed à domino.

QVando.] CASVS. Quidam prælati dum ex charitate corrigerent ſubditos: exceſſerũt modum in corrigendo. Quæſitum fuit ab Aug. vtrum debeant petere ueniam à ſubiectis, reſpondet quòd non, ne propter nimiam humilitatem prælati vilipendãtur à ſubditis: ſed à domino petere debent, qui nouit quòd ex benignitate hoc fecerint.

c ¶Dura.] Nimiũ & tunc peccat prælatus venialiter. 23. q. 4. qui peccat. in fin. ſic & q. pauperem exaſperat importunè petentem 25. diſt. §. criminis infra 2. quæſt. 7. nos ſi. contra. Sed illud ex humilitatis leuitate: hoc ex auctoritate p̄laturæ: uel ſubaudi, illud eſt cauſale & uoluntarium: hoc autem regulare & neceſſarium. Vbi autem prælatus ex odio modũ exceſſit, debet ueniã poſtulare: quia tenetur iniuriarum. ff. ad leg. Aquil. quemadmodum. §. magiſtratus. Ideo autem magis parcitur prælatis. ſupra in hoc caſu, q̃ in alijs: quia uix poteſt quis in cura rei familiaris peccatum euitare. 25. diſt. qualis. Vel hoc exaudi ubi modum ignoranter exceſſit: quo caſu non tenetur. ff. ui. bo. rap. l. 2. §. ſi publicanus. officiatis enim facilius parcitur quàm alijs, vt ibi patet, ut extra de ſenten. excom. ſi verò.

Prælatus modũ excedẽs in correctione, an dẽat à ſubditis ueniã petere.

d ¶Ne apud eos.] 2. q. 7. nos ſi incompetenter. contra.

e ¶Frangatur auctoritas.] Augere enim ex ingenio debet dignitatem: quia ſæpe nimia familiaritas cõtemptum generat. ff. de officio præſi. obſeruandum. ff. de officio proconſ. ne quidquam §. circa. quod uerum eſt inter fatuos, ita exponebat Azo, vt ab eo audiui. Ioan. illa ergo auctoritas, Vade prius reconciliari fratri tuo antequam offeras ad altare, de prelatis non intelligitur. niſi quando ex odio procedunt.

Familiaritas nimia parit contẽptum.

f ¶Diligatis.] Id eſt, diligere debeatis.

IN DOCTRINA. Hæc eſt 3 pars diſt. & tertius articulus, ubi continetur. quòd prælati debent proferre auctoritates diuinæ ſcripturæ in ſua doctrina, & nõ grãmaticam exponere: quia in ore pontificis non bene ſonant laudes Iouis.

g ¶Ne laudes.] Iupiter ex alto periuria ridet amantum.

¶Sacram ſcripturam, non Grammaticam debet epiſcopus exponere. C. V.

Burc.l.1.c.97. Iuo p.4.c.161. & p.5.c.199.

CVm multa nobis bona de veſtris fuiſſent ſtudijs nunciata, ita cordi noſtro nata eſt lætitia, ut negare [a] ea, quæ ſibi fraternitas ueſtra concedenda popoſcit, minimè valeremus. Sed poſt hoc peruenit ad nos (quod ſine uerecundia memorare non poſſumus) fraternitatē tuam, Grāmaticam [b] quibuſdam exponere. Quam rem ita moleſte ſuſcepimus, ac ſumus uehementius aſpernati, ut ea, quæ prius dicta fuerunt, in gemitum & triſtitiā uerteremus [c]: quia in vno ſe ore cum Iouis laudibus [d] Chriſti laudes nō capiunt [e]. Et quam graue, nefandumque ſit epiſcopis, canere [f], quod nec laico religioſo conueniat, ipſe cōſidera.

4 *Liberalem [g] quoque neceſſitatem patientibus ſacerdotem eſſe oportet: aliàs autem vacuum portabit nomen epiſcopi.*

Vnde Gregorius ſcribit, lib. 5. epi. 29. ſeu cap. 129. Secundino ſeruo Dei inter cætera.

¶Sine liberalitate inane portatur nomen epiſcopi. C. VI.

FRatrem noſtrum Marinianum [h] epiſcopum uerbis quibus uales, excita: quia obdormiſſe eū ſuſpicor. *et infra.* ¶Dic ergo ei, ut cum loco mutet [i] & mētem. Non ſibi credat ſolam lectionem, & orationem ſufficere, ut remotus [k] ſtudeat ſedere, & de manu minime fructificare: ſed largam manum habeat; neceſſitatem patientibus [l] concurrat; alienam inopiam, ſuam credat: quia ſi hæc non habet, uacuum [m] epiſcopi nomen [n] tenet.

5 *In ipſa autem liberalitate modus adhibendus eſt rerū, & perſonarum: rerum, vt non omnia vni, ſed ſingulis quædam præſtentur: vt pluribus prodeſſe poſſimus: iuxta illud Prophetæ: [Diſperſit, dedit pauperibus:] perſonarum, vt primum iuſtis, deinde peccatoribus: quibus tamen dare prohibemur, non quia homines ſunt, ſed quia peccatores.* Pſal. 111.

CVm multa.] CASVS. Multa bona relata ſunt Greg. de epiſcopo Deſiderio: de quibus lætatus eſt Papa intantum etiam, ꝙ quicquid dignum peteretur ab eo, concederet. Poſtea fuit ei ſignificatum, quòd Grammaticam ſuo populo exponeret, propter quod intantum Gregor. eſt contriſtatus, quòd totum gaudium quod prius habuit, conuertebatur in luctum. Scribit ergo ei Grego. & docet ne de cætero talia faciat: quia laudes Iouis cum Chriſti laudib. non conueniunt.

a ¶Vt negare.] Arg. ꝙ ſi ſubditus honeſtus eſt, prælatus eius iuſtas preces eius debet exaudire. inf. 12. q. 2. religioſam. & 35. q. 9. ueniam.

Preces iuſtæ ſunt exaudiendæ.

b ¶Grammaticam.] Sed quomodo iſte exponebat grammaticā populo? quia fortè dicebat: cum ego dico homo, intelligatis tā de mare, quàm de fœmina; quia communis generis eſt. ff. de verbo. ſigni. hominis appellatione. Sed melius dic ꝙ grammaticā hic appellat ſcientiam auctorum. Recitabat enim in eccleſia fabulas Iouis, & eas moraliter exponebat in prædicatione ſua 1.

Fabulas poetarū ꝑdicādo, moraliter exponere non multū laudatur.

c ¶Verteremus.] Id eſt, deberemus vertere.

1 Et hoc patet ibi, cum laudib. Iouis, &c. La.

d ¶Laudibus.] ſ̄. diſ. 37. cap. 1. & 2. c. legimus. & §. cur ergo:

e ¶Non capiūt.] Vnde Ouidius: [Nō bene conueniūt, nec in vna ſede morantur Maieſtas & amor. &c.

Ouidius.

f ¶Canere.] Laudes Iouis, agmina Chriſti.

LIBERALEM. Hæc eſt quarta pars diſtin. & quartus articulus: vbi dicitur ꝙ epiſcopus debet eſſe liberalis circa egentes: alias uanum habet nomen epiſcopi.

g ¶Liberalem.] Hic §. reſpicit illum §. proxi. ſupra diſtin. 85. hoſpitalitas.

ADDITIO. Et ſcias, quòd hoſpitalitas dicitur in recipiendo & procurando ſecum in domo: liberalis eſt aliàs largus, & munificus, licèt non hoſpitetur alios, ſecundum Hug.

FRatrem noſtrum.] CASVS. Marinianus de monacho factus eſt epiſcopus: & nolebat aliud facere, niſi legere & orare, ſicut in monaſterio conſueuit facere: ſed de pauperibus & hoſpitibus nullam curam habebat. Vnde Greg. ſcribit Secundino ſeruo Dei, ut moneat eum, quatenus habeat largam manum, & pauperibus prouideat.

h ¶Marinianum.] Iſte de monacho factus fuit epiſcopus: & tota die volebat legere, vt in monaſterio faciebat.

i ¶Mutet.] Supra diſ. 81. valebat infra diſ. 10. rationis.

K ¶Vt remotus.] Infra diſ. 88. epiſcopus nullam. ſ̄. Sed aliud eſt nulla neceſſitate faciente curam rei familiaris ſuſcipere, & lectionum atq; orationum ſtudio tepide inhærere; quod interdicitur: aliud in neceſſitate alijs ſubuenire: & propter proximos contemplationis ſtudium temperare: quod hic præcipitur.

l ¶Patientibus.] Magis tamen religioſis ſuccurrat. 16. q. 1. c. vlti.

m ¶Vacuum.] Quo ad etymologiam: quia non eſt ſuperintendens. 8. q. 1. qui epiſcopatum.

Epiſcopus ſuperintendens dicit. 2. 2. q. 7. §. quibus ego C. & ſer. à nullo. Archid.

n ¶Nomen.] Immo & nomine & re priuandus eſt, ut 88. diſt. quæ ipſis. 68. diſt. choriepiſcopi. 2.

IN IPSA. Hæc eſt quinta pars diſt. in qua dicitur, ꝙ epiſcopus non debet dare hiſtrionibus, nec uenatoribus, nec meretricibus: niſi forſan in ſumma neceſſitate intuitu naturæ. & hoc probat 2. auctoritatibus, Ioan. de Fan.

CASVS. Hic eſt quintus articulus, ubi docetur, ꝙ in liberalitate habendus eſt modus rerum & perſonarū.

Rerum, ut non omnia dentur vni, ſed ſingulis diuidãtur, quod probatur auctoritate pſalmi. Perſonarum, vt primo iuſtis ſubueniamus, poſtea peccatoribus, quib. debemus ſubuenire in eo, ꝙ ſunt homines, & non in eo, quod ſunt peccatores: quod per ſequentia probat. ¶Pro-

mulat, qui populum vocibus delectat, vt 92. diſtinct. in ſancta. ſed ad laudẽ Dei bene, vel ob aliam iuſtam cauſam: puta recreationis: quia debilis eſt vel infirmus. eſt, de conſec. diſt. 3. peruenit. uerſi. fin.

ADDITIO. Dum tamen obſcœnos motus corporum ante ſe fieri nõ patiatur. 34. diſt. presbyteri. de conſecra. diſtinct. 5. non oportet. Archid.

Vnde Auguſtinus tract. 100. ad c. 16. Ioannis.

¶Immane peccatum eſt res ſuas donare hiſtrionibus. C. VII.

Iuo p. 11. c. 84. — Pſalm. 9.

DOnare res ſuas hiſtrionibus [a] vitium eſt immane, nõ virtus. Et ſcitis de talibus [b] quàm ſit frequens fama cum laude: quia ſicut ſcriptum eſt: [Laudatur peccator [c] in deſiderijs animæ ſuæ; & qui iniqua gerit, benedicitur.]

Idem in Pſ. 102. ad verſi. [Faciens miſericordias.]

¶Grauiter delinquunt, qui venatori aliquid donant. C. VIII.

Iuo p. 13. c. 31. — †*amat*] or. & ſic deinceps. — †*al. publicant*

j QVi venatoribus [d] donãt: quare donãt? dicant mihi; quare donãt venatori? Hoc in illo amant†, in quo nequiſſimus eſt; hoc in illo paſcunt; hoc in illo veſtiunt: ipſam nequitiam publicam† ſpectaculis omniũ. Qui donant hiſtrionibus, qui donant aurigis, qui donant meretricibus [e], quare donant? nunquid non & ipſi hominibus donant? Non tamen ibi attendunt naturam operis Dei, ſed nequitiam operis humani.

Idem ibidem paulo inferius.

¶De eodem. C. IX.

Iuo ibidem.

ij QVi venatoribus donant; nõ homini donant, ſed arti nequiſſimæ. Nam ſi homo tantũ eſſet, & venator non eſſet, non donares: honoras in eo vitiũ, non naturam.

Idem in Pſ. 147.

¶De eodem. C. X.

Iuo p. 15. c. 31.

VIdent homines venatorem, & delectantur: væ miſeris, ſi non ſe correxerint. Qui enim vident venatorem & delectantur; videbunt Saluatorem, & contriſtabuntur.

Inter opera ad ſcripta Hieronymo, tomo 7.

Item Hieronymus in Pſ. 90. ad verſ. [Sperabo in Domino.]

c ¶Peccator.] Infra q. 4. duo.

d QVi venatoribus,] Not. ꝙ venatio quædam oppreſſiua eſt, & hæc illicita eſt, ut ſ. diſtin. 6. § vlt. quædam arenaria, quædam ſaltuoſa. Arenaria eſt, cũ quis pugnat in arena cum beſtia dentata, & ad hoc locat operas ſuas, hanc qui excercet, peccat mortaliter & qui eã aſpicit: & q. eam exercet, infamis eſt: niſi gratia virium ſuarum experiendarum. ff. de poſtulat. l. 1. §. item ſenatus. De hac loquitur hoc ca. & duo ſeq. & 3. q. 7. §. tria. Saltuoſa eſt, quæ fit in ſiluis & ſaltibus, & hæc licita eſt: tamen eſt illicita ex tempore, vt in Quadrageſima, & diebus ieiuniorum. inf. ead. an putatis. niſi in neceſſitate. argum. ĩ. 23. q. 8. ſi nulla. Item ex perſona: quia clerico non eſt licita, etiam ſi pauper ſit ſecundum quoſdam, ut 34. diſt. quorundam, quia poteſt aliàs uictũ quærere 91. diſtinctio. clericus. nam faciat ciſtas & calathos & retia. de conſecr. diſtinct. 5. nunquam. Laico licita eſt ob neceſſitatem pro pellibus & carnibus, non ob uoluptatem: & hoc de ea, quæ cum clamore fit. Ponere autem laqueum, uel rete ſine ſtrepitu & clamore & canibus licet etiam clericis: cum monacho etiam liceat texere linum pro capiendis piſcibus. de conſec. diſt. 5. nunquam. De ſaltuoſa loquitur infra ead. Eſau. & duo. ſeq. cap. — Venatio eſt multiplex.

¶Prohibemur.] Aliter debemus.

Hiſtriones à promotione prohibẽtur. — DOnare.] CASVS. In iſtis quatuor ca. ſ. donare, qui venatoribus. vident. reprehẽdit Auguſtinus illos, qui donant hiſtrionibus, uenatoribus, & meretricibus ea tantum cauſa, vt malam exerceant artem, non attẽdentes in eis naturam Dei, ſed nequiſſimam artem: ſed ſi donarent eis quia homines ſunt, non eſſet peccatum.

Dare turpibus, an ſit ꝑmiſſum.

a ¶Hiſtrionibus.] Iſti hiſtriones prohibentur à promotione. 33. diſt. maritum, & à corpore Chriſti. de cõſec. diſt. 2. pro dilectione, & infames ſunt. 4. q. 1. c. 1. & ff. de ijs qui no. infa. l. 1. §. ait prætor.

1 Arg. 23. q. 5. duo iſta. 11. q. 3. quoniam multos. in fi. Citharistæ, & alij varijs utentes inſtrumentis an peccent.

b ¶Talibus.] Dare cauſa vanæ gloriæ ꝓ exercitio ſui vitij, immane peccatum eſt, ſed in neceſſitate 1. non. Idem de venatoribus & meretricibus. in talibus enim non uitium eſt fouendum, ſed natura ſuſtentanda eſt. Sed quid de citharistis & alijs, qui uarijs utuntur inſtrumentis, nunquid eſt licitum audire ea vel tangere, uel talibus perſonis aliquid dare? Et quidem ſi ad uoluptatem uel luxuriam, non: quia Deum manibus ſtimulat...

e ¶Meretricibus.] Meretrix tamen non turpiter accipit, licet turpiter meretricium faciat. ff. de condi. ob turp. cau. l. 4. §. ſed quod meretrici. Sed nonne cauſa affectionis meretricibus dare poſſumus. ff. de do. affectionis? Dicunt quidam, ꝙ ſic, pactione non præcedẽti, ſed cauſa remunerandi bene poſſumus poſt factum, quod non credo, quia ſemper peccatum eſt dare. arg. 16. q. 1. legi. ff. de dona. inter uir. & uxor. l. 3. §. 1. Rem autem quam dedi meretrici, repetere nõ poſſum. Sed pignus. non pignoratitia, ſed rei uẽdicatione poſſum, vt C. de condic. ob tur. cau. l. 2. non in text. ſed in glo. Hugo. quia conuenitur tunc tanquam quilibet alius poſſeſſor 2. ff. ad exhib. de eo. §. hæres. — Meretricib. ſine peccato dari nequit.

2 Arg. ĩ. C. de dona. l. 1. vbi de hoc.

ESau.] CASVS. Hæc tria cap. intelliguntur de ijs, qui uenantur cauſa delectationis. Dicitur ergo hic, ꝙ Eſau non uenaretur niſi peccator fuiſſet. Nam piſcatorem ſanctum inuenimus, ſed uenatorem non.

a ¶Venator erat.] Dum venator permanet, ne obijciatur de Euſtachio. 50. diſt. ferrum.

tractantur in cap. præſenti vſq; ibi, pulchra etiam liberalitas. ubi tractatur præcipuè de modo, vſq; ibi, ſuper Lucam. exinde oſtendit præceptum de miſericordia impendenda eſſe commune & generale omnibus.

i ¶Domeſticos.] Niſi extraneus indigeret ad mortē, &

¶De eodem. C. XI.

ESau venator erat [a]; quoniam peccator erat. Et penitus non inuenimus in ſcripturis ſanctis ſanctum aliquem venatorem; piſcatores [b] inuenimus ſanctos. Iuo p. 13. c. 33.

Item Ambroſius in homilia 33. de Quadrageſima.

¶De eodem. C. XII.

QVid prodeſt ieiunare [c] viſceribus, & luxuriare uenatibus? abſtinere cibis, errare peccatis? Iuo p. 13. c. 34.

Idem ibidem paulo inferius.

¶De eodem. C. XIII.

AN putatis illum ieiunare fratres, qui primo diluculo non ad eccleſiam vigilat, non beatorum martyrum loca ſancta perquirit: ſed ſurgens congregat ſeruulos [d], diſponit retia, canes producit, ſaltus, ſiluaſq; pluſtrat? ſeruulos, inquam, ſecum pertrahit, fortaſſe magis ad eccleſiā feſtinantes, & voluptatibus ſuis peccata accumulat aliena; neſciens reum ſe futurum tam de ſuo delicto, quàm de perditione ſeruorum. Iuo ibidem.

Item Ambroſius lib. 1. de officijs, c. 30.

¶Quæ ſint in liberalitate ſeruanda. C. XIIII.

NOn & ſatis eſt bene velle [e], ſed etiam benefacere. Nec ſatis eſt iterū benefacere: niſi id ex bono [f] fonte, hoc eſt ex bona [g] voluntate proficiſcatur. *& infra.* ¶Perfecta liberalitas [h] fide, cauſa, loco, tempore commendatur, vt primum opereris circa domeſticos [i] fidei. Grandis culpa, ſi ſciente fidelis egeat †; ſi ſcias eū ſine ſumptu eſſe, fame laborare, ærumnā perpeti; qui præſertim egere erubeſcat: ſi in cauſam ceciderit aut captiuitatem ſuorum [k], aut calumniæ, & non adiuues: ſi ſit in carcere, & pœnis, & ſupplicijs propter debitum [l] aliquod iuſtus excrucie-

Anſ. l. 13 c. 28. Poly. l. 6. tit. 20.

Gal. 6.

†Tex. eſt ſimilis in l. ſi ob turpem. ff. de cond. ob tur. cauſam, & in l. 3. §. ex plurib. cum ibi no. ff. de ac qui. poſ.

Venatio ꝓhibetur, ſed nō piſcatio.

b ¶Piſcatores.] Sed quare prohibetur uenari, & non piſcari; quia forte piſcatio fit ſine clamore, uenatio non: uel quia maior eſt delectatio in uenatione: dum. n. quis eſt in uenatione, nihil poteſt de diuinis cogitare.

QVid prodeſt.] CASVS. Dicitur hic, ꝙ non ꝓdeſt abſtinentia ad uitam æternam. ſi q̃s luxuriari in venationibus uelit. Idem dr̄ in ſequenti capitu. immo (quod plus eſt) nō ſolum tenetur de ſuis peccatis, ſed etiā de peccatis ſeruorum ſuorum, quos ſecum ducit.

c ¶Ieiunare.] Efficaciter ad ſalutem.

AN putatis.]
d ¶Seruulos.] Non tamen ſerui debent ei obedire. 11. q. 3. non ſemper. excuſantur tamen quo ad quid, ut 22. qō. 5. q cōpulſus. C. de. ſepul. vio. l. 2. C. de ijs qui ſibi in teſt. aſſcri. l. vlt. non in totum: quia in atrocibus non debent obedire. ff. de regu. iur. ad ea. ff. de ac. & obl. ſeruus. & dominus tenetur pro omnibus peccatis eorum. extra de teſt. ſicut. & 22. quæſt. 5. qui compulſus.

ADDITIO. Argu. ad hoc. C. de accuſa. l. non ideo. Archid.

NOn ſatis.] CASVS. Hoc c. diuiditur in tres partes. In prima dicitur, ꝙ nō ſufficit opera charitatis velle, niſi opus addat̄ exterius, ſi fieri pōt, & ecōuerſo. in ſecunda parte oſtendit, ꝙ in operibus charitatis nouem ſunt cōſiderāda. ſ. fides, cauſa, locus, tempus, modus, ꝓximitas, ætas, debilitas, & nobilitas. In tertia dicitur, ꝙ mīa communis, & generalis eſt omnibus, & ab ea nullus excluditur. Secunda pars incipit ibi, [Item perfecta.] Tertia, ibi, [Nam & ſi.] Sequens cap. patet.

Volūtas bona ſufficit.

e ¶Velle.] Cum facultas adeſt, & neceſſitas inſtat. aliàs ſufficit bona voluntas cum charitate. 45. diſtin. dux. ſi. extra de eō, qui mit. in poſſ. conſtitutus.

f ¶Ex bono.] Aliàs non eſt bonū. arg. ff. mand. l. 1. §. 2. & l. ſi procuratorem. 32. q. 5. ſicut.

²Vt 12. q. 5. ſic. n. ſeſt in Hug.

g ¶Ex bona] Informata. ſ. charitate. Laur. ².

h ¶Liberalitas.] No. in liberalitate eſſe attedēdam fidem, cauſam, locum, tempus, modum, neceſſitudinem, ætatē, debilitatē, cōditionem, quæ diligēter & ordine

& domeſtici non: tunc. n. prius extraneo ſubuenitem. Sed quid ſi pater meus eſt infidelis, & æqualiter indiget cum fideli, cui teneor magis? Pet. Manducator uocauit hanc quæſtionem tenebroſam aquam in nubibus aeris. poſſet tamē dici, ꝙ magis fideli: quia hic dicit, fideli. & infra, ea. cauſam præſtat natura, non gratia. Hug. præfert patrem infidelem, vt dixi. 30. diſt. c. 1. 2. arg. 23. q. 8. §. ecce. in ſi.

Patri infideli an potius ſubueniendū ſit q̃ extraneo fideli.

K ¶Suorum.] Quia quis magis timet in filijs, quàm in ſe. ff. quod met. cau. iſti quidem §. vlti.

²Et 42. diſt. queſcamus, ubi uide.

l ¶Propter debitum.] ¹Hic loquitur ſecundum ea tp̄a, quando ſi debitor non erat ſoluendo dabatur creditoribus; ad puniendum ipſum. hodie autē ſi aliquis cōuenitur ex maleficio, & nō eſt ſoluendo puniri ³ poteſt. 14. q. 6. ſi res. ff. de pœn. l. 1 §. 1. 4. & hoc caſu nō eſt ei ſubueniendum, nec redimenda eſt pœna eius; quia eius pœna pretio remitti prohibetur. 1. q. 1. iubemus. ſi autē conuenitur ex contractu, non eſt cruciandus, ſed ſufficit, ꝙ cedat bonis. C. qui bo. ced. poſ. l. 1. & inanis eſt actio, &c. ff. de do. ma. l. nā is. tenetur tñ ſi poſt puniat ad

Qui nō hēt in ęre, an ſit puniēdus ī corpore.

³ Scilicet in corpore.

4 Et 5. q. 6. quia. ff. de iu. om. iudi. l. ſi quis id.

tur [a] (nam etſi omnibus debetur miſericordia, tamen iuſto amplius:) ſi tempore afflictionis ſuæ nihil a te impetret: ſi tempore periculi, quo rapitur ad mortem [b], plus apud te pecunia tua ualeat, quàm uita morituri; non eſt leue peccatum β.

α ¶Non ſatis.] *Hinc uſque ad c. ſi quid uero in aliquot uetuſtis Gratiani exemplaribus, et apud Anſelmum eſt unicū caput.*

β ¶Non eſt leue peccatum.] *Verba hæc non ſunt ibi apud Ambroſium, ſed tamen apud Anſelmum, & in Polycarpo.*

Idem ibidem paulo inferius.

Poly. ibidem. Anſ. ibidem. †al. Deus]or. 3. *Reg.* 19.

¶De eodem. C. XV.

DOminus † non vult ſimul effundi opes, ſed diſpenſari, niſi forte, ut Heliſæus, qui boues ſuos occidit, & pauit pauperes ex eo, quod habuit: ut nulla cura teneretur domeſtica; ſed relictis omnibus in diſciplinam ſe propheticam daret.

Idem ibidem continenter.

Anſ ibidem. Poly. ibidem.

¶De eodem. C. XVI.

EST probanda illa etiam liberalitas, ut proximos ſeminis tui non deſpicias, ſi egere cognoſcas. Melius [c] eſt enim, ut ipſe ſubuenias tuis, quibus pudor eſt ab alijs ſumptum depoſcere, aut alicui poſtulare ſubſidium neceſſitati: non tamen, ut illi ditiores eo fieri uelint [d], quod tu poſſes conferre inopibus: cauſam enim γ natura [e] præſtat, nó gratia [f]. Neque enim propterea te Domino dicaſti, ut tuos diuites facias; ſed ut uitam tibi perpetuam fructu boni operis acquiras: & pretio miſerationis peccata redimas tua. Putant [g] ſe parum poſcere? pretium † tuum quærunt; uitæ tuæ fructum adimere cõtendunt: & accuſant †, quòd eos diuites non feceris: cum te illi uelint æternæ uitæ fraudare mercede?

†al. præmium

†accuſat]ori. & ſic deinceps.

γ ¶Cauſam enim.] *Apud B. Ambroſium legitur*, cauſa enim præſtat, non gratia *itemque apud Anſelmum, & in Polycarpo. Sed uetuſti codices Gratiani, & gloſſa cum impreſſis concordant. Alia autem nonnulla ex ipſo Ambroſio ſunt emendata.*

Item ibidem paulo inferius.

Poly. ibidem. Anſ. ibidem.

¶De eodem. C. XVII.

COnſideranda eſt [h] etiam in largiendo ętas, atque debilitas; nonnunquam etiam uerecundia, quę ingenuos [i] prodit natales, ut ſenibus plus largiaris, qui ſibi labore iã non quæunt uictum quærere. Similiter & debilitas corporis, & hæc iuuanda promptius: tum ſi quis ex diuitijs cecidit in egeſtatem [k]: & maxime [l], ſi non uitio ſuo, ſed aut latrocinijs, aut proſcriptione †, aut calumnijs, quæ habebat, amiſit.

† al. praſcriptione

Idem libro ſecundo officiorum, c. 21.

¶De eodem. C. XVIII.

Anſ. ibidem. Poly. ibidem.

PVlchra [m] α etiam liberalitas eſt in ipſo quoque pauperis dato [n] menſuram tenere, ut abundes pluribus, non conciliandi fauoris gratia ultra modum fluere. Quidquid ex affectu puro, & ſincero promitur, hoc eſt decorum: nó ſuperfluas ædificationes aggredi, nec prætermittere neceſſarias [o]. Et maxime ſacerdoti hoc conuenit, ornare Dei templum honore † [p] congruo, ut

† decore] ori.

niat ad pinguiorem fortunam. ff. de ceſſ. bo. is qui 1.

a ¶Excrucietur.] De facto, non de iure. extra de pign. c. 2. C. de act. & obli. ob æs. in Authẽ. ut null. iud. §. quia vero. col. 9. Lau.

b ¶Ad mortẽ.] Qualiter hoc intelligi debeat, inuenies 23. q. 5. reos.

c EST probanda.] ¶Melius.] Arg. C. de ſeruitutibus. l. reos.

d ¶Velint.] Nam tã quã pauperib. debes dare, aliàs non. 12. q. 2. quiſquis.

e ¶Natura.] Nã omnes fideles ꝓximi sũt noſtri. ut de pœn. diſ. 1. charitas. uerſ. proximos.

f ¶Non gratia.] Vnde ſupple, & affectio.

g ¶Putant.] Parẽtes tui, qui uolunt te dare bona eccleſiæ illis.

h COnſiderãda eſt] hic de ætate.

i ¶Ingenuos.] Hic de conditione.

K ¶In egeſtatẽ.] Dicit Boethius. Inter oẽs aduerſitates fortunæ infœliciſſimũ genus infortunij eſt fuiſſe fœlicem.

l ¶Et maximè.] .i. tãtum. Nam aliter non teneor 2. ei ſubuenire, vt ff. depo. l. bona fides. & 5. q. 5. nõ omnis. ſed uerũ eſt, ꝙ redimere non teneor: ſed dare eleemoſynã bene.

m PVlchra.] Hic iterum repetit de modo.

n ¶Dato.] Quãto. n. minora ſunt, quæ ſparguntur, tanto plures recipientes erunt. in Authen. de conſul. §. ſi autem. coll. 4. unde pauperibus non ſunt facienda ſumptuoſa conuiuia, ut 25. diſt. §. aliàs. in fin.

o ¶Neceſſarias.] ff. de cu. fu. l. vltim. §. 1. Laur.

p ¶Honore.] Infra de conſec. diſtin. 1. c. 1. & 12. q. 2. gloria contra.

Sed

1 Et C. qui bo. ce. poſſ. l. qui bonis. extra d' ſol. Odoardus. Ad idẽ. C. de re. ux. act. l. vnica. §. cũ autẽ. Arch.

Fideles oẽs ſunt ꝓximi noſtri.

2 Videas qđ leg. & not. 12. q. 2. omnino.

Sed ibi notãtur illi, qui hoc ita faciunt, ꝙ ſuper Dei pauperes non intendunt: hoc non ita fieri præcipitur, ut cura pauperum relinquatur.

ADDITIO. Arg. contra 12. q. 2. gloria. Sed ibi loquitur contra prælatos, ꝙ neglectis pauperibus templa gemmis & auro ornabãt: hic autem ad utrumque inuitat, ſcilicet ad curam pauperum, & ad ornatum eccleſiarum. mediocritas enim ſeruanda eſt. Omne enim quod nõ ꝓ neceſſitatem, ſed ꝓ venuſtatem accipitur, elationis habet calumniã 21. q. 4. c. 1. H. Idem Laur. & Io. de Fant.

quàm perdere vt 1. q. 2. paſtor.

l C Æterum.] ¶Quo loco.] Id eſt, qua auctoritate.

m Inſolentẽ.] Quæ erat, q̃a ipſi filij ſua omnia dabant eccleſijs vel ſacerdotibus, & nolebant paſcere parẽtes. 30. diſ. c. 1. Nam etſi impius pater ſit, tñ paſcẽdus eſt. — Pater ẽt impius eſt paſcendus.

etiam hoc cultu aula Domini reſplendeat; impenſas miſericordiæ conuenientes frequẽtare; quantum oporteat; largiri peregrinis, nõ ſuperflua [a], ſed cõpetentia, &c. *Idem*. ¶Compatiamur alienis calamitatibus, neceſſitates aliorum, quantum poſſumus, iuuemus; & plus interdũ, quàm poſſumus [b]. Melius eſt enim pro miſericordia cauſas [c] præſtare, uel inuidiam perpeti, quàm prætendere inclementiam; ut nos aliquando in inuidiam incidimus, qui confregerimus [d] vaſa myſtica, ut captiuos redimeremus. — eod. lib. c. 28.

a ¶Pulchra etiam] *Apud B. Ambroſium legitur:* pulchra liberalitas erga ipſos quoque pauperes menſuram tenere *Sed apud Anſelmum; & in Polycarpo habetur ut apud Gratianum, & adeſt gloſſa in uoce,* dato.

Idem ad c. 3. Lucæ, in verſ. [Generatio viperarum.]

¶De eodem. C. XIX.

IN † ſingulis quoque generibus hominum conueniẽs tribuit S. Baptiſta Ioannes reſponſum, vnum [e] omnibus [f], ita: publicanis, ne ultra præſcriptum exigant: militibus, ne calumniam faciant, ne prædam requirant; docens idcirco ſtipendia cõſtituta militiæ, ne dum ſumptus quæritur, prædo graſſetur [g]. Sed hæc, & alia officiorũ præcepta propria ſingulorum; miſericordia † communis eſt uſus. Ideo commune præceptum omnibus officijs, omnibus ætatibus neceſſaria, & ab omnibus deferenda. Nõ publicanus, non miles excipitur, non agricola, vel urbanus: diues, & pauper [h], omnes in commune admonentur, ut conferant [i] non habẽti [k]. Miſericordia enim plenitudo uirtutum eſt. Et ideo omnibus eſt propoſita perfectæ forma uirtutis, ne ueſtimentis, alimentiſque ſuis parcant. Miſericordiæ tamẽ ipſius pro poſſibilitate conditionis humanæ menſura ſeruetur, ut non ſibi unuſquiſque totum eripiat, ſed quod habet, cum paupere partietur.

† *Singulis quoque*] orig.

† *al. miſericordia*

Idem ad c. 18. Lucæ.

¶De eodem. C. XX.

CAEterum Dei traditio eſt, vt prius paſcas parẽtes. Nã ſi iuxta diuinum oraculum contumelia parentis morte luitur, quãto magis fames, quę morte grauior eſt? Quo loco [l] inſolentem [m] Dominus infrenat iactantiam, &c.

Matth. 15. *Leuit. 20.* *Exod. 21.*

Idem in libro de officijs a.

¶De eodem. C. XXI.

PAſce [n] fame morientem. Quiſquis enim paſcendo hominem ſeruare poteras, ſi non pauiſti, occidiſti [o] †.

Anſ. l. 13. c. 28. Poly. l. 6. tit. 20. D. T. 2. 2. q. 32. art. 5.

† Concor. cum hoc c. & ſua gloſſ. tex. in l. necare. & ibi gl. ff. de lib. agno.

a ¶Superflua.] Argu. ꝯ. 21. q. 3. c. 1. Lau.

b ¶Poſſumus.] Q̃d fit cum nobis neceſſaria ſubtrahimus: ad quod non tenemur, vt 42. diſt. §. 1. ſi autem hoc facimus, cõmendandi ſumus, vt 41. diſtinct. parſimoniam. Nam dicit lex, ꝙ tũc tenetur libertus patronũ alere, qñ ſuper eſt ſibi, & deeſt alij, ut ff. de lib. agno. ſi quis. §. de alimentis. C. de oper. lib. l. 1. & dicit canon, ꝙ intantũ debet dare, quantum ſibi poſſibile eſt 82. diſ. c. 1. dic ergo hic, quãtum poſſumus, id eſt, quantum debemus, & tenemur ex præcepto.

Libertus patronũ qñq; alere tenet.

c ¶Cauſas.] Sic ſ. diſ. 50. põderet. ī fi. & 11. q. 3. nemo. & 26. q. 7. alligant. arg. cõtra. ff. depo. ſi hominẽ. ubi punitur pietas: ſed ibi miſericordia dolo ꝓxima fuit 1. & eſt qñque iniuſta miſericordia. 23. q. 3. eſt iniuſta.

1 Ad hoc argu. ff. de do. l. eleganter. § idem Labeo. Arch. Mĩa qñque eſt iniuſta.

d ¶Qui confregerimus.] Infra 12. quæſt. 2. aurum.

e IN ſingulis.] ¶Vnũ.] Infra 23. q. 1. militare.

f ¶Omnibus.] De miſericordia impendenda.

g ¶Graſſetur.] Id eſt, impinguatur rapiendo & ſpoliando homines. Lau.

h ¶Pauper.] Argu. ꝙ pauper de eleemoſynis quas colligit, debet eleemoſynam facere infra. 12. q. 1. habeat.

Eleemoſyna de eleemoſynis ẽ facienda.

i ¶Vt conferant.] Quidquid enim habes ultra id q̃d tibi ſufficit, aliorum eſt, ut 47. diſt. ſicut hi.

K ¶Non habenti.] Quia habenti dare, nihil aliud eſt eſt, ut Auth. de inceſt. nup. §. ſi uero contingit. colla. 2.

Hẽnti dare eſt ꝑdere.

n PAſce.] Tempore enim neceſſitatis cibaria oĩa cõmunia ſunt. ff. ad legem Rhodiam, de iac. l. 2. §. idem etiam.

Cibaria oĩa ſunt in neceſſitate cõmunia.

o ¶Occidiſti.] Occidit quis alium per ſubtractionem panis

Panem ſubtrahens aliũ occidit.

1 Ad idem 2.q.1.audaciter. Arch.

pœnis corporalis, vt hic, & 14.q.5.immolans, & ſpiritualis 1, vt diſt.43. Epheſijs. Detractione occidit quis odio, actu, mente, vt ĩ.de pœnitẽ. diſt.1.homicidiorũ. &c.omnis. Negligẽtia.ĩ.diſt.prox.c.vlt.& 55.diſt.ſi qs abſciderit.& eſt ſi.ff.de lib.agno.necare.ĩ.16.q.1.decimæ.ff. & tunc cum oportuerit, culpam feriat delinquentis.

b ¶Si quid.] 15.q.7.c.2. Qualiter hoc cap. debeas intelligere, habes extra de ſimo. licet Hely.

c ¶Non credas.] Infr.22.q.3.innocens. ĩ ibi de incredulitate, quæ inter ſocios habẽda nõ eſt, loquitur: ſed hic de illa, quæ ad iudicem pertinet. Vel refert vtrũ bona uel mala de aliqua dicantur. De hac materia. not.23.q.4. quàm magnum.

d ¶Eccleſiæ.] Cum hoc cap. de cauſa inquiſitionis loquatur vt extra de accuſa. qualiter 2. ergo in cauſa inquiſitionis. nõ habet neceſſe eps alios conuocare, niſi canonicos tantum. Nã nomine eccleſiæ tuæ maior eccleſia intelligitur. argu. extra de verb.ſign.cum clerici. Argu.contra. 18.q.2.ſi quis abbas. & extenditur hoc nomen, eccleſiæ tuæ, ad omnes eccleſias diœceſis. extra de vſu pal. c.1. Idem, eſt arg hic, quod eps nõ vocatis alijs epiſcopis poſſit ſacerdotẽ cõdemnare. Sed dic, quod ſeniores hic vocat epiſcopos 2 cum iſte Corinthiorum eſſet archiepiſcopus 2. Vel loquitur tãtum de cauſa pecuniaria, quam poteſt tractare epiſcopus tãtũ cũ ſuis clericis. Vel eſt derogatum huic per alios canones. Vel canonica diſtrictio dicatur pœna ſuſpenſionis 3. quam eps cum ſuis clericis poteſt inferre. Vel loquitur de clericis infra ſacros ordines conſtitutis: quorum cauſas etiã criminales poteſt eps cũ ſuis clericis tractare & decidere. arg.15.q.7.ſi aũt. Quid de hoc iuris ſit, inuenies 15.q.7.in ſumma. Io.

Epiſcopus in cauſa inquiſitionis quos dẽat conuocare.

2 Subaud. & ſuffraganei ſint de clerometropolitanæ eccleſiæ, vt colligit 93. diſt. miratus. Ioã. de Fan.

3 Scilicet perpetuæ. ſecus in tẽporalibus. quod dic vt not. Inno. extra de exceſ. præla.cap.1.

a ¶De officijs.] *Caput hoc non eſt inuentum apud B. Ambroſiũ: ſed apud Anſelmum, & in Polycarpo ex eodem citatur, & Bartholomaus Vrbinas Eremita in Milleloquio, quod collegit ex dictis B. Ambroſii, affert hunc locum ex eodem Ambroſio in libro de alẽdis pauperibus, qui liber hactenus deſideratur.*

Item Hieronymus in commentarijs ad Galatas, cap.6. in ver.[Alter alterius.]

¶De eodem. C. XXII.

QVi clementiam non habet, nec indutus eſt viſcera miſericordiæ, & lacrymarum, quamuis [a] ſpiritalis ſit, non adimplet † legem Chriſti.

† adimplebit] orig.

6 Similiter etiam oportet epiſcopum non eſſe percuſſorem, id eſt non ad vindictam facilem.

Vnde Gregorius ſcribit Ioanni epiſcopo Panormitano, lib.11.epiſt.49.

¶Ad vindictam epiſcopus facilis eſſe non debet. C. XIII.

15.q.7. ſi quid.

SI quid [b] vero de quocumque clerico ad aures tuas peruenerit, quod te iuſte poſſit offendere, facile non credas [c]; nec ad vindictam te res accendat incognita: ſed præſentibus ſenioribus eccleſiæ [d] tuæ, diligenter eſt veritas perſcrutanda: & tunc ſi qualitas rei popoſcerit, canonica diſtrictio culpam feriat delinquentis.

Idem Ianuario epiſcopo, lib.7. indic.2.epiſt.1.

¶De quodam epiſcopo, qui antequam Miſſarum ſolennia celebraret, die Dominico ad exarandam meſſem cuiuſdam profectus eſt. C. XXIIII.

1.q.7.tanta. Burc.l.1.c.197. Iuo p.2.c.78.& par.5.c.312.

TAnta [e] nequitia ad aures meas de tua ſenectute peruenit, vt eam niſi adhuc humanitus pẽſaremus, fixa [f] iam maledictione feriremus. Dictũ quippe mihi eſt, quòd Dominico die, priuſquam Miſſarum ſolennia celebrares,

mæ.ff.de re mili.l.omnes. §. qui præpoſitum. 11.q.3. non ſolum. 12.q.2.aurum.ſup. diſt.50. ſæpe contingit. infr.30.q.5.nullum ante.ſup.diſt 47.ſicut.

a QVi clementiam.] ¶Quamuis.] Id eſt, quamuis faciant opera ſpiritualia. Laurent.

SIMILITER. Hæc eſt 6.pars diſt.in qua dicit, quod prælatus cum diſcretione debet punire ſubditos ſuos: quod probat duabus auctoritatibus. Ioan.de Fant.

CASVS. Hic eſt ſextus articulus huius diſtinctionis, in quo proſequitur illud capitulũ apoſtolicæ regulę, oportet epm eſſe non percuſſorem. Et exponit alio modo quàm ſup in 45.diſt.expoſuerit: quoniam hic dr, quod non debet eſſe percuſſor, id eſt, facilis ad vindictam. quod probat duobus ſequentibus capitulis.

SI quid.] CASVS. Ioã. eps Corinthiorũ ſtatim cũ audiebat aliquẽ deliquiſſe, cauſa incognita puniebat. de quo Grego. eũ reprehendit, & docet, quod ſi aliqd dicatur ſibi de aliquo clerico, nõ ſtatim credat: ſed præſentibus ſenioribus eccleſiæ ſuæ veritatem inueſtiget:

TAnta nequitia.] CASVS. Ianuarius eps cum habuiſſet rixam cum quodam ſuo ſubiecto: cõſilio quorundam malorum meſſes illius ante Miſſarũ celebrationẽ & die Dominica exarauit: & poſt Miſſam illic reuertens, terminos agri euulſit & amouit. Quod cum Greg. audiſſet, non credebat: ſed poſtea certificatus eſt per abbatem Cyriacum. Sed quia Ianuarius nimis erat ſimplex, & ſenex, propterea Papa ei pepercit: monẽs eũ vt de cætero talia non faciat. conſiliarios tamen ipſius ſpatio duorum menſium cõmunione corporis & ſanguinis Chriſti priuauit.

e ¶Tanta.] Infr.1.q.7.tanta.

f ¶Fixa.] id eſt certa. Sed cũ iſte abſens eſſet, quomõ Papa ferret in eum ſentẽtiam? Dic quod hic loquitur de ſententia comminatoria, ſcilicet cõminando ei. Vel citatus fuit, & noluit venire: & dominus Papa recepit teſtes eo abſente. De vno habes hic. De duobus

Papa in abſentem an ſententiam ferre poſſit.

habes 11.q.1.fratris. Alij dicunt ſententiam fuiſſe latam ſub conditione, ſi ſcilicet conſtaret de ijs, quæ dicta fuerunt de ipſo.

percuſſor, id eſt, ad uindictam facilis: modo exponit & alio modo, ſcilicet ne percutiat aliquem propria manu, vt infra ca. proxi. cuius caſus planus eſt.

g ¶ NOn liceat.] Quod tamen poteſt per alium, etſi non per ſe, ut 5.q.5. illi qui. & 14.q.6.c.1. ſicut &

ad exarandam meſſem latoris præſentium perrexiſti, & poſt exarationem eius, Miſſarum ſolennia celebraſti: poſt Miſſarũ ſolennia etiam terminos [a] poſſeſſionis illius eradicare minime timuiſti. Quod factum quæ pœna debeat inſequi, omnes qui audiunt, ſciunt. Dubij autem de tanta hac peruerſitate fueramus, ſed filius [b] noſter Cyriacus abbas a nobis requiſitus, dum eſſet Caralis, ita ſe cognouiſſe perhibuit. Et quia adhuc canis tuis parcimus, hortamur†, ut aliquando reſipiſcas miſer ſenex, atque a tanta te leuitate morum, & operum peruerſitate compeſcas.† Quanto morti vicinior efficeris, tanto fieri ſolicitior, atque timidior debes. Et quidem pœnæ ſententia in te fuerat iaculanda: ſed quia ſimplicitatem [c] tuam † cum ſenectute nouimus; interim tacemus [d]. Eos [e] vero, quorum conſilio hæc egiſti, in duobus menſibus excommunicatos [f] eſſe decernimus: ita tamen, ut ſi quid eis intra duorum menſium ſpatium humanitus aduenerit; benedictione uiatici non priuentur. Deinceps autem ab eorum conſilijs cautus exiſte: te quoque ſolicite cuſtodi; ne ſi eis in malo diſcipulus fueris, quibus in bono magiſter eſſe debuiſti, nec ſimplicitati tuæ ulterius, nec ſenectuti parcamus.

†al. hortamur aliquando reſipiſce

†al. compeſce

† Concor. l. 1. ff. de do. & l. tutor. ff. de ſuſpect. tut.

7 *Vel percuſſor eſſe prohibetur, ne uidelicet proprijs manibus aliquem cadat.*

Vnde in Agathenſi [a] concilio legitur.

¶ Non liceat epiſcopo proprijs manibus aliquem cædere. C. XXV.

NOn liceat [g] epiſcopo manibus [h] ſuis aliquem cędere. Hoc enim alienum a ſacerdote eſſe debet.

Burc. l. 1. c. 202. Iuo p. 5. c. 316.

[a] ¶ Agathenſi.] *Hoc caput non habetur in Agathenſi, quod extat. Burchardus & Iuo citant ex decretis Bonifacij Papæ. Habetur autem in nouellis conſt. 123. ca. 16. apud Iulianum anteceſſ. Non diſſimilis etiam eſt canon 28. Apoſtolorum, quem interpretatur ſynodus Conſtantinopolitana, quæ prima, & ſecunda dicta eſt, cap. 9.*

8 *Prohibetur etiam epiſcopus turpis lucri eſſe cupidus, ne aliquo inhoneſto negotio uictum, uel cætera ſibi neceſſaria quærat. Quod generaliter de omnibus diuino cultui mancipatis, id eſt clericis, & monachis intelligi oportet.*

Vnde in Chalcedon. concilio, c. 3. legitur.

a ¶ Etiam terminos.] In hoc peccauit grauiter, & ſecundum leges talis punitur pœna quinquaginta aureorum, vel relegatione, vt ff. de termi. moto. l. 2. & 3. cũ diſtinctione utrũ ſit iuuenis, an ſenex, ut ibi dicitur, ſecundum legem autem diuinam maledictus reputatur 12. quæſt. 2. in legibus.

Vnius dicto quandoque creditur.

b ¶ Sed filius.] Arg. quod credit dicto unius, vt infra 8.q.3. talia & 97. diſt. nobiliſſimus. In forma iudicij [1] quantum ad veram probationem uni teſti non creditur, ut extra de teſtibus. licet. in fin. & eo. tit. ueniens. ſed quantum ad præſumptionẽ ut C. de reb. cred. in bonæ. niſi caſus aliquis ſpecialis inueniatur, ut extra de in integr. reſtit. ex litteris. & de procur. ex inſinuatione. & extra quod met. cau. cap. ultim. & extra de teſti. in omni. Ioan. Similiter ubi non ſit præiudicium alij, creditur uni teſti, ut de conſe. diſtinctio. 4. cum itaque. B.

1 Concord. text. in l. ſi quis decurio, C. ad fal.

c ¶ Quia ſimplicitatem.] Not. quod parcitur ſenectuti, ut 34. diſt. fraternitatis 26. quæſ. 7. hoc ſit. & c. tempora. Item parcitur ſimplicitati, de conſecra. diſt. 2. c. 3. & extra de re. permu. cum vniuerſorum.

d ¶ Tacemus.] Non ergo ſemper qui tacet conſentit [2] nec ſemper idem eſt tacere quod uoce conſentire. arg. de conſe. diſt. 4. cum pro paruulis. & 65. diſtin. c. ſi forte. de hoc 27. diſtinc. diaconus.

e ¶ Eos.] ff de re. iur. conſilij. Lau.

ADDITIO. Videas quod legitur & nota. inſtit. mandati. §. tua gratia. verſic. cuius generis.

2 Sic & no. 6.q.7. tanta.

3 Sic aliquando plus punit conſulentes quam ſi ipſe idem faceret quod conſuluit, ut ff. ad l. Pomp. de parrici. vtrũ, & not. eod. tit. l. 1. ut patet exemplum in medico qui filio dedit uenenũ vt daret patri. nam in hoc caſu plus punit medicus, quam ſi ipſe patrem illius filij venenaſſet. vt ibi patet.

f ¶ Excommunicatos.] Arg. quod quandoque magis puniuntur conſiliarij, quàm facientes [3] diſt. 96. duo. 11. q. 3. qui conſentit. & 24. q. 3. qui aliorum. Sed hoc ideo factum eſt, quia in iſtis non conueniebant ea propter quæ fieret diſpenſatio circa eos. Sed licet iſte debuit puniri, tamen indultum eſt ei ratione ætatis & ſimplicitatis.

VEL PERCVSSOR. Septima pars.

CASVS. Expoſuit ſupra Gratianus, ne epiſcopus ſit

& aliquis gerit & facit per alium. 88. diſt. epiſcopus gubernationẽ, ita tamen quod ſit clericus. ſi. n. per laicũ percutit, incidit in canonem. extra de ſen. excom. vniuerſitatis. Sed quid ſi clericum non habet? Tunc verberet per ſe, ut dixi 45 diſt. in ſumma.

Clericus per quem caſtigandus eſt epiſcopo iubente.

h ¶ Manibus.] C. de epiſc. & cler. Auth. ſed neque proprijs manibus.

PROHIBETVR. Hæc eſt octaua pars diſt. in qua dicitur, quod clerici non debent tractare res laicorum, nec poſſeſſiones eorũ cõducere, nec eſſe tutores, niſi ſuorũ propinquorum, id eſt, quibus ſuccederent ab inteſtato,

niſi de

niſi de mandato epiſcopi egiſſent cauſas pauperum. Ioan.de.Fant.

CASVS. Hic poniť ſeptimus articulus, in quo repetit Gratianus illud ca. Apoſtolicæ regulæ, ſcilicet, oportet epiſcopum nō eſſe cupidum, & turpis lucri ſectatorē, quod

Cyprianus.contra. Sed illud Cypriani de teſtamētaria tutela ſiue datiua, hic autem de legitima tutela intelligitur. Item 16.q.1.generaliter. cōtra. Ad hoc dic, quod clerici nō coguntur recipere aliquam tutelam: poſſunt tamen legitimam recipere tutelam ſi uolunt, ut hic dicitur, & eſt hoc priuilegium clericorum, ꝙ licet ipſi poſſunt ſuccedere alicui ab inteſtato. non tamen tenentur recipere tutelam, licet alias illud obtinet ut inſt.de legi.pa.tu.§.1. Sed epiſcopus vel monachus etiam uolens nō poſſet recipere legitimā tutelam. in Auth. de ſacroſan.epiſ.§. Deo amabiles. Vel dic ꝙ illi Auth. præiudicatur per canonem illū, ut epiſcopus & monachus ſi uelint poſſint recipere legitimā tutelā, ſed non datiuā, uel teſtamentariam. ſed ad tutelā miſerabiliū perſonarū omnes clerici ſiue monachi 2.tenentur, ut 88.diſ. c.1.&c.epiſcopus gubernationem.

Tutela eſt triplex.

Tutelā non tenētur clerici recipere.

¶ Qui connumerantur in clero, turpibus lucris non inſeruiant. C. XXVI.

Burc.l.2.c.145. Iuo p.6. c.218.

†al. ſæculariū

PEruenit ad ſanctam ſynodum, quia de ijs, qui in clero connumerantur, quidam propter turpis lucri gratiā, alienarum poſſeſſionum conductiones [a], & cauſas [b] ſæculares † ſuſcipiunt; & a ſacris quidem officijs ſe per deſidiā ſeparant, ad domos autem ſæcularium concurrunt, & ſubſtantiarum eorum gubernationes auaritiæ [c] cauſā ſuſcipiunt. Decreuit ergo ſancta & magna ſynodus, neminem horum deinceps, hoc eſt epiſcopum, ſiue clericū, aut monachum conducere poſſeſſiones, aut miſceri ſæcularibus procurationibus, niſi forte, qui legibus ad minorum ætatū tutelas [d], ſiue curationes inexcuſabiles attrahuntur, aut cui ciuitatis ipſius epiſcopus eccleſiaſticarum rerum cōmiſerit gubernacula, vel orphanorum, ac uiduarum, quæ indefenſæ ſunt, & earum perſonarum, quæ maxime eccleſiaſtico indigēt adminiculo, propter timorem Dei. Si quis vero tranſgreſſus fuerit hæc præcepta, correctioni [e] eccleſiaſticæ ſubiaceat.

e ¶Correctioni.] Id eſt, ſuſpenſione. Lau.

2 Vt hic, & ĩ.proxi. dictum eſt de monachis intelligo cū de cōminatione eius qđ hř 16.q. 1. qui uere. &c. monachi à monaſterio. Archid.

DISTINCTIO LXXXVII.

1 ps

VIduis [f] autem & orphanis eccleſiæ præſidium implorantibus epiſcopi debent adeſſe: & cōtra improborum uiolentias, protectionis patrocinium negare non debent.

VIduis autē.] Hæc diſt. diuidit in tres partes, in quarum prima probat per ſex auctoritates ſanctorum patrum, ꝙ uiduis & orphanis debet ſuſtentationis beneficiū pręberi ab eccleſia. Secūda ibi, [Libertos.] Tertia ibi, [Si expoſitus.] Io.de Fant.

†al. Leontio

Vnde Gelaſius Gerontio †, & Petro epiſcopis.

¶ Implorantibus patrocinium, epiſcopi debent adeſſe. C. I.

LIcet [g] omnibus de nobis ſperantibus non debeamus, inquātū poſſumus, nos negare; plus tamē [h] uiduarū,

quod de omnibus clericis generaliter eſt intelligēdū.

PEruenit.] CASVS. Quidam epiſcopi clerici uel monachi poſſeſſiones laicorum cauſa cupiditatis conducebant, cum ſuæ poſſeſſiones eis ſufficerent. & procurationes ſęcularium negociorum propter lucrū ſuſcipiebant, officia ſua penitus dimittentes: præcepit ergo cōci. Chalcedo. ne hoc de cętero fiat, excepta legitima tutela, vel cura miſerabilium perſonarum quā clerici ſuſcipere debent ad iuſſionem ſuorum ep̄orum. & quicunq; contra hoc ſtatutum fecerit, dēt excōicari.

a ¶Conductiones.] Contra, extra de deci. c. dilecti. nā ibi non reprobantur monachi, qui hēnt terras ad firmam. ſed dic, ꝙ illud eſt cum ſua eis non ſufficiunt 1. vel cum ipſimet excolunt non vt inde plus lucrentur, ſed ut de fructibus uiuant. Adeo autem hoc prohibet clericis, ꝙ ſi propter hoc deprehendātur in fraude, nō ſubuenitur eis extra ne cle. vel mo. c. ſacerdotibus.

Monachi pūt terras ad firmam habere.

1 Adde qđ le.& no. extra ne clerici uel mo. c.2.& 21.q. 3. placuit. Archid.

b ¶Cauſas.] De hoc notaui 15.q.2.in ſumma.

c ¶Auaritiæ.] Nā propter neceſſitatem bene poſſent. 91.diſtinct.cap.2.

ADDITIO. Adde quod le.& no.88.diſtinctio.cap.1.in princi. ibi videas.

d ¶Tutelas.] ĩ.diſtinct.88.cap.ulti.contra 21.quæſt.3.

CASVS. Supra dictū eſt ꝙ epiſcopus debet eſſe liberalis: ſed quia hoc non ſufficit niſi miſerabiles perſonas tueatur, ideo ſubiungit hanc 87.diſt. in qua oſtendit, ꝙ epiſcopi debent defendere uiduas & miſerabiles perſonas, & etiam libertos, qui ſunt eccleſiæ commendati.

f ¶Viduis.] In hac diſt. 87. oſtendit magiſter, ꝙ uiduis & pupillis, libertis & oppreſſis tenetur prælatus patrocinium impendere, & etiam manumiſſos defendere. Ad ultimum ſubiungit de expoſitis, infra ea.c. ult.

Oppreſſis debet prælatus patrocinari.

LIcet.] CASVS. Quædam uiduæ & quidam orphani conqueſti ſunt Gelaſio Papæ de uiolentia quorundam, unde præcipit duobus epiſcopis, ſcilicet Petro & Gerōtio, ut eas perſonas tueantur. Et ꝙ hoc facere debent, probatur aſſertione diuina.

g ¶Licet.] 11.q.1. Chriſtianus.

h ¶Plus tamen.] No. ꝙ etiam cauſæ pauperum & oppreſſorum, & peregrinorū ſpectāt ad eccleſiam, vt 24. q.3. ſi quis de potētibus. &c. ſeq. & ĩ. c. proxi. & extra de ver. ſig. ſuper quibuſdam. in fin. ſpectant etiam ad iudicium regis, ut 23.q.5. regum. &c. adminiſtratores. Similiter uiduis & pupillis cōceſſit Imperator magnum priuilegium, ſcilicet ꝙ aliquis non poſſit illos trahere ad iudiciū extra prouinciam, ipſi tamen poſſunt alios tra-

Viduæ & pupilli ſunt circa forū priuilegiati

trahere. C. qñ Impe. inter pu. & uiduas. l. una. Vidua eſt quæ etiam maritum non habuit. ff. de ver. ſig. malum, § viduam. Pupillus eſt qui intra pubertatem deſijt eſſe in patris poteſtate. ff. eo. pupillus. reſpon. 1.

quidquid. Et quod dicit, fidei, eſt ar. contra perfidos aduocatos, qui plena fide clientulos non defendunt. argu. 2. q. 3. §. notandum.

k ¶Paruulos.] Nota ꝙ ſi minor læditur in contractu, habet actionem aduerſus dantem & accipientem 2. C. ſi tuto. vel cur. inter. l. etiam. ſi vero læ datur in iudicio, habet actionem aduerſus tutorem tantū. C. de iudi. ꝓperādum. in ſi Sed contra. ff. de mino. l. etiam. §. 1. Sed illa lex, properandum, intelligitur quando tantū circa inſtantiam iudicij læſus eſt. Illa lex etiam in principali cauſa loquitur, cum reſtituatur in iudicijs minor, ut ff. de mino. etiam. §. ex cauſa. & C. ſi aduerſus rem iud. ꝑ totum. lo. immo etiam reſtituitur minor, etſi contumax fuerit, vt ff. de mino. l. minor etiam. B.

l ¶Contra leges.] C. de prædi. mino. per totum.

DEfenſionis.] CASVS. Maximus & Ianuarius clerici paruuli deſolati erant auxilio parētum & ꝓpinquorū, ꝙ cū nō poſſent uiolentias quorundam ſuſtinere, Gelaſio ſunt cōqueſti. Præcepit ergo Gelaſius Anaſtaſio epiſcopo, ut eos tueaē à uiolētia improborum, cum diuina auctoritas hoc ꝑcipiat. Seq. duo c. plana ſunt.

b ¶Pupillis.] Pupillo tu eris adiutor.

b ¶Executionis.] Id eſt, defenſionis.

c ¶Commenta.] Id eſt, fraudes.

d QVisquis.] ¶Remedia.] Arg. ꝙ debeat, quis de hoc de quo certus eſt uel ſecurus, priuilegium Ro. ſedis impetrare, ut hic elicitur, cum omnes teneamur defendere tales ſpecialius. arg. ext de teſti. licet uniuerſis. ar. diſt. 23. quanquam. Lau.

e ¶Nos.] Vt tamen primo coram ſuo iudice deferatur querela, ut extra de foro cōpe extranſmiſſa. & in defectu iudicis ſæcularis.

f ¶Animoſitate.] In bona ſignificatione ſumitur, aliàs in mala 45. diſt. ſanè.

Animoſitas qñq; in bonā, qñq; in malam partem ſumiē.

g DIuinæ retributionis.] Quia nullum bonum irremuneratum de pœn. diſt. 3. pium eſt. nec aliquod malum impunitum. de pœn. diſt. 1. nullus. & eſt ſi. 81. diſt. cap. pen.

IRreligioſum.] CASVS. Olympius diaconus ſuſcepit curam duorum ſuorum nepotum, ſ. Fęlicis & Olympij. Sed cum deberet res illorum fideliter adminiſtrare, partem illarum rerum uendidit, & partem ſibi retinuit. quare Papa præcepit epiſcopo Fortunato, ut eos defendat, & omnia eis reſtitui faciat.

h ¶Irreligioſum.] Per hoc cap. & ſupra proxi. diſt. peruenit. colligitur quod clericus bene poteſt legitimã tutelam ſuſcipere, ſed & etiam extranearum perſonarū ſi vult 1. Lau.

Clericus tutor eſſe pot ſi uult. 3 Adde ad hoc gloſ. in Auth. preſbyteros. C.

i ¶Non omni fide.] Et ita videtur, ꝙ tutor teneatur ēt de leuiſſima culpa. C. de peri. tuto. & cur. tutorib. arg. contra, ꝙ ſcilicet non teneatur niſi de leui. C. arbi. tut.

de epiſc. & cle. & inſti. de excu. tuto. §. idem i milite. no. B in l. legitimas. §. fin. ff. de legi. tuto.

2 Arg. contra. ff. de minor. l. cauſæ 2. in princi. ſed non obga illud intelligi qñ ꝫ eūdem hēt ordinarium auxilium & extraordinarium. ſecus ſi ꝫ diuerſos. Arc.

& orphanorum cauſas, & impenſius ducimus exequendas: quas tueri à nobis, vel ab omnibus diuina manifeſtat aſſertio.

Idem Anaſtaſio epiſcopo.

¶De eodem. C II.

DEfenſionis propriæ deſolatis auxilio, & qui ſuis actibus adeſſe † pro ætatis infirmitate non poſſunt, exoratum pontificem decet ſubuenire: quia pupillis [a] tuitionem etiam diuinitas iuſſit impendi. Et ideo Maximo, & Ianuario, clericalis officij (qui ſe ſolatio parentum, vel propinquorum aſſerunt deſtitutos) auxilium ex noſtra delegatione præſtabis: vt aduerſus improbitates aduerſariorum ſuorum protecti, tuæ executionis [b] anniſu noxia commenta [c] non ſentiant. †*al. prodeſſe*

a ¶Pupillis.] *In codicibus impreſsis ſequebatur,* & viduis. *quæ voces expunctæ ſunt, quia abſunt à pleriſque vetuſtis Et quæ anantecedunt, ac ſequuntur, oſtendunt agi hic tantum de pupillis.*

Idem Leontio, & Petro epiſcopis.

¶De eodem. C. III.

QVisquis in negotijs ſuis noſtri nominis interceſſione ſperat ſibi remedia [d] poſſe conferri, prona nos [e] conuenit animoſitate [f] præſtare.

Idem Honorio epiſcopo.

¶De eodem. C. IIII.

DIuinæ retributionis [g] memor ad pontificalem cōſciētiam non ambigas pertinere, egentium commodis piam ſolicitudinem non negare.

Idem Fortunato epiſcopo.

¶Tueatur eccleſia, quos in ſui defenſionem ſuſcepit. C. V.

IRreligioſum [h] prorſus, & execrabile iudicamus, ſi quiſquam [α] vel extraneos in ſua tuitione ſuſceptos, non omni fide, [i] & tota animi ſui educauerit ſanctitate. Ac cum Olympius diaconus dilectionis tuæ, Fęlicis, & Olympij ſuggeratur auunculus, eoſque paruulos [k] tutelæ vice ſuſceperit nutriendos; vltra latrocinium eſſe iudicamus, ꝙ eos boniſculis † parentum (ſicut aſſerunt) reliquit extorres; alia retinendo, alia contra leges [l], & iura vendendo. Iuo p. 6. c. 109 †*al. bonuſculis*

Eos.]

EOs.] CASVS. Hoc ca. diuiditur in tres partes. In prima dicitur, ꝙ qui ad eccleſiam confugiũt, propter loci reuerentiam debent ab eccleſia defendi. In ſecunda parte dicitur, ꝙ ſi quis mancipia eccleſiæ occupauerit propter ſua, quæ ad eccleſiam confugerint, excommunicari

cisa, ꝙ ſemper primo conueniendus eſt, qui eis litem facit ſub iudice ſuo ſæculari. Io. niſi hoc forte faceret laicus in fraudem. extra de iure pa. relatum. §. ad hæc. B. Sed quæro, ad quid ergo eccleſia recipit libertos ſub protectione ſua: cum illud ius ſit in alijs omnibus, ꝙ ſi aliquis non poteſt habere iuſtitiam coram iudice ſæculari, accedit ad iudicem eccleſiaſticum, ut extra de foro compe. ex tranſmiſſa? Videtur ergo quòd liberti ſpectant ad iudicium eccleſię, vt 11. q. 1. Chriſtianis. Vel dic, ꝙ licet iſtæ perſonæ & aliæ, de quibus hic agitur, recipiãtur ſub protectione eccleſiæ: non tamen eximuntur à iudicio ſæculari, ut extra de priu. recepimus. & eſt expreſſum in iudicijs extra de foro compe. ex tenore.

manumittũtur in eccleſia, & charta manumiſſionis legitur in ambone. 54. diſtinct. nulli, & tales gñaliter eccleſia defendet. ſm Hu.

a ¶Quiſquam] *In vulgatis codicibus ſequebatur vox, clericos. quæ in aliquot manuſcriptis, & apud Iuonem non habetur, ideoq. ſublata eſt. Non enim hic clericos cum laicis, ſed extraneos cum ſanguine iunctis comparat.*

Item ex concilio Arauſicano primo, cap. 5. & ſequen.

¶Confugientes ad eccleſiam extrahere non licet. C. VI.

Raba. pœ. c. 22. Burc. l. 3. c. 195. Iuo p. 3. c. 112. Ibidem. c. 6.

EOs, qui ad eccleſiam [a] confugerint, tradi non oportere, ſed loci ſancti reuerentia, & interceſſione defendi. ¶Si quis autem mancipia clericorum pro ſuis mancipijs [b] ad eccleſiam confugientibus crediderit occupanda, per omnes [c] eccleſias diſtrictiſſima damnatione feriatur. ¶In eccleſia quoque manumiſſos, & per teſtamentum [d], eccleſiæ commendatos, ſi quis in ſeruitutẽ, uel obſequiũ, uel ad colonariam conditionem reuocare tentauerit, animaduerſione eccleſiaſtica coerceatur † [e].

C. 7. Iuo p. 3. c. 154. & 245. Pann. l. 2. c. 84. † *coercebitur*] orig.

Item ex concilio Agathenſi, c. 29.

¶In libertate eccleſia tueatur libertos. C. VII.

Iuo p. 3. c. 159. & p. 16. c. 51. Pann. l. 2. c. 82.

2 LIbertos legitime a dominis ſuis factos, eccleſia, ſi neceſſitas exegerit, tueatur: quos ſi quis ante audientiam aut peruadere, aut expoliare præſumpſerit, ab eccleſia repellatur.

Item ex concilio Toletano 4. c. 71.

¶A ſacerdotibus defendantur liberti, ne in ſeruitutem reuocentur. C. VIII.

Burc. l. 3. c. 186. Iuo p. 6. c. 246. & p. 16. c. 52. Pan. lib. 2. c. 83.

LIberti, qui a quibuſcumq. manumiſſi ſunt, & eccleſiæ patrocinio commendati exiſtunt, ſicut regulæ antiquorum patrum conſtituerunt, ſacerdotali defenſione a cuiuslibet inſolentia protegantur, ſiue in ſtatu libertatis eorum, ſiue in peculio [f], quod habere noſcuntur.

Item ex concilio Arelatenſi ſecundo, c. 32.

c ¶Per omnes.] In una excommunicetᷣ, in alijs denuncietur. Si dices, ꝙ nemo poteſt pluries excommunicari, dic ut not. 3. q. 4. c. vlt. & extra de ſenten. excommunica. officij.

d ¶Et per teſtamentum.] Extra de ſeru. non ordinan. cap. 1.

e ¶Coerceatur.] Niſi admonitus ſatisfaciat. & eſt arg. hic, ꝙ omne crimen eſt eccleſiaſticũ. 35. q. 6. epiſcopus in ſynodo. ADDITIO. Argu. ad hoc infra c. proxi. ubi Laur. idem ſentit dicens, ꝙ hoc etiam poteſt uideri per auctoritatẽ domini, ſi peccauerit. 2. q. 1. ſi peccauerit. extra de iud. nouit. De hac ma. le. & no. ext. de offi. ord. c. 1 & de purg. cano. nos quidem. Archid.

Crimẽ qđlibet eſt eccleſiaſticũ.

municari debet. In tertia parte dicitur, ꝙ ſi quis uult reuocare in ſeruitutem, uel ad obſequium, vel ad colonariam conditionem manumiſſos in eccleſia, & eccleſiæ commendatos, cenſura eccleſiaſtica coerceatur. Secunda pars incipit ibi, [Si quis autem.] Tertia ibi, [In eccleſia.]

a ¶Ad eccleſiam.] Infra 17. q. 4. reum.

b ¶Mancipijs.] De iſtis manumiſſis ab eccleſia, uel de commendatis eccleſiæ dicit H. ꝙ ſi poſtea impetantur ſuper libertate, ipſi coram eccleſiaſtico iudice debent reſpondere. vnde & ſi quis eos detinens nollet reſpondere, niſi ſub ſæculari iudice, poſſet ſtatim eccleſia ipſum excõicare. ſi uero non eſt manumiſſus in eccleſia, tunc primo debet conueniri, qui eos moleſtat, ſub ſæculari iudice. & ſi non uult ſatisfacere p̃ eum, tunc eccleſia eũ cõpellet excõicando, uel alio modo. Lau. dicit ꝙ ubicunq; manumittanť, niſi manumittantur in eccleſia 1. vt clerici fierent, vt ex̃ de ſer. nõ or. c. 1. in parte de

Manumiſſi ab eccleſia ubi ſint cõuenienđi.

1 Quidã n.

LIbertos.] Hæc eſt ſecunda pars diſt. In qua dicitur, ꝙ eccleſia debet libertos defendere: præſertim eos qui eius patrocinio commendantur. Io. de Fan. CASVS. Hæc duo c. libertos. & liberti. ut dicit Beneuẽ. loquuntur de libertis eccleſiæ commendatis: quos ſi aliquis inuadere ſua auctoritate voluerit, vel in ſeruitutem reuocare, vel bona eorum auferre conatur: & eccleſia & epiſcopus debent eos defendere.

f LIberti.] ¶Peculio.] Sed nunquid liber homo habet peculium? Non: quia ſicut ſeruus non habet bona, ita pater familias non habet peculium. ff. de verborum ſignificatio. paterfamilias. ſed loquitur hic ſm tempus, quo ſeruus erat. uel peculium ſumitur hic improprie. arg. C. de inoffi. teſtam. l. vltima. ff. ad Trebellia. l. cogi. 1. rñ. De peculio autem ſerui, qui manumittitur, hoc in ſumma notabis, ꝙ ſi manumittitur inter uiuos, dominus uidetur ei concedere peculium, niſi adimat expreſſe. Si autem in teſtamento libertas ei relinquitur

Peculiũ ſeruus hr̃e poteſt, ſed nõ liber hõ.

¶Expoſitos defendat eccleſia, ſi quis eorum calumniator extiterit. C. IX.

Capit.l.6.c.142 concor.Vaſenſe 1.c.9. Burc.l.3.c.201. Iuo p.3. c.13. Poly.l.3. tit.13.

3 SI expoſitus [a] ante eccleſiam cuiuſcunque fuerit miſeratione collectus, conteſtationis ponat † epiſtolam, ut ſi is, qui collectus eſt, intra decem dies [b] quæſitus, agnituſque non fuerit, ſecurus habeat [c] qui collegit. Sane, qui poſt prædictum tempus calumniator extiterit, ut homicida, eccleſiaſtica diſtrictione damnabitur, ſicut Patrũ ſanxit auctoritas.

† al. ponatur epiſtola

DISTINCTIO LXXXVIII.

PRohibentur [d] ergo clerici cupiditatis negotia ſuſcipere, non pietatis curam viduis, & orphanis impendere.

Vnde Melchiades a Papa.

¶De eodem. C. I.

In ſcripto de primitiua eccleſia, & munificẽtia Conſtãtini ex cõcilio Chalcedon.c.3.

DEcreuit ſancta ſynodus nullum deinceps clericum aut poſſeſſiones conducere [e], aut negotijs ſæculari-

linquitur, peculium apud hęredem remanet, niſi expreſſe ei concedatur. C. de pecu. eius qui li. me. l. vna.

SI expoſitus.] Hęc eſt tertia pars diſtinctionis. in qua ponit de infantibus expoſitis. Ioan. de Fant.

CASVS. Quæſitum fuit in concilio Toletano, quid fieri debeat cum aliquis colligit puerũ expoſitum ante eccleſiam. Et reſpondet quòd debet in publicũ duci, vt cuiuſcumque ſit ille puer, ſiue ſit dominus ſiue pater, ueniat intra decem dies, & puerum recipiat: ſi autem poſt decem dies venerit, audiri non debet: ſed tanquam homicida puniatur.

Exponens filium vel ſeruum an poſſit illũ recolligere.

a ¶Expoſitus.] Exponitur aũt aliquis à patre vel domino, uel ab extraneo. Si à patre [1] uel domino, aut neceſſitate, uel ſponte. Si ſponte, nunquam poteſt recolligere eũ poſtea: nec. n. ſuum dicere poterit quẽ pereuntem contempſit. C. de infan. expo. l. prima & ſecunda. Si neceſſitate, repetit quandocunque: quia inuitus videtur expoſuiſſe. C. de infan. expoſi. l. 1. & in his caſibus locum nõ habet conteſtatio. quod tamen dixi de neceſſitate, uidetur male dictum. nam dicit lex, quòd ſi ipſe nõ poteſt eum alere, debet eum in xenodochium 1. mittere. C. de lati. li. tol. l. una. §. ſed ſcimus. Sed quod dixi 2. intelligas cũ nullum talem locum inuenit: & intelligas maximè hoc de filijs: nam de ſeruo uidetur, quòd potius debeat eum uendere, quam exponere. & eſt iſte caſus, in quo ſeruus habitus pro derelicto, ſtatim in libertatem eripitur, ut C. de lat. lib. tollen. l. vna. in authen. de nupt. §. hoc amplius. & §. multo magis. coll. 4. aliàs occupanti conceditur. Si autem ab extraneo, & ſciente domino uel patre; tunc locum habet quod hic dicitur. Si vero ignorante, ſemper poteſt repetere quandocunque uoluerit. C. de infan. expo. l. 1. Hug. dicit, quòd tãtum vſque ad decem dies aditur pater in hoc caſu: qđ uerius credo 3. quia de ijs quæ publicè fiunt, non poteſt prætendi ignorantia, ut 17. diſt. quod dicitis. Idem poteſt dici quando pater propria voluntate expoſuit. Ioannes. Hoc teneas breuiter, quòd ſi à patre infans exponitur, uel ab alio, eo ſciente, vel ratum habente, ſtatim liberatur à patria poteſtate. & ſi dominus idem fecit; ſeruus ſtatim eripitur in libertatem, & libertus in ignorantiam. Idem eſt ſi alimenta fuerint iſtis languẽtibus donegata, aut ſi iſti languentes expoſiti fuerunt, cuiuſcunque fuerint ætatis: & qui eos ſuſcipiunt, non habent aliquod ius in ipſis, ut extra de infan, uel lactantib. expoſitis, c. 1. Bar.

1 Id eſt hoſpitale.

2 Scilicet de neceſſitate.

3 Adde de iſta quæſtione & alijs in mate. expoſitorum no. in l. 1. & 2. per Albe. de Roſa. C. de infan. ex poſi. & gl. in l. nemini. C. de epiſc. audien.

b ¶Intra decem dies.] De his decẽ diebus dic, quòd currunt a tempore ſcientiæ, & ſunt continui: & ſi in tali loco eſt, quod uenire non poteſt, reſtituitur per clauſulam generalem: argum. ff. ex quibus cauſis maiores. l. prima. Alij dicunt quòd ſunt utiles: cum ſcilicet experiri poteſt. ff. de ædil. edict. cum ſer. & de diuer. & temp. præ. l. prima. Si uero ille qui collegit, expendit aliqua in puero erudiendo in aliqua arte, repetit à recolligente. C. de infantibus expoſitis, l. 1. quod autem cauſa alimẽti expendit, non repetit niſi in duobus caſibus: ſcilicet cũ proteſtatus eſt. ff. de nego. geſtis, Neſſennius. uel ubi

Expenſæ circa infantẽ expoſitũ factæ an poſſint repeti.

collectus non uult ducere filiam ſuam in uxorem. C. de nuptijs. patrem.

c ¶Habeat.] Non in ſeruum. C. de infantib. expoſitis. l. ultima. & ideo dicit iſte eum habere, quia alius iam non poteſt petere puerum: puer tamẽ bene recedet ab eo cum voluerit: & continebit epiſtola, ſcilicet quòd ſi quis in eo aliquid iuris ſibi uendicet, exeat & probet eſſe ſuum: aliàs non crederetur ei. Argu. contra, extra qui filij ſint legitimi, tranſmiſſæ. ubi creditur patri & matri dicentibus aliquem non eſſe filium ſuum: quia non eſt præſumendum aliquem denegare filium ſuũ.

Pater & mater filiũ denegare non pſumũtur.

PRohibentur.] In hac diſtinctione prohibetur cupiditas & mercatio omnibus clericis. Et diuiditur in duas partes: in quarum prima probat per decem auctoritates ſanctorum patrum, quod clerici non debent eſſe mercatores. Secunda ibi, [Neque apud.] Ioannes de Fant.

CASVS. Facta interpoſitione miſerabilium perſonarũ, in hac 88. diſt. redit Gratianus ad materiam ſuam: ſcilicet ad capitulum cupiditatis: cuius cupiditatis negocia clerici ſuſcipere prohibentur: ſed non prohibentur opera pietatis orphanis & viduis impendere.

d ¶Prohibentur.] Facta interpoſitione de uiduis, & libertis, & expoſitis, reuertitur in hac diſt. 88. ad propoſitum ſuum, ſcilicet ad illud capitulum, non cupidum: & oſtendit clericos cauſa turpitudinis & cupiditatis non debere opera exercere. tandem ſubijcit ꝙ nullus presbyterum in teſtamento debet noĩare tutorẽ, &c.

DEcreuit.] CASVS. Statuit Melchiades Papa in ſynodo ſua, ꝙ clerici cauſa cupiditatis & lucri non cõducant poſſeſſiones, nec negocijs ſæcularibus ſe immiſceant: niſi in duobus caſibus: ſcilicet propter curam miſerabilium perſonarum, & propter curam eccleſiaſticam ab epiſcopis ſibi commiſſa, & ꝙ curam talem debeant ſuſcipere clerici, probat duobus exemplis: ſcilicet Moyſi & angelorum aſcendentium & deſcendentium per ſcalam, quam uidit Iacob: ad inſtar quorum prælati eccleſiæ debent aſcendere contemplando, & deſcendere curam ſubditorum habendo.

e ¶Conducere.] Scilicet cauſa cupiditatis, ut notaui 86. diſtinct. cap. vlt. & ſemper intelligo cauſa cupiditatis hoc fieri, niſi neceſſitas probetur. argumen. 12. quęſtio. 1. cap. 1.

a ¶Vbi liquido patet.] Id eſt, propter quod patet.
b ¶Angelos.] Per angelos intelliguntur prædicatores, qui pro ingenio auditorum debēt ſe aptare, vt 8. q. 1. c. oportet. & diſt. 43. ſit rector. §. vlti. vnde non propter Iacob, ſed propter angelos inducitur hæc auctoritas.

Prædicatores quoque dĩr angeli.

† Abſunt iſtæ duę voces fere ab oībus manuſcriptis.

bus ſe miſcere, niſi propter curam pupillorum, [& † orfanorum] ac viduarum, aut ſi fortè epiſcopus ciuitatis eccleſiaſticarum rerum ſolicitudinem habere præcipiat. Vbi liquido patet [a], quia alia ſunt negotia ſæcularia, alia eccleſiaſtica. Nonne Moyſes in ſæculo erat, cum crebro tabernaculum intraret, & exiret; qui intus contemplatione raptus, foris infirmãtium negotijs vrgebatur? *& infra.* ¶Sic & Iacob aſcendentes, & deſcendentes Angelos [b] vidit: quia videlicet rectores eccleſiæ non ſolum Deo contemplãdo ſuperna appetunt, ſed deorſum quoq; ad membra illius miſerando deſcendunt. Et Domini ſacerdotes horum facta imitantur, & ſe cuſtodiunt, & ſubditorum onera portant.

Exod. 33.

Gen. 28.

a ¶Melchiades.] *Caput hoc habetur in ſcripto de primitiua eccleſia, & munificentia Conſtantini, quod in antiquis conciliorum voluminibus continenter ſequitur poſt decreta Melchiadis (quamuis in recentioribus concilium Neocæſarienſe ſit interpoſitum) & ex illa coniunctione fortaſſe factum eſt, vt hoc quoque ſcriptum olim decretis Melchiadis adnumerari ſolitum eſſet, cum tamen in eo de Nicano concilio, & alijs, quæ poſt Melchiadem geſta ſunt, mentio fiat: quod ex capite, ad vſuram. infra 12. quæſt. 1. apparet.*

Item Galaſius Papa ad epiſcopos per Lucaniam, c. 17.

Concil. Aquiſgranē. c. 93. 14. q. 4. c. clerici. Poly. l. 4. tit. 31.

¶De eodem. C. II.

CONſequens [c] eſt, vt illa quoque de Piceni partibus nuper ad nos miſſa relatio nunciauit, nō ꝑtereunda putaremus: id eſt plurimos clericorũ negociationibus inhoneſtis, & lucris turpibus imminere †, nullo pudore cernentes euangelicam lectionem, qua ipſe Dominus negociatores è templo verberatos flagellis aſſeritur expuliſſe, nec Apoſtoli verba recolentes, quibus ait: [Nemo militans Deo implicat ſe negotijs ſæcularibus.] Pſalmiſtam quoque Dauid ſurda diſſimulantes aure, cantantem [d]: [Quoniam non cognoui negotiationes [e], introibo, in potentias Domini.] Proinde huiuſmodi aut ab indignis poſt hac quæſtibus nouerint abſtinendum, & ab omni cuiuſlibet negotiationis ingenio [f], vel cupiditate ceſſandum [g]: aut in quocumque gradu ſint poſiti, mox à clericalibus officijs abſtinere cogantur: quoniam domus Dei, domus orationis & eſſe debet, & dici, ne per † officia negociationis potius ſit latronum ſpelunca.

†*al. inhiare*

Matth. 21.

2. *Tim.* 2.

Pſal. 70. vide infra c. quoniam.

Luc 29.

† *ne officia negotiationis, & ſpelũca potius ſit latronum*] origin.

Item ex ſeptimo canone Apoſtolorum.

¶In ſacris ordinibus conſtitutus ſæculares curas aſſumere non debet. C. III.

j EPiſcopus, aut presbyter, aut diaconus, nequaquam ſęculares curas [h] aſſumat; ſin aliter, deijciatur.

Item Gregorius Romano defenſori, lib. 8. epiſt. xi.

¶Epiſcopus ſæcularibus cauſis occupari non debet. C. IIII.

Anſ. l. 6. c. 179.

PErlatum eſt ad nos reuerendiſſimum fratrem noſtrum Baſilium epiſcopum, velut vnum de laicis in cauſis

COnſequens.] CASVS. Clerici in Picenis partibus turpibus negociationibus & lucris ihoneſtis immiſcebantur: ſed Gelaſius docet hoc non eſſe faciēdum: & hoc ꝓbat exēplo Chriſti, qui negotiatores de tēplo expulit. Et duabus auctoritatibus. ſ. Pauli, vt nemo militãs Deo, &c. & Dauid quoniam non cognoui, &c. Si quis autē negotiari voluerit, officio carere debet. Sequens c. planum eſt.
c ¶Cōſequēs.] Quia ſacerdotes erant inſtituti, ut 2. q. 7. accuſatio. Lau.
d ¶Cantantem.] Id eſt, metrice deſcribentem.
e ¶Negociationes.] Id eſt, falſam traditionē Iudęorũ: quia ſcilicet credebāt ſe iuſtificari ex operibus legis, figuras legis ſectãtes, à gratia reſiliẽtes: vel negociationis, id eſt, vt vilius emant, & carius vendant.
f ¶Ingenio.] Argu. ꝙ nec ſub qualibet fraude excogitata poſſunt exerceri negociationes. ergo nec cauſa neceſſitatis, vt quidam aſſerunt: nec cauſa lucri captandi ad opus pauperum. 1. q. 3. ſi q̃s obiecerit. Arg. contra extra ne cle. uel mona. c. 1. 91. diſt. clericus. La.
g ¶Ceſſandum, aut in, &c.] Videtur ergo ꝙ in eius optione ſit an uelit abſtinere à q̃ſtu, aut ab officio. ſ. de iure do. plerumq;. §. vltimo: quod falſum eſt. Sed hic, aut. comminatiuum 1. eſt. 11. q. 1. placuit.
h EPiſcopus.] ¶Curas.] Infra: 1. q. 3. c. 1. 2. & 3. & 11. quęſtione 1. te quidem.

PErlatũ.] CASVS. Baſiliu. ep̃s tanquam aliquis laicus ibat extra ſuum epiſcopatum coram iudicibus ſæcularibus aduo-

Negociationes per clericos quacumq; cauſa exerceri nō debent.

1 Et eſt ſenſus, ſi moniti ceſſant: dîſpẽſatur cũ eis: aliâs abijciũtur à clero: & nō minus à negociatione ceſſabunt. Arg. 13. q. 3. c. 1 & 81. diſtin. ſi quis. Arch.

ſæcularibus occupari, & prætorijs [a] inutiliter deſeruire. Quæ res quoniam & ipſum uilem reddit, & reuerentiam ſacerdotalem annihilat; ſtatim vt experientia tua hoc pręceptum [b] ſuſceperit; eum ita ad reuertẽdum diſtricta executione compellat, quatenus ei illic te inſiſtente quinque diebus [c] ſub qualibet excuſatione immorari non liceat; ne ſi quolibet modo eum ibidem amplius moram habere permiſeris; cum ipſo apud nos grauiter incipias eſſe culpabilis.

Item ex concilio Carthaginenſi 4.c.18.

¶Teſtamentorum tuitionem, & curam rei familiaris epiſcopus non ſuſcipiat. C. V.

ij EPiſcopus tuitionem [d] teſtamentorum non ſuſcipiat. Poly.l.4.tit.5.

Item ex eodem,c.20.

¶De eodem. C. VI.

iij EPiſcopus nullam rei familiaris curã ad ſe reuocet [e]; ſed lectioni, & orationi, & verbi Dei prædicationi tantummodo uacet.

Item ex eodem,c.17.

¶De eodem. C. VII.

iiij EPiſcopus gdbernationem [f] viduarum, & pupillorum, ac peregrinorum non per ſeipſum, ſed per archipresbyterum, aut per archidiaconum agat. Poly.ibidem.

Item Gregorius Quertino expræfecto, epiſtola 30.lib.10.

¶Ratiociniorum cauſas clericus ſuſcipere non debet. C. VIII.

INutile, & valde laborioſum eſt, hominem litteratum, ratiociniorum cauſas aſſumere, & in eis ſe, quod nõ expedit, obligare.

Item Hieronymus ad Nepotianum de vita clericorum.

aduocando. Quod cum audiſſet Gregorius, præcepit Romano defenſori, vt præfatum Baſilium intra quinque dies cogat reuerti: quoniam propter hoc dignitas ep̃alis vileſcit. Nam ſi ibi amplius eum ſtare permiſerit, vterq; grauiter punietur. Sequentia capitula plana ſunt vſq; ad paleam: illam, [Eicijens.] quæ in ſcholis nõ legitur, ſed in ea ratio aſſignatur quare in domo, vel re cõſimili nõ eſt vſura, ſed pecunia ſic: & hoc triplici ratione. Prima eſt: quia pecunia non eſt diſpoſita niſi ad emendum. Secunda eſt: quia ex agro eum arando fructum capio, & ex domo vſum manſionis: & ideo domum locãdo vel fundũ, uideor quaſi permutare lucrum cum lucro, ſed ex pecunia repoſita nullum fructum capio. Tertia ratio eſt: quia ager vel domus veteraſcit, ſed non pecunia, & hoc eſt in prima columna, vbi dicitur, primo quidem.

a ¶Et prætorijs.] Id eſt, locis iudicij tractãdi. Quid ſit prætoriũ, habemus. ff. de inſti. & iur. l. pen.

b ¶Præceptum.] Infra 23.q.4. iuſtum infra 14.q.4. clerici.

c ¶Quinq; diebus.] Arg. morã poſſe purgari 1. Item nota inducias & expectationes quinque dierum: & hoc à tempore quo ſuſcepit litteras. extra de ap. ſup eo. 4.q.4.c.1. & q.5.c.1. quandoque duorum. 5.q.2.c. præſenti.

d EPiſcopus tuitionẽ:] Id eſt, apertionem, ut ſcilicet coram eo non aperiantur: ſed coram magiſtro cenſus. C. de teſta. l. conſulta. Vel dic tuitionẽ, id eſt, ꝙ ſit aduocatus. aliàs per eũ debet adimpleri 2 quod in teſtamentis relictum eſt, extra de teſt. ſi hęredes. & ff. de peti. hære. hæreditas. in fi. Io. Dic ergo vt dixi, non ſuſcipiet ex hoc officium aduocationis.

e EPiſcopus.] ¶Ad ſe reuocet.] Principaliter, vel per ſe: & tunc non eſt contra 86. diſt fratrem.

f EPiſcopus gubernationem.] Sed ꝑ archipresbyterũ, nam partiri debet onera ſua. extra de offi. arch. presby. c. vlt. arg. per alios nobis licere quę nobis ꝑ nos nõ licent 3. arg. 5.q.3.c. vlt. ar. 12.q.1. præcipimus. Et valet ad quæſtionem ꝙ eccleſia poſſit alicui concedere gladium 4. licet ei non liceat eo vti per ſe. 23.q. vl.c. ſæpe. Similiter inuenitur: quod licet nobis ꝑ alios, & per nos, vt diſt. 95. illud ſuperfluum. & econuerſo, qđ non licet nobis per nos, nec per alios. 46. diſt. ſicut. 23. q. vlt. his à quibus. & conſequitur quis per aliũ qđ non poteſt

poteſt per ſe. ff de ſta. ho. Imperator. & id per ſe, quod non per alium. C. de ijs qui ve. æra. imp. l. 2. ff. de adop. poſt mortem §. neq; 2 3. diſt. quorundam. & quandoque plus per ſe ualet factum quam per alium. de conſe. diſt. 4. illud. Io. Sol. generale eſt quòd quis poteſt per ſe quod poteſt per alium, & ecõtra. ſed in caſibus ſpecialibus fallit quandoque ratione perſonæ, quæ prohibetur per ſe facere, vt in hoc cap. ſed per alium non prohibetur 5: vel ratione rei: quia in cauſa criminali aliquis

1 Adde an & qñ poſſit mora purgari uel non: no. Bar. in l. ſi inſulã. ff. de uer. obl. Bal. in l. & ſi poſt tres. ff. ſi qs cau gl. & Doc. in c. potuit. de loca.

2 Dic ꝙ vbi ꝑſona à teſtatore deputata eſt: illa exequ*ĩ*. 12. qõ. 2. de laicis in fin. Archid.

Poteſt qs ꝑ aliũ qđ no poteſt ꝑ ſe.

3 An hoc ꝓcedat regulariter: no. i l. Labeo. ff. de vſuc. Dy. in regula, ꝗ alteri. lib. 6. bonus tex. & ibi Bar. & & Bal. in l. 1. §. ne aũi. C. de ead. tol.

4 63. diſt. Hadrianus 2.

5 Hic uide qđ le. & no. de conſec. diſt. 4. qñ 1.

¶Fugiendus eſt clericus negociator. C. IX.

NEgociatorem [a] clericum,& ex inope diuitẽ,ex ignobili glorioſum,quaſi quandam peſtem fuge.

Item Auguſtinus in libro quæſtionum veteris & noui teſtamenti,c.127.

¶Clerico negociari non licet. C. X.

Iuo par.8.c.89. Pann.l.7.c.26. FOrnicari omnibus ſemper non licèt [b]: negociari vero aliquando licet;aliquando nõ licèt. Antequam enim eccleſiaſticus quis ſit;licèt ei negociari: facto iam,non licet [c].

Item Ioannes Chryſoſtomus ſuper Matthæum, [*id eſt Auctor operis imperfecti,hom.38.ad c.21.Matt.*]

¶De eodem. PALEA C. XI.

Paulo aliter. EIjciens Dominus uendentes & ementes de templo, ſignificauit, quia homo mercator vix, aut nunquam poteſt Deo placere Et ideo nullus Chriſtianus debet eſſe mercator: aut ſi uoluerit eſſe,proijciatur de eccleſia Dei; dicente propheta:[Quia non cognoui negociationes;introibo in potentias Domini.] Quemadmodum enim qui ambulat inter duos inimicos ambobus placere uolens,& ſe comendare, ſine maliloquio eſſe nõ poteſt (neceſſe eſt enim,ut iſti malè loquatur de illo, & illi malè de iſto) ſic qui emit,& vendit,ſine mendacio & periurio eſſe nõ poteſt. *& paucis interiectis*. ¶Sed eſt nec ſtabilis ſubſtantia eorum,neque ad bonum proficit, quod de malo congregatur. Quemadmodum enim ſi triticum, aut aliud † tale cernas in cribro; dum huc & illuc iactatur, grana omnia paulatim deorſum cadunt; & tandem in cribro nihil remanet,niſi ſtercus ſolem; ſic de ſubſtantia negociatorum nouiſſimè nil remanet,niſi ſolum peccatum. Sed omnes homines uidentur eſſe mercatores. Oſtendam ergo,quis non eſt negociator;ut qui talis non fuerit,eum intelligas eſſe negociatorem. Quicunque rem comparat, non ut ipſam rem integram,& immutatam vendat;ſed vt materia ſibi ſit inde aliquid operandi; ille non eſt negociator. Qui autem comparat rem, vt illam ipſam integram, & immutatam dando lucretur;ille eſt mercatot,qui de templo Dei eijcitur. Vnde ſuper omnes mercatores plus maledictus eſt uſurarius. Ipſe namque rem datam à Deo uendit,non comparatam, vt mercator; & poſt fœnus rem ſuam repetit,tollens aliena cum ſuis;mercator autem non repetit rem uen ditam. Adhuc dicit aliquis. Qui agrum locat,ut agrariam recipiat,aut domum,ut penſiones recipiat,nonne eſt ſimilis ei,qui pecuniam dat ad vſuram ? Abſit. Primum quidem,quoniam pecuniam non ad aliquem uſum diſpoſita eſt,niſi ad emendum. Secundo,quoniam agrum habens arando accipit ex eo fructum; habens domum, vſum manſionis capit ex ea. Ideo qui locat agrum vel domum,ſuum uſum dare videtur,& pecuniam accipere,& quodammodo quaſi commutare uidetur cum lucro lucrum: ex pecunia repoſita nullum uſum capis.Tertio ager,uel domus utendo ueteraſcit:Pecunia autem cum fuerit mutuata,nec minuitur,nec veteraſcit: [Et menſas nummulariorum ſubuertit.] Pecunia ſpiritualiter homines intelliguntur; quia ſicut nummus habet

Pſalm.70.

† aliquam bla diſpeciem

Matth.21.

charagma

aliquis agit per ſe, & non per alium,vt 5.q.3. in criminalibus. B. ADDITIO. Circa hoc dicas, ꝙ quando aliquis poteſt aliquid facere ſua auctoritate: tũc nõ eſt uis ſiue per ſe, ſiue per alium faciat, niſi ſpecialiter prohibeatur: ſed ubi ſua auctoritate non poteſt facere, ſed alterius: tunc locum habet ꝙ non poteſt alteri committere. extra de offi. deleg. quoniam apoſtolica. ubi Innocen. ſic no. Archid.

a NEgociatorẽ.] Sed nunquid licet clerico habere tabernam 1 ? videtur ꝙ ſic. C. de epiſc. & cler.l.2. ſed dicimus, ꝙ licet lex concedat, canon tamen nõ permittit. 15.q.3.cum autem. Vel dic,ꝙ poteſt habere tabernam propter neceſſariã & honeſtam negotiationem.

Clericus tabernã habere poteſt.

1 Adde q̃d ueniat appellatione tabernæ. nota. in leg. tabernæ. ff. de verbo. ſign. & in l. qui tabernas. ff. de contrah. empt.

b FOrnicari.] ¶Sẽper non licet.] Id eſt, nunquam. 32. qõ.4.nemo. Arg. 5.31. q.1.hac ratione. ſed licèt aliquando licẽtia pœnę,ſed licentia culpæ non,quia non euadit culpam. diſt. 4.c. denique. 2.

c ¶Non licet.] Arg. quòd propter mutationem ſtatus quod ipſi erat licitum, fit illicitum & ecõtra. ar. diſ 31.c. lex continentiæ. Arg. contra 12.q.1.non dicatis.

2 Dic ꝙ fornicatio nulli vnq̃ impunè cõceditur. 27.q.1.nubendi. Archidiac.

Neque

charagma Cæſaris, ſic homo Xabet charagma Dei. Et quemadmodum ſolidus, qui non habet charagma Cæſaris, reprobus eſt; ita & homo, qui non oſtendit in ſe imaginem Dei, reprobus æſtimatur. Vnde Eſaias dicebat ad Hieruſalem: [Pecunia tua reproba eſt, caupones tui miſcent vinum cum aqua, &c.] *Eſa.1.* Ideo ergo menſas nūmulariorum euertit, ſignificans, quia in templo Dei non debent eſſe nummi, niſi ſpirituales, id eſt, qui Dei imaginem, nō diaboli portant. Aut certè menſas nummulariorum, ſacerdotum dicit ſcripturas. Nouo enim teſtamento ſuccedente priori, euerſæ ſunt ſcripturæ illorum.

¶Hæc Palea (quemadmodum & ſequens) eſt in aliquot vetuſtis exemplaribus, in quibus Paleæ raro habentur. Eſt autem ſumpta ex auctore operis imperfecti (cuius multæ ſententiæ partim reijciendæ, partim in bonam partem interpretandæ ſunt.) & quidem multis locis de induſtria, quod ibi plenius, hic in ſummam redactum eſt, incolumi ferè ſententia. Quamobrem ea tantum mutata aut locupletata ſunt; quæ valde conducere viſum eſt. Quod etiam in ſequenti capite eſt obſeruatum

Item ex verbis Auguſtini: [hinc inde collectis, & in ſummam redactis ad Pſ.70. verſi. Quoniam non cognoui.]

¶De eodem. PALEA. C. XII.

QVoniam non cognoui litteraturam.] aliqui codices habent: [negotiationes;] in quo diuerſitas interpretum ſenſum oſtendit, non errorem inducit. Ergo ſi propterea iſte tota die laudem Dei dicit, quia non cognouit negotiationes; corrigant ſe Chriſtiani, non negotientur. Sed ait mihi negotiator: Affero ex lōginquo merces; mercedem laboris mei, vnde uiuam, peto: dignus eſt operarius mercede ſua. *Luc.10.* De mendacio, de periurio agitur, nō de negotio. Ego enim mentior, non negotium. Poſſem enim dicere; tāto emi, tanto vendam: ſi placet, eme. Quomodo ergo reuocas à negotiatione? omnes artifices mētiuntur, ſutores, agricolæ. Vis, vt optem carum tempus, vt poſſim uendere annonam, quam ſeruaui? Sed non hoc faciunt, inquis, agricolæ boni: nec illa negotiatores boni. Quid enim? Etiam & filios habere malum eſt; quia quando eis caput dolet, malæ & infideles matres ligaturas ſacilegas, & incantationes quærunt? omnia iſta hominum, nō rerum peccata ſunt. Quære ergo epiſcope (dicit mihi negotiator) quomodo pſalmiſtam intelligas, & noli me prohibere à negotiatione; negotiatio enim me non facit malum, ſed iniquitas mea, & mendacium meum. Quæramus ergo negotiatores, qui præſumunt gloriari ex ſuis operibus; ſi ſunt contra illam gratiam, quam hic pſalmiſta cōmendat, vt nemo de ſuis operibus glorietur. Et ſicut contra medicos ſuperbos ſalutis pollicitatores vigilat, hoc, quod dictum eſt: [tota die ſalutē tuam.] *Pſal.87.* ſic contra negotiatores de operibus ſuis gloriantes uigilat, hoc quod dictum eſt: [os meum annunciabit iuſtitiam† tuam.] *Pſal.70.* Vnde & Dominus expulit illos de templo volentes ſuam iuſtitiam ſtatuere, & ignorantes iuſtitiam Dei. Merito dictum negotium, quia negat otium, quod malum eſt, neque quærit veram quietem, quæ eſt Deus.

†iuſtitiā tuā] id eſt non meam, &c. Aug.

Item Caſſiodorus in eundem Pſ.70. in eundem verſiculum.

¶De eodem. C. XIII.

QVid eſt aliud negotium†, niſi quæ poſſint vilius cōparari, carius velle diſtrahere? *& infra.* Negotiatores ergo illi abominabiles exiſtimantur, qui iuſtitiam Dei minimè conſiderantes per immoderatum pecunię ambitum polluūtur, merces ſuas plus periurijs onerando, quam pretijs. Tales eiecit Dominus de templo dicens; [Nolite facere domum patris mei, domum negotiationis. *Io.2.*

† al. negotiari

Item Cyprianus ad clerum, & plebem Furnitanorum, lib.1. epiſt.9.

Nomine

NEque.] Hæc eſt 2. pars diſt. & eſt pars illius 21. q. 3. Cyprianus.
CASVS. Statutum fuit in concil. Chalcedon. ī 86. diſt. in ca. peruenit. vt nullus laicus clericum in teſtamento ad tutelam nominaret: contra quam conſtitutionē Victor minuūtur, ſed pluribus: ſic epiſcopus in eccleſiaſticis officijs obſeruabit, ſingula officia ſingulis cōmittēdo: ita tamen ꝙ adminiſtrationem rerū eccleſiæ laicis nō committat. Et habet hæc diſtinct. quatuor articulos.
b ¶Domui.] Hoc c. tractauit magiſter ī 47. diſ. §. neceſſe. Sed aliter hic, & aliter ibi 4. ibi. n. expoſuit, domui, id eſt, familię ſuæ. hic aliter, domui ſuæ; id eſt, eccleſiæ ſuæ, & illud eſt quaſi præparatorium ad iſtud, ut in hoc §. īnuit G. Oſtēdit ergo in hac diſt. 89. qualiter, prælatus eccleſiaſtica beneficia debeat diſpēſare: quia plura non debet committere 5. uni: & ꝙ non debet laicus œconomos cōſtituere in eccleſia uel uicedominos 6: & ꝙ eccleſiaſtica officia propinquis non concedat. Lau. infra ead. decenter.

4 Qualiter ī ſtatutis, & qualiter in legibus capiat hoc nomē. domus vide ꝑ Bar. in l. lex Cornelia. § domū. ff. de iniur. & l. qui domū, & l. nec Labeo. ff de aduſt.
5 Vt ī. c. 1.
6 Vt ī. ca. quia. & ca. ſeq.

¶Nomine ſacerdotis careat, qui Dei miniſtros à ſuis auocat officijs. C. XIIII.

Iuo p. 6. c. 393.

2 NEque apud altare Dei [a] meretur nominari in ſacerdotum prece, qui ab altari ſacerdotes & miniſtros voluit auocare. Et ideo Victor, cum contra formam nuper in concilio à ſacerdotibus datam, Geminium Fauſtinum presbyterum auſus ſit tutorem cōſtituere; non eſt, quòd pro dormitione eius apud vos fiat oblatio; aut deprecatio aliqua nomine eius in eccleſia frequentetur: vt ſacerdotū decretum religioſè, & neceſſarie factū ſeruetur à nobis.

DISTINCTIO LXXXIX.

1. Tit. 3.

1 ps DOmui [b] quoque ſuæ oportet epiſcopum bene eſſe præpoſitum, ut quædam inde quodammodo futuræ diſpenſationis argumenta ſumantur. In diſpenſatione vero eccleſiæ hanc regulam obſeruandam nouerit, ut nulli quātumlibet exercitatæ perſonæ duo ſimul officia committat: neque ſæcularibus viris res eccleſiaſticas gubernandas committat.

Vnde Gregorius [a] ſcribit omnibus epiſcopis.

¶Vni perſonæ duo non committantur officia. C. I.

Poly. l. 4. tit. 23. Ant. l. 7. c. 108. Iuo p. 6. c. 344.

SIngula [c] eccleſiaſtici [d] iuris officia ſingulis [e] quibuſque perſonis ſingulatim committi iubemus. Sicut enim

Singula.] CASVS. Epiſcopi plura officia uni committebāt perſonæ: ſed docet Greg. hoc non eſſe faciendum. Nam ſicut in humano corpore ſingula mēbra ſuum habent officium: ita in eccleſia Dei (ſecundum Pauli ſententiā) ſinguli ſingula debēt habere officia: nec uni perſonæ quantūcumque exercitatę vno tempore ſunt plura officia committenda: & ſicut uarietas membrorū per officia diuerſa præſtat corpori fortitudinem & uenuſtatem, ſic perſonarū uarietas per ſingula officia diſtributa eccleſiæ præſtat fortitudinem & uenuſtatem: alioquin eſſet ibi confuſio.

victor cum moriebatur presbyterum Geminium. Fauſtinum in teſtamento ſuo fecit tutorem: & ideo præcepit Cyprianus, ut pro eo nullæ orationes in eccleſia fiant, nec oblationes recipiantur.

a ¶Dei.] Et nonne accuſatur iſte poſt mortem, contra id. 23. diſt. quorundam. C. ſi reus vel accu. mor. fue. l. 1. & 2? Sol. dicunt quidā, ꝙ accuſari poteſt, quis poſt mortem per inſtrumentū, ſicut hic: quia apparebat per inſtrumentum, id eſt, per teſtamentum eum deceſſiſſe in mortali peccato. Sed H. dicit ꝙ iſte non accuſatur: q2 notorium erat eum impęnitentem deceſſiſſe 2: aliàs nō poſſet accuſari poſt mortem niſi de hæreſi. 23. quæſ. 2. ſanè. & in illo caſu. Item & in alijs ſm quoſdam, vt 24. q. 2. in ſumma. C. ad legem Iul. ma. l. ult. Sed nōne dēt præſumi pro iſto: quiā etiā in ultimo inſtanti potuit pœnitere, ut 26. q. 6. qui recedunt. & c. cognouimus? Argu. contra. de pœ. diſt. 1. c. agite. Dicit ergo H. ꝙ cum mortaliter peccauerit, nec pœnituerit, nō debet pro eo orari. 13. q. vlti. c. ulti. & punitur hic in quo deliquit. 12. q. 2. de uiro. Vel hoc intelligas quo ad ſepulturam tantū. extra de tornea. c. 1. Io. Credo 3. hoc ad terrorem inſtitutum: nec modo locū habere. Quod ultimo dicitur, ſeruatur, de facto. 86. diſt. c. vlt. B.

Accuſari poteſt quis poſt mortē.
1 Adde ꝙ regulariter nō pōt. l. 1. 2. & 3. C. ſi re. uel accuſa.
2 Fecerat. n. ꝯ id, qđ in cōcilio cōtinet: & ita notoriū erat eum impœnitentē deceſſiſſe. & iō nō fit pro eo oblatio in altari. 13. qō. 2. pro obeuntib Archi.
3 Idem no. hic Lau. & idē credit Archidiac.

DOmui quoque ſuæ.] Hæc diſt. diuiditur in tres partes: in quarum prima dicitur, ꝙ uni perſonæ non debent committi duæ dignitates vel officia. Secunda ibi, [Volumus.] Tertia ibi, [Propinquis.] Ioan. de Fan.

CASVS. In hac 89. diſt. repetit illud ca. apoſtolicæ regula: Oportet ordinandum domui ſuæ eſſe bene præpoſitum. Et oſtendit ꝙ in hoc debet eſſe prouidus, ut ſicut in domo ſæculari diuerſa officia vni perſonæ nō com-

c ¶Singula.] Nota, ꝙ difficile eſt, ut unus uicem duorū obtineat 7. ff. de pact. ſi plures. C. de aſſeſſo. nemo. extra de teſt. ad hęc. C. de teſt. conſulta. vbi dr̄, ꝙ abſurdum eſt, ſi promiſcuis actibus rerum turbent̄ officia. Arg. contra ī. 21. q. 1. cap. vlt. & ff. quod cuiuſq; uniuer. ſicut. §. vlt. Similiter lex dicit quod nón poteſt quis ꝑ plures ciuitates plures habere poteſtarias. ff. ad munic. libertus § præſcriptio. Solu. regulare eſt, quod una perſona non ſuppleat uicem plurium 8. niſi in cauſa neceſſitatis, ut idem ſit carnalis & ſpiritualis pater 9. 30. q. 1. ad limina. Vel pręlatus in diuerſis eccleſijs. 10. q. 3. unio. vel idem ſit eligens & confirmans. extra de elec. cum inter. vel vt ipſemet tradat ſibi poſſeſſionem. ff. de contrah. empt. fiſtulas. §. fundum. vel niſi cauſa utilitatis, ut cum duæ eccleſiæ vni committantur. 16. qō. 1. & temporis. vel ut idem ſeruus uicem pluriū dominorū ſuſtineat. ff. de ſtipu. ſer. l. 1. §. communis. uel ut apud ſemetipſum aliquis emācipetur, uel adoptetur. ff. de adop. ſi conſul. Lau.
ADDITIO. Vbi de hoc, & extra de proba. ex litteris. ibi uideas.
d ¶Eccleſiaſtici] Non ordinum, ſed dignitatum. unus enim bene habet omnes ordines: licèt ab uno tantum denominetur.
e ¶Singulis.] Infra 21. quæſt. 1. c. vlt. contra. Sed illud ex ſpeciali priuilegio: hoc ex generali iure. 16. q. 1. hinc. Lauren.

7 Ad hoc 2. qō. 1. §. ſed ſciendum in fin. & c. multi. 16. q. 1. presbyteros. Vnus uicē pluriū ſupplere non poteſt.
8 Concor. tex. l. ſi plures. cum cōcor. ibi addi. ff. đ pac.
9 Ad hoc ff. de auct. tu. l. accipiētis argu. ff. de ma. uin. ſi cogatur §. ult. licet uideat. §. ff. đ off. conſul. l. 1. §. fi. ſm Ioā. de Fān.

a ¶Committendum eſt.] Alius habebit Archidiaconatum: alius autem archipresbyteratum: & ſic de alijs 1. arg. infra 13. q. 1 c. 1. & 2. Laur.

1 Ad hoc plenè facit qđ not. ex̃ de conceſ. prę bē. litteras.

b ¶Quantumlibet.] Arg. non eſſe derogādum iuri generali propter perſonæ prærogatiuam. ſupra diſtin. 61. miramur. ſupra diſt. 78. ſi quis. Laur.

ADDITIO Sed tamē propter perſonæ utilitatem bene receditur. 1. q. ſi tali. 15. q. vl. c. 1. Io. de Fant.

pria perſona tractare talia negocia. 5. q. 3. quia epiſcopus. & referas quod dicitur de hoſpitibus, ad uicedominum.

h ¶Clerus.] Ar. ꝙ ſi prælatus non vult uel negligit facere ea quæ debet, debent ſuppleri ꝑ ſubditos: & econuerſo.

Negligētia prælati ſuppletur per ſubditos.

in uno corpore multa membra habemus, omnia autem membra non eundem actum habent; ita in eccleſiæ corpore ſecundum ueridicam Pauli ſententiam, in uno eodemque ſpiritu alij conferendum eſt hoc officium, alij committendum eſt [a] illud: neque uni, quantumlibet [b] exercitatæ perſonæ, uno tempore duarum rerum officia committenda ſunt: quia ſi totum corpus eſt oculus [c], vbi auditus? Sicut enim uarietas membrorum per diuerſa officia, & robur corporis ſeruat, & pulchritudinem [d] repræſentat; ita varietas perſonarum per diuerſa nihilo minus officia diſtributa & fortitudinem, & venuſtatem ſanctæ Dei eccleſiæ manifeſtat. Et ſicut indecorum eſt, ut in corpore humano alterum membrum alterius fungatur officio; ita nimirum noxium, ſimulque turpiſſimum, ſi ſingula rerū miniſteria perſonis totidem non fuerint diſtributa. Rom. 12.

a ¶Gregorius.] *Caput hoc a collectoribus ita citatur, quaſi ſint verba alicuius epiſtolæ B. Gregorij. Verum a Ioanne diacono lib. 2. vitæ eiuſdem ſancti Pontificis, num. 54. ſic referuntur.* Singula eccleſiaſtici iuris officia ſingulis quibuſque perſonis ſingulatim cōmitti debere dicebat; aſſerēs, quia ſicut in uno, &c. *Ex eo autem nonnulla ſunt emendata.*

Item Gregorius Anthemio ſubdiacono, lib. 9. epiſt. 66.

¶Quilibet epiſcopus vicedominum, & œconomum habeat. C. II.

2 VOlumus, ut frater noſter Paſchaſius & uicedominum [e] ſibi ordinet, & maiorem [f] domus: quatenus poſſit uel hoſpitibus [g] superuenientibus, uel cauſis, quæ eueniunt, idoneus & paratus exiſtere. Si uero & negligentem eum proſpicis, & ea, quæ diximus, implere differentem; omnis clerus [h] eius adhiberi debet, ut communi conſilio ipſi eligant, quorum perſonæ ad ea, quę prędiximus, valeant ordinari. Poly. l. 4. tit. 22. Anſ. l. 6. c. 145.

Hinc a colligi poteſt archidiaconi electionem a cuncto clero, ſi epiſcopus negligens, vel differens fuerit, canonice fieri poſſe. Officium vicedomini eſt epiſcopatum † diſponere. † *epiſcopium*

Vnde Gregorius Clementinæ patriciæ, lib. 1. epiſt. 11. poſt alia.

a ¶Hinc] *Verba hac vſque ad verſ.* officium. *abſunt a pleriſq. uetuſtis exemplaribus.*

¶Quod ſit officium vicedomini. C. III.

DIaconum uero Anatolium, quem ad nos dirigi popoſciſtis, hoc nos facere nō poſſe, cauſæ magis modus, Anſ. l. 7. c. 77.

c ¶Oculus.] Id eſt, ſi omne officium attribuitur ei, qui dicitur in eccleſia oculus, ubi erit auditus, id eſt auris: i. officium qđ ei attribuitur, qui dicitur in eccleſia auris? Per oculum intelligūtur maiores in eccleſia, qui ſibi & alijs ꝓuident. Per aurem in eccleſia diſcreti intelliguntur & ſcientes. Vel referas hoc ad illud quod dixit, ꝙ diuerſitas officiorum ſit in eccleſia: aliàs nō obſtaret: quia ſi totū, &c. quaſi dicat, ſi omnes in eccleſia eſſent unius officij, quomodo impleretur corpus eccleſiæ, cum diuerſis opus eſt?

Oculus & auris quos in eccleſia ſignificant.

d ¶Et pulchritudinem.] Singula quæq; locum teneant ſortita decenter. Laur.

VOlumus.] Hęc eſt ſecunda pars diſ. qua probat. per quatuor ca. ꝙ in qualibet eccleſia debet eſſe œconomus. Io. de Fā.

CASVS. Paſchaſius epiſcopus nec uicedominum, nec maiorē domus in ſua eccleſia ordinabat, q̃ cauſis intereſſet, & hoſpitibus ꝓuideret. Quare Gregorius pręcipit Anthemio ſubdiacono, vt moneat Paſchaſium quatenus uicedominum, & maiorē domus in ſua eccleſia ordinet. Si uero hoc negligat, clerus eccleſiæ eligat aliquos, quorum perſonæ ad hoc ualent ordinari.

e ¶Et uicedominū.] Exponit H. i. œconomum rerum epãlium, qui rebus epiſcopalibus, & hoſpitibus ſuperuenientib. prouideat.

f ¶Et maiorem.] Id eſt, œconomum rerum canonicorum, & iſte intellectus habetur ex rubrica quadam. Vel maioratus eſt quædam dignitas, quæ eſt in quibuſdam eccleſijs, vt Vercellis in eccleſia S. Mariæ.

Maioratus ē dignitas in q̃buſdā eccleſijs.

g ¶Vel hoſpitibus.] Quia epiſcopus non poteſt in ꝓ-

uerſo. arg.]. 9. q. 3. cum ſimus. & uidetur ꝙ in talibus non ſit neceſſaria admonitio 2. ut extra de ſup. ne præ. c licet extra de conceſ. præb. eccle non va. quia in ſi.

OFFICIVM. CASVS. Hic eſt ſecūdus articulus: in quo docetur, ꝙ officium vicedñi eſt epãtū diſponere.

DIaconum.] CASVS. Clementina patricia poſtulauit à Greg. Anatolium diaconū: Sed quia fecerat

2 Argu. ad hoc ext. de accu. ſicut. & de foro compet. ex tranſmiſſa. nam tp̃s ei eſt ꝓ admonitione. C. de iure emphyt. l. 2. extra de locato, potuit. Archidiac-

eam uicedominum, vt gubernaret res epiſcopatus, nõ potuit eum ſibi concedere: & magis propter hanc cauſam, quam propter aliquam aliam duritiam eum ſibi non conceſſit.

Vicedominus.

a ¶Vicedominum.] Ex hoc cap patet, ꝙ vicedominus eſt, qui habet poteſtatem ſuper res ipſius epiſcopatus: œconomus qui ſuper res canonicorum: cui ſcilicet res eccleſiaſtica gubernanda mandatur. C. de ſacroſanct. eccle. iubemus. in princip. Et ſicut epiſcopus diſpenſat res epiſcopales ſub teſtimonio uicedomini: ſic canonici res eccleſiaſticas ſub teſtimonio œconomi: & econuerſo. ut 16. q. 7. quoniam. & 12. q. 1. manifeſta. Iſte œconomus in quibuſdã eccleſijs appellatur ꝑpoſitus.

b ¶Epiſcopus.] vel etiam alios prælatos. quilibet enim prælatus debet œconomum cõſtituere. C. de epiſcopis & clericis. omnes. § hoc nihilo minus. arg. 9. qõ. 3. cũ ſimus. extra de offic. ordi. cum vos. De officio œconomi, ſyndici, actoris, not. 16 q. 7. quoniã. Arg. ꝙ epiſcopum poſſet corrigee œconomus res eccleſię diſpenſantẽ; ſicut & archidiaconus 1. argu. diſt. 74. honoratus.

Eps̃ œconomũ corrigere poteſt.

1 Immo & patronus: & quilibet alius ſubditus. 16. q. 7. filius. argu. ſm Hu.

quàm rigoris auſteritas facit. Vicedominum [a] enim eum conſtituimus, cuius arbitrio epiſcopium commiſimus diſponendum.

Item ex concilio Chalcedonenſi, c. 26.

¶De eodem. C. IIII.

16. q. 7. quoniã in quibuſdam. Anſ. l. 6. c. 143. Poly. l. 4. tit. 22. Deuſdedit p. 4.

QVia in quibuſdam eccleſijs, ſicut ad nos peruenit, ſine œconomo epiſcopi res eccleſiaſticas tractant; placuit omnes eccleſias habentes epiſcopos [b], etiam œconomum habere de proprio clero, qui gubernet eccleſiæ res cum arbitrio ſui epiſcopi, ut non ſine teſtimonio [c] ſit gubernatio ipſarum rerum eccleſiaſticarum; & ex hoc eueniat res eiuſdem eccleſiæ diſpergi, & ſacerdotali dignitati obtrectatio generetur. Si uero quis hoc non obſeruauerit, diuinis ſubiaceat regulis.

¶Hic idem canon refertur infra 16. q. 7. c. quoniam in quibuſdã, ex verſione Dionyſii Hic enim eſt ex priſca, qua extat in collectione Iſidori.

Item Gregorius Iannuario Caralitano epiſcopo, libr. 7. epiſt. 66.

¶Sæcularibus uiris res eccleſiaſticæ non committantur. C. V.

Anſ. l. 6. c. 146. † cõmittẽtes] orig.

INdicatum eſt nobis, quòd laicis quibuſdam curam ueſtri patrimonij commiſeritis †, qui poſtmodum in ruſticorum veſtrorum deprædationibus, atque fatigationibus fuerint deprehenſi; & reddere res, quas indecenter retinent habitas, quaſi ſuæ ditionis, quippe ueſtræ nõ, ſuppoſiti curationi, poſtponant, uobiſque deſpiciant actuum ſuorum reddere rationem. Quod ſi ita eſt, diſtricte a uobis diſcuti conuenit, atque inter eos [d], eccleſiæque ueſtræ ruſticos cauſã examinare ſubtilius. Et quidquid in eis fuerit fraudis inuentum, cum pœna [e] legibus ſtatuta reddere compellantur. De cætero uero cauendum a fraternitate ueſtra eſt, ne ſæcularibus viris, atque non ſub regula noſtra degentibus, res eccleſiaſticæ committantur; ſed probatis de ueſtro officio clericis. In quibus, ſi quid reperiri

c ¶Teſtimonio.] Epiſcopo enim perhibẽt teſtimonium œconomi ſuæ adminiſtrationis: ſed cubicularij ſui perhibent teſtimoniũ ſuæ conuerſationis, ut 2. q. 7. cum paſtoris. Io.

QVia in quibuſdam.] CASVS. Dictum fuit in concilio Chalcedonen. ꝙ quidam ſine œconomis res eccleſiæ gubernabant. præcepit ergo concilium, ut unuſquiſque epiſcopus habeat œconomum de proprio clero: qui arbitrio epiſcopi res eccleſiæ gubernet. ne propter abſentiam œconomi res eccleſiæ diſpergantur, & epiſcopo infamia generetur; & qui cõtra hoc fecerit, diuinis regulis ſubiacebit.

INdicatum eſt.] CASVS. Ioan epiſcopus Caralitanus commiſerat curam epiſcopatus in tẽpalibus quibuſdam laicis, qui ruſticos eccleſiæ ſuis bonis expoliauerunt: de quo ruſtici fuerunt Papæ conqueſti. præcipit ergo Papa Ioanni epiſcopo, ut rei ueritatem inquirat: & ſi laici inueniantur in culpa, cum pœna legali compellantur reddere uniuerſa, & de cætero non committat curã epiſcopatus laicis, ſed clericis, quos corrigere poſſit.

d ¶Inter eos.] Sed nõne iſti erãt laici? ergo debẽt conueniri ſub ſæculari iudice, ut 11. q. 1. experientiæ? Sed ideo conueniũtur corã eccleſiaſtico, quia rapuerunt bona eccleſiæ, ut extra de foro compe. c. cum ſit generale. & eſt hoc contra rectores ciuitatũ, qui compellunt ruſticos eccleſiarum ſub ſe reſpondere 2. Alij dicunt ſeruos & libertos eccleſiæ ſequi forũ dominæ, id eſt, eccleſiæ, ut dixi 11. q. 1. c. 2. ruſticos autem non, ſed ſæculare: niſi eccleſia ab Imperatore conſecuta eſſet iuriſdictionem ſuper eos. argu. 63. diſt. c. ego extra de app. ſi duobus. uerius dr̃ hic laicos iſtos conueniri in foro eccleſiæ ratione prædicta, & quia adhuc erant in adminiſtratione, unde ratione adminiſtrationis ruſticos cõuenire poterant ſub epiſcopo. arg. 2. q. 6. c. ei qui. §. nulli quoque. poſt depoſitam adminiſtrationem non, niſi forte in breui, vel niſi fugerẽt. in authẽ. ut in. fine quoquo ſuf. §. ſi quis autem. & §. neceſſitatem. Alij dicunt quòd iſte epiſcopus reprehenſus fuerat: quia œconomum fecerat aliquem de iſtis laicis, qui tantũ clericus eſſe debet: aliàs bene poſſet eis committere curã ruſticorum, & aliorum bonorum ep̃atus. 77. diſt. c. 2. in fi.

Laici corã iudice eccleſiaſtico poſſunt quãdoque conueniri.

2 Dicit hic Hug. & in hoc puncto ꝑtãs Bono. uoluit obtinere ꝯ Ioan. ep̃m, ſed non potuit. de hoc not. 16. q. 1. cap. gñaliter. §. nouarũ. in uer. iuxta. Archi.

e ¶Cum pœna.] Iſti committebant crimen concuſſionis: cuius pœna quadruplum eſt, ut 18. diſt. quoniam.

Concuſſionis pœna.

& hoc tum ciuiliter agitur. cum vero criminaliter punitur pro arbitrio iudicis, vt 1.q.1.concuſſionis. & ſic eccleſia ſuum quandoque potea cum augmento repetere, vt 12.q.2.c.in legibus 1. ſed argum. contra. ead.q. fraternitas.

Eccleſia ſuum qñq; cũ augmento repetit.

per eos.1.q 3.peruenit.& 10.q.2.epiſcopus.

d ¶In duplum.] Sic 12.q.2.cap.in legibus.

ADDITIO. Hoc cap. uidetur potius contra. ſed ibi dicam. & pro contrario hic alleg. Hug.

PORRO. CASVS. Hic eſt quartus articulus, ubi rõ redditur

a ¶Vt in ſubditis.] videtur ergo ꝙ prædicti laici nõ ſint de foro eccleſiæ: ſed ideo hoc dicit, qa facilius coercentur clerici quàm laici.

a De hoc le. & no.18.di. quoniã. in ſ.ibi videas

b ¶Quàm accuſent.] Id eſt accuſabiles oſtendant.

poterit prauitatis, vt in ſubditis [a], emendare quod illicite geſtum fuerit, valeatis: quo videlicet [c] apud vos habitus ſui officium magis conuenienter adminiſtrent, quàm accuſent [b].

a ¶Atque fatigationibus.] *In pleriſque manuſcriptis legitur,* atque ex fatigationibus. *in editionibus epiſtolarum B.Gregorij,* atque per hoc & fatigationibus. *in vno autem vetuſto earundem epiſtolarum codice,* atque per hoc ex fugationibus.

c ¶Quo uidelicet.] *Apud B.Gregoriũ legitur,* quod apud uos habitus ſui magis officium commendet, quàm exceſſet.

PROPINQVIS. Hæc eſt tertia pars diſt. in qua dicitur, ꝙ epiſcopus hoc officium non debet cõmittere ſuis conſanguineis. Ioan. de Fan.

CASVS. Hic eſt tertius articulus, ubi dicitur, ꝙ epiſcopus nõ debet committere cõſanguineis vel fauore ſibi coniunctis res eccleſiæ gubernandas.

3 *Propinquis etiam, vel fauore ſibi coniunctis eccleſiaſtica officia epiſcopus committere non audeat.*

Vnde in Toletano concilio 10.c.3.legitur.

¶Eccleſiaſtica officia non committat epiſcopus propinquis, vel fauore coniunctis. C. VI.

DEcenter omnibus placet, & in præſenti tale reſcindere factum, & non eſſe de cætero faciendum. Quicunque † igitur pontificum deinceps aut ſanguine [c] propinquis, aut fauore perſonis quibuſcumque ſibi coniunctis † talia lucra † commendare tentauerit; ad ſuum nefandæ pſumptionis excidium, & quod iuſſum fuerit, deuocetur in irritum; & qui ordinauerit, annuæ excommunicationi ſubiaceat. Quæ vero ablata fortaſſe fuerint, ab eo, qui tulerit, reddantur in duplum [d].

† *Nam quiſquis*] orig.
† *deuictis*] or.
† *al. loca*

DEcẽter.] CASVS. Querimonia facta fuit in cõcilio Toletano, quod quidam epiſcopi res eccleſiæ dabant gubernandas conſanguineis, uel fauore ſibi coniunctis, per quos res eccleſiæ lædebantur. Ideo ſtatuit concilium, ut talibus adminiſtratio non committatur: qđ ſi factum fuerit, illi ab adminiſtratione remoueantur, & epiſcopi excommunicationi annuæ ſubiacebunt, & quæ male ablata ſunt, reddantur in duplum ab ijs qui abſtulerunt.

c ¶Aut ſanguine.] Sic decima qõ.2. hoc ius in fin. Vel intellige de ijs, qui malæ vitæ ſunt. aliàs uidetur eſſe contra. ſupra diſtinctio.86. non ſatis. quis enim carnem ſuam odio habuit? 13. quæſt. 2. non æſtimemus. Sed quare prohibet hoc de propinquis? ideo, quia magis proni ſunt epiſcopi ad dandum coniunctis perſonis quàm alijs. Sic ſæpius & fortius prohibetur fornicatio; quia potius peccatur hoc genere peccati 50 diſtinct. quia tua. Item ſicut magis punitur qui interficit uxorem, quàm matrem: quia proniores ſunt homines ad illud faciendum, ut 33. quæſtio. 2. admonere. Item ſicut hac ratione ſubuenitur mulieri cum intercedit, non tamen cum dat: quia pronior eſt ad intercedendum, ꝗ ad dandum, vt ff. ad Velleian l.4. Item & alia ratione prohibetur dare propinquis: quia ſemper præſumitur, quod res eccleſiæ latenter lædant

Epĩ citius ꝓpinquis, ꝗ alijs dãt.

Mulieri intercedenti, ſed nõ dãti ſubuenitur.

4 *Porro ipſa officia quare ita ſint diſtinguenda, & non uni perſonæ omnia committenda, ex auctoritate Gregorij, & Bonifacij Papæ datur intelligi, qui ſic aiunt.*

¶*Caput hoc penè iiſdem verbis legitur in epiſtola Bonifacij II ad Eulalium. & Gregorij I. ad epiſcopos Galliarum lib.4. epiſto.52. Sic quoque in alijs epiſtolis B.Gregorij multa leguntur, quæ in ſcriptis ſuperiorum Pontificum habentur.*

¶Graduum & ordinum diſtributio eccleſiaſticam vnitatem conſeruat. C. VII.

AD hoc diſpẽſationis † diuinæ prouiſio gradus diuerſos [e], & ordines conſtituit eſſe diſtinctos, vt dum

† *al. diſpoſitionis*

reddiť quare uni pſonæ nõ ſunt danda diuerſa officia.

AD hoc diſpenſationis.] CASVS. Gregorius & Bonifacius dicunt, ꝙ ideo eſt conſtitutum, ut diuerſa officia diuerſis committantur perſonis, quatenus ex obedientia minorum, & ex dilectione maiorum erga minores, recta fiat adminiſtratio ſingulorum officiorum. aliter enim vniuerſitas rerum rationabiliter gubernari non poſſet. & quòd in eccleſia Dei debeant eſſe officia diuerſa, probatur ad inſtar curiæ cœleſtis, ubi quidam angeli ſunt minores, & quidam maiores.

e ¶Diuerſos.] Inter prælatum & ſubditum.

a ¶Et

a ¶Et potiores.]Hoc erit vſque in diem Iudicij tantũ. Dicit.n. Apoſtolus, Dum mundus iſte durabit, homines præerunt hominibus,dæmones dæmonibus,Angeli Angelis . Cum autem Deus erit omnia in omnibus, ceſſabit omnis prælatio,non tamẽ ordo vel maioritas. ali-

Prelatio q̃libet poſt iudicium ceſſabit.

recipere,non debet eſſe talis,vt inter alios diſcordiã ponat.hæc continuatio mihi placet : & littera hoc uidetur velle.Sed Beneuen.& H .ſic continuant.ſ̄.46.diſt. oſtẽdit Grat.epiſcopum non debere eſſe litigioſum in ſe.i. ꝙ non debet lites amare.Nunc autem aliter repetit,ſci licet vt non amet litigia inter alios:ſed diſcordantes reconciliet. Et eſt caſus primus planus.

reuerentiam minores potioribus exhiberẽt,& potiores [a] minoribus dilectionem impenderent; vera [b] † concordia fieret,& ex diuerſitate contextio[c], & rectè officiorum gereretur adminiſtratio ſingulorum . Neque enim vniuerſitas [d], alia poterat ratione ſubſiſtere , niſi huiuſmodi magnus eam differentię ordo ſeruaret. Quia vero queq; creatura in vna eademque qualitate [e] † gubernari , vel uiuere non poteſt; cœleſtium militarium exemplar nos inſtruit; quia dum ſunt Angeli, & ſunt Archangeli; liquet,quia nõ ſunt æquales,ſed in poteſtate & ordine (ſicut noſtis) differt alter†ab altero.

†*vna concordia fieret ex diuerſitates cõtextio*] orig.

† *æqualitate*] Bon.

†*al.unus*

DISTINCTIO XC.

1 gs *Litigioſus [f] quoque prohibetur ordinari ; quia qui ſua poteſtate diſcordãtes ad concordiam debet attrahere , qui oblationes diſſidentium prohibetur recipere; nequaquam litigandi facilitate alios ad diſſidium debet prouocare.*

Vnde in concilio Carthaginenſi quarto,c.59.legitur.

¶Clerici diſcordes deijciantur,vel reuocentur ad concordiam. C. I.

Burc.l.2.c.215. Iuo p.6.c.290.

DIſcordantes clericos epiſcopus vel ratione [g] , vel poteſtate [h] ad concordiam trahat:inobedientes ſynodus per audientiam damnet.

Item ex eodem,c.93.& 94.

¶Diſſidentium fratrum,in eccleſia oblationum dona non recipiantur. C. II.

Burc.l. 5.c.38. & 39. Iuo p.2.c.47.& 48. j.c.eorum.

OBlationes [i] diſſidentiũ fratrum neq; in ſacrario,neq; in gazophylacio [k] recipiantur . *Similiter* †. Dona [l]

†*al.ſimiliter dona eorum*

aliquis enim maior erit alio. nam in domo patris mei, & c.de pę.diſtin.4.in domo. ſed non præerit ei, & uide quomodo prælatus & ſubditus ſibi cõnectuntur, vt 95. diſt.eſto.& hæc diuerſitas ordinum propter maiorem concordiam eſt ſtatuta,vt 45.diſt. licet 2.

b ¶Vera.]Id eſt,per ueram concordiam.Io.

c ¶Contextio.]Infra 95.diſt.eſto.Io.

d ¶Vniuerſitas.]Creaturarum.

e ¶Qualitate.] Quia qualitas corporum nõ poteſt manere in vno ſtatu.de conſec.diſt.5.ne tales. & dicit lex, quod circa ſtatum humanum nihil eſt ſtabile, ut in Authen.de non alie.aut permut.§.vt autem.coll.2.uel dic, qualitate,id eſt,æqualitate. quia non omnes poſſunt eſſe epiſcopi.

Status humanus eſt iſtabilis.

Litigioſus.] Hæc diſt.diuiditur in duas partes. in quarum prima probatur,quod clerici non debent eſſe litigioſi: quia ex officio ſuo tenentur alios ad concordiam reuocare, & ſi talis fuerit, ordinari non debet: & hoc probat ex auct.ſanctorum.Secũda ibi,[Præcipimus.]Ioan de Fant.

CASVS. Repetit hic illud c.Apoſtolicæ regulæ, non litigioſum:qui ordinari prohibetur.Nam cum diſcordantes debeat concordare,& oblationes diſſidentium non

f ¶Litigioſus .] In hac diſtinc.90.tractat hoc c. nõ litigioſum, qđ tractauit 46. diſt. ſed diſſimiliter. ibi.n. oſtendit,ꝙ epiſcopus nõ debet eſſe litigioſus.hic vero,ꝙ diſcordantes debet ad concordiã reuocare. vltimo additur, ꝙ epi debent ſibi uiciſſim pſtare auxilium ad pacem ſeruandam .

g DIſcordantes.] Ratione.] .i. amicabili cõpoſitione extra iudiciũ. & đ plano. nã iudex ad cõcordiam laborare debet.5.q.2. ſi primates 1. & litigantes reconciliare . ff. de vſufr. ſi cuius.§.equiſſimum. & đ of.pſi. illicitas. . ne potẽtiores.Si ergo inter ſe compoſitionẽ faciãt , remanebũt crimina impunita,ꝯ illud.ff.ad le. Aquil.ita uulneraſ 2. ſed hoc in crimine iniuriarũ obtinet , quod quilibet põt remittere . ſed ſi criminaliter ageret,eſſet falſum: ſed ſi delictũ tangeret eccleſiã, ibi non poſſet ſubditus componere cum prælato , vt 23. quæſt. 4.ſi is qui.poteſt tamen renunciare accuſationi ,ut ex. de acc.ueniens.

Iudex ad cõcordiam laborare dẽt .

1 Concor. tex. ĩ Auth. de manda. prin.§.deinde . colla.3. non tñ põt eos cogere. tex.eſt in §. fin.in Auth. ut lit.iu.

2 Et extra de ſen.excõmu. ut famæ.ff.de fideiu. ſi à reo.§.ult.

ADDITIO. Ad idem in Auth.de man.princ.§.deinde. coll.3.Pacis enim turbator capite plectendus eſt. ff. de re mili.qui metu.Archid.

h ¶Vel poteſtate .] Scilicet coerctione. ut ff.de officio præſidis,congruit,& infra eo.placuit.

OBlationes.]CASVS. Dicitur,ꝙ ſacerdos non debet recipere oblationes diſcordãtium fratrum, nec eorum qui pauperes opprimunt.

i ¶Oblationes.]Cum odium eorum apertũ eſt, & notorium:hoc intellige de voluntarijs oblationibus , non de decimis & primitijs.ext.de deci.de terris.16.q.1. de cimæ.Lau.

K ¶In gazophylacio.]Id eſt,area,uel locus eſt ubi reponuntur oblationes,à gaza,quod eſt diuitiæ, & phylatia id.quod eſt ſeruare.

Gazophylacium quid eſt.

l ¶Dona.] Dicit Hug.hoc generaliter intelligendum eſſe de quolibet, qui eſt in mortali peccato 3. & gratia exẽpli eſt illud poſitum,ſ.diſſidentium. Tu melius dic, ꝙ cũ hæc ſit pœna, non dẽt extendi niſi quatenus reperitur delictum . nam ſpecialiter de quibuſdam perſonis inuenitur prohibitum,ut hic de iſto. Item de eo q̃ pauperẽ opprimit.Item de ſacrilego,ut 12.q.2.de viro.

3 Subau in quo q̃s contumaciter pſiſtit, ſm H.

Oblationes facere multis eſt uitiũ .

Item de eo, qui vi extrahit ſeruum ad eccleſiam confugientem, vt 17.q.4.miror. Itē de raptore. extra de rapt. ſuper eo. Item de vſurario. extra de uſuris, quia in omnibus. ſed etiam pœnitentes quandoque prohibentur oblationes facere, de conſec. diſt.4. eos. Idem dico de meretrice 1.

rantes in deſerto) agere debet pœnitentiam ad arbitriū ſacerdotis, iuxta magnitudinem peccati ſui.

f ¶Opus eius.] Id eſt, oratio eius ſi clericus eſt, opus.n. eius eſt orare. 36. diſt. cap ult. uel ſi eſt laicus, opus eius, id eſt, oblatio eius. 5̄. ea. diſt. oblationes. & 12.q.1. duo.

g ¶Neq.]

eorum, qui pauperes opprimunt [a], à ſacerdotibus refutanda ſunt.

Item Cyprianus, de vnitate eccleſiæ.

¶Extra eccleſiam eſſe probatur, qui pacem cum proximo non habet. C. III.

NEque ad Cain munera reſpexit Deus Neque enim pacatum habere Deum poterat, qui cum fratre pacem per zeli diſcordiam non habebat. Quam ſibi igitur pacē promittunt inimici fratrum? quæ ſacrificia celebrare ſe credunt æmuli ſacerdotum? An ſecum eſſe Chriſtum, cū collecti fuerint, opinantur, qui extra Chriſti eccleſiam [b] colliguntur? Tales etiam ſi occiſi in confeſſione nominis fuerint, macula iſta nec ſanguine [c] abluitur [d]. Inexpiabilis [e], & grauis culpa diſcordiæ, nec paſſione purgatur.

Item ex octaua ſynodo.

¶Murmurantes à fratrum vnitate alieni efficiantur. C. IIII.

ALienus ſit à fratrum vnitate, qui murmurat; & opus eius [f] abijciatur, qui murmurans [α] extiterit: ne pœnam murmurantium incurrat: de qua Apoſtolus dicit: [Neque [g] murmuraueritis, ſicut quidā murmurauerunt [h], & perierunt ab exterminatore [i].] Iuxta [β] menſuram itaq. operis peccator (quod in hac ſententia Apoſtoli plenius declaratur) ſacerdotis iudicio pœniteat.

Burc.l.10.c.52. & 54. Iuo p.13. c.55. & 53. ex concil. Moguntino. 1.*Cor*.10.

¶*In libello B. Baſilij de inſtitutis monachorum Rufino interprete (qui nuper Coloniæ cum regula B. Benedicti eſt impreſſus) cap.12. in vltima reſponſione habetur prima pars huius capitis vſque ad ver.* abijciatur.

α ¶Qui murmurans.] *Eiuſdem libelli, c.50. penultima interrogatio ſic habet*, Si uero etiam quis murmuret propter eſcā, quæ erga eum ſententia ſeruabitur? Reſp. Ea, quæ circa eos, qui murmurauerunt in deſerto. Dicit enim Apoſtolus: [Neque murmuraueritis, ſicut quidam eorum murmurauerunt, & perierunt ab exterminatore]

β ¶Iuxta,] *Hæc pars non habetur in eo Baſilij loco. Apud Burchardum vero & Iuonem (à quibus citatur ex concilio Moguntino) ſic legitur*, iuxta menſuram, opuſque peccati, quia in hoc ſententia, &c.

Item ex eodem.

In regula Iſidori, c.17. Burc.l.10.c.62. Iuo p.13. c.63.

¶Corripiantur, qui rixas, & contentiones amant. C. V.

SI quis [monachus † contentiones, vel rixas amauerit,

†abeſt à multis exempl.

1 Argu. ad hoc bonū in Auth. de leno. i prin. & quod ibi not. coll 3.

a ¶Opprimunt.] Si quis tamen officiatus opprimit ruſticos; quia fortè debet habere decem, & accipit duodecim: dona eius non ſunt reſpuenda de iure ſm quoſdā: quia transfertur dominum in huiuſmodi, & fieri poteſt inde eleemoſyna: nec eſt uera rapina. argu. 14. quæſ.5. non ſane. ſi tamen propterea correctus nollet ceſſare, debēt reſpui. Vel dic. ꝙ inde poteſt fieri eleemoſyna, non tamen oblatio. Idem dico in meretrice, ut dixi 14. q.5. in prin.

NEque.] CASVS. Quidam inimici fratrum & inuidi confiſi de illo verbo Euāgelij: Vbicumq; fuerint congregati duo vel tres in nomine meo, &c. inſimul collecti ſacrificabant Domino. Sed dicit Cyprianus, ꝙ Deus eorū ſacrificia nō reſpicit: ſicut ad ſacrificia Cain non reſpexit: talis enim culpa diſcordię non dimittitur, etiā ſi paſſionem patiatur pro Chriſto.

b ¶Eccleſiam.] Extra quam qui inueniunt, exterminabuntur. 24. q.1. quia ex ſola. Lau.

c ¶Nec ſanguine.] Si impœnitens decedat. hoc ad exaggerationē huius criminis dicit; quia idē eſt in quolibet alio crimine.

d ¶Abluitur.] Quo ad uitā æternam: ſed valet martyrium quo ad minorē pœnam. de pęn. diſt. 4. ſi quis autem non habens.

Deſperandum eſt de nemine.

e ¶Inexpiabilis.] Verum eſt poſt mortem, aliàs de nemine deſperādū eſt, ut de pœ. diſt.7. nemo 32. q. 2. ancillam. nam qui im pęnitens decedit in martyrio, nō ſaluatur 2. de pę diſt. 1. c. ult, ſed mitius puuitur. ut ibidem dicitur, & de pœ. diſt. 3. §. poteſt.

2 Ad hoc vide qđ le. & no. 1.q.1. vide.

ALienus.] CASVS. Dicitur in hoc c. ꝙ quicumque murmurat & diſcordat à fratribus, abijciēdus eſt ipſe, & factum eius: qui ne exterminetur ab angelo exterminatore (ſic ut fuerunt exterminati Iudæi murmu-

g ¶Neque.] Sic 2.q.7. §. de his etiam.

h ¶Murmurauerunt.] Et perierunt in deſerto. illa pœna eſt, ut citius moriatr. 11.q.3. epiſcopi ſi ſacerdotali.

i ¶Ab exterminatore.] i. ab angelo malo, qui exterminauit murmurātes in deſerto à terra promiſſionis. Io.

SI quis monachus.] CASVS. Quæſitum fuit quantā pœnam debeat pati monachus, qui rixatur, uel fratribus

tribus conuitia infert? & reſpondet, iuxta modum peccati diuturna pœna purgentur ad arbitrium ſui prælati. Idẽ eſt & ſi fuerit murmurator. Sequẽs c. planũ eſt.

a ¶Vel manifeſtum.] Id eſt manifeſtè.

Pnia eſt arbitraria.

b ¶Diurna.] Videtur ꝙ tanto tempore debeat quis eſſe in pœnitẽtia, quanto fuit in peccato. 5. q. 2. c. 1. Sed dicimus hoc ponendum in arbitrio prælati. nam quandoque inuenitur, ꝙ debet eſſe tanta de pœ. diſt. 1. quã obrem. quandoque minor. de pœ. diſt. vlt. cap. vlt. quandoque maior. de pœ. diſtinct. 3. productior.

c ¶Prioris.] Id eſt, abbatis. abbas enim poteſt abſoluere monachum ſuum iniicientem manus in monachũ ſuum, vel alterius. ſed non poteſt ſi percuſſerit clericũ ſæcularem 1. vt extra de ſen. excom. cum illorum, &c.

Abbas monachũ excõicatũ abſoluere poteſt.

1 Iſto caſu dẽt abſolui à diœceſano epõ: qđ dic ut ext. de ſen. excõ. religioſo. ibi uideas.

uel manifeſtum [a] conuitium fratri intulerit, iuxta arbitriũ rectoris, modumque peccati, diurna [b] expietur pœnitentia. *Item.* ¶Qui contentioſus aut murmurans extiterit, ſecundum arbitrium prioris [c] tamdiu β pœniteat, quam diu culpæ qualitas extat.

In l. ſentẽtiarũ Patrũ, c. 96. ex ſtatutis ſeniorum.
Burc. l. 10. c. 53.
Iuo p. 13. c. 54.

α ¶Si quis monachus.] *Hanc priorem partem Burchardus, & Iuo citant ex concilio Agathenſi, in quo etiam habetur ex codice librorum ſexdecim, lib. 5 c. 22 abeſt autem ferè ubique, etiam in multis Gratiani exemplaribus vox,* monachus.

β ¶Tamdiu.] *Apud Burchardum, & Iuonem (qui citant hanc partem poſteriorem ex Moguntino, habetur autem in libro ſententiarũ Patrum, c. 96. ex ſtatutis ſeniorum) legitur,* ita pœniteat, qualiter culpæ qualitas extat.

Item ex concilio Carthaginenſi 4. c. 25.

¶Diſſidentes epiſcopi ad concordiam redire cogantur. C. VI.

Burc. l. 1. c. 62.
Iuo p. 5. c. 173.

DIſſidentes epiſcopos, ſi non timor Dei, ſynodus reconciliet.

Item ex eodem, c. 16.

¶De eodem. C. VII.

Burc. l. 1. c. 101.
Iuo p. 5. c. 203.

STudendum eſt epiſcopis, ut diſſidentes fratres, ſiue clericos, ſiue laicos, ad pacem [d] magis, quàm ad iudiciũ coerceant † [e].

† *cohortentur*] uera lectio

Item ex eodem, c. 94.

¶Non recipiantur dona eorum, qui pauperes opprimunt. C. VIII.

ſ. ead. oblationes.
Burc. l. 5. c. 39.
Iuo p. 2. c. 48.

EOrum, qui pauperes opprimunt, dona à ſacerdotibus ſunt refutanda.

Item ex concilio Agathenſi, c. 31.

¶A cœtu alienentur fidelium, qui ad concordiam redire contemnunt. C. IX.

Burc. l. 10. c. 61.
Iuo p. 13. c. 62.

PLacuit etiam, ut (ſicut plerumque fit) quicumque odio, aut longinqua inter ſe lite diſſenſerint, & ad pacem reuocari dinturna † obſtinatione nequiuerint, à ſacerdotib. ciuitatis primitus arguantur [f]; Qui ſi inimicitias deponere pernicioſa intentione noluerint, de eccleſiæ cœtu iuſtiſſima excommunicatione [g] pellantur.

† *al. dintina intentione*

† Diuturna no. Doc. ꝙ iudex põt cogere ad cõpromittendũ eos, qui diu litigauerũt in l. quidã æſtimauerũt, ſi cer. peta.

Item Fabianus Papa.

STudendum.] CASVS. Dicitur hic, ꝙ epiſcopus diſcordãtes clericos, uel laicos debet ad concordiã reuocare, potius ꝙ̃ ad iudicium vocare. & conſueuit hoc capitulum intelligi in crimine iniuriarũ. Seq. cap. patet.

d ¶Ad pacem.] Hæc & ſimilia intelligo, cũ ciuiliter agitur de crimine: uel in cauſa ciuili: ſecus ubi criminaliter ageretur expedit enim peccata nocentium nota eſſe. ff. de iniur. cum qui. & extra de col. deteg. c. 1. Ioan. vel cũ agitur actione iniuriarum, ut dictum eſt ſupra ead. cap. 1. B.

Accuſator pẽdente accuſatione põt deſiſtere.

e ¶Coerceant.] Arg. quod epiſcopus ſi qs coram eo accuſauerit aliquem, & uelit deſiſtere, & ille uelit ei remittere, non dẽat eos cogere proſequi cauſam illam 2. etiam lite conteſtata: & ꝙ illi poſſint deſiſtere cum epiſcopus debeat magis hortari ad pacem quam ad contentionem. arg. 5. q. 2. ſi primates. Io. qđ uerum credo in crimine iniuriarum, uel cũ agit̃ ciuiliter: aliàs non 3. ut extra de col. c. 2. B.

2 Adde an & qñ põt accuſator deſiſtere notat Cy. ſ l. ſi. C. de accuſa. & in l. 2. C. de exhibẽ. re. B. in l. athletas. ff. đ fal.

3 Et eſt ratio quia expedit peccata nocentium, &c. vt dr̃ in gloſ. præ. ſm B.

PLacuit etiã.] CASVS. Dicitur hic, ꝙ ſi quis habet diſcordiam cum aliquo, debet moneri, ut ad pacem redeat: & ſi contempſerit, debet excõmunicari.

f ¶Arguantur.] Arg. ꝙ admonitio ſemper debet præcedere uindictam. arg. 12. q. 2. in dignè.

ADDITIO. Ad idem 32. q. 5. præceptum. ff. de fideicom. lib. cum uero §. ſubiectum. & §. ſeq. Ad idem 45. diſtinct. licet plerumq;. Archiac.

g ¶Excõmunicatione.] Videtur tamen, quòd primo iudex ſæcularis coget 4. eos ad coucordiam: & ſi hoc non ſufficiat, quòd tunc excommunicabuntur. 17. quæſt. 4. de presbyterorum, &c.

4 Coget. Vl de legiſtas l. qdã æſtimauerũt. ſi cer. peta.

¶Inedijs maceretur acerrimis, qui fratri ſuo reconciliari noluerit. C. X.

SI quis contriſtatus voluerit reconciliari fratri ſuo, ſatiſfaciente [a] eo, qui contriſtauit, acerrimis maceretur inedijs [b], vſque dum gratanti animo ſatisfactionem recipiat.

Burc.l.10.c.59. Iuo p. 13. c.60. ex Fabiano.

Item Innocentius ſecundus.

¶Epiſcopi ad pacem firmiter tenendam uiciſſim ſibi conſilium & auxilium præſtent. C. XI.

2 PRæcipimus [c], ut epiſcopi ad ſolum Deum, & ſaluté populi habentes reſpectum, omni tepiditate ſemota, ad pacem firmiter tenendam mutuum ſibi cõſilium, & auxilium præbeant: neque hoc alicuius amore, vel odio prætermittant. Quòd ſi quis in hoc Dei opere tepidus inuentus fuerit, damnum propriæ dignitatis incurrat.

In conc. Lateranen c.9. extra de treuga, & pace.c.1. § præcipimus, ex Alexan.

Item Victor Papa ad Afros, epiſt.2.

¶Expellendi ſunt à communione fidelium, qui ſibi inuicem reconciliari noluerint. C. XII.

PErlatum eſt ad ſedem Apoſtolicam, aliquos ueſtrum nocere fratribus† velle, & ut cadant, decertare: ſimiliter in ſacramentis, diſcrepare [d], & ob id contentiones, & æmulationes fieri inter uos: à quibus diſſenſionibus uos auertere, & in hic omnibus concordare [e], & opem ferrè uiciſſim mandamus. Nam ſi hoc agere cito neglexeritis, & uiciſſim reconciliari non ſtudueritis; ab Apoſtolicæ ſedis, & totius eccleſiæ communione vos pelli non dubitetis.

Poly.l.4. tit.13. †*al. fratres*

DISTINCTIO XCI.

QVi autem [f] turpi lucro, vel inhoneſto negocio uictum ſibi quærere prohibentur; de oblationibus eccleſiæ ſtipendia conſequantur. Quòd ſi eccleſia ei ſufficere non potuerit; proprio artificiolo†, uel agricultura (exemplo Apoſtoli, q̃ de labore manuũ viuebat) ſibi neceſſaria inueniat: ita tamẽ, ut occaſione ſui operis uigilijs eccleſia nõ deſit. Qd' abſq;

†*al. artificio* *Actuũ 2. & 1 Cor.4. 1.Theſ. 2. & 2. Theſſ. 3.*

SI quis contriſtatus.] CASVS. Quidam ſatisfacere nolebat alicui cui iniuriam fecerat: ſed iniuriã paſſus reconciliari volebat. Quæſitum fuit, quid de illo fieri debeat; & reſpondet? q̃ debet fame macerari, donec de nolente fiat uolens.

a ¶Satisfaciẽte.] Immo etiam non ſatiſfaciente eo, rancorẽ tenetur dimittere. ut de pę.diſt.5.c.ult. q̃a non eſt licitum nobis aliquem odio habere, ut 23.q.4.c.cum in lege.11.q.3.inter verba. ſed actionem iniuriarum, id eſt, ſatisfactionem, non tenemur dimittere. nã ad remittendam iniuriam nullus eſt cogendus 1.23.q.4.ſic illic.immo bene facit qui dimiſſo rancore agit iniuriarum.45.diſt. & qui emendat.23.q.5.de occidendis.

Rancorem ſed non iniuriam tenemur dimittere.

1Et uide q̃d not.1. qõ.4. quia prælatus in gl. ar. q̃,&c. verſi. ſed nũquid &c. Archid.

b ¶Inedijs.] Id eſt, pęnis excommunicationis.

PRæcipimus.] Hæc eſt ſecunda pars diſt. in qua probat q̃ epiſcopi debent ſibi præſtare conſilium & auxilium ad pacem tenendam. Io.de Fan. CASVS. Dicitur hic q̃ ad pacem firmiter tenendam & obſeruandam debent epiſcopi ſibi mutuum auxiliũ exhibere: & qui hoc non fecerit. deponat.

c ¶Præcipimus.] Per iſta cap. patet, q̃ ad iudicium eccleſiæ ſpectat facere pacem, ut hic, & extra de treuga & pace. treugas. Item patet hic q̃ epiſcopi puniũtur, qui ſibi non præſtant mutuum auxilium, ut 3.q.1.nulli. & etiam mortuo epiſcopo uel infirmo uicini epiſcopi tenẽtur ſupplere defectũ epiſcopi, ut 7.q.1.pontifices. Ioan.

Epi ſibi mutuũ debẽt p̃ſtare auxilium.

ADDITIO. Hic eliciunt aliqui quare per diuerſa anni tẽpora treugæ conſtituantur, extra de treu.c.1.vt ſcilicet eo tempore paci reformãdæ detur opera. arg. C. de fer.l. dies. arg.33.q.2.placuit. Io.de Fan. & hic adde. & uideas quod dicam 24.q.3.illi qui. Arch.

PErlatum.] CASVS. Quidam conabantur vt alij ab officio caderent, & ordinibus: in ſacramentis, ab alijs diſcordantes, ut in baptiſmo & alijs ſacramentis, vnde diſcordiæ ortæ ſunt inter eos. Quod cum Victor Papa audiuiſſet, pręcepit ut ad pacẽ velociter rediret, & auxilium ſibi uiciſſim conferrent. Si vero contempſerint, à communione eccleſiæ repellantur.

d ¶Diſcrepare.] Hoc dicit canon, ut ſimplam teneamus baptiſmi formam propter ſchiſma uitandum. de conſecra.diſt.4.propter uitandum. ubi tamen conſuetudo eſt diuerſa, nihil efficit, ut de conſecra. diſtinc.4. de trina.

Baptiſmi forma dẽt eſſe ſimpla.

e ¶Concordare.] Cum metropolitana eccleſia.12.diſt. c.pen.de conſe: diſt.1.altaria.& diſt.3.c.litteris.Io.

QVi autem turpi.] CASVS. Supra in diſt.88. dictum eſt quod clerici negociari non debent. Sed quia dubitari poſſet unde uiuere debeant: ideo ſubiungit hanc 91.diſtin. Gratianus, ubi docet q̃ uiuere dẽt de oblationibus, & de decimis: quę ſi deficiãt, ad inſtar Pauli quærant ſibi victũ de aliquo artificiolo: dũmodo propter hoc officia ſua non negligant, niſi eſſent infirmi.

f ¶Qui autem.] Dictum eſt ſ.88.diſt. clericis non licere negociari: vnde oſtenditur in hac 91.diſt. ex quo debeant ſuſtẽtari, q̃a de eccleſiaſticis ſtipendijs ubi autẽ clerico non ſufficit eccleſia proprijs manibus ſibi quærere victum debet iuxta Apoſtolum: non tamen q̃ ex hac occaſione ſubtrahatur ab eccleſiaſticis officijs. H.

Clericus proprijs manibus ſibi uictum quærere poteſt.

Qui | a ¶Quod

inæqualitate [a] ſui corporis nulli impune conceditur.

† al. Gelaſius

Vnde Pelagius † Papa.

¶Corripiantur clerici, qui officijs matutinis, vel veſpertinis ſe ſubtrahunt. C. I.

Anſ.l.7. c. 165.

ELeutherius frater, & coepiſcopus noſter queritur clericos ſuos ſibi contra canones ſuperbire; & id, quod nobis iubentibus facta in ſcrinio cautione promiſit [b], vt quotidianis diebus vigiliæ [c] in eius celebrarentur eccleſia, illis contemnentibus implere non poſſe: ſed magis vnumquemque ſuis (poſtpoſito eccleſiæ ſeruitio) vacare negotijs. Et ideo experientia tua eos, quos tibi eſſe oſtenderit contumaces, debita obiurgatione compeſce, & modis omnibus, vigilijs vacare compelle.

[*Item ex concilio Nannetenſi.*]

De eodem. PALEA. C. II.

extra de celebr. miſ.c. 1. ex Agathenſi.
Burc.l.2.c. 104.
Iuo p.6.c. 181.
ex Nannetenſi.

PResbyter mane, matutinali officio expleto, penſum ſeruitutis ſuæ, canendo primam, tertiam, ſextam, nonā que perſoluat: ita tamen ut poſtea horis competentibus, & ſignis deſignantibus iuxta poſſibilitatem aut à ſe, aut à ſcholaribus publice compleantur. Deinde peractis horis, infirmis viſitatis, ſi voluerit, ad opus rurale exeat ieiunus; vt iterum neceſſitatibus peregrinorum, & hoſpitum, ſiue diuerſorum commeantium, infirmorum quoque, atq; defunctorum ſuccurrere poſſit vſque ad ſtatutam horā pro qualitate temporis, & opportunitate †, *Item ex dictis S. Benedicti.* ¶Propheta dicente: [Septies in die laudem dixi tibi:] qui ſeptenarius ſacratus numerus à nobis ſic implebitur, ſi matutinæ, primæ, tertiæ, ſextæ, nonæ, veſperæ, cōpletori q; tempore noſtrę ſeruitutis officia perſoluamus: quia de his dixit propheta: [Sepities in die laudem dixi tibi.] Nam de nocturnis vigilijs idem ipſe propheta ait: [Media nocte ſurgebam ad confitendum tibi.] Ergo his temporibus referamus laudes creatori noſtro ſuper iudicia iuſtitiæ ſuæ.

Pſal. 118.
† al. opportunitatis.
In reg. S. Benedicti c. 16.
Burc.l.2.c. 105.
Iuo p.6. c. 182.
Pſal. 118.

Item in concilio quarto Carthaginenſi, c. 52. & 49.

¶Sine officij detrimento, artificiolo ſibi clericus neceſſaria quærat. C. III.

Burc.l.2 c.103.
Iuo p.6.ca.180.
† al præparet
C.49.

CLericus victum, & veſtimentum ſibi artificiolo, vel agricultura [d], abſque officij [e] ſui duntaxat detrimento, paret †. *Item.* ¶Clericus, qui abſq; corpuſculi ſui inæqualitate vigilijs [f] deeſt, ſtipendio priuatus & excōicetur.

a ¶Quod abſque inæqualitate.] Id eſt, niſi cum inæquale eſt corpus exuberantia vel defectu humorum: hoc eſt ex cauſa infirmitatis.

ELeutherius.] CASVS. Pelagius quando cōſecrauit Eleutherium, compluit eum ad præſtandum cautionē, ut uigilias quotidianas in eccleſia ſua faceret rite celebrari: in quo cū clerici ſibi non obedirent, ſed potius negotiationi intenderent, conqueſtus eſt Papę: præcipit ergo Papa cuidam vt illos clericos contumaces compellat uigilijs inſiſtere omnibus modis.

b ¶Promiſit.] q̄ ꝓmittēda ſūt, notaui 23. diſ. quāquā.

c ¶Vigiliæ.] Id eſt, mortuorū exequiæ: vel generaliter eccleſiaſtica officia 1. 61. diſt. quoniam feſtus. & propter cauſam hæc cautio fuit exacta ab ep̄o iſto: q̄a clerici ſui negligentes erant circa diuina officia: aliàs de iure cōi huiuſmodi cautio non eſt in ordinatione ep̄i exigenda. Sed uidetur quod Eleutherius hoc modo ꝓ ſuis clericis obligari non potuit, promittendo eorum factū 2. inſt. de inuti. ſtipu. §. ſi quis aliū. Sed dic ꝙ bene potuit, cū ad eius officium ſpectaret eos ad hoc cogere: & ita ſua interfuit 3: præterea per illa verba vł promiſiſſe ſe curaturum vt illi interſint: ſicut cū q̄s promittit alium iudicio ſiſti: arg. ff. de ver. obliga. quoties quis alium & eſt ſi. ſup. 63. diſt. tibi domino. Itē eſt argu. hic ꝙ ep̄s poteſt inducere conſuetudinem nouam in ſua eccleſia quo ad officia celebranda. 12. diſt. nouit. & de cōſ. diſt. 3. c. 1.

CLericus.] CASVS. Dicit in hoc c. ꝙ clericus quærere dēt ſibi victū de artificiolo vel agricultura: dū modo officium ſuum non negligat: & ſi clericus (niſi propter infirmitatem ſuam) officium ſuum dimiſerit, excōicari debet. Idē dicit in ſeq. c. Addit tamen, ꝙ ſi clericus uadat uagando ꝑ nundinas, deponi debet: & ꝙ ſi ꝑꝑ emptionis ab officio declinet, remouebitur ab officio. Aliud ca. quod poſtea ſequit, planum eſt.

d ¶Agricultura.] argu. C. de epi. & cle. l. 2. nā mercari non pōt. 88. diſt. fornicari. H. ADDITIO. Subaudi ut ibi dicitur. ſed ipſa mercatio debet eſſe honeſtatis conſcia, ut ibi etiam dicitur. quod erit ſecundum Azo. ſi faceret libros. & poſtea uenderet. ad hoc 14. q. 4. ca. 1. & 10. q. 3. cauendū. in fi. quod dic. vt not. 14. q. 3. in ſumma. in fin. & q. 4. c. 3. & 88. diſt. cap. 1. & 2. Archid.

e ¶Officij.] Ergo clericus nō pō operas ſuas per totā diē locare, cū nō dēt officio deeſſe, ut 54. diſ. ſi ſeruus.

f ¶Vigilijs.] Non tamē uident puniendi ſi deſinit diuinis

1 Vnde eorum culpa in eum redundabat. 86. diſt. c. 1. Epiſcopus poteſt ſuorum ſubditorum factum promittere.

2 Hanc glo. dicit ſing. Brix. in ſuo dictionario, in uer. factum. ad hoc quod quis nō poteſt promittere factū alienum.

3 Vnde bene obligabatur. inſti. §. certum. & §. ſeq.

Epiſcopus in ſua eccleſia nouam conſuetunem inducere pōt circa officia.

Clericus locare per totam diem operas ſuas non poteſt.

PEruenit ad ſanctum concilium, ꝙ in locis quibuſdam, & ciuitatibus, presbyteris ſacramenta [f] diaconi porrigant. Hoc neque regula, neque conſuetudo tradidit, vt hi qui offerendi ſacrificij non habent poteſtatem, his qui offerunt, corpus Chriſti porrigant. Sed & illud innotuit, quòd quidam diaconi etiam ante epiſcopos [g] ſacraméta æ. ſumunt. Hæc ergo omnia amputentur: & in ſua diaconi menſura permaneant; ſcientes, quòd epiſcoporum quidẽ miniſtri ſunt, inferiores autem presbyteris habentur. Per ordinem ergo poſt presbyteros gratiam ſacræ communionis accipiant; aut epiſcopo, aut presbytero porrigente. Sed nec ſedere in medio [h] presbyterorum diaconis li-

e ¶Chriſtianis.] Et etiam hæreticis 1. vt J. 1. q. 1. quod quidam, &c.

1 Quod eſt ergo iſtorũ priuilegiũ? Dicit vt no. 50. diſt. qui ſub gradu.

PEruenit.] CASVS. Diaconi in tribus delinquebant. Primo, quia poſt conſecrationem porrigebant hoſtiam ſacerdotibus. Secundo, quia ſumebant ſacramenta in Miſſa prius quam epiſcopi. Tertio quia ſedebant in medio presbyterorum. Statutum ergo fuit in Nicæno concilio, vt de cætero talia non faciant: ſed in ſua menſura permaneant: & ſi quis obedire noluerit, ceſſet ab officio. Capitula, quæ ſequuntur, plana ſunt vſque ad c. nonnulli.

f ¶Sacramenta.] Id eſt Euchariſtiam confectam: ſanguinem autẽ bene porrigunt. infra ead. diaconi ſunt. & ver. ſacerdotibus. & hæc eſt ratio quare ſacerdos corpus Chriſti per ſe ſumat, calicem autem de altari presbyteris ſumere non licet, ſed diaconus eis porriget: quia ſumptio corporis futuram reſurrectionem corporum ſignificat, quam Deus ſua uirtute faciet ſine omni miniſterio. Sed ſumptio ſanguinis ſignificat reſumptionem peccatorum, quę fit interceſſionibus aliorum 13. q. 3. animæ, ſupra diſt. 50. presbyteros qui contra. ibi in pœnam dicitur de diaconis, panem offerant: quare de iure licitum eſſe uidetur. Ioan. Sed illud intelligitur quando in principio ſecretorum diaconus accipiens patenam cum pane offert ſacerdoti. Imponitur ergo diaconis ad pœnam, ne panem offerant altario miniſtrando: hic autem prohibetur ne poſt ſacramenta cõfecta corpus Chriſti porrigant ſacerdoti, ut ſumant. B.

Corporis Chriſti ſumptio, quid ſignat.

Sanguinis ſũptio, q̃d repſentat.

DIaconus.] CASVS. Diaconi vſurpant officia ep̃orũ & presbyterorum. baptizabant enim eis præſentibus, & non præcipientibus: & corpus Domini propria auctoritate populis diſtribuebant. quare Pelagius ſtatuit ne de cætero talia faciant ſine præcepto eorum, niſi in neceſſitate presbyteris abſentibus.

a ¶Deputatum.] Scilicet diaconis, ſic 18. q. 2. hoc tm̃.

b ¶Primis.] Id eſt maioribus: epiſcopali ſcilicet, & presbyterali: & ita epiſcopatus eſt ordo, vt 23. diſt. cum in præterito 21. diſt. clericos. ad idem 21. diſt. c. 1.

Ep̃atus eſt ordo.

c ¶Abſque epiſcopo.] Id eſt abſente epiſcopo, uel presbytero, quibus ſolum baptizandi miniſterium permiſſum eſt, ut de conſe. diſt. 4. conſtat. & dic ꝙ abſque epiſcopo, id eſt, præter auctoritatem eius.

g ¶Etiam ante epiſcopos.] Id eſt, antequam epiſcopi ſumant.

2 Arg. ad hoc ff. de off. procon. l. obſeruare. §. antequã. & l. idemq;. ff. manda.

h ¶In medio.] Secundum conſuetudinem diuerſorũ locorum hæc variantur 2. in quibuſdam enim locis hæc obſeruantur: in quibuſdam non.

a NOn oportet.] ¶Sed iuſſione.] Hoc obſeruatur ſecundum conſuetudinem quarundam eccleſiarum cum redit à lectione Euangelij. Lau.

b NOn oportet.] ¶Panem.] Id eſt corpus Domini. Dare, id eſt, porrigere, ſcilicet alijs poſt confectionem ſine licentia ſacerdotis. Vel dic, dare, id eſt conficere: quod ad ſolum presbyterum pertinet. 1. q. 1. dictum. extra de ſumma trini. firmiter.

c DIaconi ita ſe.] In Miſſa: nam alibi magis ſunt miniſtri epiſcopi.

d PRæſente.] ¶Eroget.] Iuſſus vel non iuſſus, longe tñ poſitis epiſcopo uel presbytero. ſupra ea. diaconus.

e DIaconus.] ¶Loco.] Id eſt, in aliquo: de omni 1. tñ honeſto. ff. de arbitr. ſi cum dies. §. ſi arbiter. & ff. de mune. & hono. ut gradatim. §. 1.

1 Sic 1. q. 7. ſi quis omnem. 15. q. 1. mulier.

f ¶Diaconus in conuentu.] Vbi conueniunt ad ſynodum.

g ¶Loquatur.] Id eſt præ-

ceat: quia ſi hoc fiat, præter regulam, & ordinem probatur exiſtere. Si quis autem etiam poſt has definitiones obedire noluerit, à miniſterio ceſſare debebit.

¶*Prior pars huius capitis vſque ad ver.* amputentur. *eſt ex priſca verſione in canone quartodecimo. Reliqua vero pars eſt ex verſione Dionyſii in canone* 18. *quam quidem totam aſſerunt, & codex canonum, & Burchardus, & Iuo.*

γ ¶Sacramenta ſumunt.] *Græce eſt,* τῆς εὐχαριστίας ἅπτονται, *quod Dionyſius vertit,* oblata contingant *quamquam Burchardus, & Iuo hoc vno fere loco diſcrepantes habent, ille quidem,* ſacra oblata contingant: *hic vero,* ſacram oblationẽ cõtingant.

Item ex concilio Laodicenſi, c. 20. — & in Agat. c. 65 & Aquiſg. c. 77.

¶Diaconus honorem exhibeat presbytero, & ipſe ab inferioribus honoretur. C. XV.

j NOn oportet diaconum corã presbytero ſedere: ſed iuſſione[a] presbyteri ſedeat: ſimiliter aũt diaconus honorem habeat à ſequentibus, id eſt à ſubdiaconis, & omnibus clericis. — Anſ. l. 7. c. 65. Burc. l. 2. c. 221. Iuo p. 6. c. 296.

Item ex eodem, c. 25. — Aquiſgran. ca. 78.

¶Calicem benedicere, & panem dare diaconis non licet. C. XVI.

ij NOn oportet diaconos α panem [b] dare, nec calicem benedicere.

α ¶Diaconos] *In vetuſtioribus priſcæ verſionis editionibus eſt,* diaconem *Græce eſt,* ὑπηρέτας, *quod Dionyſius vertit,* ſubdiaconos; *& ſic habetur in concilio Aquiſgranenſi.*

Item ex concilio Carthaginenſi quarto β, *c. 37.*

¶Sicut epiſcopis, ita & presbyteris diaconi miniſtrent. C. XVII.

DIaconi ita ſe [c] presbyteri, ſicut epiſcopi miniſtros eſſe cognoſcant. — Poly. l. 2. tit. 35. Anſ. l. 7. c. 62.

β ¶Quarto.] *Caput hoc cum duobus ſequentibus habetur in concilio quarto Carthaginenſi, & in codicibus Gratiani etiam manuſcriptis, itemque apud Anſelmum titulo huius capitis erat additũ:* Carthaginẽſi quarto, cui Papa Zozimus interfuit per Vicarios, *quod minime conuenire oſtendũt acta ſextæ ſynodi Carthaginenſis: ad quã Zozimus Fauſtinum Potentinæ eccleſiæ epiſcopum, Philippum, & Aſellum legatos miſit. Nam quarta habita eſt Honorio iiij. & Eutychiano Coſſ. ſexta vero Honorio xij. & Theodoſio viij. Coſſ. id eſt anno vigeſimo poſt. Quo anno (prout ex Africano concilio can. 76 & ſequentibus apparet) contra Pelagij, & Celeſtij hæreſim quædam ſunt definita; cum Celeſtius ad Zozimum Papam appellaſſet: quod ex nonnullis manuſcriptis Zozimi, & epiſcoporum Africæ ad ipſum epiſtolis, quæ in bibliotheca Vaticana ſeruantur, demonſtratur. Quare, cum Zozimus in Pontificatu duos tantum annos, & menſes aliquot vixerit neceſſarium eſt multo ante ipſius Pontificatum quartam ſynodum Carthaginenſem habitam fuiſſe.*

Item ex eodem, c. 38.

¶De eodem. C. XVIII.

PRæſente presbytero diaconus Euchariſtiam corporis Chriſti populo, ſi neceſſitas cogat, iuſſus eroget [d]. — Poly. ibidem. Anſ. l. 7. c. 66. Burc. l. 5. c. 13. Iuo p. 2. c. 23.

Item ex eodem, c. 39. & 40. & 41.

¶De eodem. C. XIX.

DIaconus ſedeat quolibet loco [e], iubente presbytero. Item Diaconus in conuentu [f] presbyterorum interrogatus loquatur [g]. — Anſ. ibidem.

prædicet, nam officium prædicandi presbyterorum eſt 16.q.1.adijcimus. Hug.

a ¶Alba.] Id eſt, dalmatica arg. 11.q.3. epiſcopus preſbyter.

b ¶Vel lectionis.] Euangelij.

Non-

ceis competunt: & hoc probat per duo capitula. Ioan. de Fant.

CASVS. Supra in cap. diaconi. prohibitum eſt, ne diaconi vſurpent officia epõrum vel presbyterorum. Nunc vero dicit, ꝙ non debent uti compagis, id eſt, calceamentis epiſcoporũ, quib. nulli diaconorum uti licèt abſque apoſtolicã licentia: ſicut nec mappulis uti debent abſque eiuſdem auctoritate: quas conceſſit Conſtantinus Cardinalibus, ut ĩ. 96. diſtin. in illa palea, Cõſtantinus.

Alba [a] uero tempore oblationis tantum, uel lectionis [b] vtatur †.

† al. induatur

Item ex concilio Toletano 4. c. 38.

¶Diaconi presbyteris ſe ſuperiores non cognoſcant. C. XX.

Burc. l. 2. c. 222. Iuo p. 6. c. 297.

NOnnulli diaconi in tantam erumpunt ſuperbiam, ut ſeſe presbyteris anteponant, atque in primo [c] choro ipſi priores ſtare præſumant, presbyteris in ſecũdo choro conſtitutis. Ergo ut ſublimiores [d] ſe † presbyteros agnoſcant, tam hi quàm illi in utroque α conſiſtant.

† al. ſibi

α ¶In vtroque.] *Licet in vulgatis Gratiani codicibus legatur,* in vtroque ordine, *& in tomis conciliorum impreſſis,* in vtroq. choro: *tamen in vetuſto codice conciliorum Regis Catholici, & pleriſque uetuſtis Gratiani, etiam impreſſis neutra uox habetur.*

4 *Compagis* [e] *vero calciari abſque Apoſtolici licentia diaconis non permittitur, ſicut nec mappulis* [f] *vti abſq. eiuſdem auctoritate quibuslibet clericis conceditur.*

Io. diac. l. 4. c. 8.

Vnde Gregorius Ioanni epiſcopo Syracuſano, lib. 6. epiſt. 28. indict. prima.

¶Abſque Apoſtolica licentia Diaconi compagis uti non præſumant. C. XXI.

Anſ. l. 7. c. 74.

PEruenit ad nos, diaconos eccleſię Cantinẽſis calciatos cõpagis procedere pręſumpſiſſe: quod qa nulli hactenus per totam Siciliam licuit, niſi ſolis tãtummodo diaconis eccleſiæ Meſſanenſis, quibus olim à prædeceſſoribus noſtris non dubitatur eſſe cõceſſum, bene recolitis. Quia ergo tantæ temeritatis auſus nõ eſt leuiter attẽdendus, cũ omni hoc fraternitas veſtra ſubtilitate perquirat: & ſi ita β, ſicut ad nos peruenit, inuenerit verũ eſſe; vtrum uel à ſe, vel alicuius [g] hoc auctoritate [h] præſumpſerint, nobis ſubtiliter innoteſcat: vt cognita ueritate, quid fieri debeat, diſponamus. Nam ſi negligenter ea, quæ male vſurpantur, omittimus; exceſſus viam [i] alijs aperimus.

β ¶Et ſi ita.] *Hic & paulo inferius addita ſunt aliquot verba ex originali.*

Ioa. dia. l. 4. c. 2.

Item Ioanni Rauennati epiſcopo, lib. 2. epiſt. 54. ſeu c. 93.

e ¶Cõpagis.] Id eſt, ſandalibus. & dicuntur compagi ſandalia uel caligæ epiſcopales: & eſt maſculini generis. Ioan.

Compagi.

ADDITIO. Scilicet compagus compagi. Hug.

f ¶Nec mappulis.] Id eſt, ornamentis equorum, quæ Conſtãtinus cõceſſit Cardinalibus. ĩ. 96. diſt. Cõſtantinus. nam mappa ornamentum eſt equi. ſimiliter in Authen. de cõſuli. §. quãtacumque 2. & ſunt q̃dam alba linteamina quibus cooperiuntur equi Cardinalium, cũ proceſſionem faciũt. Alij dicunt ꝙ mappulæ ſunt mi[illegible]æ epiſcopales.

Mappulæ qd ſignent.

2 Idem arg. C. nulli licere in fręnis, &c. l. unica libro 11.

PEruenit.] CASVS. Apoſtolicus conceſſerat ſolis diaconis eccleſiæ Meſſanen. vti compagis: quos tñ poſtea diaconus Catinenſis eccleſiæ portare præſumpſit. Præcepit ergo Gregorius Ioãni epõ Syracuſano, ut ſubtiliter inueſtiget an per ſe, an alterius auctoritate hoc fecerit: quia ſi malè vſurpata non puniantur, uia delinquentibus alijs aperitur.

NOnnulli.] CASVS. Quidam diaconi in choro uolebant eſſe in loco digniori, uolentes ſacerdotibus præferri, ſed conciliũ Toletanũ ſtatuit, ut tam diaconi quàm presbyteri perſeuerẽt in locis ſibi deputatis: ita ut diaconi cognoſcant presbyteros eſſe maiores ſe.

c ¶Atque in primo.] Id eſt, in primo ordine, ut fit Pariſijs.

d ¶Vt ſublimiores 1.] Sic cõſtrue. ergo tam illi, quàm iſti cõſiſtant in utroq; or. ita ſcilicet ut diaconi agnoſcãt presbyteros ſublimiores ſe, ſcilicet diaconis. & ſtabunt ſm tempus ſuæ ordinationis. 17. diſt. cap. epſ.

1 Id eſt, maiores, quaſi ſtẽt in utroque choro diuiſi, ita ꝙ presbyteri in primo, diaconi in ſcdo. Pet.

COMPAGIS. Hæc eſt quarta pars huius diſt. in qua dicitur, ꝙ compagi, id eſt, ſandalia & mappulæ, id eſt, linteamina, quæ portant Cardinales, ſolis Romanis cleri-

g ¶Alicuius.] Argu. ex hoc & ſeq. c. habet, quòd illud videtur prohibitum quod non oſtenditur eſſe conceſſum. argu. diſt. 100. contra morem. arg. 25. q. 2. amputato. arg. 10. quæſt. 1. hanc. arg. 2. q. 1. conſuluiſti 2. Et eſt hoc uerum in ijs, quæ ſunt de iure ſpeciali. aliàs quod non eſt prohibitum, intelligitur eſſe conceſſum. 27. q. 2. lex diuina. & 30. quæſt. 3. illud. & de deſpon. impu. c. 1. in fi.

Prohibitũ. vr, quod cõceſſum non oſtenditur.

h ¶Auctoritate.] Nam ſi maioris auctoritate hoc feciſſet, hoc eſſet utcumque excuſabile. arg. diſt. 63. Salonitanæ, & diſt. 28. diaconi 3.

2 Et. extra ne ſe. uacã. illa. ubi de hoc. & extra. de trãſ. inter.

i ¶Viam.] C. de indi. uidu. l. 2. in fin. C. vnde ui. meminerint. ĩ. 21. q. 2. c. 2. ĩ. 23. q. 4. eſt iniuſta. 1. q. 7. exigunt. contra. infra 35. q. 9. loci noſtri.

3 De hoc no. 86. diſt. an putatis.

ILlud.]CASVS.Ioannes archiepiſcopus Rauẽnas ſupplicauit Papæ vt liceret ſuis clericis uti mappulis:ſed Papa ei reſcribit dicens,ꝙ Cardinales ei fortiter obuiauerunt, aſſerentes hoc nulli eccleſiæ fuiſſe conceſſum, niſi Romanæ.& ſi eſſet ab aliquibus vſurpatum, nõ fieret per hoc præiudicium eccleſiæ Romanæ.

a ¶Præſumptum.] Argu.antiquitatẽ uel longam conſuetudinem non dare priuilegium,vt diſ.100.contra morẽ. arg.contra. 63.diſt.quia.& 9.q.3. conqueſtus. Et eſt ratio: quia hoc poſſideri non poterat de iure cõmuni. arg. extra de præſcrip.cauſam. Nã & ſunt alia iura, quæ non preſcribuntur, vt ſubiectio uel procuratio.extra de præſcr.cũ ex officij. uel uia publica. ff. de uia pub. uiam.argum. C.de aquæduc.diligenter. libro.11. & eſt ſi. C. de fundis rei priua. & ſal.diuinæ domus. uſus aquæ.li.11.

Antiquitas non dat priuilegium.

Præſcribi nõ poſſunt aliqua.

ADDITIO. Dicas ꝙ ſunt multa, quæ non præſcribuntur: quod dic ut leg.& nota. extra de præſcrip. cum liceat. in fin. & 16. q. clerici, in fine. Archidiac.

DIaconi.] Hæc eſt quinta pars huius diſtinc. in qua laudat diaconos quatuor modis: ſcilicet à ſignificatione, quia ſignificant ſeptem cãdelabra aurea. A virtute,quia debent eſſe uirtuoſi. Ab officio, quia ſine illis epiſcopi cantare non dẽnt. Ab inſtitutione,quia à Domino fuerunt inſtituti. Ioã. de Fant.

¶Mappulis clerici ſine Apoſtolici licentia vti non debent. C. XXII.

ILlud autem, quod pro vtendis à clero veſtro mappulis ſcripſiſtis,à noſtris eſt clericis fortiter obuiatum, dicentibus nulli hoc vnquam alij cuilibet eccleſiæ conceſſum fuiſſe; nec Rauẽnates clericos illic, vel in Romana ciuitate tale aliquid cum ſua conſcientia præſumpſiſſe,nec ſi tentatũ eſſet, ex furtiua vſurpatione ſibi præiudicium generari.Sed etiam, ſi in qualibet eccleſia hoc præſumptum[a] fuerit, aſſerunt emendandum, quod non conceſſione Romani Pontificis, ſed ſola ſubreptione præſumitur†. Anſ.l.7.c.168.

† *al præſumit*

Item Hieronymus de ſeptem ordinibus eccleſiæ, c.5.

Inter opera B. Hieron.tom.4. vel 9.

¶Sicut in miniſterio,ita in diſpenſatione ſine diacono epiſcopus non viuat. C. XXIII.

5 DIaconi ſunt, quos in Apocalypſi legimus, ſeptem Angeli[b] eccleſiarum: hi ſunt ſeptem candelabra[c] aurea: hi voces[d] tonitruorum. *& infra.* ¶Virtutum operatione præclari,humilitate præditi, quieti,humiles,euangelizantes pacem,annunciantes bona,diſſenſiones, & rixas, & ſcandala reſecantes, [docentes †[e], ſoli Deo[f] colloquentes[g], in templo nihil de mundo penitus cogitantes,dicentes patri[h], & matri[i]; non noui †[k] vos,& filios[l] ſuos non agnoſcentes[m]. *& paulo poſt.* ¶Sine hoc ſacerdos nomen æ † non habet, ortum non habet[n]; officium non habet.Hic miniſter[o] Dei dicitur,quia ſcriptum eſt: [Quis maior eſt,qui miniſtrat,an cui miniſtratur?]Et ſicut in ſacerdotio miniſtratio† [p], ita in miniſtro eſt ſacramẽti[q] diſpenſatio. *& paulo poſt.* ¶Sacerdotibus etiã propter præſumptionẽ nõ licet de mẽſa Domini tollere calicẽ; niſi eis traditus fuerit à diacono. *& paucis interiectis.* ¶Ita enim Deus noſter oĩpotens vniuerſa diſpoſuit, vt qui maiorẽ[r] ſe eſſe crediderit,minor ſit,& qui videretur minor,maior

Poly.l.2.tit.39. Anſ.l.7.c.72.

Apoc.1.

† abeſt ab or.

Deuter.33.

† *al. nouimus*

† *al. nomen habet*

Mar.10.

† *conſecratio*] vera lectio.

CASVS. Supra dictũ eſt diaconos ſubeſſe ſacerdotib. ſed ne ſacerdotes nimium inſuperbirent, commendat Hieronymus in hoc c.diaconos.Diuiditur ergo hoc c. in tres partes.In prima parte commendat Hieron.diaconos quadruplici rõne. Rõne ſignificationis: quia ſignificantur per ſeptem cãdelabra aurea,& ſeptẽ angelos eccleſiarum.Rõne uitę & conuerſationis.Rõne miniſterij:quia ſine his ſacerdos miniſtrare non poteſt.& maior eſt qui miniſtrat,q̃ cui miniſtratur. Et rõne inſtitionis:quia à Deo ſunt inſtituti.in ſcda parte reprehendit rapacitatẽ ep̃orum, qui uolũt oĩa rapere, & oĩa ſibi uendicant. In tertia parte oſtendit ꝙ ſicut in hoc mundo raptor punitur à iudice, ita ep̃s qui bona clericorũ rapit à Dño punietur, niſi uniuerſa reddat. Scđa pars incipit ibi,[Nunc autem.]Tertia ibi,[Certà ut ipſe.

b ¶Angeli.]Id eſt prælati.

c ¶Candelabra] Quæ erant in templo Domini.

d ¶Voces.]Auditæ a Ioanne in Apocalypſi.

e ¶Docentes.]Populum quo ad vitam actiuam.

f ¶Soli Deo.] Quod ſolus Deus nouit eorũ cõſcientias.ei namque cor omne patet:& omnis loquitur uoluntas,vt 24.q.3.Deus 1.

Cor omne Deo patet.

g ¶Colloquentes.]Quo ad contemplationem:uel hoc dum ſunt in oratione.de conſecra.diſt.1.quando.

1 Cõcor.gl. in l.2.ff.de don. inter virũ & uxo.

h ¶Patri.] Hoc poteſt intelligi hiſtoricè quando Moyſes in ultionem idololatriæ a.uituli cõflati, præcepit leuitis ut nemini parcerẽt:nec etiam patri:ſimiliter diaconi non deberent eos cognoſcere,id eſt,amori Dei amorem eorum præponere. Vel poteſt intelligi myſticè de diabolo, & de concupiſcentia carnis, & eius moribus,ut in gl hic depictis.

a Hæc hiſtoria not.45. diſt. diſciplina.

Diabolus pater dicit.

i ¶Et matri.]Id eſt,carnali concupiſcentiæ.

K ¶Non noui.] Id eſt,nolo præponere veſtrum amorem amori Dei.

l ¶Et filios.]Id eſt,illicitos motus.

m ¶Non agnoſcentes.]Id eſt,non nutrientes:ſed ad petram illidentes.

n ¶Habet.]Quia ſine diacono epiſcopus Miſſam celebrare non poterit,niſi neceſſitate inſtante. tunc enim etſi non poſſet habere diaconum,abſque eo Miſſam celebrara poterit.

Ep̃s ſine diacono nõ celebret.

o ¶Miniſter.]Hic commendat eos à miniſterio.

p ¶Miniſtratio.]Id eſt,conſecratio Euchariſtiæ.

q ¶Sacramenti.] Scilicet præſentibus ſacerdotibus coram eis.vt ſupra diſt.ead.diaconi.

r ¶Maiorem.] Id eſt,meliorem,vel hoc cum bene adminiſtrat.

a ¶Orant.]

exiſteret. Denique quàm hoc verum ſit, ipſe perpende. Leuitæ inferunt oblationes in altari: Leuitæ componunt menſam Domini: Leuitæ cum ſacerdotibus, dum ſacramenta benedicunt †, aſſiſtunt: Leuitæ ante ſacerdotes orant [a], vt ſi diſtinctio locorum creditur, etiam in altari Dei videant ſibi epiſcopi, ſi ſuperbi ſunt, diaconos anteponi. Si humilitatem diligunt: maiores ſe eſſe in eo, quòd ſunt humiles, cognoſcant. Tunc demum † [b], vt aures habeamus ad Dominum, diaconus acclamat: ipſe prædicat [c], ipſe hortatur, ipſe commonet adſtantibus ſacerdotibus [d], ne leuiter hanc uocem, quæ loquitur hæc, & pacem annunciat, aut negligenter aſpicias, aut contemnendam putes. Sufficit huic [e] ordini, tantum per Dominum fuiſſe conceſſum, vt non ſolus ſacerdos in templo totum agere, & implere videatur. *& infra.*

¶ Nunc autem ex quo in eccleſijs, ſicut in Romano imperio, creuit auaritia? perijt lex de ſacerdote [f], & viſio [g] de propheta. Singuli quique per † potentiam [h] epiſcopalis nominis, quam ſibiipſi illicite abſque eccleſia [i] vendicarunt *, totum, quod leuitarum eſt, in vſus ſuos redigunt; nec hoc ſibi, quod ſcriptum † eſt, vendicant; ſed cunctis auferunt vniuerſa. Mendicat infelix clericus in plateis; & ciuili † operi mancipatus publicam à quolibet depoſcit alimoniam †. Et quidem [k] ex eo deſpicitur cunctis ſacerdotale officium, dum miſericordia deſolatus iuſte [l] putatur ad hanc ignominiam deueniſſe. *& infra.* ¶ Solus incubat bonis †, ſolus miniſterio vtitur [m], ſolus vniuerſa ſibi vendicat, ſolus partes inuadit alienas [n], ſolus occidit [o] vniuerſos. *& paulo poſt.*

¶ Hinc propter ſacerdotum auaritiam odia conſurgunt: hinc epiſcopi accuſantur [p] à clericis; hinc principum † lites; hinc detractionis † cauſa; hinc origo criminis. Etenim ſi vnuſquiſque ita in hoc † mundo viſibili aliquid poſſidere [q] iubetur, vt ſua tantum poſſeſſione contentus ſit, ac res non inuadat alienas, non agrum pauperi tollat, non vineam, non ſubuectorium † aliquod, non famulos, non fructus; quanto magis, qui eccleſiæ Dei præeſt, debet ita in omnibus ſeruare iuſtitiam, vt ſibi [r] hoc tantum uendicet, quod ſui iuris eſſe cognoſcit? aliena non rapiat? aliena non contingat? æqualem [s] ſe cæteris faciat? & ſicut ſine his in miniſterio non viuit, ita in diſpenſatione [t] non viuat?

† *al. benedicuntur.*

† *deinde*] ori.

Ezech. 7.

† *pro potentia*] orig.

* Quod eſt ꝫ iuris præceptum, vt ff de inſt. & iure. l. iuſtitia. §. iuris præceptum. & inſt. eod. tit.

† *al. adſcriptum.*

† *al ſeruili*

† *al. eleemoſinam.*

† *diuitijs*] or.

† *al. donis*

† *al. principium litis.*

† *deſolationũ cauſa*] orig.

† *hunc mundum viſibiliter poſsi.*] ori.

† *al. ſubiectorum.*] *al ſubuinctorum.*

a ¶Orant.] Id eſt, prædicant. vt diſ. 25. vnum, & 11. q. 1. ſicut enim. vnde exponendo ſubdit tunc demũ. quod autem dicitur in altari anteponi, reſpicit quod de calice præmiſerat, calicem nõ tollere, niſi eis traditus fuerit à diaconis. Vel dic, orant, id eſt, ad orãdum inuitant cum

cum dicunt; flectamus genua.

b ¶Tunc demum.] Scilicet circa finem Miſſæ, cum pia conus clamando dicit populo: Humiliate uos ad benedictionem.

c ¶Prædicat.] Infra 11. q. 1. ſicut enim. ſcilicet legendo Euangelium.

d ¶Sacerdotibus.] Quædam hic referuntur, quæ ex toto bene non intelliguntur: quia non in omnibus eccleſijs hæc officia habet diaconus.

e ¶Huic.] Commendat hic eos ab inſtitutione. ꝫ. ead. dominus. contra ꝫ. diſ. 21. §. 1. contra. Sed intelligas tantum per Deum principaliter: quia eius auctoritate hoc in vete. teſta. fuit inſtitutum. 77. diſ. in veteri. arg. extra de ſenten. excom. mulieres.

f ¶Perijt lex de ſacerdote.] Verba Eſaiæ. idem, multi ſacerdotes non adimplent legem.

g ¶Et viſio.] Id eſt, gratia prophetizãdi propter auaritiam; quia omnes virtutes patiuntur detrimentum ab vno vitio, &c. de peni. diſt. 5. c. 1.

h ¶Per potentiam.] Innuchitur in epiſcopos.

i ¶Abſque eccleſia.] Scilicet in tali modo vt aliena vſurpent. aliter videtur contra. infra ead. c. prox. 95. diſt. olim.

k ¶Quidem.] Supra diſ. 86. non ſatis.

l ¶Iuſtè.] Id eſt, ſuis meritis.

m ¶Vtitur.] Id eſt, nõ vult partiri onera administrationis cum fratribus. extra de offi. archid. c. vlti. & de præſum. mãdata. Vel dic, id eſt, de rebus eccleſiaſticis.

n ¶Alienas.] Cum quod ſuum non eſt, ſcire debet ad alios pertinere. C. vnde ui. cum quærebatur.

o ¶Occidit.] Hoc refertur ad laicos, quibus occaſionem mortis præſtant. 11. q. 3. præcipuè. 86. diſtin. paſce.

p ¶Accuſantur.] Nã epiſcopi omnia etiã ea, quæ de nouo eueniunt inſimul cum alijs debent diuidere. arg. 12. q. 2. cognouimus. Item nec ea diſtribuere debet ſine conſenſu canonicorum. extra, de his quæ fiunt à prælã. ſine conſen. ca. nouit. licet ſit ꝑordinator in cũctis. 25. diſt. perlectis. niſi hoc ſibi uẽdicaret epiſcopus ex conſuetudine. extra de his quæ fiunt à præla. ea noſcitur. Et eſt arg. quod ſemper præſumitur ꝙ accuſatio epiſcoporum fiat ex odio, ut no. 2. q. 7. ſi quis epiſcopus Arg. contra. 6. q. 1. ſi omnia.

q ¶Poſſidere.] Hoc ad laicos refertur. unde caute dixit in hoc mundo. & in clericis ſecus, ut infra. 12. q. 1. cap. duo ſunt.

r ¶Sibi.] Arg. pro diſtributione portionum inter clericos.

ſ ¶Æqualem.] Si. 95. diſt. epiſcopus 2. & iſte eſt unus gradus humilitatis, ut ſupra diſt. 22. de Conſtantinopolitana.

t ¶In diſpenſatione.] Id eſt, diſtributione præbendarum.

Virtutes oẽs ab uno vitio detrimẽtum patiuntur.

Euenientia de nouo ꝑ quem ſunt diuidenda.

Accuſatio ẽporum ꝑſumitur ex odio fieri.

Intruſus an recipiat q̃ eccleſiæ cõtulit.

a ¶ Irruerit.] Sed quid ſi iſte intruſus aliqua contulerit ipſi eccleſiæ: tenetur ei eccleſia reſtituere: ſicut de ſimoniaco. extra de ſimo. ueniens. & quia nihil perit eccleſiæ. 54. diſt. generalis. Sed ſi bene promotus eſſet, eccleſia non tenetur ei reſtituere: & ideo bonus deterioris eſt conditionis q̃ malus. Io. Sed contra ex̃ de ſimo. de hoc. Sol. in ſimoniaco dicunt quidam, ꝙ nihil debet ei reſtitui: & quod dicit illa decre. ueniens. diſpenſatio fuit. Alij dicunt quod propter delictum abbatis & monachorũ hoc contingit. T. dicit quòd clerico in ſæculo remanenti nil reſtituitur: ſecus ſi ad religionem tranſit, ut 27. q. 1. ſi quis rapuerit. De clerico autem ſæculari, qui remouetur ab eccleſia, quid iuris ſit ſi aliqua contulit 1. not. extra de cleri. coniug. quod à te. B.

1 In ipſo introitu.

b ¶ Deſideret.] Arg. ꝙ quæ malo ſunt inchoata principio, non conualeſcunt, quamuis ad eum caſum deueniant, à quo rectè poſſent incipi, ut 7. q. 1. epiſcopum. extra de elect. auditis 2. Ar. ꝯ extra de iure patro. cura paſtoralis: extra de conuer. coniug. placet. Ioã. Dic, quod ipſo iure nullum eſt, 1 non conualeſcit. aliàs ꝑs ſecus 3. extra de elec. auditis. & c. quod ſicut. B. Item arg. ꝙ nõ valet electio concors, niſi canonica ſit. 18. q. 2. ſi quis abbas. 63. diſtinct. c. 1.

2 Dic vt dixi 61. diſt. Salonitanæ. Archidiac.

3 Concor. tex. in auth. ut iu. ſine quo. ſuffra. §. cogitatio. colla. 2.

ADDITIO. Sed aliter ibi exponitur ſecundum Lau. ut ibi dicam. Archid.

f ¶ Conuenerit.] Nam ex præcepto tenentur clerici ad horas. extra de celeb. miſſa. dolẽtes. I ſi. ibi uideas. Arc.

g ¶ Caſtigatus.] Nota quod pro prima offenſa non eſt quis

Offenſa prima dẽt eſſe impunita.

integri ordinis irruerit[a], etiam ſi populus, quem ſeduxit, deſideret[b] illum; alienum eum ab eccleſia eſſe oportet. Integrum autem & perfectum[c] concilium dicimus illud, cui metropolitanus α epiſcopus interfuit.

¶ Hæc uerſio quam & Gratianus, & Burchardus, & Iuo ſequuntur, eadem fere eſt atque illa Martini Bracarenſis Dionyſiana uero longe magis accedit ad uerba Græca.

α ¶ Metropolitanus.] *Addẽdum eſt*, Metropolitanus etiam. *Sic enim Græcè:* ὁ τῆς μητροπόλεως.

✝. diſt. 91. c. clericus victum.

4 *Quòd autem ſupra clerici ſe uigilijs ſubtrahentes excommunicari iubentur, de his intelligendum eſt, qui ab epiſcopo frequenter admoniti negligentiã ſuã corrigere contẽnunt. Vnde in concilio Martini Papæ legitur.*

In capitul. Martini Bracar. ca. 64. ex. Tolet. 1. c. 5.

¶ Excommunicetur clericus, qui ab epiſcopo commonitus, matutinis, uel ueſpertinis horis adeſſe neglexerit. C. IX.

v SI quis presbyter, aut diaconus, vel quilibet clericus eccleſiæ deputatus[d], ſi intra ciuitatem fuerit, aut in quolibet loco in quo eccleſia eſt, & ad quotidianum pſallendi officium † matutinis[e], uel ueſpertinis horis ad eccleſiam non conuenerit[f], deponatur a clero: ſi tamen caſtigatus[g] ueniam ab epiſcopo per ſatisfactionem noluerit promereri.

† al. ſacrificiũ

DISTINCTIO XCIII.

OBedientiam[h] autem inferiores ordines † ſuperioribus debent. Summo enim Pontifici ea debetur ab omnibus obedientia, ut nulli liceat ei communicare, cui pro actibus ſuis inimicus ipſe extiterit: nec in eccleſia eſſe poterit, qui eius cathedram deſerit.

† al. ex ordine

c ¶ Et perfectum.] Et nota ꝙ concilium dicitur perfectum, licet non adſit primas, vt 18. diſt. c. 1.

QVOD AVTEM. Hæc eſt quarta pars diſt. in qua dicitur ꝙ omnis ſacerdos compellatur intereſſe officijs. Ioan. de Fant.

CASVS. Supra in capitulo, clericus uictum. diſt. 91. dictum eſt, ꝙ clerici debent excõicari, qui uigilijs ſe ſubtrahunt, & artificijs ſe applicãt. Nunc autem dicit illud eſſe intelligendum de illis, qui frequenter ab ẽpis commoniti nolunt obedire: quod probat ſeq. cap. Et eſt iſte quintus articulus huius diſtinctionis.

SI quis presbyter.] CASVS. Dicitur in hoc cap. ꝙ ſi quis clericus noluerit diuinis officijs admonitus intereſſe, deponi debet.

d ¶ Deputatus.] Per hanc litteram dicunt quidam illum teneri ad hoc tantum, qui alicui eccleſiæ intitulatus eſt: aliàs non, etiã ſi ordinatus ſit ad titulũ ſuæ poſſeſſionis. extra de ꝑben. ẽps. Tu dic eũ & quẽlibet clericũ teneri ad hoc, licet nõ teneatur ſpecialiter ad hanc vel illam eccleſiam ſic ſubaudi extra de reg. ſuper eo.

Officia matutina & veſpertina.

e ¶ Matutinis.] Matutina dicuntur officia, quæ celebrãtur à mane vſque 4. ad nonam, ueſpertina à nona uſq; ad noctem. 11. quæſt. 3. ſi quis epiſcopus in concilio.

4 Excluſiuè tenetur: ſm Hug.

quis puniendus, ut 74. diſt. honoratus. & extra de offic. cuſto. cap. 1.

OBedientiam.] In hac diſtinctione incipit vij. pars. tractatus diſtinctionum. Et hæc diſtinctio diuiditur in ſeptem partes: in quarum prima tractat de obedientia, quam debent omnes catholici eccleſiæ Romanæ capiti ſuo. & hoc probat quatuor auctoritatibus. Secũda ibi, [Reliqui.] Tertia ibi, [Vt igitur ex præmiſſis.] Quarta ibi, [Cõpagis.] Quinta ibi, [Diaconi.] Sexta ibi, [Hoc capitulo.] Septima ibi, [Hoc autem.] Ioan. de Fan.

CASVS. Supra oſtenſum eſt in quibus locis prælati debeant ordinari: ſed quia prælatura contemptibilis eſt ſine obedientia minorum: ideo in hac 96. diſt. oſtendit, quòd minores gradatim debent maioribus reuerentiam exhibere: & primo docet, quòd Papæ omnes ſubiecti ſunt generaliter, intantum vt nulli liceat ei communicare, cui ipſe Papa pro ſuis malis actibus non communicat.

h ¶ Obedientiã.] Hic intitulatur 93. diſtinctio. in qua oſtendit magiſter hactenus qualiter & à quibus & in quibus locis clerici & prælati debeãt ordinari: ſed quia dignitas prælatorum ſine obedientia contẽptibilis eſt: ideo

ideo oſtendit hic de obedientia quam debet inferiores ſuperioribus. Et primo de obediētia, quæ debet Papæ. Secundo de obedientia quam debent minores maioribus ratione ordinis: poſtea de obediētia quā ſubditi clerici debent epis ſuis, oſtendit etiam differentiā inter presby-

presbyteros & diaconos: quãque loquens contra iſtos: quãque contra illos: ad ultimum oſtendit presbyteros maiores eſſe diaconis. Nota autem ꝙ obedientia conſiſtit in tribus, in reuerentia exhibēda, in mandato ſuſcipiendo, in iudicio ſubeundo. Reuerētiam debet minor ut aſſurgat maiori, & cedat ei primum locū in ſedendo & eundo: niſi minori maior adminiſtratio cōmiſſa ſit. vnde archipresbyter uel presbyter archidiacono debet reuerētiā, licet ordine maior ſit rãtione maioris adminiſtrationis. 25. diſt. ca. 1. hac conſideratione quãque presbyter tenetur obedire diacono prælato. In mandato autem & iudicio nemo tenetur obedire, niſi ei qui habet adminiſtrationē uel iuriſdictionē ſup eū: & niſi ab eo abſoluatur per appellationē, uel recuſatio nē: vel ſi ei controuerſiā 1. moueat: vel ſi prælatus deponatur. 8. q. 4. in ſummma. & cap. nonne. Lau.

a ¶Clementis.] In presbyterum. nam Petro uiuente non fuit Clemens Papa. 8. q. 1. ſi Petrus.

ADDITIO. Ad hoc 14. quæſt. 6. cap. alius. & capit. ſeq. Archidiac.

SI inimicus eſt.] CASVS. Petrus apoſtolus cum inſtituit ſibi Clementē ſucceſſorem, docuit populos & oēs ſubiectos ut nulli cōicarent cui uiderēt Clemētē pro ſuis actibus non cōicare: ſed recederēt ab eo ſine aliqua cōione, quamuis eis à Clemente nō dicatur: ad hoc vt ille peccator erubeſcat, & citius ad obediētiā reuertatur, & petat recōciliari. Si qs vero cōtra fecerit, hoſtis eſt eccleſiæ: & nequior hoſtis, ꝙ illi qui ſunt foris.

Obedientia in trib. conſiſtit.

1 Id eſt, ſi moueat qō inter prælatū & clericū ſuū 11. q. 1. de perſona extra de foro cōpet. ſi quis cōtra. Archid.

Vnde Beatus Apoſtolorum Princeps Petrus in ordinatione Clementis [a] populum alloquens inter cætera ait.

¶Cui pro actibus ſuis Apoſtolicus inimicatur, communicare non debemus. C. I.

Clemens epi. 1. Anacletus ep. 3. Alex. epiſt. 1. Fabianus epi. 1. Conc. Vaſen. 1. c. 6. 2. q. 3. c. 15. Iuo p. 14. c. 22. Anſ. l. 1. c. 6. Poly. l. 1. tit. 16.

SI inimicus eſt [b] iſte Clemens alicui pro actib. ſuis, uos nolite [c] expectare [d], vt ipſe vobis dicat [e], cum illo nolite [f] amici eſſe: ſed prudenter obſeruare debetis, & uoluntati eius abſque commonitione obſecundare, & auertere uos ab eo, cui ipſum ſentitis aduerſum: ſed nec loqui his, quibus ipſe non loquitur [g]: vt vnuſquiſque, qui in culpa eſt, dum cupit omnium ueſtrum amicitias ferre †, feſtinet citius recōciliari ei, qui omnibus præeſt, & per hoc redeat ad ſalutem, cum obedire cœperit monitis præſidentis. Si vero quis amicus fuerit his, quibus ipſe amicus nō eſt, & locutus fuerit his, quibus ipſe non loquitur; vnus eſt & ipſe ex illis, qui exterminare [h] Dei eccleſiam uolunt; & cum corpore vobiſcum eſſe videatur, mente & animo contra uos eſt. Et eſt multo nequior hoſtis [i] hic, quàm illi, qui foris ſunt, & euidenter inimici ſunt. Hic enim per amicitiarum ſpeciem, quæ ſunt inimica, gerit, & eccleſiam diſpergit, ac uaſtat. Ideoque α chariſſimi his Apoſtolicis inſtitutis vos monentes inſtruimus, ut effecta certior charitas veſtra ſolicitius deinceps agere ſtudeat, & cautius; ne peruerſi, & infideles homines lædendi fideles, ac beneuolos habeant facultatem.

† al. habere] al. gratiā reparare

α ¶Ideoque.] *Hinc uſque ad finem ſunt in Fabiani tantummodo epiſtola Quamobrem ex ipſo potiſſimum uidetur Gratianus cætera etiam ſumpſiſſe.*

Item Gregorius lib. 5. epiſtola 26. ſeu c. 126.

¶A nullo debet ſuſcipi, quem Romana depellit eccleſia. C. II.

Anſ. l. 12. c. 11.

MIratus valde ſum, quia in tanto Salonitanæ eccleſiæ

b ¶Si inimicus eſt.] inimicus dicitur hic quo ad opinionem excōicati: ſicut iudex dicitur crudelis latroni. 23. q. 5. non eſt crudelis. aliàs Papa neminem debet habere odio: immo pacē cū omnibus habebit. 11. q. 3. inter uerba. Vel inimicus eſt actibus, vt 86. diſt. odio.

Papa nemini nem odio habeat.

c ¶Nolite.] Sic 7. q. 1. ſcire. 11. q. 3. qbus epiſcopi. Arg. cōtra. 6. q. 2. ſi tantum. ſed ibi ſolutum eſt.

d ¶Expectare.] Ergo denūciatio nō eſt expectāda. extra de ſen. excom. cum non ab homine. tamen ſola fama ſemper non ſufficit ad hoc ut quis uitandus ſit, vt extra de exceſ. prælato. inter. licet ſit arg. contra. extra de elec. venerabilem. Sed quid ſi Papa communicauit excōmunicato? Non incidit ideo in canonem, quia Papa nō ligatur à canone, ut extra de elec. innotuit. ff. de recep. l. pen. Nec eo ipſo eū abſoluit: arg. extra de ſent. excom. cū deſideres. Si tamen ei communicaret intendendo eum abſoluere facto, etiam ſi non verbo, habendus eſt pro abſoluto: cū princeps ſola uoluntate libertatem concedat. ff. de manumiſ. l. apud. & facit ad hoc extra de ſenten. excomm. ſi aliquando. extra de priuil. cum olim. C. de fideicommiſſ. liberta. l. ſi voluntate.

Fama ſola non ſufficit ut excōicatus uitari debeat.

Papa cōicās excōicato nō incidit ī excōicatio. nē, nec eum abſoluit.

e ¶Dicat.] Non enim debet certiorari qui non ignorauit ff. de acto. empt. l. 1.

f ¶Nolite.] Nam eoipſo quis ſuſpectus eſt, ꝙ inimico ſuum eſt amicus. arg. 3. q. 5. c. 3. & ob hoc filius matrem exhæredat. C. de inoffic. teſt. l. liberi. Et eſt ſimile extra de accuſa. cum oporteat.

Inimicorū amicus eſt ſuſpectus.

g ¶Non loquitur.] Hoc verum eſt in hoc caſu, ſi qui ſcilicet excommunicati ſunt: ſecus ſi propter priuatū odium alicui non loqueretur.

h ¶Qui exterminare.] Infra 24. q. 1. quoniam uetus.

i ¶Hoſtis.] Vnde Boetius. Nulla peſtis efficacior eſt ad nocēdum: quàm familiaris inimicus. arg. C. de dolo l. lata. vnde, Nō eſt deterior hoſtis, quàm fictus amicus. Non odium grauius, quàm ſimulatus amor. vnde illud etiam. Mus in pera, & c. argu. 13. q. 1. § item præcepit. ſi mi eſt. 12. q. 1. certe. lo.

Familiares inimici ſūt peſtiferi.

MIratus valde ſum.] CASVS. Gregorius excommunicauit Maximū archiepm Salonitan. q fuerat ſimoniace ordinatus, à cuius comunione nullus ſe remouit,

nit, niſi epiſcopus Paulinus, & Honoratus eius eccleſię archidiaconus. Vnde Gregorius omnes alios reprehendit: quia quem Apoſtolica ſedes repellit, omnes debẽt habere repulſum, donec ab illatis criminibus mundetur. Sequens capitulum patet.

g ¶Præſententur.] Per ſe vel per alios. extra de iureiu. ego N.

h ¶De longinquo.] Argu. ratione loci permittit quod aliàs non permittitur. argum. 24. qõ. 1. pudenda. ſ. diſt. 63. cum longe. ſ. diſt. 29. c. 1. & 2. ſ. diſt. 4. cnt. ſ. diſ. 63. c. 1. &

clero [a], uel populo, uix [b] duo ex ſacris ordinibus [c] inuenti ſunt, frater ſcilicet, & coepiſcopus noſter Paulinus, & dilectiſſimus filius meus Honoratus archidiaconus eiuſdem eccleſiæ, qui communicare Maximo ſacerdotium rapienti, minimè conſentirent, & ſe Chriſtianos eſſe cognoſcerent. Debuiſtis enim filij [d] chariſſimi penſare ordines ueſtros, & quem ſedes Apoſtolica repellebat, repulſum cognoſcere, vt prius, ſi poſſet, ab illatis criminibus mundaretur; & tunc ei ueſtra dilectio communicaret, ne particeps obligationis eius exiſteret.

Item Cyprianus de vnitate eccleſiæ.

¶Non eſt in eccleſia, qui cathedram Petri non ſequitur. C. III.

Ivo p. 5. c. 361. †al. quem

QVi cathedram Petri, ſuper quam † fundata eſt eccleſia, deſerit; in eccleſia ſe eſſe non confidat.

¶*Apud Cyprianum Romæ impreſſum hæc leguntur.* Hanc eccleſiæ unitatem qui non tenet, tenere ſe fidem credit? Qui eccleſiæ renititur, & reſiſtit, in eccleſia ſe eſſe confidit? *Verũ in Vaticana bibliotheca præter octo integra Cypriani exemplaria, eſt etiam aliud, in quo tantum opuſcula quædam continentur, & inter ea hic tractatus: Atque in eo codice, itemque in altero integro Monaſterij S. Saluatoris Bononiæ ſunt verba hæc, quæ à Gratiano & Iuone afferuntur. Ac ſanè paulo ante Cyprianus hanc ipſam Petri cathedram eſſe oſtenderat, vnde vnitas eccleſia penderet.*

Epiſcopi uero, qui Apoſtolicæ ordinationi ſubiacent, etiã hanc reuerentiam debent, vt ſeſe ſingulis annis Apoſtolorum liminibus repræſentent.

Vnde Anacletus, & Zacharias Papa.

¶Singulis annis Apoſtolorum limina uiſitent epiſcopi, qui ordinationibus Apoſtolicis ſubiacent. C. IIII.

Leo epiſ. 4. c. 5. Poly. l. 4. tit. 25. Anſ. l. 6. c. 164. †al. Idibus Maij

IVxta [e] ſanctorum Patrum, & canonum inſtituta omnes epiſcopi, qui huius Apoſtolicæ ſedis ordinationi ſubiacent, qui propinqui [f] ſunt annue circa † Idus Maij ſanctorum principum Apoſtolorum Petri, & Pauli liminibus pſententur [g] omni occaſione ſepoſita: Qui vero de longinquo [h], iuxta [i] chyrographum [k] ſuum impleant. Qui autem huius conſtitutionis contemptor extiterit, præterquã ſi ægritudine fuerit detentus; ſciat ſe canonicis [l] ſubiacere ſententijs.

¶*Hic eſt canon quartus ſynodi Romæ habitæ ſub Zacharia Papa, quæ extat in bibliotheca Vaticana, ex qua nonnulla ſunt in hoc capite emendata.*

a ¶Clero.] Et ita quilibet epũs ſuffraganeus eſt de clero metropolitani. arg. extra de poſtul. pla. bonæ. arg. 86. diſt. ſi q d uero. Fortè iſte fuerat canonicus, & ad hoc retinebat ibi pbẽdã.

Quod uix fit, fieri dicitur.

b ¶Vix.] Qd ergo vix fit, tamẽ fit. ff. de iud. vix. 19. diſt. in memoriam. arg. cõtra. ff. ad Vellei. tutor. quia ibi dicit uix fieri, ut quis pro ſe apud eundem intercedat. & ita uix, id eſt, nunquam, ſic 2. q. 6. §. biduum. ver. ſi aduerſus.

Multitudo non excuſat à delicto.

c ¶Ordinibus.] Arg. pro eis, qui multitudinem non ſequunt, vt 7. qõ. 1. denique. & ꝙ multitudo non excuſat à delicto uel pęna, arg. 2. q. 1. multi. ſ. diſ. 23. in nomine. arg. cõtra ſupra diſt. 19. in canonicis.

d ¶Filij.] Qui ergo priuati ſunt à ſacramentis, filij ſunt eccleſiæ: quia ſunt epiſcopi. ſ. filij, cum certum eſt, ꝙ qui nõ eſt cum epiſcopo, extra eccleſiã eſt. ar. 7. q. 1. ſcite. Vel dic, ꝙ iam erant abſoluti, uel qa cauſa humilitatis hoc dixit. 2. q. 7. non ſi incompetenter.

Extra eccleſiã eſt q cũ epõ nõ eſt.

QVi cathedrã epiſcopi. CASVS. Dictũ eſt ſ. ꝙ omnes debẽt obedire Papę. Nunc autẽ dicit, ꝙ epĩ, qui ſubſunt Papæ immediate, hanc ei reuerentiã debẽt, ut ſingulis annis curiam viſitẽt. & hoc probatur ſeq. ca.

IVxta.] CASVS. Dicitur hic, ꝙ epiſcopi qui ſubſunt Ro. eccl. nullo mediãte, ſi uicini ſunt, quolibet anno ſedẽ Apoſtolicam uiſitẽt p ſe vel p aliũ. Si uero ſunt remoti, faciant ſicut in chyrographo ſuo cõtinet. Et q cũq; hoc ꝯtẽpſerit, niſi ſit ualitudine impeditus, canonicis regulis ſubiacebit.

e ¶Iuxta.] Hoc cap. loquitur de eis, qui ſubſunt Domino Papæ nullo medio.

f ¶Propinqui ſunt.] Qui ſcilicet in eadẽ prouincia ſunt illos uocat lex pñtes. C. de præſcr. decẽ ann. l. ult. ADDITIO. Ad hoc extra de maio. & obe. humilis. vbi de hoc.

c. 1. & 2. Et dic de longinquo, ut ſunt ultra Italiam conſtituti, ut extra de elec. nihil eſt quod eccleſiæ. Vel remotos uocat ultra duas dietas, ut extra de reſcrip. non nulli.

Remoti q dicuntur.

i ¶Iuxta.] Arg. ꝙ expediri per alios ſufficit quod iuſtè impeditum per ſe facere non poteſt. 18. diſt. epũs.

Impeditus, p aliũ expedire põt officium ſuũ.

K ¶Chyrographum.] Extra de elec. ſignificaſti. in parte deciſa. ſupra. 65. diſt. ſi quis. 5. q. 3. ſi ægrotans.

l ¶Canonicis.] Supra diſt. 18. ſi quis epiſcoporum.

RELI-

RELIQVI. Hæc eſt ſecunda pars huius diſ. in qua dicitur, ꝙ omnes minores in ordine, vel dignitate debẽt ſuis maioribus reuerentiam pręſtare, & hoc probat per 7. auct.

CASVS. Dictũ eſt ſupra qualiter omnes debẽt obedire Papæ. Nunc autem dicit Gratianus, quòd in eccleſia ab oſtiario vſq; ad epiſcopum gradatim minor debet obedire ſuperiori. quod probat per ſequens capitulum.

2 *Reliqui vero in eccleſia minores ſemper debẽt maioribus ſubeſſe, ſicut in ſynodo Romana S. Silueſtri, c. 7. legitur.*

Burc. l. 3. c. 224. Iuo p. 6. c. 299. Anſ. l. 7. c. 66.

¶Minores maioribus obedientiam exhibeant. C. V.

A Subdiacono † vſque ad lectores [a] omnes ſubditi ſint diacono Cardinali vrbis Romæ, in eccleſia repræſentantes ei honorẽ [b]. Porro Pontifici presbyter, presbytero diaconus, diacono ſubdiaconus, ſubdiacono acolythus, acolytho exorciſta, exorciſtæ lector, lectori oſtiarius, oſtiario abbas α [c], abbati monachus in omni loco repræſentẽt obſequium ſiue in publico, ſiue in gremio [d] eccleſiæ.

† Nota ex iſto text. ꝙ hæc dictio, à. excludit, ſimilẽ text. habes in l. ratione. §. ſ. ff. de act. emp.

¶ *Caput hoc & apud Gratianum, & in ipſius ſynodi editionibus videtur valde mendoſum: Burchardus & Iuo ſic habent.* A ſubdiacono vſque ad lectorem, omnes ſubditi ſint diacono Cardinali vrbis Romæ; in eccleſia honorem repræſentantes tantum. Pontifici vero presbyter, diaconus, ſubdiaconus, acolythus, exorciſta, lector, abbas, monachus in omni loco repræſentent obſequium, ſiue in publico, ſiue in gremio eccleſiæ. *Verum ob magnam codicum varietatem, & propter gloſſas, ac doctorum dicta nihil fere in textu mutatum eſt.*

α ¶ Abbas.] *De abbate, & monacho in ſynodi editionibus nulla mentio eſt.*

Et l. 2. cõſi. c. 48

Item ex epiſt. 1. Clementis ad Iacobum fratrem Domini.

¶Quod ſit officium diaconorum. C VI.

DIaconi eccleſiæ tamquam oculi [e] ſint epiſcopi, oberrantes [f], & circumluſtrantes cũ verecundia actus totius eccleſiæ, & perſcrutantes diligentius, ſi quem videãt vicinum fieri præcipitio [g], & proximum eſſe peccato, vt referant hæc ad epiſcopum. *& infra* β. ¶ Sed & de peregrinis ſimiliter epiſcopo ſuggerant refouendis; & cętera his ſimilia, quæ ad cultum eccleſiæ, & diſciplinã eius pertinent, diaconis curæ ſint.

β ¶ Et infra.] *Sic legitur in pleriſque manuſcriptis. In vulgatis legebatur*, & ita. *alia vero nonnulla verba reſtituta ſunt ex originali.*

Item ex eodem, eadem epiſtola.

¶De eodem. C. VII.

Anſ. l. 7. c. 67.

SAcerdotes vero beatus Petrus ſal terræ [h], & mundi lumen docens, præcepit in ſplendore bonorum operum patrem glorificare Deum; de quibus Dominus ait: [Beati eſtis, cum maledixerint [i] vobis homines, & rel. & iterum: [Vos eſtis ſal terræ.]

Matth. 5.

A Subdiacono.] CASVS. Dr̃ hic, ꝙ à ſubdiacono vſque ad lectores dẽnt oẽs obedire Cardinali diacono, deinde Põtifici p̃sbyter, p̃sbytero diaconus, &c.

a ¶Ad lectores.] Hic nomine lectorum omnes inferiores ordines comprehendit.

b ¶Honorem.] Ratione ordinis. hæc eſt. n. iuſtitia. ut minor ſeruiat maiori. 33. q. vlt. eſt ordo. niſi minor in adminiſtratione maioris ſit. 95. diſ. c. 1. vel niſi obtineat locum ſuperioris. infra eo. c. vlt.

c ¶Abbas.] loquitur ſecundum ea tempora cum monachi non erant clerici, vt ĩ. 16. q. 1. generaliter. Vel fortè quilibet clericus dignior eſt quolibet monacho. arg. 16. q. 1. alia eſt cauſa. &c. legi. hodie maior honor debetur abbatibus, quàm alijs clericis. arg. extra de æta. & qual. c. 1. 69. diſt. c. 1.

Monachi olim nõ erant clerici. Clericus ſæcularis eſt dignior monacho.

d ¶Siue in gremio.] Arg. cõtra 95. diſt. epiſcopus 2. nam ibi dicitur, ꝙ in domo collega, debet eſſe prȩlatus in eccleſia.

DIaconi.] CASVS. Dicitr̃ hic, ꝙ diaconi velut oculi epiſcopi debent omnia conſiderare, & ſi uiderint aliqua corrigenda, ſignificent epiſcopo. & per hoc oſtenditur, quòd debent epiſcopo obedire.

e ¶Oculi.] Et not. ꝙ loco diaconorum ſucceſſerunt archidiaconi, qui dicuntur oculi epiſcopi, qui perluſtrant. alia cauſa habetur infra ea. diaconi.

Archidiaconi ſunt oculi epiſcopi.

f ¶Oberrãtes.] Sunt & alij oculi circumluſtrantes ſynodales teſtes. 35. q. 6. epiſcopus in ſynodo. Vel ibi loquitur de exceſſibus laicorum, hic clericorum. Hug.

g ¶Præcipitio.] Ergo non tantũ tenetur q̃s denũciare iã commiſſum crimẽ, ſed etiam cõmittendum: qđ uerũ eſt. 22. q. 5. hoc uidet. arg. extra de cog. ſpi. tua. de cõſe. diſt. 2. cum omne crimen.

SAcerdotes vero.] CASVS. Probat Clemens in hoc capitulo, ꝙ reuerentia eſt ſacerdotibus exhibenda, & hoc probat auctoritate Petri dicentis. Vos eſtis ſal terræ. & auctoritate Domini dicentis, Beati eſtis, &c.

h ¶Sal terræ.] In omnibus enim operibus noſtris ſal offerre debemus. de conſec. diſt. 4. ſal. & per ſal ſapientia intelligitur. 43. diſt. rector.

i ¶Maledixerint.] Nõ ꝙ ex maledictione benedictionem quiſ conſequatur, ſed ex patientia quam ſuſtinet. 11. q. 3. qui iuſſus. Lau.

NVlla.] CASVS. Quæſitum fuit quid debeat fieri de illis clericis, qui ſub nullius epiſcopi diſciplina gubernantur? Et reſpondet ꝙ debent à ſuo officio remoueri. tales enim acephali dicuntur: qui vero ſuis maioribus rectè obediunt, donum cõſequũtur à Deo. Sequẽ. capitulum patet.

huius diſtinctionis, in qua dicitur ꝙ diaconi dẽnt ſubdere ſe presbyteris, & non præferre. & hoc probat per nouem auctoritates. Io. de Fan.

CASVS. Supra in cap. à ſubdiacono. dictum eſt ꝙ ſicut presbyteri obedire dẽnt epiſcopis, ſic diaconi presbyteris.

Item ex concilio Pariſienſi.

¶Hi non ſunt habendi clerici, qui epiſcopali prouidentia non gubernantur. C. VIII.

Cõcordat cõc. Mogũt. ſub Carolo, c. 22. Burc. l. 2. c. 226 Iuo p. 6. c. 301.

NVlla[a] ratione clerici, aut ſacerdotes habendi ſunt, qui ſub nullius epiſcopi diſciplina, & prouidentia gubernantur. Tales enim acephalos[b], ideſt ſine capite priſca eccleſiæ conſuetudo nominauit.

Item ex epiſt. 3. Clementis.

¶De eodem. C. IX.

QVi ſuis epiſcopis non obediunt, indubitanter rei, & reprobi exiſtunt. Porro ipſi à Deo donum ſummi muneris conſequuntur, qui per iuſtitiæ, & præceptorum eius ſemitas incedentes, doctoribus ſuis, qui recte epiſcopi intelliguntur, libenter obediunt.

Item Anacletus epiſt. 1.

¶Illi in Deum ſcandalizantur, qui ſuo non obediunt epiſcopo. C. X.

ILle proculdubio ſcandalizatur[c] in Deum, qui recte non docet, & qui eius ſcandalizat epiſcopum, vel ſacerdotem.

Iuo p. 6. c. 245.

Item Euariſtus ad epiſcopos Africanos, epiſt. 1.

¶Septem debent eſſe diaconi in vnaquaque ciuitate. C. XI.

DIaconi[d] (qui quaſi oculi videntur eſſe epiſcopi) in vnaquaque ciuitate, iuxta Apoſtolorum conſtituta, ſeptem debent eſſe, qui cuſtodiant epiſcopum prædicantem; ne aut ipſe epiſcopus † [e] ab inſidiatoribus quoquo modo infeſtetur, aut lædatur à ſuis: aut verba [f] diuina, detrahendo[g] aut inſidiando, polluantur, vel deſpiciantur; ſed veritas ſpirituali redoleat [h] feruore, & pax prædicata labijs, animi cum voluntate[i] concordet.

Poly. l. 2. tit. 38. Ant. l. 7. c. 69.

†abeſt ab ori.

Item ex concilio Neocæſarienſi, c. 14.

¶De eodem. C. XII.

DIaconi ſeptem eſſe debent ſecundum regulam, quamuis magna [α] ſit ciuitas. Regulæ autem auctoritas iſta eſt, quod & liber actuum[k] Apoſtolorum idem inſinuat.

Ex priſca verſione. Ordo Ro. c. 9. Conc. Aquiſg. c. 64. Act 6.

Burc. l. 2. c. 219. Iuo p. 6. c. 294. & 295.

α ¶Quamuis magna.] *Antea legebatur*, quamuis non magna. *Emendatum eſt ex canone Græco, (qui etiam recitatur in ſexta ſynodo, c. 16. & ex Vulgatis etiam verſionibus. In canonibus primæ Nicænæ ſynodi, qui ex Arabico in Latinum conuerſi nuper editi ſunt, canone 62 multa habentur ad hanc rem pertinentia: quem fortaſſe canonem ſignificauit Andreas Colloſſenſis ſeptima actio. ſynodi Florentinæ.*

3 *Vt igitur ex præmiſſis*[l] *apparet, diaconi debent obe-*

a ¶Nulla.] Infra 18. q. 2. abbatibus.

b ¶Acephalos.] Priuilegiati tamen, qui Papæ ſubſunt, non ſunt acephali 1. quia Papa epiſcopus eorum eſt. arg. extra de priuileg. recepimus. tales ſicut excommunicatos debet quilibet excludere de eccleſia ſua. ext. de parochi. & alie. paro. c. 2. Et eſt hic arg. pro prælatis: & ꝙ etiã eremitæ ſubſunt epiſcopo; in cuius territorio ſunt, ut 16. q. 1. qui uere. Ioan.

1 Adde qđ acephali dicuntur illi q ſunt ſine capite, ut hic. cõcor. gl. in Auth. de appe. generalem. coll. 4.

Eremitæ ſubſunt epiſcopo.

c ILle proculdubio ſcãdalizatur.] Id eſt ſcãdalizat Deũ. 8. q. 1. qui vos Io.

ADDITIO. Ad idem 3. q. 1. nulli. & 21. diſt. in nouo. Archid.

DIaconi.] CASVS. Præcipit Euariſtus, ut in qualibet ciuitate ſint ſeptẽ diaconi, qui cuſtodiant epm̃ à malis hominibus, ne p̃dicatio eius impediatur, & ne ipſe deſpiciatur. Sequẽs capitolum patet.

d ¶Diaconi.] Hoc capitulũ loquit de epiſcopali eccleſia, ubi debent eſſe ſeptẽ diaconi, ut de conſecratio. diſt. 1. epiſcopus Deo. Et ubi facultates ſuppetunt, ut 7. q. 1. illud.

Diaconi ſeptẽ debent eſſe in eccleſia epiſcupali.

e ¶Ne aut ipſe epiſcopus.] Quoquo modo infeſtetur, aut lædatur ab iſtis inſidiatorib. id eſt hæreticis: uel ita, ne quoquo modo offendat ab illis, aut lædat à ſuis clericis p oppreſſionẽ. Et ideo debent ei aſſtãte, & ab eo auertere huiuſmodi oppreſſiones.

f ¶Aut verba.] Hæc eſt ſecunda cauſa huius conſtitutionis.

g ¶Detrahendo.] Timore hæreticorum 2. ſcilicet ſubticendo.

2 Quia forte timore hæreticorũ non audet ſolus prædicare. & hęc expoſitio cõgruit illi litteræ, quę habet polluantur, aut deſpiciant.

h ¶Redoleat.] i. extat in publicũ ex frequenti ardore.

i ¶Cum uoluntate.] Infra de conſec. diſt. 2. reuera. Io.

k DIaconi.] ¶Actuum.] 6. vbi agitur de ſeptem diaconis ordinatis ab Apoſtolis. Io.

VT IGITVR EX PRÆMISSIS. Hæc eſt tertia pars ris. Sed quia diaconi non ſolum volebãt adæquari presbyteris, ſed etiam præferri: ideo ut eorum ſuperbia opprimatur, ſtatutum fuit, ut ſacerdotibus dignam reuerẽtiam exhibeant, & ſibi nihil uſurpent.

l ¶Ex præmiſſis.] Ab iſto loco incipit magiſter altercationem

tionem ſuam inter presbyteros & diaconos. Et primo allegat pro presbyteris, quòd diaconi debent eis ſubeſſe, vſque ad illud cap. diaconi. poſt in illo cap. diaconi. allegat pro diaconis. vltimo in cap. legimus. dabit ſententiam contra diaconos. H.

d ¶Neceſſitas.] Not. ꝙ vbi neceſſitas exigit, & presbyter eſt abſens, poteſt diaconus etiã iure ſuo baptizare, & corpus Chriſti erogare infirmis, ſi conſecratum eſt: ſed in eccleſia in pſentia presbyteri nõ poteſt, etiam ſi neceſſitas exigat, niſi iuſſus, a presbytero: puta cum multi ſunt qui indigent baptiſmo. & presbyter non poteſt omnibus ſufficere. ſimiliter ſi multi ſunt, qui uolũt accipere corpus Chriſti, nec presbyter ſufficit omnibus.

Diaconus põt baptizare, & corpus Chriſti ægris erogare.

Diaco-

dientiam presbyteris, ſicut presbyteri epiſcopis. Sed diaconi ſuperbientes, ſacerdotibus æquari, vel potius præferri quærebant: contra quorum inſolentiam multorum auctoritates manauerunt, eorum ſupercilium reprimentes, atque vt ſacerdotibus condignam obedientiam exhibeant, decernentes.

Vnde Gelaſius [a] *Papa in epiſt. ad epiſcopos per Lucaniam c. 9. & 10. ait.*

[a] ¶ Gelaſius.] *Sic eſt in pleriſque manuſcriptis, & apud Burg. & Iuonem. Nam in impreſſis erat, Pelagius.*

¶Nihil eorum quæ ſunt decreta primis ordinibus, vendicent diaconi. C. XIII.

Poly. l. 3. tit. 10. Anſ. l. 7. c. 63. Burc. l. 4. c. 57. Iuo p. 1. c. 252. & par. 6. c. 99.

Diaconos propriam conſtituimus ſeruare menſuram, nec vltra tenorem paternis canonibus deputatum [a] quidpiam tentare permitimus. Nihil eorum ſuo miniſterio penitus applicare, quæ primis [b] ordinibus proprie decreuit antiquitas. Abſque epiſcopo [c], vel presbytero baptizare non audeant niſi prædictis fortaſſis ordinibus † longius cõſtitutis, neceſſitas [d] extrema compellat. Quod & laicis Chriſtianis [e] facere plerumque conceditur. *& infra.* ¶ Sacri corporis prærogationem † ſub conſpectu pontificis, ſeu presbyteri (niſi his abſentibus) ius non habeant exercendi.

† *officijs*] oci.

C. 10. in medio

† *al. erogationem*

In Aquiſgr. c. 41

Item in concilio Nicano, c. 14 ſeu 18.

¶Inferiores presbyteris ſe diaconi cognoſcant. C. XIIII.

Burch. l. 5. c. 26. Iuo p. 2. c. 36.

PEruenit ad ſanctum concilium, ꝙ in locis quibuſdam, & ciuitatibus, presbyteris ſacramenta [f] diaconi porrigant. Hoc neque regula, neque conſuetudo tradidit, vt hi qui offerendi ſacrificij non habent poteſtatem, his qui offerunt, corpus Chriſti porrigant. Sed & illud innotuit, quòd quidam diaconi etiam ante epiſcopos [g] ſacramẽta [a] ſumunt. Hæc ergo omnia amputentur: & in ſua diaconi menſura permaneant; ſcientes, quòd epiſcoporum quidẽ miniſtri ſunt, inferiores autem presbyteris habentur. Per ordinem ergo poſt presbyteros gratiam ſacræ communionis accipiant; aut epiſcopo, aut presbytero porrigente. Sed nec ſedere in medio [h] presbyterorum diaconis li-

e ¶Chriſtianis.] Et etiam hæreticis 1. vt j. 1. q. 1. quod quidam, &c.

1 Quod eſt ergo iſtorũ priuilegiũ? Dicit vt no. 50. diſt. qui ſub gradu.

PEruenit.] CASVS. Diaconi in tribus delinquebant. Primo, quia poſt conſecrationem porrigebant hoſtiam ſacerdotibus. Secundo, quia ſumebant ſacramenta in Miſſa prius quam epiſcopi. Tertio quia ſedebant in medio preſbyterorum. Statutum ergo fuit in Nicæno concilio, vt de cætero talia non faciant: ſed in ſua menſura permaneant: & ſi quis obedire noluerit, ceſſet ab officio. Capitula, quæ ſequuntur, plana ſunt vſque ad c. nonnulli.

f ¶Sacramenta.] Id eſt Euchariſtiam confectam: ſanguinem autẽ bene porrigunt. infra ead. diaconi ſunt. & ver. ſacerdotibus. & hæc eſt ratio quare ſacerdos corpus Chriſti per ſe ſumat, calicem autem de altari presbyteris ſumere non licet, ſed diaconus eis porriget: quia ſumptio corporis futuram reſurrectionem corporum ſignificat, quam Deus ſua uirtute faciet ſine omni miniſterio. Sed ſumptio ſanguinis ſignificat reſumptionem peccatorum, quę fit interceſſionibus aliorum 13. q. 3. animæ, ſupra diſt. 50. presbyteros qui contra. ibi in pœnam dicitur de diaconis, panem offerant: quare de iure licitum eſſe uidetur. Ioan. Sed illud intelligitur quando in principio ſecretorum diaconus accipiens patenam cum pane offert ſacerdoti. Imponitur ergo diaconis ad pœnam, ne panem offerant altario miniſtrando: hic autem prohibetur ne poſt ſacramenta cõfecta corpus Chriſti porrigant ſacerdoti, ut ſumant. B.

Corporis Chriſti ſumptio, quid ſignat.

Sanguinis ſũptio, q d repſentat.

g ¶Etiam ante epiſcopos.] Id eſt, antequam epiſcopi ſumant.

h ¶In medio.] Secundum conſuetudinem diuerſorũ locorum hæc variantur 2. in quibuſdam enim locis hæc obſeruantur: in quibuſdam non.

2 Arg. ad hoc ff. de offi. procon. l. obſeruare. §. antequã. & l. idemq;. ff. manda.

DIaconus.] CASVS. Diaconi vſurpant officia epõrũ & presbyterorum. baptizabant enim eis præſentibus, & non præcipientibus: & corpus Domini propria auctoritate populis diſtribuebant. quare Pelagius ſtatuit ne de cætero talia faciant ſine præcepto eorum, niſi in neceſſitate presbyteris abſentibus.

a ¶Deputatum.] Scilicet diaconis, ſic 18. q. 2. hoc tm̃.

b ¶Primis.] Id eſt maioribus: epiſcopali ſcilicet, & preſbyterali: & ita epiſcopatus eſt ordo, vt 83. diſt. cum in præterito. 21. diſt. clericos. ad idem 21. diſt. c. 1.

Epãtus eſt ordo.

c ¶Abſque epiſcopo.] Id eſt abſente epiſcopo, uel preſbytero, quibus ſolum baptizandi miniſterium permiſſum eſt, ut de conſe. diſt. 4. conſtat. & dic ꝙ abſque epiſcopo, id eſt, præter auctoritatem eius.

ceat: quia ſi hoc fiat, præter regulam, & ordinem probatur exiſtere. Si quis autem etiam poſt has definitiones obedire noluerit, à miniſterio ceſſare debebit.

¶ *Prior pars huius capitis vſque ad ver.* amputentur. *eſt ex priſca verſione in canone quartodecimo. Reliqua vero pars eſt ex verſione Dionyſii in canone 18. quam quidem totam aſſerunt, & codex canonum, & Burchardus, & Iuo.*

γ ¶ Sacramenta ſumunt.] *Græce eſt*, τῆς εὐχαριστίας ἅπτονται, *quod Dionyſius vertit*, oblata contingant *quamquam Burchardus, & Iuo hoc vno fere loco diſcrepantes habent. ille quidem*, ſacra oblata contingant: *hic vero*, ſacram oblationē cōtingant.

Item ex concilio Laodicenſi, c. 20. & in Agat. c. 65. & Aquiſg. c. 77.

¶ Diaconus honorem exhibeat presbytero, & ipſe ab inferioribus honoretur. C. XV.

j NOn oportet diaconum corā presbytero ſedere: ſed iuſſione[a] presbyteri ſedeat: ſimiliter aūt diaconus honorem habeat à ſequentibus, id eſt a ſubdiaconis, & omnibus clericis. Anſ. l. 7. c. 65. Burc. l. 2. c. 221. Iuo p. 6. c. 296.

Item ex eodem, c. 25. Aquiſgran. ca. 78.

¶ Calicem benedicere, & panem dare diaconis non licet. C. XVI.

ij NOn oportet diaconos α panem [b] dare, nec calicem benedicere.

α ¶ Diaconos] *In vetuſtioribus priſcæ verſionis editionibus eſt*, diaconem *Græce eſt*, ὑπηρέτας, *quod Dionyſius vertit*, ſubdiaconos, *& ſic habetur in concilio Aquiſgranenſi.*

Item ex concilio Carthaginenſi quarto β, c. 37.

¶ Sicut epiſcopis, ita & presbyteris diaconi miniſtrent. C. XVII.

DIaconi ita ſe [c] presbyteri, ſicut epiſcopi miniſtros eſſe cognoſcant. Poly. l. 2. tit. 39. Anſ. l. 7. c. 62.

β ¶ Quarto.] *Caput hoc cum duobus ſequentibus habetur in concilio quarto Carthaginenſi, & in codicibus Gratiani etiam manuſcriptis, itemque apud Anſelmum titulo huius capitis erat additū:* Carthaginēſi quarto, cui Papa Zozimus interfuit per Vicarios, *quod minime conuenire oſtendūt acta ſextæ ſynodi Carthaginenſis: ad quā Zozimus Fauſtinum Potentinæ eccleſiæ epiſcopum, Philippum, & Aſellum legatos miſit. Nam quarta habita eſt Honorio iij. & Eutychiano Coſſ. ſexta vero Honorio xij. & Theodoſio viij. Coſſ. id eſt anno vigeſimo poſt. Quo anno (prout ex Africano concilio can. 76 & ſequentibus apparet) contra Pelagij, & Celeſtij hæreſim quædam ſunt definita; cum Celeſtius ad Zozimum Papam appellaſſet: quod ex nonnullis manuſcriptis Zozimi, & epiſcoporum Africæ ad ipſum epiſtolis, quæ in bibliotheca Vaticana ſeruantur, demonſtratur. Quare, cum Zozimus in Pontificatu duos tantum annos, & menſes aliquot vixerit neceſſarium eſt multo ante ipſius Pontificatum quartam ſynodum Carthaginenſem habitam fuiſſe.*

Item ex eodem, c. 38.

¶ De eodem. C. XVIII.

PRæſente presbytero diaconus Euchariſtiam corporis Chriſti populo, ſi neceſſitas cogat, iuſſus eroget [d]. Poly. ibidem. Anſ. l. 7. c. 66. Burc. l. 5. c. 13. Iuo p. 2. c. 23.

Item ex eodem, c. 39. & 40. & 41.

¶ De eodem. C. XIX.

DIaconus ſedeat quolibet loco [e], iubente presbytero. Item Diaconus in conuentu [f] presbyterorum interrogatus loquatur [g]. Anſ. ibidem.

---

a NOn oportet.] ¶ Sed iuſſione.] Hoc obſeruatur ſecundum conſuetudinem quarundam eccleſiarum cum redit à lectione Euangelij. Lau.

b NOn oportet.] ¶ Panem.] Id eſt corpus Domini. Dare, id eſt, porrigere, ſcilicet alijs poſt confectionem ſine licentia ſacerdotis. Vel dic, dare, id eſt conficere: quod ad ſolum presbyterum pertinet. 1. q. 1. dictum. extra de ſumma trini. firmiter.

c DIaconi ita ſe.] In Miſſa: nam alibi magis ſunt miniſtri epiſcopi.

d PRæſente.] ¶ Erogет.] Iuſſus vel non iuſſus, longe tū poſitis epiſcopo uel presbytero. ſupra ea. diaconus.

e DIaconus.] ¶ Loco.] Id eſt, in aliquo: de omni 1. tū honeſto. ff. de arbitr. ſi cum dies. §. ſi arbiter. & ff. de mune. & hono. ut gradatim. §. 1.

1 Sic 1. q. 7. ſi quis omnem. 15. q. 1. mulier.

f ¶ Diaconus in conuentu.] Vbi conueniunt ad ſynodum.

g ¶ Loquatur.] Id eſt præ-

prædicet, nam officium prædicandi presbyterorum eſt. 16.q.1.adijcimus.Hug.
a ¶Alba.] Id eſt, dalmatica.arg.11.q.3.epiſcopus preſbyter.
b ¶Vel lectionis.] Euangelij.
Non-

cis competunt: & hoc probat per duo capitula. Ioan. de Fant.
CASVS. Supra in cap. diaconi. prohibitum eſt, ne diaconi vſurpent officia epõrum vel presbyterorum. Nunc vero dicit, ꝙ non debent uti compagis, id eſt, calceamentis epiſcoporũ, quib. nulli diaconorum uti licèt abſque apoſtolica licentia: ſicut nec mappulis uti debent abſque eiuſdem auctoritate: quas conceſſit Conſtantinus Cardinalibus, ut ī.96.diſtin. in illa palea, Cõſtantinus.

Alba [a] uero tempore oblationis tantum, uel lectionis [b] vtatur †.

† al. induatur

Item ex concilio Toletano 4.c.38.

¶Diaconi presbyteris ſe ſuperiores non cognoſcant. C. XX.

Burc.l.2.c.222. Iuo p.6.c.297.

NOnnulli diaconi in tantam erumpunt ſuperbiam, ut ſeſe presbyteris anteponant, atque in primo [c] choro ipſi priores ſtare præſumant, presbyteris in ſecũdo choro conſtitutis. Ergo ut ſublimiores [d] ſe † presbyteros agnoſcant, tam hi quàm illi in utroque α conſiſtant.

† al. ſibi

α ¶In vtroque.] *Licet in vulgatis Gratiani codicibus legatur,* in vtroque ordine, *& in tomis conciliorum impreſſis,* in vtroq. choro: *tamen in vetuſto codice conciliorum Regis Catholici, & pleriſque uetuſtis Gratiani, etiam impreſſis neutra uox habetur.*

4 *Compagis [e] vero calciari abſque Apoſtolici licentia diaconis non permittitur, ſicut nec mappulis [f] vti abſq. eiuſdem auctoritate quibuslibet clericis conceditur.*

Io.diac.l.4.c.8.

Vnde Gregorius Ioanni epiſcopo Syracuſano, lib.6. epiſt. 28. indict. prima.

¶Abſque Apoſtolica licentia Diaconi compagis uti non præſumant. C. XXI.

Anſ.l.7.c.74.

PEruenit ad nos, diaconos eccleſię Cantinẽſis calciatos cõpagis procedere pręſumpſiſſe: quod qa nulli hactenus per totam Siciliam licuit, niſi ſolis tãtummodo diaconis eccleſiæ Meſſanenſis, quibus olim à prædeceſſoribus noſtris non dubitatur eſſe cõceſſum, bene recolitis. Quia ergo tantæ temeritatis auſus nõ eſt leuiter attẽdendus, cũ omni hoc fraternitas veſtra ſubtilitate perquirat: & ſi ita β, ſicut ad nos peruenit, inuenerit verũ eſſe; vtrum uel à ſe, vel alicuius [g] hoc auctoritate [h] præſumpſerint, nobis ſubtiliter innoteſcat: vt cognita ueritate, quid fieri debeat, diſponamus. Nam ſi negligenter ea, quæ male vſurpantur, omittimus; exceſſus viam [i] alijs aperimus.

β ¶Et ſi ita.] *Hic & paulo inferius addita ſunt aliquot verba ex originali.*

Ioa.dia.l.4.c.2.

Item Ioanni Rauennati epiſcopo, lib.2. epiſt.54. ſeu c.93.

e ¶Cõpagis.] Id eſt, ſandalibus, & dicuntur compagi ſandalia uel caligæ epiſcopales: & eſt maſculini generis. Ioan.

Compagi.

ADDITIO. Scilicet compagus compagi. Hug.
f ¶Nec mappulis.] Id eſt, ornamentis equorum, quæ Conſtãtinus cõceſſit Cardinalibus. ī.96. diſt. Cõſtantinus. nam mappa ornamentum eſt equi. ſimiliter in Authen. de cõſuli. §. quãtacumque 2. & ſunt q̃dam alba linteamina quibus cooperiuntur equi Cardinalium, cũ proceſſionem faciũt. Alij dicunt ꝙ mappulæ ſunt mi[...] æ epiſcopales.

Mappulæ q̃d ſignent.

2 Idem arg. C. nulli licere in frenis, &c. l. unica libro 11.

PEruenit.] CASVS. Apoſtolicus conceſſerat ſolis diaconis eccleſiæ Meſſanen. vti compagis: quos tñ poſtea diaconus Catinenſis eccleſiæ portare præſumpſit. Præcepit ergo Gregorius Ioãni epo Syracuſano, ut ſubtiliter inueſtiget an per ſe, an alterius auctoritate hoc fecerit: quia ſi malè vſurpata non puniantur, uia delinquentibus alijs aperitur.

NOnnulli.] CASVS. Quidam diaconi in choro nolebant eſſe in loco digniori, uolentes ſacerdotibus præferri, ſed conciliũ Toletanũ ſtatuit, ut tam diaconi quàm presbyteri perſeuerẽt in locis ſibi deputatis: ita ut diaconi cognoſcant presbyteros eſſe maiores ſe.
c ¶Atque in primo.] Id eſt, in primo ordine, ut ſit Pariſijs.
d ¶Vt ſublimiores 1.] Sic cõſtrue. ergo tam illi, quàm iſti cõſiſtant in utroq. or. ita ſcilicet ut diaconi agnoſcãt presbyteros ſublimiores ſe, ſcilicet diaconis. & ſtabunt ſm tempus ſuæ ordinationis. 17. diſt. cap. eps.
COMPAGIS. Hæc eſt quarta pars huius diſt. in qua dicitur, ꝙ compagi, id eſt, ſandalia & mappulæ, id eſt, linteamina, quæ portant Cardinales, ſolis Romanis cleri-

1 Id eſt, maiores, quaſi ſtẽt in utroque choro diuiſi, ita ꝙ presbyteri in primo, diaconi in ſcdo. Pet.

g ¶Alicuius.] Argu. ex hoc & ſeq. c. habet, quòd illud videtur prohibitum quod non oſtenditur eſſe conceſſum. argu. diſt.100. contra morem. arg.25.q.2. amputato. arg.10. quæſt.1. hanc. arg 2.q.1. conſuluiſti 2. Et eſt hoc uerum in ijs, quæ ſunt de iure ſpeciali. aliàs quod non eſt prohibitum, intelligitur eſſe conceſſum. 27.q.2. lex diuina. & 30. quæſt.3. illud. & de deſpon. impu. c. 1. in fi.
h ¶Auctoritate.] Nam ſi maioris auctoritate hoc feciſſet, hoc eſſet utcumque excuſabile. arg. diſt.63. Salonitanæ. & diſt.28. diaconi 3.
i ¶Viam.] C. de indi. uidu. l.2. in fin. C. vnde ui. meminerint. ī.21.q.2.c.2. ī.23.q.4. eſt iniuſta. 1.q.7. exigunt. contra. infra 35.q.9. loci noſtri.

Prohibitũ. vr̃, quod cõceſſum non oſtenditur.
2 Et. extra ne ſe. uacã. illa. ubi de hoc. & extra. de trãſ. inter.
3 De hoc no. 86. diſt. an putatis.

ILlud.]CASVS. Ioannes archiepiſcopus Rauēnas ſupplicauit Papæ vt liceret ſuis clericis uti mappulis: ſed Papa ei reſcribit dicens, ꝙ Cardinales ei fortiter obuiauerunt, aſſerentes hoc nulli eccleſiæ fuiſſe conceſſum, niſi Romanæ. & ſi eſſet ab aliquibus vſurpatum, nō fieret per hoc præiudicium eccleſiæ Romanæ.

tias. ei namque cor omne patet: & omnis loquitur uoluntas, vt 24. q. 3. Deus 1.

g ¶ Colloquentes.] Quo ad contemplationem: uel hoc dum ſunt in oratione. de conſecra. diſt. 1. quando, 1

h ¶ Patri.] Hoc poteſt intelligi hiſtoricè quando Moyſes

1 Cōcor. gl. in l. 2. ff. de don. inter virū & uxo.

¶ Mappulis clerici ſine Apoſtolici licentia vti non debent. C. XXII.

ILlud autem, quod pro vtendis à clero veſtro mappulis ſcripſiſtis, à noſtris eſt clericis fortiter obuiatum, dicentibus nulli hoc vnquam alij cuilibet eccleſiæ conceſſum fuiſſe; nec Rauēnates clericos illic, vel in Romana ciuitate tale aliquid cum ſua conſcientia præſumpſiſſe, nec ſi tentatū eſſet, ex furtiua vſurpatione ſibi præiudicium generari. Sed etiam, ſi in qualibet eccleſia hoc præſumptum[a] fuerit, aſſerunt emendandum, quod non conceſſione Romani Pontificis, ſed ſola ſubreptione præſumitur†.

Anſ. l. 7. c. 168.

† *al præſumit*

Item Hieronymus de ſeptem ordinibus eccleſiæ, c. 5.

Inter opera B. Hieron. tom. 4. vel 9.

¶ Sicut in miniſterio, ita in diſpenſatione ſine diacono epiſcopus non viuat. C. XXIII.

5 DIaconi ſunt, quos in Apocalypſi legimus, ſeptem Angeli[b] eccleſiarum: hi ſunt ſeptem candelabra[c] aurea: hi voces[d] tonitruorum. *& infra.* ¶ Virtutum operatione præclari, humilitate præditi, quieti, humiles, euangelizantes pacem, annunciantes bona, diſſenſiones, & rixas, & ſcandala reſecantes, [docentes †[e], ſoli Deo[f] colloquentes[g], in templo nihil de mundo penitus cogitantes, dicentes patri[h], & matri[i]; non noui †[k] vos, & filios[l] ſuos non agnoſcentes[m]. *& paulo poſt.* ¶ Sine hoc ſacerdos nomen *a* † non habet, ortum non habet[n]; officium non habet. Hic miniſter[o] Dei dicitur, quia ſcriptum eſt: [Quis maior eſt, qui miniſtrat, an cui miniſtratur?] Et ſicut in ſacerdotio miniſtratio†[p], ita in miniſtro eſt ſacramēti[q] diſpenſatio. *& paulo poſt.* ¶ Sacerdotibus etiā propter præſumptionē nō licet de mēſa Domini tollere calicē; niſi eis traditus fuerit à diacono. *& paucis interiectis.* ¶ Ita enim Deus noſter oīpotens vniuerſa diſpoſuit, vt qui maiorē[r] ſe eſſe crediderit, minor ſit, & qui videretur minor, maior

Poly. l. 2. tit. 39. Anſ. l. 7. c. 72. *Apoc. 1.*

† abeſt ab or. *Deuter. 33.*

† *al. nouimus*

† *al. nomen habet*

Mar. 10.

† *conſecratio*] vera lectio.

Antiquitas non dat priuilegium.

a ¶ Præſumptum.] Argu. antiquitatē uel longam conſuetudinem non dare priuilegium, vt diſ. 100. contra morē. arg. contra. 63. diſt. quia. & 9. q. 3. conqueſtus. Et eſt ratio: quia hoc poſſideri non poterat de iure cōmuni. arg. extra de præſcrip. cauſam. Nā & ſunt alia iura, quæ non præſcribuntur, vt ſubiectio uel procuratio. extra de præſcr. cū ex officij. uel uia publica. ff. de uia pub. uiam. argum. C. de aquæduc. diligenter. libro. 11. & eſt ti. C. de fundis rei priua. & ſal. diuinæ domus. uſus aquæ. li. 11.

Præſcribi nō poſſunt aliqua.

ADDITIO. Dicas ꝙ ſunt multa, quæ non præſcribuntur: quod dic ut leg. & nota. extra de præſcrip. cum liceat. in fin. & 16. q. clerici, in fine. Archidiac.

DIaconi.] Hæc eſt quinta pars huius diſtinc. in qua laudat diaconos quatuor modis: ſcilicet à ſignificatione, quia ſignificant ſeptem cādelabra aurea. A virtute, quia debent eſſe uirtuoſi. Ab officio, quia ſine illis epiſcopi cantare non dēnt. Ab inſtitutione, quia à Domino fuerunt inſtituti. Ioā. de Fant.

CASVS. Supra dictū eſt diaconos ſubeſſe ſacerdotib. ſed ne ſacerdotes nimium inſuperbirent, commendat Hieronymus in hoc c. diaconos. Diuiditur ergo hoc c. in tres partes. In prima parte commendat Hieron. diaconos quadruplici rōne. Rōne ſignificationis: quia ſignificantur per ſeptem cādelabra aurea, & ſeptē angelos eccleſiarum. Rōne uitę & conuerſationis. Rōne miniſterij: quia ſine his ſacerdos miniſtrare non poteſt. & maior eſt qui miniſtrat, q̄ cui miniſtratur. Et rōne inſtitionis: quia à Deo ſunt inſtituti. in ſcđa parte reprehendit rapacitatē ep̄orum, qui uolūt oīa rapere, & oīa ſibi uendicant. In tertia parte oſtendit ꝙ ſicut in hoc mundo raptor punitur à iudice, ita ep̄s qui bona clericorū rapit à Dño punietur, niſi uniuerſa reddat. Scđa pars incipit ibi, [Nunc autem.] Tertia ibi, [Certè ut ipſe.

b ¶ Angeli.] Id eſt prælati.

c ¶ Candelabra.] Quæ erant in templo Domini.

d ¶ Voces.] Auditæ à Ioanne in Apocalypſi.

e ¶ Docentes.] Populum quo ad vitam actiuam.

f ¶ Soli Deo.] Quod ſolus Deus nouit eorū cōſcien-

Cor omne Deo patet.

ſes in ultionem idolatriæ a uituli cōflati, præcepit leuitis ut nemini parcerēt: nec etiam patri: ſimiliter diaconi non deberent eos cognoſcere, id eſt, amori Dei amorem eorum præponere. Vel poteſt intelligi myſticè de diabolo, & de concupiſcentia carnis, & eius moribus, ut in gl. hic depictis.

a Hæc hiſtoria not. 45. diſt. diſciplina.

Diabolus pater dicit.

i ¶ Et matri.] Id eſt, carnali concupiſcentiæ.

K ¶ Non noui.] Id eſt, nolo præponere veſtrum amorem amori Dei.

l ¶ Et filios.] Id eſt, illicitos motus.

m ¶ Non agnoſcentes.] Id eſt, non nutrientes: ſed ad petram illidentes.

n ¶ Habet.] Quia ſine diacono epiſcopus Miſſam celebrare non poterit, niſi neceſſitate inſtante. tunc enim etſi non poſſet habere diaconum, abſque eo Miſſam celebrare poterit.

Ep̄s ſine diacono nō celebret.

o ¶ Miniſter.] Hic commendat eos à miniſterio.

p ¶ Miniſtratio.] Id eſt, conſecratio Euchariſtiæ.

q ¶ Sacramenti.] Scilicet præſentibus ſacerdotibus coram eis. vt ſupra diſt. ead. diaconi.

r ¶ Maiorem.] Id eſt, meliorem, vel hoc cum bene adminiſtrat.

a ¶ Orant.]

exiſteret. Denique quàm hoc verum ſit, ipſe perpende. Leuitæ inferunt oblationes in altari: Leuitæ componunt menſam Domini: Leuitæ cum ſacerdotibus, dum ſacramenta benedicunt †, aſſiſtunt: Leuitæ ante ſacerdotes orant [a], vt ſi diſtinctio locorum creditur, etiam in altari Dei videant ſibi epiſcopi, ſi ſuperbi ſunt, diaconos anteponi. Si humilitatem diligunt: maiores ſe eſſe in eo, quòd ſunt humiles, cognoſcant. Tunc demum † [b], vt aures habeamus ad Dominum, diaconus acclamat: ipſe prædicat [c], ipſe hortatur, ipſe commonet adſtantibus ſacerdotibus [d], ne leuiter hanc uocem, quæ loquitur hæc, & pacem annunciat, aut negligenter aſpicias, aut contemnendam putes. Sufficit huic [e] ordini, tantum per Dominum fuiſſe conceſſum, vt non ſolus ſacerdos in templo totum agere, & implere videatur. *& infra.*

¶ Nunc autem ex quo in eccleſijs, ſicut in Romano imperio, creuit auaritia? perijt lex de ſacerdote [f], & viſio [g] de propheta. Singuli quique per † potentiam [h] epiſcopalis nominis, quam ſibiipſi illicite abſque eccleſia [i] vendicarunt *, totum, quod leuitarum eſt, in vſus ſuos redigunt; nec hoc ſibi, quod ſcriptum † eſt, vendicant; ſed cunctis auferunt vniuerſa. Mendicat infęlix clericus in plateis; & ciuili † operi mancipatus publicam à quolibet depoſcit alimoniam †. Et quidem [k] ex eo deſpicitur cunctis ſacerdotale officium, dum miſericordia deſolatus iuſte [l] putatur ad hanc ignominiam deueniſſe. *& infra.* ¶ Solus incubat bonis †, ſolus miniſterio vtitur [m], ſolus vniuerſa ſibi vendicat, ſolus partes inuadit alienas [n], ſolus occidit [o] vniuerſos. *& paulo poſt.*

¶ Hinc propter ſacerdotum auaritiam odia conſurgunt: hinc epiſcopi accuſantur [p] à clericis; hinc principum † lites; hinc detractionis † cauſa; hinc origo criminis. Etenim ſi vnuſquiſque ita in hoc † mundo viſibili aliquid poſſidere [q] iubetur, vt ſua tantum poſſeſſione contentus ſit, ac res non inuadat alienas, non agrum pauperi tollat, non vineam, non ſubuectorium † aliquod, non famulos, non fructus; quanto magis, qui eccleſiæ Dei præeſt, debet ita in omnibus ſeruare iuſtitiam, vt ſibi [r] hoc tantum uendicet, quod ſui iuris eſſe cognoſcit? aliena non rapiat? aliena non contingat? æqualem [s] ſe cæteris faciat? & ſicut ſine his in miniſterio non viuit, ita in diſpenſatione [t] non viuat?

† *al. benedicuntur.*
†*deinde*] ori.
Ezech. 7.
† *pro potentia*] orig.
* Quod eſt ꝯ iuris præceptum, vt ff de inſt. & iure. l. iuſtitia. §. iuris pręceptum. & inſt. eod. tit.
† *al. adſcriptum.*
† *al ſeruili*
† *al. eleemoſinam.*
† *diuitijs*] or.
† *al. donis*
† *al. principium litis.*
† *deſolationũ cauſa*] orig.
† *hunc mundum viſibiliter poſſi.*] ori.
† *al. ſubiectorum.*] *al ſubiunctorum.*

a ¶Orant.] Id eſt, prædicant. vt diſ. 25. vnum, & 11. q. 1. ſicut enim. vnde exponendo ſubdit tunc demũ. quod autem dicitur in altari anteponi, reſpicit quod de calice præmiſerat, calicem nõ tollere, niſi eis traditus fuerit à diaconis. Vel dic, orant, id eſt, ad orãdum inuitant cum dicunt; flectamus genua.

b ¶Tunc demum.] Scilicet circa finem Miſſæ, cum piaconus clamando dicit populo: Humiliate uos ad benedictionem.

c ¶Prædicat.] Infra 11. q. 1. ſicut enim. ſcilicet legendo Euangelium.

d ¶Sacerdotibus.] Quædam hic referuntur, quæ ex toto bene non intelliguntur: quia non in omnibus eccleſijs hæc officia habet diaconus.

e ¶Huic.] Commendat hic eos ab inſtitutione. ꝯ. ead. dominus. contra ꝯ. diſ. 21. §. 1. contra. Sed intelligas tantum per Deum principaliter: quia eius auctoritate hoc in vete. teſta. fuit inſtitutum. 77. diſ. in veteri. arg. extra de ſenten. excom. mulieres.

f ¶Perijt lex de ſacerdote.] Verba Eſaiæ. idem, multi ſacerdotes non adimplent legem.

g ¶Et viſio.] Id eſt, gratia prophetizãdi propter auaritiam; quia omnes virtutes patiuntur detrimentum ab vno vitio, &c. de peni. diſt. 5. c. 1.

Virtutes oẽs ab uno vitio detrimẽtum patiuntur.

h ¶Per potentiam.] Inuehitur in epiſcopos.

i ¶Abſque eccleſia.] Scilicet in tali modo vt aliena vſurpent. aliter videtur contra. infra ead. c. prox. 95. diſt. olim.

K ¶Quidem.] Supra diſ. 86. non ſatis.

l ¶Iuſtè.] Id eſt, ſuis meritis.

m ¶Vtitur.] Id eſt, nõ vult partiri onera adminiſtrationis cum fratribus. extra de offi. archid. c. vlti. & de præſum. mãdata. Vel dic, id eſt, de rebus eccleſiaſticis.

n ¶Alienas.] Cum quod ſuum non eſt, ſcire debet ad alios pertinere. C. vnde ui. cum quærebatur.

o ¶Occidit.] Hoc refertur ad laicos, quibus occaſionem mortis præſtant. 11. qõ. 3. præcipuè. 86. diſtin. paſce.

p ¶Accuſantur.] Nã epiſcopi omnia etiã ea, quæ de nouo eueniunt inſimul cum alijs debent diuidere. arg. 12. q. 2. cognouimus. Item nec ea diſtribuere debet ſine conſenſu canonicorum. extra, de his quæ fiunt à præla. ſine conſen. ca. nouit. licet ſit ꝓordinator in cũctis. 25. diſt. perlectis. niſi hoc ſibi uẽdicaret epiſcopus ex conſuetudine. extra de his quæ fiunt à præla. ca. noſcitur. Et eſt arg. quod ſemper pręſumitur ꝙ accuſatio epiſcoporum fiat ex odio, ut no. 2. q. 7. ſi quis epiſcopus. Arg. contra. 6. q. 1. ſi omnia.

Euenientia de nouo ꝑ quem ſunt diuidenda.

Accuſatio ẽporum ꝓſumitur ex odio fieri.

q ¶Poſſidere.] Hoc ad laicos refertur. unde caute. dixit in hoc mundo. & in clericis ſecus, ut infra. 12. q. 1. cap. duo ſunt.

r ¶Sibi.] Arg. pro diſtributione portionum inter clericos.

ſ ¶Æqualem.] Si. 95. diſt. epiſcopus 2. & iſte eſt unus gradus humilitatis, ut ſupra diſt. 22. de Conſtantinopolitana.

t ¶In diſpenſatione.] Id eſt, diſtributione præbendarum.

Vitæ præſentis tp̄s breue dr̄ eſſe.

a ¶ Vltionis.] Ex toto: quod non dr̄ differri, quia totū tempus huius uitæ breuiſſimum reputatur. de pœniten. diſt. 5. conſideret. Nam quòd quandoque pœna differatur, eſt expreſſum infra 23. q. 4. quod Chriſtus. 45. diſt. licet 1. & eſt ratio quare qn̄q; differatur, ut de pœnit. diſt. 3. quid ergo. de pœ. diſtin. 1. prædixerat.

b ¶ Aſſiduè.] Id eſt, iterato nō miſeretur de facili. nam uulnus iteratū tardius ſanatur, ut ꝟ. de pœni. diſt. 3. inanis.

HOC CAPITVLO. Hæc eſt ſexta pars huius diſt. in qua laudat presbyteros, & humiliat diaconos. Ioan. de Fant.

CASVS. Supra proximo cap. diaconi ſunt commēdati, ſed quia nimis contra presbyteros ſuperbiebant, iō Hieronymus contra eorum ſupercilium ſcribit.

Laudis præconium ſuperbire facit.

c ¶ Inoleſcentes.] Quia ſæpè ex laudis præconio innaſcitur ſuperbiæ inflatio, ut 6. q. 1. ſunt plurimi. ſuperbiebant fortè ex eo ꝙ ſupra cap. proxi. commendati ſunt.

LEgimus.] CASVS. Euagrius epiſcopus quæſiuit à Hieronymo, vtrum ſacerdotes eſſent diaconis præferendi; Et reſpondet ꝙ ſic, & probat tripliciter: ſcilicet ratione nominis ſiue appellationis: quia olim idem dicebatur presbyter & epiſcopus. Et hoc probatur ſeptem auctoritatib. Ratione officij, ſiue inſtitutionis: quia ad maius officium ſunt inſtituti presbyteri q̄ diaconi: quia ſacerdotes orant & prædicāt: ſed diaconi miniſtrant. Et reſpondet obiectioni, quam fecit ſibi ipſi de diaconis ratione eccleſiæ, & ratione promotionis: quia diaconus promouetur in ſacerdotem, & non econuerſo. & hæc promotio non fit niſi de minori ad maius. Ratio officij incipit ibi, [Quid enim facit.] Ratio prohibitionis eſt ibi [Qui prohibetur à minori.]

d ¶ In Eſaia.] 32. cap.

Fatuus eſt qui fatua loquitur.

e ¶ Fatua loquetur.] Nota arg ꝙ qui fatua loquitur, fatuus eſt. ut 23. q. 8. conuenior. & ff. de cōdi. inſti. quidam, infra de pœnit. diſt. 1. § poteſt. & 1. q. 1. ita fit.

f ¶ Menſarum.] Quam iniuriam patitur.

g ¶ Audi.] Ideo dicit teſtimonium, quia duo ſunt per quos probat.

h ¶ Philippis.] Nomen ciuitatis in Macedonia.

i ¶ Cum epiſcopis.] Cum in vna ciuitate plures ep̄i non dēant eſſe: arg. diſt. 80. in illis. & c. ep̄i. &. 13. q. 1. c. 1. & ideo hoc ipſo nomine presbyteri intelliguntur.

i ¶ Epi-

¶ Certe, vt ipſe noſti, qui viſibiliter in hoc mundo ius inuadit alienum; accuſatur à paupere, damnatur à iudice: Ita & in eccleſia Dei, cum vnuſquiſque ſtipendia ſua perdit, clamat ad Deum; exauditur à Chriſto: nec differtur in hac parte ultionis [a] ſententia, ſi non redduntur vniuerſa. Moderatio enim Dei †, ac pietas ſolum noſtrum reditum quærit; ac nos cupit ſua [longa † bonitate ſaluari. Sed ſi non conuertimur, ſi duri corde ſumus, ſi in peccatis vſque ad mortem illicite perduramus; aſſidue [b] peccanti, ſicut ſcriptum eſt, Deus non miſeretur.

† *Dei preces, ac ſolum*] or.
† abeſt ab or.

a. ¶ Nomen non habet.] *Sic etiam in originali, ſed in multis Gratiani manuſcriptis, & apud Anſelmum eſt,* nomen habet, officium non habet.

Hoc capitulo ſacerdotum auaritia reprehenditur. diaconorum dignitas, ſiue officium commendatur. Sed quia, vt ſupra dictum eſt, diaconi inſoleſcentes [c] etiam presbyteris ſe præferendos arbitrati ſunt; contra eorum ſupercilium ſcribit Hieronymus ad Euagrium epiſcopum, epiſt. 85. tomo 2.

¶ Diaconi presbyteris debent ſubeſſe. C. XXIIII.

Eſaia 32.

Poly. ibidem. Anſ. l. 7. c. 87.

LEgimus in Eſaia [d] [Fatuus fatua [e] loquetur.] Audio quendam in tantam erupiſſe vecordiam, vt diaconos presbyteris, id eſt epiſcopis anteferret. Nam cum Apoſtolus perſpicue doceat eoſdem eſſe presbyteros, quos epiſcopos; quid † patitur menſarum [f] & viduarum miniſter, vt ſupra eos ſe tumidus efferat, ad quorū preces Chriſti corpus, ſanguiſque conficitur? Quæris auctoritatem? Audi [g] teſtimonium: [Paulus, & Timotheus ſerui Chriſti Ieſu omnibus ſanctis in Chriſto Ieſu, qui ſunt Philippis [h], cum epiſcopis [i], & diaconis.] Vis & aliud exemplum? in actibus Apoſtolorum ad unius eccleſiæ ſacerdotes ita Paulus loquitur: [Attendite uobis, & cūcto gregi, in quo vos ſpiritus ſanctus poſuit epiſcopos [k], vt regeretis eccleſiam Domini, quam acquiſiuit ſanguine ſuo.] Ac ne quis cōtentioſe [l] in una eccleſia plures epiſcopos fuiſſe cōtendat, audi & aliud teſtimonium; in quo manifeſtiſſime comprobatur, eundem eſſe epiſcopum atq; presbyterū: [Propter hoc reliqui [m] te in Creta, vt quæ deerant, corrigeres, & conſtitueres presbyteros per ciuitates, ſicut & ego tibi mādaui. Si quis eſt ſine crimine, unius uxoris uir, filios habens fideles, non in accuſatione luxuriæ [n], aut nō ſubditos. Oportet enim epiſcopū ſine crimine eſſe, quaſi

† *al. quis patiatur*

Philip. 1.

Act. 20.

Ad Titum 1.

k ¶ Epiſcopos.] Id eſt, presbyteros, cum in una eccleſia epiſcopi plures eſſe non debent.

l ¶ Contentioſe.] Quia ſingularum eccleſiarum ſinguli ſunt epiſcopi, vt 7. q. 1. in apibus.

m ¶ Reliqui.] Verba Apoſtoli ad Titum cap. 1. poſt ſequitur ad Timotheum.

n ¶ Luxuriæ.] Id eſt, de luxuria accuſabiles. ideo non ſubditos, quia propter peccata filiorum citius rapitur quis morte. 47. diſt. §. neceſſe. cum ſcilicet ipſe eſt negligens.

a ¶ Per

a ¶Per prophetiam.] Id eſt, per electionem.
b ¶Presbyterij.] Scilicet presbyterij mei, & ſic loquitur de ſeipſo: cum tamen ipſe Paulus eſſet epiſcopus, cum eum ordinaret.

Petrus ſe uocat preſbyterum.

c ¶Compresbyter.] Ecce Petrus ſe vocat presbyterū, cum

na erant communia. 95. diſt. olim. & officium erat cōmune: ſed in ſecunda primitiua cœperunt diſtingui & nomina & officia. H. dicit 1. ꝙ tantum in nomine fuit facta prælatio. primo enim omnes dicebantur ſacerdotes. licet quidam alijs prælati eſſent quantum ad officium. Et quod dicitur 80. diſtinc. in illis, qui tantum epiſcoporum uocabulo potirentur, expone, id eſt, non archiepiſcoporū, nec primatum: & ita excluditur ſuperius, non inferius. Tertij dicunt, ꝙ prælatio hæc facta fuit & quo ad nomē, & quo ad adminiſtrationem, & quo ad quędam miniſteria, quæ ſpectāt tātū ad officiū epiſcopale: & fuit hæc pręlatio facta à tempore Petri. & hoc innuit hæc littera ibi, Nam & Alexādriæ à Marco euangeliſta uſq; ad Heraclā & Dionyſium: q̄a Marcus fuit cōtēporaneus Petro & Clementi: arg. 25. q. 1. cū beatiſſimus. Heracla autem & Dionyſius fuerunt contemporanei ipſi Hieronymo: & ita eſt illud contra ſedatum. 80. diſtinct. in illis. & illud de conſec. diſtinct. 5. manus. Ante prælationem ergo iſta nomina, preſbyter, epiſcopus, erāt prorſus ſynonyma, & etiam adminiſtratio communis erat: quia communi conſilio ſacerdotum regebantur eccleſiæ. 95. diſtinct. olim. In ſchiſmatis ergo remedium (vt hic dicitur) facta eſt prælatio, ut unus præeſſet & quo ad nomen, & quo ad adminiſtrationem, & quo ad quædam ſacramenta, quæ modo appropriantur epiſcopis.

1 Ipſe Hugo ſic dicit, ego credo ꝙ ab initio dr̄ia fuit inter ep̄os & ſimplices ſacerdotes ſicut mō eſt & in adminiſtratione, & in prælatione. & in officijs, & in ſacris: ſed quo ad appellationē non erat dr̄ia: quia cōiter & īn differenter illi & illi dicebanť ep̄i & presbyteri Arch. †

† *Et hæc Archi. de differētia ep̄i & preſbyteri ſententia tenenda eſt. Vide conc. Trident. ſeſſ. 23. c. 4. & can. 7. S. Tho. 2. 2. q. 184. 6. 1.*

1. *Tim.* 4.

Dei diſpenſatorem.] Et ad Timotheum: [Noli negligere gratiam, quæ in te eſt, quæ tibi data eſt per prophetiam [a] per impoſitionem manuum presbyterij [b].] Sed & Petrus in prima epiſtola: [Presbyteros, inquit, in vobis precor compresbyter [c], & teſtis paſſionum Chriſti, & futuræ gloriæ, quæ reuelanda eſt, particeps, regite gregem Chriſti, & inſpicite non ex neceſſitate [d], ſed voluntarie iuxta Deum.] Quod quidem græce ſignificantius [e] dicitur ἐπισκοποῦντες, id eſt ſuperintendentes: vnde & nomen epiſcopi tractum eſt. Parua tibi videntur tantorum virorum teſtimonia? Clangat tuba Euangelica, filius [f] tonitrui, quem Ieſus amauit plurimum; qui de pectore Saluatoris doctrinarum fluenta potauit: [Presbyter [g] Electæ [h] dominæ, & filijs eius, quos ego in ueritate diligo.] Et in alia epiſtola: [Presbyter Caio [i] chariſſimo, quem ego diligo in veritate.] Quòd autem poſtea [k] vnus electus eſt, qui cæteris proponeretur, in ſchiſmatis remedium factum eſt; ne vnuſquiſque ad ſe trahens Chriſti eccleſiam rumperet. Nam & Alexandriæ à Marco Euangeliſta vſque ad Heraclam & Dionyſium epiſcopos, presbyteri ſemper vnum ex ſe electum, in excelſiori gradu collocatum, epiſcopum nominabant: quomodo ſi exercitus Imperatorem [l] faciat; aut diaconi [m] eligant [n] de ſe, quem induſtrium nouerint, & archidiaconum uocent. Quid enim facit, excepta ordinatione [o], epiſcopus, quod preſbyter non faciat? Nec altera [p] Romanæ urbis eccleſia, altera totius [q] orbis exiſtimanda eſt. Et Galliæ, & Britanniæ, & Africa, & Perſis, & Oriens, & India, & omnes barbaræ nationes vnum Chriſtum adorant, unam obſer-

1. *Pet.* 5.

Mar. 3.
2. *Ioannis*
3. *Ioannis.*

eum tamen eſſet epiſcopus & ſummus, ſupra diſt. 75. quòd dic Dominico, in uer. ſacerdotum.
d ¶Non ex neceſſitate.] Id eſt, ex gratia turpis lucri: argum. infra diſtinctio 95. eſto. Et ita eſt argum. quod presbyter non debet locare operas ſuas: argum. 21. q. 2. præcipimus.
e ¶Significantius.] Scilicet quod epiſcopus dr̄ presbyter. q. d. ubi pro epiſcopo dicitur presbyter, ſignificantius diceretur ſic: ſcilicet epiſcopum: quia magis accedit ad ſignificationem uocabuli epiſcopus, quàm hoc nomen presbyter.

Ioannes dr̄ filius tonitrui.

f ¶Filius.] Id eſt Ioannes: quia altius intonuit, & quia cum Iacobo aſſumptus in montem ſeorſum audierūt uocem nubis: Hic eſt filius meus dilectus.
g ¶Presbyter.] Ecce Ioannes uocat ſe presbyterum, cū tamen eſſet epiſcopus.
h ¶Electæ.] Proprium nomen.
i ¶Caio.] Mitto ſalutem.
K ¶Poſtea.] Hic reſpōdet tacitæ obiectioni quare hoc immutandū eſt: & ad hoc reſpōdet. Sed quæritur quomodo facta fuit hæc prælatio? Si dicatur ꝙ in officiis; contra, de conſe. diſt. 5. manus. quia exercere epiſcopalia nō licuit, niſi his qui ſucceſſerunt in locū Apoſtolorum. 68. diſt. quorum uices. 21. diſtin. in nouo. & ita hæc prælatio ab initio facta fuit. Si autem dicatur, ꝙ in nomine, obſtat 80. diſt. in illis. quia ibi dicitur ꝙ quidam præpoſiti ſunt. qui tātum epiſcoporum uocabulo, &c. Ad hoc dicunt quidam, ꝙ in prima primitiua eccleſia cōe erat officiū epiſcoporum & ſacerdotum, & nomi-

Prælatio inter miniſtros eccleſiæ ad quid facta fuit.

l ¶Imperatorem.] Ex ſola enim electione principum dico eum uerum Imperatorem ante, quam à Papa confirmetur. Argu. hic, licet non ita appelletur, ut dixi 63. diſt. quanto. contrarium eſt uerum, extra de elec. uenerabilem. 23. diſt. in nomine 2.

Marcus, Petrus, & Clemens, fuerunt cōtemporanei.

Electio ſola nō facit uerum imperatorem.

2 Adde Alb. de Roſa. in l. bene à Zeno, argu. C. d̄ quadrim. præſcrip. & Bar. ī extrauag. ad reprimendā. ī verb. rege.

m ¶Diaconi.] Supple & quomodo diaconi eligūt, &c.
n ¶Eligant.] Ecce quod epiſcopi non eſt archidiaconum eligere, &c. Arg. contra, 74. diſt. epiſcoporum. Sed uariæ ſunt conſuetudines. 21. diſt. §. 1. extra de electio. eccleſia Vulterana.
o ¶Ordinatione.] In ordinatione cætera intelligūtur quæ non fiunt, niſi ab epiſcopis. hæc continentur ſupra diſt. 68. quamuis chorepiſcopis.
p ¶Nec altera.] Reſponſio eſt ad tacitam quæſtionē: nonne diaconi Cardinales Romani præponuntur omnibus presbyteris, exceptis presbyteris Cardinalibus, quibus uidentur pariſicari? Reſpon. ꝙ cōſuetudo Romanæ eccleſiæ non eſt trahenda ad conſequentiam. vel reſponſio eſt hic in prin. ca. 1. ibi, audio quædā, &c. dicebant enim quidam, ꝙ ſicut Romæ honorabiles erant diaconi. ita debebant eſſe ubique locorum.

Diaconi Cardinales utrum præponantur omnibus presbyteris

q ¶Totius.] Immo fideles ſunt una eccleſia: & hoc eſt quod ſequitur, & Galliæ. &c.

a ¶Maior

uant regulam veritatis. Si auctoritas quæritur, orbis maior eſt [a] vrbe. Vbicumque fuerit epiſcopus, ſiue Romæ, ſiue Eugubij, ſiue Conſtantinopoli, ſiue Rhegij, ſiue Alexandriæ, ſiue Tanis; eiuſdem meriti [b], eiuſdem eſt & ſacerdotij. Potentia diuitiarum, & paupertatis [c] humilitas vel ſublimiorem, vel inferiorem epiſcopum non facit: cæterũ omnes Apoſtolorum ſucceſſores ſunt. ¶ Sed dicis, quomodo Romæ ad teſtimonium diaconi [d] presbyter ordinatur? Quid mihi profers vnius vrbis [e] conſuetudinem [f]? Quid paucitatem [g], de qua ortum eſt ſupercilium, in leges eccleſiæ vendicas? Omne, quod rarum eſt, plus appetitur. Pulegium apud Indos pipere pretioſius [h] eſt. Diaconos paucitas honorabiles, presbyteros turba contemptibiles facit. Cæterum etiam in eccleſia Romæ presbyteri ſedent, & ſtant diaconi; licet paulatim increbreſcentibus vitijs inter presbyteros abſente epiſcopo, ſedere diaconum viderim, & in domeſticis conuiuijs benedictiones presbyteris dare. Diſcant, qui hoc faciunt, non ſe recte facere, & audiant Apoſtolos; [Non eſt dignum, vt relinquentes verbum Dei, miniſtremus mẽſis. [i]] Sciant, quare diaconi conſtituti ſint. Legant acta Apoſtolorum: recordentur conditionis ſuæ. Presbyter, & epiſcopus, aliud ætatis, aliud dignitatis [k] eſt nomen. Vnde & ad Titum, & ad Timotheum de ordinatione epiſcopi, & diaconi dicitur; de presbyteris omnino reticetur: quia in epiſcopo & presbyter continetur [l]. Qui prouehitur, de minori [m] ad maius prouehitur. Aut igitur ex presbytero ordinetur diaconus, vt presbyter minor diacono comprobetur, in quem creſcit ex paruo: aut ſi ex diacono ordinatur presbyter, nouerit ſe β laicis maiorem, ſacerdotibus [n] eſſe minorem.

† *al. benedictionem corã presbyteris*

Act. 6.

α ¶ Per prophetiam.] *Sic in vulgata editione, & græce* διὰ προφητείας: *ſed hic apud B. Hieronymum*, prophetiæ.

β ¶ Nouerit ſe.] *In originali eſt*, nouerit ſe lucris minorem, ſacerdotio eſſe maiorem. *Quo etiam pertinet quod idem Hieronymus ad caput vltimum Ezechielis ſcribit.* Leuitarum multitudinem intelligere ſe à ſacerdotali gradu eſſe diſiunctã, & ad decutiendam ſuperbiam miniſtrorum, qui ignorãtes humilitatem ſtatus ſui vltra ſacerdotes, hoc eſt presbyteros intumeſcunt, & dignitatem non merito, ſed diuitijs æſtimant. *Verum ob gloſſam non eſt mutatum.*

Item Cyprianus lib. 3. epiſt. 9.

¶ De eodem. C. XXV.

DOminus noſter ipſe Ieſus Chriſtus rex, & iudex, & Deus noſter vſque ad paſſionis diem ſeruauit hono- Iuo p. 5. c. 355.

Cõſuetudo gñalis eſt ſequenda.

a ¶ Maior eſt.] Et ideo magis ſequenda eſt conſuetudo generalis, ut ſ. diſt. 12. nouit. ſupra diſt. 40. nos qui. & c. non loca 1. Et eſt hic ar. ꝙ ſtatuta concilij præiudicant ſtatuto Papæ ſi contradicant, vt dixi. 9. q. 3. nemo.

1 Concor. tex. in l. obſeruare. ff. de offi. procon. in l. idẽ que. ff. mandati.

b ¶ Eiuſdem meriti.] Quantum ad ſapientes & peritos & diſcretos. Nã idiotæ & vulgares epiſcopum paruæ ciuitatis contemnere ſolẽt. ar. diſt. 80. epiſcopi.

Ep̃s paruæ ciuitatis cõtemnitur ab idiotis.

c ¶ Et paupertatis.] Nam paupertas ciuitatis non minuit prærogatiuã regni, ut ĩ. 96 diſt. ſicut. nec mulier propter paupertatem dicitur humilis vel abiecta. C. de inceſt. nup. l. humilem. Ar. contra. in authen. de defen. ci. §. nos igitur. coll. 3. 2.

Paupertas nõ facit mulierem abiectam.

2 Ad idem 16. q. 1. ſunt nonnulli in fine.

d ¶ Diaconi.] Hoc nõ ſolum Romæ fit, ſed etiam aliarum eccleſiarum conſuetudo obſeruat: ſed fortè tẽpore Hieronymi non fiebat: hodie fit. extra de ſeru. in or. fa. c. 1.

e ¶ Vrbis.] ſ. diſt. 11. quis neſciat. contra. & c. nolite. contra. Sed ibi de ea conſuetudine agitur, quam eccleſia Romana ſeruat, & alijs mandat ſeruandam: hic vero de ea, quam ſola ſeruat, nec vult ab alijs ſeruari. vnde ibi dicitur, quã Romanam eccleſiam viderit ſequi & docere. de conſecr. diſt. 1. baſilicas.

f ¶ Cõſuetudinem.] Q. d. non quod fiat, ſed quod fieri debeat conſiderandum eſt, vt extra de elect. c. venerabilem. 12. q. 2. gloria in fi. de offic. præſid. ſed licet.

g ¶ Paucitatẽ.] Quia pauci erant tales diaconi: & ideo ſuperbiebant. quidquid enim raro accidit, miraculum eſt, in authen. de conſue. §. itaque. colla. 3.

Miraculum eſt quod raro accidit.

h ¶ Pretioſius.] Sicut & pretia rerũ in quibuſdam locis uariantur ſecundum plus & minus. ff. de eo quod cer. lo. l. ideo.

i ¶ Mẽſis.] Viduarũ, & pauperum, ſed tantum inſtemus prædicationi.

K ¶ Dignitatis.] ĩ. 8. q. 1. qui epiſcopatum. contra. Sed ibi iuxta etymologiam vis nominis deſignatur: hic q̃d ex vſu loquendi ex nomine concipitur. Vel dicendum, quòd non eſt nomen honoris tantum, ſed etiam oneris. 8. q. 1. illud inferendum.

l ¶ Continetur.] Nam in toto cõtinetur, & pars, vt 14. quæſt. 5. pœnale. & ff. de reg. iu. in toto. & eſt ſi. ff. quod met. cau. l. 1.

Pars cõtinetur in toto.

m ¶ De minori.] Hoc bene dicitur. ff. de mu. & ho. ut gradatim.

AD-

ADDITIO. Extra de tranſla. cap. 1. & cap. licet.

n ¶ Sacerdotibus.] Infra de pœniten. diſtin. 1. §. ex his itaque.

DOminus.] CASVS. Cyprianus probat, ꝙ diaconi debent reuereri ſacerdotes tanquam maiores. Et hoc probat duobus exemplis Chriſti, qui ſacerdotib. & ponti-

pontificibus Iudæorum, licet mali eſſent, reuerentiam exhibuit. Et una ratione: q̃a ſacerdotes à Domino, diaconi vero poſt Aſcenſionem ab Apoſtolis ſunt inſtituti. Primum exemplum eſt ibi, [Nam cum leproſum.] Secundum eſt ibi, [Item ſubditus.] Tertium eſt ibi, [Memi-

d ¶Conſtituerunt.] Hoc in nouo teſtamento. nam in veteri utrique à Domino ſunt electi. ſupra ead. c. diaconi. contra. Sed illud in veteri teſta hoc in nouo. uel per dominum fit quod ab Apoſtolis ſtatuitur, ut 28. q. 1. ſic enim. tamen auctoritate eius. de conſecra. diſtinct. 4. quando.

rem pontificibus, & ſacerdotibus; quamuis illi nec timorem Dei, nec agnitionem Chriſti ſeruaſſent. Nam cum leproſum emundaſſet, dixit illi: [Vade, & monſtra te ſacerdoti; & offer donum.] Humilitate ea, qua nos quoque eſſe humiles docuit, ſacerdotem adhuc appellabat, quem ſciebat eſſe ſacrilegum [a]. Item ſub ictu paſſionis cum alapam accepiſſet, & ei diceretur: [Sic reſpondes Pontifici?] nihil ille contumelioſe locutus eſt in perſonam Pontificis: ſed magis innocentiam ſuam tutatus eſt, dicens: [Si male locutus ſum, exprobra de malo: ſi autem bene, quid me cædis?] quæ omnia ab eo ideo facta ſunt humiliter, atque patienter, vt nos [b] humilitatis, ac patientiæ haberemus exemplũ. Docuit enim ſacerdotes veros legitime, & plene honorari dum circa falſos ſacerdotes ipſe talis extitit†. Meminiſſe autem diaconi debent; quoniam Apoſtolos, id eſt epiſcopos, & præpoſitos† Dominus elegit [c]: diaconos autem poſt aſcenſum Domini in cælos Apoſtoli ſibi conſtituerunt [d] epiſcopatus ſui, & eccleſiæ miniſtros. Quod ſi nos aliquid audere contra Deum poſſumus, qui epiſcopos facit; poſſunt & contra nos audere diaconi, à quibus fiunt [e].

Luc. 5. — *Io. 18.* — *† al. exiſtit* — *† al. presbyteros*

7 *Hoc autem, quod de diaconorum minoritate dicitur, vbique ſeruandum eſt; niſi cum locum diaconus habuerit aut proprij patriarchæ, aut ſui metropolitani.*

Vnde in ſexta ſynodo, cap. 7. legitur.

¶Diaconus ſacerdotibus non præferatur; niſi locum metropolitani ſui obtineat.

C. XXVI.

Iuo p. 6. c. 123.

PRæcipimus, ne diaconus (quamuis etiam in dignitate, hoc eſt in officio quolibet eccleſiaſtico ſit) ante preſbyterum [f] ſedeat, niſi cum locum habuerit proprij patriarchæ, aut metropolitani ſui pro aliquo capitulo. Tunc [g] enim ſicut illius locum tenens honorabitur. Si quis vero præſumpſerit hoc tyrannice facere, à proprio gradu repulſus, vltimus [h] omnium fiat in ordine ſuo.

e ¶A quibus fiunt.] Argu. quòd nemo debet ſe opponere illi à quo recipit beneficiũ, vt 22. quæſt. 5. de forma. & extra de poſtu. cap. vlt. ff. de inoffic. teſtamen. ſi pars. in fi. § hoc autem. 8. q. 2. illud 1.

Nemo ſe opponat illi à quo beneficium recipit.

HOC AVTEM. Hæc eſt ſeptima pars huius diſtinct. in qua dicitur, quod quando diaconus uel ſubdiaconus tenet locũ patriarchæ, ſuperior eſt. Ioan. de Fant.

r 96. diſt. ſi imperator 1. q. 7. §. 1.

CASVS. Supra dictũ eſt, quòd officiũ diaconorum minus eſt, quàm officium ſacerdotum. quod uerum eſt generaliter, niſi cum diaconus eſt legatus patriarchæ, uel archiepiſcopi, ut ſeq. cap.

PRæcipimus.] CASVS. Statutum fuit in ſexta ſynodo, quòd diaconus non ſedeat ante presbyterum niſi ſit legatus patriarchæ uel archiepiſcopi, pro aliquo negocio decidendo. In quo caſu honorandus eſt ſicut ille cuius uice fungitur. & ſi quis diaconus aliter facere præſumpſerit, repellitur ab officio ſuo.

f ¶Ante presbyterũ ſedeat.] In concilio, 17. diſt. epiſcopos. in fin.

g ¶Tunc.] Argumẽ. aliquem tãdiu habere priuilegium, quandiu tenet eius locũ. 2. 16. quæſtio. 1. generaliter. C. de teſtamen milit. l. ultima. & hæc dictio, tunc, extremitatem, id eſt, finem iuriſdictionis cõplectitur. argumen. de cond. 1. & demonſt. l. quarta. §. ſi ita. item argumen. quòd quis conſequetur ex alterius perſona quod non habet ex ſua. ff. quæ res pigno. obliga. poſſunt. l. Ariſto. Et dicit lex, quod ſi non poteſt prohibere me euntem per fundum, nec aliquem nomine meo. ff. de uerborum obligatione, ſi ſtipulatus. tamen ea tantum habet iſte, quæ iuriſdictionis ſunt, non quæ ordinis. argumen. ad primum. extra de offic. deleg. ſanè 2.

a Concor. tex. Il. pen. in fin. C. de aquædu. l. 11. & Alex. de Imo. in rub. de offi. eius cui mã da. eſt iuriſ. coll. 4.

[Meminiſſe autem.]

a ¶Sacrilegum.] Arg. quòd ſi dominus Papa aliquem ſuis priuilegijs primatem appellat, ex ipſa nominatione ius ei acquiritur. 32. quæſt. 4. dicat. in fine. 16. q. ulti. contra ſanctorum. argu. contra. 3. quæſt. 6. hæc quippe extra de præſump. illud. C. de iuris & facti ignoran. nõ idcirco. Et eſt argumen. ex hoc, quod tam bonus quàm malus ſacerdos gaudet priuilegio clericali. 11. q. 1. ſacerdotibus.

Sacerdos tã bonus q̃ malus gaudet priuilegio clericali.

b ¶Vt nos.] Sed debent eſſe fortes, id eſt, debent præſtare exemplum facti boni ex animo: id eſt, ex dilectione. & non uelint dominari.

c ¶Elegit.] Not. q́ quanto à maiori quis ordinatur, tãto eſt maioris dignitatis, ut 1. q. 1. filium extra de maio. & obed. per tuas.

Ordinatus à maiori maioris eſt dignitatis.

h ¶Vltimus.] Nota, q́ qui deliquit in aliquo ordine, in hoc punitur, q́ poſtponitur alijs ſui ordinis, ut 50. diſt. accedens. & 19. q. 3. mandamus. 25. q. 2. ſic decet. 24. diſt. §. 2. & 1. q. 7. cap. 1.

Subdiaco-

SVbdiacono.] Hæc diſtinct. diuiditur in tres partes, in quarum prima dicitur, ꝙ etiam ſummus Pontifex poteſt ſudiacono committere vices ſuas, & hoc probat per cap. ſeq. Scđa ibi, [Legatum.] Tertia ibi, [Archidiaconus.] Ioan. de Fant.

CASVS. Dictũ eſt ſ. ꝙ diacono poteſt patriarcha uel archiepſ. ſ nices ſuas cõmittere. Nunc autẽ dicit Gratianus in hac 94. diſt. ꝙ etiam ſubdiacono poteſt ſummus patriarcha committere uices ſuas. Et iſte eſt primus articulus huius diſt. quæ tres habet articulos.

a ¶Subdiacono.] Hic intitulatur 94. diſt. in qua magiſter idem dicit de ſubdiacono qđ dictũ erat in ſuperiori cap. de diacono. ꝙ ſcilicet etiam legatus Papæ poteſt eſſe. Exponit tres. §§. & in §. ſingulis, mutat materia. In primo dicitur quod dixi In ſecũdo, ꝙ ſi quis impedit legatũ dñi Papæ, excõicandus eſt. In tertio, ꝙ archidiaconus ultra ſuum ſtatum exigere non debet. Ioan.

VAlde.] CASVS. Symmachus itra Siciliam prouinciam cõmiſit uices ſuas Petro ſubdiacono. Vnde ꝑcipit Symmachus, vt de eo non dubitent quem ipſe præuidit præferendum, ſed eum recipiant.

b ¶Omnia.] Supra diſt. 89. ſingula. contra. ſed dic, omnia quo ad cognitionem cauſarum, non quo ad dignitates uel officia eccleſiaſtica, vt ibi.

c ¶Præſentes.] Arg. ꝙ præſentia non exhibetur per aliũ. arg. contra. 65. diſt. c. 2. (Præſentia non exhibetur per aliũ.)

d ¶Præcipimus.] Arg. ꝙ Papa etiam laico cauſam ſpiritualem cõmittere poſſit. 32. diſt. §. uerũ. & §. ad hoc. (Papa laico cãm ſpũalẽ committere poteſt.)

e ¶Repræſentetur.] Nam idem ipſe uidetur cognoſcere qui dedit iudicem, ut extra de off. deleg. ſanè. C. vbi & apud quem reſtitutio peti debet. l. 3. C. de iud. l. ulti.

f ¶Auctoritas.] No. ꝙ delegatus non hẽt plus iuris, ꝗ delegãs, ſiue par ſit ſiue minor, ſiue ſit maior. ff. de dam. infe. q. bona. §. vlt. ſiue ſit maior. ff. de off. eius cui man. eſt iur. & ſi prætor. qñq; tñ habet minus quis ſi ex delegatione cognoſcat, ꝗ ſi ex iure ſuo. extra de offi. deleg. ſuper quæſtionum. §. ſi uero. argu. C. de procu. maritus. (Delegatus nõ hẽt plus iuriſdictionis, ꝗ delegans.)

g ¶Dubitare.] Arg. ꝙ ſi Papa ex certa ſcientia dat iudicem, ꝙ ille non poteſt recuſari. ff. de offi. præfe. præt. l. unica. ſic 7. 17. q. 4. §. qui autem. extra de rerum permut. cum olim & extra de appe. nouit. Sed cõtra extra de app. cum ſpeciali. & cap. poſtremo. Ioan. Solu. iudex poterit ſemper recuſari iuſta cauſa interueniente 1. ẽt ſi eſſet legatus Papæ, ut ext. de offi. leg. licet. cum legitimæ exceptiones cuilibet reſeruentur, ut extra de officio dele. ex parte. B. (Delegatus ẽt Papæ põt recuſari.) (1 Ad hoc ext. de off. deleg. cum olim magiſter. ubi de hoc. Arch.)

LEGATVM. Hæc eſt ſecunda pars huius diſtinctionis, in qua dicitur, ꝙ nullus debet impedire legatos Romanæ eccleſiæ, & ſi fecerit, excommunicetur, ut in ca. ſequen. Ioannes de Fant.

CASVS. Hic eſt ſecundus articulus, ubi dicitur, ꝙ qui impedit legatum Apoſtolicæ ſedis, excõicari debet.

h ¶Patrocinium.] Ergo Sicilia eſt de patrocinio B. Petri. ut ar. 10. q. 3. relatum. 11. q. 1. peruenit. (Sicilia eſt de patrocinio Petri.)

Si quis.]

DISTINCTIO XCIIII.

1 *SVbdiacono* [a] *etiam ſummus patriarcha vices ſuas committere valet.*

Vnde Gregorius [a] *ad epiſcopos Siciliæ libr. primo, epiſt. 1. ait.*

a Gregorius.] Reſtituta eſt inſcriptio ex Polycar. nam antea legebatur, Symmachus Papa.

¶Etiam ſubdiaconis vices ſuas Apoſtolica committit eccleſia. C. 1.

(Poly. l. 1. tit. 14. Anſ. l. 1. c. 26.)

VAlde neceſſarium eſſe perſpeximus, ut ſicut prædeceſſorum noſtrorum fuit iudicium, ita uni, eidemque perſonæ omnia [b] committamus, ut ubi nos præſentes [c] eſſe non poſſumus, noſtra per eum, cui præcipimus [d], repræſentetur [e] auctoritas [f]. Quamobrem Petro ſubdiacono ſedis noſtræ, intra prouinciam Siciliam vices noſtras, Deo auxiliante, commiſimus. Nec enim de eius actibus dubitare [g] poſſumus, cui Deo auxiliante totum noſtræ eccleſiæ noſcimur patrocinium † [h] commiſiſſe. (†al. patrimonium)

2 *Legatum vero Apoſtolicæ ſedis quicumque impedierit, vſque ad ſatisfactionem excommunicetur.*

Vnde Alexander Papa 1. epiſt. 2. omnibus epiſcopis.

¶Excommunicetur, qui legatum ſedis Apoſtolicæ impedire tentauerit. C. II.

(Conc. Triburienſe, c. 9. Burc. l. 15. c. 37.)

SI quis autem legationem [i] impedit, non vnius, ſed multorum [k] profectum auertit †. Et ſicut multis nocet [l], ita à multis arguendus eſt; & bonorum ſocietate priuandus †. Et quia Dei cauſam impedit [m] & ſtatum conturbat eccleſiæ; ideo ab eius liminibus [n] arceatur †. Ab omnibus (†al. euertit) (†al. arcendus)

(† Concor. tex. in §. itẽ leg. Iulia. & vi. cũ gl. per quã habea cõcor. inſt. de pu. iud.)

SI quis.] CASVS. Dicit Alexander in hoc c. ꝙ quicunque legatum impedit, non vnius, ſed multorum profectum turbat, & ideo à multis eſt arguendus, & à liminibus eccleſiæ arcendus donec reſipiſcat.

i ¶Legationem.] Immo qui legatum hoſtium impedit, tradendus eſt hoſtibus, vt ff. de lega. l. ult.

K ¶Sed multorum.] Arg. ꝙ qui peccat in multos, grauius peccat. extra de teſti. ſicut. 22. q. 5. qui compulſus. ſicut qui circa eandem perſonam multis modis peccat, grauius peccat. 23. q. 5. relegantes. Sed nũquid qui eum capit, poteſt ab eo abſolui. ſic, extra de ſent. excõ. ad eminentiam. Et no. ꝙ legatus huiuſmodi nõ poteſt epiſcopum deponere, nec mutare de loco ad locum, nec in eius manibus poteſt epiſcopus reſignare, niſi ad hoc haberet ſpeciale mandatum. extra de offi. leg. c. qđ tranſlationem. ar. ff. de offic. eius cui mand. eſt iur. l. 1. Bar. legebat hoc c. truſando. ſi quis impedit legatum, non auertit profectum vnius tantum. ſ. Cardinalis: ſed multorum, id eſt, familiæ ſuæ & parentum: & ſicut multis nocet ille, ſ. Cardinalis, ita à multis eſt redarguendus: & ita uſque in finem. (Peccans in multos grauius peccat.)

l ¶Nocet.] Ergo quicumque aliquid nocumenti ſentit, admittitur ad agendum uel accuſandum, ut 12. q. 2. non liceat.

m ¶Impedit.] Nec legatus delegatum impedire debet extra de offi. leg. ſtuduiſti.

n ¶Liminibus.] Arg. in quo quis delinquit, in eo debere puniri. 12. quæſt. 2. qui & humanis. 27. quæſ. 4. frater. & coepiſcopus. (Punitur quis ĩ eo in quo peccat)

ARCHI-

ARCHIDIACONVS. Hæc eſt tertia, pars diſtinctionis, in qua dicitur, ꝙ Archidiaconi non debent facere collectas in ſubditos; & hoc ꝓbaẽ per c. ſeq. Io. de Fan. CASVS Hic eſt tertius articulus, vbi dicitur, ꝙ archidiaconi nõ debent grauare clericos auferẽdo eis pecuniã, & do- dic. l. 2. §. vl. extra de offi. deleg. ex litteris. Illud ergo exaudi cum pecuniaria pœna nõ timetur. aliàs ſi illa magis timetur, imponẽda eſt. 23. q. 5. prodeſt. dum tamen pœna pro eodem peccato non infligatur niſi ter in anno. C. de mo. mul. eos.

tra de elec. dudum 2. & de offic. Archid. ca. ult. Arch.

† al. quoque

itaque † talis eſt cauendus, & non in communionem fidelium vſque ad ſatisfactionem recipiendus.

a ¶ Legationem.] *In epiſtola ipſa, concilio Triburienſi, & apud Burchardum additur,* veſtram. *Ea enim legatio videtur ſignificari, qua Apoſtolos, & epiſcopos pro Chriſto fungi docuit beatus Paulus 2. Cor. 5.*

3 *Archidiaconus vero, quamuis ex officio ſuo clericorum vitam diligenti examinatione debeat inquirere, & quæ corrigenda inuenit, epiſcopo nunciare; tamen dominationem ſuper eos exercere, & cenſum ab eis exigere prohibetur.*

Vnde in Cabilonenſi conſilio, c. 15. legitur.

¶ Archidiaconi ſuper presbyteros iuriſdictionem non exerceant. C. III.

Iuo p. 3. c. 134.

DIctum eſt, quòd in pleriſque locis archidiaconi ſuper presbyteros parochianos quandam exercent dominationem, & ab eis cenſum exigunt. Quod magis ad tyrannidem, quàm ad rectitudinis [a] pertinet ordinem. ¶ Si enim iuxta Apoſtoli [b] ſententiam, epiſcopi non debent eſſe dominãtes in clero, ſed forma facti gregis ex animo [c]; multo minus facere iſti hoc debent; ſed contenti ſint regularibus diſciplinis, & teneant propriam menſurã: & quod ab epiſcopis eis iniungitur [d], hoc per parochias ſuas exercere ſtudeant, nihil per cupiditatem, & auaritiam præſumentes.

1. Pet. 5.

DISTINCTIO XCV.

2 ps

QVod autem [e] *ſacerdotes ſupra iubentur epiſcopis tamquam ſubditi obedire, non ita intelligendum eſt, quaſi non liceat eis, præſentibus epiſcopis ſacra myſteria celebrare (ſicut epiſcopali ſupercilio quidam ab his volebant presbyteros prohibere:) ſed quia presbyteri Pontificibus tamquam filij parentibus debent obedire. Baptizatos etiam chriſmate* [f] *eis tangere conceditur.*

Vnde Gregorius ſcribit Ianuario epiſcopo Caralitano, lib. 3. epiſt. 26. indic. 12.

¶ Vbi epiſcopi deſunt, baptizatos in frontibus presbyteri chriſmate tangant. C. I.

De conſec. diſ. 4. presbyteri baptizatos. Poly. l. 3. tit. 10. Magiſter 4. ſen. diſt. 7. cap. 1.

PEruenit quoque ad nos, quoſdam ſcandalizatos fuiſſe, quòd presbyteros chriſmate tãgere in frõte eos, qui ba

b ¶ Apoſtoli.] Id eſt, Petri: licet alibi dicatur, ꝙ nomine apoſtoli, Paulus deſignatur. 16. q. 1. ꝑdicator. 10. q. 3. quia cognouimus.

c ¶ Ex animo.] Id eſt, ex dilectione, ut non velit dominari.

d ¶ Iniungitur.] Videtur ergo, ꝙ archidiaconus non habeat niſi demandatã iuriſdictionẽ. De hoc notaui 25. diſt. perlectis.

Archidiac. an hẽat iuriſdictionẽ delegatam.

QVod autẽ.] Hæc diſt. diuiditur in tres partes, in quarum prima quæritur vtrum ſacerdotes poſſint chriſmare ſiue cõfirmare pueros in frõte? & dicas, ꝙ non: tamẽ uult ꝓbare ꝑ c. Greg. ꝙ poſſunt. s. 93. diſt. a ſubdiacono. H. Secunda ibi, [Sed q̃ritur.] Tertia ibi, [Chriſma.] Io. de Fan.

CASVS. Dictum eſt s. ꝙ ſacerdotes epĩs debent obedire. Nũc in hac 95. diſt. dicit Gratianus, ꝙ hoc nõ dẽt ita intelligi quin poſſint Miſſã coram epõ. celebrare: ſed qa debẽt eis ſicut filij obedire. Et primo ponit quandam ꝯrietatẽ: poſtea ſoluit eã in §. ſed iſtud. Poſtea auctoritate Innocentij ſoluit duas quæſtiones, vt infra ea. iſtud. Ad ultimum repetit de dignitate presbyterorũ, oſtendens multa eis licita etiam in epiſcoporum præſentia.

e ¶ Quod autẽ.] Hic intitulatur 95. diſt. in qua ponit Gratianus quandam contrarietatem, & eam ſoluit 2. poſtea ponit duas quæſtiones, & eas ſoluit auctoritate Innocẽtij. Repetit poſtea de dignitate presbyterorum, oſtendens multa licere presbyteris in epiſcoporum præſentia.

f ¶ Chriſmate.] ĩ. de conſe. diſt. 5. manus. contra. & c. nouiſſimẽ. cõtra. ſ. diſt. 21. cleros. contra. Hoc ad tẽpus pro ſedando ſcandalo fuit conceſſum: nunc uero antiquatum. vel in primitiua eccleſia presbyteri chriſmabant, nunc vero minimẽ. extra de conſuetu. quanto. Io.

2 ĩ. eod. c. presbyteros. §. ſed illud. Archid.

& dominationem in eos exercendo, licet quæ corrigẽda viderint, debeant epiſcopo nunciare.

DIctum.] CASVS. Quidã archidiaconi dominationẽ exercebant in presbyteros, & parochianos ſuos, & ab eis cẽſum exigebant: quod ẽt epĩs facere nõ licet, iuxta Apoſtoli ſniam: ideo prohibetur ne archidiaconi de cętero illã cupiditatẽ exerceant; ſed teneãt propriã mẽſurã, & faciant quod epiſcopi eis præceperint.

a ¶ Rectitudinis.] Sed nunquid de conſuetudine præſcripta poſſunt archidiaconi mulctare? videtur, ꝙ non: extra de pœn. licet. Sed dic, ꝙ bene poſſunt, ex quo iudicare poſſunt de conſuetudine præſcripta 1. arg. ff. de in

Archidiaconi mulctare poſſunt. ¶ Ad hoc ex

PEruenit.] CASVS. Quidam presbyteri pueros in frõte chriſmabant. quod cum Grego. prohibuiſſet, quidam ex hoc ſcandalizati fuerunt; & ideo propter ſcãdalum

lum remouendum conceſſit presbyteris, vt in abſentia epiſcoporum chriſmarent.

a ¶Concedimus.] Hoc expeditũ eſt, ꝙ presbyter chriſmando ſi ſua auctoritate hoc facit, nihil agit, nec pueri aliquid recipiunt. extra. de conſue. quanto. Sed nũquid Papa ei demandare hoc poteſt? Quidam dicũt, ꝙ ſic 1. ex quo omnia ſacramenta, quæ recipit presbyter ex delegatione Papæ conferre poteſt. arg. hic. vnde diaconus poteſt conferre diaconatum, & confirmare in fronte? ſed non poteſt Papa ei demandare, vt conferat ordinem, quem non habet, vel etiam ut cõficiat corpus Chriſti: quia ſolis presbyteris dictũ eſt: Hoc facite in meam commemorationem. arg. 1 q. 1. dictũ. hoc* dicit H. Alij dicunt, ꝙ non poteſt Papa delegare presbytero, ut chriſmet in fronte. vnde iſti nihil conferebant. Si obijciatur: quare hoc permiſit Greg. illis, cum in hoc uideatur eis dare licẽtiam peccãdi? Dicunt quidam, ꝙ hoc inuitus permiſit ob nimium ſcãdalum: nec dabat eis occaſionem mali? qa inuitus hoc concedebat. 35. qõ. 3. quod ſcripſi. & 23. q. 2. ſi quod uerius. Alij dicunt, ꝙ hoc capit. loquitur ſecundum antiqua tempora. ſed hoc nihil eſt: quia littera huius c. contradicit, ibi, ſecundum ueterem uſum & quia ſecundum hoc Greg. nihil hic concederet. Sed nunquid Papa poſſet eis concedere, ut chriſma conficerent? H. dicit quod non. Item quæritur, nunquid epiſcopus demãdare poteſt ea, quæ ſunt ordinis epiſcopalis? Sic 2. ſed ea non poteſt demandare niſi epiſcopo arg. extra de conſe. ecc. aqua. Ea vero quæ iuriſdictionis ſunt poteſt etiam demandare presbytero, ſicut & recõciliare. 26. q. 6. presbyter. &c. Aurelius. Sed etiam inter ea, quæ iuriſdictionis ſunt, quædam non poſſunt demãdari niſi eis qui adminiculo ordinis illa exercere poſſunt, vt deponere, uerberare clericum. Alia ſunt quæ ẽt laicis demandari poſſunt: ſicut iudicare in cauſa ciuili. Itẽ dico ꝙ epiſcopus nihil habet hodie quod ſit meri imperij quod demandari non poſſit. de quo lex loquitur. ff. de offi. eius cui man. eſt iuriſ. l. 1. quia oĩa alij epiſcopo demandare poteſt, niſi uſum pallij. extra de viu pallij. ad hoc.

oleo ſanctificato poſſunt vngere infirmos presbyteri: & hoc probatur auctoritate Iacobi. Sed quæritur an epiſcopis licet eodem modo vngere infirmos: & an illa vnctio ſit impœnitentib. concedenda, quæ quæſtiones in proximo cap. ſoluuntur.

Papa vtrum poſſit delegare ſimplici ſacerdoti, vt in fronte chriſmet 1 Illud dictum cõfirmatur extra de conſue. quãto. § 1. ibi, ſua temeritate, &c. quaſi dicat ibi ex noſtra auctoritate bene poſſent. & ſic ibi intelligit Ho.

* *Vide B. Tho. 3. p. q. 72. 11. primum. & 4. ſen. d. 7. q. 3. 1. 3.*

ptizati † ſunt, prohibuimus. Et nos quidem ſecundũ vſum veterem eccleſiæ noſtræ fecimus. Sed ſi omnino hac de re aliqui contriſtantur, vbi epiſcopi deſunt, vt presbyteri etiam in frontibus baptizatos † chriſmate tangere debeant, concedimus[a].

b ¶Sed

†*baptizandi*] orig.

†*baptizãdos*] orig.

Supra Leo eps contra:] *Quamuis choriepiſcopis, &c.*] *Item Gelaſius Papa epis per Lucaniam, &c. epiſt. 1. c. 8.* *diſt. 68.*

¶Vltra ſuum modum presbyteri tendere non præſumant. C I I.

PResbyteros vltra ſuum modum tendere prohibemus; nec epiſcopali faſtigio debita ſibimet audacter aſſumere; non conficiendi chriſmatis, non cõſignationis pontificalis adhibendæ ſibimet arripere facultatem.

Sed iſtud[b] *Gregorij pro ſcandalo ſedando ſemel conceſſum legitur. Illud autem Leonis Papæ, & Gelaſij, vſu approbante, præualuit; niſi forte, vbi aliquorum conſuetudo hoc admiſit, vt in abſentia epiſcopi, extrema neceſſitate cogente, ex cõceſſione Gregorij, presbyteri baptizatos in fronte liniant. ¶Prohibitio vero Leonis, & Gelaſij in eo caſu intelligatur cum epiſcopi præſentes ſunt, vel cum non cogit vltima neceſſitas. Oleo vero ſanctificato*[c] *permittitur eis vngere infirmos. Vnde Iacobus ait:* [*Infirmatur quis in vobis, inducat presbyteros eccleſiæ, qui orẽt ſuper eũ, vngentes eũ oleo in noĩe Domini; & oratio fidei ſaluabit infirmum*]. *Iac. 5.*

2 ¶*Sed quæritur, an epiſcopis liceat eodem oleo vngere*

2 Sub. licet ab apoſtolis fuerit inſtitutũ. ut à ſolis epis conficeretur. de cõſe. diſt. 5. manus. In multis. n. ſtatutis apoſtolorũ licita ẽ diſpenſatio ſm Hug.

Eps demandat tam ea quæ ſunt ordinis, q̃ ea quæ ſunt iuriſdictionis

SVPRA. CASVS. Modo vult probare contrarium: & inducit c. ſupra 68. diſt. cap. quamuis. & cap. ſequens: cuius caſus patet.

PResbyteros.] SED ISTVD. CASVS. Soluit Gratianus dicens, quod illud quod Grego. conceſſit ſupra in c. 1. huius diſt. factum fuit propter ſcandalum uitãdum. & quod dicitur ſupra in c. quamuis. & cap. presbyteros. eſt generaliter obſeruandum. Ponitur & alia ſolutio, ſcilicet ubi conſuetudo eſt, abſente epiſcopo & in neceſſitate poſſunt presbyteri hæc facere: & ex conceſſione Greg. Cap. vero quamuis. & cap. presbyteros. intelliguntur cum epiſcopi ſunt præſentes. ſed de iure

b ¶Sed iſtud.] Hoc allegando dicit, aliàs conſuetudo non iuuaret in hoc, ut extra de conſue. quanto.

c ¶Sanctificato.] Quo deficiente admitteretur aliud. extra de conſec. eccl. vel alta. c. quod in dubijs. Et eſt duplex cauſa quare infirmi inunguntur: ſcilicet quia venialia delentur: & præſtat augmentum uirtutibus: arg. de conſecr. diſt. 5. c. 1. & 2. & extra de ſacra. vn. c. 1. & q a infirmus citius liberatur ab infirmitate corporali. arg. hic. Sed quid ſi quis non habet oleum, & inungit chriſmate, tenet vnctio? Videtur quod ſic: quia prope eadem vſia eſt: quia chriſma non eſt niſi oleum balſamo admixtum. extra de ſac. vnc. c. 1. ſicut & tenet emptio cum acetum venditur pro uino: quia eſt prope eadem uſia, ut ff. de contrahen. empt. l. in uenditionibus. ſed fortè ſecus, quia non eſt fortè prope eadem uſia. Item? nunquid confert hoc ſacramentum, ſi quis inungit oleo nõ conſecrato vr ꝙ ſic: quia & baptiſmus confertur in aqua non conſecrata. de conſ. diſt. 4. cap. ſi quis. Alij dicunt contra, nec eſt ſimile*, quia uis baptiſmi tota eſt in verbis: hæc autem uis eſt in re ipſa: ſcilicet in oleo. Sed iſta ratio calumniam habet. extra de bap. cap pen. Sed nunquid poteſt hoc ſacramentum iterari? Dicunt quidam quod non. 1. q. 1. quod quidam. de conſec. diſ. 4. oſtenditur. Si obijciatur de matrimonio, non ualet: quia veritate inſpecta matrimonium non iteratur. 31. q. 1. hac ratione. prius enim vnum deletur, quam ſecundum contrahatur. Alij dicunt, ꝙ poteſt iterari: quia cũ quis ſecundo infirmatur, deſinit in eo eſſe iſtud ſacramentum quod prius accepit*.

SED QVÆRITVR Hæc eſt ſecunda pars diſtin. in qua quæritur, ſi epiſcopus poteſt inungere infirmos, eſt dicendum quod ſic, infra cap. proxi. Ioan. de Fant.

Illud.]

Vnguntur infirmi pp duas cãs.

Vnctio extrema an poſſit fieri ſine oleo.

Vngere an poſſit quis oleo nõ cõſecratio.

* *Vide S. Tho. 3. p. q. 72. 3. & 4. ſen. diſt. 7. q. 1. 2. 3.*

Vnctio extrema põt iterari.

* *Vide S. Tho. 4. diſt. 23. art 3.*

i.firmos; vel ſi impœnitentibus huiuſmodi vnctio ſit concedenda. De his vero ita ſcribit Innocentius Papa ad Decentium Eugubinum epiſcopum, epiſt.1.c.vlt.

Alcuinus de diuinis officijs, pagi.94.
Conc. Vuormacienſe, c.72.
Iuo p.2.c.75.

¶Oleo ſanctificato non prohibetur epiſcopus infirmos tangere. C. III.

ILlud ſuperfluum videmus adiectum, vt de epiſcopo [a] ambigatur; quod presbyteris licere non dubiũ eſt. Nam idcirco de presbyteris dictum [b] eſt; quia epiſcopi occupationibus alijs impediti ad oẽs languidos ire non poſſunt. Cæterum ſi epiſcopus aut poteſt, aut dignum ducit aliquem à ſe viſitandum; & benedicere, & tangere chriſmate [c] ſine cunctatione poteſt, cuius eſt ipſum chriſma conficere. Nam non α pœnitentibus[d] iſtud infundi non poteſt [e]; quia genus eſt ſacramenti. Nam quibus reliqua ſacramenta negantur [f], quomodo vnum genus putatur poſſe concedi? His ergo, frater chariſſime, omnibus, quæ tua dilectio voluit à nobis exponi, prout potuimus, reſpondere curauimus.

α ¶Non pœnitentibus.] *In epiſtolis Innocentij tam impreſſis, quàm manu ſcriptis (licet aliter teſtetur auctor gloſſa) in concilio Vuormacienſi, in quo hoc idem repetitur, apud Alcuinum, & Iuonem, & in aliquot Gratiani codicibus legitur ſine negatione. Et in gloſſa, (vt eſt in antiquis exemplaribus) vtraque lectio exponitur.*

3 *Chriſma vero à ſuis epiſcopis ad baptiſmi ſanctificationem presbyteri petant.*

Vnde in concilio Carthaginenſi 4.c.36.

¶Chriſma ſingulis annis à proprio petatur epiſcopo C. IIII.

De conſ.diſt.4. presbyteri.
Burc.l.4.c.76.
Iuo p.1.c.270.
Pann.l.1.c.101.

PResbyteri, qui [g] per diœceſes eccleſias regunt, non à quibuſlibet epiſcopis[h], ſed à ſuis; nec per iuniorem clericum, ſed omni anno β [i] aut per ſeipſos, aut per illum, qui ſacrarium tenet [k], ante Paſchæ ſolennitatem chriſma petant.

¶*Huic capiti rubrica eſt præpoſita ex aliquot vetuſtis exemplaribus.*

β ¶Omni anno] *Verba hæc non ſunt in editionibus conciliorum Colonienſibus duobus, & quatuor tomis impreſſorum; neq. infra de conſecra. diſt.4 vbi hoc idem, ſed ex concilio apud Valentias, refertur. Verum & in Colonienſi priſca, ac trium tomorũ, & duobus Pariſienſibus, duobuſque codicibus Vaticanis habentur. Et in c.litteris.de conſecra diſt.3. à Fabiano Papa ſingulis annis nouũ chriſma fieri præcipitur.*

ILlud.] CASVS. Quidam epiſcopus cũ legeret in epiſtola Iacobi, inuenit eum dixiſſe tantum de presbyteris ut ungant infirmos: quare quæſitum eſt ab. Inno. an epiſcopus oleo ſanctificato infirmos vngere poſſit. Et reſpondet ꝙ ſic: & ideo tantum de presbyteris Iacobus fecit mentionem: quia epiſcopi alijs negocijs impediti non poſſunt infirmos uiſitare. Secundo, quæſiuit an hæc unctio ſit impœnitentibus concedenda. Et reſpondet quòd non: quia cui negantur cætera ſacramẽta, non debet iſtud concedi.

Maiori licet qđ licet minori.

a ¶Vt de epõ.] Arg. qđ licet minori ex officio, multo fortius maiori licere. arg.33.q.2.hiſtoria.35.q.6.ſi duo, argu.contra.88.diſt.epiſcopus gubernationem.argu.ſi per contrarium.8.q.1.ſi ergo.

b ¶Dictum.] A Iacobo, ubi dixit, Infirmatur quis, &c. quamuis in hoc nomine presbyteri poſſunt intelligi epĩ.ar.Ȝ.diſt.50.placuit.verſi.ut manum imponant.

c ¶Chriſmate.] .i.oleo: vel ut dicunt quidam, epiſcopus chriſmate, presbyter oleo inungit H.

d ¶Nõ pœnitẽtibus.] Ita continua, uere ei, quẽ epiſcopus dignũ duxerit ad uiſitandũ, & ita in originali habetur, non pœnitentibus: quod intelligit đ ſolẽniter pœnitẽtib.

e ¶Non poteſt.] Sic 50.diſt.cap.ult.

f ¶Negantur.] Arg. ꝙ excommunicatus vel anathematizatus non poſſit cõtrahere matrimoniũ † quod non eſt uerum, ut extra de eo qui du. in matrimonium quam polluit per adul. ſignificaſti.in fi.H.

† Adde ah poſſit fieri monachus no. Bal.in l. qui ſub prætextu.C. de ſacroſ.eccl.

f ¶Negantur.] Arg. omnia eiuſdem generis eodem iure cenſeri, arg Ȝ. diſt. 4. denique. arg. ſupra diſt.2. comperimus. Arg.cõtra.50.diſt ſtudeat. argu.diſt. 81. ſi quis ſacerdotum.

CHRISMA. Hęc eſt tertia pars diſt. in qua dicitur, ꝙ presbyteri debent chriſma a ſuo epiſcopo recipere: & epiſcopi debent honorare presbyteros: quia & ipſi presbyteri ſũt: & inſimul dẽnt Dei eccleſiam gubernare. Quia aũt unus epũs eſt maior, hoc fuit de cõſuetudine*. & hoc probat ꝑ octo capitula. Io.de Fan.

* *Vide notata ſupra diſt. 93.c. legimus.in gl.ad verſ. poſtea,*

CASVS. Nũc vero dicit, quòd presbyteri debẽt petere chriſma à ſuis epiſcopis quolibet anno non per clericum minorem, ſed aut per ſe, aut per ſacriſtam, ut infra ſeq. cap. cuius caſus idem dicit.

g PResbyteri qui.] Infra de conſec. diſt 4. presbyteri.

h ¶Epiſcopis.] Peccant ergo abbates, qui uolunt potius hoc accipere ab alijs, quàm à ſuis: niſi fortè priuilegiati ſint, ut poſſint petere à quibuſcumque uelint.

i ¶Omni anno.] Hoc exponitur de conſecr.diſt.4.omni tempore.

k ¶Per illum, qui ſacrariũ tenet.] Id eſt, per diaconum 23.diſt.nõ oportet 3. Et nota ꝙ ex quo res datur certo,

nuncio

1 Si malum miſit, imputat, ut leg. & not. 3. q. 7. ĩ grauib. in princ. De hoc ẽt not. ĩ c. cõſueuit. ff. nau. caup. ſtab. l. ſi §. ſeruorum. Archid.

nuncio, eius eſt iam periculo cuius eſt nuncius, ſi nũcio rem dari uoluit. ſecus ſi miſit nuncium 1. vt eũ admoneret, quod ei res mitteretur. & hæc colliguntur. ff. com. eum qui rem. §. ſi rem. & legibus duabus ſequentibus. & eſt arg. ff. de ſolu. ſi quis. & l. ſi ſoluturus, extra de pig. ſignificante.

c ¶Duplici.] A clericis ſcilicet & laicis: vel quo ad obedientiam in ſpiritualibus, & ſubminiſtrationẽ in temporalibus. Vel duplici, id eſt, officio prædicandi & ſumendi tympanum, id eſt, temporalia: iuxta illud: Sumite pſalmum, &c.

f ¶Bene-

OLim.] CASVS. Nũc repetit Gratianus de dignitate presbyterorum. Eſt ergo caſus. Infra oſtendit Hiero. in hoc cap. ꝙ olim idẽ erat presbyter qđ epiſcopus, & eccleſiæ regebantur communi eorum cõſilio. Poſtea vero cum ſchiſma ortum eſſet, & unus diceret, ego ſum Pauli; ego sũ Cephæ; ego ſum Apollo: quaſi ſum melior te, quia ſum baptizatus à meliori: ideo ſtatutum fuit, ꝙ unus de presbyteris præeſſet omnibus: ſicut ergo conſuetudine, presbyteri epiſcopis ſubijciuntur, ita epiſcopi ſciant ſe magis cõſuetudine, quam conſtitutione aliqua præferri: nec ſine presbyterorum conſenſu diſponant eccleſias [illegible]

a ¶Pauli.] Id eſt, baptizatus baptiſmo Pauli 2.

2 Sub. & iõ sũ melior. Hæc dicebant qdam credẽtes merita baptizãtiũ al: qd operari in baptiſmo: qđ falſum eſt. de conſecr. diſt. 4. ſi inter. & c. baptiſmus. H.

b ¶Tollerentur.] Et dicit lex, ꝙ cõmodius eſt ſingulas res ſingulis nominibus ſiue appellationibus diſtinguiri. [illegible] infir. §. ſed quia diſtinctio nominum differentiam rerum declarat, vt 21. diſt. cleros. ſic C. de codi. nec codicillos.

c ¶Conſuetudine.] Nihilo minus eſt inſtitutione, vt ſupra diſtin. 93. legimus. & ita exaudi quod ſequitur, magis conſuetudine communi: argu. extra de his quæ fi. à præla. nouit.

Item Hieronymus ad caput primum epiſtolæ ad Titum, ad ea uerba: [& conſtituas.]

¶Presbyter idem eſt qui epiſcopus, ac ſola conſuetudine præſunt epiſcopi presbyteris. C. V.

Anſ. l. 7. c. 127. Poly. l. 2. tit. 39.

OLim† idem erat presbyter, qui & epiſcopus. Et antequam diaboli inſtinctu ſtudia in religione fierent, & diceretur in populis: [Ego ſum Pauli[a], ego Apollo, ego autem Cephæ.] communi presbyterorum conſilio eccleſiæ gubernabantur. Poſtquam vero vnuſquiſq. eos, quos baptizauerat, ſuos putabat eſſe, non Chriſti; in toto orbe decretum eſt, vt vnus de presbyteris electus ſuperponeretur† ceteris, ad quem omnis eccleſiæ cura pertineret, & ſchiſmatum ſemina tollerentur[b]. *& paulo poſt.* ¶Sicut ergo presbyteri ſciunt ſe ex eccleſiæ conſuetudine ei, qui ſibi præpoſitus fuerit, eſſe ſubiectos; ita epiſcopi nouerint ſe magis conſuetudine[c], quàm diſpenſationis† Dominicæ veritate presbyteris eſſe maiores, & in commune debere eccleſiam regere.

† *Idẽ ergo eſt presbyter*] orig. 1. *Cor.* 1.

† *ſupponeretur*] orig.

† *diſpoſitionis*] orig.

Idem ad Ruſticum Narbonenſem epiſcopum de ſeptem gradibus eccleſiæ.

Inter opera Hiero tom. 4. uel 9.

¶Coram epiſcopis, presbyteris docere licet†. C. VI.

† *al. non licet*

Anſ. l. 7. c. 128.

ECce & ego dico, præſentibus epiſcopis ſuis, atque adſtantibus in altari presbyteros poſſe ſacramenta conficere. *& infra.* ¶Sed quia[d] ſcriptum eſt: [Presbyteri duplici[e] honore honorentur, maxime qui laborant in verbo Domini.] Prædicare eos decet, vtile eſt benedicere[f], congruum confirmare[g], conuenit reddere communionem, neceſſe eſt viſitare infirmos, orare pro inualidis, atque omnia[h] Dei ſacramenta complere. *& infra.*

1. *Tim.* 5.

ECce ego.] CASVS. Ruſticus Narbonẽ. epiſcopus nõ permittebat presbyteros prædicare, nec populum benedicere. reprehendit ergo Hieron. ipſum dicens ꝙ presbyteri prædicare poſſunt & benedicere. Et hoc probat 4. rationibus: Prima eſt: quia presbyteri debent honorari duplici honore, id eſt, officio & beneficio. Secũda eſt: quia conceſſum eſt eis conficere corpus Chriſti, cui nihil poteſt anteponi: multo fortius eis concedi debent quæ ſunt minora. Tertia eſt: quia ex hoc maxima calamitas creſcit in gregibus Domini, ſcilicet ſi ſacerdotes remoueantur tanquam uitioſi. Quarta eſt: quia ab initio presbyteri fuerunt mandati iudices, & etiam appellati ſunt epiſcopi. Quod probat 4. auctoritatibus. Prima eſt circa principium. Secunda ibi, [Etenim abeuntibus.] Tertia ibi, [Quis igitur hic rogo.] Quarta ibi, [Presbyteri negociorum.]

d ¶Sed quia.] Ita continua. Dico ꝙ præſentibus epiſ poſſunt conficere: quia non ſolum hæc, ſed alia poſſũt facere. Ex vi litteræ & etiam probationis uidetur, ꝙ epiſcopi non prohibent presbyteros Miſſam cantare, ſed benedicere & prædicare, & cætera quæ ſequuntur.

f ¶Benedicere.] Cum epiſcopus abeſt. Sed hæc ſol. nõ valet: quia hic loquitur cum præſens eſt epiſcopus. Vel intelligas iſtud quando benedicit priuatim ſine ſolennitate 3. aliàs contra 21 diſt. deniq; item contra. 27. q. 6. miniſtrare. Sed & illud ſimiliter intelligitur de ſolenni benedictione. Vel dic quòd quãdo cantat Miſſam præſente epiſcopo, debet innuere epiſcopo ut ipſe benedicat. & ſi uult epiſcopus benedicere, nõ benedicet presbyter. argu. de conſecra. diſt. 1 cum ad celebrandas. aliter presbyter ſuo iure poteſt benedicere. nam eo ipſo quod ei dat poteſtatem benedicendi, ſupponitur ei tanquam minor: & poteſt ab eo benedici: arg. ff. de iuriſdi. om. iud. l. eſt receptum, & ff. ad Trebel. ille à quo, § tempeſtiuum. Hug. Vel dic quod eo ipſo, quòd permittit ei Miſſam celebrare, per conſequens omnia quæ ſine Miſſa eſſe non poſſunt, vt extra de offi. deleg. præterea.

g ¶Confirmare.] In ſide. 11. quæſtio. 3. quòd prædeceſſor. vel inungere oleo infirmorum, vel chriſmate in vertice.

ADDITIO. Prima expoſitio præualet ſecundum Hu. & hoc patet per id Hieron. quod ſequitur, exhortetur. Archid.

h ¶Omnia.] Quæ ad eos pertinent. argu. uocabulum generaliter prolatum non omnia particularia comprehendere: arg. contra. 28. diſt. de Syracuſanæ 4.

Presbyter ſimplex, an poſſit benedicere cõpo præſente.

3 Sed nec tales benedictiões licet presbyteris dare ĩ pñtia epõrũ ſine licẽtia eorũ ut in ca. hic alle 28. diſt. denique. ſecundũ Hu.

4 Adde pro concordia huius gl. an & qñ uerbũ gñaliter ꝓlatũ reſtringatur. gl. in l. 1. vnuſquiſque. C. de ſac. ſan. ecc. Bar. ĩ l. 2. §. hoc autẽ. ff. de no. ope. nun.

a ¶Bene-

a ¶Benedicere.] Id eſt, abſoluere, vel priuatim reconciliari, non ſolenniter, ut 26.q.6.cap.1.

b ¶Non debet.] Argu. cui licet plus, licet & minus, vt 16.q.2.ca.1. Sed maius tripliciter dicitur efficacia, ut baptiſmus. ut 32. diſ. §. verũ .ſ. q a mortalia tollit & uenalia. propter rem ſubiectã, & ſanctitatẽ, ut corpus Chriſti, ut hic auctoritate miniſtrãtium, ut quæ ad ep̃os ſolos p̃tinent, ut ĩ. de cõſec. diſt. 5. manus. & quarto modo ꝓpter ſignificationẽ, vt matrimonium quod ſignificat Chriſti & eccleſiæ cõiunctionem. extra de biga. debitũ. quinto propter multitudinẽ conuerſorum. 1. q. 1. interrogo.

b ¶Non

¶Nemo hinc epiſcoporum inuidia diabolicæ tentationis inflatus iraſcatur in templo, ſi presbyteri interdum exhortentur plebem, ſi in eccleſijs prædicent, ſi plebibus, vt ſcriptum eſt, benedicant. Etenim abnuenti mihi iſta ſic dicam: qui non vult presbyteros facere, quæ iubẽtur a Deo; dicat, quis maior eſt Chriſto? aut quid corpori eius, aut ſanguini poterit anteponi? Si presbyter Chriſtum conſecrat, cum in altario Dei ſacramenta benedicit; benedicere [a] populo non debet [b] qui Chriſtum etiam meruit conſecrare? *& paulo poſt.* ¶Circa laicos, β ac mulieres iubentibus uobis, o iniuſtiſſimi ſacerdotes, presbyter Dei, benedictionis perdit officium, amittit linguæ opus, non habet confidentiam prædicandi, truncatus eſt omni parte uirtutum, ſolum presbyteri nomen [c] habet, plenitudinem, ac perfectionem, quæ conſecrationi eius competit, non retentat. ¶Quis hic, rogo, o ſacerdotes, honor ueſter eſt, ut damnum gibbi † inferatis [d]? Quoniam cum paſtoribus per potentiam ueſtram auffertur Deo digna diligentia, contagium quoddam, & calamitas creſcit in gregibus; ac Dominici γ patrimonij [e] damna conquiritis, dum ſoli vultis in eccleſia potentari. *& paucis interiectis.* ¶Presbyteri ab initio, ut legimus, negociorum [f] iudices eſſe mandati ſunt, presbyteri intereſſe ſacerdotum [g] concilio †: quoniam & ipſi presbyteri ut legimus, epiſcopi nuncupantur, ſecundum quod ſcriptum eſt ad epiſcopum δ: [Noli negligere gratiam, quæ data eſt tibi per impoſitionem manuum presbyterij.] & alibi ad maiores natu: [Qui uos poſuit epiſcopos regere eccleſiam Dei.] *& infra.* ¶Sed oderunt hoc ſacerdotes ſuperbi in presbyteris nomen, qui nolunt eſſe hoc, quod Chriſtus, qui diſcipulorum pedes lauit: qui baptizatus eſt a Ioanne, licet baptizandum ſe Ioannes a Domino proclamaret. Propterea hæc ſcribo, ut ſi præteriti temporis error [h] non poteſt iam reuocari, uel ad præſens [i] in eccleſijs ſeruetur humilitas, ut presbyteri hoc in eccleſijs ſuis faciant, quod Romæ [k], ſiue quod in Oriente, quod in Italia, quod in Creta, quod in Cypro, quod in Africa, quod in Illyrico, quod in Hiſpania, quod in Britannia, quod etiam ex parte per Gallias, quod in omnibus locis, ubi humilitas perſeuerat, quod in cœlis fit (quod maius eſt) ubi ſedes angelorum † legis eſſe diſpoſitas.

†*gregibus*] vetus lectio.
2.*Tim*.3.
†*conſilio*] ori.
1.*Tim*.4.
Act.20.
Ioan.13.
Matth.3.
† *eorum*] ori.

α ¶Ecce ego.] *Principium huius capitis longe aliter legitur in libello de ſeptem gradibus, & additur negatio*, Nec ego dico præſentibus epiſcopis, atque adſtantibus altari, presbyteros poſſe ſacramenta conficere: ſed ſi forte uſus exegerit, ut uenientes ad eccleſiam ſacerdotes eiſdem horis, quibus aut oblatio parata non ſit, aut non poſſit offerri, non debere epiſcopum repudiare Euchariſtiam presbyterorum, &c.

β ¶Circa laicos.] *In libello ſic legitur*, tamen credendum eſt ſummi ſacerdotis iudicio, & hoc faciendum, quod iuſſerit circa laicos, & mulieres. Iubentibus uobis iniuſtiſſime ſacerdotibus, non recte presbyter Dei, benedictionis, &c.

c ¶Nomen.] Arg. C. de cura. fur. cũ alijs, in fin.

d ¶Damnum gibbi inferatis.] .i. remoueatis presbyteros à cõſecratione & prædicatione, ſicut illũ, qui gibbũ habet, vt ſ. diſ. 69. hinc etenim, vel demũ gibbi, quia nõ prædicantibus presbyteris incuruatur populus in delictis, & quaſi gibboſus efficitur.

e ¶Patrimonij.] .i. rerum eccleſiæ, ſupra 21. diſt. in nouo.

f ¶Negociorum.] Id eſt, cauſarũ, ut 11. q. 1. relatum. & 2. q. 5. ſi quis.

g ¶Sacerdotum.] Id eſt, ep̃orũ, ergo & omnes interer ũt cõcilio metropolitani, ut 18. diſt. cap. pen. & ult.

h ¶Error.] Hic collige ꝙ ea quæ per errorem ſtatuta ſunt, ex diuturna utentiũ approbatione ius faciunt. Ioã. qđ falſum eſt, cũ cõſuetudo debeat eſſe rationabilis & præſcripta 1. vt extra de cõſue. c. ul. nec iſta littera ꝯdicit. B. ut rõne multitudinis excuſentur à pœna, non à culpa, ut ſ. diſt. 4 denique. quod eñ factũ eſt, infectum eſſe nõ poteſt. in Auth. de æqua. do §. 1. coll. 4. ff. de capt. l. in bello. §. factæ.

† Adde quæ ſit conſuetudo rationabilis & præſcripta in l. de quibus. ff. de legibus.

i ¶Vel ad præſens.] Id eſt, amodo.

K ¶Quod Romæ.] Scilicet ubi minores exercẽt ſua officia p̃ſentibus maioribus.

ESto ſubiectus.] CASVS. Quædam conſuetudo peſſima erat in quibuſdam eccleſijs, ſ. ꝙ presbyteri p̄ſentibus epiſcopis nō audebant prædicare uel loqui. Sed Hierony. oſtendit ꝙ ſubditi debent obedire prælato, & prælatus non debet ſubtrahere ſubditis debita. & hoc ꝓbat quinque rationibus. Prima eſt ibi, [Scitū eſt illud.] Secunda ibi, [Quod autē Aaron.] Tertia ibi, [Vnus dominus.] Quarta ibi, [Recordemur.] Quinta ibi, [Sed ſi aliquid, vt inquit.] Omnia capitula, quæ ſequuntur vſque ad diſt. plana ſunt.

g ¶Reuelatum.] Supra diſtin. 8. fruſtra. C. de offi. ſec. pro. l. potioris.
h ¶Sedenti.] In loco inferiori.
i ¶Taceat.] Deliberando in ſermone, cum non debeat interrumpere uerbum eius.

γ ¶Ac Dominici.] *Ibidem eſt*, ac Deo noſtro nō patrimonij ſui damna conquiritis, dum ſoli uultis in eccleſijs potētari?
δ ¶Ad epiſcopum.] *Hoc loco longe plenior eſt orationis libello, & pro hac auctoritate Apoſtoli ad Timotheum, multa alia afferuntur.*

Item ad Nepotianum epiſt. 2.

¶Epiſcopi, & clerici inuicem ſibi honorem exhibeant. C. VII.

ESto ſubiectus pontifici tuo, & quaſi animæ parentem ſuſcipe. *& paulo poſt.* ¶Sed epiſcopi ſacerdotes ſe eſſe nouerint, non dominos, honorent clericos quaſi clericos [a], vt & ipſis a clericis, quaſi epiſcopis honor deferatur [b]. ¶Scitum eſt [c] illud oratoris Domitij, Cur ego te inquit, habeam ut principem [d], cum tu me [e] non habeas ut Senatorem? ¶Quod Aaron & filios eius, hoc epiſcopum, & presbyteros eſſe nouerimus. ¶Vnus Dominus, unum templum; vnum ſit etiam miniſterium. ¶Recordemur ſemper, quid Apoſtolus Petrus præcipiat ſacerdotibus: [Paſcite eum qui in uobis eſt gregem Domini, prouidentes non coacte, ſed ſpontanee, ſecundum Deum; neq. vt turpis lucri gratia, ſed voluntarie; neque ut dominantes in clerum, ſed forma facti gregi † ex animo, ut cum apparuerit princeps paſtorum, percipiatis immarceſcibilem gloriæ coronam.] ¶Peſſimæ conſuetudinis eſt in quibuſdam eccleſijs tacere presbyteros, & præſentibus epiſcopis nō loqui: quaſi aut inuideant [f]; aut non dignentur audire: [Et ſi alij, inquit Apoſtolus Paulus, fuerit reuelatum [g] ſedenti [h], prior taceat [i].] *& paulo poſt.* [¶Gloria patris eſt filius ſapiens.] Gaudeat epiſcopus iudicio ſuo cum tales Chriſto elegerit ſacerdotes.

Anſ. l. 7. c. 121.
1. *Pe.* 5.
† *al. gregis*
1. *Cor.* 14.
Prou. 10. & 13.

Item ex concilio Laodicenſi, c. 56.

¶Presbyteri epiſcopos non præcedant, ſed comitentur, vel ſubſequantur. C. VIII.

NOn oportet [k] presbyteros ante ingreſſum epiſcopi ingredi, & ſedere [l] in tribunalibus [m], ſed cum epiſcopo ingredi; niſi forte aut ægrotet epiſcopus, aut in peregrinationis [n] commodo α cum abeſſe conſtiterit.

α ¶In peregrinationis commodo] *Sic priſca verſio: ſed Dionyſius longe propius ad verba græca*, niſi forſitan infirmitate detineatur, aut proficiſcatur epiſcopus. πλὴν ἢ μὴ ἀνωμαλοίη, ἢ ἀποδημειό ἐπίσκοπος.

a ¶Quaſi clericos.] Hoc eſt contra ſupercilium epiſcoporum qui ſubditos appellāt filios cū debeant eos appellare fratres, ut 8. qō. 1. quid autem. vel ſocios, vt 10. q. 3. cauēdum. caueant tamen clerici, ne cū ſcribunt epiſcopo, vocent eum fratrem, prout dicit dominus Imperator, quòd iudices ſuperioribus honorem dēnt facere in ſalutatione. C. de offic. diuer. iu. l. 2. arg. C. de offi. præfe. vr. l. 1. vbi hoc idem dicitur.

Epi ſubditos debent fratres appellare.

b ¶Deferatur.] Sed pone quòd epiſcopus aliter ſe habeat contrà iſtū quàm debeat: nunquid iſte ſuo iure poteſt ei obedientiam negare? Videtur quòd ſic, arg. 45. diſt. cum beatus. 22. qō. 5. de forma. & fides nō eſt ſeruanda non ſeruanti 1. extra de iure iur. peruenit 2. ſecus tamen eſt: 2. conſulo tamen ei, ut agat per ſuperiorem. arg. 11. q. 3. ſi epiſcopis. 9. q. 3. nunc vero.

Frangenti fidem fides refrangatur eidem.

1 Ad hoc facit qđ dr̄ in gl. ſeq. arg. quod, &c.
2 Adde no. gl. in l. ut reſponſum. & ibi Bald. C. de tranſ. gl. in l. cū proponas. C. de pact.

c ¶Scitum eſt.] .i. ſapienter dictum eſt. H. & ideo ſciri dignū Lau. hoc eſt, ita ſe debet habere epiſcopus erga presbyteros, ſicut Aaron habuit ſe erga filios ſacerdotes.

d ¶Vt principem.] Factum reſpicit. nam de iure tolerandus eſt prælatus vſque ad ſententiam. 8. q. 4. nonne.
e ¶Me.] Arg. ꝙ fruſtra petit debitum, qui quod debet non impendit, ut 28. q. 1. ſi infidelis. 32. q. 5. nō mœchaberis. & c. ſi ducturi. 7̄. diſt. 9. neq; in fin. 20. q. 1. placuit. 22. q. vlti. de forma. 18. q. 2. abatibus. arg. contra. 11. q. 3. inter uerba. 93. diſt. dominus. 33. q. 5. quod Deo. H.
f ¶Inuideant.] Arg. contra epiſcopos, qui malunt habere illiteratos quàm litteratos circa ſe.

Epi litteratos ſecū habeant.

K ¶Non oportet.] Tempore ſolennium officiorum, vel cum redeunt à proceſſione ad chorum.
l ¶Et ſedere.] Cōiūgas ī gredi & ſedere. aliàs falsū eēt.
m ¶In tribunalibus.] Ar. C. de hære. & manichæ. cūcti.
m ¶In tribunalibus.] Id eſt, in ſede iudiciaria, ut iudicent ſine eo.
n ¶In peregrinationis.] De licētia ſuperioris. j̄. de cōſe. diſt. 5. nō oportet. & de cōſenſu ipſius eccleſiæ, extra de uot. & uo. redemp. c. magnæ. & etiam domini Papæ.

a ¶Epi-

a EPiſcopus.] ¶Non patiatur.] Ita ꝙ non liceat ei ſedere: niſi presbyter aſſumeret ſibi officium ſtandi. C. de poſtula. quiſquis. §. vlti.

b EPiſcopus.] ¶Collegam ſe.] Ita tamẽ ꝙ nõ cõtẽnatur. ff. de officio præto. obſeruandum. Ioan.

c PResbyter.] ¶Nõ ſignet.] In vertice: quia in fronte non poteſt etiam auctoritate epiſcopi, ut de conſe. diſt. 4. presbyteri.

Item ex concilio Carthaginenſi 4. c. 34.

¶Epiſcopus non dominum, ſed collegam ſe presbyterorum cognoſcat. C. IX.

EPiſcopus in quolibet loco ſedens ſtare presbyterum non patiatur [a].

Item ex eodem, c. 35.

¶De eodem. C. X.

Iuo p. 5. c. 337. EPiſcopus in eccleſia, & in conſeſſu presbyterorũ ſublimior ſedeat. Intra domum uero collegam ſe [b] presbyterorum eſſe cognoſcat.

In capitu. Martini. Brac. c. 52. de conſ. diſt. 4. c. omni tẽpore. Mart. Bra. c. 56. *Item ex concilio Martini Papæ.*

¶Sine præcepto epiſcopi presbyter non ſignet infantes. C. XI.

PResbyter præſente epiſcopo non ſignet [c] infantes, niſi ab epiſcopo fuerit illi præceptum.

[*Item ex concilio Neocæſarienſi*, α *c.* 13.]

Anſ. l. 7. c. 188. Burc. l. 5. c. 44. Iuo p. 2. c. 53. † ἐν τῷ κυριακῷ.

¶[De eodem]. PALEA C. XII.

PResbyteri ruris, in eccleſia† ciuitatis, epiſcopo præſente, uel presbyteris ipſius vrbis, offerre nõ poſſunt, nec panem ſacrificatum β dare, calicemque porrigere. Si uero abſentes hi fuerint, & ad dandam orationem γ uocentur ſoli, dare debebunt.

α ¶Neocæſarienſi.] *Antea citabatur ex Genuenſi. Reſtituta eſt inſcriptio ex cæteris collectoribus. Eſt autem hæc fere Dionyſii verſio.*

β ¶Sacrificatum.] *Alibi ubique legitur,* ſanctificatum, *Græcè eſt in concilio impreſſo.* ἄρτον διδόναι ἐν εὐχῇ: *Sed Apud Balſamonem* ἄρτον εὐχῆς. *id eſt,* panem myſticæ prædicationis.

γ ¶Ad dandam orationem.] καὶ εἰς εὐχὴν κληθῇ μόνος, διδῶσιν; *id eſt,* & ſolus ad myſticam precationem uocatus fuerit, dat.

DISTINCTIO XCVI.

ſ. diſtin. 69. c. ſi duo. ILlud autem [d] *Honorij Auguſti, quod de electione ſummi Pontificis ſupra conſtituiſſe legitur, nullius eſſe momenti probatur: cum non ſolum de ordinibus, ſed nec etiam de rebus eccleſiaſticis legatur aliquando laicis attributa diſponendi facultas. Vnde quæcumque à Principibus in ordinibus, vel in eccleſiaſticis rebus decreta inueniuntur, nullius auctoritatis eſſe monſtrantur.*

In ſyno. Rom. 3. ſub Symmacho c. 1. & ſeq. *Vnde Symmachus epiſcopus catholicæ eccleſiæ urbis Romæ ſynodo præſidens dixit.*

ILlud aũt. In hac diſtinct. ꝓbatur, ꝙ cõſtitutiones laicorum non præiudicant eccleſijs quia nihil iuris laicis de rebus eccleſiaſticis conceſſum eſt, niſi ſola defenſio: & hoc probat per ra. auctor. Ioannes de Fant.

CASVS. Supra in diſ. 79. poſuit Gratia. conſtitutionem Honorij latam ſuper electione Romani põtificis. ſed ne aliquis crederet, ꝙ laicis eſſet attributa poteſtas diſponendi aliquid de rebus eccleſiæ, & faciẽdi cõſtitutionem ſuper ipſis, iõ Gratianus nũc dicit, ꝙ illa conſtitutio nullius fuit momenti: cum à laico facta fuerit: quia non habet poteſtatem aliquid diſponendi de rebus eccleſiæ: quare conſtitutio Baſilij nihil valebat, ut ĩ. ead. cap. 1. bene tamen dicit, quod conſtitutio Honorij facta fuit auctoritate Papæ: ideo valuit.

d ¶Illud autem.] Hic depingitur 96. diſtin. magiſter poſuit conſtitutionem Honorij Auguſti latam ſuper electione Romani põtificis. 79. diſt. ſi duo. Sed ne viderentur laici habere poteſtatem conſtituendi uel diſponendi de rebus eccleſiæ; ideo reducit hic illam conſtitutionem ad memoriam, vt oſtendat ꝙ laicus nõ habet poteſtatem ſuo iure conſtituendi aliquid de rebus eccleſiæ bene tamẽ poſſunt laici rogati concilijs intereſſe, & de rebus eccleſiaſticis conſtituere: non tamen vt ualeat eorum conſtitutio, quia ipſi conſtituerunt: ſed quia ratum habet eccleſia, vt dicit Gratianus infra diſtinctio. proxi. §. 1. &c. Laici de rebus eccleſię nihil poſsũt cõſtituere.

BEne quidem.] CASVS. Symmachus Papa ęgrotans cum de ſalute corporis deſperaret, timẽs ſchiſma poſſe contingere poſt mortem ſuam, iniunxit Baſilio ut intereſſet electioni ſucceſſoris poſt mortem ſuam propter ſchiſma remouendũ. tempote procedente quidam epiſcopi tractabant de electione ſucceſſoris Symmacho adhuc uiuente. quo audito Baſilius congregauit concilium, & fecit conſtitutionẽ ne liceret electionem Papæ fieri ſine eius pſentia; nec liceret Papæ alienare res eccleſiæ: & ſi alienatæ eſſẽt reuocari debere; & quædam alia, quæ in capitulo recitantur, conſtituit. Symmachus autem poſtea se cõualeſcens poſt mortem Baſilij congregata ſynodo oĩa poſt recitationẽ eorũ retractauit. Et not. ꝙ quãq; loquit Symmachus, ut in principio: quãq; notarius, q continuat uerba diuerſorum p totũ hoc capit. quãq; Synodus, quãq; Baſilius: quandoque aliquis de ſynodo: & ego cum Hugo. ad maiorem intelligentiam aliquantulum latius poſui caſum, quem bene. duo ca. ſeq. perte uidebis.

a ¶Bene.] Symmachus Papa laborabat in extremis, & timuit ne ĩ electione ſui ſucceſſoris ppter ſtrepitus hæreticorũ ſchiſma interuenirer: rogauit Patriciũ Baſiliũ, q gerebat uices Odoacris regis, ꝙ ipſe intereſſet in electione ſui ſucceſſoris. Baſilius ſtatim Symmacho uiuẽte fecit quandã cõſtitutionẽ ſcilicet, ꝙ ſine eius cõſultatione nõ fieret electio ſummi Pontificis. Præterea, ꝙ non liceret alicui prædium ipſius eccleſiæ alienare: quæ conſtitutio retractatur hic; tum quia ibi quædam conſtituta ſunt, quæ à laico non poſſunt conſtitui: tum, quia res eſſet mali exempli, 63. diſt. §. uerũ.

Baſilius à Symmacho rogatus interfuit electioni Papę

f ¶Inde diſputem.] Non eſt diſputandum de eo, de quo ſtatim conſtare poteſt. ſi ergo vxor petat ſibi uirũ reſtitui, & uir paratus eſt incontinenti probare conſanguinitatem, non eſt audienda. ff. vt in poſſeſſio. leg. ſi is a quo. arg. contra. exara de reſt. ſpol. c litteras.

g ¶Synodus.] Verba notarij.

optatũ. ibi uideas. Itẽ adde in quibus caſib. requiratur ſubſcriptio not. B. in l. diuus. §. ſe. natus. ff. de fal.

¶De rebus eccleſiaſticis diſponendis, laicis nulla facultas relinquitur. C. I.

BEne [a] quidem fraternitas ueſtra eccleſiaſticis legibus obſecuta ſub diuini timore iudicij, quæ erant ſtatuenda, definiuit; & ad iuſtitiæ cumulum peruenit, dum ſufficienter uniuerſa complectitur: nec adiectione indiget plenitudo [b], maximè [c] de clericis, quos amor dominationis inuaſit, & iugum diſciplinæ eccleſiaſticæ fecit reſpuere, *& paulo poſt* ¶Quorum exceſſus enarrare difficile eſt: unum tamen, quod occurrit, uenerando ordini ueſtro intimare non differo. Dixerunt inter alia, ſcripturam quandam illuſtris memoriæ [d] Baſilium, quaſi pro eccleſiaſticæ amore ſubſtantiæ, conſcripſiſſe; in qua nullus Romanæ eccleſię, nec interfuit, nec ſubſcripſit [e] antiſtes, per quem potuiſſet ſortiri legitimam firmitatem Ne uero ego inde diſputem [f], unde † poteſt ueſtrum iudicare concilium; requiratur, & deferatur in medium, ut ex lectione cognoſcatis, cuiuſmodi poſſit habere ſubſtantiam. ¶Sancta ſynodus [g] reſpondit, deferatur in medium, ut cuiuſmodi ſit, poſſit agnoſci. Et dum diceret, Hormiſda diaconus recitauit. [Cum † in † Mauſoleo [h], quod eſt apud beatum Petrum apoſtolum, reſideret † ſublimis, & eminentiſſimus uir præfectus prætorio, atque patricius, agens etiam vices præcellentiſſimi Regis Odoacris Baſilius, dixit: Quanquã ſtudij veſtri †, & religionis interſit, ut in epiſcopatus electione [i] concordia principaliter ſeruetur eccleſiæ: ne tamen † per occaſionem ſeditionis, ſtatus ciuitatis † vocetur in dubiũ, admonitione † beatiſſimi viri Papæ noſtri Symmachi † Simplicij, quam ante oculos ſemper habere debemus, hoc nobis meminiſtis ſub obteſtatione fuiſſe mandatum, ut propter illum ſtrepitũ, & uenerabilis eccleſię detrimentum, ſi eum de hac luce tranſire contigerit, non ſine noſtra cõſultatione, cuiuſlibet celebretur electio.] Hæc cum legerentur, Creſconius epiſcopus ciuitatis Tudertinæ eccleſiæ, ſurgens è conſeſſu dixit: [Hic perpendat ſancta ſynodus, uti † prætermiſſis † perſonis religioſis, quibus maxime curæ eſt de tanto Pontifice, electionem laici in ſuam redegerint poteſtatem: quod contra canones eſſe manifeſtum eſt.] ¶ Item Hormiſda diaconus legit: [Nam & cum quid confuſionis [k], atque diſpendij uenerabilis eccleſia ſuſtineret, miramur, prætermiſſis nobis, quidquam de rebus eccleſiæ fuiſſe tentatum, cum etiam

† *ſed ut poſſit*] orig.

† *in vnũ apud beatum*] orig.
† *reſediſſent, ſublimes*] ori.
† *noſtri*] orig.

Ibid. c. 2.

Verba Baſilij.

† *al. ne per*
† *al. ciuilitatis*
† *al. tamẽ admonitione*

† abeſt dictio [Symmachi] ab orig. ſed auctor caſus, & gloſſæ habuit.

† *al. utrum*
† *prætermiſſas perſonas religioſas*] codex can. verba Baſilij.

Conſenſus clericorum non ſufficit in cõtractibus rerum eccleſiaſticarum.

1 De hoc 90. 100. diſ.

b ¶Plenitudo.] Infra 6. q. 1. ſi omnia.
c ¶Maximè.] Bene diffiniuit, ſupple.
d ¶Memoriæ.] Ergo iam deceſſerat Baſilius tempore huius ſynodi.
e ¶Vel ſubſcripſit.] Arg. in contractibus rerum eccleſiaſticarum non ſufficere conſenſum clericorum: nec in alienationibus, niſi ſpecialiter ſubſcribãt 1. arg. 10. q. 2. caſellas. 12. q. 2. abbatibus. &c. ſine exceptione.

h ¶In mauſoleo.] Verba ſunt ſcriptoris. Mauſoleum propriè eſt ſepulchrũ principis. Et dicitur à Mauſoleo rege, cui vxor Arthemiſia pudicitiæ inſignis conſtruxit ſepulchrum miræ pulchritudinis. Vnde & alia ſepulchra ſic ſunt appellata.

Mauſoleũ quid ſit.

i ¶Electione] Non tamen, vt aliquid inde conſtitueres. & ita exceſſiſti finem mandati Baſilij.
K ¶Cũ qd cõfuſionis.] Proſecutio legis, & continuant uerba ſic, non celebretur de electione Papæ, &c. ac ne.

a ¶Nihil

a ¶Nobis debuiſſet.] Hoc dicit propter quoſdam, qui viuente priore Symmacho tentauerunt eligere, ut diſt. 79. ſi quis Papa. & c. nullus. 10.
b ¶Præferentes.] Id eſt, primo ſtatuentes.
c ¶Ruſticum.] Quid ſit ruſticum prædium, & quid ſit vrbanum

ne Papæ bene: argu. 32. diſtin. §. verum. 10. q. 3. cap. vlti. Sed utrum epiſcopus laico poſſit hoc committere, jam dicemus infra eadem, capit. quòd non. M. tamen dicit contra. quia mucro eſt epiſcopi: immo nec presbyter hoc poteſt.

Laicus pōt excommunicare ex Papæ delegatione.

ſacerdote noſtro ſuperſtite nihil ſine nobis debuiſſet [a] aſſumi. Quare ſi amplitudini veſtræ † vel ſanctitati placet, incolumia omnia, quæ ad futuri antiſtitis electionem reſpiciunt, religioſa veneratione ſeruemus, hanc legem ſpecialiter præferentes [b], quam nobis, heredibusq. noſtris, Chriſtianæ mentis deuotione ſancimus: ne vmquam prædium, ſeu ruſticum [c], ſeu vrbanum, uel ornamenta, aut miniſteria eccleſiarū, quæ nunc ſunt, vel quæ ex quibuslibet titulis [d] ad eccleſiarum iura peruenerint; ab eo, qui nunc antiſte: ſub electione communi fuerit ordinandus, & illis, qui futuris ſæculis ſequentur, quocumque titulo, atque commento alienari liceat. Si quis vero aliquid eorum alienare voluerit; inefficax, atque irritum iudicetur; ſitque facienti, vel conſentienti, accipientiq. anathema.] ¶Maximus [e] epiſcopus Bleranæ eccleſiæ dixit. [Modo ſancta ſynodus dignetur edicere, ſi licuit laico [f] homini anathema in ordinem eccleſiaſticum dictare: aut ſi potuit laicus ſacerdoti anathema dicere, & contra canones, quod ei non competebat, conſtituere. Dicite, vobis quid videtur? De me licuit laico legem dare?] Sancta ſynodus dixit, Non licuit? & adiecit, lege ſequentia. ¶ Hormiſda diaconus legit: [Et is, qui prædium ruſticum, vel vrbanum iuris eccleſiaſtici fuerit conſecutus, nouerit ſe nulla lege, vel præſcriptione munitum [g], ſed ſiue is, qui alienauerit, ſiue qui eum† ſequetur, voluntate cōtraria prædiū huiuſmodi alienatum reuocare ß voluerit, id cum fructibus reſtituat, quos † illic fuerit conſecutus] ¶ Hæc cum legeret; Stephanus epiſcopus Venuſinæ eccleſiæ ſurgens è conſeſſu dixit, perlegatur [h]. Hormiſda diaconus legit: [Qua, pœna placuit accipientis etiam heredes [i] afficere. In qua re cuilibet clericorum contradicendi libera ſit facultas. Iniquum eſt enim, & ſacrilegij inſtar, vt quæ vel pro ſalute, vel pro requie animarum ſuarum † unuſquiſque uenerabili eccleſiæ, pauperum cauſa, contulerit, aut certè reliquerit [k]; ab his quos hæc maximè ſeruare conuenerat, in alterum † transferatur. Planè quæcumque in gemmis, uel auro, atque argento, necnon & & ueſtibus minus apta uſibus, uel ornatui uidebuntur eccleſiæ, quæ ſeruari, ac diu manere non poſſunt, ſub iuſta æſtimatioue uendantur [l], & erogationi † religioſæ proficiant [m].] ¶Cumque lecta fuiſſet: Laurentius epiſcopus Mediolanenſis [n] eccleſiæ dixit: [Iſta ſcriptura nullum Romanæ ciuitatis potuit obligare Pontificem: quia non licuit laicos ſtatuendi in eccleſia, præter Romanum [o] Pontificem, habere aliquam poteſtatem: quos obſequēdi

† veſtræ ſanctitatis

Verba Baſilij

† al. cōſequenter

† al. qui illud

c. 3. verba Baſilij

† al. ſuorum

† al. alienitatem

† al. erogatio religioni proficiat

g ¶Munitum.] Nā ſi quis emit rem eccleſiæ, vel aliam rem in caſu illicito, non pōt præſcribere. Nam dicit lex, ꝙ non eſt dubium cum male fidei poſſeſſorem, qui contra legum interdicta mercatur. C. de agricolis, & cenſi. lib. 11. quemadmodum. nā nec iuris ignorantia pōt eum excuſare. ff. de iuris & facti ignorantia. l. iuris. & hoc benigne ſtatuerat: ſecus tamē eſt de iure: quia bene præſcribit laicu: rē eccleſiæ cū fructibus etiam percipiendis, ſi ſit malæ fidei poſſeſſor. de reſtitu. ſpol. grauis.
ADDITIO. Ad hoc extra de præſcrip. ad audientiam. iuxta finem. Super hoc uideas quæſtionem B. quę incipit, eſto ꝙ res eccleſiaſtica, &c. & qđ no. ī. 16. qō. 3. vniuerſas. in gloſ. non dicit. Archid.
h ¶Perlegatur.] ff. de legi. & ſenatuſconſul. l. inciuile.
i ¶Hęredes.] Turpia enim lucra ab hæredibus ſunt extorquenda. ex de vſuris, tua. ff. de calū. in hæredem. Sed & alienator poſſet conueniri, ut not. 12. q. 2. monemus.
K ¶Reliquerit.] In morte relinquēdi nāque uerbum, & c. ff. de tabulis exhib. l. 1. §. vlti. 1.
l ¶Vendantur.] Arg. C. de admi. tut. lex.
m ¶Proficiant.] Hic terminatur lex ipſa.
n ¶Mediolanenſis.] Argu. Mediolanenſis prærogatiuam ſedis habere ante Rauēnatem, cum ante eum reſpondet, ſicut in alia ſynodo ante eum ſcripſiſſe legitur. ſupra diſtinc. 17. §. hinc. & §. illud igitur. G. tamen aliter hoc ſoluit. diſt. 17. §. illud.

Laicus utrū rem eccleſiæ poſſit p̄ſcribere.

1 Et habes hoc qđ hic dicit. 16. q. 1. in canonibus. Arch.

Prædiū eſt duplex.

vrbanum prædium, habemus ff. de ſer. ruſt. pręd. & ff. de ſer. vrb. præd. per totum.
d ¶Titulis.] Siue donationis, ſiue emptionis.
e ¶Maximus.] Sic & iuriſperiti dicunt quid ſentiant. ff. de his, quæ in teſtamen. delen. l. proximè.
f ¶Laico.] Nā nō licuit laico iure ſuo, ſed ex delegatio

o ¶Præter Romanū.] i. Papæ auctoritatem, & conſenſum eius. Sed contra. 16. q. vlt. in nona actione. Sed ibi nō ꝓhibet, ꝙ eps laico nō poſſit cōmittere officiū ad tp̄s; ſed ne iuriſdictionem largiatur ei in perpetuum. Et eſt argumētū, Papam quamlibet cauſam eccleſiaſti-

Cauſa q̄libet eccleſiaſtica per Papam laico committi poteſt.

cam committere poſſe laico: arg. 23. diſt. mulier. & 94. diſtin. valde. 5. q. 3. qui epiſcopus. contra. 79. diſ. ſi duo. Ĵ. ea. denique. contra. Intelligendum eſt non ſua auctoritate. Sed nunquid auctoritate epiſcopi poteſt laicus aliquid cõſtituere in eccleſia? videtur, ꝙ prædicare poteſt inuitatus à clericis. 23. diſtin. mulier. arg. extra de foro compet. nullus iudicum. Dic cum Hug. ꝙ non poteſt ex delegatione epiſcopi cauſas ſpirituales tractare, nec excommunicare. vnde nihil faciunt qui per pueros excommunicant & ꝑ ſeruientes. Cauſam autem ciuilem laicis epiſcopus committere poteſt, & ita intellige prędictam decretalem, in nona. Et quod dicitur de prædicatione, ſpeciale eſt. Quid ergo dices de templarijs? nõne ipſi poſſunt excommunicare fratrem ſuum? Dici poteſt, quòd ſic: quia ipſi non ſunt laici. arg. 12. q. 1. duo. Credo ꝙ non poſſunt, niſi ſint presbyteri. extra de ſẽtẽ. excom. canonica. tione auctoritatis aliqua repelli, licet ſint bona. arg. 16. diſt. c. 1. 1. qõ. 1. principatus ff. de re mili. l. 3. §. in bello. arg. contra. 1. q. 1. Dominus declarauit. argum. contra. 1. q. 1. nonne Sodomitæ.

Laicus an epĩ auctoritate poſſit ĩ eccleſia aliquid conſtituere.

a ¶Imperãdi.] Ĵ. 16. q. vlt. non placuit.

b ¶Legatur.] Verum eſt ꝙ nõ legitur aſſenſus metropolitanorũ ſecundum canones, id eſt, legitimus: bene tamen legitur conſenſus epiſcoporum. ar. Ĵ. ead. c. 1. Illa autem determinatio, quæ p̃cedit, ſecundum canones, ſoluit contra.

c ¶Nec canonibus.] Coniunctim accipe hæc duo diuiſa.

d ¶Religioſis.] Infra 16. q. vlt. laicis.

e ¶Debere.] Infra 9. q. 3. cap. 2.

f ¶Qui merito.] Supra 40. diſt. non uos.

g ¶Primatum.] Infra 9. q. 3. nemo. & capit. antiquis.

h ¶Tribuere.] Supra diſt. 16. c. 1. & 2.

i ¶Carere.] Supra diſtinct. 21. in tantum.

k ¶Vel Stephani.] Iſte tñ Stephanus non dixit, niſi perlegatur, & ſic per tale verbum intelligitur aliquis cõſentire, ut not. ſupra 63. diſtinct. cum Hadrianus.

l ¶Ratione.] Arg. ra-

a ¶Actio-

manet neceſſitas, non auctoritas imperandi [a]: maxime cũ nec Papa Romanus ſubſcripſerit, nec alicuius ſecundum canones metropolitani legatur [b] aſſenſus.] ¶ Petrus epiſcopus Rauennatis eccleſiæ dixit: [Scripturam quæ in noſtra congregatione uulgata eſt, nullis eam uiribus ſubſiſtere manifeſtum eſt; quia nec canonibus [c] conuenit, & a laica perſona concepta uidetur: maxime quia in ea nullus præſul ſedis Apoſtolicæ interfuiſſe, vel propria ſubſcriptione firmaſſe monſtratur.] ¶ Eulalius Epiſcopus Syracuſanæ eccleſiæ dixit: [Scripturam, quæ in ſacerdotali concilio recitata eſt, euidentiſſimis documentis conſtat eſſe inualidam. Primum, quòd contra Patrum regulas a laicis, quamuis religioſis [d] (quibus nulla de eccleſiaſticis facultatibus aliquid diſponendi legitur unquam attributa facultas) facta uidetur: deinde quòd nullius præſulis Apoſtolicæ ſedis ſubſcriptione firmata docetur. Quòd ſi cuiuslibet prouinciæ ſacerdotes intra terminos ſuos concilio habito, quidquid ſine metropolitani ſui Ĵ. 9. q. 3. c. 2. auctoritate tentauerint, irritum eſſe debere [e] ſancti Patres ſanxerunt; quanto magis, quod in Apoſtolica ſede, non † exiſtente præſule †al. nunc (qui merito † [f] beati Petri Apoſtoli per uniuerſum orbem primatum [g] obtinens ſacerdotij, †al. prærogatiua ſtatutis ſynodalibus conſueuit tribuere [h] firmitatem) a laicis (licet conſentientibus aliquantis epiſcopis, qui tamen Pontifici, a quo conſecrati † probantur, †al. cõſecrari præiudicium inferre non potuerunt) præſumptum fuiſſe cognoſcitur, uiribus carere [i] non dubium eſt, nec poſſe inter eccleſiaſtica ullo modo ſtatuta cenſeri?] ¶ Sancta ſynodus dixit: Licet † ſecundum proſecutionem uenerabilium fratrum noſtrorum, †al. Liquet Laurentij, Petri, Eulalij, Creſconij, Maximi, vel Stephani [k], nec apud nos incertum habetur hanc ipſam ſcripturam nullius eſſe momenti; uerumtamen etiam ſi aliqua poſſet ratione ſubſiſtere, modis omnibus in ſynodali conuentu prouida beatitudinis ueſtræ ſententia eneruari conueniebat, & in irritum deduci: ne in exemplum remaneret præſumendi quibuslibet laicis, quamuis religioſis, uel potentibus in quacunque ciuitate quolibet modo aliquid decernere de eccleſiaſticis facultatibus; quarum ſolis ſacerdotibus diſponendi indiſcuſſe a Deo cura commiſſa docetur.

α ¶Cum in Mauſoleo.] *Hoc initium ſcripturæ Baſilij in tomis conciliorum, & codice canonum ſic habet*. Cum in unum apud beatum Petrum Apoſtolum reſediſſent, ſublimis, &c. *Omnino autem multæ ſunt huius capituli uarietates in exemplaribus Gratiani, in uarijs conciliorum editionibus, & in codice canonum: ex quibus ea tantum partim indicata partim notata ſunt, quæ maioris ponderis ſunt uiſa.*

β ¶Reuocare.] *Sic eſt emendatum ex omnibus concilij exemplaribus & impreſſis, & manuſcriptis, cum antea legeretur,* retinere.

γ ¶Qua pœna.] *In omnibus editionibus conciliorum legitur,* Quam pœnam placuit accipientis hæredes, prohæredeſque

a ¶Actione.] Dicitur prima actio: quia fiebat pro prima die in ſynodo. 16.q. 7. in nona.

b NOs.] ¶Intereſſe.] Similiter ſolebat intereſſe electioni Papæ propter hæreticorum ſcandalum. arg. diſt. 63. quia ſancta.

c ¶In-

peratoris. Reprehēdit ergo hic Nicolaus Imperatores, qui concilijs epiſcoporum intereſſe volebant: quod nō eſt faciendum, niſi vbi de fide tractatur, quæ communiter pertinet ad omnes tam clericos quàm laicos.

f ¶Vbi nam.] Hæc quatuor cap. 1. loquuntur de materia Ignatij, de quo dicitur ī. 21. diſ. ſubmittitur. Argu. omiſſum intelligi quod ſcriptū nō inuenitur. arg. 10. q. 1. hanc conſuetudinem. de conſe. diſt. 4. cum itaque. &c. ſeq. ff. de verb. obli. quidquid.

1 Scilicet iſtud & tria ſeq.

reſpicere. *In codice vero canonum manuſcripto non eſt dictio*, pro hæredeſque.

Vnde in ſexta actione [a] *Chalcedonenſis concilij Martianus Imperator dixit inter cætera:*

¶Imperatores ad fidem confirmandam, non ad potentiam oſtendendam ſynodo intereſſe debent. C. II.

Anſ. l. 3. c. 107.

NOs ad fidem confirmandam, non ad potentiam oſtēdendam, exemplo religioſiſſimi principis Conſtantini ſynodo intereſſe [b] volumus; vt inuenta veritate [c], non vltra multitudo prauis doctrinis attracta diſcordet.

Item ex eadem ſexta actione, in fine.

¶De eodem. C. III.

Anſel. ibidem. Deuſdedit p. 3.

QVædam capitula ſunt, quæ ad honorem veſtræ reuerentiæ vobis ſeruauimus [d], decorum eſſe iudicantes à vobis hæc regulariter potius firmari per ſynodum, quàm noſtra lege ſanciri [e].

Item Nicolaus Papa in epiſtola ad Michaelem Impe. quæ incipit: [*Propoſueramus.*]

¶Synodali conuentui Imperatores intereſſe non conuenit, niſi vbi de fide agitur. C. IIII.

Anſ. l. 1. c. 75.

VBi nam [f] legiſtis, Imperatores anteceſſores veſtros ſynodalibus conuentibus interfuiſſe [g], niſi forſitan in quibus de fide tractatum eſt, quæ vniuerſalis eſt; quæ omnium communis eſt; quæ non ſolum ad clericos [h], verum etiam ad laicos, & ad omnes omnino pertinet [i] Chriſtianos?

Idem in eadem epiſtola.

¶De præſulibus diuinarum rerum, qui humanis rebus præſunt, iudicare non poſſunt C. V.

Anſ. ibidem.

DEnique [k] hi, quibus tantum humanis rebus, & non diuinis præeſſe permiſſum eſt: quomodo de his, per quos diuina miniſtrantur, iudicare [l] prēſumant [m], penitus ignoramus.

Idem paulo inferius.

¶Nec etiam Imperator iura Pontificis, nec Pontifex iura regia vſurpet. C. VI.

ī. diſt. 10. c. quoniam. Anſ. ibidem.

CVm [n] a ad verum [o] ventum eſt, vltra ſibi nec Imperator iura Pontificatus arripuit, nec Pontifex nomē

g ¶Interfuiſſe.] Niſi rogatos 2. 63. diſt. Hadrianus.

2 Et ſm hoc ceſſat ɔ̄riū. 15. q. 1. ad ſedem. Arch.

h ¶Ad clericos.] Dic ꝙ hoc nomen, clericos, ſtrictè accipitur, vnde per fidem & ad omnes, &c. comprehendit Deo deuotos & tales perſonas. Vel dic prout ſonat.

i ¶Pertinet.] Arg. ꝙ omnes tangit, ab omnibus debere tractari, & approbari 3. arg. diſt. 66. ca. 1. C. de au. præſtan. veterem. de hoc extra de ijs, quæ fi. à præla. c. fi.

Quod omnes tangit, dēt ab oīb. approbari.

3 Concor. extra de his quæ fi. à p̄l. fi. conſ. ca. c. vlt. ibi uideas.

DEniq;.] CASVS. Statuit hic Nicolaus, ut Imperatores, qui tantum rebus humanis præſidēt, ſe de rebus eccleſiaſticis nō intromittant, nec de clericis iudicent.

K ¶Denique.] Argu. ꝙ epiſcopus in cauſis eccleſiaſticis laicum non poſſit præficere. Arg. contra. ſupra ca. bene quidem.

l ¶Iudicare.] Infra 17. q. 4. diffiniuit contra. in fi. ſed ibi dic, principis, id eſt, principalis perſonæ: vel, id eſt, epiſcopi. 35. diſt. eccleſiæ.

m ¶Præſumant.] Ar. ꝙ clericus diffinitionibus principū & laicorum nō debeat ſupponi 4. niſi per reconuentionem.

4 Concor. tex. in l. j. C. de ſum. tri. & in l. mercatores. C. de con. & merca & in l. 1. cum gl. C. d̄ eunuc.

c ¶Inuēta veritate.] Et ita vſ ꝙ poſſit de fide catholica diſputari. arg. ɔ̄. C. de ſum. trin. nemo. 24. qō. 3. cum quibus. Reſpondeo: dubitando non licet diſputare de ea: qa dubius in fide hæreticus eſt. ext. de hære. dubius. aliàs diſputatur, infra ea. ſatis 23. quæſt. 6. vides. C. de epiſc. & cle quoniam.

Diſputari vtrū poſſit de fide catholica.

QVædam.] Infra ea. ſatis.

d ¶Seruauimus.] Confirmanda & terminanda. Hugo.

e ¶Sanciri.] q. d. volumus eam per noſtram legem ſiue conſtitutionem determinari & confirmari. H.

VBi nam.] CASVS. Hæc quatuor. cap. de Ignatio loquūtur iniuſtè depoſito auctoritate Michaelis Im-

CVm ad verum.] CASVS. Michael Imperator authoritatem præſtitit & præcipit vt Ignatius Conſtantinopolitanus patriarcha ab ep̄is deponeretur: qđ factū eſt, ſed dicit Nicolaus Papa, ꝙ hoc facere nō potuit nec debuit: nam cū in veteri teſtamento eadē perſona Rex erat & ſacerdos, & tpalia ſimul cū ſpiritualibus adminiſtrabat. Sed poſtq̄ Chriſtus venit in mundū, præcepit ut Rex tm̄ terrenis p̄ſideret: Pontifex verò cœleſtia diſpenſaret: ne pp ſuperbiā dignitatis vtriuſq; alteruter ſu pbiret. ſed ſibi inuicē (ſi neceſſe fuerit) auxilium prēbeant.

n ¶Cum.] Hoc cap. expoſitum eſt ſupra. 10. diſt. quoniam. ideo hic non labores.

o ¶Ad verū.] .i. ad dicuſſionē veri: uel. i. ad tp̄s Chriſti.

Imperatorium vſurpauit [a] : quoniam idem mediator Dei, & hominem homo Chriſtus Ieſus ſic actibus proprijs [b], & dignitatibus diſtinctis, officia poteſtatis vtriuſque diſcreuit [c] propria volẽs medicinali humilitate ſurſum efferri, non humana ſuperbia rurſus [d] in infernum † demergi, vt & Chriſtiani Imperatores pro æterna [e] vita Pontificib. indigerent, & Pontifices pro curſu tẽporalium [f] tantummodo [g] rerum Imperialibus legibus vterentur; quatenus ſpiritalis actio carnalibus diſtaret incurſibus: & ideo militans Deo minimè ſe negocijs ſæcularibus implicaret; ac uiciſſim non ille rebus diuinis præſidere uideretur, qui eſſet negocijs ſæcularibus implicatus.

† al. inferna

2. Tim. 2.

α ¶Ad verum.] *Poſt ultima verba capitis antecedentis ſequitur continenter in eadem Nicolai epiſtola.* Fueruut hæc ante aduentum Chriſti, ut quidam typice reges ſimul & ſacerdotes exiſterẽt, Quod ſanctum Melchiſedech fuiſſe ſancta prodit hiſtoria; quodq; in membris ſuis diabolus imitatus: (vt pote, qui ſemper quæ diuino cultui conueniunt; ſibimet tyrannico ſpiritu vendicare cõtendit) vt pagani Imperatores ijdem & maximi Pontifices dicerentur. Sed cum ad uerum ventum eſt, eundem Regem atq; Pontificem, vltra ſibi, &c. *Nihil autem mutatum eſt & ob gloſſam, & quoniam eſt initium capitis. Nonnulla vero alia huc pertinentia notata ſunt ſupra diſ. 10. c. quoniam.*

Gen. 14.

Idem in eadem paucis interiectis.

¶A ſæculari poteſtate Pontifex prorſus nec ſolui, nec ligari ualet. C. VII.

SAtis euidenter oſtenditur [h], à ſæculari poteſtate nec ligari prorſus, nec ſolui poſſe Pontificem; quem conſtat à pio principe Conſtantino (quod longe ſuperius memorauimus) Deum appellatum [i]: nec poſſe Deum ab hominibus iudicari manifeſtum eſt. Sed & Theodoſius minor α ſanctæ ſynodo ſcribens Epheſinæ primæ [k], dixit: [Deputatus eſt igitur Candidianus magnificentiſsimus comes ſtrenuorum domeſticorum tranſire vſq; ad ſanctiſsimam ſynodum veſtram, & in nullo quidem ijs, quæ faciendæ ſunt de pijs dogmatibus quæſtiones, ſeu potius [l] expoſitiones, cõicare. Illicitum namque eſt eum, qui non ſit ex ordine ſanctiſsimorum epiſcoporum, eccleſiaſticis inter-

Anſ. l. 1. c. 72.

Rufinus l. hiſt. lib. 1. c. 2.

a ¶Vſurpauit.] Argu. cũ iſte poteſtates ſint diuiſæ. Imperator non habet gladium à Papa, vt ĩ. ead. in ſcripturis, & c. duo. & c. ſi Imperator. & 93. diſt. legimus. & q̃a Imperium à ſolo Deo eſt. 23. q. 4. quæſitum 1. Arg. contra. 63. diſtinc. cap. 1. & c. ubi domino. Item quia Petro ſunt datæ claues cęleſtis & terreni Imperij. 22. diſt. c. 1. Itẽ q̃a deponit Imperatorẽ, ĩ. 15. q. 6. alius. & c. iuratos. & 1. q. 4. quia pręſulatus 2. quære ŝ. de hac materia 10. diſ. c. quoniam.

b ¶Proprijs.] Id eſt, Imperij & ſacerdotij: vel proprijs quo ad Chriſtum. quędam. n. geſſit tanquam Imperator: puta cum eiecit de templo, &c. 2. q. 7. accuſatio. & cum coronã de ſpinis portauit. quod eſt ſignũ regni. 12. quæſtio. 1. duo. quędam geſſit vt ſacerdos: quando ſeipſum obtulit in ara crucis pro ſacrificio.

c ¶Diſcreuit.] Immo videtur contra: quia non diſcreuit. ſed cõfudit. cum ipſe unus & idem vtrumq; officium geſſit. Sed dic ꝙ ideo ipſe vtrumq; officium geſſit per ſe, vt notaret ꝙ ex eodem fonte proceſſerũt. 21. diſt. cleros. in fin. nam dicit lex, ꝙ ſumma nobis dona à Deo cõceſſa ſunt, ſcilicet ſacerdotium, & Imperium. in Authen. quomodo oportet epiſcopos, in prin. coll. 1.

d ¶Rurſus.] Primus per ſuperbiã cecidit. vnde homines in infernum demergebantur. Chriſtus autem nos humilitate ſua ſurſum erexit: ſed ſi haberent oẽs oĩa officia, ſuperbirent, ita ꝙ iterum demergerentur in infernum.

e ¶Pro æterna.] ĩ. de pœn. diſtinc. 2. multiplex.

f ¶Temporalium.] Arg. ꝙ in cauſis ſpiritualibus (ut in matrimonio) non ſit vtẽdum legibus Imperialibus. arg. 32. q. 2. inter hæc 11. q. 1. continua. arg. de conſe diſt. 3. celebritatem. Sed in alijs licet eis vti, ſi non obuiẽt canonibus 3. arg. diſt. 10. ſi in adiutorium. arg. diſt. 54. ex antiquis. Ber.

g ¶Tantummodo.] Hoc aduerbium determinat tantum illud adiectiuum, temporalium, non illud verbũ, vterentur: & ſic eſt falſum hic notatum ab Hug. arg. ꝙ in cauſis ſpiritualibus, &c. Nam bene licet leges allegare in ſpiritualibus. 35. q. 5. ad ſedem. 15. q. 3. §. cum autem. Lau. 4. vel dic tantummodo, id eſt, maximè. ſic econtra. 11. q. 3. ſi quis epiſcopus.

SAtis.] CASVS. Oſtendit hic Nicolaus, ꝙ Ignatius auctoritate Michaelis Imperatoris deponi nõ potuit: & hoc probat duobus exemplis, ſcilicet Conſtantini & Teodoſij Imperatorum.

h ¶Oſtenditur.] In alia parte c. quæ hic non eſt.

i ¶Appellatum.] Legitur. n. omnes clericos Deos appellaſſe, vt 11. quæſt. 1. ſacerdotibus. 12. quæſt. 1. futurã. ſecundum hanc rationem nec ab epiſcopo poſſent iudicari clerici: ſed hoc dixit vt oſtenderet, quanti ſint habendi ſi. extra de iudi nouit.

K ¶Epheſinæ primæ.] Quia ſecunda non eſt recepta in auctoritate.

l ¶Seu potius.] Optimè corrigit ſe: quia quæſtiones non debent fieri ſuper fide dubitando. argumen. extra de hære. dubius. Dogma autem per g, eſt doctrina in fide: ſine g, eſt angulus: vnde illud. ſedebat domare domus. 25. q. 2. ſi quis.

Imperator vtrum hẽat iuriſdictionẽ à Papa.

1 Concor. tex. in auth. vt ꝑpo. no. Imp. ĩ prin. coll. 6.

2 In prin. ſed parũ facit.

Chriſtus q̃dam vt Imperator, & quædam vt Rex geſſit.

Chriſtus officiũ ſacerdotis & Imperatoris geſſit.

Chriſtus humilitate ſua omnes rexit.

Legibus an ſit utẽdum ĩ cauſis ſpiritualibus.

3 Adde q̃d q̃ñ contrariantur canonib. not. Cy. i l. ſi. C. de iter. ma. inter pu. & tuto. & in authen. caſſa. C. de ſacroſanct. eccle.

4 Adde ad hoc Cyn. & Per. de Bellperti. in l. 1. C. quę ſit lõga conſue. & in l. cum clericis. C. de epiſco. & cle.

Dubitandũ non eſt de fide.

Dogma & doma differunt.

In ſcri-

IN ſcripturis] CASVS. Ludouicus Imperator quando audiebat ſacerdotem deliquiſſe, ſtatim erat paratus credere & punire. Sed Nicolaus docet hoc nō eſſe faciendum, ſed potius eſſe defendendum, & peccatū eorum celandum: quod probat duobus exemplis, ſcilicet Conſtantini, & exemplo filiorum Noe, ſcilicet Sem & Iaphet, qui verenda patris operuerunt.

a ¶In ſcripturis.] 11.q.1.c. ſacerdotibus.

b ¶Cooperirem.] ff. de iniur. eum qui nocētem. §. Sed hoc de occulto quod non poſſet probari: quia talia nō habent vindictam: & ſic ſolue contrarium illud 83. diſt. c. 3. illud autem in manifeſtis, in quibus etiam non deberet eum prodere, ut not. 2. q. 1. ſi peccauerit.

c ¶Contegatis.] Et tū corripiatis. 2. q. 1. ſi peccauerit. hoc de occultis intelligitur, nā de manifeſtis cogimur accuſare, præmiſſa tū admonitione. 2. q. 7. quapropter. Argu. § 1. infra. 5. q. 2. c. vlt. & q. 5. c. 1.

Crimina occulta uindictam nō habent.

† σκέμμασι

miſceri tractatibus †.] *& poſt pauca.* ¶His itaque manifeſte repertis apparet comminiſtrum noſtrum Ignatium per Imperialem tantummodo ſententiam nullo modo potuiſſe prorſus expelli. In cuius damnatione, quia præſulū quoque aſſenſus eſt ſubſecutus, apparet id cauſa fuiſſe patratum adulationis, non legitimæ ſanctionis.

a ¶Theodoſius minor.] *Verba hæc ſunt accepta ex epiſtola Theodoſii, ac Valentiniani Imperatorum ſynodo Epheſinæ per Candidianum miſſa, quæ eſt in extremo prima actionis ipſius ſynodi. In uerſione antiqua, quæ ſeruatur in bibliotheca Vaticana, & quæ Lutetiæ edita eſt. eadem plane hoc loco habentur uerba cum his, quæ refert Nicolaus, & optime conueniunt cum Græcis.*

1 Scilicet ad textum capituli.

Habētur aliqua in ead. epiſt. ad Michaelem.

Idem Ludouico Imperatori.

¶Facta Pontificum Imperator iudicare non debet. C. VIII.

Anſ. ibidem.

IN ſcripturis [a] narratur Conſtātinus Imperator dixiſſe: [Vere ſi proprijs oculis vidiſſem ſacerdotem Dei, aut aliquem eorum, qui monachico habitu circumamicti ſūt, peccantem, chlamidem meam expoliarem †, & cooperirem [b] eum, ne ab aliquo videretur.] In quibus deſideratiſſime fili neceſſario commonemini, vt quemadmodum fide, & religione, ac honoris parilitate ei adæquati videmini: ita quoque humilitate, atque deuotione æquiparati nihilominus anheletis: ita vt in nullo inferior eo, ſed potior inueniamini poſt illius exēpla, qui talem ſe exhibuit ante alia† prorſus exēpla. Sed hoc quidē diximus cautos vos reddere cupientes, vt ſi de Domini ſacerdotibus, qui iure Patres dicuntur, aliquid cōtigerit vos audire, quod confuſionem pijs mentibus ingerat, non infrunitum, ſed pudoratos filios Noe imitantes paternam de reliquo verecundiam contegatis [c], vt affluenti, quemadmodum & illi benedictione repleri, moderante Domino mereamini.

†*explicaſſem, & cooperuiſſem eum*] Nicol-us in epiſto. ad Mich.

†*al. talia*

Gen. 9.

Item ex epiſtola Gregorij ſeptimi ad Hermanum Metenſem epiſcopum, lib. 8. epiſt. 21.

¶Regum & principum patres, & magiſtri ſacerdotes eſſe cenſentur. C. IX.

QVis dubitet ſacerdotes Chriſti, regum & principū, omniumque fideliū patres, & magiſtros cenſeri †. Nonne miſerabilis inſaniæ eſſe cognoſcitur, ſi filius [d] patrem, diſcipulis magiſtrum ſibi conetur ſubiugare, & iniquis obligationibus illum ſuæ poteſtati ſubijcere; à quo credit non ſolum in terra, ſed etiam in cælis ſe ligari, poſſe, & ſolui?

Anſ. l. 1. c. 84. Iuo p. 5. c. 378. Pann. l. 5. c. 108.

† Concor. Alex. de Imo. in l. gñaliter col. 2. ff. de In ius uocan.

In eadem epiſ. Gregorij. vij. Capi. l. 5. c. 167. Conc. Pariſ. l. 1. c. 3. Poly. l. 1. tit. 27. Anſ. l. 1. c. 73. Pann. l. 5. c. 109.

QVis dubitet.] CASVS. Hermanus epiſcopus interrogauit, an pōtifices regibus & principibus ſint ſubijciēdi. Et rūdet quod non; & hoc probat duob. ſimilib. ſcilicet filij & diſcipuli: qui inſani reputantur, ſi velint ſibi patrē & magiſtrum ſubiugare.

d ¶Si filius.] 21 diſt. nolite. ſic in Auth. de nup. §. ſi vero. coll. 4. vbi dicit, quod erubeſcit lex filios eſſe correctores patrum. ſi tū pater caderet in furorem, filius daretur tutor, ut eū regeret. ff. de tut. & cura. da. ab his. l. his qui. 6. q. 1. oues. & c. ſacerdotes.

Filius patrē corrigere non debet.

Item Gelaſius Papa Anaſtaſio Imperatori.

¶Auctoritas ſacra Pontificum, & regalis poteſtas, huius mundi gubernacula regunt. C. X.

DVo a

DVo ſunt. CASVS. Gelaſius Papa & Anaſtaſius Imperator contendebant de præeminentia vnius ad alterum, & de præeminentia dignitatum, ſed Gelaſius oſtendit hic, quòd auctoritas pōtificalis lōge maior eſt, quàm culmen Imperiale. Et hoc probat duabus rationibus. Prima ratio eſt: quia Papa de anima Imperatoris & aliorum redditurus eſt rationē. Secunda eſt: quia colla regum & principum ſubmittuntur genibus ſacerdotū. Et hoc probatur duobus exēplis. ſ. Innocentij, & Ambroſij: qui Arcadium & Theodoſium propter

propter ſuos exceſſus excommunicauerunt. Prima ratio eſt ibi, [In quibus tanto grauius.] Secunda eſt in fine Exempla ſunt in medio.

a ¶Duo ſunt.] In Auth. quomodo oportet epiſco. in princ. coll. 1. ſupra diſt. 1. humanum.

les ſunt, eſſe eccleſiæ ſubiectos. Si vero contra hanc Dei diſpoſitionem facere uoluerit Imperator tanquam ingratus perdat poteſtatem, quàm ab ipſo eſt conſecutus.

m ¶Filius eſt.] 23. q. vlt. conuenior, qui tamen prælati eccleſiarum dicantur, dixi 11. q. 1. præcipuè.

n ¶Non

ſunt[a] quippe Imperator Auguſte: quibus[b] principaliter hic mundus regitur: auctoritas[c] ſacra pontificum, & regalis poteſtas. In quibus[d] tanto grauius pondus eſt ſacerdotum; quanto etiam pro ipſis regibus † hominum, in diuino ſunt reddituri examine rationem[e]. † *& poſt pauca.* [Noſti itaque inter hæc ex illorum te pendere[f] iudicio[g]; non illos ad tuam redigi poſſe † voluntatem.] ¶ Talibus igitur inſtitutis, talibuſque fulti auctoritatibus plerique Pontificum, alij Reges, alij Imperatores excommunicauerunt. Nam ſi ſpeciale aliquod de perſonis principum requiratur exemplum; beatus Innocentius Papa Arcadium Imperatorem (quia conſenſit[h], vt ſanctus Ioannes Chryſoſtomus à ſua ſede pelleretur) excommunicauit[i] C. Beatus etiam Ambroſius, licet ſanctus, non tamen vniuerſalis eccleſiæ epiſcopus pro culpa, quæ alijs ſacerdotibus non adeo grauis videbatur[k], Theodoſium magnum Imperatorem excommunicans ab eccleſia excluſit: qui etiam in ſuis ſcriptis oſtendit, quòd aurum non tam pretioſius ſit plumbo, quàm regia poteſtate ſit altior dignitas ſacerdotalis, hoc modo circa principium ſui Paſtoralis ſcribens [Honor, fratres, & ſublimitas epiſcopalis nullis poterit comparationibus adæquari. Si regum fulgori compares, & principum diademati: longe erit inferius, quàm ſi plũbi metallum ad auri fulgorem[l] compares: quippe cum videas regum colla, & principum ſubmitti genibus ſacerdotum; & oſculata eorum dextera: orationibus eorum credant ſe communiri.]

†al. regiminibus

†al. velle

Amb. de digni. Sacerd. c. 2.

ADDITIO. Ibi ſoluitur. facit ad iſta 2. q. 8. §. item cum Dauid. Archidiac.

b ¶Quibus.] Vt ab eis. ſunt autem alia duo quibus aut per quæ regitur, ut ſupra diſt. 1. humanum genus.

c ¶Auctoritas.] Neuter pẽdet ex reliquo. & ita eſt arg. pro Imperatore; quia diuinitus conſecutus eſt Imperiũ. infra ea. c. proxi.

Imperator Imperium diuinitus ẽ cõſecutus.

d ¶In quibus.] Id eſt, per quos nam dicit lex, quod parũ eſt ius in ciuitate eſſe, niſi ſint per quos ius reddatur ff. de orig. iur. l. 2. §. poſt originem.

e ¶Rationem.] Infra 18. q. 2. cognouimus.

f ¶Te pẽdere.] Quo ad ſpiritualia, infra de pœ diſt. 1. multiplex.

g ¶Iudicio.] Zacharias quoque Papa Regem Francorum depoſuit, & in locum eius Pipinum ſubſtituit, vt infra 15. q. 6. alius.

Regem Frãcorũ Papa deponere poteſt.

h ¶Conſenſit.] Arg. conſentientem maiori pœna adſtringi quam facientem. arg. 24. q. 1. qui aliorum. arg. ſupra 86. diſt. tanta nequitia.

i ¶Excõicauit.] No. principem poſſe excommunicari etiam à quouis èpiſcopo infra diſtin. 63. Valentinianus arg. infra 11. q. 3. ſi autem uobis. vẽ tñ, quod hoc fecerit ex delegatione ſynodi: quod innuitur ex illo pro culpa, quæ ab alijs ſacerdotibus, &c. Sed primum eſt uerum.

Princeps ẽt ab epiſcopo excommunicari põt.

k ¶Videbatur.] Sed malæ: quia licet pro minimis cauſis non ſit quis excõicandus, vt 11 q. 3. epi. tñ quælibet contumacia digna eſt excommunicatione, immo tanto maior uidetur contumacia, quanto ex re minori conſurgit, 2 q. 7. non poteſt.

Excommunicandus quis nõ eſt pro minimis cauſis.

Contumacia tãto maior eſt, quãto ex re minori conſurgit.

α ¶Duo ſunt.] *Caput hoc ſumptum eſt ex eadem epiſtola Gregorij ſeptimi, ex qua antecedens: & ab hoc initio vſque ad verb.* uoluntatem, *ſunt uerba ipſius Gelaſij ex epiſtola, quæ habetur impreſſa, citata a Gregorio ſeptimo.*

β ¶Excommunicauit.] *Si hic interponatur caput,* Alius item. *infra 15. q. 6. hæc pars epiſtolæ integra habebitur.*

Item Ioannes Papa.

¶Imperatores debent Pontificibus ſubeſſe, non præeſſe. C. XI.

SI Imperator catholicus eſt, (quòd ſalua pace ipſius dixerimus) filius eſt[m], non præſul eccleſiæ: quod ad religioné competit, diſcere ei conuenit, non docere[n] habet priuilegia ſuæ poteſtatis, quæ adminiſtrãdis legibus publicis diuinitus[o] conſecutus eſt; vt eius bñficijs nõ ingratus

Poly. l. 1. tit. 19. Anſ. l. 4. c. 12. ex Ioanne viij.

l ¶Fulgorem.] Et quanta eſt differentia inter Solem, & Lunam, tanta eſt differentia inter Imperium & ſacerdotium extra de maio. & obed. ſolitæ.

Imperium minus eſt ſacerdotio.

SI Imperator.] CASVS. Imperator uolebat iudicare de cauſis clericorũ & ſacerdotum: ſed Papa probat, quod hoc facere non debet: quia ipſe filius eſt eccleſiæ, & nõ præſul: & quia Deus uoluit ſæculi principes, ſi fide-

n ¶Non docere.] Infra 16. q. 1. adijcimus.

o ¶Diuinitus.] Non ergo a Papa. nam Imperium à ſolo Deo eſt, vt 23. q. 4. quæſitum. nam à cœleſti maieſtate habet gladij poteſtatem C de vet. iu. enu. l. 1. in prin. quod concedo de vero Imperatore. Sed quis eſt verus Imperator; Dicunt quidam, quod cõſtantinopolitanus: ſed iſte alius procurator eſt ſiue defenſor Romanæ eccleſiæ. arg. de conſe. diſt. 5. in die. §. hinc. & huic Rom. eccl. cõcedit gladij ptãtem, & coronam. Sed contra extra de elect.

Imperator verus quis eſt

Papa tranſtulit Imperium.

de elec.venerabilem. Dicitur ibi quòd Ro.ecc.tranſtu-ſtulit Imperium in occidentem à Græcis, & ita iſte Romanus eſt verus Imperator.

ADDITIO. Ad hoc extra de iud.ſignificauerunt.in princ. Archid.

a ¶Quas

pro talibus perſonis pro quibus licitũ ſit ei contra quẽlibet agere: quas habes.ff.de poſtu.l.hi qui.& 3. q. 7.§. tria.in fin.ſ.in propria cauſa vel parentum ſuorum, uel pupillorum ſuorum. Simile eſt inter uaſallum & Dominum.vt infra 22.quæſtio. vltim. de forma. Simile de aduocatis. C. de aduoc. diuerſ. iudic. l. 2. C. de reuo.do.l.1.& 7.q. 1. quia frater. & dixi de hoc 3.qō. 1. nulli. Hoc tamen exaudio de eccleſia, ad quam intitulatus eſt, ꝓ qua ſtare poteſt cõtra quã libet eccleſiam, etiam in qua habet beneficium; quia ſaluum fuit ius primæ: immo ſi aliquod munus ei iniungitur ab eccleſia, nullam excuſationem poteſt prętẽdere. C. de excu. tut. libertos. 23. quæſt. 1. in ſumma.

contra diſpoſitionem cœleſtis ordinis nil uſurpet. Ad ſacerdotes enim Deus uoluit, quæ eccleſiæ diſponẽda ſunt, pertinere, non ad ſæculi poteſtates; quas [a], ſi fideles ſunt, eccleſiæ ſuæ ſacerdotibus uoluit eſſe ſubiectas. Non ſibi uindicet alienum ius [b], & miniſterium, quod alteri deputatum eſt: ne contra eum tendat abrumpi, a quo omnia cõſtituta ſunt; & contra illius beneficia [c] pugnare uideatur, a quo propriam conſecutus eſt poteſtatem. Non a legibus publicis, non a poteſtatibus ſæculi, ſed a pontificibus, & ſacerdotibus omnipotens Deus Chriſtianæ religionis clericos, & ſacerdotes uoluit ordinari, & diſcuti [d], recipique de errore remeantes. Imperatores Chriſtiani ſubdere debent executiones ſuas eccleſiaſticis præſulibus [e], non præferre.

Item Gelaſius ad epiſcopos Orientales.

¶De eodem. C XII.

In originali hęc pendent ex ſuperiorbus. Polyc.ibidem. Anſ.l.6.c.157.

NVnquam de pontificibus, niſi eccleſiam iudicaſſe: nõ eſſe humanarum legum de talibus ferre ſentẽtiam, abſque eccleſiæ principaliter conſtitutis pontificibus obſequi ſolere principes Chriſtianos decretis eccleſiæ, non ſuam præponere poteſtatẽ; epiſcopis caput ſubdere principem ſolitum, non de eorum capitibus iudicare.

¶[De eodem.] PALEA. C. XIII.

Anſ.l.4.c.32. Deuſdedit l. 4. c.1.

j COnſtãtinus Imperator coronam, & omnem regiam dignitatem in urbe Romana, & in Italia, & in partibus occidentalibus Apoſtolico conceſſit. Nam in geſtis beati Syluestri (quæ beatus Papa Gelaſius in concilio lxx. epiſcoporum a catholicis legi commemorat, & pro antiquo uſu multas hoc imitari dicit eccleſias) ita legitur.

¶*Apud Anſelmum lib.4. pro rubr. cap.32. hæc habentur.* Quòd Conſtantinus Imperator Papæ conceſſit coronam, & omnẽ regiam dignitatem in urbe Romana, & Italia, & in partibus occidentalibus *In principio uero eiuſdem capitis 32. hæc leguntur,* In geſtis beati Sylueſtri, &c. *Vſque ad finem huius. & ſeq. palea, quemadmodum etiam in collectione Deuſdedit.*

¶[De eodem.] PALEA. C. XIIII.

Id edicto Conſtantini. qđ eſt poſt conc. Neocæſarienſe. Anſ.l.4.c.32. Deuſdedit ibi.

ij COnſtãtinus a Imperator quarta die ſui baptiſmi priuilegium Romanæ eccleſiæ pontifici contulit, ut in toto orbe Romano ſacerdotes ita hunc caput habeant, ſicut iudices Regem. In eo priuilegio ita inter cętera legitur. [Vtile ß iudicauimus una cum omnibus Satrapis noſtris, & uniuerſo Senatu, optimatibuſque meis, etiam &

d ¶Et diſcuti.] Ergo ante quàm eſſet aliqua cõſtitutio, etiam clerici non erãt de iuriſdictione ſæculari, unde omnes conſtitutiones, quæ emanauerunt, ꝙ clerici nõ ſunt iudicandi niſi ab epiſcopis, non ſunt niſi iuris declaratio. Ioan.

Clerici nunquam fuerũt de iuriſdictione ſæculari.

e ¶Præſulibus.] Hic bene dicit. nam dicit lex, ꝙ ſi iudex ſæcularis iudicauerit clericũ eſſe damnandum, primo debet exui priuilegio clericali, vt 11. q 1. ſi quis. in Authẽ. ut cler. apud ꝓprios. § illud planè. coll. 6. licet illud hodie non teneatur. ſi. extra de iu. at ſi clerici, &c.

NVnquam.] CASVS. Decreuit Io. Papa vt de pontificibus, & alijs clericis tãtũ eccleſia iudicaret, & non Imperatores; qui ſubeſſe debent, & non præferri.

COnſtantinus Imperator.] CASVS. Palea iſta non legitur in ſcholis, in qua cõtinetur priuilegium, quod Conſtãtinus cõceſſit Romanæ eccleſiæ, ſcilicet ut primatum inter omnes eccleſias obtineret, & in quo poſſeſſiones & inſignia dignitatis ei conceſſit, & hoc fecit eo tempore quo Conſtantinus ad partes Orientales ſe tranſtulit, cum in eodem loco duo Pontifices non bene morarentur. Et ſtatuit, ut nullus contra hoc priuilegium veniret, & pœnam minatur contra facientibus.

1 Concor. tex. in l.qui cũ maior. §. pen. & fi. cum ibi no. ff. de bo. lib.

a ¶Quas.] Ergo debet dici, bona poteſtas eſt iſta.

b ¶Ius.] Supra diſt. 10. Imperium. &c. certum eſt. 11. q. 1. ſi tributum.

c ¶Beneficia.] Arg. clericum ſtantem contra eccleſiã vnde habet beneficium, debere illo priuari 1. niſi fortè

cũcto populo Romanæ gloriæ imperio ſubiacenti, vt ſicut beatus Petrus in terris Vicarius filij Dei eſſe videtur conſtitutus: ita & Pontifices, qui ipſius principis Apoſtolorum gerunt vices, principatus poteſtatem, amplius, quàm terrena Imperialis noſtræ ſerenitatis manſuetudo habere videtur, conceſſam à nobis, noſtroq; Imperio obtineant, eligentes nobis ipſum principem Apoſtolorum, vel † eius vicarios firmos apud Deum eſſe patronos. Et ſicut noſtram terrenam Imperialem potentiam, ſic eius ſacroſanctam Romanam eccleſiam decreuimus veneranter honorari. & amplius, quàm noſtrum imperium, & terrenum thronum, ſedem ſacratiſsimam beati Petri glorioſe exaltari; tribuentes, ei poteſtatem, & gloriæ dignitatẽ, atque vigorem, & honorificentiam Imperialem. Atque decernentes ſancimus, vt principatum teneat tam ſuper quattuor præcipuas ſedes Alexandrinam, Antiochenam †, Hieroſolymitanam, Conſtantinopolitanam, quàm etiam ſuper omnes in vniuerſo orbe terrarum eccleſias Dei: & Pontifex, qui pro tempore ipſius ſacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ extiterit, celſior, & princeps cunctis ſacerdotibus totius mundi exiſtat: & eius iudicio, quæque ad cultum Dei, vel fidei Chriſtianorum ſtabilitatem procuranda fuerint, diſponantur. *& infra.* ¶ Eccleſijs beatorum apoſtolorum Petri & Pauli pro continuatione † luminariorum, poſſeſſionum prædia contulimus, & rebus diuerſis eas ditauimus, & per noſtram Imperialem iuſsionem ſacram tam in oriente, quàm in occidente, vel etiam ſeptentrionali, & meridiana plaga, videlicet in Iudæa, Græcia, Aſia, Thracia, Africa, & Italia, vel diuerſis inſulis noſtra largitate ei † conceſſimus; ea prorſus ratione, vt per manus beatiſſimi patris noſtri Silueſtri ſummi Pontificis, ſucceſſorumque eius omnia diſponantur. *& infra.* ¶ Beato Silueſtro patri noſtro, ſummo Pontifici, & vniuerſalis vrbis Romæ Papæ, & omnibus eius ſucceſſoribus pontificibus, qui vſque in finem mundi in ſede beati Petri erunt ſeſſuri, de præſenti contradimus palatium Imperij noſtri Lateranenſe, deinde diadema, videlicet coronam, capitis noſtri, ſimulque phrygium †, necnon & ſuperhumerale, uidelicet lorum, quod Imperiale circumdare aſſolet collum; verum etiam & chlamidem purpuream, atque tunicam coccineam, & omnia Imperialia indumenta; ſed & dignitatem Imperialium præſidentium y equitum, conferentes etiam & Imperialia ſceptra, ſimulque cuncta ſigna, atque banda, & diuerſa ornamenta Imperialia, & omnem proceſſionem Imperialis culminis, & gloriam poteſtatis noſtræ. Viris autem reuerendiſſimis clericis in diuerſis ordinibus eidem ſacroſanctæ Romanæ eccleſiæ ſeruientibus illud culmen, ſingularitate, potentia, & præcellentia habere ſancimus; cuius ampliſſimus noſter ſenatus videtur gloria adornari, id eſt patricios ſ, atque Conſules effici, nec non & cęteris dignitatibus Imperialibus eos promulgamus decorari. Et ſicut Imperialis militia ornatur; ita & clerum ſanctæ Romanæ eccleſiæ ornari decernimus. Et quemadmodum Imperialis potentia officij diuerſis, cubiculariorum nempe, & oſtiariorum, atque omnium excubitorum ornatur, ita & ſanctam Romanam eccleſiam decorari volumus Et vt ampliſſime pontificale decus prę fulgeat, decerminus & hoc, clericorum eiuſdem ſanctæ Romanæ eccleſiæ, manipulis & linteaminibus, id eſt candidiſſimo colore decorari equos, ita & equitare. Et ſicut noſter ſenatus calceamentis vtitur cum ε vdonibus, id eſt candido linteamine illuſtratis; ſic utantur & clerici, ut ſicut cœleſtia, ita & terrena ad laudem Dei decorentur. Præ omnibus autem licentiam tribuimus ipſi ſanctiſſimo patri noſtro Sylueſtro, & ſucceſſoribus eius ex noſtro indicto ut quem ζ placatus proprio conſilio clericare uoluerit, & in religioſorum numero clericorum connumerare; nullus ex omnibus præſumat ſuperbe agere. Decreuimus itaque & hoc, ut ipſe & ſucceſſores eius diademate, uidelicet corona, quam ex capite noſtro illi conceſſimus, ex auro puriſſimo, & gemmis pretioſis uti debeant, & in capite ad laudem Dei pro honore beati Petri geſtare. Ipſe vero beatiſſimus Papa, quia ſuper coronam clericatus, quam gerit ad gloriam Beati Petri, omino ipſa ex auro non eſt paſſus uti corona; nos phrygium candido † nitore ſplendidum reſurrectionem Dominicam deſignans, eius ſacratiſſimo uertici manibus noſtris impoſuimus, & tenentes frænum equi ipſius pro reuerentia Beati Petri, ſtratoris officium illi exhibuimus, ſtatuentes eodem phrygio omnes eius ſucceſſores ſingulariter vti in proceſſionibus ad imitationem Imperij noſtri. Vnde ut pontificalis apex non uileſcat, ſed magis, quàm terreni Imperi dignitas gloria †, & po-

Marginal notes:

† *al. & eius ſucceſſores.*

† *Antioc. Alexan.*] orig. Impreſſum.

† *al. concinnatione.*

† *al. eis libertatem cõceſſimus*

Iuo p. 5. c. 49. Pan. l. 4 c. 1.

† *al. phrygium id eſt mitram.*

Suidas in hoc verbo βάνδα

† *al. cã dido nitoris ſplendidã*

† *al. & gloria poteſtiæ*

& potentia decoretur, ecce tam palatium noſtrum, ut prædictum eſt, quàm Romanam vrbem, & omnes Italiæ, ſeu occidentalium regionum prouincias, loca, & ciuitates, præfato Beatiſſimo Pontifici noſtro Syluestro vniuerſali Papæ contradimus, atque relinquimus: & ab eo, & a ſucceſſoribus eius per hanc diualem noſtram, & pragmaticum conſtitutum decernimus diſponenda, atque iuri ſanctæ Romanæ eccleſiæ concedimus permanſura. Vnde congruum perſpeximus noſtrum Imperium, & regni poteſtatem in orientalibus transferri regionibus, & in Byzantiæ prouinciæ optimo loco, nomini noſtro ciuitatem ædificari, & noſtrum illic conſtitui Imperium: quoniam ubi principatus ſacerdotum, & Chriſtianæ religionis caput ab Imperatore cœleſti conſtitutum eſt, iuſtum non eſt, ut illic Imperator terrenus habeat poteſtatem. Hæc uero omnia, quæ per hanc noſtram imperialem ſacram, & per alia diualia decreta ſtatuimus, atque confirmauimus, uſque in finem mundi illibata, & inconcuſſa permanere decernimus. Vnde coram Deo viuo, qui nos regnare præcepit, & coram terribili eius iudicio obteſtamur per hoc noſtrum Imperiale conſtitutum omnes noſtros ſucceſſores Imperatores, uel cunctos Optimates, Satrapas etiam, ampliſſimum ſenatum, & uniuerſum populum in toto orbe terrarum nunc & in poſterum, cunctis retro temporibus Imperio noſtro ſubiacentem, nulli eorum quoquomodo licere aut infringere, aut in quoquam conuellere. Si quis autem, quod non credimus, in hoc temerator, aut contemptor extiterit, æternis condemnationibus ſubiaceat innodatus, & ſanctos Dei, Principes Apoſtolorum Petrum & Paulum ſibi in præſenti, & in futura uita ſentiat contrarios; atque in inferno inferiori concrematus, cum diabolo, & omnibus deficiat impijs. Huius uero Imperialis decreti noſtri paginam proprijs manibus roborantes, ſuper uenerandum corpus beati Petri principis Apoſtolorum poſuimus. Datum Romæ iij. Kal. Aprilis, Domino noſtro Flauio Conſtantino Auguſto quater, & Gallicano v.c. Coſſ.

¶*Hæc palea in multis habetur exemplaribus, in quibus aliæ paleæ eſſe non ſolent.*

α ¶Conſtantinus.] *Verba hæc vſque ad verſ.* In eo priuilegio *non ſolum habentur apud Anſelmum, & Deuſdedit, ſed etiam in geſtis Beati Silueſtri in his, quæ à Conſtantino per octo dies poſt baptiſmum acta referuntur.*

β ¶Vtile.] *Hinc vſque ad finem ſumpta ſunt ex geſtis ſeu actis ſancti Sylueſtri, in quibus multa præcedunt, ac multa deinceps plenius narrantur. Sed hic ea tantum videntur relata, quæ in collectionibus Anſelmi, & Deuſdedit habentur. Titulus proprius huius partis in geſtis ipſis eſt huiuſmodi.* Priuilegiũ ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, quod conſtituit D. Conſtantinus Auguſtus ſancto Sylueſtro epiſcopo urbis Romæ, & omnibus ſucceſſoribus eius uſque in perpetuum, & obtulit ſuper corpus beati Petri Apoſtoli. *De quo item priuilegio Leo nonus in epiſtola prima, ſeu libello aduerſus inauditas præſumptiones Michaelis Conſtantinopolitani, & Leonis Acridani epiſcoporum, c.13. ſic loquitur:* Pauca ex priuilegio eiuſdem Conſtantini manu cum cruce aurea ſuper cœleſtis clauigeri uenerabile corpus poſito ad medium proferemus. *De iiſdem geſtis, ſiue actis Gelaſius in concilio LXX. Epiſcoporum (& refertur ſupra diſtinct. 15 in cap. ſancta Romana) ſic loquitur, vt ea videatur approbare. Et in martyrologio Romano, & Vſuardi in feſto Sancti Sylueſtri legitur,* cuius actus clari habentur. *Inueniũtur vero etiam hodie peruetuſtis litteris deſcripta in bibliotheca Vaticana, & Abbatia Nonantula: quorum interpres in proœmio hæc ait:* Hiſtoriographus noſter Euſebius Cæſareæ Paleſtinæ urbis epiſcopus cum hiſtoriam eccleſiaſticam ſcriberet, prætermiſit ea quæ in alijs opuſculis ſunt, uel quæ ſe meminit retuliſſe. Nam uiginti libros omnium penè prouinciarum, paſſiones martyrum, epiſcoporum, & confeſſorum, & ſacratum virginum, ac mulierum continere fecit. Deinde ſecutus, & ab Apoſtolo Petro, omnium epiſcoporum nomina, & geſta conſcripſit, & earum urbium, quæ arcem pontificatus per Apoſtolicas ſedes tenere noſcuntur, vt vrbs Roma, Antiochia, Hieroſolyma, Epheſus, & Alexandria. Harum urbium epiſcoporum omnium præteritorum nomina uſque ad tempus ſuum, & geſta Græco ſermone conſcripſit. Ex quo numero unum epiſcopum vrbis Romæ ſanctum Sylueſtrum me de Græco in Latinum transferre præcepiſti domine ſanctæ, ac beatæ pater. *Quibus verbis, quicumque ſit auctor iſtius proœmij, eadem geſta ab Euſebio Græcè ſcripta fuiſſe clarè profitetur. Quæ etiam in vetuſtiſſimis Pontificalibus, & codicibus, in quibus ſanctorum vitæ ſunt deſcriptæ, in uita Beati Sylueſtri referuntur. Partem horum actorum (quod ad baptiſmum Conſtantini, & imagines ſanctorum Petri, & Pauli ſpectat) refert Hadrianus Papa in epiſtola Conſtantino Imperatori, & matri Irenæ ſcripta, quæ in ſecunda actione ſeptimæ vniuerſalis ſynodi habetur. Ipſum autem priuilegium fere integrum refert Leo nonus loco ſuperius indicato, & Theodorus Balſamon in Photij nomocanonem, tit. 9. c. 1. quanquam alijs in rebus (quod Græci plerumque ſolent) Romana eccle-*

ſiæ

Sicut quamuis.] CASVS. Hoc cap. habet duas partes. In prima dr̃, ꝙ ſicut aliqua parua ciuitas nõ minuit prærogatiuã regni, etiam ſi ſit ibi ſedes regalis; ſic Imperator prærogatiuã eccleſiæ minuere nõ poteſt. In ſecunda dr̃, ꝙ pontifex quantumcumque ſit malus: dummodo non ſit hæreticus, ab Imperatore puniri non poteſt: Secunda pars incipit ibi, [Semper eſt.]

a ¶Sicut.] Senſus eſt: ſicut parua ciuitas non poteſt regnũ impugnare: ita nec Imperium ſacerdotium. Vel ſic, licèt eps ſit in parua ciuitate, Rex tñ non põt iudicare de clericis eius, ſecundũ hoc, dic diſpenſationis religioſæ, id eſt, epiſcopi conſtituti in parua ciuitate.

Imperium non poteſt ſacerdotiũ impugnare

b ¶Humanitus.] Id eſt, conſuetudine humana, id eſt, fragilitate humanæ naturæ. H.

c ¶Non tamen contra religionem.] Nam in eo caſu poſſet à quocumque redargui. 40. diſt. ſi Papa. vel etiam ſi ſchiſma faceret. 23. q. 5. de Liguribus. Et plures caſus in quibus laici habent iuriſdictionem ſuper clericos, dixi 23. q. 5. principes.

Laici ſuper clericos quã que iuriſdictionem habent.

d ¶Nullatenus.] 63. diſt. Valentinianus. Boni

ſia non ſatis aquus. Hanc eandem donationem ante Gratianum recitarant Anſelmus, Deuſdedit, Iuo locis notatis: Quo ea pertinent, qua Petrus Damianus in diſceptatione ſynodali inter regium aduocatum, & Romana eccleſia defenſorem ſcripſit. Lege, inquit, Conſtantini Imperatoris edictum, ubi ſedis Apoſtolicæ conſtituit ſuper omnes in orbe terrarum eccleſias principatum. Nam poſtquam ſupra corpus beati Petri baſilicam fundator erexit, poſtquam patriarchium Lateranẽſe in beati Saluatoris honore cõſtruxit: mox per Imperialis reſcripti ſeriem Romanæ eccleſiæ conſtituit dignitatẽ, ubi nimirum Beato Syluestro, ſuiſque ſucceſſoribus obtulit, ut regali more, & aurea corona plecterẽtur in capite, & cæteras regij cultus infulas vſurparent. Verum Beatus Syluester ornamenta, quæ ſacerdotali congruere iudicabat officio, in proprios vſus aſſumpſit: coronam vero, vel cætera quæ magis ambitioſa, quàm myſtica uidebantur, omiſit. Cui etiam Conſtantinus Lateranenſe palatium, quod eatenus aula regalis extiterat, perpetuo iure conceſſit, regnum Italiæ iudicandum tradidit. Nam & ipſius Regis hæc uerba ſunt. Vnde cõgruũ, inquit, proſpeximus noſtrum Imperium, & regni poteſtatẽ orientalibus transferri, ac mutari regionibus, & in Bizantina prouincia in optimo loco nomini noſtro ciuitatem ædificari, & noſtrum illic conſtitui Imperium: quoniam, vbi principatus ſacerdotum, & Chriſtianæ religionis caput ab Imperatore cœleſti conſtitutum eſt, iuſtum non eſt, ut illic Imperator terrenus habeat poteſtatem. *De hac eadem reſcribit Ado Viennenſis in commentario ætatis ſexta, & Gotfredus Viterbienſis in chronicis par. 6. c. 2.*

γ ¶Præſidentium equitum.] *Gracè eſt apud Balſamonem,* καὶ ἀξιώματα τῶν βασιλικῶν ἀλόγων, *id eſt,* & dignitates Imperialium equorum.

δ ¶Id eſt patricios.] *Locus hic Gracè ſic habet.* καὶ ἔχειν ἐκείνην τὴν ὑψηλότητα, καὶ μεγαλοσύνην, ἣν κεκόσμηται ἡ μεγάλη σύγκλητος ἡμῶν, ἤτοι οἱ πατρίκιοι, καὶ οἱ κόνσουλοι, ἤτοι οἱ ὕπατοι, καὶ λοιπὰ ἀξιώματα. *id eſt,* & illam habere celſitatem, atq; amplitudinem, quo ornatus eſt magnus noſter ſenatus, ſiue patricij & conſules, ſiue hypati, & reliquæ dignitates.

ε ¶Cum udonibus.] *Gracè totus hic locus habet paulo aliter.* καὶ ὡς ἡ ἡμετέρα σύγκλητος φορεῖ ὑποδήματα ἤτοι σανδάλια λευκὰ διὰ ὀθονίων, οὕτως, καὶ τὰ οὐράνια ὡς καὶ τὰ γήινα πρὸς αἴνεσιν τοῦ θεοῦ. *id eſt,* Et quemadmodum ſenatus noſter fert calceos, ſeu ſandalia cum linteis albis; ita etiam cœleſtia, ſicut terreſtria ad Dei laudem.

ζ ¶Quem placatus.] ἵνα ἐάν τις τῆς συγκλήτου βουληθῇ μετὰ ἰδίου θελήματος, καὶ εὐαρέστου γενέσθαι κληρικὸς, καὶ ἐν τῷ τῶν ἁγίων κληρικῶν συναριθμεῖσθαι, μή τις τολμᾷ ἀπὸ πάντων ἐμποδίζειν τούτῳ. *id eſt,* vt ſi quis ex ſenatu ſponte ſua, quodque ita ipſi libeat, uoluerit fieri clericus, & in ſanctorum clericorum numerum adſcribi, ne quis ex omnibus hoc audeat impedire.

η ¶Hæc uero omnia.] *Hic quoque eſt magna verborum varietas, ſed eadem fere ſnia.*

Item Gelaſius ad epiſcopos Dardania.

¶Imperialis auctoritas religioſæ diſpenſationis menſuram non mutat. C. XV.

Sicut [a] quamuis parua ciuitas prærogatiuam præſentis regni non minuit, ſic Imperialis præſentia menſuram diſpenſationis religioſæ non mutat. *& infra.* ¶ Semper α eſt effectum in ſacerdotali concilio de ſacerdotibus iudicia prouenire. Nam qualeſcumque Pontifices ſint, & ſi errore humanitus [b] accidente, non tamen contra religionem [c] vllatenus excedentes, nullatenus [d] uideantur à ſæculari poteſtate poſſe percelli.

SAnctorum Patrum exempla ſequentes, & officij noſtri debito innouantes, ordinari quemquam per pecuniam in eccleſia Dei, vel promoueri, auctoritate ſedis Apoſtolicæ modis omnibus prohibemus. Si quis vero in eccleſia ordinationem, vel promotionem taliter acquiſierit; acquiſita prorſus careat dignitate.

¶*Eſt Calixti ſecundi, qui paulo ante Gratianum vixit, & aliquot concilijs à ſe habitis contra Simoniam, & inueſtituras eccleſiarum, quas Germanici Imperatores uſurpauerant, multa decreuit: de quibus Abbas Vuſpergenſis ab anno Domini 1118. in quo electus eſt Pontifex, vſque ad annum 1124. accurate ſcribit.*

Item Gregorius Nazianzenus.

¶De eodem. C. XI.

QVi ſtudet [b] donum Dei pretio mercari; in ſacro ordine [c] nulla ratione de cętero permanere [d], aut reuocari poſſe dubium non eſt. Talis à communione [e] omnibus modis abſcindatur. Nam ſpiritus ſancti donum pretio comparari, quid aliud eſt, quàm capitale [f] crimen, & ſimoniaca hæreſis † ? quod quàm deteſtabiliter in utroque teſtamento uindicatum ſit; multorum exemplis facile apparet: Giezi † gratiam ſanitatis Naaman Syro vendidit, eamdem gratiam ſanitatis [g], Heliſæo vindicante, leproſus

Deuſdedit p. 2. & 4.

4. Reg. 5.

† Concor. text. iuncta. ſua gl. in l. ſi quenquã. C. de epiſc. & cle.

† Id eſt, Giezi peccauit; quia tũc cõſtitutione uel cõſuetudine prohibitũ fuit aliquid accipere in caſu in quo ipſe accepit: alioquin nõ peccaſſet. ar. 32. q. 4. dixit. B.

Medicus ꝓ ſanitate conferenda põt pecuniam recipere.

b ¶Studet.] Cũ effectu. verba enim ſunt recipienda cũ effectu. ff. quod quiſque iur. l. 1. extra de clericis nõ reſidẽ. relatũ. uel ſufficit, ꝙ det operam.

Simonia cõmittiť & circa ordinẽ, & circa beneficium.

c ¶Ordine.] Bene dicit, ordine: q̃a ſi quis emit ordinẽ, non põt diſpẽſari circa ipſum ut ĩ. ea. erga. & extra de ſimo. nobis. in fi. niſi à patre ſuo, & eo ignorãte eẽt emptus ordo, tunc diſpenſari poſſet. 1. q. 5. ult. Sed ſecus eſt in beneficiorum emptione. cum enim renunciat quis beneficio empto, poteſt in illo uel in alio tolerari, ut ĩ. ea. qõ. 5. c. 1. & in decretali de ſimo. ex inſinuatione. Illa tamen decreta. loquitur cum à patre ipſo ignorante eſt commiſſa ſimonia.

Simoniacus ex ſola volũtate non eſt excommunicandus.

d ¶Permanere.] Infra ea. ſi quis. niſi ex diſpenſatione, infra ead. q. 5. præſentium.

e ¶A communione.] Nunquid pro ſola uoluntate eſt excõmunicandus quis, cum ſit ſimoniacus? Certè non; quia ex uoluntate non ſcandalizatur eccleſia, niſi proceſſerit in actum. arg. 24. q. 3. Deus. & diſt. 32. erubeſcant. & intellige à communione, ſcilicet fidelium, ab alia ipſo iure ſeparatus eſt etiam occultus, quod tenẽdum eſt; extra de ſimo. cap. tanta. Ioannes. quod fortè hodie correctum eſt, extra de temp. or. c. ſi. B.

f ¶Capitale.] Id eſt, mortale, uel dignum depoſitione.

g ¶Sanitatis.] Nunquid ergo licitum eſt medico recipere pecuniam pro conferenda ſanitate? Sic: quia illud potius dicitur honor, quàm pretium, ut 14. q. 5. non ſanè. vnde non recipit pecuniam pro danda ſanitate, cũ illud ſit gratia, ſed pro labore ſuo. & ſic magiſter non recipit pecuniam pro ſcientia quam dat, ſed pro labore, uel honore, ſicut propheta recipit, ut infra ea. q. iudices. ſic Deus recipit decimas pro honore, non pro pretio, ut 16. q. 1. decimæ.

a ¶Iu-

Iudas vendens Chriſtum commiſit ſimoniam & plagium.

a ¶Iudas.] Sed nunquid Iudas commiſit ſimoniam? Certum eſt. Et quidem plagium commiſit in eo, ꝙ libe rum hominum vendidit. ff. ad leg. Flau. de plagi. l. 1. Simoniam etiam commiſit in eo, ꝙ rem ſacram uendidit. Dicit H. ꝙ Dominus non poteſt vendere ſeruum iam

c ¶Pecunia tua.] Hoc in deteſtationem criminis dictum eſt. 1. q. 3. §. contra.

d ¶Dimiſit.] Arg. expreſſum contra Baz. dicentem, ꝙ quilibet propter peccatum mortale erat priuatus introitu eccleſiæ. ar. ne pœ. diſt. 1. qui ſanctus ſacerdos. 33. q. 4. uir cum propria. nam Dominus ſolos ſimoniacos de corpore eccleſiæ eiecit, relictis alijs peccatorib. intellige tamen hoc de illis, qui ſimoniam committunt in ordine accepto: licet auctoritas generaliter loqui uideatur. unde dic cum Baz. & M. ꝙ nec talis ſimoniacus nec publicus fornicator debet eccleſiam ante pœnitentiam intrare. De hac materia notaui 33. q. 4. uir cũ propria. Io. tamen dicit, (quòd etiam mihi ſæpè reſpondit) ꝙ peccator quilibet, & etiã excõmunicatus põt intrare eccleſiam cauſa orandi, dummodo non interſit diuinis officijs, cum non inueniatur prohibitũ. extra de ſen. exc. cum nuper. H.

Peccatum mortale an priuet quẽlibet ab introitu eccleſiæ.

Matth. 27. factus amiſit. Iudas [a] omnium redemptorem vendidit [b], mox laqueo ſuſpenſus eandem redemptoris † gratiam nõ obtinuit; & merito, quia nemo poteſt retinere, quod vendidit. Simon etiam magus cum eandem ſpiritus ſancti gratiam emere uellet, damnationis ſententiam à Petro audiuit: [Pecunia tua [c] tecum ſit in perditionem, quia donum Dei exiſtimaſti pecunia poſſideri.] Dominus etiam vt vendentes & ementes huius gratiæ expertes oſtenderet, cunctos peccatores per gratiam in templo dimiſit [d]; ſingulariter uendentes & ementes increpans, & flagellãs de templo eiecit, in quo venditores, & emptores ſuos gratia ſpiritus ſancti conſtat deſtitutos eſſe, & vacuos. Quos enim Chriſtus eiecit de templo, nunquid ſpiritus Chriſti faciet ſibi templum?

† al. redemptionis *Act. 8.* *Ioan. 2.*

In operibus B. Gregorij Nazianzeni, quæ multa græce, & latine extant, nihil tale repertum eſt. Habentur autem ſimilia in epiſtola Taraſii ad Hadrianum.

Item Gregorius.

¶Symoniaci, ſacerdotes eſſe non poſſunt. C. XII.

Deuſdedit p. 4. ex Paſchali. ℐ. c. placuit.

QVicumque ſacros ordines [e] vendunt, aut emunt, ſacerdotes eſſe non poſſunt. Vnde ſcriptum eſt [f]: [anathema danti, anathema accipienti; hoc eſt ſimoniaca hæreſis [g].] Quomodo ergo, ſi anathema ſunt, & ſancti non ſunt, ſanctificare alios poſſunt? & cum in Chriſti corpore non ſint, quomodo Chriſti corpus tradere [h], vel accipere poſsũt? Qui maledictus eſt, benedicere quomodo poteſt?

¶*Deuſdedit in tractatu contra Simoniacos refert hoc ex epiſtola Paſcalis Papæ ſecundi ad Mediolanenſes.*

Idem Gregorius Syagrio, & alijs epiſcopis, lib. 7. epiſt. 110.

¶De eodem. C. XIII.

Io. diac. l. 3. c. 4. Poly. l. 2. tit. 1. Burc. l. 1. c. 121. Deuſdedit p. 2. Iuo p. 5. c. 75. ℐ. c. benedictio.

CVm liqueat hanc hæreſim ante omnes α [i] radice peſtifera ſurrepſiſſe, atque in ipſa origine [k] ſua, apoſtolica eſſe deteſtatione damnatam; cur non cauetur? cur non perpenditur; quia benedictio illi in maledictionem conuertitur, qui ad hoc, vt fiat hæreticus, promouetur?

α ¶Omnes.] *Antea legebatur,* omnia *ſed gloſſa videtur magis conuenire lectioni reſtituta: quæ eſt in aliquot manuſcriptis, & ipſo originali.*

QVicũq.] CASVS. Dicitur hic, ꝙ Simoniaci ꝓ promoueri non põt. ſiue dantes, ſiue accipientes. Nam dantes & accipientes ſimoniaci ſunt. & cum maledicti ſint, alios benedicere non poſſunt.

e ¶Sacros ordines.] Quia ſi per pœnitentiam reconcilientur, quod tamen per pecuniam acquiſierint, retinere nõ poſſunt, vel quantum ad imprecationum effectum.

f ¶Vnde ſcriptũ eſt.] Qui offert alijs, uel accipit ab alijs, ut ordinetur, excommunicatus eſt, ut hic, & ℐ. ea. c. perlatum.

g ¶Hoc eſt ſimoniaca hæreſis.] i. ſic dare uel accipere, ſimoniaca hæreſis eſt. B.

h ¶Chriſti corpus tradere.] Id eſt, dignè exercere officium ſacerdotis.

iam ordinatum; commutare tamen poterit, vel alio genere contractus alienare. Quidam tamen dicunt contra, ut hic, & 54. diſt. generalis.

b ¶Vendidit.] Nota, ꝙ dicit, vendidit: & tamen iſte qñ exegit munera, iam ille gratiam fuerat conſecutus, & ita eſt argumentum contra eos, qui non exigunt ante collationem beneficij, ſed poſt. arg. ℐ. ea. eos. & qõ. 3. ſi quis obiecerit. ff. de calum. l. 1. §. qui autem. Tamẽ quidam dicunt Giezi damnatum non pro uenditione, ſed pro mendacio, quod mihi non placet.

CVm liqueat.] CASVS. Cum in nouo teſtamẽto præ cæteris criminibus ſimonia, quæ hæreſi cõparat, ſit damnata, cur non præcauetur, cum benedictio in ſimoniaco in maledictionem conuertatur? duo ſequentia capitula plana ſunt.

i ¶Ante omnes.] Contra de conſecr. diſt. 2. prima, ſed hoc verum eſt poſt reſurrectionem. uel ante, id eſt, præ omnibus alijs.

k ¶Origine.] Nota ꝙ dicit origine. Hoc uerum nõ eſt, quo

quo ad nouum teſtamentum; nam Iudas ante commiſit 1. Vel dic ſatis fuiſſe in origine: quia quam cito hoc fecit, fuit damnatus ſtatim. infra ead. cito.

a Cum ordinaretur.] Lepra fuit.] Id eſt, peccati uulnere ſe infectum reddidit.

b Gratiam.] Nō meruiſti.] Ar. 21. q. 4. c. 1.

Cito.] CASVS. Tāgitur hic quod dicitur in quarto lib. Regum, quòd Naaman Syrus poſtquam ab Heliſæo lepra mundatus eſſet, receſſit: Giezi autem puer Heliſæi, uidens, quod Dominus nihil acceperat ab eo, clam ſecutus eſt eum dicens duos filios prophetarum ueniſſe ad Dominum ſuum, mandareque ei Heliſæū, ut mitteret ſibi talentum argēti, & duo mutatoria ueſtimentorum, quæ cū miſiſſet, accepit ea Giezi, & abſcōdit. Dū autem poſtea ſtaret coram Domino ſuo, dixit ei Heliſæus, vnde uenis? reſpondit, Seruus tuus non iuit quoquam. at ille, cor meū erat in præſenti. nunc autem accepiſti argentum & ueſtes, & lepra Naaman adhærebit tibi, & ſemini tuo in æternum & egreſſus eſt ab eo leproſus ſicut nix.

1 Quod Iudas ſimoniam commiſit, probatur ſ. ca. qui ſtudet. ubi de hoc, & ibi dixi. Archid.

non contradicunt ſibi: nam deſcendentes per ſexum maſculinum non recipiebantur vſque in ſeptimam: per fœmininum uſque in x. Sed Hebræus dixit, quòd nihil aliud erat recipere eos ad eccleſiam Dei, niſi dare eis nuptui filias ſuas. hiſtoriam de illis Moabitis habes 35. diſt.

Item Ambroſius de miniſterijs †, *ſeu de dignitate ſacerdotali, c. 5.* † *myſterijs*

¶ Qui pretio ordinat, lepram, non officium confert. C. XIIII.

CVm ordinaretur epiſcopus, quod dedit, aurum fuit; quod perdidit, anima fuit: cum alium ordinaret, quod accepit, pecunia fuit; quod dedit, lepra fuit [a]. Deuſdedit p. 2. Iuo p. 5. c. 95.

Idem ibidem.

¶ De eodem. C. XV.

GRatiam, cum ordinareris, non ſuſcepiſti; quia gratuito eam non meruiſti [b]. Iuo ibidem. Deuſdedit ibi.

Idem lib. 4. ad cap. 4. Lucæ.

¶ De eodem. C. XVI.

CIto turpem ſequitur lepra mercedem, & pecunia corpus, animumq. male quæſita commaculat. *& paulo poſt.* ¶ Vides, quia facto auctoris ſucceſſio damnatur heredis †. Inexpiabilis eſt [c] enim uenditi culpa myſterij †, & gratiæ vindicta cæleſtis tranſit ad poſteros. ¶ Denique Moabitæ [d], & cæteri non intrabunt eccleſiam vſq ad tertiam [e] & quartā generationē; tamdiu uidelicet (vt ſimplicius interpretemur) donec culpam auctorum multiplicis [f] ſucceſſio generationis aboleret. Sed cum illi, qui in Deū idololatriæ errore deliquerunt, in quartam [g] α generationem videantur eſſe mulctati; profecto durior [h] videtur eſſe ſententia, qua Giezi ſemen vſque in æternum pro

Iuo p. 5. c. 132.

† al. miniſterij

Deuſdedit p. 2.

† Facit ad hoc ca. l. cū hæres. ff. de diuer. & tēpo. preſcr. & l. Papinianus §. 1. ff. de acq. poſ. & l. uitia. C. eo.

c ¶ Inexpiabilis eſt.] Quo ad ordinis executionem: vel dic, quod in deteſtationē criminis dr̄, & ſicut culpa diſcordię, quæ fortè nec paſſione purgatur, ut ſ. diſt. 90. neq; ad Cain: vel quia pœnitet vſq; ad mortem, ut infra ead. ſi quis.

DENIQVE. CASVS. Dicitur, etiam, quòd Ammonitæ & Moabitæ, qui proceſſerunt ex filijs Loth, reſtiterunt filijs Iſrael uenientibus de Ægypto, propter idololatriam, ad quam eos induxerunt, & ideo prohibiti ſunt intrare eccleſiam uſque ad tertiam & quartam generationem. Caſus ergo huius ca. talis eſt. Intēdit Ambro. probare, quòd crimen ſimoniæ ſit grauius, quam crimen idololatriæ. Nam crimen idololatriæ uſque in tertiam & quartam generationem punitur; cum ſemē idololatrū uſq; in tertiā & quartā gnātionē intrare eccleſiam prohibeatur: ſemen uero ſimoniacorum in æternum punitur. Semen autem myſticè intelligitur in ſucceſſione uitiorum, & non in ſucceſſione generis, ſicut accipitur ibi: uos ex parte diabolo nati eſtis. Simoniaci autem & Giezitici hic largè intelliguntur omnes cupidi, & omnes auari. Et poteris prius ponere caſum & poſtea narrare hiſtorias, & econuerſo.

d ¶ Moabitæ.] Illi Moabitæ & Ammonitæ idololatræ erant, & cum redirent filij Iſrael de captiuitate Ægyptiaca. & ſcirent iſti, quod ſitim patiebantur, obuiauerunt eis cum pane ſine potu: ducentes ſecum Balaam ariolum, ut eis malediceret: propter quod peccatū pcepit Dominus ne eos factos proſelytos 2. reciperēt in eccleſiam Dei uſque in ſeptimam generationem: licet ſecundum aliam trāſlationem dicatur uſque in x. ſed

2 Proſelyti erant illi, qui ueniebant ad populi Iudaici ritum, qui nō erant oriundi de populo Iudaico. Archid.

diſt. capitu. ſexto die.

e ¶ Vſque ad tertiam.] Id eſt, niſi habeant fidem Trinitatis, & quatuor genera uirtutum, uel quatuor Euangeliorum.

f ¶ Multiplicis.] Arg. culpam uel dolum purgari proceſſu tpis, ut 2. q. 1. in primis. 35. q. 8. de gradibus. ff. de hæ. uel ac. uen. l. venditor. ff. de ac. & ob. is qui. extra de ſi. presbyter p totū. extra qui ma. acq. poſ. inſuper. arg. contra. ī. ead. uentum. ff. depo. l. 1. §. ſi tem. ff. de cond. fur. l. qui furtum. & l. ulti. Sed rei ueritas eſt, quod licet nō poſſit purgari proceſſu temporis, quo ad pręſentem caſum, purgatur tamen per eccleſiæ diſpenſationem, ut 23. q. 4. ipſa pietas. uerſi. eſt enim. Vnde uerſus.

Compoſito lacte fœtenti quæſo cibare,
Qui putat excluſum crimen per temporis uſum. de conſue cap. quanto. in gl. ſolam conſuetudinem.

Culpa & dolus purgatur tempore.

g ¶ In quartam.] Hic non proſequitur Ambroſius noſtram interpretationem, ſed 70. interpretum. Vel dic quod refert ſe hic ad myſticum intellectum, id eſt, donec habeat fidem Trinitatis, & quatuor Euangeliorum.

h ¶ Durior.] Et quis dubitat ſceleratius eſſe cōmiſſū quod durius eſt uindicatum, ut infra 24. q. 1. non affe ramus. in ſi. quod perpetuum eſt, licet & propriæ uxoris interfectos grauius puniatur (ut ī. 33. q. 2. admonere) quàm matricida. 33. q. 2. latorem. quod tamen ſpeciale eſt ob frequentem cauſam factum, & ob pronam in uxores ſuas malitiam refrænandam. talia (quia ſunt ſpecialia) ad conſequentiam trahi non debēt. Io. ut 27. q. 1. nuptiarum. & diſt. 27. ſi uis.

Cōmiſſum eſt ſceleratius quod punitur durius.

e ¶ Vſ-

cupiditate habendi, prophetica auctoritate damnatur (præſertim [a] cum Dominus noſter Ieſus Chriſtus per lauacri [b] regenerationem omnibus remiſſionẽ dederit peccatorum) niſi † vitiorum [c] magis, quàm generis ſemen intelligas. Sicut enim qui filij promiſſionis ſunt, æſtimantur in ſemen bonum; ita etiam, qui filij erroris ſunt; æſtimãtur in ſemen malum. Nam & Iudæi ex patre diabolo, non vtique carnis ſucceſſione, ſed criminis. Ergo omnes cupidi, omnes auari Giezi lepram cum diuitijs ſuis poſſident, & male queſita mercede, non tam patrimonium facultatum, quàm theſaurum criminum congregarunt æterno ſupplicio, & breui fructu.

†al. niſi vt vitiorum

Rom. 9.

Io. 8.

α ¶ In quartam.] *Antea legebatur*; in tertiam & quartam: *Sed & à B. Ambroſio, & ab vno vetuſto Gratiani codice abeſt vox,* tertiam *Deuteronomij autem 23. Idumæorum quidem, & Aegyptiorum filij permittuntur tertia generatione intrare in eccleſiam Domini, ſed de Moabitis ſic ſcribitur.* Ammonites, & Moabites, etiam poſt decimam generationem non intrabunt eccleſiam Domini in æternum.

β ¶ Peccatorum.] *ſequebatur.* cur ergo Giezi ſemen in æternum damnatur? *quæ apud B. Ambroſium non habentur.*

2 *Quia ergo auctoritate Leonis Papæ ſimoniaci non niſi ſpiritum mendacij accipiunt, ſecundum Gregorium apud ſimoniacos ſacerdotium non ſubſiſtit γ, benedictio eorum in maledictionem conuertitur, apud eos manet anathema danti & accipienti, cum ſancti non ſint, nec in Chriſti corpore conſtituti, cum ſint maledicti; nec ſanctificare alios poſſunt, nec corpus Chriſti tradere, vel accipere, nec benedicere alijs valent: ſecundum † Ambroſium vero anathematis opprobrio condemnantur, atque à participatione corporis & ſanguinis Chriſti alienantur, cum accipiatur aurum, & lepra detur; cum inexpiabilis ſit culpa uenditi myſterij †, ſecundum Chalcedonenſe concilium ex tali ordinatione nihil proficere iudicantur, ſecundum Gelaſium Simonis damnatione inuoluuntur, ſecundum Gregorium Nazianzenum in ſacro ordine permanere, aut renouari nulla ratione poſſunt: ab Heliſæo lepra perfunduntur, à Petro in perditionem dãnantur, à Chriſto uero de templo eijciuntur, quid aliud ſimoniacus ſimoniaco in ſua ordinatione poteſt conferre, niſi quod Innocentius de cæteris hæreticis teſtatur, dicens, epiſtola decima octaua ad Alexandrum, c. 3.*

†T.c. reperiunt.

†al. miniſterij

γ ¶ Non ſubſiſtit.] *Simoniaci recipiunt quidem characterem, ſed ſunt ipſo facto ſuſpenſi. Ita ratione habita vſus, vere dici poteſt ipſorum ſacerdotium non ſubſiſtere, ac propterea rectiſſime B. Gregorius lib. 10. epiſt. 33. Victori epiſcopo ſcribens ſimoniacam ordinationem uocat illicitam, & effectu carentem.*

¶ Qui ſpiritus perfectionem non habent, ipſam dare non poſſunt. C. XVII.

Anſ. l. 6. c. 73.

QVi perfectionem ſpiritus, quam acceperant, perdiderunt, non eius dare plenitudinem [d] poſſunt (quæ maxime operatur in ordinationibus) quam per ſuam perfidiã perdiderunt. *& iterũ.* Qui honorẽ nõ habuit, honorẽ dare non potuit: nec aliquid ille accepit, quia nihil erat in

Epiſt. 22. c. 3. ad epos Macedoniæ in fine.

a ¶ Præſertim.] Reſpicit id quod dixerat durior: uel incipit ibi uerſus, & reſpicit ad litterã ſequentem, ſcilicet, cur ergo.

b ¶ Per lauacri.] Sine quo nemo habet uitam æternam, niſi pro Chriſti nomine quis fuerit baptizatus ſanguine, ut 15. q. 1. c. firmiſſimè. & de conſec. diſt. 4. cap. firmiſſime.

c ¶ Niſi uitiorum.] Sophiſticè argumentatur. nam idem eſt in idololatria; ſed in prædictis non conſiderat niſi litteralem intellectum.

QVIA ERGO. Hęc eſt ſecunda pars quæſtionis, in qua latenter ſupponit de ordinatis ab hæreticis, ſcilicet præter formam eccleſiæ, & dicit ꝙ tales non recipiuntur niſi ad dãnationem. Ioan. de Fa nt.

CASVS. Concludit nunc Gratianus ferè ex omnibus cap. ſupradictis, dicẽs quod ſimoniaci, ſm Leonem, non accipiunt niſi ſpiritũ mendacij, & quia ſm Grego. apud eos ſacerdotium non ſubſiſtit, & quia benedictio eorum in maledictionẽ conuertitur, &c. nihil aliud poteſt conferre ſimoniacus ſimoniaco ꝙ hæreticus hæretico.

QVi pfectionem.] CASVS. Hoc c. intelligitur de illis, ꝙ in eccleſia catholica ordinati fuerunt, ſed poſtea labuntur in hęreſim: & ſic gratiam ſpiritus ſancti, quam acceperant (quæ maximè in ordinibus operatur) amiſerunt. cum ergo eam non habeant, eam dare nõ poſſunt: quia qui non habet honorem, eum alij dare non poteſt: ſed damnationem dabit, quam cum uero ordine habet.

d ¶ Plenitudinẽ.] Id eſt executionem ordinis. hic interſerit magiſter de ordinibus hæreticorum 1. Sed quidquid Io. de Fan. & alij de hac materia dixerunt,

1 Et hoc vſque ad §. ꝯſtat. J. ca. Ep̃s ẽt hęreticus cõfert ordinẽ, ſed non ordinis executionẽ

dixerūt,iſtud eſt tenendū,ꝙ quilibet epſ ſiue catholicus ſiue hæreticus,ſiue in eccleſia,ſiue extra conferat ordinem,dū tñ conferat ſm formam eccleſiæ,recipit ordinatus, ordinem,licet non recipiat executionē ordinis. ſimiliter ſi taliter ordinati alios ordinent, idem eſt, & ſic in infinitum, ut ſ. ea.quod quidam.9.q. 1.ordinationes.Idem dico de conficiendo corpore [1] Chriſti. ſ. ea.dominus declarauit.& c.non nocet. infra de conſe. diſtin.4. non in nobis. loquitur ergo principium capituli de his qui in forma eccleſiæ recepe runt ordinem.Secunda pars de illis qui extra formam, illi nihil recipiunt,nec aliquid conferunt: qa nemo dare poteſt,&c. ut ſupra ca.1. & infra.q.7. Daibertum.

ADDITIO. Dicit Lau.de huiuſmodi hęreticis multa mendacia ſcripta ſunt & inutiliter. Ioan. de Fant. & Gof.dicunt,ꝙ hæreticus,qui recipit ultimam manus impoſitionem extra eccleſiā nō cōfert, ſed cōfundit eos.ſ.ead.q.7.cōuenientibus. Archid.

Ventū.] CASVS. Tres quæſtiones fecerunt epi Macedones Innocentio. Prima fuit, utrū ducens uiduam in uxorē poſſit promoueri, uel iam promotus debeat deponi. Secunda fuit utrum dicendus ſit bigamus qui ante baptiſmū ha buit vnā uxorē,& poſt baptiſmū aliam: quibus expl icitis,ſ.34.diſt.ſi quis uiduā.& 26.diſt.deinde opponitur.accedit in hoc c.ad tertiā,quæ talis eſt, ſcilicet utrū redeuntes ab hæreticis qui apud eos ordinati fuerunt,apud nos ad ordines ſunt admittendi. Et rñdet ꝙ non: quia in reconciliatione imponitur eis pęnitentia,poſt quam remanet quædam cicatrix,id eſt irregularitas,quæ eos à promotione repellit.Sed ꝯ hoc dupliciter opponitur: ſi hæreticus aliquem ordinauit qui honorem amiſit,nihil contulit ordinato. ergo perinde poterit a catholicis ordinari, ac ſi nūquam ordinatus fuiſſet. Sed rñdet Innocentius falſum eſſe:quia damnatio quam accepit,eum non impedit promoueri.Secundo obijcitur, ſi quam maculam ex ordinatione hæreticorū incurrit,ex canonica ordinatione deletur. Et ad hoc rñdet,ꝙ illud eſt falſum.nam ſi ita eſſet, pro nihilo criminoſus ageret pœnitentiam,ſed accederet ad ordinationem ubi omnia crimina delentur. de conſuetudine igitur Romanæ eccleſiæ eſt,ut ueniens ab hæreticis,ad laicalem cōionē tantū admittantur,& nō clericalē:& ita tres q̄ſtiones ponuntur hic,una pincipalis & duæ incidentes,& ad omnes ſufficienter reſpondet.

a ¶Ventum eſt.]Tres namq; Macedones epi, quibus hæc ſcribit Inno.inter alia fecerāt q̄ſtiones.Prima erat utrū quis ducēs uiduā [2] in uxorē poſſit ꝓmoueri: uel factus clericus pp hoc debat deponi? Cuius determinationē ponit ſ. diſt.34.ſi quis uiduā.Secūda erat,utrū dicendus eſſet bigamus qui ante baptiſmū unā, poſt baptiſmum habuit alteram?cuius determinationē ponit ſ.diſt.26. deinde.Tertia quæſtio erat,an remanentes clerici,id eſt,an reciperēt characterem ab hæreticis ordinati,uel an deberēt ad ulteriora promoueri, & dicit ꝙ nunquam:& hanc quæſtionem in hoc cap.explicat.

b ¶Pro ſui difficultate.]Quia fuit quæſitum ſi ordinati ab hæreticis accepiſſent honorem,& ſi ad eccleſiam reuerſi recipiantur in honorem clericatus.

dante:ſed damnationem, quam habuit, per prauā manus impoſitionem dedit.

¶*In hoc capite non referuntur ipſa prorſus verba Innocentij, quæ tamen habentur partim infra ead. c. Arrianos.partim in capite nunc ſequenti,* ventum eſt *in verſiculo,* Sed econtrario.

Idem Ruſo,& alijs epiſcopis,epiſt.22.c.3.

¶Simoniacus per prauam manus impoſitionem,non benedictionem,ſed damnationem præſtat. C. XVIII.

VEntum eſt [a] ad tertiam quæſtionem, quæ pro ſui difficultate [b] longiorem exigit diſputationem. Cum nos dicamus ab hæreticis ordinatos,vulneratū [c] per illam manus impoſitionem habere caput [d], vbi vulnus [e] infixū eſt, medicina [f] eſt adhibenda,qua poſſit recipere ſanitatem†. Quæ ſanitas poſt vulnus ſecuta ſine cicatrice eſſe [g] non poterit atque vbi pœnitentiæ remedium neceſſarium eſt, illic ordinationis honorem locum habere [h] non poſſe decernimus.Nam ſi ut legitur,quod tetigerit immundus,immundum erit;quomodo ei tribuetur [i], quod munditia,ac puritas conſueuit accipere? ¶Sed econtrario aſſeritur, eum,qui honorem amiſit,honorem dare non poſſe, nec illum aliquid accepiſſe [k]: quia nihil in dante erat, quod ille poſſet accipere. Acquieſcimus, & verum eſt certe, quia quod non habuit,dare non potuit.Damnationē [l] vtique,quam habuit, per prauam manus impoſitionē dedit; & qui particeps effectus eſt damnato, quomodo debeat

Poly.l.2.tit.31. & l.7.tit.7. Anſ.l.6.c.73. al.70. Iuo p.6.c.59. Pan.l.3.c.130.

†Tex.eſt ſimi. in l. archiatri.&ibi Bar C.de ꝓfeſſ. & me.l. 2.

ſ.ea. Arrianos. *Num.*19. *Leuit.*15. & *Agai.*2. ſ.qui perfectionem,uerſ.q honorem.

c ¶Vulneratum.] Id eſt,capitalē & ſacramētalē dignitatem cum uulnere.i. cum dānatione ſuſcepta tenere.

d ¶Caput.]Id eſt,animam culpæ macula uulneratā.& anima ponitur pro homine.de conſecr.diſt.5.ne tales.

e ¶Vulnus.]Vbi enim malum contingit,ibi moriatur, & c.2.q.1.peccauerit.

f ¶Medicina.]Hoc uidetur ſic exponendum, id eſt,reiterandum eſt in his ſacramentum.ſ.ea.q.vlt.per illicitam,hoc enim uidetur intelligendum cum omiſſa fuit forma arg.1.q.vlt. Daibertum ubi hoc inducitur.

g ¶Cicatrice eſſe.]Quia & ſi pœniteant,tñ irregularitas manet,quæ non aboletur per pęnitentiam,ut 25.diſtin.primum.& 50.diſt.illud & 1.diſt.7. ſi quis omnē.

h ¶Habere.]Infra 23.q.4.ipſa pietas.contra.Sed ibi de ordinatis catholicis,& poſt in hæreſim labentibus: hic de his quibus hæretici manus impoſuerunt. Vel hoc de rigore,illud de miſericordia.

i ¶Quomodo ei tribuetur.]Arg.ꝙ uxor nō teneē reddere debitum uiro leproſo.Arg.ſ.32.q.7.omnes. & q. 5.ſi quis uxorem. Vide de hoc cui eſt ſtandum, extra de coniug.lepro.cap.1.& 2.

K ¶Accepiſſe.]Alias accipere,& ſupple:& ideo nō debet ei nocere qn ordinari poſſit.q.d. id quod nihil eſt, nō dēt præſtare impedimentū,ut extra de iure pa. q̄d autē.in ſi. Sed hoc fallit extra de ſpon.c.ad audiētiam.

l ¶Damnationem.] Id eſt ſacramentum quod damnabiliter habuit,dānabiliter dedit.& ita factus eſt particeps damnationis.ſ.ea.q.7.ſi quis.ſ.ead.q.4.§.cum ergo.infra de conſe.diſt.4.ab antiqua.

[1] De hoc not.9.qō.1. in ſumma. Sed ꝯ de cōſe.diſtinc.2. utrū.&c.q d ſit.ubi contra nota. Archid.

[2] Tres qūnes. Scilicet primo: ibi tñ ſcribit archiepo Rothomagen. ſed pōt eſſe ꝙ ſolutionem eiuſdem qō nis miſit illis uel illi. Archi.

Anima pro homine ponitur.

Irregularitas per pœnitentiā nō aboletur.

Vxor uiro leproſo debitum reddere non tenetur.

Impedimētum nō præſtat quod nihil eſt.

a ¶Non

a ¶Non poſſum.] De mero iure. nam ex diſpenſatione poſſum. infra. ea. q. vlt. conuenientibus.
b ¶Sed dicitur.] Id eſt, obijcitur. & hæc erat ſecunda obiectio, quæ fiebat Innocẽtio. prima fuit ibi, ſed cõtra.
c ¶Benedictio.] Quæ eſt cum ab hęreticis rediens reconci-

nis, in qua dicitur ꝙ nõ videtur idem de ſimoniacis qđ de hæreticis: & rñdet ꝙ idem eſt ꝙ ſimoniaci ſunt infideles: & hoc probat ꝑ quattuor auctoritates. Io. de Fã. CASVS. Dictum eſt ſ. in §. quia. & cap. ſeq. ꝙ ſimoniaci cõparantur hæreticis, obijcit nunc Gratianus dicẽs: Hæretici fidem non habẽt, ſed ſimoniaci ſic, licet gratiam ſpiritus ſancti venalẽ putant, & quod dictum eſt in illo cap. qui per fectionem. non poteſt de hæreticis intelligi. Ad hoc reſpondet dicens, ꝙ ſimoniaci etſi fidem habere uideantur, tamen infidelitati ſubijciuntur, quod probatur per capitulum ſequens.

qđ de infante. ſi vltima neceſſitas cogat, vt 24. q. 1. ſi quem forte. ſed ſecus eſt: quia de ſacramẽto ordinis hic loquiť. Io. de Fant.

Ead. epiſt. c. 4. honorem accipere, inuenire non poſſum [a]. ¶Sed dicitur [b] vera, ac iuſta legitimi ſacerdotis benedictio [c] auferre omne uitium, quod à vitioſo fuerat iniectum. Ergo ſi ita eſt, applicentur ad ordinationem ſacrilegi, adulteri, atque omnium criminum rei: quia benedictione ordinationis crimina, uel uita putantur auferri: nullus ſit pœnitentiæ locus; quia id poteſt præſtare ordinatio, quod longa ſatisfactio præſtare conſueuit. Sed noſtræ [d] lex [e] eccleſiæ eſt, uenientibus ab hæreticis, qui tamen illic baptizati ſunt, per manus impoſitionem [f], laicam tantum tribuere communionem, nec ex his aliquem in clericatus honorem uel exiguum [g] ſubrogare.

Iuo p. 6. c. 60.

Iuo in ꝓœmio Pann. l. 5. tit. 5. c. 17.

3 *Sed obijcitur, alij hæretici à fide exorbitant: ſimoniaci autem & ſi gratiam ſpiritus ſancti venalem putant, tamen à fide alieni non ſunt: atque ideo, quod ab Innocentio de cæteris hæreticis decernitur, non valet de his conſequenter intelligi. His [h] ita reſpondetur. Simoniaci & ſi fidem tenere videantur infidelitatis tamen perditioni ſubijciuntur.*

Vnde beatus Ambroſius in ſecundo libro de pœnitentia, c. 4. aduerſus Nouatianos ſcribit dicens.

¶Simoniaci fidei integritatem non habent. C. XIX.

PEtrus Simoni, qui magicæ artis conſuetudine deprauatus [i] putaſſet, quòd gratiam Chriſti per impoſitionẽ [k] manus, atque infuſionem ſpiritus ſancti compararet pecunia, ait: [Non eſt tibi pars, neque ſors in hac fide α [l]: quia cor tuum non eſt rectum apud Deum, &c.] Vides quòd hunc magica vanitate blaſphemantem in ſpiritum ſanctũ apoſtolica auctoritate condemnet; & eo magis, quia puram conſcientiam [m] fidei [n] non habebat?

Act. 8.

α ¶In hac fide.] *Vulgata editio habet*, in ſermone iſto, *Græce eſt.* ἐν τῷ λόγῳ τούτῳ.

Item Gregorius lib. 9. 53. ad Theodoricum Regem.

¶Simoniacus, infidelis eſſe probatur. C. XX.

Anſ. l. 13. c. 44. CVm omnis auaritia [o] idolo-

h ¶His.] Dictis à ſe. Nam ſibi ipſi opponit propter comparationem inter ſimoniacos & hæreticos in §. qa. in fi. & ita ſub alternatione veniet vſque ad §. conſtat ergo.

PEtrus.] CASVS. apparet ex hiſtoria, quæ talis eſt. Legitur in actibus Apoſtolorum ꝙ cum Simon magus nuper ad fidẽ conuerſus uideret ad vmbrã Petri infirmos ſanari, ut hoc donum carius alijs uenderet, voluit à Petro emere, & obtulit ei pecuniã, quem Petrus damnauit dicens; Pecunia tua ſit tecum in perditionem, quia exiſtimaſti, &c. & ideo quia cor eius apud Deum rectum non erat, eum damnauit. Sequens cap. patet.

i ¶Deprauatus.] Similiter dicit capit. de Saule, ꝙ deprauatus cauſa peccati ad hoc ſe contulit, quòd damnauerat. 26. quęſtio. 5. nec mirum. ultra medium.

conciliatur eccleſiæ. Vel quæ erat ſecundum illos contra quos hic agit Innoc. quando reuerentes ad eccleſiã iterum ordinantur, uel quandocumque aliquis ordinatur. H.

d ¶Sed noſtræ.] Scilicet occidẽtalis Hæc eſt tertia rõ.

e ¶Lex.] Id eſt, conſuetudo. C. de man. li. l. 1. alibi. ponitur pro regula. ĩ. ea. q. 7. c. 2. alibi ponitur pro ratione. j. diſt. conſuetudo, alibi pro canone ſ. diſt. 31. Nicæna 1.

Lex tripliciter ſumiť.

f ¶Per manus impoſitionem.] q. d. non ſolum qui ab hæreticis ordinati ſunt, non poſſunt habere honorem in eccleſia; ſed etiam qui apud eos baptizati ſunt tãtũ, ita ꝙ non ordinati, vt ĩ. ead. q. 7. qui in qualibet.

1 Adde ꝙ & aliquã pro pacto. l. legem. C. de pact. & l. ſi tibi. ff. de ado.

g ¶Vel exiguũ.] Secus in orientali eccleſia, quę illos ꝑ vnctionem chriſmatis reformat, vt ĩ. de conſ. diſt. 4. ab antiqua. ĩ. ea. q. 4. placuit, contra. Sed ibi de infantibus, hic de adultis & diſcretis, de conſec. diſt. 4. c. ſicut 2.

2 Idẽ tñ vſ de adulto

SED OBIICITVR. Hæc eſt tertia pars quæſtio

K ¶Per impoſitionem.] Scilicet vt cuicumque imponeret manum, acciperet ſpiritum ſanctum, & ei infunderetur ſpiritus ſanctus.

l ¶In hac fide.] Scilicet noſtra catholica: ſed in actibus Apoſtolorum habetur in ſermone iſto, vt ĩ. ead. eos qui vnde poteſt dici, in fide tua, id eſt, in eo quod credis obtinere, ſcilicet; vt pecunia infundatur ſpiritus ſãctus 3. In hoc facit ad propoſitum Gratiani: quia dicit, nõ eſt tibi pars in hac fide, & ita infidelis, ergo hæreticus. & ſic exaudi cap. ſequens, &c.

3 Id eſt, fides & credulitas.

m ¶Puram conſcientiam.] Quæ etiam ad actum progreſſa eſt. ſic exaudi de pæ. diſt. 1. cap. ſi cui etiam non contingat,

n ¶Fidei.] Et in hoc facit ad propoſitum.

o CVm omnis auaritia.] Ideo dicitur auaritia ſpecialiter ſeruitus idolorum, quia tanquam Deo exhibet auarus nummo reuerentiam. ĩ. 11. q. 3. pauper.

Auaritia eſt idolorũ ſeruitus.

a ¶Ido-

a ¶Idolorum.] Arg.6.q.1.quæro.
b ¶Perditioni.] Et ita eſt hæreticus ſecundum propoſitum Gratiani.
1 Scilicet fidelis. 86.diſtin.qui clementiam. Arch.
c ¶Subijcitur.] Potius enim vocatur 1 quàm ſit.7.24.q.2.ſanè & infra.22.q.5.cauere.8.q.1.ſciendum. infra.23.q.4.forte.Ioan.

EOS.] CASVS. Sicut beatus Petrus Simonem damnauit, ita omnes ſimoniacos non immerito dãnat & deponit, quod ſex rationibus probatur. Prima eſt, quia deteriores ſunt Macedonianis, qui ſpiritum ſanctum dicunt eſſe ſeruum patris & filij. Iſti vero ſeruum ſuũ faciunt, ipſum vendentes. Secunda eſt, quia blaſphemãt in Deum: ſicut illi, qui dicebant Chriſtũ in Beelzebub eijcere dæmonia. Tertia, quia ſimiles ſunt Iudæ proditori. Quarta, quia ſunt damnati in canone Apoſtolorum. Quinta exemplo Hieroboã, de quo legitur in tertio libro Regum, ꝙ ipſe dabat ſacerdotij principatũ implentibus manum ſuam. Sexta exemplo Giezi, de quo habetur in quarto libro Regum. Sequens cap. patet, in quo quæ iam dicta ſunt, repetuntur.

a Sic.16.q.1. prædicator, i princ.
d ¶Diuinus.] In bona ſignificatione à deitate ſumitur 2, vel à diuinitate, ſic ſupra 38. diſtinct. omnes, non à diuinatione, ut infra ea. nunquam.
e ¶Et eorum.] Id eſt, ſequacium eius.
f ¶Efficiunt.] Scilicet quantum in ſe eſt; ſicut emere & uendere dicuntur infra ead. cauſa. quæſtio.3. Saluator.B.
ADDITIO. 49. diſtin. c.vlt. de conſec. diſt.4. c. quæris. inf. ead. iudices. Arch.

rum [a] ſit ſeruitus, quiſquis hanc, & maxime in dandis eccleſiaſticis honoribus vigilanter non præcauet, infidelitatis perditioni [b] ſubijcitur [c], etiam ſi tenere fidem, quam negligit [α], videatur.

α ¶Quam negligit.] *Sic eſt emendatum ex manuſcriptis exemplaribus, & originali. In vulgatis enim legebatur*, fidem uerbis, quam negat facto, uideatur.

Item ex epiſt. Taraſij Conſtantinopolitani epiſcopi miſſa Papa Hadriano.

¶Simoniacorum hæreſis, cęteris damnabilior eſſe probatur. C. XXI.

Anſ.l.6.c.86.al. 75. Deuſdedit p. 1.

EOs, qui per pecunias manus impoſuerunt, uel imponunt, Petrus diuinus [d] Apoſtolus (cuius cathedrã ſortita eſt ſanctitas ueſtra) tanquam Simonem magum deponit. *& infra.* ¶Tolerabilior eſt enim Macedonij, & eorum [e], qui circa ipſum ſunt, ſpiritus ſancti impugnatorum impia hæreſis. Illi enim creaturam, & ſeruum Dei patris, & filij, ſpiritum ſanctum delirando fatentur: Iſti uero eundem ſpiritum efficiunt [f] ſuum ſeruum. Omnis enim dominus, quod habet, ſi vult [g], vendit, ſiue ſeruum, ſiue aliquid aliud eorum, quę poſſidet. Similiter & qui emit, dominus eius volens eſſe, quod emerit, per pretium pecunię [h] illud acquirit. Ita & qui hanc iniquam actionẽ operantur, detrahunt [i] ſpirituiſancto; ęqualiter peccantes his, qui blaſphemauerunt dicẽtes Chriſtũ in Beelzebub eijcere Dæmonia; atque vt verius dicamus, Iudæ comparantur proditori, qui Iudæis Dei occiſoribus Chriſtum uendidit. Cum ergo [k] ſpiritus ſanctus conſubſtantialis ſit Chriſto, eiuſdẽ omnino & ipſi portionis erunt. Et proculdubio in eis non eſt gratia ſpiritus ſancti, id eſt ſacerdotij ſanctitas. Nam quod non acceperunt, non habent. Ait enim Petrus Simoni: [Non eſt tibi pars, neq. ſors in ſermone iſto, quia exiſtimaſti donũ Dei pecunia poſſideri.] *& infra.* ¶Nam & viceſimus nonus canon ſanctorum [l] Apoſtolorum, & actus eorundem & tertius [m], & quartus [n] liber regnorũ alienũ omnino à ſacerdotio pronũciant eum, qui aliquando dederit, vel acceperit pecuniam in aliquo tempore; ſiue ante manus impoſitionem, ſiue in ipſa manus impo-

Matth 12.

Matth.26.

Act.8.

pitur, vt infra.q.3.per totum.
i ¶Detrahunt.] Sicut enim Iudęi miraculorum operationem tribuebant diabolo, quæ per ſpiritum ſanctum fiebant; ita iſti ordines, qui ſunt dona ſpiritus ſancti, per diabolum ſibi acquirunt.

X ¶Cum

g ¶Si vult.] Nihil enim tam conſonum, &c. inſti. de re. diu. §. per traditionem. C. de contrah. emp. dudum. in fi. niſi vbi lex inhibet venditionem. extra de iure patronatus. de iure. C. de reb. alien. l. vlti. Immo & quandoq; compellitur vẽdere. C. de cõmuni ſer. ma. l. 1. ff. de reli. ſi quis ſepulchrum. & ff. communi diui. l. 1. §. vlt. emere autem non compellitur quis. C. de iure delib. nec emere. arg. contra. C. de don. ſancimus.
Vendere qñque qs cõpellitur.
h ¶Pecuniæ.] Nã pretium in pecunia numerata conſiſtit, vt inſtitu. de emp. & ven. §. item pretium. arg. extra de re. permu. ad quæſtiones. nam vbi aliud pro alio datur in ſpecie, permutatio eſt. ff. de contrah. emp. l. 1. Sed tamen hic emptio large, & pecunia ſimiliter large acci-
Pretium in emptione debet eſſe in numerata pecunia.

K ¶Cum ergo.] Melius diceret, cum enim, &c. ſecundum quod poteſt ſequi in littera.
l ¶Canon ſanctorum.] Qui ſic ſe habet: ſi quis epiſcopus, presbyter, aut diaconus obtinuerit per pecuniam dignitatem, & ipſe & ordinator eius modis omnibus à communione abſcindantur, ſicut Simon magus à Petro. facit ad hoc infra. quæſt. 3. ſi quis epiſcopus. & cap. finali.
m ¶Et tertius.] Vbi dicitur de Hieroboã, ꝙ quicũque volebat implebat manum ſuã, & fiebat ſacerdos excelſorum: & propter hanc cauſam peccabat domus Hieroboam, & verſa eſt & deleta de ſuperficie terræ.
n ¶Et quartus.] Vbi de Giezi agitur.

a ¶Acci-

a ¶Accipere.] Arg. in electionibus, & alienationibus, ut firmæ ſint, fieri ex conſenſu poſt ſequēte, ſicut ex priori, infra 29 q. 1. §. his ita, infra 16. q. 1. c. ulti. & 7. q. cap. decimas, &c. & cap. eccleſias, extra de iurepat. cura paſtoralis. argu. contra. 24. diſtin. cap. ult.

† Concor. tex. inl. ſi fraudator. §. ſi pcurator. ff. de his quę in frau. cred.

a ¶Accipere.] Similiter impēdere eſt quādocunque impendere, ut infra ead. q. 3. Saluator. & ca. ſi quis epiſcopus præbendas. & c. ſi quis obiecerit. & eſt ſi ff. de calum. l. 1. §. quod autem. Eſt ergo ſimoniacus, qui ratione ordinis, uel beneficij collati aliquod munus dat, ut dixi de Giezi, ſupra ead. qui ſtudet. Ioan.

ſitione, ſiue poſt. Accipere [a] enim eſt quandocunque accipere †.

¶Caput hoc eſt pars epiſtola Taraſii ad Hadrianum. Sed immutata eſt aliquot locis ſeries verborum, & epitome quadam adhibita; quemadmodum, & apud Anſelmum. Integra habetur manuſcripta poſt ſeptimam ſynodum in Vaticana bibliotheca, & in Græcis eius ſynodi codicibus, & in Latina ex verſione Anaſtaſii bibliothecarij. Extat etiam Latinè impreſſa apud Balſamonem. Sed in ea verſione, aut interpretis, aut exemplaris, quod ſecutus eſt, vitio, flagitioſum mendum ineſt. Nam vbi Taraſius Hadrianum mirificè laudat; interpres reprehendentem inducit his verbis, [illegible] *ergo veſtra ſacerdotalis ſanctitas, quæ non iure, nec ex Dei uoluntate pontificale munus adminiſtrat, magna laborat infamia* quānis *cum alia multa tum proximè ſequentia verba manifeſto repugnent: in quibus eum vocat virum deſideriorum ſpiritus, & aliis præclaris titulis ornat. Exemplaria quidem Græca Vaticana, & ſeptima ſynodi & ipſius Balſamonis optimè habēt. Quare neceſſarium viſum eſt priorem epiſtolæ partem cum Græcè, tum noua eam verſione afferre. Reliqua ex Balſamone impreſſo peti poterunt.*

Τῷ τὰ πάντα ἁγιωτάτῳ καὶ μακαριωτάτῳ ἀδελφῷ καὶ συλλειτουργῷ κυρίῳ Ἀδριανῷ Πάπᾳ τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης.

Ταράσιος ἀνάξιος ἐπίσκοπος Κωνσταντινουπόλεως ἐν κυρίῳ χαίρειν.

Πολυμερῶς καὶ πολυτρόπως εὐαγγελικῶς καὶ ἀποστολικῶς τε καὶ πατρικῶς διδασκόμεθα ἀφιλάργυρον τὸν τρόπον ἔχειν ἐν τῇ τῆς ἱερωσύνης ἁγιστείᾳ, καὶ μὴ χρυσίζεσθαι, ἢ ἀργυρίζεσθαι, ἤτι φετερίζεσθαι ἐπὶ χειροτονείᾳ παντὸς ἱερατικοῦ ἀνδρὸς, ὡς ὑποδείξομεν ἐν ταῖς καθ' ὑποτεταγμέναις χρήσεσιν ἀπό τε γραφικῶν θεηγοριῶν, καὶ πατρικῶν διδασκαλιῶν. Οἱ γὰρ ἐπιτιθέντες τὰς χεῖρας ὑπηρέται τοῦ πνεύματός εἰσιν, οὐχὶ πρᾶται τοῦ πνεύματος. Δωρεὰν γὰρ λαβόντες τὴν χάριν τοῦ πνεύματος, δωρεὰν δίδοσθαι τοῖς παρ' αὐτῶν μεταλαμβάνουσιν ἀπεφήναντο ἐκ τῆς κυριακῆς φωνῆς ταύτην τὴν ἐλευθεριότητα εἰληφότες. εἰ δέ τις ἐλεγχθείη χρυσίῳ ταύτην ὠνησάμενος, ἀποκήρυκτον διαγορεύουσι τὸν τοιοῦτον τῆς ἱερατικῆς τάξεως †. Καὶ εἰ καὶ ὀνόματι τὸν ἱερωσύνην κεκλήρωται: ἀλλ' οὖν διαψεύδεται ὁ λόγος ἐπὶ τῷ πράγματι, οὐδεὶς γὰρ θεῷ δουλεύειν δύναται, καὶ μαμωνᾷ, ὡς εὐαγγελικῶς ἐμάθομεν. Καὶ ἐπεὶ ἠκούσειμεν προφητικῶς τοῦ θεοῦ βοῶντος, [ἱερεῖς λαλήσατε εἰς τὴν καρδίαν ἱερουσαλὴμ,] αὖθις τε ἐπαπειλοῦντος, καὶ λέγοντος. [ὁ σκοπὸς ἐὰν ἴδη τὴν ῥομφαίαν ἐρχομένην καὶ μὴ σημάνῃ τῇ σάλπιγγι, καὶ ὁ λαὸς μὴ φυλάξηται, καὶ ἐλθοῦσα ἡ ῥομφαία λάβῃ ἐξ αὐτῶν ψυχὴν, τὸ αἷμα ἐκ τῆς χειρὸς τοῦ σκοποῦ ἐκζητήσω.] φόβῳ τοῦ τῆς σιωπῆς κατακρίματος ἀναγγέλλομεν τοῖς προέδροις πᾶσι τῶν καθ' ἡμᾶς ἐκκλησιῶν: ἵνα μετὰ παρρησίας κατὰ τὸν θεῖον ἀπόστολον εἴπομεν, καθαροὶ ἐσμὲν ἀπὸ τοῦ αἵματος τῶν παραβαινόντων τὰς κανονικὰς διατάξεις, καὶ πάνυ γε μᾶλλον τῶν ἐπὶ χρήμασι χειροτονησάντων ἢ χειροτονηθέντων, Πέτρου τοῦ θείου ἀποστόλου, οὗ καὶ τὴν καθέδραν ἐκληρώσατο ἡ ἀδελφικὴ ὑμῶν ἁγιότης, ὡς Σίμωνα τὸν μάγον, τούτους καθελόντος. τούτου ἕνεκεν οὐχ ὑποστελλόμεθα τοῦ ἀγ-

† τάξιας

ἀναγγέλλειν τὴν ἀλήθειαν, φυλάττοντες καὶ κρατοῦντες τὰ παρὰ τῶν ἁγίων καὶ πανευφήμων ἀποστόλων καὶ τῶν ἀοιδίμων πατέρων ἡμῶν κανονικῶς ἐκδοθέντα καὶ εἴ τι τούτων παρεβάθη ὑπό τινων, βδελυττόμεθα. ἡ οὖν ἀδελφικὴ ὑμῶν ἀρχιεροπρεπὴς ἁγιωσύνη ἐνθέσμως καὶ κατὰ θεοῦ βούλησιν πρυτανεύουσα τὴν ἱεραρχικὴν ἀγιστείαν, διαβόητον ἔχει τὴν δόξαν. εἴρηκε γὰρ διὰ τοῦ προφήτου ὁ πρῶτος καὶ μέγας ἀρχιερεὺς ὁ χριστὸς ὁ θεὸς ἡμῶν [ζῶ ἐγώ, ἀλλ' ἢ τοὺς δοξάζοντάς με δοξάσω.] οἶδας γὰρ αὐτὴ ἐπιθυμιῶν τῶν τοῦ πνεύματος, ὅτι φορητοτέρα μᾶλλόν ἐστι Μακεδονίου, καὶ τῶν ἀμφ' αὐτὸν πνευματομάχων ἡ δυσσεβὴς αἵρεσις. ἐκείνων γὰρ κτίσμα καὶ δοῦλον τοῦ θεοῦ καὶ πατρὸς τὸ ἅγιον πνεῦμα ληρωδούντων, οὗτοι ἑαυτῶν, ὡς δοκοῦσι, δοῦλον αὐτὸν ποιοῦσι. πᾶς γὰρ δεσπότης ὅτι ἂν ἔχοι, εἰ βούλοιτο, πιπράσκει, εἴτε οἰκέτην, εἴτε ἕτερον ὧν κέκτηται. ὡσαύτως καὶ ὁ ἀγοράζων δεσπότης βουλόμενος εἶναι τοῦ ἠγορασμένου διὰ τιμῆς ἀργυρίου τοῦτο κτᾶται. οὕτως οἱ ταύτην τὴν ἄθεσμον πρᾶξιν ἐργαζόμενοι καταβιβάζουσι τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἴσα ἁμαρτάνοντες τοῖς βλασφημοῦσιν ἐν Βεελζεβοὺλ ἐκβάλλειν τὰ δαιμόνια τὸν χριστόν. ἤ τό γε ἀληθέστερον εἰπεῖν, παρεοίκασιν Ἰούδᾳ τῷ προδότῃ, ὃς τοῖς θεοκτόνοις Ἰουδαίοις τιμῆς ἀργυρίου τὸν κύριον ἀπημπωλήσατο, ὡς ἓν τὸ ἅγιον πνεῦμα ὁμοούσιόν ἐστι χριστῷ τῷ θεῷ ἡμῶν, τῆς αὐτῆς, πάντη που δῆλον, ἔσονται μερίδος, ὡς ἀποδέδεικται. εἰ δὲ οὐ πιπράσκεται, πρόδηλον γὰρ οὐδαμῶς, ἀναμφιλέκτως οὐκ ἔστιν ἐν αὐτοῖς ἡ χάρις τοῦ ἁγίου πνεύματος ἤτοι † ἡ τῆς ἱερωσύνης ἀγιστεία, καὶ ὃ οὐκ ἔλαβον, οὐδὲ ἔχουσι. μνησθήτωσαν τοῦ ἁγίου Πέτρου πρὸς τὸν τοῦτο ἐπιτηδεύσαντα οὕτωσι λέγοντος, [οὐκ ἔστι σοι μερίς, οὐδὲ κλῆρος ἐν τῷ λόγῳ.] εἰ γὰρ ἀπεμπωλεῖται ἡ τῆς ἱερωσύνης ἀξία, ἄρα † περιττὴ παρ' αὐτοῖς ἡ κατὰ τὸν βίον σεμνὴ πολιτεία, καὶ ἡ ἐν ἁγνείᾳ καὶ ἀρετῇ ἀναστροφή. περιττὸς κατ' αὐτοὺς καὶ Παῦλος ὁ θεῖος ἀπόστολος διδάσκων δεῖν τὸν ἐπίσκοπον ἀνεπίληπτον εἶναι, σώφρονα, κόσμιον, διδακτικόν, ἐγκρατῆ, νηφάλεον, ἀντεχόμενον τοῦ κατὰ τὴν διδαχὴν πιστοῦ λόγου, ἵνα δυνατὸς ᾖ καὶ παρακαλεῖν ἐν τῇ ὑγιαινούσῃ διδασκαλίᾳ, καὶ τοὺς ἀντιλέγοντας ἐλέγχειν. οἴχεται τοίνυν ταῦτα πάντα ἐκ τοῦ πρατοῦ, καὶ ἀγοραστοῦ τῆς ἱερωσύνης. αἱ οὖν ὑποκείμεναι ἀξιόλεκτοι χρήσεις ἀλλότριον πάντη τῆς ἱερωσύνης ἀποφαίνονται, τὸν ποτὲ δόντα ἢ λαβόντα ἐν οἱῳδήποτε χρόνῳ, εἴτε καὶ πρὸ τῆς χειροτονίας, εἴτε καὶ ἐν τῇ χειροτονίᾳ, εἴτε καὶ μετὰ τὴν χειροτονίαν. λαβεῖν γάρ ἐστι τὸ λαβεῖν ὅτε δήποτε. ἀλλὰ καὶ πάσας τὰς προβολὰς τὰς ἐκκλησιαστικὰς ἀφορίζουσιν † ἐπὶ τῇ τῶν χρημάτων δόσει.

† εἴτουν

† ἄρα

† ἀφεροῦσι.

Fratri, & comminiſtro vſquequaq; ſanctiſſimo, & beatiſſimo domino Hadriano Papæ veteris Romæ,

Taraſius indignus epiſcopus Conſtantinopolis nouæ Romæ, in Domino S.

MVltipliciter, multiſq; modis ex Euangelio, & Apoſtolorum, patrumq; præceptis docemur in ſanctificatione ſacerdotij mores ab auaritia longè alienos præſtare; neque in ullius ſacerdotalis uiri ordinatione aurum, argentum ve accipere, aut aliud quidpiam nobis uendicare, quod ſententiæ ex diuinis ſcripturis, & patrum doctrinis infra ſubiectæ demonſtrabunt. Qui enim manus imponunt, miniſtri

ſtri

ſtri ſunt ſpiritus, non uenditores ſpiritus. Nam cum gratis gratiam ſpiritus acceperint; gratis etiam ijs, qui ab ipſis accipiunt, dare iuſſi ſunt ex uoce Domini hac ipſa libertate, poteſtateque accepta, Quòd ſi quis eam auro emiſſe conuictus fuerit; hunc ex ſacerdotali ordine † excidiſſe pronunciat; quamquam nomine ſacerdotium ſortitus eſt, ſed in eum falſo nomen iſtud conferri re ipſa comprobatur. Nemo enim poteſt Deo, & mammonę ſeruire, prout ex Euangelio didicimus. Et quoniam audiuimus Deum per os prophetæ clamãtem: [Sacerdotes loquimini ad cor Hieruſalem] rurſuſque minantem, ac dicentem: [Si ſpeculator uiderit gladium uenientem, & non inſonuerit buccina, & populus ſe non cuſtodierit, ueneritque gladius, & tulerit de eis animam; ille quidem in iniquitate ſua captus eſt: ſanguinem autem eius de manu ſpeculatoris requiram.] huius igitur, quæ ex ſilentio imminet, condemnationis metu, omnibus earum, q̃ apud nos ſunt, eccleſiarum præfectis annunciamus; ita ut fidenter diuinum Apoſtolum imitantes, dicamus; mundi ſumus à ſanguine eorum, qui tranſgrediuntur canonicas conſtitutiones, & multo magis eorum, qui ob pecunias ordinauerunt, aut ordinati ſunt: quippe cum Petrus diuinus ille Apoſtolus, cuius & cathedram ſortita eſt fraterna ueſtra ſanctitas, hos deſpoſuerit, ut Simonem Magum. Propterea non refugimus, quin ueritatem prædicemus, ſeruantes, ac retinentes ea, quæ à ſanctis, & omniquaque benedictis Apoſtolis, & ab inclytis patribus noſtris canonice ſunt tradita. Et ſi quid horũ ab aliquibus uiolatũ eſt, auerſamur: Fraterna igitur ueſtra ſummo ſacerdotio cõgruens ſanctitas legitime & apte ad voluntatem Dei ſacerdotalem ſãctificationẽ ad miniſtrãs, celebrẽ adepta eſt gloriã. Dixit. n. per prophetã prius & magnus Pontifex Chriſtus: [Viuo ego, niſi eos, q̃ me glorificant, glorificabo.] Noſti enim ò uirgo. ũ deſideriorũ, quæ ſpiritus ſunt, longe tolerabiliorẽ eſſe Macedonij, & eorum, qui ab illo, ſãcti ſpiritus impugnatorum hæreſim. Nam cũ illi ſanctũ ſpiritum Dei, & patris creaturã, & ſeruum nugentur, hi ſuum ipſorum, quantum putant, ſeruum ipſum faciunt. Omnis enim dominus, quidq̃d habet, cum libuerit, uendit, ſiue famulum, ſiue aliquid aliud ex his, quæ poſſidet. Similiter & qui emit, uolens emptæ rei dominus fieri, argenti pretio eam acquirit. ita qui hoc nefariũ facinus admittũt, ſanctũ deprimunt ſpiritum, æque peccantes, atque illi, qui Chriſtũ in Beelzebub eijcere demonia ore blaſphemo dicebant; vel, ut uerius dicam, Iudæ proditori ſũt ſimiles, qui Dei interfectoribus Iudæis argẽti pretio Dominum vendidit. Quã do igitur ſpiritus ſanctus conſubſtantialis eſt Chriſto Deo noſtro; perſpicuũ omnino eſt, eos in eadẽ parte, ac ſorte numerandos eſſe, ut demonſtrauimus. Quòd ſi non uenditur, quemadmodum certe non uenditur, compertiſſimum quoque eſt in iſtis ſancti ſpiritus gratiam non eſſe, aut ſacerdotij ſanctificationem: Et quod non acceperunt, non habent. Meminerint ſancti Petri ad eum, qui id procurarat, hoc modo dicẽtis: [Non eſt tibi pars, neque ſors in ſermone iſto.] Nam ſi uenditur ſacerdotij dignitas; ſuperuacua igitur apud ipſos eſt honeſta uitæ inſtitutio, & puritatis, uirtutiſque cultus: ſuperuacuus apud ipſos & Paulus diuinus Apoſtolus, docens oportere epiſcopum eſſe ſine crimine, temperantem, modeſtum, aptum ad docendum, continentem, ſobrium, inſiſtentẽ fideli ſecundum doctrinam ſermoni, vt potens ſit & exhortari in doctrina ſana, & contra dicentes refellere. Pereunt igitur hæc omnia ex eo, quòd ſacerdotium uenditur, & emitur. Subiectæ igitur ſententiæ ex ſanctis collectæ alienum omnino à ſacerdotio pronunciant eum, qui quocumque tempore dederit, uel acceperit, ſiue ante ordinationem ſiue in ordinatione, ſiue poſt ordinationem, Accipere n. eſt quandocumque accipere. Sed & omnes eccleſiaſticas promotiones, in quibus pecunia interuenit, irritas eſſe iubent.

[Margin: † al. dignitate — Matth. 6. — Eſa. 40. — Ezech. 33 — Act. 20. — 1. Reg. 2. — Act. 8. — 1. Tim. 3. & Tim. 1.]

Item ex concilio Bracarenſi 2. c. 3.

¶ Et qui dat, & qui accipit, ut ordines ſacri præſtentur, anathema ſit.
C. XXII.

PLacuit, ut de [a] ordinatione clericorum, epiſcopi munera nulla accipiant: ſed ſicut ſcriptum eſt, quod gratis donante Deo accipiunt, gratis dent. Non aliquo pretio gratia Dei, & impoſitio manuum uenundetur: quia antiqua definitio patrum ita de eccleſiaſticis ordinationibus ſtatuit, dicens. [Anathema ſit danti & accipienti.] Propterea, quia aliquanti multis ſceleribus obruti †, ſancto altario indigne miniſtrantes, non hoc, teſtimonio bonorum actuum, ſed profuſione munerum obtinent; oportet [b] † non per gratiam munerum, ſed per diligentem prius diſcuſſionem, deinde per multorum [c] teſtimonium clericos ordinare.

[Margin: Iuo p. 5. ca. 128. — Matt. 10. — † i. e. quicũque. — † oportet ego orig. — † l. obnoxij]

[a] PLacuit vt de.] Argum. propter indignos hanc prohibitionem inſtitutam fuiſſe: porrigitur tamen ad omnes. j. eadem q. 3. peruenit. infra. 19 q. 2. duæ.
[b] ¶ Oportet.] Supra diſt. 85. cap. 1.
[c] ¶ Per multorum.] ſupra diſtinct. 67 reliqui, in fin. contra. ſup. 23. diſtin. lector. contra & 20. quæſt. 2. oportet. ſi. ſup. diſtin. 75. cap. 3. Sol. hic appellantur multi duo vel tres. Vel hoc intellige cum clerici ſunt ignoti.

EX

EX ILLA. CASVS. Concludit Gratianus ex duobus cap. ſupra poſitis: ſcilicet cap. Petrus, & cap. cum omnis, quòd ſimoniaci, ſicut hęretici à fide deuiant.

ITEM OPPONITVR: Hęc eſt quarta pars quæſtionis, in qua vult probare ſophiſtice, ꝙ dare aliquid pro rebus eccleſiaſticis, non eſt peccatũ. Ioannes de Fan.

CASVS. In hoc §. & ſequenti capitulo probat Gratianus ſuperficialiter, ꝙ vendere ſpiritualia nõ ſit peccatum. Et hoc facit tribus exemplis. Exẽplo Saulis, qui nõ iuit ad Samuelẽ ſine munere pro vaticinio expetendo. Exẽplo uxoris Hieroboam, quæ non iuit ſine munere ad hominem Dei: ſcilicet Achiam ꝓphetam. Et exemplo Chriſti, qui uenditus auriculam ſerui ſanauit. Sed has obiectiones ſoluit ſequenti ca. & §. cum ergo. c. numquam. ſecundum Hieronymum.

a ¶ Item opponitur.] Ei ſcilicet, quod propoſitum eſt principaliter, ꝙ ſcilicet vendere ſpiritualia ſit peccatum. uel ꝙ ordo vẽditus non habet gratiam ſpiritus ſancti.

b ¶ Iuda.] Huius obiectionis ſolutionem ponit infra. in §. cum ergo. in capitu. numquam.

Samuelẽ de quarta parte ſicli à Saule oblata. Quarto, excuſat Achiã de panibus ſibi ab uxore Hieroboã oblatis. Quinto, Heliſęũ de pecunia, quã Azael nũcius Benadab ſibi obtulit: qa non eſt veriſimile ꝙ acceperit.

d ¶ Eius.] Populi Iudaici. Ioan.

Ex illa auctoritate beati Ambroſij, & Gregorij patet, ꝙ ſimoniaci (ſicut & alij hæretici) à fide exorbitant: & ideo cõſequenter de illis intelligitur, quod de alijs decernitur.

c ¶Foris.] Sic intelligas cap.de toleratis, dic foris, i. extra eccleſiam, quę complectitur tantum grana. ſed ſi de præciſis, dic, foris, id eſt, extra eccleſiam militantem, quæ complectitur grana cum paleis, 7.q.1.§.cũ uero.
d ¶Apertè.] Cum ſit Chriſtianus eccleſiam impugnãs manifeſtè, ſiue perturbans eccleſiam occultè. 32.q.4. recurrat.uer.ſi.
SI ERGO. CASVS. Infert Gra. ex ſupradicto c. ſi iuſtus fuerit quòd ſimoniacorum ſacramenta alijs utilia ſunt, & ſi iſtis non proſint, ſimilitudine aquæ currẽtis per canales, & lucis, quæ ab immundis non coinquinãtur. Sed obijcit de ſacramentis hæreticorum, quæ uera ſunt quantum ad formam, & quo ad effectum, ſed ſoluit dicens, quod ſacraméta neceſſitatis cũ effectu cõferunt, ſed ſacramenta dignitatis, quo ad formam tantũ

nã confiteri poſſum cuicũq; in neceſſitate, de pę. diſ.1. quem pœnitet. Circa alia ſacramenta neceſſitatis, uel circa iſta duo cum non inſtat neceſſitas. hoc eſt attendendum, ꝙ cum peccat quis accipiendo, acta pœnitentia rata intelliguntur quo ad effectum. In ſacramentis uero dignitatis hoc eſt de iure, ꝙ nõ habeant executionem cum pœniteant accipientes, niſi cum eis diſpẽſetur. Et ſacramenta dignitatis ſunt ordines: & ideo dr̃ in plurali, quia ſunt plures ſpecies ordinis. 21. diſt. cleros. Et dicuntur dignitatis, quia à dignioribus, id eſt, epiſcopis conferuntur: uel quia non niſi digni 3. aſſumendi ſunt. Videtur* etiam ꝙ baptiſmus non ſit neceſſitatis ſacramentũ: arg. ff. de conſec. diſt.4. c. baptiſmi uicẽ.
i ¶Illa.] Hic aſſignat unam differentiam inter baptiſmum & alia ſacramenta: aliam ponit infra in ſe. §. ecce ſi clericus. aliam in illo. §. ecce cum honoris.
SI qui clerici.] CASVS. Dicitur in hoc c. ꝙ ſi quis cõi conſenſu ab epõ qui malè fuerit electus, toleratus tñ fuerit promotus: diſpenſatiuè poterit miniſtrare in eccleſia, ad quàm fuerit ordinatus, ſed non in alia. Seq. §. planus, & omnia uſque ad §. ecce.
k ¶Si qui clerici à pſeudo epiſcopis.] Id eſt non canonicè

dinati ſunt, quæ ad proprios epiſcopos pertinebãt, & ordinatio eorũ cum conſenſu, & iudicio præſidẽtium facta eſt, poteſt rata haberi, ita ut in ipſis eccleſijs[a] perſeuerent: Aliter autem uana eſt habenda ordinatio, quæ nec loco fundata eſt, nec auctoritate munita.

¶Caput hoc emendatum eſt, ac locupletatum ex ipſa epiſtola, & refertur ſupra diſt. 61. c. 1. §. ſi qui.

Ecce aliquis à pſeudoepiſcopis ordinatus, ſi locum ſuæ ordinationis mutauerit, vana eſt, & ſine adminiſtratione erit talis ordinatio.

Tempore, vt ait Innocentius epiſt. 22. c. 5. de ordinatis à Bonoſo.

¶Quæ pro neceſſitate conceduntur, eadem ceſſante ceſſabunt. C. XLI.

QVod pro neceſſitate temporis[b] ſtatutum eſt, ceſſante neceſſitate debet utique ceſſare pariter quod[c] vrgebat†: quia alius eſt ordo legitimus, alia uſurpatio, quã *a* ad præſens fieri tempus impellit.

Iuo in prologo fo. 3.
Pan. c. 19. in prologo.
j. ea. q. 7. c. qđ pro remedio.

† Concor princ. C. de ca. tollend. & 9. q. 1. ordinationes.

a ¶Quam ad præſens.] *Hæc ſunt addita ex Innocẽtio, cuius verba in hoc capite in ſummam redacta, infra autem q. 7. c. quod pro remedio plenius referuntur.*

Ergo aliquis alio tempore ab eo, qui Bonoſo ſimilis ſit, ordinatus ceſſabit ab adminiſtratione, quæ pro neceſſitate illius temporis fuit permiſſa.

Item promotione, vt ait Leo epiſtola 3. ad Iulianum† Aquilegienſem.

†*al. Iannariũ*

¶Qui ab hæreticis redeunt ſine ſpe promotionis in ſuis ordinibus recipi poſſunt. C. XLII.

SI quis[d] hæreticæ communionis contagione ſe macularit *β*, hoc in magno habeat beneficio, ſi adẽpta ſibi omni ſpe promotionis[e] in quo inuenitur[f] ordine, pmaneat.

j. ead. c. omnis. & q. 7. c. ſaluberrimum.

β ¶Macularit.] *Hic apud B. Leonem cum alia verba ſunt interiecta, tum c. ſaluberrimum. infra q. 7. caput enim hoc eſt quaſi ſũma quædam, quemadmodum & c. omnis. infra eadem, tametſi illud paulo plenius ſit.*

Ecce[g] ſi clericus uel ordinatione, uel quolibet ſacramento hæreticis communicat, ceſſans à promotione uix in ſuo ordine perſeuerat. Non eſt enim de ſacramento hoc, ut de cæteris. Cætera enim vel ad culpas abluendas dantur, ut baptiſmus, & pœnitentia: vel pro culpis non in æternum, ſed ad horam negantur, ut Euchariſtia, quæ in articulo mortis pœnitenti etiam de nefarijs peccatis conceditur; Hoc ſolum nõ ſolum pro culpa, ſed etiam pro infamia[h] interdicitur†, & pro imminuta munditia[i] ſiue, vel extrinſeca, uel intrinſeca perfectionis prærogatiua: ut bigamis, uel uiduæ maritis, uel illiteratis, uel corporis qualibet parte uitiatis denegatur, quibus tamen baptiſmus, uel Euchariſtia nõ negatur. Poteſt etiam talis cætera ſacramẽta adminiſtrare; qui iſtud ſolum[k] non valet conferre.

†*al. interdum etiam pro*

nicè electis, toleratis tñ. ſic 62. diſt. c. 1. arg. contra 12. q. 2. alienationes: Ibi ius commune: hic miſericordia.

a ¶Eccleſijs.] j. ea. q. 5. c. 1. contra. Sol. ibi pp ſcandalũ in eccleſia, quam per manifeſtã adeptus eſt ſimoniã, nõ permittitur miniſtrare. hic e cõtra, ſcilicet propter ſcãdalũ, cũ occultum ſit delictũ in eccleſia cui intitulatus eſt, & nõ in alia ſuſcipitur, vel hoc cum emit illũ ordinem, illud cum dignitatem uel beneficium. infra ea. erga.

b QVod pro neceſſitate tpis, &c.] Ceſſãte neceſſitate & diſpẽſatio ceſſare debet.

c ¶Quod.] Id eſt, qa diſpenſatio urget, uel qđ eſt accuſatiui caſus, id eſt, quod neceſſitas urgebat, id eſt, inducebat. Argu. contra infra 19. qõ. 2. duæ, ibi pp criminoſos. B Sol. ibi de cauſa impulſiua, hic de finali ff. de poſtu. l. 1.

d SI quis.] Hoc capitulum non loquitur de mero iure.

e ¶Promotionis.] ſ. 34. diſ. præcipimus. C. depoſi. ſi depoſiti. de hoc enim gratificare debet, ut ibi.

f ¶Inuenitur.] Niſi caſibus notatis. 9. q. 1. in ſumma 1.

1 Illos caſus ponit etiã hic Hug.

ECCE. CASVS. Hic oſtendit Gratianus aliud eſſe in ſacramento ordinis uel dignitatis, quod nõ confertur cum effectu ab hæreticis. aliud in ſacramẽto neceſſitatis, quod cum effectu cõfertur etiam ab hæretico, ut baptiſmus, pœnitentia, & Euchariſtia: quia ſacramentũ ordinis nõ ſolum ꝓpter culpam interdicitur, ſed etiam propter irregularitatem, unde ſacramenta neceſſitatis põt conferre qui iſtud ſolum conferre non poteſt.

g ¶Ecce.] Oſtendit magiſter in hoc §. differentiam inter ſacramenta dignitatis, & alia, & cauſam differentiæ.

h ¶Infamia.] Quæ etiam ſine culpa contrahitur. 6. quæſt. 1. §. uerum.

i ¶Munditiæ.] Vt in illo qui contrahit cum ancilla. 34. diſt. ſi quis uiduam.

K ¶Iſtud ſolum.] Scilicet ordinem.

Si

SI qui epi.] CASVS. Dr in hoc c. ꝙ ſi qs ordinauerit indignũ, et ſi depoſitionẽ euadat, de cętero nõ ordinabit, nec ſteterit illi ordinationi, quã cõtulit indigno.
a ¶Talem.] Extra de temp. ord. litteras.
b ¶Qualem.] Extra de præben.
c ¶Aliquo

eſt ꝗ. extra de temp. ord. litteras: quia ibi non indignum ſed indigne ordinauit. aliàs ſupereſt hæc veritas, quòd qui promouet indignum depoſitionem meretur, vt 50. diſt. ex pęnitentibus. & arg. hic ibi. euaſerint, ita tamen ſi ſcienter hoc facit, cum & ille ſit in notorio crimine. aliter non poſſet eum repellere ab ordine ſuſcipiendo. extra de temp. ord. ex tenore. Vel dic, ꝙ variæ ſunt pœnæ, hodie mitius agitur, vt extra de præben. graue.

Ordinantiũ indignos punitio.

Vnde Leo ait ad epiſcopos Africæ, epiſt. 85. al. 87. c. 2.

¶De epiſcopis, qui talem conſecrant, qualem conſecrare non licet. C XLIII.

25. q. 2. c. ſi qui epiſcopi. Anſel. l. 6. c. 74. Iuo p. 5. c. 107. †*nec ei ſacramento*] orig.

SI qui epiſcopi talem [a] conſecrauerint ſacerdotem, qualem [b] non liceat; etiam ſi aliquo modo [c] damnum proprij honoris euaſerint, ordinationis [d] tamen ius vlterius non habebunt [e]: nec † illi [f] vnquam [g] ſacramento intererunt; quod neglecto diuino iudicio, immerito præſtiterunt.

Ecce [h] cum honoris periculum euadant, vt cætera ſacramenta ſacerdotaliter adminiſtrare permittantur, ab hoc ſolo non modo pro hæreſi, vel pro qualibet maiori culpa, ſed etiam pro negligentia remouentur. In quibus ſolicitę notandum eſt, quod ſacramentum ſacerdotalis promotionis præ cæteris omnibus magis accurate, & digne dandum, vel accipiendum eſt; quia niſi ita collatum fuerit, eo deſinet eſſe ratum, quo non fuerit rite perfectum. Cætera enim ſacramenta vnicuique propter ſe dantur, et vnicuiq; talia ſunt, quali corde, vel conſcientia accipiuntur. Iſtud ſolum non propter ſe ſolum, ſed propter alios datur: & ideo neceſſe eſt, vt vero corde, mundaque conſcientia, quantum ad ſe, ſumatur: quantum ad alios vero, non ſolum ſine omni culpa, ſed etiam ſine omni infamia propter ſcandalum fratrum: ad quorum vtilitatem, non ſolum vt præſint, ſed etiam vt proſint, ſacerdotium datur.

Vnde Hieronymus ad c. 3. Micheæ.

¶Simoniaci rei ſunt infidelitatis eorum, qui à ſe ſcandalizantur. C. XLIIII.

HI, quoſcunque [i] de aſſeclis ſuis ordinant clericos, & vitam eorum in ſcandalum [k] populis exponẽtes, rei ſunt infidelitatis eorum, qui ſcandalizantur.

Reuera enim qui ad hoc eliguntur, vt cæteris præſint, ſicut præordinantur dignitate, ſic præeminere debent ſanctitate. Alioquin, cur cæteris præferuntur, qui nulla meritorum gratia à cæteris aſſumuntur? Hinc etiam Symmachus Laurentio Mediolanenſi epiſcopo poſt ſextam ſynodum Romanam.

e ¶Non habebunt.] ſcilicet cum aliquis punitur in eo in quo deliquit.
f ¶Illi.] Baz. dicit, ꝙ illum eundem ordinem non poteſt conferre, ſed minorem vel maiorem bene; arg. extra de temp. or. litteras. quia hæc pœna eſt, & ideo non debet amplius extendi, quam inueniatur delictum. H. contradicit ꝙ hæc actio illi facit ſimplicem relationem.
g ¶Vnquam.] Argu. in eo puniendum eſſe aliquem in quo deliquit. 12. quæſt. 2. de viro. &c. qui & humanis inf. ex. q. 5. c. 1. & diſtin. 81. valet. 17. q. 4. frater. & 7. q. 1. ſi quis de ordine. & 33. q. 2. admonete. inf. 27. q. 2. qui dormierit.

Pęna infligetur ſm delictum.

In quo qs deliquit, in eo puniri debet.

ECCE. CASVS. In hoc §. oſtendit G. quare ſacramentum ordinis magis diſcrete conferendum eſt, quàm cætera ſacramenta: qa alia pro accipiente tantum; iſtud vero pro alis confertur, vnde debet conferri non ſolum ſine omni culpa, ſed etiam ſine omni infamia.
h ¶Ecce.] Adhuc perſeuerat aſſignando differentiam, & cauſam differentiæ.

HI, quoſcunque.] CASVS. Dicitur in hoc cap. ꝙ epiſcopi, qui ſeruientes, vel ſeruos ſuos indignos ordinant, rei ſunt infidelitatis eorum, qui ſcandalizãtur propter hoc. Quæ ſequuntur plana ſunt vſque ad c. dedit. Sed ſcias, ꝙ §. ille, Patet. reſpicit ſupradicta c. ſcilicet ſi iuſtus fuerit. &c. ex catholica.
i ¶Quoſcunque.] Id eſt, aliquos indignos, quod collige ex illo verbo, aſſeclis, ab aſſequor 2 aſſequeris, vnde & aſſecla ſeruus. aliter ſi eſſent digni, plus eis tenerentur. arg. 12. q. 2. hæc huius. 86. diſt. non ſatis.
k ¶In ſcandalum.] Qui ergo occaſionem damni dat, damnum, &c. extra de iniur. & dam. ſi egreſſus 3. infra ead. placuit 2. argumen. contra. 23. quęſt. 5. de occiden dis. §. 1. Dic, prima intelligitur de cauſa proxima, & cum cul-

e Aſſecla dicitur aſſecutor, ab aſſequendo, eo ꝙ ſequatur aliquem lucri cauſa ſm Papi.
3 Concord. text. in l. ſi quis ad ſecũ ibi not. C. ad legẽ Iuliam de vi publ.

c ¶Aliquo modo.] Diſpẽſatiue. ſ. cum punitur aliquis in eo in quo deliquit. In increpatione, vt 45. diſtin. cum beatus. Item in ſcientię recognitione. 16. q. 1. reuertimini. in fi. Item in poteſtate ligandi vel ſoluendi. 24. q. 3. de illicita. Item in priuilegijs, 11. q. 3. priuilegium. Item in ordinis collatione, vt in c. præſenti, ſi qui epiſcopi. Item in honoris ablatione, vt dixi 99. diſt. nullus. Item in armorum retentione, vt 1. q. 7. c. 1. H.
d ¶Ordinationis.] ꝗ. diſt. 50. ex pęnitentibus. contra. ꝗ. diſt. 36. qui eccleſiaſticis. contra. ꝗ. 55. diſ. nullus. ꝗ. diſt. 51. c. 1. in §. 1. Sol. ibi de his, qui ex pertinacia contra canones ordinãt tales. hic de illis qui ex ſola negligentia hoc faciunt, intelligitur 1. arg. 2. q. 1. in primis. nec

Prælati in multis excedunt.

1 Et ſic uidetur intel ligere Gra. inf. §. 1.

cum culpa:contraria de cauſa remota, & ſine culpa,ff. de ſer.cor.l.Neratius.

a Viliſſimus.] Supra.diſt.25.§.nunc autem.

b ¶Niſi precellat.] Id eſt,niſi habeat illam diſcretionem , quæ in prælato exigitur, etſi non eminentem, tamen ſufficientem, extra de elec. cum nobis olim. ſufficit enim quod ſit bonus 1. 65. diſtinct.cap.vlt. Quid ergo ſi omnes ſint ualde periti?nõ ideo erit iſte uiliſſimus, quia non eſt ut Salomon. de hoc octaua quæſt. prima,licet.

putaret aquam ſine ſpiritu ſancto ſufficere ad ſalutem. De hoc etiam Ambroſius . Quidam negauerunt ſe ſcire ſpiritum ſanctum cum baptizatos ſe dicerent baptiſmo Ioannis : quod tamen in aduenientis Ieſu non in ſuo baptizanit nomine. iſti ergo qui nec in Chriſti nomine

Scientia prælati ſit ſaltem ſufficiens.

1 Grauitas & Iduſtria in prælato requiritur. ī.ea.ca.fertur. verſi.ſi enim,&c.

¶Sicut honore,ita & ſcientia quiſque præcellere debet. C. XLV.

Viliſſimus † [a] computandis eſt, niſi præcellat [b] ſcientia,& ſanctitate, qui eſt honore præſtantior.

† *Viliſſimis comparãdus*] orig.

ī.c. ex catholica.& c.iuſtus.

7 *Patet ergo* [c] *illud Auguſtini(ſacramenta videlicet Chriſti per hæreticos miniſtrata ſuo non carere effectu) non de omnibus intelligi generaliter,ſed de ſacramento baptiſmi.*

Vnde idem Auguſtinus ait tract.5.in Ioannem.

¶Baptiſmus ſiue per bonum, ſiue per malum miniſtretur, reiterari non debet. C. XLVI.

Dedit [d] baptiſmum Iudas, & non baptizatum eſt poſt Iudam: dedit [e] Ioannes [f], & baptizatũ eſt [g] poſt Ioãnem ; quia qui datus eſt à Iuda , baptiſmus Chriſti erat [h]; qui autem à Ioanne datus eſt, Ioannis erat. Non Iudam Ioanni,ſed baptiſmum Chriſti,etiam per Iudæ manus datum , baptiſmo Ioannis etiam per manus Ioannis dato recte præponimus. *& paulo poſt.*¶ Quos baptizauit Ioannes, Ioãnes baptizauit:quos autem baptizauit Iudas, Chriſtus baptizauit. Sic ergo quos baptizauit ebrius [a] [i],quos baptizauit homicida,quos baptizauit adulter, ſi baptiſma Chriſti erat, Chriſtus baptizauit. *Item paucis interiectis.*¶ Quod ſacramentum tam ſanctum eſt,ut nec homicida miniſtrante polluatur.

A[u]g.l.3.c.10.

PATET ERGO. Hæc eſt 7. pars huius quæſt. in qua dicitur, ꝙ ſacramentum collatum in forma eccleſiæ à malo catholico tolerato,ratũ eſt.Ioãnes de Fant.

c ¶Patet ergo.] Reſpicit illud cap. ex catholica.& ca.ſi iuſtus.

Dedit. [d] CASVS. In cathæcumeno baptizando non attenditur meritum dãtis, ut probatur exemplo Iudæ: quia quos baptizauit,non ſunt poſtea baptizati :quia Chriſtus eos baptizauit . ſed bene baptizati à Ioãne ſunt poſtea baptizati :quia Ioannes erat baptiſmus. Sic ergo quos baptizat ebrius,adulter,& homicida, Chrs baptizat.

d ¶Dedit.] Quia baptiſmus collatus à Ioanne erat quodam ſacramẽtale, quo abluebatur corpus exterius tm. de conſe.diſt.4.baptiſmus & valebat ad aſſuefactionẽ.

e ¶Dedit.] In nomine Chriſti,uel in nomine patris, & filij,& ſpiritus ſancti: & ideo non fuit,&c.de conſecra. diſtin.4.aliud.

f ¶Dedit Ioãnes.] In nomine venturi,&c.& ideo fuit Ioannis.

g ¶Et baptizatum eſt.] ī.de conſecr.diſtin.4.non regenerabantur.

h Baptiſmus Chriſti erat.] In quarto libro ſententiarũ legitur. Hic conſiderandum eſt ſi baptizati ſunt baptiſmo Chriſti à Ioãne baptizati: & qua forma uerborum ſit uſus Ioannes.Illi reſpondet,qui baptizati ſunt à Ioãne neſcientes ſpiritum ſanctum eſſe,ac ſpem ponentes in illius baptiſmo,poſtea baptizati ſunt baptiſmo Chriſti.baptiſmus autem Ioannis tantum dabatur in nomine uenturi.unde Hierony.ſuper Io.Qui dicit ſe in Chriſtum credere, & non credit in ſpiritum ſanctum, nondum habet claros oculos.Vnde baptizati à Ioanne. In nomine uenturi, id eſt, domini noſtri Ieſu Chriſti: qui dixerunt , ſed neque ſi ſpiritus ſanctus eſt audiuimus, iterum baptizati ſunt in nomine Chriſti explicite . Illi vero qui ſpem in baptiſmo Ioannis habebant & patrem,& filium,& ſpiritum ſanctum credebant:non fuerunt poſtea baptizati, ſed impoſitione manuum ab Apoſtolis ſuper eos facta, ſpiritum ſanctum receperunt. Alij vero qui nõ ita credebant,baptizati ſunt baptiſmo Chriſti,ut dictum eſt.Vnde Hierony.Qui ſpiritum ſanctum neſciebant cum baptiſmum à Ioanne acceperũt, iterum baptizati ſunt, ne quis ex Iudæis uel gentilibus nomine,nec cum fide ſpiritus ſancti baptizati fuerant, non poterant accipere baptiſmi ſacramentum . Baptizati ſunt igitur in nomine Chriſti, nec iteratum eſt in eis ſacramentum,ſed innouatum . Sed quæritur, cum in baptiſmo Ioannis non confertur remiſſio peccatorum, vt de conſe.diſt.4.non regenerabantur.nec ad ueritatẽ baptiſmi valeat fides alicuius,uel infidelitas officiat.de conſe.diſt. 4.quomodo.& ſeq.c.cur reiteratur baptiſmus in quibuſdam à Ioanne baptizatis:maxime cum per circunciſionem originale fuiſſet deletum , ut extra de bap.maiores §.caute . Nam ſi dicas baptiſmũ Chriſti neceſſarium eſſe etiam circumciſis, concludiẽ ergo,quod in omnibus baptizatis à Ioanne neceſſariũ eſt,ſiue bene crederẽt,ſiue male. Si aũt dicas nõ eſſe neceſſariũ:quare ergo baptizati ſunt baptiſmo Chriſti iã à Ioanne baptizati.cum iidem eſſent circunciſi ? poteſt dici forte , ꝙ ante paſſionem Chriſti nulli erat baptiſmus neceſſarius 2,ſed tantũ baptizati ſunt ab Apoſtolis ne putarent alioqui baptiſmum ſine ſpiritu ſancto ſufficere ad ſalutem,quod credo. Vel forte à baptiſmo Chriſti,id eſt,poſtquam Chriſtus baptizatus fuit,oĩbus baptiſmus fuit neceſſarius,ſiue Ioannis *, ſiue Chriſti: ſed baptiſmus Chriſti tanquam à ſeipſo ratus,non indiget fidei adminiculo.ſecus in Ioannis baptiſmo.unde baptizati ſunt quibus recta fides non affuit: quod locum habuit in baptiſmo Ioannis. Vnde quod no.de conſec.diſt.4.ex quo.

i ¶Ebrius.] Ita tamen,quòd ſentiat quid faciat : quia intentio baptizati & baptizanti exigitur 3 , ut infra de conſecra.diſtinct.4.ſolet.quia nemo dicit quod nõ ſentit.ff.de ſup.le.l.Labeo. & ita nõ eſt ſ.ī.ea.§.ecce.

Sicut

Baptizati à Ioãne an debuerunt rebaptizari baptiſmo Chri.

Baptiſmus Ioannis nõ conferebat peccatorũ remiſſionem.

2 Scilicet quia ianua paradiſi nondũ erat aperta. extra de baptiſ. maiores.Arch.

* *Vide.B.Th.p.3.q.38.per totam , & præſertim ar.c.*

3 Arg.contra de conſecr.diſt.3. baptiſmus in fin.c.nõ illud.Arch.

SIcut urgeri.] CASVS. Donatiſta dicebat, ꝙ hæreticus ſi baptizat, peccata dimittit: quod Auguſt. negabat. Sed dicit Aug. ergo eadem ratione auarus, id eſt, ſimoniacus dimittit peccata, quod ipſi hæretici negabant; verũtamẽ ſi attẽdas uim meriti, neuter dimittit: ſed ſi

sed ſi uim ſacramenti attendas, uterque dimittit. Nam quo ad merita utrumque membrum mortuum eſt; & ad hoc ut reuiuiſcant, oportet alterũ ab hæreſi, alterum uero ab auaritia ſeparari. Seq §. patet.

a ¶ Dimittit peccata.] Supra ea remiſſionem.

b ¶ Sic & ego.] Argu. ſufficere reſpondenti dare inſtãtiam 1. alibi ſufficit aſſignare rationẽ. 28. q. 1. ſic enim. Et dicit Ariſtoteles octauo Topicorum: optima inſtantiarum eſt dicere, quare non ſic. Sic ordinabis argumentum. hæreticus iuſtè baptizat. ergo dimittit peccatũ, quod ego nego. & inſto: auarus baptizat iuſtè; ergo dimittit peccatum, quod non concederent ipſi. ſed dic inſtantiam non ualere; quia ſecundũ ſuam opinionem cõcludit. ſic 27. q. 1. nuptiarum.

Inſtructio rñdentis.

1 Inſtantiã gl. ſing. ſm Iaſonem in l. ulti. in fi. C. vnde lib. Glo. ſimilis in l. creditori. de oper. noui nunc. ubi Alex. & Iaſon.

α ¶ Ebrius.] *Addita, ſublata, & emendata ſunt nonnulla in hoc capite ex originali, non tamen uox iſta ob gloſſam. Legendum eſt enim*, ebrioſus.

Idem de baptiſmo contra Donatiſtas, lib. 4. c. 4.

Poly. l. 3. tit. 10. Anſ. l. 9. c. 35. Iuo p. 1. c. 165. & p. 2. c. 94.

¶ De eodem. C. XLVII.

SIcut vrgeri videor, cum mihi dicitur, ergo hæreticus dimittit [a] peccata? ſic & ego [b] vrgeo, cum dico, ergo qui cœleſtia mandata non ſeruat, auarus, raptor, fœnerator, inuidus, verbis, non factis ſæculo renuncians dimittit peccata? ſi per uim ſacramenti Dei; ſicut & ille, ita & ille: ſi per meritum ſuum; nec ille. Illud enim ſacramentum & in malis hominibus Chriſti eſſe cognoſcitur. In corpore autem unicæ columbæ [c], incorruptæ, ſanctæ, pudicæ, non habẽtis maculam, aut rugam, nec ille, nec ille inuenitur. [Vt ſi cuius β manus eſſet arida, uerum quidem eſſet membrũ: quamuis ſine ſanguine, & inefficax eſſet & mortuum: ſic & fides, cum ſit uera, tamen ſine operibus mortua eſt.] *Item paulo poſt.* ¶ Sic ergo in hæreſi baptizatus in nomine ſanctæ Trinitatis, tamen non fit templum Dei, ſi ab hæreſi non receſſerit; quomodo neque in auaritia in eodem nomine baptizatus fit templum Dei, ſi ab auaritia non recedat, quæ eſt idolorum ſeruitus.

Eph. 5.

Iac. 2.

Coloſſ. 3.

β ¶ Vt ſi cuius.] *Verba hæc uſque ad verſi. Item in vulgatis Beati Auguſtini codicibus eo loco non leguntur, neque apud cæteros collectores.*

§ *Ex his itaque verbis apparet baptiſma quod ab hæreticis tribuitur, uirtute ſua remiſſionem conferre peccatorum.*

Sed idem Auguſtinus econtra teſtatur libro 6. de baptiſmo contra Donatiſtas, c. 1 dicens.

¶ Baptiſma Chriſti, etſi nulla peruerſitate uioletur, apud hæreticos tamen caret effectu. C. XLVII.

ETiam [d] corde tardiores, quantum exiſtimo, intelligũt baptiſmum Chriſti nulla peruerſitate hominis, ſiue dãtis, ſiue accipientis poſſe uiolari. Sed quia [e] aliud γ eſt ſacramentum ab effectu ſacramenti; cum eos qui in ipſa unitate eccleſiæ perdite uiuunt, conſtet remiſſionẽ peccatorum nec dare, nec habere poſſe: quia non malignis, ſed bonis filijs dictum eſt: [Si cui dimiſeritis peccata, dimittuntur ei; ſi cui tenueritis, tenebũtur.] patet ergo hæreticos [f] tantum dare, uel accipere ſacramentum baptiſmi, & non dare remiſſionem peccatorum.

Ioan. 20.

γ ¶ Sed quia aliud.] *Hinc vſq; ad finem verbis B. Auguſtini in ſummam redactis, ſententia tamen manet incolumis. Integer totus habetur de conſec. diſt. 4. Quomodo. §. Non ob aliud.*

Idem in ſermone xi. de verbis Domini, de blaſpemia in Spiritum ſanctum.

c ¶ Vnicæ columbę.] Quę complectitur tm grana ſine palea. 32. q. 4. recurrat. ſ. contra remiſſionem. in gloſ. fina.

EX HIS. Hæc eſt 8. pars q. in qua dicitur, ꝙ baptiſmus in forma eccleſiæ datus à quocunque tenet: ſed præciſus baptizatus non ſaluatur, ſicut membrum præciſum à corpore non habet ſpiritum uitæ. Ioan. de Fant.

ETiam.] CASVS. Ab iſto loco probat contrarium; ſcilicet ꝙ baptiſma hæreticorum non habet effectum. Eſt ergo caſus talis. Dicitur in hoc c. ꝙ etiã tardi ad credendum intelligunt, ꝙ malus dat & accipit uerum baptiſma, ſed non dat remiſſionem peccatorum, qui eſt effectus ſacramenti: quia tantũ bonis dictũ eſt, Cui dimiſeritis pctã, & c.

d ¶ Etiam.] Ab illo loco inducit magiſter capitula, quibus uult probare, ꝙ hęretici. et ſi ſacramentum conferre poſſint, nõ tñ effectum ſacramenti. quandoque tamen inducit, ꝙ poſſint effectum conferre, & ſub iſta alternatione uenit uſque in finem qõnis fracto frœno.

Hęretici nõ conferũt effectum ſacramenti.

e ¶ Sed quia.] Sicut aliud eſt elementum aliud conſecratio, ut de conſecra. diſtin. 4. per aquam. & ideo notatus fuit Cyprianus; quia non fecit iſtam differentiam. infra ead. ſi quis inquit.

f ¶ Hæreticos.] Sacramentum gratiæ dat Deus etiam per m-

Sacramẽtũ gratiæ dat Deus per malos.

per malos; ipſam vero gratiam non niſi per ſeipſum, vt inf. de conſe. diſt. 4. quomodo.

CORporalia.] CASVS. Dicitur in hoc, ꝙ ſicut mẽbrum amputatũ ſenſu caret, & ineſſicax reputatũ, ſic & corporalis baptiſmus hæreticorum eſt ablutio ſine effectu.

SED NOTANDVM. Hæc eſt 9. pars. q. in qua dicitur, ꝙ quidam hæretici non baptizant in forma eccleſiæ, & talis baptiſmus iteratur. Alij hæretici dant in forma eccleſiæ, & talis non reiteratur. Ioan. de Fan. CASVS. Soluit nũc Gratianus dicẽs, ꝙ ſupra dic. c. & ma-

¶De eodem. C. XLIX.

CORporalia [a] ſacramenta, quæ portant, & celebrant etiam ſegregati ab vnitate corporis Chriſti, formam poſſunt exhibere pietatis [b]: Virtus vero pietatis inuiſibilis, & ſpiritalis ita in eis non poteſt eſſe; quemadmodum ſenſus non ſequitur hominis membrum, quando amputatur à corpore.

¶In aliquot vetuſtis codicibus hoc & ſequens caput ſunt coniuncta ſuperiori.

Item Ambroſius in libro de initiandis rudibus.

¶De eodem. C. L.

NNon ſanat baptiſmus [c] perfidorum; non mundat, ſed polluit [α]: quia in diluuio [d] aquarum multarũ ad Dominum non approximatur; quia, vt per Apoſtolum dicitur: [Quidquid non eſt ex fide [e], peccatum eſt.] & ipſis, qui faciunt, & quibus faciunt, non ſolum non prodeſt; ſed & ad iudicium eſt. Algerius l. 3. c. 1. & 13. *Pſal.* 31. *Rom.* 14.

α ¶Polluit.] Hucuſque Ambroſius. Sed Algerus libro tertio c. 1. referens hunc locum, addit vſque ad ver. approximatur, *ac deinde c. 13. citans etiam eundem librum B. Ambroſij, adiungit reliqua huius capitis vſque ad finem.*

Item Leo ad Nicetam Aquilegienſem epiſcopum, epiſt. 77. al. 79. c. 7.

¶Per manus impoſitionem confirmentur, qui ab hæreticis baptiſma accipiunt. C. LI.

HI, qui baptiſmum ab hæreticis acceperunt, cum baptizati [f] antea nõ fuiſſent, ſola inuocatione ſpiritus ſancti per impoſitionem manuum confirmandi ſunt; q̃a formam tantum baptiſmi ſine ſanctificationis uirtute sũpſerunt. Et hanc regulam, vt ſcitis, ſeruandam omnibus eccleſiijs prædicamus, vt lauacrum ſemel initum nulla iteratione violetur, dicente Apoſtolo: [Vnus [g] Dominus, vna [h] fides, vnum [i] baptiſma:] Cuius ablutio nulla iteratione temeranda eſt: ſed, ut diximus, ſola ſanctificatio ſancti ſpiritus inuocanda eſt, ut quod [k] ab hæreticis nemo accipit, à catholicis ſacerdotibus conſequatur. Poly. l. 3. tit. 10. Infr. ead. c. hãc regulam. *Epheſ.* 4.

9. *Sed notandum eſt, quòd hæretici, vt Arriani, & Sabelliani, quorum* [l] *alij inæqualitatem, alij indiſcretionem perſonarum* [m] *confitebantur, baptiſma nõ in forma eccleſiæ* [n], *ſed ſuæ peruerſitatis miniſtrabant. ¶De his ſpecialiter* ſ.c. non ſanat.

a ¶Corporalia.] q̃a miniſterio corporũ, & circa corpora conferũtur, vel quia quædã ſunt corporea, vt chriſma, uel formæ corporum ſunt, vel quia ſub corporalib. ſpeciebus conferuntur 1. Sed nunquid cum corpore pereũt. arg. ꝙ non. infr. ead. quod quidam. 32. q. 7. tantum ualet.

1 Vel dic, ꝙ hoc dicit ad differentiam ſpiritualium ſacramentorũ. Eſt enĩ baptiſmus ſpiritualis & inuiſibilis, ut interior eſt etiã corporalis, & viſibilis ſicut exterior. Similiter ordo, & cõfirmatio, & extrema vnctio, corpus Domini, & pœnitentia, ſecũdum Hu. & Pau.

b ¶Pietatis.] Id eſt, sãctæ religionis & veritatis: ſed ideo dicit, q̃a tunc eſt ibi pietas, cum ueritas, &c.

NNon ſanat.] CASVS. Dicitur in hoc ca. ꝙ baptiſma ꝑfidorum nõ prodeſt. Et hoc probatur Apoſtoli auctoritate dicẽtis, omne quod non eſt ex fide, peccatum eſt: immo potius nocet aſſumentibus illud baptiſma.

c ¶Baptiſmus.] Datus extra formã eccleſiæ, vt infr. eod. § ſed notandum.

d ¶Qui in diluuio aquarũ.] Id eſt, multiplicitate diuerſarũ sẽtẽtiarum, vel ſectarũ 2, vel in diluuio tãtũ, quia ſolus baptiſmus non ſufficit niſi & gratia detur.

Diluuium aquarum.

2 Vel dic in diluuio, in carnalibus concupiſcẽtijs, uel, id eſt, cum inundabunt aquę. id eſt, pœnę, & angustię i. diei iudicij ſecũdum Hug.

e ¶Ex fide.] Id eſt, cũ fide operante per dilectionem.

HIq.] CASVS. Dicitur hic, ꝙ hi qui ab hæreticis baptizantur, per impoſitionẽ manus epiſcopi ſunt confirmandi, vt ſic gratiã ſpiritus ſancti in eccleſia recipiant: baptiſma tñ reiterari non debet, dicente Apoſtolo: vnus deus. &c.

f ¶Baptizati.] Nam tunc nihil acceperant ab eis. 68. diſt. §. hi vero.

g ¶Vnus.] Id eſt, incommutabilis.

h ¶Vna.] Id eſt, ab vno veniens.

i ¶Vnum.] Id eſt, vnam habens efficaciam in omnib. ſiue paruulis, ſiue adultis: niſi malitia ſuſpicientis impediat, vel vnum, quia non iterandum.

k ¶Vt quod.] Scilicet ſanctitatis uirtutem, gratiam, remiſſionem peccatorum exaudi tamen, ut dicit Gratianus. infr. ea. §. nemo. Nam aliter conſtitutus in neceſſitate accipit. 32. diſ. §. verum.

maxime ca. non ſanat. intelliguntur de his qui non baptizati ſunt in forma eccleſiæ, qui debent iterum baptizari. Et hoc probat per ſeq. cap.

l ¶Quorum.] Vt Ariani, qui dicunt filium nõ coæternum patri. 24. q. 3. c. quidam. ver. Arriani.

m ¶Perſonarum.] Vt Sabelliani, qui dicunt eandem perſonam eſſe patris, & filij & ſpiritus ſancti, vt 24. q. 3. quidam. verſi. Sabelliani. Error Sabellianorum.

n ¶Eccleſiæ.] Quæ neceſſaria eſt. 32. diſtiu. §. verum. & inf. ea. c. detrahe.

SI quis confugerit.] CASVS. Statutū fuit in Nicæno concilio, vt baptizati à Paulianiſtis pręter formam eccleſię, ad nos redeuntes debeant iterum baptizari, eorum clerici, ſi aliàs fuerint inculpabiles, poſt baptiſma apud nos ordinentur, ſi vero minus idonei inueniantur, repellantur.

Cataphrygæ, qui non baptizant in forma eccleſiæ. & ſic ſoluuntur ꝯria infra. de conſe. diſtinct. 4. qui bis. ſed hic non fuit facta iniuria ſacramento, cum nullum præceſſerit: ibi contra: vel hoc intelligendum eſt per illud. Nam ibi dicitur, niſi neceſſitas, &c. Item cõtra. inf. ea. ſi quis per ignorantiam. ſed hoc de diſpenſatione, illud de rigore. Vel hic loquitur de iure; quia cum hic nullum fuit prius baptiſma, nec ordo, unde nõ fit hic iniuria alicui ſacramento: ſed tantum baptizantur & ordinãtur. nec tangit illud capitu. hoc: quia ibi alius caſus, ſcilicet quia ibi ſunt duæ quæſtiones ſecundum unum caſum.

Baptiſmo au fiat ıı ıa ria per re te rationem.

Ambroſius locutus eſt dicens: [Non ſanat baptiſmus perfidorum, &c.] Sed etiam, vt rebaptizentur, & reordinentur, in concilio Nicano c. 19. ſtatutum eſt.

¶Rebaptizentur, & reordinentur, qui de Paulianiſtis, & Cataphrygis ad eccleſiam redeunt. C. LII.

SI quis confugerit ad eccleſiam catholicam de Paulianiſtis [a], & Cataphrygis [α] [b], ſtatutum eſt rebaptizari eos omnino debere. Si qui vero clerici erant apud eos, ſi quidẽ inculpati fuerint, & irreprehenſibiles, rebaptizandi ſunt, & rurſus [c] etiam ab epiſcopo eccleſiæ catholicæ ordinentur. Si vero examinati, minus fuerint apti deprehenſi; deponi [d] eos oportet. Similiter autem & circa diaconos [β], & de omnibus, qui in eodem clero inueniuntur, eadem forma ſeruabitur.

α ¶Cataphrygis.] *Legitur hæc dictio in priſca verſione quæ eſt in varijs exemplaribus collectionis Iſidori impreſſis, ac manuſcriptis: ſed non eſt in canone græco, neq; in verſione Dionyſii, aut alijs recentioribus. Quod autem & iſti baptizandi ſint traditum eſt in concilio Laodiceno. c. 8. in ſynodo ſeptima ſeu ſecunda Nicana, c. 7. & infra de conſe. diſt. 4. c. hi vero. quod eſt Gregorij.*

β ¶Diaconis.] *Græce eſt*, περὶ τῶν διακονισσῶν, καὶ ὅλως περὶ τῶν ἐν τῷ κανόνι ἐξεταζομένων, *id eſt*, De diaconiſſis, & de his omnino, qui in commune connumerantur.

Item Innocentius ad epiſcopos Macedoniæ, epiſt. 22. c. 5.

¶De eodem. C. LIII.

PAulianiſtæ [e] in nomine patris, & filij, & ſpiritus ſancti minime baptizabant; & Nouatiani iiſdem tremendis, venerandiſque nominibus baptizant; nec apud iſtos de unitate poteſtatis diuinæ, hoc eſt patris, filij, & ſpiritus ſancti quæſtio aliquando mota eſt.

Alij [f] formam eccleſiæ in baptizando ſeruant. Sed, dum ab eis baptizantur, qui in hæreſi, vel ſchiſmate eis communicant, ſacramentum quidem baptiſmi ab eis accipiunt, virtutem vero non conſequuntur, quam ſine fide nullus conſequi poteſt. Vnde de Domino dicitur, quod in patria [g] ſua non poterat [h] facere ſignum propter incredulitatem eorum. Luc. 4.

Vnde Auguſtinus tract. 80. ad c. 15. Ioannis, & ſermone de cataclyſmo, c. 3. initio.

¶Dum verbum accedit ad elementum, fit ſacramentum. C. LIIII.

DEtrahe [i] verbum, & quid eſt aqua, niſi aqua? acce-

c ¶Rurſus.] Argu. ꝙ non baptizatus nullũ recipit ordinem extr. de presbyt. non bapti. c. ſi quis presbyter. inf. eo. tit. c. ſi quis p ignorantiã, ſ. ea. cũ Paulus.

Ordinari nequit qui baptizatus non eſt.

d ¶Deponi.] De facto, vel deponi, id eſt, nõ admitti.

1 Scilicet de eo ordine quem apud hæreticos uidebamur habere. Arc.

e PAulianiſtæ.] Iſti non baptizabãt in forma eccleſiæ; ſed Nouatiani ſic; ſed rebaptizant iam baptizatos. Sed illi, qui ab eis in forma, eccleſiæ ſunt baptizati, ſi eis cõmunicant in hæreſi: tunc effectum ſacramenti non recipiunt, quẽ nullus ſine fide conſequi poteſt.

f ¶Alij.] Hic §. reſpicit §. ſupra poſitũ, ſed notandum.

g ¶In patria.] Quia nemo propheta eſt acceptus in patria ſua.

h ¶Non poterat.] Id eſt nolebat: vel quia potentiæ ſuæ non cõgruebat. arg. 32. q. 5. ſi Paulus. quia ipſi erant increduli. ſed nonne poterat facere ne eſſent increduli. & ita facere miracula? nam dicit regula iuris, ꝙ qui poteſt facere ut poſſit, dicitur poſſe, ut ff. de regu. iur. qui poteſt. ſed lex illa intelligitur de eo, qui tenetur ex neceſſitate, & adſtrictus eſt ad aliquid faciendum.

Error Paulianiſtarũ.

a ¶Paulianiſtis.] Qui dicebant Chriſtũ non fuiſſe ſemper, ſed a Maria ſumpſiſſe initium, vt infra. 24. q. 3. quidam §. Paulianiſtæ.

b ¶Cataphrygis.] Cataphrygæ dicunt ſpiritum ſanctũ paruulum hominem, &c. vt in prædi. c. quidam. verb.

DEtrahe verbum.] CASVS. oſtẽditur hic, ꝙ ſi verbũ Euangelicũ ſub forma debita apponatur ad aquã, ipſa fit ſacramentum: in qua tanta virtus eſt, vt corpus tangat, & cor abluat, non tamen quia verbum dicitur, ſed quia fides adhibetur. Seq. §. patet.

Detrahe verbum ab aqua, &c. ꝙd ſignat ibi verbũ.

i ¶Detrahe.] Id eſt, ſi aliquis immergat aliquem, & non

dit verbum [a] ad elementum, & fit ſacramentum [b]. *& infra.* ¶Vnde iſta tanta virtus aquæ, ut corpus tangat, & cor abluat; niſi faciente [c] verbo? non quia dicitur; ſed quia creditur [d] Nam & jn ipſo verbo aliud eſt ſonus [e] tranſiens, aliud [f] virtus manens.

De his etiam, qui in hæreſi, vel ſchiſmate baptizantur, ſcribit Auguſtinus libro de fide ad Petrum diaconum, c.36. dicens.

§Extra eccleſiam baptizati perniciem ſibi cumulant, ſi ad eccleſiam non redierint. C. LV. — Alg.l.3.c.12.

FIrmiſſime tene, & nullatenus dubites extra eccleſiam baptizatis, ſi ad eccleſiam non redierint, baptiſmo cumulari [g] perniciem. Tantum enim valet eccleſiaſticæ ſocietatis communio † ad ſalutem; vt baptiſmo non ſaluetur, cui non ibi datur, vbi oportet vt detur. — †*Vnitas*] ori.

Idem tractatu 13. ad c.3. Ioannis.

¶Infirma ſunt dona, quæ præter vnitatem eccleſiæ habentur. C. LVI.

TEneamus [h] fratres mei vnitatẽ. Prẹter unitatẽ, & qui facit miracula, nihil eſt [i]. In unitate enim erat populus Iſrael, & non faciebat miracula: præter unitatẽ erant magi [k] Pharaonis, & faciebant ſimilia Moyſi. Populus Iſrael, vt dixi: non faciebat miracula. Qui erant ſalui apud Deum qui faciebant, an qui non faciebant? Petrus — *Exo.7.*

non proferat verba, non baptizat: quia nec ſolum elementum, nec ſola verba ad hoc ſufficiunt. Vel aliter: quidam baptizant tantum in nomine patris & ſpiritus ſancti, & tunc expone, detrahe verbum, id eſt filium: quid eſt aqua niſi aqua? quaſi dicat, non eſt ibi baptiſmus. de conſec. diſt.4. in ſynodo. Vel aliter, detrahe verbum ab aqua .i. formam, & non erit ſacramentum baptiſmi. Et not. ꝙ Gandulphus dixit, ꝙ ipſa aqua ſit ſacramẽtum. ſ. ipſum elementum. arg. de conſe. diſt.2.c. ſacrificium. unde ſi aſinus bibat aquam illam, bibit ſacramentum. ſicut de mure diximus. de conſecrat. diſtinctio. ſecunda, qui bene non cuſtodiunt. Alij dicũt, quòd impoſſibile eſt, quod aſinus bibat ſacramẽtum. nam dicũt, quod aqua illa in eodem inſtanti incipit & deſinit eſſe ſacramentum. ſcilicet in ultima prolatione ipſius formæ, Baptizo te in nomine patris, &c. ut notaui de conſec. diſtinct.4. ca.1. ſed per alias orationes, quæ primo funduntur ſuper ipſam aquam, non fit aqua hoc ita verum eſt ſecundum eos quòd ſi in eo inſtanti quo forma finitur, & aqua fit ſacramentum puer non eſſet in aqua puta ante quam dixiſſet. & ſpritus ſancti, leuaſſet eum de aqua: non eſſet baptizatus. Nec eſt mirum ſi incipiat & deſinat eſſe in eodem inſtanti, cum ſit idem & in alijs caſibus ſecundum legem. nam ſi quid mihi debetur ſub conditione, & illud accepero, tuli ante exiſtẽtiam conditionis: ſi poſt exiſtat conditio, eodem inſtãti incipit & deſinit eſſe debitum. ff. de accept. l. antepenul. & l. quod in diem. ut dicit lex. Sed falſum eſt quod lex dicit: quia intelligitur olim liberatus, vt ff. de ſol. ſub cõditione, debitor. Melius poteſt poni exemplũ in ſeruo dato vxori à viro, ut eum manumitat. nam in eodem inſtanti incipit & deſinit habere dominium. ff. de don. inter uir. & vxo. quod autem. §. vlt. arg. hic in fi. contra: quia alius eſt ſonus, &c. ſed quod dicit, ꝙ virtus permanet, non intellige in aqua, ſed in puero. Item arg. cõtra. ff. de vſufru. Titio cum morietur. Item aliud exemplũ poteſt poni vbi quis ſimul incipit & deſinit eſſe debitor vt ff. ad Velleia. debitrix. Quidam autem intelligunt aliter illam litteram.

Aqua baptiſmi, an ſit ſacramẽtum.

Idẽ incipit & definit I eodẽ inſtãti.

a ¶Verbum.] Nam verba neceſſaria ſunt. argu. in l.1. ff. de verb. obl.

b ¶Et fit ſacramentum.] Id eſt, ſacramentum ſit ibi ex forma verborum & aqua: quod eſt baptiſmus. Sed quæritur ſi in littore maris baptizetur, quis, an tota aqua conſecretur, an non? Dicendum eſt, ꝙ illa tantum quę puerum tangit. arg. ff. de relig. l.2. §. Celſus. nam ibi dicitur, ꝙ ſola terra, quæ tangit corpus hominis, eſt religioſa. Vel poteſt dici, ꝙ ẽt illa, quæ iſtam tangit, vt ff. de re. uend. quæ religioſis, ſed exaudi per canonem, 11.q.3. quoniam multos. quia excommunicatio non tranſit in tertiam perſonam: ſic nec religio.

Baptiſmus in maris littore factus nõ cõſecrat totũ mare.

c ¶Faciente] Id eſt, in forma Euangelij: in nomine patris, & filij, & ſpiritus ſancti.

d ¶Creditur.] ſ. ea. ſicut. Videtur ergo, ꝙ mutus poſſit baptizare; quia matrimonium poteſt contrahere: maxime ſi tres perſonas poteſt exprimere; quod concedo ſi eſt

eſt mutaſter, aliter ſi loqui non poteſt, nõ baptizabit [r]. & quod dicitur, ſed quia creditur, hoc ad ſuſcipiẽtem refertur: quia non exigitur fides conferentis, ſed ſuſcipientis, de conſe. diſt.4. tunc valere, ab ipſo enim dante ſola intentio requiritur, vt dixi ſupr. ea. ſicut.

r Adde idẽ eſſe in ſurdaſtro. facit gl. in fi. in l. fi. ff. de leg. tuto.

e ¶Sonus.] eſt ſonus vocalis, & eſt ſonus mentalis.

f ¶Aliud.] Id eſt efficacia à Deo ſibi collata. ſ. de cõſ. diſt.4. c. ſolet. & c. quamuis, & c. eccleſia paradiſo.

FIrmiſſime.] CASVS. Dicitur hic quod non prodeſt baptiſmus ſi extra vnitatem eccleſiæ conferatur, niſi baptizatus ad eccleſiam redierit.

g ¶Cumulari.] Cumulum ſupplicij. 32.q.7. vſq; adeo.

TEneamus.] CASVS. dicitur hic, ꝙ extra ueritatem eccleſiæ non proſunt dona etiã miraculoſa. & hoc probatur exemplo populi Iſrael, & magorum Pharaonis, qui fecerunt miracula, & tamen damnati ſunt: ſed populus non fecit miracula & tamen ſaluabatur, vt quidam Chriſtiani in nouo teſtamento ſaluantur, licet miracula non fecerint, ſed Simon magus qui damnatus fuit, miracula fecit. Sequens c. patet.

h ¶Teneamus.] Probat baptiſmum poſſe cõferri à malis. & ipſi poſſunt miracula facere. inf. ea. prophetauit.

i ¶Nihil eſt.] Quo ad uitam æternam.

K ¶Magi.] Ioannes & Mambres. iſti magi ſcilicet Ioannes & Mambres tria fecerũt miracula. virgas in ſerpentes conuerterunt, & aquam in ſanguinẽ, & fecerunt aquam ranis ebullire: ſed Cyniphes 2. nõ potuerunt educere ut Moyſes. vnde dixerunt 3. Digitus Dei eſt hic. & ita defecerunt in quarto miraculo, ſcilicet in tertia plaga 4. quia primum non fuit plaga, & ideo quandoque dicuntur, defeciſſe in tertio miraculo, quia in tertia plaga

Ioannes & Mãbres magi, tria fecerunt miracula.

2 37. diſ. c. legimus. §. hinc etiã.

3 Exodi 8.

4 26. q. 5. nec mirum uerſic. nec ideo.

plaga.26.quæſt.5.cap.nec mirum.
a HAnc.]Hoc c.eſt pars illius c.ſ.ea.hi qui.& repetit hic finē illius cap. vt exponat in §. ſequenti.
NEMO. Hæc eſt decima pars quæſtionis, in qua dr̄, ꝙ baptiſmus poteſt dari a quocunque:& hoc vſque ad §. hoc ergo.Ioan.de Fant.

eſt bona ſolutio & uera,quæ probatur per ſequens c.
b ¶Nemo.] Arg.ad quæſt.de inuaſore, vtrum per eū poſſit præſentari clericus in eccleſia, & ſi per hęreticū ſententia iuſta detur 1.de conſec.diſt.2. & dixit domi nus.Ioan.quorum vtrumque falſum eſt, quia inuaſor non toleratur.& hęreticus ē excōicatus. B.

1 Arg.ſ.ea. qđ quidā. in prin.

Act. 8. & 9. Apoſtolus reſuſcitauit mortuum, Simō Magus fecit multa.Erant ibi multi Chriſtiani, qui nō poterant facere, nec quod faciebat Petrus, nec quod faciebat Simon.Sed vnde
*Lu.*10. gaudebant?quia nomina eorum erant ſcripta in cęlo.

Item Leo ad Nicetam epiſcopum,epiſt.77.al.79.c.7.

¶Baptiſma ſemel traditum non eſt reiterandum. C. LVII.

ſ.ead.c.hi qui. HAnc [a] regulam, vt ſcitis,ſeruandam omnibus eccle-
Eph. 4. ſijs prædicamus, vt lauacrum ſemel initum nulla iteratione violetur, dicente Apoſtolo :[unus Dominus, vna fides,unum baptiſma.] Cuius ablutio nulla iteratione temeranda eſt: ſed vt diximus, ſola ſanctificatio ſancti ſpiritſts inuocanda eſt, ut quod ab hæreticis nemo accipit , à catholicis ſacerdotibus conſequatur.

10 Nemo [b], *in hæreſi, vel ſchiſmate conſtitutus intelligendus eſt. Cæterum ſi cum ſidei integritate,& animi ueritate de manu hæreticorū in forma [c] eccleſiæ aliquis baptiſma acceperit:tunc impletur illud Auguſtini:[Per lapideum canalem [d] aqua tranſit ad areolas . & iterum:[Spiritalis uirtus ſacramenti, &c.]* ſ.ea.c.ſi iuſtus. *Idem ſermone xi.de verbis Domini,de blaſphemia in ſpiritum ſanctum.*

¶Etiam per malos boni colliguntur. C. LVIII.

ſ.ead. c.ita ſit. Iuo p.2.c. 104. SPiritus ſanctus in ſancta eccleſia , etiam iſto tempore, quo uelut granum † cum palea trituratur, ſic operatur,
† *area*] orig. vt nullius veram confeſſionem aſpernetur,nullius ſimulatione fallatur [e] , atque ita reprobos [f] fugiat , ut etiam per eorum miniſterium probos [g] colligat.

† *al. quomodo* *Ecce quando † ab hæreticis baptiſma cum ſua virtute*
lib.10.c.14. *accipitur : cuius tam neceſſaria adminiſtratio eſt , ut nec etiam à paganis [h] datum poſſit reiterari.Vnde in eccleſiaſtica hiſtoria legitur,quòd Alexander epiſcopus Alexandriæ, cum Petri martyris ſolennia celebraret,poſt expleta Miſſarum ſacramenta vidit ſuper oram maris puerorum [i] ludum imitantium vt fieri ſolet, epiſcopum, & gerentium ea, quæ in eccleſia geri mos eſt . Mox eos ad ſe perduci iubet;& quid egiſſent percunctatur . Illi rei ordinem pandunt baptizatos à ſe eſſe quoſdam catechumenos confitentur per Athanaſium [k] puerum,qui illis fuerat epiſcopus ſimulatus. Vbi ex reſponſis eorum vidit ſecundum religionis noſtræ ritum cuncta conſtare;ſtatuit, illis quibus integris interrogationibus [l] , & reſponſionibus aqua fuerat infuſa , iterari*

c ¶Forma.] Scilicet in neceſſitate , vel ignoranter.
d ¶Per lapideum canalem.]ſ.ea.ſi iuſtus.
SPiritus ſanctus .] CASVS . Dicitur hic,ꝙ ſpiritus ſanctus & ſi nullius fictione fallatur , ſic tamen fictis vtitur,vt per eorū miniſterium bonos colligat.
e ¶Fallatur .] Nam mentiri Deo poſſumus, ſed ipſum fallere non poſſimus . de conſec.diſt.2.panem. omnia enim certa ſunt ei. ff.de iudi.ſed & ſi reſtituatur. §. ulti.arg. contra 81.diſt. oportet.16.q.1.reuertimini.

Mētiri Deo poſſumus , ſed non ipſum fallere

f ¶Reprobos.] Arg. non præiudicare alicui in ſua cauſa religionem alterius, non enim melius debet alicui credi, quia ſigna & miracula facit,cum & bonis & malis ſint communia, ſupra ea. c.multæ.

Miracula bonis & malis ſunt cōmunia.

g ¶Probos.] Quia illud ſacramentum puro corde ſumunt, inf. eo.non nocet.
ECCE. Iſte §.& hiſtoria in eo poſita patent ex textu.
g ¶A paganis.] Si in forma eccleſiæ detur. de conſe. diſtinct.4.à quodam.
i ¶Puerorum.] Doli capacium. alıter nihil agerent 2. nam tales furioſis comparantur ff.de acquiren.poſſeſ. l.prima, §.primo. 15. quæſt. 1.illud . Quis autem ſit doli capax, lex dicit , ſcilicet qui eſt proximus pubertati.ff de regu.iur.pupillum . ignorans tamen acquirit aliquid ff.quemadmo.ſer.amit.ſi partem.§.2.

2 Quod no. ſ.ead.q. de dit.in fi.

CASVS.Supra in quibuſdam c.dictum eſt ꝙ baptizati ab hæreticis conſequuntur effectum baptiſmatis,& remiſſionem,vt ſ.c.ſi iuſtus fuerit.& in capitulis ſequentibus.poſtea dictum eſt in quibuſdam cap.ꝯrium, vt in cap.etiam.& ſequentibus. Nunc Gratianus ſoluit hāc contrarietatem,dicens ꝙilli,qui ignoranter uel in neceſſitate & in forma eccleſiæ recipiūt baptiſma ab hæreticis , conſequuntur remiſſionem , aliàs non. & hæc

K ¶Per Athanaſium.] Proprium nomen.
l ¶Integris interrogationibus.]Per hoc ꝙ dicit,integris,patet non iocoſum factum fuiſſe:& ita non ſoluitur hic illa quęſtio.arg.de conſe.diſ.4.ſolet quęri.licet quidam dicant eam hic ſolui.Sed dico etiā ꝙ licet formam ludendo accipiat.dum tamen baptizare intēdat, baptizat.Si autem omnia iocoſe fiant, non erat baptiſmus,ar.22:q.2.c.ꝙ ait.ff.de actio.& oblig.obligationū ſubſtan-

Baptizatus iocoſe non eſt baptizatus.

ſubſtantia.§.vlt.extra de ſenten.excom.ſi vero. ADDITIO. De hoc etiam not.in præced.ca. ſolet.in gl.ulti.ibi videas. Archid.

Baptiſmi ſacramentũ etiã imperfectum non iteratur.

a ¶Baptiſmum.] Argum. non iterari ſacramentum,licet non ſit perfectum.

b ¶Nõ debere.] Arg. ſimulationem alicui præiudicare 1.q̃ diſt. 23. quod interrogaſti.ꝗ.22 q.5.eccle.inf. de conſec.diſt.4. ſolet quæri 2, contra.ꝗ. ea.22.q.2.quod ait. ff.de act.& oblig.obligationum.

1 Adde qualiter probabitur ſimulatio,& an per teſtes, not. Bal. in l.1. C. plus valere q̃ agi & in l. ſicut.§ ſuperuacuũ. ff. qui mo. pi. vel hypo ſol.

c ¶Sed adimpleri.] arg.23.diſt quorumdam.7 q 1. nihil.

d ¶Ea quæ] Scilicet, vt in vertice & pectore & in ſcapulis vngant. extra de ſac. nõ ite.c.1.in fin. Ioan.

2 Argu. ad hoc inf 27. q.1. malieres obtentu. vbi de hoc.

g ¶Paganus.] Sup.diſt.32.§.verum. inf de cõſec.diſt. 4.quos à paganis.contra,ſed ibi præter formam eccleſiæ fuerunt baptizati; hic autem de eo baptiſmo agitur,quod in forma eccleſiæ traditur.

QVOD AVTEM. CASVS. Dictũ eſt ſup.ꝙ ſacramen- ...

baptiſmum [a] *non debere* [b]*, ſed adimpleri* [c] *ea,que* [d] *ſacerdotibus mos eſt. Hinc etiam Iſidorus ait.*

¶De his,qui per ignorantiam ordinantur,antequam baptizentur. C. LIX.

SI quis [e] per ignorantiam ordinatur,antequam baptizetur,debent ab eo baptizati iterum baptizari,& ipſe vlterius non ordinetur [f]. Sed Romanus Pontifex non hominem iudicat,qui baptizat, ſed ſpiritũ Dei ſubminiſtrare gratiam baptiſmi,licet paganus [g] ſit qui baptizat.

Capit.lib.5.c.4. Burc.l.4.c.100. Algerus l.3.c.6 Iuo p.1.c.254. Pann.l.1.c.97. Magiſter l.4. diſt.5.in principio.

¶Caput hoc Burchardus & Iuo citant ex dictis Iſidori: ex qua citandi formula ſolet indicari non eſſe propria auctoris verba. Videtur autem in priore parte vel proponi quæſtio, vel falſa alicuius opinio recitari, cui deinde in poſteriore parte opponatur vera, Sed Romanus &c *quæ infra etiam de conſecr.diſt.4.cap.* Romanus, *citatur ex Iſidoro. Idque clarius lib.5.capitularium, c.4.exponitur his verbis:* Si qui baptizatus eſt à presbytero non baptizato,& ſancta Trinitas in ipſo baptiſmo inuocata fuit, baptizatus eſt,ſicut Sergius Papa dixit; Impoſitione vero manus indiget Gregorius epiſcopus Romanus, & Ioannes Sacellarius ſic ſenſerunt.

SI quis.] CASVS. Aliquis antequam baptizaretur,fuit ordinatus in presbyterũ, & ante baptiſma multos baptizauit. Modo quæritur vtrũ baptizati ab eo debeant iterũ baptizari, & an debeant ipſe à promotione repelli. Et rñdet Romanus Põtifex ꝙ nõ debent iterũ baptizari: ſed & ordinatione ñ rñdet. Et legit littera interrogatiue vſq; ibi., Sed. Romanus Pontifex.

e ¶Si quis.] Quidam ponunt ita caſum iſtum. Duæ quæſtiones fiunt hic Iſidoro. Prima, vtrũ baptizati ab ordinato ante baptiſma ſint rebaptizãdi.Secunda, vtrũ ipſe debeat ordinari 3. Ad primam quæſtionem reſpondet ab illo loco,Sed manus.Secundæ quæſtioni non reſpõdet:ſed poteſt decidi per cap. ſupr.ea. ſi quis confugerit. & ſecundum hoc legitur totum ſub interrogatione vſq; ad illud,ſed Romanus.Sed ſupplebis ſecundum hoc in littera,vlterius nõ ordinetur:ſed,id eſt,quia,&c. Et ita rñdet vni quæſtioni,non alij.arg.extra de præſump.nonne.in ſi. de inutil.ſtip.§.quoties.C.de diuer. reſcrip.l.1. & hoc uerũ eſt,cum ſint connexæ. Alij legunt ca.plane & dicũt ꝙ baptizati ab eo debent rebaptizari. Sed male dicunt, vnde illud.Sed Romanus,eſt correctiuum.& ipſe vlterius non ordinetur. & hoc corrigitur ſup. ead. ſi quis confugerit.Vel hic loquitur de rigore ſecundum Iſidorum,ſecundum caſum, quem ponit Iſid.ſecũ dum falſam quorundam opinionem, ꝙ ſcilicet tales debent rebaptizari: vnde corrigit ſe ſtatim ibi, ſed Romanus. quaſi dicat:ita alij dicunt,ſed Romanus, &c.

3 Et eſt dicendum ꝙ ſic,extra de præsbytero non bap. c. 1.& 2. Arc.

f ¶Non ordinetur.] De rigore, alias ſecus. extra de cler.non ordi.miniſtran.c.1.

PALEA. C. LX.

SI presbyter ordinatus deprehenderit ſe non eſſe baptizatum,baptizetur,& ordinetur iterum [α].

extra c.1. de p̃sbytero nõ baptizato. lib 6. cap. 93. Burc.l.4.c.74. Iuo p.1.c.268. Pann.l.1.c.96.

¶Hæc Palea & locis indicatis, & in collectione, quæ eſt in tomo tertio conciliorum poſt decreta Alexandri tertij, & cap.1.de presbytero non baptiz.citatur ex concilio apud Compendium.

α ¶Iterum *Sequebatur*, & omnes, quos prius baptizauit: *quæ ſunt expuncta, quia non habentur in dicto.c.1. de presbytero non bapt.neque in c.veniens. eod. tit.ubi refertur,licet habeantur in alijs locis indicatis.*

Quòd autem cætera ſacramenta ab hereticis miniſtrari non poſſint [h]*; teſtatur Hieronymus in Aggæum prophetam,c.2.*

¶Non placent Deo quæ ab hæreticis offeruntur. C. LXI.

SIc † populus [α] [i] iſte hæreticorum omnium eſt in conſpectu meo,dicit Dominus,omne quod fecerint,quod

† al.Si

...cramentum baptiſmi ſumptum ab hæretico in neceſſitate vel ignorãter,valet:cætera vero ſacramẽta ab eis miniſtrari non poſſunt:& ſi fiant ab eis,inania ſunt, & intelliguntur ſequentia ca. de ſacramẽtis hæreticorũ, in quibus forma eccleſiæ prætermittitur, vel quando recipiuntur ab eis præter neceſſitatem & ſcienter.

h ¶Non poſſint.]Cum effectu gratiæ.not.facti gratiã nocere.Item not.non quod quis faciat,ſed cuius auctoritate quid faciat,conſiderandum.

SIc populus.] CASVS. Dicit in hoc ꝙ oblationes hæreticorum vel vota, ſiue pro pace ſiue pro peccatis fiant;itẽ ſacrificia,ieiunia,& eleemoſynæ,& caſtitas eorum,omnia ſunt coinquinata in cõſpectu Dei.Sequentia c.vſq; ad ca.ſi quis inquit,plana ſunt:quia de eadẽ materia loquuntur,& idem repetũt, & per te videbis.

i ¶Sic populus.] Sic,conſecutiuũ eſt, & hæc ſequitur cap.

cap. loquuntur quando forma prætermittitur, vel ſciẽter præter neceſſitatem ſacramenta recipiuntur.
a ¶Vel vota.] Gñale eſt, & poſtea ſubdiuidit p partes.
b ¶Vel pro ſalute.] Pro ſalute & ꝑ peccato dicit, qua ſi ſint nomina ſacrificiorum i. quorum vnũ ad ſalutem con-

d ¶Vel in holocauſtum.] Holon totum, cauma incendium 50. diſt. ponderet. verſi. fina.
e ¶In cõſpectu meo.] Eccleſiaſtica enim dignitas nõ facit eum Chriſtianũ, vt ĩ. 2. q. 7. non omnes epiſcopi.
f ¶Speciẽ ſui.] Quantum ad ſuperficiem.

x De his ſacrificijs plene legitur ĩ Leuitico. Archid.

mihi obtulerint, vel vota [a], β vel pro ſalute [b], vel pacifica [c], vel pro peccato, vel pro delicto, uel in holocauſtũ [d], ſiue eleemoſynas, ſiue ieiunia, ſiue victus continentiam, & corporis caſtitatem, contaminata erunt in conſpectu meo [e]. Quamuis enim ſancta videantur ſpecie ſui [f], quæ offeruntur à talibus; tamen, quia tacta ſunt ab eo, qui pollutus in anima eſt, omnia polluentur.

α ¶Sic populus.] *In originali legitur*, ſic populus iſte, & ſic gens illa, Iudæorum videlicet, atque gentilium, & hæreticorum omnium, &c.
β Vota] *Ibidem habetur*, vel uota pro ſalute *ſed ob gloſſam nõ eſt mutatum.*

Item in Amos prophetam, c. 5.

Alg. l. 3. c. 12. Deuſdedit p. 2. Anſel. l. 9. c. 48. † antea legebatur] *in nomine.*

¶De eodem. C. LXII.

ODit Deus ſacrificia hæreticorum, & à ſe proijcit; & quotieſcunq; ſub † nomine Domini fuerint congregati, deteſtatur fœtorem eorum, & claudit nares [g] ſuas.

Idem in Oſee. c. 6.

¶De eodem. C. LXIII.

ILli offerunt panem ſacrilegum, & dant eleemoſynas, & ſectari videntur humilitatẽ. Quę ego, ſi vere [h] fiant, holocauſta interpretor. Cum autem ſciẽtiam Dei reliquerint; fruſtra truncato capite [i] fidei, cętera membra habere ſe iactant.

Idem in epiſtolam ad Gal. c. 1.

¶Sine fide & charitate nec Euangelium habetur, nec pro ſunt aliqua bona. C. LXIIII.

MArcion [k], & Baſilides [l], & cęteræ hæreticorum peſtes non habent Dei Euangelium; quia non habent ſpiritum ſanctum, ſine quo humanum [m] fit Euangelium, quod docetur. Nec putemus in verbis [n] ſcripturarum eſſe Euangelium, ſed in ſenſu [o]; nõ in ſuperficie, ſed in medulla; non in ſermonum folijs, ſed in radice rationis.

Idem ad c. 5. eiuſdem epiſtola.

¶De eodem. C. LXV.

† al. ferimus

VIde quantum bonum ſit charitatis. Si ita martyrium fecerimus †, vt noſtras velimus ab hominibus reliquias honorari; ſi opinionem vulgi ſectantes, intrepidi, ſanguinem fuderimus, & ſubſtantiam noſtram uſque ad mendicitatem propriam dederimus; huic operi [p] non tã prœmium, quàm pœna debetur, & perfidiæ magis tormenta ſunt, quàm corona [q] victoriæ.

Item ex concilio Laodicenſi, c. 32.

¶Hæreticorum benedictio, maledictio eſt. C. LXVI.

Deuſdedit p. 2. & 4. Burc. l. 3. c. 259. Iuo p. 3. c. 260.

NOn oportet hæreticorum benedictiones [r] accipere: quoniam magis ſunt maledictiones, quàm benedictiones.

g ODit.] ¶Et claudit nares.] Humana loquitur ſimilitudine, vt 24. q. 1. odi.
h ILli.] Vere.] i. ex charitate & fide de pę. diſt. 4. c. penul. & vlt.
i ¶Trũcato capite.] i. fide quæ eſt fundamẽtũ oium bonorũ. ſup. ead. cum Paulus.

Fides eſt fundamentum oium bonorum.

k MArcion.] Iſte Marcion. dixit duo eſſe principia, vnũ ſuperiorum, aliud inferiorum. 24. q. 3. quidam. verſi. & Marcioniſtæ.
l ¶Baſilides.] Iſte negauit Chriſtũ fuiſſe paſſum. vt 24. quæſt. 3. cap. quidam.

Error Baſilidis hæretici.

m ¶Humanum.] Id eſt, non diuinum, nõ conferens gratiam.
n ¶In verbis.] Argu. verba, rebus, non res, verbis deſeruire: præfertur enim intentio verbis. ar. 13. q. 1. §. 2. ver. verba. arg. 38. diſ. ſedulo. arg. 22. q. 5. humanæ. & q. 2. ne quis. ar. 23. q. 1. paratus. & q. 8. occidit. argu. 29. diſt. regulæ.

Verba reb. deſeruiunt.

o ¶Sed in ſenſu.] ar. 11. q. 3. anteceſſor. & c. quod prædeceſſor. ar. ff. de leg. & ſenatuſc. ſcire leges. ar. extra de verb. ſig. propterea. & c. intelligentia. arg. 22. q. 2. is qui.
p VIde quantũ.] ¶Operi.] ar. ꝙ dare eleemoſynã ad vanam gloriã ſit peccatum. argu. 23. q. 1. militare. 24. q. 1. odi.
q ¶Quam corona.] ſupra diſt. 90. neque, in fi. & c. ſi quis autẽ. infra de pœ. diſt. 3. §. pe. contra. ibi dicit Aug. quod ſi quis nõ habens charitatẽ patitur martyrium, & ſi non prodeſt ei ad vitam ęternam, prodeſt tamen ei ad minus ſupplicium ſubeundum. Sol. ibi agit de illis, qui bono zelo, etſi non ſecundum conſcientiam martyrium ſubeũt: hic de illis qui arroganter, vt hic innuitur. Ioan.

Martyrium nõ ſemper prodeſt ad ſalutẽ æternam.

tem conſeruandam, alterum ad peccata purganda offerebatur. quidam codices non habent ſecundum H.
c ¶Vel pacifica.] Sic autem dicebatur ſacrificium qđ offerebatur pro pace adepta, vel adipiſcenda.

r NOn oportet.] ¶Benedictiones.] Id eſt, ſacramẽta vel dogmata: vel hoc dicit ironice, benedi-

ctiones,i.dignitates & prædicationes,quæ idiotis uidẽtur benedictiones,vel benedictionum abuſiones.

a NOn liceat.] ¶Schiſmaticis.] j.de conſec.diſt.1. eps nullum.cõtra.Solu.illud antiquitus 1,illud de conſuetudine eccleſiæ roboratum.H.

1 Sub.& corrigit.11.q.3 excõicatos. & c.cũ excõmunicato . & p hoc c. Ad idẽ 21. diſt. cleros. in fi. & 25. diſt.plectis. uerſi. ad oſtiariũ. Arc.

ethnicis & publicanis,ut cum eis nõ ſumamus cibum, multo fortius ipſi hæretici præciſi . Quinto, quia non tantum ipſi puniuntur, ſed etiam eis fauentes , & corũ ſacramentis utentes Sexto auctoritate Oſeæ prophetę dicentis,ſacrificia eorum eſſe panem luctus.

g ¶Exie-

Item ex concilio Martini Papæ,c.70.

In capitulis Martini Braca.

¶Neque cum hæreticis,neque cum ſchiſmaticis licet orare. C. LXVII.

NOn liceat clericis,uel laicis ab hæreticis eulogias accipere;quia maledictiones ſunt magis, quàm benedictiones:neq; liceat aut cum hæreticis aut cum ſchiſmaticis [a] orare.

Item Leo ad Anatolium Conſtantinopolitanum epiſcopum, epiſt.38.c.2.

¶Extra eccleſiam non ſunt vera ſacrificia . C. LXVIII.

IN eccleſia Dei , quæ corpus Chriſti eſt , aliter nec rata ſunt ſacerdotia,nec uera [b] ſacrificia: niſi in noſtræ proprietate [c] naturę uerus nos pontifex reconciliet,uerus immaculati agni ſanguis emundet.

Lanfrã. in l. de Euchariſtia. Alg.l.1.c.10. Iuo p.2. c.9.

Idem Leoni Auguſto,epiſt.73.

¶Impiorum manibus diuina ſacramenta ſe ſubducunt. C. LXIX.

MAnifeſtum eſt per crudeliſſimam [d] , inſaniſſimamq; ſæuitiam † in Alexandrina ſede omne cœleſtium ſacramentorum lumen extinctum [e].Intercepta [f] eſt ſacrificij oblatio:defecit chriſmatis ſanctificatio: & parricidalibus manibus impiorum omnia ſe ſubtraxere myſteria.

Anſ.l.9.c.40. † *al. veſaniã*

Item Beatus Martyr Cyprianus in epiſtola contrà hæreticos.

¶Sacramenta extra eccleſiam miniſtrari poſſunt, ſalutem uero conferre non poſſunt. C. LXX.

SI quis,inquit,de eccleſia, hæretica præſumptione exierit [g],à ſemetipſo [h] damnatus eſt [i].Cum huiuſmodi, ſecundum Apoſtolum, nec cibũ quidem ſumere debemus. Declaratur hoc in libro regnorum, ubi cũ homo Dei , ad Hieroboam [k] miſſus eſſet ; qui ei peccata ſua expro-

l.1. epiſto.6. ad Magnum , ubi declarat locum Pauli ad Titũ 3. 4.ſen.diſt.25. *Tit*.3. 1.*Cor*.5. Ibid.paulo inf. 3.*Reg*.13.

b IN eccleſia Dei.] ¶Nec vera.]Quãtum ad habendum rẽ ſacramenti, & licitam executionem.

c ¶In noſtræ proprietate.] Id eſt uera fide incarnationis,qua credimus Chriſtianos Deo reconciliari naſcendo, moriendo, & reſurgendo,&c. 23.diſtin.qui epiſcopus.

ADDITIO.Vel in ſua propria natura humana.q.d. non ſunt rata & uera quo ad effectum executionis,uel gratiæ & ſalutis , ſine fide mediatoris , id eſt , niſi credat Chriſtus uerus Deus : & nos reconciliaſſe patri.ſine hac fide nil ualet offerentibus quo ad uitã, & ſalutem, & ſimiliter ſumẽtib.Pe.

d MAnifeſtũ eſt per crudeliſſimam.]Scilicet Arrianam .

e ¶Extinctum .] Vt 24.q.3.reſecandæ.

f ¶Intercepta.] i.,præſus quo ad effectum 2.conſumpta.& ita dicit Ouidius in ſexto metamorpho.in fabula ranarum: Colla intercepta uidentur.

2 Id eſt ſalutem,ſ. miniſtrorum , & ſuſcipiẽtiũ. Archid.

SI quis .] CASVS. Hoc c.diuiditur in tres partes . In prima dicit Cyprianus, ꝙ ſi quis ſequitur hæreſim iam damnatam, ſeipſum damnare uidetur, nec cum eo cibum uel potum ſumere debemus: ſicut teſtatur Apoſtolus, & hoc etiam probatur per hiſtoriam de Abdo 3 propheta.In ſecunda dicitur ꝙ ſacramenta non ſunt ab eis recipienda;quia falſa ſunt, cum nec cibus temporalis ſit cum eis ſumẽdus:& ꝙ falſa ſint, multipliciter probat. In tertia parte dicit,ꝙ quicunq; eos defendunt, puniẽtur,& non ſolum duces,& auctores , ſed etiam participes.Et hoc probatur auctoritate Moyſi,& Oſeę prophetæ.Secũda pars incipit ibi.[An debet.]Tertia ibi,[Quare qui,]Io.etiam poſuit in ſuo apparatu caſum,& eum uidebis .

3 al.Gaddo

CASVS. Intendit Cyprianus probare,ꝙ non debemus uti ſacramentis hæreticorũ.Primo auctoritate Apoſtoli,qui cibum corporalem prohibet cum eis ſumi. Secũdo auctoritate Domini,qui prohibuit Abdon prophetam cum eis cibum ſumere.Tertio,quia hæretici more ſimiæ imaginem tñ habent ſacramentorum, ſed nõ habent vera ſacramenta . Quarto quia ſi mali,qui ſunt in eccleſia poſt trinam monitionem comparantur

g ¶Exierit.]Id eſt,egerit,propter quod meretur exire & damnari.arg.24.q.3.ſi quis non recto.

h ¶A ſemetipſo.] Id eſt,ad ſuum effectum. ſiue facto cadendo in hæreſim iam damnatam,ut infra 4. q.5. c. 1.infra 24.q.1.c.1 .2.& 3.

i ¶Damnatus eſt.]Id eſt, ipſe iniecit ſe in excommunicationem 4.7.q.1.denique.

K ¶Ad Hieroboã.]Hiſtoria.Legiẽ 3.lib.Reg.ꝙ cũ Abdo propheta mitteretẽ ad Hieroboã,ut eũ de idololatria redargueret,dictũ eſt ei ne comederet , uel biberet in Samaria,cũque negotio finito reuerteretẽ,decepit eum ꝓpheta & in Bethel induxit eũ,ut ſecũ comederet,cũque comediſſet, locutus eſt ei ꝓpheta in ſpiritu dicẽs, qa ꝯ uerbũ Dei in loco ꝓhibito comediſti & bibiſti , nõ infereẽ cadauer tuũ in ſepulchra patrum tuorũ,cum ergo ſedẽs ſup.aſinũ rediret,ĩuaſit eũ leo, & interfecit.

4 Vel dic dãnatus eſt,id eſt,ipſe fecit unde merito dãnatus eſt. ſi. 11. q. 3.placuit vniuerſo , &c &c.ipſe ligandi. Ar.

K ¶Ad Hieroboã.] Vt 7.q.1.denique,qui fecerat duo idola,& unum poſuerat in Bethel,aliud in Dan.

a ¶Non

Sacramenti effectus nō eſt apud infideles & hæreticos.

a ¶Non poſſe.] Quia ſcilicet effectus.vel res ſacramēti non eſt apud illos. ſed nec veritas ſacramenti ſecundum Cyprianum, vt infra. de conſecratio. diſtinctio. quarta.quomodo ſupra.diſtinct.32.§.verum.Sed contra eum eſt infra. ea.q.cap. per Eſaiam.ſupra.diſtinc. 19.ſecundum. tis.argum.de conſecrat.diſtinctio 2.ego Berengarius, Magis tamen credo Auguſt. qui dicit non erraſſe.

c ¶Non ſtatim.] Argum. quod non omni verbo doctrinæ credendum eſt.infra.24. quæſtio.1. aduocaui t ſupra. diſtinctio 18. ſecundum. argument. contra. ſupra.50.diſtinctio: ſi quis præpoſtera. inf. 23.q.4. ille.& q.5.miles.& q.1.quid culpatur.8, q.1. ſciendum. arg.11.q.3.ſi quis eps. & c.non ſemper.&c.ſi dominus. arg.H. Hic eſt,arg. ꝯ.ſigilla, quæ non ſtatim debent recipi. arg.extra de proba.c.tertio nam litteræ approbandæ ſunt. ff.de procu.ſi procuratorem. ſt.ꝙ cuiuſque vni.item eorum.§. ꝙ ſi actor.non tamen ſigillum reprobatur, ſi nomen auctoris non habet extra de eo,qui mit.in poſ. cum ſicut. in parte deciſa.

Non oī verbo credendum eſt.

Sigilla non ſtatim ſunt recipienda.

†illo] orig.

braret,atq; vltionem futuram prædiceret; panem quoque apud illum † edere, & aquā bibere uetaretur. Quod cum non cuſtodiſſet;diuina ſententia inde rediens, morſu leonis in itinere interijt. ¶Et audet quiſquam dicere aquam baptiſmi ſalutarem, & gratiam cęleſtem communem cū hæreticis† eſſe poſſe,cum quibus nec terreſtris cibus, nec ſæcularis potus debet eſſe communis? Conſtat autem oleum, unde baptizati unguntur, ſanctificari & Euchariſtiam fieri apud illos omnino non poſſe [a], vbi ſpes nulla eſt; & fides falſa, ubi omnia per mendacium [b] geruntur. Nam hæreticus † ſimiarum more, quæ cum homines non ſint, humana tamen immitantur, vult eccleſiæ catholicæ auctor tatem ſibi, & ueritatem vendicare, quando ipſe in eccleſia non ſit. Benedicit à Deo maledictus; uitam pollicetur mortuus; Deum inuocat blaſphemus; ſacerdotium adminiſtrat profanus; ponit altare ſacrilegus. Ad hæc omnia & illud malum; ut antiſtes diaboli audeat Euchariſtiam facere, quando nec ſanctificari oblatio illic poſſit ubi ſpiritus ſanctus non ſit, nec cuiquam Dominus per eius orationes, & preces proſit, qui Dominum ipſe uiolauit. Si enim qui eccleſiam contemnunt & ethnici, & publicani habentur; multo magis utique rebelles, & hoſtes, falſa altaria, & illicita ſacerdotia, & ſacrificia ſacrilega, & nomina adulterata fingentes, inter ethnicos & publicanos neceſſe eſt computentur: quos omnes conſtat à charitate, atque ab unitate eccleſiæ receſſiſſe. Ergo omnia quæcunque faciunt hæretici, carnalia ſunt, & inania,& falſa;ita ut nihil eorum, quæ illi geſſerint, à nobis probari debeat. Non ſtatim [c] ſuſcipienda ſunt, & aſſumenda, quæ iactantur in Chriſti nomine;ſed quæ geruntur in Chriſti veritate. Quomodo enim perficere quæ agunt, aut impetrare aliquid illicitis conatibus de Deo poſſunt;qui contra Deum,quod eis nō licet,moliuntur? ¶Quare,qui hæreticis †,& ſchiſmaticis patrocinantur,cenſura a diuina in eorum probantur facinore, & pœnis non ſolum duces, & auctores, ſed etiam participes deſtinari,niſi ſe à communione malorum ſeparauerint [d], præcipiente per Moyſem Domino ac dicente: [Separamini à tabernaculis hominum iſtorum duriſſimorum, & nolite tangere ab † omnibus, quæ ſint eis, ne ſimul pereatis in peccato eorum.] Et quod comminatus per Moyſem [e] Dominus fuerat, impleuit, ut quiſque ſe à Chore, & Dathan, & Abyron non ſeparaſſet, pœnas ſtatim pro impia communione perſolueret: ſicut

†ſchiſmatices] orig. — l.1. epiſt. 12. & in conc.ipſius. c.1.ſub perſona Cæcilij.

† Nouatianus] orig. — Alg.l.3.c.1. Idem ad Iubaianum.

Ex concilio, eodem loco.

Ex epiſ.7.l.1.ad Epictetum.

Ex eadē epiſtola ad Magnū.

Ibidem paulo ſuperius. Ex cōcilio. c.4. Ex eadē ep. 12.

Ad Iubaianū. Ex eadem ad Magnum.

† Nouatiano ſiue cæteris eiuſmodi ſchiſmaticis] orig. 24.q. 1. didicimus.§.inuenimus.

Num.16.

†al.de

d ¶Separauerint.] hic eſt arg.ꝙ maritus ſciens ſe uxori in propinquo gradu conſāguineum: licet in probando conſanguinitatē defecerit, debet abſtinere ab eius toto etiam iubente epiſcopo ne abſtineat. argu. diſt. 50.ſi quis præpoſtera.Quid ergo ſi epiſcopus eum excommunicat?patienter ferat,ne curet,cum non ligetur apud Deum, ut 11,q.3. quomodo. & c.quid obeſt.infra. ea.ut euidenter.H.

Maritus qñque abſtinere poteſt ab vxore ēt ꝯ præceptum epiſcopi.

e ¶Per Moyſen.] Hiſtoria legitur in libr. Nume. ꝙ Chore, Dathan, & Abyron, & alij ccl. uiri de tribu Leui cum eis uolētes habere honorem ſacerdotij ſurrexerunt contra Moyſen,& Aaron, & murmurauerunt ꝯ eos ſpernentes eorum ſacrificia, & conficientes propria. Miſit autem Moyſes. & uocauit eos:qui dixerunt, nō ueniemus, ad quos Moyſes: Vos inquit & omnis congregatio ueſtra ſtate conſtituti coram Domino & Aaron. Similiter locutus eſt Dominus ad Moyſen & Aaron:Separamini ab inuicem de medio congregationis cuius peruerſæ, & cum omnis turba receſſiſſet à tentorijs eorū per circuitum, & Dathan & Abyron eſſent in introitu papilionum ſuorum cum filijs, & vxoribus;aperta eſt terra ſub pedib.eorū, & deuorauit eos cū uniuerſa familia & ſubſtātia eorū:ſed & ignis egreſſus eſt à Domino, q interfecit ccl.viros tenētes thuribula ſua & offerentes incenſum: præcepitque Dominus per

b ¶Per mendacium.] Hic errauit Cypria.prout dicit Auguſt.& eum corrigit 32. diſtinct.§. verum infra.de conſecrat.diſtinct.4.quomodo. Quondam tamen uolunt eum hic excuſare: quia intellexit hoc de hæreticis,qui formam eccleſiæ non tenent. vel hoc uerbum ubi omnia per mendacium, & c.eum excuſat. argum. de conſecrat.diſtinctio 4.ſolet quæri.Vel hoc dixit cōtra hæreticos quos ſemper inſequebatur ſicut & Pelagius.24.quæſtio.1. ſchiſma. & fuit ibi exceſſus verita-

Moſen Eleazaro filio Aarõ, vt thuribula eorum acciperet, & ꝓduceret ea in laminas, & affigeret altari, vt eẽt in ſignum filijs Iſrael, ne quis auderet accedere & ponere incenſum Domino, niſi de ſemine Aaron. Sequẽs cap. patet.

K ¶Arbitramur.] Subaudi. dici. Nõ enim videntur clerici, &c. quia eorum laicos, &c. quaſi dicat, cũ hoc aliàs ſit de laicis: merito ſic debet eſſe de clericis. non. n. clerici ſimili forma recipiẽtur: & ideo patet ꝙ ſunt digni eccleſiaſticis honoribus. & cõtinuatur hoc c. cum fine illius

etiam per Oſe [a] prophetam ſpiritus ſanctus conteſtatur, & dicit: [Sacrificia eorum tanquam panis luctus: omnes, qui manducant ea, contaminabuntur:] docens ſcilicet, & oſtendens omnes omnino cum auctoribus ſupplicio coniungi, qui fuerint eorum peccato [b] contaminati. *Oſea. 9.*

¶*Caput hoc collectum eſt ex varijs locis epiſtolarum B Cypriani, & concilij ab ipſo habiti, interdum immutatis, & in ſummam redactis qua in margine ſunt indicata.*

a. ¶Cenſura.] *In epiſtola ipſa ſic habetur*. Fruſtra contendunt baptizari, & ſanctificari illic aliquem ſalutari baptiſmo poſſe, ubi conſtet baptizantem baptizandi licentiam non habere. Atque vt magis intelligi poſſet, contra eiuſmodi audaciã quæ ſit cenſura diuina, inuenimus in tali facinore non ſolum duces & auctores, ſed & participes pœnis deſtinari, &c.

Item Auguſtinus lib. ſententiarum [per Proſperum Aquitanicum epiſcopum Rhegien. collectorum, c. 15.]

¶Vera ſacrificia non niſi in fide eccleſiæ celebrantur. C. LXXI.

Extra catholicam Eccleſiam [c] non eſt locus veri [d] ſacrificij.

Item Gregor. in 3. lib. dialog c. 31. ait de Ermigildo rege Leouigili † filio. *† al. Liuigildi*

¶De manu hæreticorum communio non eſt recipienda. C. LXXII.

Superueniente paſchalis feſtiuitatis die, intempeſtę noctis [e] ſilentio ad eum perfidus pater Arianum epiſcopũ miſit, vt ex eius manu, ſacrilegę conſecrationis communionem perciperet [f], atque per hoc ad patris gratiam redire mereretur. Sed vir Deo deditus Ariano epiſcopo uenienti exprobrauit vt debuit, eiuſque à ſe perfidiam dignis increpationibus repulit. 24. q. 1. c. ſi. §. ſuperueniente. Deuſdedit p. 2.

Item Innocentius ad Alexandrum epiſcopum, epiſtola 18. c. 3.

¶Sacerdotes hæreticorum, Chriſti honoribus non habentur digni. C. LXXIII.

Arrianos [g] præterea, cæteraſque huiuſmodi peſtes *a*, quia eorum laicos conuerſos ad Dominũ, ſub imagine pęnitentiæ [h], ac ſancti ſpiritus ſanctificatione per manus impoſitionem ſuſcipimus; non videtur clericos eorũ cum ſacerdotij, aut miniſterij cuiuſpiã ſuſcipi debere dignitate. Quoniam quibus ſolum baptiſmũ ratum eſſe permittimus (quod vtique in nomine patris, & filij, & ſpiritus ſancti perficitur) nec ſpiritum ſanctum eos habere ex illo baptiſmate [i], illiſque myſterijs arbitramur [k]. Anſ. l. 9. c. 18. Pann. l. 3. c. 129.

a ¶Sic etiam per Oſe.] Oſeæ 9.

b ¶Peccato.] Id eſt, conſenſu peccati eorum. 8. q. 1. §. cum autem. & 23. q. 4. ita plane. &c. ſi quis à catholica.

c Extra catholicã Eccleſiã.] Id eſt, extra formam 1 eccleſiæ.

1 Formam. Idẽ B. Tho. in 4 ſenten. diſtinct. 13.

d ¶Veri.] Ratione effectus.

Superueniẽte.] CASVS. Pater Ermigildi miſit ad filiũ Arianum epiſcopum hæreticũ, ut de ſua manu communionem acciperet, quàm quia filius accipere noluit, pater eum occidit.

e ¶Noctis.] Quatuor ſunt partes noctis: cõticinium, intempeſtũ, gallicinium, antelucanum 2.

Noctis quatuor ſũt partes

2 Iſido. in 5. lib. ety. dicit ꝙ ſeptẽ ſũt partes. ſ. veſperũ, crepuſculum, cõticiniũ, intempeſtũ, galliciniũ: matutinũ, & dilnculũ: ut ad longũ eſt uidere in Archid. in hoc loco.

f ¶Perciperet.] Quare in neceſſitate poſſunt ab hæretico baptiſmum accipere, & non Euchariſtiã, dixi rationem 24. quæſt. 1. ſi quem.

Arrianos.] CASVS. Hoc c. continuũ eſt illi c. ſ. eo. ventum. Dicitur. n. hic ꝙ licet laici, qui ab hæreticis reuertuntur, per impoſitionẽ manus recipiantur, & reconcilientur quaſi publice pænitentes: tamen clerici, qui ab eis reuertuntur, non recipiuntur cum clericatus uel ſacerdotij dignitate: hoc ideo, q̃a tantum baptiſma ratum eſt apud ipſos: nec reconciliari poſſunt niſi tantum ſub imagine publicæ pœnitentiæ. Seq. §. ſcilicet, item legitur, cum ſeq. patet.

g. ¶Arrianos.] Sacerdotes idignos 3 Chriſti honoribus.

3 Vult hæc glo inferre, ꝙ ſacerdotes magis cęteris peccent: arg. l. presbyteris. C. de epiſ. & cle. & j. moris. §. iſtæ ferę. ff de pœn.

h ¶Sub imagine pœnitentiæ.] Imaginem pœnitentiæ appellat publicam reconciliationem, quæ fit per manus impoſitionem.

i ¶Baptiſmate.] Quod fecerunt vel acceperunt. ſ. ea. q. ſi quis contra.

illius ſ. ea. ſuperueniẽte. Vel dic quia eorum, id eſt, quãuis; quaſi dicat, quamuis laicos eorum ita ſuſcipimus, non tamen clerici ita ſuſcipiendi ſunt in honore.

a ¶Quo-

a ¶Quoniam.] Hæc ratio non vr̃ ſufficiẽs: ſed facias vim in hoc quod dicit, auctores eorum. nam tũc ſunt auctores eorum, cum illi & iſti ſunt extra eccleſiam. Vel dic & ſufficiens eſt quo ad hoc quod non poſſunt conferre de merito vitæ. 40. diſt. multi.

g ¶Ex eo.] Non eſt ratio hæc: quia ſunt quędã ſacramenta, quæ iterantur: quædam nõ, vt vnctio infirmorũ, & dedicatio eccleſiarũ, de cõſe. diſt. 1. ſolennitates.
h ¶Impoſitio.] Reconciliatoria: & intelligas de priuata: quia ſolennis non reiteratur.

b ¶Per. ſup. ea. c. qui p̃ fectionem.

Quoniam [a] cum à catholica fide eorum auctores deſciſcerent, perfectionem [b] ſpiritus, quam acceperant, amiſerunt; nec dare eius plenitudinem poſſunt, quæ maxime in ordinationibus operatur, quam per impietatis ſuæ perfidiam potius, quàm per fidem dixerim, perdiderunt. Propter † quod fieri non poteſt, vt eorum [c] profanos ſacerdotes, dignos Chriſti honoribus arbitremur; quorum laicos imperfectos [d], ut dixi, ad ſancti ſpiritus percipiẽdam gratiam cum pœnitentiæ imagine recipimus. *Item* [a] Si, vt legitur. [Qui tetigerit [e] [β] immundum, immundus erit;] quo modo ei tribuetur, quod munditia, ac puritas conſueuit accipere? *& infra.* ¶ Qui particeps effectus eſt dãnati † [f], quomodo debeat honorem accipere, inuenire non poſſum.

† *al. Quomodo fieri poteſt.*

Innocẽtius epiſcopis Macedoniæ, ep. 22. c. 3. inf. ea. c. vetum eſt.

Num. 19. & Leuit. 22.

† *al. damnato*

α ¶Peſtes.] *Antea ſequebatur,* deteſtamur: *quod eſt ſublatum, quia neque in vetuſtis codicibus, neque in ipſa epiſtola, neque apud Anſelmum, aut in Pannormia habetur.*

β ¶Qui tetigerit *In epiſtola eſt,* quod tetigerit immundus: *ſed ob gloſſam non eſt mutatum, atque huius etiam lectionis ſententia habetur iiſdem indicatis ſcripturæ locis.*

Ex eo [g] *autem, quòd manus impoſitio* [h] *iterari præcipitur* [i], *ſacramentum non eſſe oſtenditur.*

Vnde Auguſtinus lib. 3. de baptiſmo contra Donatiſtas, cap. 16.

¶Manus impoſito non eſt ſacramenti iteratio
C. LXXIIII.

Poly. l. 3. tit. 10. Anſel. l. 9. c. 24.

MAnus [k] impoſito [l] non, ſicut [m] baptiſmus, repeti [n] non poteſt. Quid enim eſt aliud, niſi oratio ſuper hominem?

Cum ergo Innocentius ſolum baptiſma hæreticis ratum eſſe permittat, cum Gregorius ſacrilegam vocet conſecrationem Arrianorum, cum Cyprianus quæcumque ab hæreticis fiunt, carnalia, & inania, & falſa iudicet, cum Hieronymus omnia, quæ ab eis offeruntur, contaminata in conſpectu Dei aſſerat, cum Leo extra eccleſiam nec rata ſacerdotia, nec vera ſacrificia eſſe teſtetur; patet, quòd ſacramenta eccleſiaſtica præter baptiſma, vt ſupra dictum eſt, ab hæreticis miniſtrari non poſſunt.

Tomo ſecũdo.

Item obijcitur illud Hieronymi aduerſus Luciferianos.

¶Qui in baptiſmo ſanctus eſt, ad altare peccator non erit. C. LXXV.

SIcut Chriſtus eſt, qui ba-

i ¶Præcipitur.] Quotieſcũque reuertũtur ab hæreſi. ſup. ea hi q baptiſmũ, &c. 2.

MAnus ĩpoſitio.] CASVS. Dicitur hic (Licet obſcure) ꝙ manus impoſitio recõciliatoria qñque reiteratur, etſi baptiſma reiterari non poſſit. & eſt ſimilitudo p contrarium.

2 Et c. Arrianos. de cõſ. di. 4. antiqua. &c. Arrianos, qui. ſecundum Hug.

k ¶Manus.] Senſus eſt: manus impoſitio poteſt repeti, ut infr. de cõſ. diſt. 4. quomodo baptiſmus nõ. 68. diſt. ſicut.

l Impoſitio.] Conſecratoria 3: ſed confirmatoria non. Itẽ nec ordinatoria: ſed curatoria bene iteratur, de qua dicitur: ſuper ægros manus imponent, &c. vt 96. diſt. §. ſed illud. Reconciliatoria ſimiliter, vt hic. imponitur enim recõciliatoria manus hæreticis reuerſis, ut ſ. c. Arrianos. de conſe. diſt. 4. quomodo. & excommunicatis, vt 9. q. 3. cum aliquis. & pœnitentibus, vt 50. diſtin. in capite. & in hæreticis vel excommunicatis non eſt ſacramentum: & ideo repetitur. In pœnitentibus ſi eſt publica * eſt ſacramentum: & ideo non iteratur: & conuenit tantum epiſcopis, vt 17. q. 6. ca. 1. & 50. diſt. in capite. Si eſt priuata, non eſt ſacramẽtum, & iteratur: & conuenit etiã presbyteris, vt 26. q. 6 c. presbyteri. §. ecce.

Impoſitio manus eſt multiplex. 3 Vnde Apoſtolus. 1. ad Timo. 5. nemini cito manum imponas, id eſt nulliũ cito conſecrabis. Ioã. de Fant. de hoc habetur 23. diſtin. epiſcopus. Archi.

m ¶Non ſicut.] Id eſt, licet.

n ¶Repeti.] Inf. ea. q. quòd quidam. contra. Sol. ſed. ibi manus impoſitionem cõſecrationem nominat: hic uero manus extenſionem ſuper pœnitentem cũ oratione inuocato ſancto ſpiritu paraclito. Vel ibi prohibet reiterationem manus impoſitionis fieri in publico: hic autem permittit fieri in occulto.

* *Nõ quia publica ſit ſacramentũ, priuata non ſit, ideo illa non iteratur hac iteratur: ſed ob eas cãs quæ afferuntur ca. quamuis. de pænitentia, diſt m. 3. Vide ẽt Turrecre. ibi.*

b ¶Perfectionem.] i. ſanctitatẽ, & officij executionẽ. ADDITIO. Hic vide quod leg. & no. ea. q. qui. perfectionem.

c ¶Vt eorum.] Ideſt, quia eorũ, vt ſit relatiuum cum cauſa: & ita per hoc præcedens lectio approbata non videtur, id eſt, ideo non uidetur, quia, &c.

d ¶Imperfectos.] Quia non receperunt gratiam per illud baptiſma.

1 Ad hoc videas qđ le. & not. ſ. c. ventum. Arch.

e ¶Qui tetigerit:] tactu mẽtis. extra de ſen. excõ. nup.

f ¶Damnati.] Id eſt, damnationis, uel auctoris iam damnati, &c. 1.

CVM ERGO. Concludit Gra. ex quattuor ſupradictis c. ſcilicet Arrianos. ſi quis inquit. ſic populus. &c. in eccleſia. ꝙ nullum ſacramentum præter baptiſma põt ab hæretico miniſtrari: ſed contra hoc obijcitur.

SIcut Chriſtus.] CASVS. Luciferianus dicebat malũ ſacerdotem verum baptiſma conferre: ſed Euchari

ſtiam nullo modo conficere quod Hieronymus reprobat. dicit enim aut utrumque approbet, aut utrumque reprobet. Nam qui profanus eſt ad unum, non eſt ſanctus ad alterum: & econuerſo.

a ¶Baptizat.] Interius. de conſe. diſt. 4. nemo. uel cum effectu.

huc in ſuo officio toleratis. Dr in hoc c. ꝙ in traditione ueritatis ſacramẽti non diſtinguuntur merita conferẽtis uel conſecrantis: ſed potius uirtus creatoris. Nã ſicut Chriſtus eſt qui baptizat: ita ipſe eſt qui per ſpiritum ſanctum hanc ſuam carnem efficit. Seq. c. patet.

ptizat [a]; ita Chriſtus eſt, qui ſanctificat. Vnde oro te [b], ut aut ſacrificandi licentiam ei tribuas, cuius baptiſma probas; aut reprobes eius baptiſma, quem non putas eſſe ſacerdotem [c]. Neque enim poteſt fieri [d], ut qui in baptiſmo ſanctus eſt, ſit ad altare peccator. Algerus l. 3. c. 10.

¶Initium huius capitis vſque ad verſ. oro te *non eſt eo loco apud B. Hieronymum. Eſt tamen apud Algerum, lib. 3. c. 10. apud quẽ etiam nonnulla verba ex ijs, quæ ſequuntur eodem modo habentur, atque apud Gratianum, licet apud Beatum Hieronymum aliter legantur.*

Sed hoc de peccatore [α] *tantum catholico, non de hæretico intelligendum eſt. Quidquid enim cum fide catholica pro officio ſuo facit, licet indignus, tamen diuina gratia cooperante* [e] *ratum eſſe creditur. Alioquin ſi de hæreticis dictum intelligeretur, ipſe ſibi contrarius eſſet, cum dicat ad c. 5. Amos: [Sacrificia eorum odit Dominus.] & alibi in perſona Domini.*

α ¶Peccatore.] *B. Hieronymus eo loco argumentatur, vt ſolent Dialectici dicere, ad hominem: neque id agit, vt cõſtituat, ac ſanciat aliquid; ſed tantum vt aduerſarium modeſtum reddat. Nã poſtquam illum eo adduxit, vt ſe non amplius aduerſarium, ſed diſcipulum profiteatur, tunc veriſſimam ei rationem exponit, cur eccleſia epiſcopos recipiat, qui in Ariminenſi concilio imprudentes hæreticis conſenſerant.*

¶Benedictionibus hæreticorum Deus maledicit.
C. LXXVI.

Maledicam [f] benedictionibus veſtris] hoc eſt, quidquid à uobis benedicitur, à me erit maledictum. Sent. 4. diſt. 19. *Malach. 2.*

¶Hæc ſunt in gloſſa interlineari ad eum Malachiæ locum ex Hieronymo.

11 *Hoc ergo intelligendum eſt de hæretico: illud autem aduerſus Luciferianos de eccleſiaſtico peccatore.*

De quo Auguſtinus [β] *ait in libro de corpore Domini.*

β ¶Auguſtinus.] *Caput hoc etiam ab Algero lib. 3. c. 8. citatur ex Auguſtino in libro de corpore Domini: ſed Poſſidius in indiculo operum B. Auguſtini nullam huius libri mentionem facit: & ad verbum (excepto vltimo verſiculo) hæc leguntur in libro Paſchaſii abbatis de corpore, & ſanguine Domini, c. 12. ex quo etiam libro ſunt c. iteratur. cum ſequentibus infra de conſecr. diſt. 2.*

¶Boni & mali ſacerdotes æquè corpus Chriſti conficiunt. C. LXXVII.

Intra [g] catholicam eccleſiam in myſterio † corporis & ſanguinis Domini nihil à bono maius, nihil à malo minus perficitur ſacerdote, quia non in merito conſecrantis, ſed in uerbo perficitur creatoris, & uirtute ſpiritus ſãcti. *& infra.* ¶ Si enim in merito eſſet ſacerdotis, nequaquam ad Chriſtum pertineret. Nunc autem ſicut ipſe eſt, qui baptizat; ita ipſe eſt, qui per ſpiritum ſanctũ hanc ſuã efficit

De conſ. diſt. 2. utrum. Mag. 4. ſẽt. diſt. 13. Algerus l. 1. c. 21. & l. 3. c. 8.

† *al. miniſterio*

b ¶Vnde oro te.] Putabat iſte eum qui homicida uel adulter fuerat, mundari in baptiſmo: non ita tamẽ ut dignus eſſet ſacerdotio. Gratianus tamen hoc intelligit de occulto peccatore. Nã dicebat quidã de tali, & malè, ꝙ licet poſſet baptiſma dare non tamen cõficere. & hic tales reprehenduntur. & ſecundum hoc eſt arg. cõtra. 50. diſtin. qui ſub gradu. Sed ibi de depoſito, cum quo diſpenſatur ut baptizet: hic de tolerato.

Homicida & adulter, an conficere poſſunt.

c ¶Eſſe ſacerdotẽ.] Id eſt, ſacramẽta poſſe conficere.

d ¶Poteſt fieri.] Ar. ꝙ uno de duobus, quæ ſunt eiuſdem iuris conceſſo, alterum conceditur, ex quo enim aliquid alicui conceditur. eius cohærens conceditur 1. ut ĩ. 3. q. 6. hæc quippe. & 16. q. 1. ſi monachus. & q. 2. c. 1. ſupra 8. diſt. quo iure. H.

Conceſſo aliquo eius cohærens conceditur.

1 Concor. tex. in l. 2. ff. de iuriſd. om. iudi. & l. ad rẽ mobilem. & l. ad legatum ff. de procu.

SED HOC. CASVS. Dicit Grat. ſupradictum capitulum de malo catholico intelligi: & non de hæretico. alioquin idẽ Hieronymus eſſet ſibi contrarius, ut probatur ſequenti cap. & §. ſequenti: quæ per ſe patent.

e ¶Cooperãte.] Iſtud cooperante falsũ eſt quantum ad dantem uel facientem, nõ quãtum ad recipientem. infra ea. Dominus.

f Maledicam.] Aliam expoſitionem huius uerbi habes infra ea. multi ſæcularium.

HOC ERGO. Hæc eſt 11. pars huius quæſtionis, in qua probat ꝙ malitia ſacerdotis non nocet alijs in ſacramentis, quãuis ſibi noceat; & hoc vſq; ad §. ex his. Io. de Fã.

Intra catholicam.] CASVS. Hæc omnia c. uſque ad c. ſacerdotes. leguntur ꝺ malis pſbyteris catholicis ad

g ¶Intra.] Ab iſto loco vſque ad c. ſacerdotes. loquũtur omnia cap. de malis ſacerdotibus toleratis ab eccleſia.

a ¶Recrean-

a ¶Recreantur.] Quo ad ſuſtentationem corporis,& poſt animæ,ut de conſe.diſt.2.non iſte panis 1.

b OMnia ſacramenta.] ¶Et verbum.] Id eſt,prædicatio:quæ ſi fiat ab indigno,alijs prodeſt:ſed ſibi nocet.arg.diſt.83.§.quanquam.arg.15.q.ult.c.ult.

c ¶Di-

tha ad Samuelem : quod cum annunciatum eſſet Sauli, miſit lictores ut caperent eum:qui cum uidiſſent cœtũ prophetarum,& Samuelem ſtãtem ſuper eos:factus eſt in eis ſpiritus Domini : & prophetare cœperunt etiam ipſi:quod cum nunciatum eſſet Sauli , miſit alios nuncios: prophetauerunt autem & illi , rurſus miſit & tertios,& ipſi prophetauerunt : & iratus Saul abijt , & factus eſt ſpiritus Domini ſuper ipſum : & prophetauit cum cæteris coram Samuele, & cecinit nudus tota die ac nocte,unde exiuit prouerbium, Saul inter prophetas.

1 Scilicet creatur in ſuſtentationem.de cõſe.diſt.2. nõ iſte.Archi.

carnem , & transfundit in ſanguinem . Credendum α eſt enim,quòd in verbis Chriſti ſacramenta conficiantur.Cuius prius creantur imperio,eius utique verbo recreantur [a] ad melius.

α ¶Credendum] *Hæc eodem modo leguntur apud Algerum. Sed Paſchaſii uerba,c.15 hæc ſunt:* Cuius ergo potentia creata ſunt prius,eius utique uerbo ad melius recreantur: quia nemo creator alicuius rei,aut recreator, niſi unus Deus catholicè prædicatur. Propterea ueniendum eſt ad uerba Chriſti, & credendum,quòd in eiuſdem uerbis iſta conficiantur .

Item Auguſt.lib.2.contra epiſt. Parmeniani,c.10.

¶De eodem. C. LXXVIII.

] ea.c. p Eſaiã. §.hoc pene . Alg.l.3.c.11.

Matth.23.

† *Dei teſtatur.* ſoli g.

OMnia ſacramenta cum obſint indignè tractantibus , proſunt tamen per eos dignè ſumẽtibus:ſicut & verbum [b] Dei†.Vnde dictum eſt [c]. [Quæ dicunt facite:quæ autem faciunt facere nolite.]

Item in Pſalmum 103.verſ.[Qui tegis.]

¶De ijs,qui ſanctis malè vtuntur. C. LXXIX.

PRophetauit [d] & Saul malus rex, & tunc prophetauit, cũ Dauid ſanctũ perſequeretur. *& infra.* ¶Non ergo ſe iactent,qui forte ſine charitate habuerint hoc munus Dei ſanctum:ſed uideant qualem rationem habituri ſunt cum Deo,qui ſanctis non ſanctè utuntur . Ex his erunt,qui dicturi ſunt:[In nomine tuo prophetauimus.] Non illis dicetur,mentimini:ſed dicetur,[Non noui [e] vos,&c.]

Matth.7.

¶*In tractatu 7.in epiſtolam Ioannis ſunt aliqua,quæ ad ſententiam huius capitis referri poſſunt , atque inde antea citabatur. Sed ipſa prorſus uerba ſunt loco indicato .*

Spiritum ergo prophetiæ dicendi ſunt habuiſſe , non meritum.

Item Hieronymus in c.1.Aggæi.

¶Quiſque non tam ſanctificatur ex hoſtijs, quàm pro peccato polluitur. C. LXXX.

O Propheta [f], qui altari tantũ extructo,& domo mea diruta [g] hoſtias mihi offers in altari , uictimis eius ſanctificari te putas ; ſcito, quoniam ſanctum quidem eſt, quod offertur in altari : ſed non tam ſanctificaris ex hoſtijs,quàm ex mortuis operibus pollueris .

¶*Apud B.Hieronymum ſic legitur:* ò popule,qui altari tantum extructo,& diruta domo mea hoſtias mihi offers in altari,& uictimis eius, & carnibus te ſanctificari putas ; ſcito non tã ſanctificari te ex hoſtijs,quæ tẽplo diruto tibi prodeſſe non

d ¶ Prophetauit .] Hic probat ꝙ malus ſacerdos poteſt conficere : quia Saul malus erat, & prophetauit:immo mali habẽt omnia dona ſpiritus ſancti præter charitatem . ſupra c. multæ . Hiſtoria autem erit hic pro caſu.

Sacerdos malus conficit .

e ¶Non noui .] Id eſt , non approbaui , ita dicũt aliqui ſcholares, qui noti ſunt aliquibus in ſcholis , cũ uident eos in terra ſua, dicunt , non noui uos . uel quando ſunt diuites , dicunt pauperibus 2. non noui uos. uel (quod peius eſt) nolunt loqui cum eis.

Honores mutant mores .

2 Adde gl. in l.2.ĩ uer. mores . ff. de teſti.

O Propheta.]CASVS . In hoc ca. mali ſacerdotes reprehenduntur , qui etſi uerum corpus Chriſti conficiant in altari,ex hoc non ſanctificantur : ſed potius ex ſuis malis operibus polluuntur .

f ¶O propheta.] Ad litteram intelligitur de Babylonica captiuitate. Nam Cyro dãte licentiam reuertendi de Babylonica captiuitate , populus Iſrael ædificauit altare, & deiecerunt fundamentum templi : ſed per litteras Cambyſę ducis militiæ ipſius Cyri prohibitus eſt in ædificatione procedere vſq; ad ſcđm annum Darij : in quo iuſſus eſt ædificare templum cœptũ ab Aggæo propheta ad hoc exhortãte populũ. Loquitur ergo Hier. de tẽpore in quo immolabant in altari:ſed domũ Dei, ſcilicet templum reædificare negligebant,cum domos ꝓprias reædificarent:quod in ipſo Aggæo plenius patet.

De babylonica captiuitate.

g ¶Domo mea diruta.] Id eſt,ædificatione uirtutum, diruitur

c ¶Dictum eſt .] Tales inſtruunt Deum qualiter eos punire debeat.40.diſt.multi.

PRophetauit.] CASVS . Probatur in hoc cap.ꝙ malus ſacerdos miniſtrare poteſt : quia Saul malus erat,& prophetauit. Legitur enim in 1.lib.Regũ,ꝙ cum Saul perſequeretur Dauid ipſe fugiens uenit in Rama

Aı̅a ſine uirtutibus corruit.

diruitur enim remotis uirtutibus anima. 15. quæſt. 1. merito. & 11. q. 3. ſi epiſcopus fortè, ſupra ea. q. remiſſionem, infra 11. q. 3. quid obeſt. H.

ITa ſit uerbum.] CASVS. Dicitur quòd tunc peccat hęreticus in ſpiritum ſanctum, cum de ſchiſinate ad unitatem & congregationem eccleſiæ redire contemnit: in qua eccleſia ſpiritus ſanctus per catholicum & fictum & reprobum operatur remiſſionem peccatorum: & mali per talem colliguntur.

CVm ſcriptura] CASVS. Quis dubitat ſpiritum ſanctum adeſſe ſacramentis ſacerdotum: cum in ueteri teſtamento ad preces tam bonorum, quàm malorum

poterunt, quam contaminari omnia opera tua, & cũcta, quæ agis, ex eo quòd negligis, & tuam magis domum, q̃ meam extruere conatus es. Sanctum quidem eſt quod offertur in altari; ſed non tam ſanctificatis eſt hoſtijs, quàm ex eo, quòd in conuallibus habitas, & interes mortuis operibus, pollueris *In duobus etiam Gratiani uetuſtis codicibus legitur,* ò popule. *Verum idem Hieronymus continuo iſta eadem per anagogem aptat eccleſiaſtico viro.*

Item Auguſtinus in lib. de uerbis Domini, ſermone 11.

¶Contra ſpiritum ſanctum, verbum dicitur, cum ex diſperſione nunquam reditur. C. LXXXI.

Iuo p. 2. c. 104.

ITa ſit † verbum [a] contra ſpiritum ſanctum, cum ex diſperſione ad congregationẽ [b] nũquam [c] uenitur, quæ ad remittenda peccata accepit ſpiritum ſanctum. Ad quam congregationem etiam ſi per malum clericum, ſed tamen catholicum miniſtrum, reprobum, & fictum aliquis acceſſerit corde non ficto; in ipſo ſpiritus ſanctus β operatur remiſſionem peccatorum; qui in ſancta eccleſia ita operatur, ut reprobos fugiat, & tamen [d] per eorum miniſteriũ probos colligat.

† *dicitur*] or.

ꝟ. ead. ſpiritus ſanctus.

β ¶Spiritus ſanctus.] *Hoc loco conciſè refertur ſententia B. Auguſtini, plenius autem ſupra ead. c. ſpiritus ſanctus.*

Idem in ſermone de remiſſione peccatorum.

In l. 50. homil. hom. 23.

¶Non meritis hominum, ſed uirtute ſpiritus ſancti peccata remittuntur. C. LXXXII.

VT euidenter hoc oſtenderet Dominus, à ſpiritu ſancto, quem donauit fidelibus ſuis, dimitti peccata, nõ meritis hominum; quodam loco [e] ſic ait reſurgens à mortuis: [Accipite ſpiritum ſanctum;] & continuo [f] ſubiecit, [Si cui dimiſeritis [g] peccata, dimittuntur ei,] hoc eſt, ſpiritus [h] dimittit, non uos. Proinde γ ſicut is, quem ſacerdos tolerat in eccleſia, eſt tamen extra eccleſiam, & extra corpus, cuius caput eſt Chriſtus, ſi ei oſtiarius [i] non aperuerit δ: ita non ideo extra eccleſiam eſt, & non eſt de corpore, ſi quis paſtoris præiudicio [k] compellitur foris eſſe.

Io. 20.

γ ¶Proinde.] *Verba ipſa huius partis non ſunt inuenta apud B. Auguſtinum. Simillima habentur apud Origenem Hom. 14. ad c. 24. Leuitici, & referuntur infra 24. q. 3. c. cum aliquis. & c. ſi quis non recto.*

δ ¶Aperuerit] *In nonnullis vetuſtis codicibus legitur;* aperuit. *in aliis,* aperiat *ab vno autem abeſt negatio.*

Item Ambroſius de iis, qui initiantur myſteriis, c. 5.

¶Dominus non merita perſonarum, ſed ſacerdotum officia conſiderat. C. LXXXIII.

CVm ſcri-

Alger. l. 3. c. 10.

rũ legatur ignis deſcendiſſe de cœlo; quorum utrumq; ꝓbatur per hiſtoriam Hieroboam, qui fuit malus ſm quoſ-

a ¶Ita ſit uerbum.] .i. blaſphemia. ĩ. de pœ. diſt. 1. §. poteſt. & diſt. 4. §. ſiue. H.

b ¶Congregationẽ] Id eſt, unitatem eccleſiæ.

Impœnitentia finalis eſt peccatũ in ſpiritum ſanctum.

c ¶Nunquam.] Et ita peccatum in ſpiritum ſanctum eſt finalis impœnitentia: de qua dicit Au. de pœn. diſt. 7. c. 1. & fi. & notaui 25. diſ. qualis.

d ¶Et tñ.] Hoc dicit: quia ab iſto poſſum accipere etiam ſine neceſſitate.

VT euidẽter.] CASVS. Oſtenditur in hoc c. quòd nõ homo, ſed ſpiritus ſanctus peccata remittit: & hoc ꝓbatur auctoritate Domini dicentis; Si cui dimiſeritis peccata, &c. & ideo euenit ꝙ ille, quẽ ſacerdos tolerat, ſit extra eccleſiam, ſi ei Chriſtus non aperit: & iniuſtè excommunicatus ſit intus.

e ¶Quodam loco.] Ita & aduocatus poteſt allegare, ut dicit quædam lex 45. diſt. cum beatus.

ADDITIO. Ad idem ꝟ. ea. multæ. 45. diſt. §. hinc etiam. & 32. q. 7. quædam. Arch.

f ¶Et cõtinuo.] Arg. uerborum ordinem ſpectandum eſſe, ut 20. diſt. §. 1. arg. ex ſerie uerborum aliquid perpendi. infra 24. q. 1. alienus.

g ¶Dimiſeritis.] Bene dixit, dimiſeritis: non cui putaueritis dimitti 1.

1 Vt de pœ. diſt. 1. quem pœnitet. ar. 50. diſtin. ſi quis præpoſtera. Arch.

h ¶Hoc eſt ſpiritus.] Infra 1. q. 3. illud. & c. nemo contemnat. infra ea. q. dictum eſt. ĩ. de conſec. diſt. 4. nemo. H.

Præiudiciũ, eſt prauum iudicium.

i ¶Oſtiarius.] Id eſt, Chriſtus. idem eſt oſtium, ut ĩ. ea. q. ordinationes.

k ¶Præiudicio.] Id eſt, prauo iudicio. ĩ. 24. d. 3. ſi quis.

quoſdam. aliàs Hierobaal, & Heliæ prophetæ, qui bonus fuit.

a ¶Cum ſcriptura.] Hic intendit Ambroſius probare ꝙ ſpiritus ſanctus tempore hoc operatur inuiſibiliter in ſacramẽtis eccleſiæ: quod ex eo probat, quia olim uiſibili-

Spiritus ſãctus olim viſibiliter nunc inuiſibiliter operatur.

c ¶Hieroboam.] Qui fuit malus ſecundum fal 'um intellectũ Gratiani. alias Hierobaal, quaſi ſacra Baal deſtruens. Hieron enĩ ſacrũ dicitur. ſic enĩ dictus eſt Gedeon. ſed hoc non faceret ad propoſitũ Gra. Io.

Hierobaal vñ dicatur. 1 Ab ea nocte qua dominus dixit ei, deſtrue aram Baal. qđ & fecit, exinde Gedeon dictur eſt Hierobaal Hieron enĩ ſacrũ. inde Hierobaal, ſacra Baal deſtruens, vel Hieron fortis. quaſi fortis cõtra Baal. Archid.

M Vlti.] CASVS. Hoc c. diuiditur in quatuor partes. In prima parte Gregorius redarguit quoſdam, ꝙ peccata propria negligentes, uitam ſacerdotum reprehendunt, & eorum ſacramẽta cõtemnũt. In ſecunda parte oſtẽdit unde dicatur myſterium, & vnde ſacrificium, & unde ſacramentum, & unde Eucharistia. In tertia parte dicit, ꝙ ad preces myſticas malorum ſacerdotum uita Chriſti ſacramẽta celebrãtur. In quarta parte exponit verbum Oſeæ propheta, ſcilicet, Maledicam (inquit) benedictionibus veſtris. Secũda pars incipit ibi, [Myſteriũ.] Tertia ibi, [Siue ergo.] Quarta ibi,] Maledicam inquit, &c.].

† *Hierobaal*] orig Ambr. ſed ſcriptura, *Hierobaal* † *ſacrificiũ cõſecrauit*] ori.

Iud. 6.

ptura[a] tibi teſtetur[b], quòd ad Hieroboam † [c] preces, ĩgnis deſcendit de cœlo, & rurſus precante Helia ignis eſt miſſus, qui ſacrificia † conſumeret; datur intelligi [a], quòd Deus non merita perſonarum conſiderat, ſed officia ſacerdotum. *& paulo poſt*. ¶Ignis illis viſibilis mittebatur, ut crederent; nobis inuiſibilis operatur, qui credimus *& paucis interiectis*. ¶Crede ergo adeſſe Dominum Ieſum inuocatum precibus ſacerdotum, qui ait: [Vbi fuerint duo, vel tres, ibi & ego ſum.]

3 *Reg.* 18.

Matth. 18.

a ¶Datur intelligi.] *In originali non ſunt hæc uerba. Sed cum antecedentia pendeant ex ſuperioribus, hic noua incipit periodus,* Non merita perſonarum conſideres, ſed officia ſacerdotum. *nonnullæ autem aliæ varietates, & quidem non minimi ponderis in margine ſunt indicatæ.*

Item Gregorius.

¶Non merita ſacerdotum, ſed virtus diuina ſacramenta ſanctificat. C LXXXIIII.

4. ſen. diſt. 13.

Matth. 7.

MVlti[d] ſæcularium hominum, cum plus ſacerdotum vitam, quàm ſuam diſcutiunt, in magnũ contemptionis diuinorum ſacramentorum crimen incurrunt. Magna enim trabe uulneratos habentes oculos, eamque negligentes, feſtucam tenuem in aliorum conſpiciunt oculis: quam dum incautè feſtinant euellere, erroris in foueam delabuntur: minus quidem conſiderantes, quòd non eos ſacerdotum uita læderet[e], ſi ipſi humiliter bonis ſacerdotum admonitionibus aurem accommodaret. Sed dum hypocritarum more plus illorum famam, quàm propriam uitam, uel uitæ negligentias dijudicant, ſpernunt[f] ſancta monita, & ſpiritualia dona. Vnde fit, ut non ſolum ab eis dicta reſpuant, ſed (quod eſt deterius) diuina etiam myſteria contemnant, ut nec corporis communionem, aut ſanguinis Domini noſtri Ieſu Chriſti eorum miniſterio confectam aſſumant; putantes hanc minus[g] eſſe ſanctificatam, ſi illorum fiat officio, quorum uita eorum oculis uidetur ignobilis. ¶Heu in quàm magnum laqueum incidunt, ut diuina, & occulta myſteria plus ab alijs ſanctificata poſſe fieri credant: cum unus idemq; ſpiritus ſanctus in eccleſia diffuſa per totum orbẽ terrarum incõprehenſibiliter[h] ea myſteria, & occultè atq; inuiſibiliter, & operando ſan-

d ¶Multi.] Hoc c. intelligitur de malis tolerandis: quia generaliter loquitur de omnibus ſacramentis. In prima parte reprehenduntur, quidam laici, qui uitam ſacerdotum reprehendendo, diuina ſacramenta ab eis collata contemnebant: gerentes trabem in oculis ſuis, & feſtucam uolẽtes remouere de oculis aliorum. In ſecunda parte dicitur, quod quantumcunque ſit ſacerdos malus, ſacramenta tamen eius uera ſunt: nec magis ſanctificantur à bono. In 3. oſtendit quid ſit myſterium, & quid ſit ſacrificium. Vltimo ponuntur verba Oſeæ prophetæ.

e ¶Læderet.] Arg. alterius crimen non nocere innocenti 2 ead. q. 4. c. 1. ſ. eo. q. fertur. contra. H.

2 Hoc ẽ generaliter verũ niſi noceat occaſionaliter, ſecundum Hug. Vel in corpus. & ſic loqtur ſtrium hic ſignatum. Altaris myſterium eſt incomprehenſibile.

ſibiliter operabatur in legalibus ſacramentis.

a ¶Cum ſcriptura.] Quam non habemus: ſed eſt in ſcriptura lxx. interpretum.

b ¶Teſteť, &c.] Quaſi diceret, cũ nullus dubitare hic debet, mendaciter appoſuit Gratia. ſicut dať intelligi vſq; ibi, ignis, nec reddit rõnẽ Ambroſius quare olim viſibiliter, nunc vero inuiſibiliter operetur ſpiritus ſanctus: nec fit ibi malorum mentio ſacerdotum; ut in c. interpoſuit: ſed duntaxat bonorum, puta Heliæ, Hieroboam, & aliorum ſanctorum: quos ibi Ambroſius nominat: vnde ad præſentem materiam nihil operatur. Io. & ita falſa eſt littera cum Hieroboam, &c.

f ¶Spernunt.] Ex his conuincitur ꝙ Miſſa malorum ſacerdotum audiri poſſit, & ſi prohibitum ſit in caſu, vt inf. 15. q. vlt. c. ult. inf. 8. q. 3 c. vlt. ſ. 19. diſt. c. ſi. contra ſ. di. 32. nullus. diſt. 81. ſi qui presbyteri. Sed illud de publico uel de damnato. ſed hic de tolerato. H.

g ¶Minus.] Id eſt, non.

h ¶Incomprehenſibiliter.] Non enim à nobis comprehendi poteſt qualiter tranſubſtãtiatio ſub ſpecie panis & uini corpus Chriſti & ſanguis fiat.

ADDITIO. Vt de conſe. diſt. 2. panis. & intellige quod dicit Gratia.

a ¶Ita-

ctificet, & benedicendo † benedicat. ¶Myſterium α ita-que [a] fratres, ob hoc dicitur, quod ſecretam, & recon-ditam habeat diſpenſationem [b]: ſacrificium autem, qua-ſi ſacrum factum: quia prece [c] myſtica conſecratur pro nobis im memoriam Dominicæ paſſionis. *& infra.* ¶Sa-cramentum vero eſt in aliqua celebratione, cum res geſta ita fit, ut aliquid ſignificare, intelligatur, quod ſanctè ac-cipiendum eſt. Sunt autem ſacramenta, baptiſma, chri-ſma, corpus & ſanguis Chriſti: quæ ob id ſacramenta di-cuntur, quia ſub tegumento corporalium rerum uirtus diuina ſecretius ſalutem eorundem † ſacramentorum o-peratur. Vnde & à ſecretis uirtutibus, uel ſacris, ſa-cramenta dicuntur. Quæ ideo fructuosè penes eccle-ſiam fiunt, quia ſanctus in ea manens ſpiritus eorundem ſacramentorum latenter operatur effectum. Cuius panis & calicis ſacramentum Græcè euchariſtia dicitur, Latinè bona gratia interpretatur. Et quid melius corpore [d] & ſanguine Chriſti? ¶Vnde ſiue per bonos, ſiue per ma-los miniſtros intra Dei eccleſiam diſpenſetur; ſacramen-tum tamen eſt: quia ſpiritus ſanctus myſticè illud uiuifi-cat, qui quondam Apoſtolico in tempore uiſibilibus † ap-parebat operibus. Nec in bonorum meritiis diſpenſato-rum amplificatur, nec malorum attenuatur [e]: quia neque qui plantat, eſt aliquid, neque qui rigat; ſed qui incremen tum dat Deus. Hoc de corpore, & ſanguine Domini no-ſtri Ieſu Chriſti, hoc etiam de baptiſmate, & chriſmate ſentiendum eſt, & tenendum: quia uirtus diuina ſecretius operatur in eis, & diuina ſolummodo hæc eſt uirtus, ſiue poteſtas, non humanę efficaciæ: Polluimus β itaque pa-nem, id eſt corpus Chriſti, quando indigni accedimus ad altare, & ſordidi mundum ſanguinem bibimus. *& infra.* ¶Maledicam γ, inquit, benedictionibus ueſtris, hoc eſt ijs quæ nunc meis benedictionibus poſſidetis, ſeu quidquid à uobis benedicitur, maledicam: vel quoniam δ non bene dicunt ſanctis ex uero corde: vel quia [f] qui inique agunt, benedicuntur ab eis, adulanturque peccatoribus, dum-modo diuites ſunt.

¶*Caput hoc collectum eſt partim ex ſententijs B Gregorij, partim ex uerbis ipſis B. Iſidori atque Hieronymi.*

α ¶Myſterium itaque.] *Hæc vſque ad verſ.* hoc de corpore. *ſunt apud Iſidorum, non tamen eodem prorſus ordine.*

β ¶Polluimus.] *Sumptum eſt ex B. Hieronymo in commenta-rijs ad c. primum Malachia in illis verbis*; & dicitis, in quo pol-luimus, &c.

γ ¶Maledicam.] *Apud eundem ad c. 2. ſic habetur.* & maledicam, inquit, benedi-ctionibus veſtris, hoc eſt, quæ nunc meis benedictionibus poſſidetis: ſiue quid-quid à uobis benedicitur, à me maledictum erit; & maledicam illis, ſubaudi, be-nedictionibus ueſtris: quoniam noluiſtis intelligere, quæ dicũtur hoc eſt enim quod dicitur: [non poſuiſtis ſuper cor.]

δ ¶Quoniam] *Sumptum ex eodem loco paulo inferius: ubi hæc: leguntur:* vel certe, quia ad ſacerdotes proprie mandatum eſt, uertuntur benedictiones eorum in maledictionem; quando non benedicunt ſanctis ex uero cordis affectu, ſicut I-ſaac Iacob, & Iacob patriarchis, & Moyſes duodecim tribubus: ſed per dulces ſermones, & benedictiones decipiunt corda innocentium; & qui inique agunt, benedicuntur ab eis; adulanturque peccatoribus, dummodo diuites ſint, atque eorum vitijs blandiuntur.

a ¶Itaque.] Et quia occulte & inuiſibiliter.

b ¶Diſpenſationẽ.] Id eſt uirtutem & gratiam à Deo diſpenſatam & collatam.

c ¶Quia prece.] Sacrificia ueteris teſtamenti non faciebant quod figurabant. arg. de conſec. diſtinct. 2. ſacrificium. & quod dicit, prece myſtica conſecretur. hoc referas ad ſpeciem facti ſecũdum H. quia nec corpus Chriſti conſecratur, quia & prius corpus ſacratiſſimum erat: nec panis, qa ibi deſinit eſſe ſtatim.

d ¶Quid melius corpore.] Certe anima Chriſti. unde hoc dictum intelligas duntaxat amplificationis gratia. ſimile infra. 32. quæſtio. 6. nihil. & qõ. 7. quid in omnibus. Vel dic hoc maius inter ſacramenta eccleſiaſtica quo ad ſanctitatem & reuerentiam ut infra. de conſecrat. diſtinct. 2. nihil. & ca. qui manducat. & 25. diſtinct. ecce. Vel plures eiuſdem generis, ſcilicet inter corporalia. Vel intellige de corpore, qđ eſt Chriſtus. argumen. infra. ead. quæſt. interrogo. contra. Sed ibi expone uerbum, id eſt, filium. Et ſic non eſt cõtra. de pæ. di. 1. uerbũ.

e ¶Attenuatur.] Sed contra ĩ. 81. diſ. ſi qui ſunt presbyteri.

f ¶Vel qa.] Iſta duo uel, reſpiciunt tãtum proximum membrũ, cuius duæ inueniuntur expoſitiones per ſequentia.

Signi-

Corpus Chriſti non cõſecratur nec panis.

Corpus Chriſti excedit alia ſacramẽta quo ad reuerentiam.

† *al. ſanctificã do*

Iſidorus. l. 6. Ety. c. 19.

† *al. eundem*

† *al. viſibiliter*

1. *Cor.* 3.

Hactenus Iſidorus.

Hieronymus in c. 1. Malachiæ.

Idem in c. 2.

SIgnificaſtis.] CASVS. Hic probat malos ſacerdotes tolerandos duplici exemplo Chriſti: tum quia Phariſæos & Scribas docuit eſſe audiendos: ſed non in malis operibus imitandos: tum quia miſit Iudam traditorem ſuum ad euangelizandum cum alijs diſcipulis, & eum

ferri, nec confici: & hoc per quandam ſuam quæſtionē nitebatur probare. Diuiditur ergo capitulum iſtud in 5. partes. In prima parte Augu. reprehendit eum de ſua ſtulta quæſtione. In ſecunda parte oſtendit apud malos ſacerdotes uera eſſe ſacramenta, & ſi nō ſint ueri ſacerdotes: cū quæratur utrum ſit uerū ſacramentum, & non utrum ſit uerus ſacerdos: & hoc probat exemplo Caiphæ, qui malus erat, & tamen prophetauit, exemplo Pauli, qui uerum teſtimonium peſſimi approbat. exemplo Dauid, qui Saulis ſacram vnctionem honorauit. In tertio oſtendit quòd meritum conferentis non attenditur in ueritate ſacramenti. In quarta parte oſtendit, ꝙ Optati hæretici ſacrificium illis tantum nocuit, quibus uita ſua non diſplicebat. In quinta parte refert gratias Deo de uictoria, quā habuit contra Petilianum. Secunda pars incipit ibi, Qui autē ſolo. Tertia ibi. Item nos dicimus. Quarta ibi. Per hanc ſententiam. Quinta ibi. Item gratias ago.

d ¶Dominus declarauit.] Nota quòd Auguſti. in hoc cap. improbat duas opiniones Petiliani: qui Petilianus dicebat, immunditiam malorū mundis obeſſe: Dicebat etiam, quòd mali ſacerdotes non conferebant uel conficiebant uera ſacramenta. Dicit ergo in prima parte, ꝙ immunditia malorum bonis & mūdis non obeſt. In ſecunda ponit quādam obiectionem Petiliani, quę non tangit propoſitum, & eam ſoluit. In tertia oſtendit ꝙ ſacramenta ſi in forma eccleſiæ conferantur à quocunque, uera ſunt: & hoc oſtendit triplici exēplo Caiphæ, Apoſtoli, & Dauid. In quarta oſtendit ꝙ quales ſunt qui ſacramenta accipiunt, talia ſunt eis ipſa ſacramenta. In quinta infert duplicem concluſionem ͻ duplicē opinionem Petiliani, gratias agens Deo, quòd acquieuit Petilianus ſuis rationibus. Ioan.

Errores Petiliani.

Item Fabianus Papa epiſcopis orientalibus, epiſt. 2.

¶Non ſacerdotum uitam, ſed quæ docent, & miniſtrant conſiderare debemus. C. LXXXV.

Aug. in hom. 50. de pœn. c. 13. SIgnificaſtis inſuper pleroſque attendere, multis in ipſis honoribus eccleſiaſticis non congruenter [a] uiuere ſermonibus, & ſacramētis, quæ per eos populis miniſtrātur. *Matth. 23.* O miſeros homines, qui hos intuendo, Chriſtum obliuiuiſcuntur: qui & multo ante prædixit, ut legi Dei potius obtemperetur, quàm imitandi uideantur illi, qui ea, quæ dicunt, non faciunt: & traditorem ſuum tolerans uſque in finem, etiam ad euangelizādum cum cæteris miſit. Nam Apoſtoli talem conſuetudinem non habuerunt, nec habendam docuerunt [b].

Item Nicolaus Papa Michaeli Imperatori, in epiſt. quæ incipit, [Propoſueramus.]

¶De eodem. C. LXXXVI.

Anſ. l. 1. c. 75. Iuo p. 5. c. 18. NOn quales ſacerdotes Domini ſint, ſed quid de Domino loquantur, eſt uobis magnopere præuidendū: nec in uicarijs B. Petri Apoſtoli uobis eſt attendendum, qui ſint: ſed quid pro correctione eccleſiarum, quid pro ſalute ueſtra ſatagant. Nec enim illos [c] inferiores dicetis ſcribis, & phariſæis ſedentibus ſuper cathedram Moyſi; de quibus Dominus præcepit dicens: *Matth. 23.* [Quæcunque dixerint uobis, obſeruate & facite; ſecundum opera uero eorum nolite facere.] Ergo Imperator conſidera, ſi illos dixit audiendos, qui ſuper cathedrā Moyſi ſedebant; quanto potius his, qui ſuper cathedram Petri reſident, eſſe exiſtimetis obaudiendum?

Item Auguſtinus contra litteras Petiliani, lib. 2. c. 22.

¶Sacerdotum immunditia, ſacramenta non polluit. C. LXXXVII.

Alg. l. 3. c. 11. Iuo p. 2. c. 98. & 99. Eodem l. c. 30. DOminus declarauit [d] in uno cœtu [e] hominum eadē ſacramenta ſumentium, aliquorum immunditiam mundis obeſſe non poſſe. *& infra.* Petilianus dixit [f], Aut ſi quiſquā carmina ſacerdotis memoriter teneat, nunquid inde ſacerdos eſt, quòd ore ſacrilego carmē publicat

enim uſque in finem tolerauit: nec Apoſtoli etiam ſacramenta talium deſpiciebant.

a ¶Non congruenter.] Ideo uitabant eorum ſacr̄a.

b ¶Docuerunt.] Ergo nec nos præſumere, uel inuenire debemus, ut ſupra diſt. 37. qui de menſa, infra 2. q. 5. conſuluiſti. infra 31. q. 1. ꝙ ſi, ſupra diſt. 55. ſi euangelica, ſupra diſt. 45. cap. epiſcopum. 7. q. 1. c. 1.

NOn quales.] CASVS. Quidam cōtemnebant ſacr̄a malorum ſacerdotū, ſed probat Nicolaus hoc non eſſe faciendum: quia ſi mali ſacerdotes ſedentes ſuper cathedram Moyſi ſunt audiendi, multo potius regentes cathedram Petri ſunt audiendi.

1 Hinc eliciunt quidā Petrū eē maiorem Moyſe. Argu. ͻ. 32. q. 4. quis ignoret.

c ¶Nec enim illos.] No. modum arguendi de malis ad bonos. de conſec. diſt. 1. c. 1. ͻ. 11. q. 1. ſacerdotibus, ſupra diſt. 21. ſubmittitur 1.

DOminus declarauit.] CASVS. Petilianus dicebat per prauum ſacerdotem uera ſacramenta non cō

d ¶Dominus declarauit.] In parabolis de zizania ſeparanda à tritico. 11. q. 3. nolite. & de hœdis, ut 23. qō. 7. c. 1. Vel declarauit ſuſtinendo Iudā. 2. q. 1. unus ex uobis.

Zizania ab a tritico ſeparāda ſit.

e ¶Cœtu.] Id eſt, collectione Apoſtolorum, uel Eccleſiæ, ubi ſunt boni & mali. 32. q. 4. recurrat.

ADDITIO. De conſe. diſt. 4. eſt unitas eccleſiæ. Archi.

f ¶Petilianus dixit.] Obijciendo. dicebat enim malū ſacerdotem non poſſe conficere: quia non eſt uerus ſacerdos; ſicut nec laicus poteſt.

a ¶Ba-

a ¶Baptiſma.] Quaſi hoc quærimus, & nõ illud. & ideo non ualet obiectio, &c.
b ¶Sacramento.] Ordine & officio, ſine iuſtitia. argu. contra. 40. diſtinct. ſicut uiri. Sed ibi agitur de eſſentia ſacerdotis: hic de qualitate.
c ¶Si non det ſuũ.] i. ſi non ſua, ſed Dei; in forma. ſ. eccleſiæ.
d ¶Item.] Verba ſũt Epimenidis illius Thebani ſacerdotis, qui malus fuit: & Apoſtolus ſumit eadem uerba in teſtimonium in epiſtola ad Titum 1.
e ¶Si ergo.] Et uerũ eſt ſupple: & ideo approbemus.
f ¶Habet.] Arg. pro teſtimonio alicuius, qui non eſt bonus, ut credatur teſtimonio in quo uerum dicit, & ſi in alijs mentiatur. ſ dist. 37. turbat. & cap. ſi quid, ſed cõtra 3. q. 6. pura.
g ¶Verum.] Quaſi dicat, non: & ita non quicunque uerum dicit, uerax eſt 22. q. 2. homines.
h ¶Violatis.] Id eſt, violanda eſſe creditis.
i ¶Sacrilegiũ.] Quaſi comprobare ſchiſma ueſtrum uideamur, ex eo quod ſacramenta ueſtra non reprobamus.
K ¶Si non habebat Saul.] Quẽ dominus elegerat & fecerat Regem. i. fieri iuſſerat, ut infra 8. q. 1. audacter.
l ¶Panniculum.] Quũ præcidit clamydem ueſtimenti ſui, ut 2. q. 7. c. plerumq; obijcitur. §. de his, & §. item opponitur.
m ¶Omnia munda mundis.] Iuxta illud: Qui manibus ſordes: operum prius ablue ſordes. Intus te munda, quia mundis omnia munda.
n ¶Optati.] Propriũ nomen eſt, & erat malus catholicus, uel hæreticus, ſcilicet occultus.
o ¶Sacrificio.] Hic patet quod præciſus conficit, ut infra c. non nocet. & c. dictum. & de conſecr. diſtinct. 4. non in uobis. præterea quæ eſſet ratio quare damnatus à Deo poſſet conficere quamdiu toleratur ab eccleſia, ſed damnatus ab homine non? Dicas ergo quòd hæreticus excommunicatus depoſitus poteſt hoc ſacramentum & reliqua ſacramenta miniſtrare, per capitula quæ dixi. Quidam tamen contrarium dicunt 2. per id quod eſt 24. quæſt. 1. ſchiſma. ubi dicit Pelagius; ſi ueritate duce regimur, non eſt Chriſti corpus quod hæreticus conficit. Item quia hoc ſacramentum eſt ſacramentum unitatis, ut de conſecra. diſtinctio. ſecunda, quia paſſus. Item quia extra unitatem eccleſiæ confici non poteſt, ut ſupra eadem, extra eccleſiam, infra ead. ſacerdotes.
ADDITIO. Intellige omnia iſta vltimo allegata quo ad effectum ſacramenti, uel quando non ſeruant formam eccleſiæ ſecundum Ray. qui de hoc ſatis no. in ſumma de hæret. §. item nunquid, &c.
p ¶Polluti.] Arg. nõ imputari ſocio peccatum alterius ſi ei diſpliceat, dummodo eum admoneat ut reſipiſcat, ut

Epimenides Thebanus, ſacerdos malus fuit.

1 Cap. 1. de hoc etiam not. 37. diſ. turbat. ibi uideas. Arc.

Optatus malus fuit catholicus.

Sacerdos præciſus cõficere põt.
2 Ad hoc de conſ. diſ. 2. quid ſi ſanguis. uerſi. qualis ubi de hoc.

ſacerdotis? Auguſtinus reſpondit. Ita iſtud dicis quaſi modo quæramus, quis ſit uerus ſacerdos, & non quid ſit uerũ baptiſma [a]. Vt enim ſit quiſq; uerus ſacerdos, oportet, ut non ſolo ſacramento [b], ſed iuſtitia quoque induatur; ſicut ſcriptum eſt: [Sacerdotes tui induantur iuſtitia.] ¶Qui autem ſolo ſacramento ſacerdos eſt, ſicut fuit pontifex Caiphas perſecutor unius & ueriſſimi ſacerdotis; quãuis ipſe nõ ſit uerax; quod dat tamen uerũ eſt, ſi nõ det ſuũ [c], ſed Dei. *Item* [d] *paulo inferius.* ¶Dixit quidã ex ipſis proprius eorũ propheta, Cretenſes ſemper mendaces, malæ beſtiæ, ventres pigri†. teſtimonium hoc uerũ eſt.] Si ergo [e] Apoſtolus neſcio cuius alienigenæ teſtimoniũ, quia uerũ cõperit, etiã ipſe atteſtatus eſt; cur nos apud quemlibet inuenerimus, quod Chriſti eſt, & uerũ eſt, etiã ſi ille, apud quẽ inuenitur, peruerſus, & fallax eſt; non diſcernimus uitium, quod homo habet [f], & ueritatẽ, quã nõ ſuã, ſed Dei habet? & dicimus, ſacramentũ hoc verũ eſt, ſicut ille ait, teſtimoniũ hoc uerũ [g] eſt? Nunquid ideo dicimus, etiã ipſe homo uerax eſt, quia dicimus ſacramentum hoc uerũ eſt? *& paulo poſt.* ¶Vos autem neceſſe eſt, ut ſemper erretis, quãdiu propter hominũ uitia, Dei ſacramenta uiolatis [h], aut nos propter Dei ſacramenta quæ in nobis † uiolare nolumus, etiam ueſtri ſchiſmatis ſacrilegiũ [i] aſſumere putatis. *Item.* ¶Baptiſmi ergo puritas à puritate, uel immunditia cõſcientiæ, ſiue dantis, ſiue accipientis omnino diſtincta eſt. *Item.* ¶Memento ergo ſacramentis Dei nihil obeſſe mores malorũ hominum, quo illa vel omnino nõ ſint, uel minus ſancta ſint. *Item.* ¶Quæro, ſi non habebat Saul [k] ſacramenti ſanctitatem, quid in eo Dauid uenerabatur? ſi autem habebat innocentiam, quare innocentem perſequebatur? Nam eum propter ſacroſanctam unctionem & honorauit uiuum, & uindicauit occiſum. Et quia uel panniculum [l] ex eius ueſte præſcidit, percuſſo corde trepidauit. Ecce Saul non habebat innocentiam; & tamen habebat ſanctitatẽ, nõ uitæ ſuæ (nã hoc ſine innocẽtia nemo poteſt) ſed ſacramẽti Dei, quod & in malis hominibus ſanctum eſt. *Item.* ¶Nos dicimus tale cuique ſacrificium fieri, qualis accedit, ut offerat, & qualis accedit, ut ſumat: & eos de ſacrificijs talium manducare; qui ad illa tales accedunt quales & illi ſunt. Itaque ſi offerat Deo malus, & accipiat inde bonus; tale cuique eſſe, qualis quiſque fuerit; quia & illud ſcriptum eſt: [Omnia munda mundis [m].] Per hanc ſententiam ueridicam, & catholicam etiam uos. Optati [n] ſacrificio [o] non eſtis polluti [p], ſi facta eius diſplicebant

Pſal. 131.
Ad Titũ, c. 1.
† Poteſt inferri ex hoc text. & ſua gl. quod auctoritates Poetarũ & gẽtilium tam in iure quàm in cauſis põt allegari cõcor. tex. in l. inter ſtatum, cũ gl. ff. de rerũ diuiſio.
†*al. vobis*
Eod. lib. c. 35.
Ibidem c. 47.
Ibidem c. 48.
1. *Reg.* 10. & 24.
Ibidem c. 52.
Ti. 1.

vt ſ.ea q.4.c.1.quod crimē,nullius crimē.& c.crimen. arg.23.q.4.recedite.8.q.1.quid aūt.ſ.11.q.3.quod præ decenter.ſ.24.q.3.ſi habes.24 q.1.ſchiſma. contra ſ.de conſ.diſ.1.ſancta.contra ſ.ead.q.5.c.1. contra.H.

CHriſtus quid fecit.] CASVS. Probatur in hoc c. ꝙ mali

c ¶Ore.] Cum dixit,hoc eſt corpus meum.inf.de conſec.diſt.2.accipite.

d ¶Cæteris.] ſ.23 q 4.tu bonus,& c.quàm magnum. inf.de cōſe.diſ.2.cū omne.contra. Sol. ſed ibi de bucella panis,quam ſoli Iudæ tradidit poſteà:hic de corpore Chriſti, quod primo tradidit ſibi,poſtea oībus dedit.

vobis. Nam vtiq; panis illius,panis luctus erat,ſub cuius iniquitatibus Africa tota lugebat: ſed panem luctus, omnibus uobis communem eſſe,omnium veſtrum malū ſchiſmatis facit. *Item.*¶Gratias Deo,quia tandem confeſſus es

Ibidem c.54. poſſe valere inuocatum nomen Chriſti ad aliorum ſalutem,etiam ſi à peccatoribus inuocetur. Hinc ergo intellige,cum Chriſti nomen inuocatur, non obeſſe aliorum ſaluti aliena peccata.

a ¶Vitæ ſuæ.] *Sequebatur,ſed unctionis: quæ uoces abſunt ab omnibus uetuſtis Gratiani exemplaribus,licet in codicibus etiam B.Auguſtini impreſſis legantur.*

Idem in pſalmum 10.*in verſ.*[*Iuſtus autem quid fecit?*]

¶Etiam per malum miniſtrum dona Dei ad hos perueniunt,qui cum fide accipiunt. C. LXXXVIII.

Iuo p.2.c.105. *Ioa.* 13.6. & 12. *Matth.*10.

CHriſtus quid fecit [a] vobis,qui traditorem ſuum tanta patientia pertulit, ut ei primam [b] Euchariſtiam confectam manibus ſuis,et ore [c] ſuo cōmendatam,ſicut cęteris [d] Apoſtolis, traderet? Quid uobis fecit Chriſtus, qui eundem traditorem ſuum, quem diabolum nominauit [e], qui ante traditionem Domini, nec loculis [f] Dominicis fidem potuit exhibere, cum cęteris diſcipulis ad prædicandum regnum cęlorum miſit; vt demonſtraret dona Dei peruenire ad eos,qui cum fide accipiunt,etiam ſi talis ſit, per quem accipiunt,qualis Iudas fuit?

Item Gregorius.

¶Sacramentis,epiſcopi malitia non nocet C. LXXXIX.

NOn nocet malitia epiſcopi neque ad baptiſmum infantis,neque ad eccleſiæ [g] cōſecrationem [h]: quia baptiſma à Deo datur,non ab homine uenit.ſic & Euchariſtia, & omnia,quæcunque in altari ponuntur, non ab homine,ſed à Deo ſanctificationem accipiunt.

Sed obijcitur [i] *illud Hieronymi in Sophoniam,c.3.*

¶Non verba,ſed merita ſacerdotum Euchariſtiam faciunt. C. XC.

Iuo p.2.c.110.

SAcerdotes,qui Euchariſtię ſeruiunt,& ſanguinem Domini populis eius diuidunt,impie agunt in legē Chriſti,putantes Euchariſtiam,imprecantis [k] facere verba, nō vitam [l]; & neceſſariam eſſe tantum ſolennem orationē, & non ſacerdotum merita, de quibus dicitur: [Et ſacerdos, in quo fuerit macula [m] non accedet offerre oblationes Domino.]

*Leuit.*21.

e ¶Nominauit.] Vbi, neſcio, ſed credo,ꝙ ibi, qui intingit mecū manum,&c.argum.inſtit.de exhæred.lib.§.ſed fœminini.

f ¶Loculis.] Arg cōtra infideles ſeruiētes ꝙ ſint ſicut diaboli. de pæni. diſt.3.§. hoc idem 1.

g NOn nocet.] ¶Ad eccleſiæ.] ſ.de conſec.diſtin.2.eccleſijs. contra. ſed illud quando forma ſeruata non eſt.

h ¶Conſecrationē.] dū tamē ceſſet omnis pactio uel aliqua turpis promiſſio; alioquin execrata potius q̄ cōſecrata dici debet. ut ſ.ea.q.4. eccleſia.ſed hoc in odium conſecrantis. nam reuera conſecrata.eſt 2.

SED OBIICITVR. CASVS. Nunc obijcitur Grat.contra prædicta, & ita alternatim modo ex una parte, modo ex alia allegādo procedit in hac quæſtione, & ſolutiones inferendo.

i ¶Sed obijcitur.] Reſpicit §.ſi ergo. ſ. proxi. poſitū. Nam inducit iſta ſex c.quædam directe:quędam à ſenſu contrario ad probandum ꝙ malus ſacerdos nō poſſit conficere ſacramenta, ſed ibi rūdet in ſeq.§.cum vita.

SAcerdotes.] CASVS. Dicitur in hoc c. ꝙ non tantū uerba: ſed etiā merita ſacerdotum cōcurrere debent, quia ſcriptū eſt, Nec maculam habēs ad ſacrificandū accedat. Sequētia tria cap. plana ſunt, in quib. dicitur ꝙ mundi debēt eſſe ſacerdotes qui pro

1 Ad idē 13. q. 1. §. ad hoc. ubi de hoc ſcilicet ꝙ ſint ſicut diaboli. de pæ.diſ.1. §. hoc idē.Archid.

2 Dūmodo forma eccleſiæ fuerit ſeruata. de conſ. di. 1. eccleſijs. quod etiā videtur contra.Ioan.de Fant.

mali ſacerdotes ſunt tolerandi, & ꝙ ſacramenta ſunt ab eis recipiēda,& hoc probatur exemplo Domini. qui Iudam tolerauit, & eum cum alijs diſcipulis ad prædicandum miſit. Sequens cap. patet.

a ¶Chriſtus q̄d fecit.] Quæ ſigna patiētiæ oſ̄dit nobis.

b ¶Primam.] Id eſt,primo confectam Euchariſtiā dedit.nam vna ſola eſt,&ideo non eſt prima uel ultima. Vel ſic,primam,id eſt,unicam,& non plures.

alijs intercedunt,quia facilius exaudiuntur.

k ¶Imprecantis.] Id eſt,inuocantis per preces.H.

l ¶Non vitam.] Quantum ad rem ſacri,ſcilicet,ut digne conficiant;alias uita non exigitur ut conficiant. ADDITIO.Sub.ſed vt proficiant offerenti.inf.ea.cum vita.Archid.

m ¶Macula.] Mortalis peccati 3 arg.de conſ.di.2.quotidie.vel venialis,& tūc eſt cōſilium.arg.diſt.6.teſtamentum,

3 Hic videas q̄d not. 51. diſ.de his. in gl.ult.ex de celeb. miſſa. de homine.Arch.

tū. H.tamen hæc auctoritas intelligitur de macula cor porali.vt 49.diſt.hinc etiam, & ita ſophiſtice inducitur §.non accedat.dum enim æſtuauerit in pectore precā tis ignis alienus qui exurit, & nō ſanat:non pōt digne accedere ad altare. de pœn.diſt. 3.c. inter hæc bircum. Vnde notatur hic ꝙ quilibet ſacerdos pro macula mortalis peccati ſupēſus eſt quoad ſe, quo ad, accipientes uero non, niſi ut notatur 32. diſt.§.uerum.&c.nullus.

Sacerdos q libet,ꝑ mortali peccato ſuſpēſus eſt quo ad ſe.

Euchariſtia eſt obſeruanda, ne in terram decidat negligentia miniſtrantis; quia vterq; reus eſt, ſ.q. negligēter verbū Dei audit, & qui corpus Chriſti in terrā cadere permittit. & ita ſacerdos nō debet indigne miniſtrare

g ¶Verbū.] Id eſt, prædicatio, quæ plures cōuertit, &c. plus

Prædicatio eſt efficacior corpore Chriſti.

Item Alexander, epiſt.2.

¶Tanto facilius ſacerdotes exaudiuntur, quanto apud Deum ſunt digniores. C. XCI.

IPſi ſacerdotes pro populo interpellāt, & peccata populi comedunt [a]; quia ſuis precibus, & oblationibus ea delent, atq; cōſumunt: qui quāto digniores fuerint, tanto facilius pro neceſſitatibus, pro quib. clamāt, exaudiūtur.

Iuo p.2.c.69.& p.6.c.45.

Item Gelaſius Elpidio epiſcopo.

¶Non adeſt ſacramentis ſpiritus ſanctus, quę per criminoſos miniſtrantur. C. XCII.

SAcroſancta [b] religio, quæ catholicā continet diſciplinam, tantam ſibi reuerentiam uendicat, ut ad eam quilibet, niſi pura conſcientia, non audeat peruenire. Nam quomodo ad diuini myſterij conſecrationē [c] cęleſtis ſpiritus inuocatus † adueniet [d], ſi ſacerdos, & † qui eū adeſſe deprecatur, criminoſis plenus actionibus reprobetur?

Iuo p.2.c.90.& par.6.c.110.

† al aduocat*

† al.etiam

Item Gregorius in regeſto, lib.1.epiſt.24.

¶Manus immunda, tecta inquinat, non mundat. C. XCIII.

Et Paſt.p.2.c.2.

NEceſſe eſt, ut eſſe munda ſtudeat manus, quæ diluere ſordes curat: ne tacta quæq; deterius inquinet, ſi ſordida ipſa ſtercoris † lutum tenet: ſcriptum namq; eſt: [Mūdamini, qui fertis vaſa [e] Domini.] Domini etenim uaſa ferunt, qui proximorum animas ad interiora [f] † perducendas, in conuerſationis ſuæ exemplo ſuſcipiunt.

† al.inſequens

Eſa.52.

† al.in interna ſacrificia]

† al.in æterna ſacraria.

Item Auguſtinus lib.50.homiliarum, homil.26.

¶Aeque ſeruandum eſt verbum Chriſti, & corpus Chriſti. C. XCIIII.

INnterrogo vos fratres, vel ſorores: dicite mihi, quid uobis plus eſſe videtur, verbum Dei, an corpus Chriſti? Si verum vultis reſpondere; hoc vtiq; dicere debetis, quòd non ſit minus uerbum Dei, quàm corpus Chriſti. Et ideo, quanta ſolicitudine obſeruamus, quando nobis corpus Chriſti miniſtratur, vt nihil ex ipſo de noſtris manibus in terram cadat: tanta ſolicitudine obſeruemus, ne uerbum Dei, quod nobis erogatur, dum aliud aut cogitamus, aut loquimur, de corde noſtro pereat: quia non minus reus erit, qui verbum [g] Dei negligēter audierit; quàm ille, qui corpus Chriſti in terram cadere [h] negligentia ſua permiſerit.

Iuo p.2.c.106.

Idem lib.4.de Trinitate, c.14.

a IPſi ſacerdotes.] ¶Comedunt.] Id eſt, oblata pro peccatis 1.uel dicuntur comedere peccata populi, q̄a delēt, & ſic comedunt peccata populi ordinationibus ſuis. vel forte quia exemplo bonę operationis, & uerbo prædicationis corrigunt homines, & ita quātum in ſe eſt delent.36.diſ.§. ecce. ver.ex quibus.ſolus enim Deus delet peccatum, id eſt, peccati reatum 2. ſacerdos pœnam inſligendam pro peccato orationibus minuit 3 ꝑ quod peccatū delere dicitur.13.q.2.animę. H.Vel illi dicuntur comedere peccata populi, qui de ſuis poſſunt ſuſtentari, & tamē percipiunt de eccleſiaſticis.12.q.2.illud. cum habenti dare, &c.1.q.2.paſtor.

Sacerdotes comedunt peccata populi.

1 Sic.1.q.1. quia.

2 Vt ſ̄.e.q. vt euidēter.

3 Vt 13.q.2. animæ.

b SAcroſancta.] Id eſt, religioſa ſacramentorum reuerētia.vel id eſt, Euchariſtia, uel quodlibet aliud ſacramentum. ſ̄. ea.ventum.

c ¶Cōſecrationem.] quā diuinum miniſterium fecit, non miniſtri adminiſtratio, ut inf.de conſe. diſtin.4. non eſt aqua.

d ¶Adueniet.] Adueniet quidē magis ad conficientis detrimētum, quàm ad ſalutē. vt de conſec. diſtin.2. c.& ſancta.

e NEceſſe eſt.] ¶Vaſa.]. i. ſubditorū animas: quia Dñs in eis ſedet 4, ut 23.q.4.Nabuchodonoſor.32.q.5.ſi Paulus.quorum ſanguis requiritur de manibus noſtris.43.diſt.Epheſijs.

4 al.iacet

f ¶Ad interiora.] Id eſt, ſpiritualiū & cęleſtia. Vel dic, id eſt, ad vitia: & tunc dic perducendas vapulaturas à primo mancipio gehennæ. 40.diſt.ſi Papa.

INterrogo.] CASVS. Dicitur hic ꝙ æquali diligentia audiēdum eſt verbū Chriſti, ne de corde labat, ſicut plus facit cōpungi hominem, ita vt omnia peccata per eam tollantur. ſed per corpus Chriſti tantum uenialia tolluntur.ut de conſe.diſt.2. iteratur. & cap.quotidie. & ſic non ob.ſupra eo.multi.

g ¶Verbum.] Id eſt, quod verbo ſignificatur, uel per uerbum concipitur.

h ¶Cadere.] De conſe.diſt.2.qui bene.

Neque.]

NEque.]CASVS. Dicitur hic, ꝙ ad hoc ut rite & recte ſacrificium offeratur, debet ab honeſto miniſtrari, & à iuſto recipi: & hoc dicit littera. Pro quibus offertur, ſupple digne.

a ¶Neque.]Nota, ꝙ tria dicuntur hic: ſcilicet ꝙ ſacramenta

quia offertur etiam pro habentibus mortalia 1.

f ¶Mundandis.] Id eſt, venialis peccati maculam habentibus.

1 Scilicet vt cōpungantur, & vt mitiget pœna 13. q. 2. tps lo. de Fant.

CVM VITA. CASVS. Iſte §. reſpicit illud capit. ſacerdotes. ubi dicitur, ꝙ bona uita ſacerdotis neceſſaria eſt ad conficiendum corpus Chriſti. Modo ſoluit & dicit quòd intelligendum eſt hoc non de conſecratione, quia in veritate conficit etiam malus ſacerdos, ſed de effectu conſecrationis, quia nihil prodeſt ſi ſumatur ab indigno, & ꝙ malus ſacerdos conferat gratiam digne ſumentibus, ſequenti capitulo probatur.

¶De eodem. C. XCV.

Iuo p. 2. c. 107. NEque [a] poteſt id rite [b] offerri, niſi per ſacerdotem iuſtum & ſanctum; nec niſi ab eis accipiatur. quod offertur, pro quibus offertur [c]; atq; id ſine uitio [d] ſit, vt pro vitioſis [e] mundandis [f] poſſit offerri. Hoc certe omnes cupiunt, qui pro ſe offerri ſacrificium Deo volunt.

Cum uita [g] ſacerdotum Euchariſtiæ neceſſaria eſſe dicitur, non conſecrationi, ſed effectui intelligendum eſt. Non enim effectum ſalutis confert ei, quem merita faciunt indignum: potius completur in eo illud Apoſtoli: 1. Cor. 11. *[Qui manducat corpus Domini, & eius ſanguinem bibit indigne, iudicium ſibi manducat & bibit.] Ergo contra eos, qui crebra oblatione ſacrificij ſe putant poſſe mundari non ceſſantes impie agere in legem Dei, intelligitur illud eſſe dictum Hieronymi.* 1. c. ſacerdotes. *Quòd vero ſacerdos, etiam ſi malus ſit, tamen pro officio ſuæ dignitatis gratiam transfundat hominibus, teſtatur Auguſtinus in libro quæſtionum ueteris teſt. c. 11.*

g ¶Cum vita.] Reſpicit hoc capitulum ſacerdotes. & bene ſoluit. & ad confirmandã ſuam ſolutionem inducit cap. ſequens.

¶Sacerdotes nomen Domini inuocant, Dominus autem benedictionem præſtat. C. XCVI.

Iuo p. 2. c. 100. Pann. l. 3. c. 79. *Num. 6.* DIctum eſt [h] à Deo in Numeris ad Moyſem, & Aaron ſacerdotes: [Vos ponite [i] nomen meum ſuper filios Iſrael: ego Dominus benedicam eos,] vt gratiam traditio per miniſterium ordinantis transfundat hominibus: nec voluntas ſacerdotis obeſſe, aut prodeſſe [k] poſſit, ſed meritum benedictionem poſcentis. ¶Quãta autem ſit dignitas ordinis ſacerdotalis, hinc aduertamus. Dictũ eſt enim de nequiſſimo Caipha interfectore Saluatoris, inter cætera: Hoc autem à ſemetipſo non dixit, ſed cum eſſet princeps ſacerdotum anni illius, prophetauit.] *Io. 11.* Per id quod oſtenditur ſpiritum gratiarum non perſonam ſequi aut digni, aut indigni, ſed ordinationem traditionis; ut quãuis aliquis boni meriti ſit, non tamen poſſit benedicere, niſi fuerit ordinatus, ut officium miniſterij exhibeat. Dei autẽ eſt, effectum tribuere benedictionis.

Quòd vero [l] per hæreticos ſacramenta dignitatis miniſtrata dicũtur carere effectu, improbatur auctoritate Anaſtaſii Papæ, qui ordinationem Acacij, quamuis hæretici,

DIctũ eſt.]CASVS. Hic primo probatur per uerba Dñi. & exemplo Caiphæ, quod apud malos ſacerdotes uera ſunt ſacramenta, & quòd ex officio ſuo gratiam hominibus transfundunt. Secundo, quòd tanta eſt uis ſacerdotij dignitatis, quòd ſine eo etiam apud bonos non eſt auctoritas benedicendi.

h ¶Dictum eſt.] Probat Aug. ꝙ benedicere non tantum meritum, ſed etiam ordinẽ requirit. In prima ergo parte ponit auctoritatem Dñi, vſq; ibi, [Quãta.] In ſecunda probat intentionem ſuam & auctoritate, & exemplo Caiphæ.

i ¶Vos ponite.] Id eſt, inuocate 2.

2 Et loquitur ſacerdotib. de his miniſterijs ſiue benedictionibus ubi ordo ſacerdotalis exigitur. Arc.

k ¶Prodeſſe.] Hic colligitur, ꝙ licet uoluntas ſacerdotis non ſit ut proſit: prodeſt tamen, infra de conſ. diſt. 4. non illud te. Sed quid ſi cantet Miſſam, ut Deus perdat aliquos: conficiet reuera, ſed debet puniri. arg. 26. quæſ. 5. quicunque.

menta Domini non rite uel recte conferuntur niſi à dignis conferantur, & à dignis ſumantur, & in forma eccleſiæ. Primũ notatur ibi: [Niſi per ſacerdotẽ] Secũdũ ibi, [Nec niſi.] Tertium ibi, [Atque id, &c. Quidã diuidunt c. in duas partes. In prima fit mẽtio de ſacrificio, quod ab eo accipitur pro quo offertur, & hoc vſque ad illum locum. [Atque id.] In ſecũda fit mentio de ſacramento, quod non accipitur ab eo, pro quo offertur: & dic, ſine uitio, id eſt, ſine peccato.

b ¶Rite.] Quo ad offerentem & accipientem.

c ¶Pro quibus offertur.] Supple, nec poteſt rite offerri niſi ab eis.

d ¶Sine vitio.] Id eſt, non ſit citra formam eccleſiæ, in ipſa forma eccleſiæ.

e ¶Vt pro uitioſis.] Expone ut recte poſſit offerri ꝑ uitioſis, id eſt, Venialia habẽtibus. Sed intellige gñaliter,

QVOD VERO. CASVS. Dictum eſt ſup. in §. ſi ergo ſacramenta. ꝙ ſacramenta dignitatis ab hæreticis collata non habent effectum. contra quod allegat Gra. auctoritatem Anaſtaſij, quam friuolam eſſe oſtendit auctoritate Gelaſij, & Fœlicis, qui cum Hormiſda excommunicauerunt Acacium ante quam excommunicaſſent Anaſtaſium. Sed H. exponit ante quam Anaſtaſium, id eſt, ante quàm Anaſtaſius eſſet Papa: quia Acacius mortuus fuit ante Anaſtaſium, & Anaſtaſius ſucceſſit illi. Et ita cum ſucceſſerit Geleſio, non fuit excõmunicatus ab eo, nec à præcedentibus.

l ¶Quòd verò.] Dictũ eſt ſup. in §. ſi ergo. ꝙ ſacrãmenta

menta dignitatis ab hæreticis collata effectum nō habent: contra quod allegat auctoritatem Anaſtaſij, quā oſtendit friuolam eſſe auctoritate Gelaſij & Fœlicis.
a ¶In tractatu.] Per hoc probatur, ꝙ Gratianus non diuiſit per diſtinctiones hoc opus. argum. 11. q. 3. § eui denter.

tripliciter; per baptiſmum datum à laico, quod non iteratur, licet illud iniuſte detur: per ſignū publicæ monetæ impreſſum ab eo, qui non debuit imprimere, & per characterem militiæ, qui non repetitur 1.
d ¶Dandi.] Scilicet ordinem.

e ¶Amit-

1 Adde pro intellectu huius gl. ꝙ olim ſignabantur milites quadam nota ſeu figura ī illius ab alijs diſcretionē. l. ſtigmata. C. de fab. li. 11. not. in l. penul. ff. ex qbus cau. maio.

ITEM OBIICITVR. CASVS. Dictum eſt ſupra in ca. Arrianos. & ſup. in § cum ergo Innocentius. ꝙ ſolum baptiſma verū eſt apud hæreticos. contra quod obijcitur mō in hoc capitulo.
b ¶Item obijcitur.] ei ſcilicet quod dictū eſt ſup. ead. §. cum ergo Innocentius. &c. Arrianos.

QVod quidā.] CASVS. Quidā dixerunt, ꝙ catholici ab eccleſia recedentes retinent poteſtatem cōferendi baptiſma, ſed non poteſtatem cōferendi ordinem, ſed eam amittunt. Contra qđ probat Auguſtinus quattuor rationibus hoc eſſe falſum. Primo, quia qua ratione perditur vnum, & reliquum, cum vtrumq; quadam conſecratione conferatur. Secundo, quia conſuetudo ē eccleſię, ꝙ tales nō reordinantur cum redeunt, ne fiat iniuria ſacramento. retinet ergo vtrumq; ſed ad perniciē. Tertio, quia ſi aurū, vel argentum furtiue fuerit ſignatū, ſi fur poſtea deprehenditur à principe, punit, ſed ſignū monetę nō reprobatur. Quarto, quia character militiæ non reiteratur circa redeuntem, cū miles ad gratiā principis reuocatur. Quinto, concludit ex præmiſſis, ꝙ nō debēt iterari ſacramēta ab eis collata, ne fiat iniuria ſacramēto. Prima rō eſt ibi, [Primo, quia.] Secunda ibi, [Nā ſi quādo ex ipſa. [Tertia ibi, [Si enim aliqui.] Quarta ibi, [Si forte] Quinta ibi, [De his qui.]

ita ratam approbat, vt etiam eis, quos poſt damnationem ſuam baptizauit, vel ordinauit, in nullo ream perſonā nocuiſſe aſſerat. Sed hoc eum a illicite, & non canonice, immo contra decreta ſuorum prædeceſſorem feciſſe probant Fœlix, & Gelaſius, qui Acacium ante Anaſtaſium excommunicauerunt, & Hormiſda, qui ab ipſo Anaſtaſio tertius eundem Acacium damnauit. Vnde etiam ab eccleſia Romana repudiatur, & à Deo fuiſſe percuſſus legitur in geſtis Romanorum Pontificum hoc modo: [Anaſtaſius ſecundus natione Romanus &c.] Requirere retro in tractatu [a] *decretalium epiſtolarum.* Sup. diſt. 19.

a ¶Sed hoc eum,] *Supra diſt* 19. *c.* Anaſtaſius, *oſtenſum eſt immerito reprehenſum eſſe Anaſtaſium, & veriſſima eſſe, quæ ipſe de Acacio ſcripſit, & decreuit.*

Item obijcitur [b] *illud Auguſtini lib. 2. contra epiſt. Parmeniani, c. 13.*

¶Qui recedit ab eccleſia, nec baptiſma, nec ius dandi amittit. C. XCVII.

Sent. 4. diſt. 25. Alg. l. 3. c. 10. Pann. l. 1. tit. 2. c. 80.

QVod quidam [c] dicunt, Baptiſma, quod accepit, nō amittit, qui recedit ab eccleſia; ſed ius tamen dādi [d] quod accepit, amittit [e], multis modis apparet fruſtra, & inaniter dici. ¶Primo, quia nulla oſtenditur cauſa, cur ille, qui ipſum baptiſmum amittere [f] non poteſt, ius dādi [g] amittere poſſit. Vtrumque enim ſacramentum eſt, & quadam conſecratione vtrumque [h] homini [i] datur; illud, cū baptizatur; iſtud, cum ordinatur; ideoq; in catholica eccleſia vtrumq; non licet iterari. ¶Nam ſi quando ex ipſa parte [k] venientes etiam præpoſiti pro bono pacis correcto † ſchiſmatis errore ſuſcepti ſunt; etſi viſum eſt opus eſſe, vt eadem officia gererent, quæ gerebant; non ſunt rurſus ordinandi †, ſed ſicut baptiſmus in eis, ita ordinatio manſit integra; quia in præciſione fuerat uitium (quod unitate † pacis eſt correctum) non in ſacramentis [l], quæ ubicunque ſunt [m], ipſa vera ſunt. Et cum expedire hoc uideatur eccleſiæ, ut præpoſiti eorum uenientes ad catholicam ſocietatem, honores ibi ſuos non adminiſtrent;

Iuo p. 2. ca. 97. Pann. l. 1. c. 77.

† al. correpto

† al. ordinati

† al. vnitatis pace

2 Scilicet eſt ius dādi, q a nō hēt niſi ex pmiſſione ſed ſi cō fert eſt verū ſacrm, qd' dic, ut legit, & no. de cō ſe. diſt 4. ſāctum. Arch.

c ¶Quod quidam.] CASVS. Opinio eſt quorundam, ꝙ ſacerdos, vel ep̄s recedens de eccleſia ad hæreticos, ſacramētū baptiſmi nō amittit: ſed ſacramentū ordinis amittit. Iſtud improbat Auguſtinus multipliciter. Primo ſic: quia cum utrumque ſit ſacramentum, non poteſt aſſignari ratio, quare potius perdatur unum q̄ aliud. Secundo ſic: quia conſuetudo eccleſiæ eſt, ꝙ cū tales redeunt, non ſolent reordinari, ſi eos eccleſia vult tolerare. Tertio dicit ꝙ ſicut recedens ab eccleſia vtrūque retinet: ſic uidetur, ꝙ vtrumq; poteſt cōferre alijs extra eccleſiam, licet male conferat, & cū quis recipit ſacramētum extra eccleſiam, ſi reuertitur ad eccleſiā, non eſt ſacramentum iterādum in eo. Et hoc probat

e ¶Amittit.] Characterem enim non poteſt amittere, licet videatur aliter dici 11. q. 3. epiſcopus.
f ¶Amittere.] Nam vbi eadē ratio, & idem ius. ff. ad leg. Aquil. illud. An tamen hoc ſit verum, notatur 28. q. 1. ſic enim. 32. q. 7. Apoſtolus. ſup. ea. q. §. cum ergo.
g ¶Ius dandi.] Scilicet ordinem. de conſec. diſtinct. 4. oſtenditur. Vel poteſtatem conferendi baptiſma. infr. 32. q. 7. licite.
h ¶Vtrumque.] Scilicet baptiſmus & ordo.
i ¶Homini.] Hoc de baptiſmo ſacerdotis, in quo poteſtas baptizandi eſt ſacramētū: in laico eſt quędam licentia, non ſacramentum 2. argu. ꝙ ſcientia * hæretici valeat, & ligatio & ſolutio, cū ius ligandi, iudicādi, atq; ſoluēdi à tpe cōſecrationis acceperit. ſ. diſt. 48. 3. ca. 1.
K ¶Parte.] Collectio enim hæreticorū rectiſſime pars appellatur; à partiendo, id eſt, diuidendo.
l ¶Non in ſacramentis.] Fuit uitium ſcilicet.
m ¶Sunt.] Quia à quocumq; dentur, iterari non debent,

* *Hæretici nō poſſūt ligare, & ſoluere, & ſi fecerint, nihil actū ē; quia iuriſdictionē nō hēnt B. Th. 2. 2. qō. 39. ar. 3. & 4. diſ. 19 q. 1. art 2. q 3.*

3 Al. 68.

bent, & ideo ipſa ſunt, id eſt, firma & uera ſunt, & bona.

a ¶Manus.] Supra ea.q.c.manus impoſitio.contra. ſed hic de conſecratoria.

b ¶Dandi.] i.cõſecrãdi. uel dãdi ipſam ordinationẽ.

c ¶Aliud.] Argu.contra illud generale quod eſt extra de tranſlatio.inter corporalia.& 7.q.1.factus.ff.ſi quis cau.quoties arg.63.diſt.Salonitanæ.45.diſt.de Iudæis. 7.q.1.epiſcopis.

non eis tamen ipſa ordinationis ſacramenta detrahuntur, ſed manent ſuper eos. Ideoque non eis in populo manus [a] imponitur, ne non homini, ſed ipſi ſacramento fiat iniuria. *& infra*. ¶Sicut autem habent in baptiſmo, quod per eos dari poſſit; ſic in ordinatione ius dandi [b]: vtrumque quidem ad perniciem ſuam, quam diu charitatem non habent vnitatis: ſed tamen aliud eſt, prorſus non habere; aliud pernicioſe habere; aliud [c] ſalubriter habere. Quidquid non habetur, dandum eſt, cum opus eſt dari: quod vero pernicioſe habetur, per correctionem depulſa pernicie, agendum eſt, ut ſalubriter habeatur. Quanquam, & ſi laicus aliqua † pereuntis dederit neceſſitate [d] compulſus, quod cum ipſe acciperet, dandum eſſe addidicit; neſcio [e], an pie quiſquam dixerit eſſe repetendum. Nulla enim cogente neceſſitate ſi fiat, alieni muneris vſurpatio eſt. Si autem neceſſitas urgeat, aut nullum, aut ueniale delictum eſt [f]. Sed, etſi nulla neceſſitate uſurpetur, & a quolibet cuilibet detur; quod datum fuerit, non poteſt dici non datum: quamuis recte dici poſſit & illicitè datum. Illicitam ergo uſurpationem corrigit reminiſcentis, & pœnitentis affectus. Quòd ſi non correxerit, manebit ad pœnam uſurpatoris quod datum eſt, uel eius, qui illicitè dedit, uel eius, qui illicitè accepit: non tamen pro non dato habebitur [g]. Neque ß vllo modo per deuotum militem, quòd a priuatis uſurpatum eſt, ſignum regale uiolabitur. ¶Si enim aliqui furtim, & extraordinariè non in monetis [h] publicis aurum, vel γ argentum percutiendo ſignauerint, cum fuerit deprehenſum, nunne illis ponitis [i], aut indulgentia liberatis cognitum regale ſignum theſauris regalibus cogetur inferri? *& paulo poſt*. ¶Si forte illum militiæ characterem in corpore ſuo non militans pauidus exhorruerit [k], & ad clementiam Imperatoris confugerit, ac prece fuſa, & impetrata iam venia militare cœperit; nunquid homine liberato, atque correcto, character ille repetitur? ac non potius agnitus approbatur? An fortè minus hærent ſacramenta Chriſtiana, quam corporalis hæc nota; cum uideamus nec apoſtatas carere baptiſmate, quibus utique per pœnitentiam redeuntibus non reſtituitur, & ideo admitti non poſſe iudicatur? *& paulo poſt*. ¶De ijs [l], qui ab eccleſiæ unitate ſeparati ſunt, nulla iam quæſtio eſt, quin & habeant, & dare poſſint, & quin pernicioſè habeant, pernicioſeque tradant extra uinculum pacis. *& infra*. Neutri ſacramento iniuria facienda eſt. *& infra*. ¶Sicut non rectè habent, qui ab vnitate diſcedunt, ſed tamen habent, & ideo redeunti non redditur; ſic etiam nón rectè dat, qui ab vnitate diſcedit: ſed tamen dat: & ideo, quod ab eo accepit uenienti ad unitatem non iteratur. *& infra*. ¶Sicut redeunti non redditur, quod & foris habebat; ſic uenienti repetendum non eſt, quod etiam foris accepit. Vnde conſequenter intelligitur peruerſitatem hominum eſſe corri-

† *al. alicui pereuntis*

d ¶Neceſſitate.] Hic apertè colligitur, ꝙ laici non habent ius baptizandi: niſi largè dicatur ius vel poteſtas, id eſt per mulio, ut ĩ. de conſe. diſt. 4. conſtat. & c. à quodam. & 30.q.1.ad limina.

Baptizandi ius non habent.

e ¶Neſcio.] Id eſt, nõ approbo, ſi quis dixerit repetendum.

f ¶Veniale delictum eſt.] Hic philoſophicum temperamentũ eſt, nã in ueritate nullum eſt. Et eſt ſimile. 22.q.2.in quibus.

Philoſophicum temperamentum.

g ¶Habebitur.] Arg. contra extra de iurepatro. quod autem. in fine.

h ¶In monetis.] Id eſt, ſignis, uel ſigillis, nummiſmatibus, vel inſtrumentis monetam cudendi.

i ¶Punitis.] Iſti uarijs pœnis puniunt. C.de fal. mo. ꝑ totũ. parcitur tñ illi, qui formauit, ſi ante q̃ ſignũ imprimat, pœnitet.ff.ad leg.Corn.de fa.qui falſam, &c.

K ¶Exhorruerit.] Qui fortè fugit de bello publico: & ita infamis effectus eſt 1.6.q.1.infames. & hoc intelligitur de militibus illis, qui iurauerunt ſe morte nõ euitaturos, ꝓ re publica. & iſti habebãt ſtigmata, uel alia ſigna ð aliquo colore, de quib. dictũ eſt. Milites noſtros arma ſcire uolumus nõ leges. C.de iure deli.ſancimus. Vel ſenſus eſt huius litteræ, ꝙ ſi aliquis ꝑter auctoritatẽ principis adeptus ẽ militiæ cingulũ, & poſt reconciliat ipſi principi, erit ne in eo iterãdus character? quaſi dicat, nõ. ADDITIO. Et ſm iſtam lecturã dic, exhorruerit, ſcilicet qa à principe non acceperat. & no. hic militibus characterem imps m.1o.de Fant.

Infamis eſt de bello publico fugiẽs.

1 Concor. tex. in l. non oẽs. §. item qui deſerto r m. cũ ibi no. ꝑ doct. ff. ð re mil.

l ¶De ijs.] Repetit, quæ iam dicta ſunt, dubitatur hic fore §. ſed non eſt dubitandũ; quia non eſt,

EX HIS. Hæc eſt duodecima pars huius q̃ſtionis, in qua intendit probare, ꝙ ſacramẽtũ eccleſiæ tale eſt illi qui accipit, qualis eſt ille qui accipit: uel qualis eſt q ſacrificat, nec malitia dãtis impedit bonitatẽ: & hoc probat per multas ſimilitudines, quas ponit in hoc §. & per nouem auctoritates. & hoc probat uſque ad ca. ſtatuimus. 2. Io. de Fan.

CASVS. Infert Gratianus ex ſupradicto capitulo, ꝙ uera ſacramenta ſunt apud hæreticos quantum in ſe, ſed ad damnationem ſunt dantiũ, accipientium, uel habentium, niſi redeãt, ſicut uerum aurum fuit Craſſo nociuum.

a ¶Ex his.] Infert ex præcedenti c. ꝙ ſacramẽta uera ſunt apud hæreticos indiſtincte uſque ad §. opponitur, & ibi obijcit. Augu. prout ipſe intelligit Aug. dicere uſque ad §. ſed ne. ibi ponit unam ſolutionem uſque ad §. quamuis. ubi ponit aliam bonam & catholicam, ad quam probandam inducit quatuor exẽpla, quæ notabo in littera.

b ¶Perimant.] Illa, id eſt, eorum abuſio [1] ab iſto loco dicit Ioã. de Fant. ꝙ uerba ſunt Auguſ. uſque ad §. opponitur, Hug. cõtra: immo Gratiani, ut in notula hic apparet. infr. ead.

c ¶Craſſus.] Iſte dictator fuit contemporaneus Iulio Cæſari, & Pompeio: & à Parthis auro feruenti interfectus eſt.

ITEM AVRVM. CASVS. Dĩ hic, ꝙ æque uerum eſt aurũ in arca furis, & in arca Regis, ſed à fure illicite datur, & illicite retinetur: & ideo fur & communicator furti puniuntur: niſi innocentiam ſuam allegauerint. Et eſt §. Gratiani ab illo loco, ex his. uſq; ad cap. per Eſaiam, ſicut dicit H.

d ¶Aurum.] Cuius ope uel conſilio furtum committitur, tenetur. ff. de com. fur. proinde. Eſt autem differẽtia inter furem, & cõicatorem: quia communicator manifeſtus eſſe non poteſt. ff. de fur. is qui opem.

e ¶Furti.] Videtur ergo & tenetur quis ſe purgare de cõſcientia. arg. inſti. de obli. q̃ ex delic. §. ſed hæ actiones. C. de fur. ciuile. arg. 1. q. 4. quia præſulatus. cũ ſuis concor. Et ita eſt arg. ꝙ quis poteſt & tenetur indicare furẽ. arg. ext. de fur. qui cum fure. cum concor. ibi poſitis. arg. cõtra. ff. de cõd. ob tur. cauſ. idẽ & ſi ob ſtuprum. §. ult. & ff. de præſcri. uer. l. ſolet. Nam in utraq; dicitur, ꝙ licite poſſum accipere [a] pecuniam à Domino, ut ſeruum indicem fugitiuum. Io. Sol. in caſu iſto uidetur poſſe dici, ꝙ ſecundum canones non eſt licitum accipere: ſecus ſecundum leges B.

f ¶Vt perhibet.] Hic apparet potius hæc eſſe uerba Gratiani, quàm Auguſt.

OPPONITVR. CASVS. Opponit hic Gratia. [contra] ſupradicta, ſcilicet ꝙ hæretici non poſſunt cõferre ordines, etſi baptizare poſſint. Nã ſacerdos etiam depoſitus etſi baptizare poſſit, conficere tñ non põt: nec e͞pꝯ depoſitus põt ordines conferre. etſi poſſit baptizare. Sed huic oppoſitioni opponit duplicem ſolutionẽ. Prima hæc eſt, q̃ incipit ibi, [Sed ne.] ꝙ qui extremã manus impoſitionẽ recipiũt in eccleſia, eius potentiã retinẽt, ẽt recedẽtes ab eccleſia, ad ſimilitudinẽ characteris matrimonij, q poſt diuortiũ, uel uorũ retinet. ſecus ſi extra eccleſiã. Ponit & aliã ſolutionẽ Grat. q̃ incipit ibi, [Quãuis.] ubi dicit, ꝙ ſacra hęreticorũ uera ſũt, dũmõ i forma eccleſiæ ſint celebrata, ſed nõ habẽt effectũ in male miniſtrãtibus, & male ſuſcipiẽtib. Qđ probat quatuor rõnib. Primo ꝑ uerã Euchariſtiã traditã ꝓditori. Scđo ꝑ uera pñtiã Chriſti i patria ſua, q̃ ibi ñ habuit effectũ; qa ibi fidẽ nõ inuenit. Tertio, ꝑ duplicẽ trãſfigurõnẽ Xp̃i, quarũ una icredulis nõ ꝓfuit. Quarto, qa ita uirginitatẽ habuerũt fatuæ uirgines ut prudẽtes. Demũ concludit, ꝙ uera ſunt hr̃ticorum ſacra.

gendam; ſanctitatem autẽ ſacramẽtorũ in nullo peruerſo eſſe violandã. Conſtat enim eam in peruerſis & ſceleratis hominibus, ſiue in eis, qui intus ſunt, ſiue in eis, qui foris ſunt, impollutam, atque inuiolabilem permanere; & quia dicuntur ea mali polluere, quantum in ipſis eſt, dicuntur; cum illa impolluta permaneant: ſed in bonis permanent ad præmium; in malis permanent ad iudicium. *& infra.* Eod. 2. lib. c. 19.

¶. Quomodo catholici non clarificant Deum, qui promiſſa eius nullis hominum ſceleribus, quo minus implerẽtur impediri poſſe confidunt? qui ſacramẽta eius tam debita veneratione proſequebatur, vt ea, ſi etiam ab indignis tractata fuerint, illis ſua perſuaſione damnatis, illa intemerata ſanctitate permanere demonſtrentur?

α ¶Quod accepit] *Sic etiam Algerus, licet paulo aliter habeat originale.*

β ¶Neque vllo modo.] *Hæc vſque ad verbum,* violabitur, *addita ſunt originali ex quo etiam alijs locis caput hoc locupletatum eſt.*

γ ¶Vel argentum] *In codicibus B. Auguſtini impreſsis ſequitur,* ſed æs, *in duobus autem manuſcriptis Vaticanis,* vel æs.

12\. *Ex his [a] verbis Auguſtini conſtat, in omnibus tam apoſtatis, quàm hæreticis, vel damnatis permanere Chriſti ſacramenta vera, quantum ad ſe, & ſancta; & niſi pœnitentia, vel indulgentia ſubuentum fuerit, ad damnationem vſurpatoris peruenient, vel habentis, vel dantis, vel accipientis. Quid ergo prodeſt, quòd vera, & ſancta ſunt, cum vſurpatores ſuos æque perimant [b], ac ſi eſſent mala, & noxia? Craſſus [c] aurum ſitiuit, & aurum bibit æque perijt vero auro, ſicut vero veneno. ¶Item aurum [d] æque verum eſt in arca furis, ſicut in theſauris regis. Sed à fure, quia illicite habetur, illicite datur, vel accipitur; à rege autem licite habetur, licite datur, & accipitur: ideo ipſe fur, & communicator furti (niſi forte de conſcientia furti [e] ſe purgauerit) vt perhibet [f] Gelaſius ad Anaſtaſium Imperatorem, vterque iuſte, & digne damnabitur. ¶Opponi-* Alg. l. 3. c. 12.

1 Iſta fuit expoſitio H. & L.

Marcus Craſſus, & Iulius Cæſar & Pompeius fuerunt contẽporanei.

Concord. tex. in l. uxori. cum ibi not. ff. de uſufru. leg.

Fur & cõicator differunt.

Furem tenetur quis indicare.

a Sub. & ſi eis accipiatur peccat accipiens. ſm canones. & ſic etiam no. Vin. Lau. & Tan. & Ber. in dicto ca. qui cum fu. Arch.

in ſe: ſed obſunt male ſuſcipientibus, & male miniſtrãtibus. Et ad hoc inducit ſequens capitulum.

a ¶Opponitur.] Hoc modo procedit in hoc §. primo ponit obiectionem ſuam contra Auguſt. quam tangit vſque ad §. [Sed ne.] Ibi ponit quandam ſolutionem ſuam, quæ protenditur uſque ad §. [Quamuis.] &c. ibi autem ponit aliam, quæ magis communis eſt, ad quã probandam inducit quadruplex exemplum, primum ibi, [Ipſa enim.] ſecundum ibi, [Item Dominus in patria, &c.] Tertium ibi,] Quod vt plane.] Quartum de decem virginibus, quod incipit ibi, [Sic & omnes, &c.] Vltimo concludit ab illo loco: [Sciendum uero.] & ad probandã concluſionem ſuam inducit. ca. per Eſaiã.

b ¶Sententiæ.] Cap. præcedentis, vbi dicit, ꝙ vtrũque quadam conſecratione datur, & ita uidetur parificare ordinem & baptiſmum.

c ¶Pagano.] Supra eadem quæſtio. ſi quis per ignorantiam. ſupr. eod. §. ecce quando. infra de conſecrat. diſtinct. 4. quos à paganis. infra de conſe. diſtinctio 4. à quodam.

tur [a] autem huic ſententiæ [b] Auguſtini poteſtas dandi baptiſmum, & ius conſecrandi Dominicum corpus, et largiendi ſacros ordines, plurimum inter ſe differũt. Suſpenſo enim uel depoſito ſacerdote, nulla ei relinquitur poteſtas ſacrificandi. Sacramentum tamen baptiſmi non ſolum à ſacerdote depoſito, uel laico catholico, verum ab etiam ab hæretico; vel pagano [c] ſi miniſtratum fuerit, nulla reiteratione violabitur: nulla autem ratio ſinit, ut inter ſacerdotes habeantur, qui de manibus laici, vel pagani oleum ſacra (immo execranda) vnctionis aſſumunt. Non ergo conſequenter [d] colligitur, ut ſi recedentibus à fide ius baptizandi relinquitur, poteſtas [e] etiam diſtribuendi ſacros ordines relinquatur, quamuis vtrumque à conſecratione proueniat. Degradatus enim epiſcopus poteſtatem [f] largiendi [g] ſacros ordines non habet, facultatem tamen baptizandi non amiſit [h]. ¶Sed æ ne [i] Auguſtinum in hac ſententia penitus reprobemus; intelligamus aliud eſſe poteſtatem diſtribuendi ordines ſacros; aliud eſſe executionem illius poteſtatis. Qui enim intra vnitatem [k] catholicæ eccleſiæ conſtituti, ſacerdotalem, uel epiſcopalem vnctionem accipiunt, officium, & executionem ſui officij ex conſecratione adipiſcuntur. Recedentes vero ab integritate fidei, poteſtatem acceptam ſacramento tenus [l] retinent, effectu ſuæ poteſtatis penitus priuantur: ſicut coniugati ab inuicem diſcedentes, coniugium ſemel initum non diſſoluunt [m]; ab opere tamen coniugali inueniuntur alieni. ¶De his ergo, qui accepta ſacerdotali poteſtate ab vnitate catholicæ eccleſiæ recedunt, loquitur Auguſtinus; non de illis, qui in ſchiſmate uel hæreſi poſiti ſacerdotalem vnctionem accipiunt. Alioquin eſſet contrarius Chalcedonenſi [n] concilio; in quo ordinati à ſimoniacis, in nullo proficere iudicantur, & Innocentio [o], qui ordinatos à cæteris hæreticis, per praua manus impoſitionem ſolam damnationem, & capitis vulnus aſſecutos teſtatur.

ſ. c. ſi quis eṗs.

ſ. ea. c. q perfectionem.

¶Quamuis [p] poſſit generaliter dici ſacramenta, quæ apud hæreticos non aliter, quàm in eccleſia Dei celebrantur, vera, & rata eſſe, quantum ad ſe; falſa uero, & inania quantum ad effectum, & in iis, à quibus male tractantur, & in illis, à quibus male ſuſcipiuntur. Nec mirum. Ipſa enim ſalus noſtra buccelam Iudæ dedit: ſtatim cũ buccella non bonus, ſed malignus ſpiritus intrauit: quare? non quia bonus non daret bonum, ſed quia malus male accepit bonum: ſicque bonum, effectum bonum non habuit, quia, vbi illud faceret, non inuenit. ¶Item Dominus in patria ſua præſens, & verus affuit: non per malum miniſtrum, ſed per ſeipſum nihil potuit; quia fidem non inue-

Io. 13.

Matth. 13.

d ¶Conſequenter.] noli hic reprehendere magiſtrum. nã opponendo dicit hoc, ut patet ex ſolutionibus ſequentibus, maxime ex ſecunda.

e ¶Poteſtas.] Id eſt, executio poteſtatis & ſic uerum dicit. aliàs mentitur. nam poteſtas ſacrificãdi, id eſt, ordo ſacerdotalis in eo remanet.

f ¶Poteſtatem.] Nõ bene argumentatur: quia ſi uocet poteſtatem ſacerdotium ordinem uel ſacramentum, nec hic, nec ibi amiſit poteſtatẽ: ſed ſi executionem, & hic & ibi amiſit.

g ¶Largiẽdi.] Sed cũ hæreticus ꝑciſus poſſet conferre tam baptiſma, quàm ordinẽ, quæ ſpecialitas erit in baptiſmo? Dico ꝙ in caſu neceſſitatis non peccat baptizãs. quod nunquam eſt in collatione ordinum.

h ¶Non amiſit.] In neceſſitate, & cum ſolemnitatibus. 50. diſtinctio. qui ſub gradu.

i ¶Sed ne.] Hoc dicit Gratianus ac ſi Aug. intellexiſſet, ius dandi habent, id eſt, executionem. & ita ſoluit.

K ¶Vnitatem.] Hic tangit Gratian. opin. Ioan. de Fant. dicentis, quod qui recipit vltimam manus impoſitionem in eccleſia, &c. [1] hæc opinio uidetur expreſſe confirmari, extra de ſchiſma. c. 1. ſed expreſſe reprobatur. 9. quæſtio. 1. ordinationes.

1 Id eſt, qui factus eſt eṗs in eccleſia & poſtmodum fit hæreticus, ordinẽ confert: Sed q extra eccleſiã, recipit ultimã manus impoſitionẽ id eſt extra eccleſiam factus eſt eṗs, ordines conferre non põt: & qui a tali ordinatus eſt, nihil recepit ſcd̃m Hug.

l ¶Sacramento tenus.] Id eſt quia ſi ordinant, conferunt ordines, licet non debeant. & hoc eſt quod ſequitur, ſine effectu, &c.

m ¶Diſſoluunt.] 32. q. 7. c. 2.

n ¶Chalcedonenſi.] Supra ead. q. c. ſi quis epiſcopus.

o ¶Et Innocentio.] Supr. ea. ueniunt.

p ¶Quamuis,] Sol. vera eſt, quam & ſ. tetigit, & quæ recitatur ĩ. 11. q. 1. in princ. & ſ. ea. §. ſi ergo.

nit, pro perfidia aliorum non caruit ſua veritate, ſed effectus boni virtute. ¶ *Quod, vt plane in omnibus ſacramentis oſtenderet, bis* [a] *eſt transfiguratus, cum eſſet in carne. In vna transfiguratione, ſicut ſol* [b] *apparuit mirabilis* [c], *vt fides credẽtium augeretur ad contemplandam cæleſtem gloriam ſuper ſe eleuatam. In altera, vt peregrinus, & incognoſcibilis de ſe dubitantibus ire longius ſe finxit, & ne agnoſceretur, oculos eorum tenuit: ad quid aliud? niſi, ut quia per fidem non erat in cordibus eorum, longius ſe ab eis recedere oſtenderet, & quia ipſum non credebant eſſe, quod erat, viderent & eum alium* [d], *quàm erat? Ecce in vtraque viſione, ſua erat præſentia, & veritas: ſed in vna exercebatur fides, ut magis crederent, quàm credebant: in altera tenebatur incredulitas, ne etiam agnoſcerent, quod videbant. Sacramentum ergo corporis & ſanguinis ſui alijs eſt ad ſalutem, alijs ad iudicium. Fides etiam quamuis, ſit vera, tamẽ ſine operibus mortua eſt. Sic & omnes decem virgines æqualiter erant virgines: ſed ex his quinque erant fatuæ, & quinque prudentes. Aequa erat uirginitatis veritas, ſed pro eiuſdem virginitatis intentione non omnibus æqua meriti identitas. Sic etiam eſt æs ſonans* [e], *aut cymbalum tinniens martyrium, vel eleemoſyna, quam neſcit charitas* [f]. *Si vero cæcus cæco* [g] *lucernæ miniſtret veritatem; neuter tamen ideo magis ſuam illuminat cæcitatem: Sic & malus miniſtrat malo vera ſacramenta; ſed non ideo dona ſpiritualia: quia malis eorum meritis ſpiritus ſanctus impeditur, ne in eis* [h], *quod ſuum eſt operetur. Vnde Innocentius* [i], *cum hæreticorum baptiſma concedat eſſe ratum: non tamen ex illo baptiſmate concedit haberi ſpiritum ſanctum. Et Leo hos, qui formam baptiſmatis acceperunt, non ſinit rebaptizari: ſed iubet ſpiritum ſanctum, quem ab hæreticis nemo accipit, per eius inuocationem, & manus impoſitionem à catholicis ſacerdotibus conſequi. Sciendum vero eſt, quòd ſacramenta hæreticorum dicuntur irrita, uel etiam damnanda, falſa, & inania, non quantum ad ſe, cum ſint ſancta, & vera etiam ab hæreticis celebrata: ſed quia, cum illicite dantibus perfidis ſint ad iudicium, illicite ab eis accipientibus non conferunt ſpiritum ſanctum. Irrita & non vera dicuntur; quia quod promittunt, & conferre credũtur, non tribuunt: & ideo damnanda, ut ea dari, uel recipi ab hæreticis non approbetur, ſed interdicatur. Non enim quantum ad ſe polluta ſunt: quamuis ab hæreticis pollui dicantur. Vnde Gregorius communionem Arrij vocat execrationem, & Innocentius vocat Bonoſi ordinationem, damnationem: non quòd ita in ſe ſint, ſed quia male dantibus uel accipientibus id efficiunt. Sic etiam Hieronymus in Oſeæ ſacrificia* [k] *eorum panem luctus vocat, non quantum* [l] *ad ſe, ſed quãtum ad effectum: quod ipſemet oſtendit, ſubiungens: [Quicunque comederit ex eo, contaminabitur; quia ſibi ad iudicium ſumet.]*

Matth. 7.
Luc. 24.
Iac. 2.
Matth. 25.
1. Cor. 13.
ſ. e. c. Arrianos
ſ. ea. c. hi qui.
ſ. ea. c. ſuperueniente. c. qui perfectionem. c. vẽtum.
In c. 9. Oſeę.

Hinc etiam Auguſtinus lib. 2. contra epiſt. Parmeniani, cap. 5.

a ¶ Bis.] Quãtum, ad primam, vel quantum ad ſecundam, prout videbatur duobus diſcipulis in caſtellum Emaus euntibus. Sed quare dicit in carne, cũ etiã modo ſit Dñs in carne? ſed dicunt quidã in carne. ſ. mortali, ſed male. nam in carne mortali ſemel tantum transfiguratus eſt; poſt paſſionẽ vero ẽt ſemel. & ideo põt dici cum eſſet in carne, id eſt, inter carnales, ubi carnem aſſumpſit. Vel põt intelligi in carne. ſ. mortali, & ſic fiet ibi punctus. bis trãsfiguratus eſt, cũ eſſet in carne in una transfiguratione. &c. quaſi diceret in carne mortali id eſt, in una transfiguratione. ſ. in mõte Thabor; in altera poſt reſurrectionẽ, in ſpecie. ſ. peregrini apparens.

Chr̃s bis in carne transfiguratus eſt.

ADDITIO. ſcilicet duobus diſcipulis in caſtellum Emaus euntibus. H.

b ¶ Sol.] Scilicet Chriſtus. & hoc eſt primũ exemplum.

c ¶ Apparuit mirabilis.] Corã Iacobo, Petro, & Ioanne in monte Thabor.

d ¶ Alium.] Id eſt, alterius modi.

e ¶ Sonãs] Quia ſe ipſum cõſtringit alij ſonum præſtãs.

f ¶ Charitas.] ſ. ead. q. uide.

g ¶ Cæco.] Si Cæcus cæcũ conetur ducere ſecum: In foueam ductor primum cadet, inde ſecutor.

Cæcus cæco ducatũ præſtare nõ debet.

h ¶ Ne in eis.] Exiſtẽdo in hæreſi, uel quo ad effectum: niſi in cauſa neceſſitatis, uel ignoranter ſ. ea. q. ſuperueniente.

i ¶ Innocentius.] ſ. ea. q. qui perfectionẽ. j. ea. q. 7. c. 5. § itẽ. Innoc. & c. quod pro remedio.

k ¶ Sacrificia.] Vt dicitur. ſupra e. q. §. ſed hoc. ſ. eo. illi. & c. Dominus. verſic. nos dicimus. & c. ſi quis inquit.

l ¶ Non quantum.] diſt. 49. ſacerdotes. j. ea. q. 3. ſaluator.

Per

a Sed ne Auguſtinum] *Hic Gratianus ita uidetur loqui de B. Auguſtino, quaſi ipſius hac in re ſit dubia, aut incerta ſententia:*

PEr Eſaiam.] Hoc ca. diuiditur in tres partes. In prima parte ponuntur verba prophetæ. In ſecunda dicit Aug ꝙ ubicunque malus offert ſacrificium, ſibi perniciem irrogat, ſed non illis, qui dignè aſſumunt. In tertia parte dicit, ꝙ ſpiritus ſanctus diſciplinæ effugit fictum, nec operatur per eũ remiſſionem peccatorũ. Secũda pars ĩcipit ibi, [Quilibet.] Tertia ibi, [Spũs ſctũs.] CASVS. Primo ponuntur uerba prophetæ. Secundo, dicit Aug. ꝙ ubicunq; malus Deo offert ſacrificium, ſibi perniciem irrogat, non dignè ſumenti. Tertio dicitur, quòd ſpiritus ſanctus diſciplinæ ſcilicet dator effugiet fictum. nam per eum non operatur remiſſionem peccatorum, ſed per officium operatur, & de malis toleratis intelligit quod hic dicitur.

cum tamen nemo ipſo melius, ac fuſius in libro contra Donatiſtas rem hanc expoſuerit, omnino q; cum Chalcedonenſi concilio, & Innocentio concordet.

¶Sacramenta quamuis obſint indignè tractantibus, proſunt tamen dignè ſumentibus. C. XCVIII.

Iuo p. 2. c. 97. *Eſa. 66.* PEr Eſaiam Dominus dicit: [Facinoroſus, qui ſacrificat mihi vitulum [a], quaſi qui canem occidat: & qui coquit α [b] ſimilaginem, quaſi ſanguinem porcinum, & qui offert thus in memoriam, quaſi blaſphemus.] *& paucis interiectis.* ¶ Quilibet vbilibet offert ſacrificium tali † corde, vel factis, hoc † vt [c] mereatur audire [d]; perniciem ſibi infert, non illis bonis [e], qui accipiunt ab eis ſacramenta eadem, qui ſecundum prophetam Ezechielem gemunt, & mœrent peccata, quæ fiunt in medio eorum, quamuis non ſe inde corporaliter ſeparent. *& infra.* ¶ Sacrificia impiorum eis ipſis oberunt, qui offerunt impiè. Nam unum atque idem ſacrificium propter nomen Domini, quod inuocatur, & ſemper ſanctum eſt, & tale cuique fit, quali corde ad accipiendum acceſſerit. [Qui enim manducat, & bibit indignè, iudicium ſibi manducat, & bibit.] non ait, alijs [f]; ſed, ſibi. *& infra.* ¶ Hoc penè in omnibus talibus quæſtionibus intelligendum admonemus, ſcilicet quia omia ſacramenta cum obſint indignè tractantibus, proſunt tamen per eos dignè ſumentibus. *& infra.* ¶ Spiritus ſanctus in eccleſiæ præpoſito, uel miniſtro ſic ineſt, ut ſi fictus non eſt, operetur per eum ſpiritus ſanctus, & ad eius mercedem [g] in ſalutem ſempiternam, & eorum regenerationem [h], vel ædificationem [i]: qui per eum ſiue conſecrantur, ſiue euangelizantur. Si autem fictus eſt, quoniam ueriſſimè ſcriptum eſt: [Spiritus enim ſanctus diſciplinæ effugiet fictum,] deeſt quidem ſaluti eius, vt auferat ſe a cogitationibus, quæ ſunt ſine intellectu: miniſterium tamen eius non deſerit [k], quo per eum ſalutem operatur aliorum.

[Margin: †tali.] orig. †al. 1 ac *Eze. 9.* eod. 2. contra ep. Parme. c. 6. 1. *Cor.* 11. eod. lib. 2. c. 10. Ibidem c. 11. *Sap.* 1.]

α ¶Et qui coquit.] *Apud B. Auguſtinum legitur,* & qui ſimilaginem, quaſi ſanguinem porcinum, & qui offert thus, quaſi benedicat idolo, *& ſic etiam Iuo: niſi quod habet,* & qui ponit ſimilaginem, *ſicut etiam B. Auguſtinus contra litteras Petiliani lib. 2. ca. 52. Lectioni Græcæ vulgatæ optimè reſpondet verſio B. Hieronymi ſecundum LXX.* Iniquus autem, qui immolat uitulum, quaſi percutiens uirum; ſacrificans de grege quaſi qui occidat canem: qui offert ſimilam, quaſi qui ſanguinem ſuillum: qui dat thus in memoriale, quaſi blaſphemus. *Vulgata autem Latina ex Hieronymo ſecundum Hebræum exemplar ſic habet:* Qui immolat bouem, quaſi qui interficiat hominem; qui mactat pecus, quaſi qui excerebret canem; qui offert oblationem, quaſi qui ſanguinem ſuillum offerat; qui recordatur thuris, quaſi qui benedicat idolum †.

[Margin: †al. idola ſ. c. qui pfectionem.]

Conſtat [l] *ergo, ut Innocentius ait, de cæteris hæreticis,*

a ¶Vitulum.] Talis eſt, & ita agit, quaſi &c.
b ¶Coquit.] Aliàs colit. id eſt in cultu quaſi colendo in ſacrificio offert. Et eſt ſimilago flos farinæ, de quo fiebat panis propoſitionis.
[Margin: Similago eſt flos farinæ.]
c ¶Hoc ut.] Quod dicit propheta.
d ¶Audire] Scilicet ſibi dictum eſſe.
e ¶Non illis bonis.] Accipientibus ab eis ſacramenta.
f ¶Non alijs.] Argumentum, ꝙ de uno, &c. ut diſt. 45. diſciplina. ibi, meus non eſt. Arg. contra infra 23. q. 4. fortè.
g ¶Mercedẽ.] Id eſt, retributionẽ æternã.
h ¶Regenerationẽ.] Vt infantium.
i ¶Vel ędificationẽ.] Vt adultorum.
k ¶Non deſerit.] Supra ea. ca. remiſſionẽ.
CONSTAT ERGO. CASVS. Superius in c. 1. huius quæſtionis dicit Leo, ꝙ Simoniaci non accipiunt niſi ſpiritum mendacij, & damnationem. in ca. fertur. dicit Greg. ꝙ ſimoniaci uulneratã habent animam lethali uulnere. In cap. uentum, dicit Innoc. quod ordinati ab hæreticis uulneratum habent caput, per quę cap. infert Gratianus idem eſſe de hæreticis & ſimoniacis: ſed ſuæ concluſioni ſtatim obijcit ibi, [Sed obijcitur.] Et ibi, [Immo.] Concludit tamẽ ꝙ ſacramenta non debent ſimoniacè concedi.
l ¶Conſtat.] Superius introduxit magiſter multa capitula per

Hæretici & ſimoniaci ęquiparanť. 1 Quia ſ.c. 1. huius qō. dixit Leo, ꝙ ſimoniaci nō niſi ſpiritū mēdacij accipiūt, & dānationē ſ.c.ferē. Dixit Greg. ꝙ ſimoniaci vulneratam hēnt aīam lethali uulnere. ſ.ead. ucntū dixit Inn. ꝙ ordinati ab hęreticis uulneratum hēnt caput. vñ infert & magiſter idē eſſe de ſimoniacis & hæreticis, ſm H. ſed ſuæ concluſiōi, &c. ut ſequitur Pe. & Bart. Brix.

la per quæ oſtendit de hæreticis & ſimoniacis idem eſſe. ex quibus infert concluſionem ſuam in iſto. §. 1. ſed ſuæ concluſioni obijcit ſtatim dupliciter, ibi, ſed obijſcitur. & ibi, immo.

a ¶Sed obijcitur.] Ad hoc quod dixit de ſimoniacis locum habere quod de alijs hæreticis dicitur.

b ¶Hoc ſolum.] Qđ non eſt in ordinatione hæreticorum.

c ¶Reputetur.] Verum eſt quantum ad characterem.

BAptizandis.] CASVS. Dicitur in hoc c. ꝙ nec pro baptiſmo, ne pro chriſmatione debet pretiū exigi, ne propter paupertatem vel indigentiam homines ſuam negligant ſalutem, & qui hoc de cætero fecerit deponetur.

d ¶Conſignādiſq;.] Id eſt, chriſmandis. idem eſt in quolibet ſacramento. extra de ſim. cum in eccleſiæ.

e ¶Præfigant.] Sic infra 10. quæſt. ulti. nec numerus. ſecundum ꝙ ibi eſt in littera nū mus, eſt ſimile. aliàs ſi eſt numerus, non eſt ſimile.

f ¶Renaſcentes.] Id eſt, renaſci uolentes uoluntate ſua uel parentum.

g ¶Exigere.] Aliquid tamen ſpontè oblatū accipi poteſt, ut ſupra diſtinctio. 18. de eulogijs.

h ¶Moliantur.] Sed quid ſi ſacerdos nullo modo vult baptizare, niſi ei detur pecunia? Dicunt quidam quòd ſi baptizandus eſt adultus, nihil ei debet dare: quia ſola fides ei ſufficit. de cōſecr. diſtinct. 4. baptiſmi. vel ipſemet baptizet ſe. arg. ff. de adop. ſi conſul. argum. contra, extra de baptiſmo & eius eſt, debitum. Ioan. Sed certè ſi in neceſſitate tali aliquis ſeipſum baptizet: non eſt tamen baptizatus 2. licet ad patriam, ſi decederet, conuolaret, ut dicit decret. illa, debitum B. Si eſt puer, baptizet eum offerens, uel pater: ſed ſi illi ita debiles ſunt, uel neſciunt formam baptiſmi, uel nullus eſt alius, qui baptizet in neceſſitate, non ideo danda eſt pecunia & committenda ſimonia, potius permittatur mori ſine baptiſmo. argum. hic, & infra ea. placuit. Ego tamen potius darem pecuniam, quàm eum ſic dimitterem mori, & bene, licet non deberem facere. arg. hic, & infra ea. placuit.

Baptizare ſeipſum nemo poteſt.

2 Adde ad hoc qđ le. et no. de cōſe. diſt. 4. baptiſmi. in gloſ. poteſt.

i ¶Correxerint.] Relinquendo honorem, & perpetuo pœnitendo, ut infra ea. q. ſi quis neque. Ioan.

NVllus.] CASVS. Dicitur in hoc c. ꝙ nullus clericus à percipiente gratiam communionis pretium exigere debet. quod ſi quis fecerit, deponetur.

k ¶Diaconus.] ſ. de conſe. diſt. 2. peruenit. contra. ibi dicitur, quod presbyter dare Euchariſtiam; ſed hoc in neceſſitate. 93. diſt. diaconis. & c. præſente. H.

l ¶Exigat.] Cum effectu 3. uel etiam ipſe conatus puniendus eſt in deteſtationem criminis. ſupra ea. qui ſtudet. arg. 6. q. 1. §. verum, arg. 47. diſt. quoniam. H.

3 Deeſt exigēdo recepit, ſic ff. de rer. diu. l. ſi. aliàs ſ. đ pę. di. 1. cogitationes. Arc.

ordinatos à ſimoniacis per prauam manus ſimoniacæ impoſitionem uulneratum habere caput. ¶Sed obijcitur a quòd in ordinatione ſimoniacorum hoc ſolum b reprehenſibile inueniatur, quod gratia Spiritus ſancti ſub pretio redigi putetur: aliorſum autem in omnibus integra forma ſacramentorum ſeruetur. Cum ergo illicita ſacramenti uſurpatio per pœnitentiam correcta fuerit, ut gratia Spiritus ſancti gratuita, & non uenalis exiſtimetur, integer debet adeſſe unctionis effectus: Immo etiam, ſi non ſequatur pœnitentia, licet ſimoniacè, tamen reuera conſecratus reputetur c: ſicut illi, qui quondam non, niſi pretio dato, nec ad ſacri baptiſmi regenerationem, nec ad ſanctæ communionis participationem admittebantur; licet ſimoniacè, tamen non ideo minus baptizati, vel ſacræ communionis participes reputati ſunt: ſed hoc tantum † ſacris canonibus conſtitutum eſt, ne de cætero ſacramenta Chriſti ſimoniacè diſtribuantur.

† *al. tamen*

Vnde Gelaſius ad epiſcopos per Lucaniam, epiſt. 1. c. 7.

¶A baptizandis, vel conſignandis pretia non exigantur. C. XCIX.

Capit. 6. c. 180. Burc. l. 4. c. 71. Iuo p. 1. c. 72. & 265. *Matth.* 10.

BAptizandis, conſignandiſque d fidelibus ſacerdotes pretia nulla præfigant e, nec illationibus quibuslibet impoſitis exagitare cupiant renaſcentes f: quoniam, quod gratis accipimus, gratis dare mandamur. Et ideo nihil à prædictis prorſus exigere g moliantur h, quo uel paupertate cogente deterriti, vel indignatione reuocati, redemptionis ſuæ cauſas adire deſpiciant: certum habentes, ꝙ qui prohibita deprehenſi fuerint admiſiſſe, vel commiſſa non potius ſua ſpontè correxerint i, periculum ſubituri proprij ſint honoris.

Item ex ſexta ſynodo, c. 23.

¶A percipiente gratiam † communionis pretium exigi non debet. C. C.

† *al. gratiæ*

NVllus epiſcopus aut presbyter, aut diaconus k, qui ſacram diſpenſat communionem, à percipiente gratiam α communionis aliquod pretium exigat l. Neque enim uidetur gratia, neq; pro pretio gratiam ſpiritus ſancti damus; ſed dignis munere ſine defraudatione participare cōcedimus. Si quis vero eorum, qui cōnumerantur in clero, ab eo cui ſacram communionem diſpenſat, aliquod pretium exegerit, deponatur, ſicut imitator ſimoniacæ fraudis.

Iuo p. 2. c. 92.

α ¶Gratiam.] *Sic etiam Iuo. In vno vetuſto Gratiani codice eſt,* Quidquid.]

gratia communis, *quod Græcæ lectioni magis conuenit* : παρὰ τοῦ μετέχοντος εἰς πρᾶξιν, τῆς τοιαύτης μεταλήψεως χάριν, ὀβολοὺς, ἢ εἶδος τὸ οἱονοῦν, *id eſt*, ab eo qui percipit cõmunionem eiuſmodi participationis gratia, obolos, vel aliam quãuis ſpeciem exigat. *Sunt etiam aliæ nonnullæ varietates non magni ponderis*,

Item ex concilio Toletano, 11. c. 8.

¶Munera inuiſibilis gratiæ quæſtionibus non ſunt comparanda. C. C. I.

Iuo p. 1. c. 73. & par. 5. c. 126.

Matt. 10.

Quidquid inuiſibilis [a] gratiæ conſolatione β [b] tribuitur, numquam quæſtibus γ [c], vel quibuslibet prǽmijs venundari penitus debet, dicente Domino: [Quod gratis accepistis, gratis date.] Et ideo quicumque deinceps in eccleſiaſtico ordine conſtitutus, aut pro baptizandis, conſignandiſque fidelibus, aut collatione chriſmatis, vel promotionibus graduum pretia quælibet, vel præmia (niſi δ voluntarie oblata) pro huiuſmodi ambitione ſuſceperit; equidem, ſi ſciente loci epiſcopo tale quidquam à ſubditis perpetratum fuerit, idem epiſcopus duobus menſibus excommunicationi [d] ſubiaceat, pro eo, quòd, ſcita mala contexit, & correptionem neceſſariam nõ adhibuit. Sin autem ſuorum quiſpiam, eodem neſciente, pro ſupradictis quodcumque capitulis accipiendum eſſe ſibi crediderit [e]; ſi presbyter [f] eſt, quatuor menſium excommunicatione [g] plectatur; ſi diaconus, trium; ſubdiaconus vero, vel clericus [h] his cupiditatibus ſeruiens, & competenti ζ pœna [i], & debita excommunicatione plectendus eſt.

β ¶Conſolatione.] *In concilijs olim Coloniæ, ac Lutetiæ impreſſis, duobus ipſorum codicibus Vaticanis, vno regis catholici, & apud Iuonem legitur*, collatione: *ſed ob gloſſam nõ eſt emendatũ.*

γ ¶Nunquam quæſtibus.] *In eodem codice Regio, legitur* nummorum quæſtu, vel quibuslibet præmijs venũdari penitus non debet: *in alijs verò ſupra citatis*, nunquam quæſtu.

δ ¶Niſi.] *Ab eodem codice Regio abeſt dictio iſta*, niſi *ita ut in his caſibus voluntarias etiam oblationes prohibeat: ſicut de baptiſmo in concilio Eliberitano eſt conſtitutum, infra ead. c. emendari & de ſacris ordinationibus in concilio Tridentino ſeſſ. 21. cap. 1. In alijs tamen codicibus eſt ipſa dictio*, niſi.

ε ¶Quod ſcita.] *Antea legebatur*, in conſcientia mala *Emendatum eſt ex codice Regio, & Iuone in concilijs vero impreſſis varie legitur.*

nem. Cętera uerbo, ſed iſtud ex conſenſu pficitur. Cętera à iure canonum initium habuerunt, hoc è iure naturali initium habuit. extra de biga. debitum. Illa autẽ non eſt ratio ſufficiens, ꝙ pecunia interueniat, quia in eo non confertur gratia: quia nec in ſepultura nec in funeratione gr̃a confertur: eſt tñ ſimonia. 13. q. 2. quęſta, imo dicit lex, matrimonia non debent eſſe venalia. ff. de do. inter uirum & vxo. l. 2. & dic ꝙ licet quæratur in matrimonio quantũ detur pro dote; hoc non eſt ſimonia. arg. de cõſ. diſt. 1. nemo. nam epiſcopus non conſecrat eccleſiam, niſi dos fuerit ei aſſignata, vt ibi dicitur; & tamen illud nõ eſt ſimoniacum. inf. ead. q. 2. placuit.

c ¶Quæſtibus.] A q̃ro quæris, non à queror quereris.

d ¶Excommunicationi.] Id eſt, ſuſpenſioni. 32. diſt. cos. no. epiſcopum ſuſpendẽdũ eſſe, quia non corrigit ſubditum.

e ¶Crediderit.] Ad hoc ut occultet illud crimen.

f ¶Si p̃sbyter.] Hãc leuem pœnam antiquitus ſuſtinuit: ex poſterioribus autem decretis ꝑ huiuſmodi ſui honoris piculo ſubſũt, & nota infamiæ percelluntur, ut ſup. ea. qui baptizandis, & 1. q. 3. c. ulti.

g Excõicatione.] Hic grauius punit̃ ſacerdos q̃ ep̃s. argu. ɔ̃. 40. diſt. homo 1. Sed hic presbyter in duobus deliquit, & quia contemnit, & quia ſimoniam committit. epiſcopus tantum in negligentia 2. Et quod dicit, quatuor menſium excommunicatione plectatur, hæc pœna nõ excludit depoſitionem. Alij intelligũt hoc capitulũ tm̃ de negligẽte 3, nõ de committente. ſed huic intellectui obuiat illud, accipiendum. & illud, cupiditatib. Sed exaudi hoc per illud. extra de ſimo. nemo. cum ſcilicet quis celat crimen alterius pro pecunia: arg. ſup. e. c. ibi, contexit. B. Sed adhuc cõtradicit huic intellectui qđ dicit de pœna. quia minor imponitur maiorib. Sed dic quod maior pœna eſt epiſcopo ceſſare per duos menſes, quàm presbytero per quatuor. 40. diſt. homo Chriſtianus.

h ¶Clericus. & ſecundum hoc clericus in minorib. ordinationibus poteſt eſſe prælatus.

i ¶Competenti pœna.] Depoſitioni. inf. ea. q. 3. c. vlt. placuit,

Quidquid.] CASVS. Dr̃ hic, ꝙ pro ſacramentis uel ordinibus conferenda aliquid accipi non debet, niſi quod ſponte fuerit oblatum. & clericus contra fecerit, deponatur. & ſi ſciente epiſcopo & negligente corrigere aliquid fuerit exactum: duobus menſibus communione priuetur. Si vero ipſo ignorãte clerici aliquid acceperint: pro qualitate perſonarũ & ordinum punientur pœnis hic poſitis, & nihilo minus deponentur.

a ¶Inuiſibilis] Id eſt, ſacramentum in quo gratia inuiſibilis continetur per ſignificationem.

b ¶Conſolatione.] Nota coniugium nõ * eſſe de his ſacramentis: quæ conſulationẽ cæleſtis gratię tribuũt: & ideo in ipſo poſſe pretiũ interuenire. 32. q. 2. honorantur. Cętera ita ſacræ rei tenent ſignificationem, vt eius pariter habeant uirtutem, iſtud ſolam ſignificatio

Gratia. in ſepultura non confertur.

Ep̃s nõ corrigens ſubditum, eſt ſuſpendendus.

Sacerdos grauius punitur q̃ epiſcopus.

1 Arg. extra de cle. venat. c. 1.

2 Sic not. inf. 24. q. 1. qui contra. in gl. vlt.

3 Et talis non eſt ſimoniacus: quia nil vſ emere vel vẽdere: ſed pro tãto dr̃ ſimoniacus: quia ſimoniã committit, & cõtegit. extra de ſimo. nemo. Hu-

* *Immo, quatenus ſacramentũ tribuit gratiam, vt decernit concil. Trid. ſeſſ. 24. c. 1. & ideo dare pecuniam pro eo, vt eſt ſacramentum, illicitũ eſt licit ũ autem, quatenus eſt naturæ officium. B. Tho. 2. 2. q. 100. artic. 2. ad 6*

PLacuit, vt nullus.] CASVS. Statuitur hic, ut nullus epſ pro chriſmate tremiſſem exigat, ſitut olim epi ſacere conſueuerunt, ne ipſi uenundantes, ſicut Simō magus uoluit emere, damnabiliter venundentur.

a ¶ Balſami.] Id eſt, chriſmatis. nam poſt conſecrationē chriſma eſt. Chriſma ergo uendi non pōt, nec etiā in neceſſitate, cū ſit ſacramētū. 1.q.1.multi. & 1.q.3. ſi quis præbendas. & ſupra ea. quidquid.

Chriſma vēdi non pōt.

b ¶ Tremiſſem.] Tertia pars ſolidi eſt tremiſſis. De hoc tremiſſe habes C. de ueſte milit. fortiſſimis. lib. 12. & inde dicitur tremiſſis ſecundū Iſidorum, quaſi ter miſſus ſolidum conſtituat.

Tremiſſis eſt tertia ps ſolidi.

PLacuit.] CASVS. Statuitur in hoc c. ut pro baptiſmi collatione nihil exigatur: ſpontè tamen oblatum poteſt recipi: & ſi timore extorſionis aliquis ſe ſubtraxerit à baptiſmo, anima periclitantis à tali preſbytero requiretur.

c ¶ Eorum.] Argu. ꝙ in eadem ſit perditione & qui dāni cauſā, uel occaſionem dat, & qui damnum dediſſe uidetur. ꝟ 23. qō. 5. de occidendis. & c. cū homo. cōtra. 26. q. 6. ſi presbyter. ꝟ. 27. q. 2. ſi tu abſtines. ꝭ. diſt. 55. ſi quis abſciderit. ꝟ. 17. qō. 4. diffiniuit. ꝭ. 50. diſt. ſtudeat. & c. ſępè. ꝟ. 16. q. 1. decimę. Io. Sol. hoc intelligendum eſt de cauſa proxima, maximè cū malo zelo cauſam uel occaſionem præſtant. H.

Damnū dediſſe vr̄, qui occaſionē dāni dat.

d ¶ Perditio.] Nihil enim intereſt an occidat quis, an cauſam mortis præbeat. ff. ad l. Cor. de ſic. nihil, unde ſi præſtito impunitatis ſacramento ſeruos fugiētes ad eccleſiam ſacerdos non reddiderit, & poſtea fugerint: fuga eorum à ſacerdote quęrenda eſt, ut ꝟ. 17. q. 4. diffiniuit. qui enim occaſionem damni, &c. ff. ad l. Aquil. qui occidit. §. ult.

e ¶ Requiratur.] Not. quòd pro loco, & tempore illicita redduntur, quæ ſimpliciter licita ſunt, ut 27. q. 1. neque uiduas.

EMendari.] CASVS Dicitur hic, ꝙ pro baptiſmo nihil recipiatur, nec pedes baptizandorum lauentur. Sequentia duo cap. plana ſūt, in quibus dicitur, ꝙ pro ſacramentis, uel ordinibus, ſepultura, chriſmate, communione, & luminaribus, nihil exigi debet.

1 Vn̄ ſubdit, ne ſacerdos &c.

f ¶ Non mittant.] Præſumitur enim ſimonia 1. ſimilis pręſumptio eſt ex tempore uel locō. ꝟ. 31. q. 1. relatū. ꝭ. diſt. 81. in omnibus. ꝟ. 8. q. 3. c. 1. & ꝭ. diſt. 57. ſi quis in ægritudine. ꝟ. 18. q. ulti. Eleutherius. contra extra de ſimo. cū ſit Romana. ꝟ. ea. q. 2. placuit. Sol. exaudi hoc de nummis exactis. nam ſponte oblatos accipere poſſum. arg. ꝟ. c. proxi. Alij dicunt hoc uitandum propter ſpeciem mali. arg. extra de tranſact. conſtitutus. ff. ad leg. Iul. de ambitu. l. una. ubi dicitur, quòd accuſatus non debet intrare domum iudicis. Hic arguè opus per ſe laudabile rationis temporis reprobari, & ne malignādi occaſionem inducat. licet enim nūmos in concham mittere opus pietatis ſit, tempore tamen ſuſcipiendi baptiſmi ſimoniæ ſuſpicionem inducit. arg. eſt ff. ad l. Iul. de ambitu. l. vna. in fin. adeo ut ſi etiā ſub aliquo prætextu tempore prohibito detur, præſumptio ſimoniæ non euaneſcat. arg. 57. diſt. ſi quis in ægritudine 2. 8. q. 3. c. primo.

Opus per ſe laudabile ratione tēporis reprobatur.

2 Et not. ꝟ. 18. q. 2. diſſinimus.

g ¶ Ne ſacerdos.] Arg. non ſolum abſtinendū eſſe à malis, ſed etiam ab omni ſpecie mali. arg. ſupra 54. diſt. generalis.

Abſtinendū eſt ab omni ſpecie mali.

ζ ¶ Et competenti.] *In vulgatis legebatur*, pro arbitrio competenti pœna *ſublata ſunt voces*, pro arbitrio. *quia in vetuſtis exemplaribus, in concilijs impreſſis, & manuſcriptis, & apud Iuonem non habentur, neque auctor gloſſa eas agnoſcit.*

Item ex concilio Bracarenſi ſecundo, c. 4.

¶ *Emendata eſt inſcriptio ex aliquot vetuſtis codicibus. Nam in vulgatis erat*, ex Carthaginenſi quarto, *in quo non habetur.*

¶ Nihil à ſacerdotibus exigatur pro balſamo, quod in Chriſmate ponitur. C. CII.

PLacuit, vt nullus epiſcoporum pro modico balſami [a], quod benedictum pro baptiſmi ſacramento per eccleſias datur; quia ſinguli † tremiſſem [b] pro ipſo exigere ſolent; nihil vlterius exigatur: ne fortè, quod pro ſalute animarum per inuocationem ſancti ſpiritus cōſecratur, ſicut Simon magus donum Dei pecunia voluit emere, ita nos uenundantes damnabiliter venundemur. *Act. 8.*

† al. i. ſingulis tremiſſes exigi] al. ſinguli tremiſſes exigi

Item ex eodem, c. 7.

¶ Non eſt aliquid exigendum ab ijs, qui infantes ſuos ad baptizandum adducunt. C. CIII.

PLacuit, vt vnuſquiſq; epiſcopus per eccleſias ſuas hoc præcipiat, vt hi, qui infantes ſuos ad baptiſmum offerunt, ſi quid voluntariè pro ſuo offerunt uoto, ſuſcipiatur ab eis. Si vero per neceſſitatem paupertatis aliquid non habeant, quod offerant, nullum eis pignus violenter tollatur à clericis. Nam multi pauperes hoc timentes, filios à baptiſmo retrahunt: qui ſi fortè, dum differuntur, ſine gratia baptiſmi de hac uita receſſerint, neceſſe eſt, ut ab illis eorum [c] perditio [d] requiratur [e], quorum ſpolia pertimeſcentes, a baptiſmi gratia ſe retraxerunt.

Item ex concilio Eliberitano, c. 48.

¶ Qui baptizatur, nullos nummos in concham mittat. C. CIIII.

EMendari placuit, ut qui baptizantur (vt fieri ſolebat) nummos in concham non mittant [f]: ne ſacerdos [g],

a ¶ Lauan-

Lotio Mediolanẽſiũ. a ¶Lauandi ſunt.] Quia Mediolanenſes primo aqua conſecrata puerorum pedes lauant,& poſtea baptizãt: & non peccant, quia auctoritate Ambr. hoc faciũt: q a qui eſt mundus totus, non indiget niſi vt pedes lauet. Tamen in illa auctoritate intelliguntur pedes, id eſt, affectus pro tempore etiam luminum pretium interdici in extrauagan. Alexan. iij. de his ſane. Hu. ſatis dicitur extra de Simon. non ſatis,& cap. cum in eccleſiæ.
ADDITIO. Adde ad hoc quod legitur, & no. ſupra ea. emendari. Archid.

quod gratis accepit, pretio diſtrahere videatur. Neque pedes eorum lauandi ſunt [a] à ſacerdotibus, vel clericis.

Item ex concilio Triburienſi.

¶Pro perceptione baptiſmi, vel chriſmatis aliquid exigi non debet. C. CV.

Pann. l. 4. c. 101. Iuo p. 1. c. 295.

DIctum eſt ſolere in quibuſdam locis pro perceptione chriſmatis nummos dari, ſimiliter pro baptiſmo, & communione. Hoc ſimoniacæ hæreſis ſemen deteſtata eſt ſancta ſynodus, & anathematizauit, & vt de cætero nec pro ordinatione, nec pro chriſmate, uel baptiſmo, vel pro balſamo, nec pro ſepultura, vel communione quidquam exigatur, ſtatuit; ſed gratis dona Chriſti gratuita diſpenſatione donentur.

Item ex concilio Cabilonenſi tempore Caroli magni, cap. 17.

¶Non pro dedicandis baſilicis, vel pro cæteris ſacramentis eccleſiæ conferendis aliquid exigi debet. C. CVI.

Burc. l. 4. c. 95. Iuo p. 1. c. 287. Pann. l. 1. c. 98.

STatuimus, vt ſicut pro dedicandis baſilicis, & dandis ordinibus nihil accipiẽdum eſt: ita etiam pro balſamo ſiue luminaribus [b] emendis, nihil presbyteri chriſma accepturi dent. Epiſcopi itaque de facultatibus eccleſiæ balſamum emant, & luminaria ſinguli in eccleſijs ſuis concionanda prouideant.

13 *Sicut [c] ergo hæc ſacramenta [d] licet ſimoniace miniſtrentur, tamen benedictionis effectum conferunt accipienti; & ſic ſacerdotalis vnctio, licet ſimoniace miniſtretur; ſuo tamen non debet carere effectu. Sed, ſicut ſupra dictum eſt, illa ſacramenta ſunt neceſſitatis, hæc dignitatis: & ideo priuilegia illorum non poſſunt generare communem legem iſtorum. Habent ergo ſimoniaci vulneratum caput per ſimoniacæ manus prauam impoſitionem. Hoc autem de illis intelligitur, quos nec excuſat ignorantia, nec attractionis uiolentia; qui ab illis ordinantur, quos indubitanter ſciunt eſſe ſimoniacos; ſiue ſimoniace, ſiue nõ ſimoniace ordinentur ab eis. Vt enim diſtinguit Nicolaus Papa alij ſimoniace ordinantur à ſimoniacis: alij ſimoniace à non ſimoniacis; alij non ſimoniace à ſimoniacis.*

s. c. remiſſionẽ. §. ſed notandũ.

Hanc diſtinctionem innuit Nicolaus Papa ſecundus ſcribens omnibus epiſcopis.

¶De triplici genere ſimoniacorum. C. XVII.

4. ſent. diſt. 25. Pann. l. 3. c. 127.

STatuimus [e] decretum de ſimoniacis tripartita hæreſi, id eſt, de ſimoniacis ſimoniace ordinatoribus, vel ordinatis, & de ſimoniacis ſimoniace a non ſimoniacis, & de ſimoniacis non ſimoniace a ſimoniacis. ¶Simoniaci ſimoniace ordinati, uel ordinatores ſecundum eccleſiaſti-

SICVT ERGO. Hæc eſt 13. pars huius quæſt. in qua intendit probare magiſter, q ſi aliquis ignoranter ordinatus fuerit à ſimoniaco, uel etiam compulſus, q diſpenſatur cum tali. Si autem ſcienter fuerit ſimoniacus, uel ordinatus à ſimoniaco, non diſpenſatur cum illo: & hoc probat per ſex auctorit. Ioan. de Fãt.
CASVS. Infert Gratia. quod ſicut hæc ſacramenta. ſ. baptiſma & chriſma habent effectum, licet ſimoniace miniſtrentur, ſic & vnctio ſacerdotalis. Sed eſt aliud in illis quàm in iſtis; quià illa ſunt ſacramenta neceſſitatis: hæc vero dignitatis. Simoniaci enim habent caput vulneratum, quos ignorantia, uel alia cauſa non excuſat. Vnde Nicolaus diſtinguit. Alij ordinãtur ſimoniace à ſimoniacis: Alij ſimoniace à non ſimoniacis. Alij non ſimoniace à ſimoniacis. q diſtinctio probatur p ſequens capitulum.
c ¶Sicut.] Accipit hic finem altercatio Gratiani, qua quãdoque ſimoniacos comparat hęreticis, quandoque non, vt s. ead. §. quia ergo. & §. ſeq.
d ¶Hęc ſacramenta.] i. baptiſma, & chriſma.
STatuimus.] CASVS. Hoc c. diuiditur in duas partes. In prima parte idem dicitur, qđ dictum eſt in diſtinctione Nicolai. In ſecunda parte quæ incipit ibi, [Simoniaci.] dicit, q ſimoniaci ſimoniace ordinati cum ſuis ordinatoribus debent deponi. Simoniaci uerò ſimoniace à non ſimoniacis ordinati, ab officio male accepto remouebuntur, ſed ordinatores non deponẽtur: cum non ſimoniace à ſimoniacis ordinatis, poterit propter neceſſitatem diſpenſari ut in ſuo officio permaneant.

Pedes in litteris ſacris ſignificant affectiones. affectus, ſcilicet ut habeãt cor purũ, iuxta illud: Quàm ſpecioſi pedes Euangelizantium pacem, &c.
b STatuimus.] ¶Luminaribus.] Etiam in conficiendo chriſma neceſſarijs fraudem remouet. Nota
e ¶Statuimus.] Idem dicit hic, quod in §. niſi. q a ſubiungit

iungit quid iuris ſit cum ſic vel ordinantur.

a ¶Simoniacos autem non.] Illi ſola voce non reatu ſimoniaci dicuntur. extra.de ſi.de ſimoniace.ſcilicet ꝓpter ordiuationē à ſimoniacis factam, ſicut vſuratius quandoque dicitur qui vſuras dat.ff. de vſur. debitor.

recipere ordines ſm plurimos doctores:exequi tamen non poſſum ordines ſine diſpenſatione Papæ tantum, ſecundum quoſdam, ſecundum alios cuiuſcunqne ſuperioris. Iſta tamen diſpenſatio debet fieri in occulto. ne infametur ille prælatus, cuius crimen occultum eſt. huic

cos canones à proprio gradu decidant †. Simoniaci quoque ſimoniacè à non ſimoniacis ordinati, ſimiliter ab officio malè accepto remoueãtur. ¶Simoniacos autem non [a] ſimoniacè à ſimoniacis ordinatos, miſericorditer [b] per manus impoſitionem pro temporis neceſſitate in officio concedimus permanere [c].

† Adde ad hunc text. nota. in l. ſi quēquam. C. de epiſc & cleri.

Sed hoc [d] intelligendum eſt de ijs, qui ordinantur à ſimoniacis, quos ignorabant eſſe ſimoniacos. Hos facit ſimoniacos non reatus criminis, ſed ordinatio ſimoniaci.

De quibus Vrbanus Papa in concilio Placentino, cap. 3. & 4. ait.

¶De ijs, qui non ſimoniacè à ſimoniacis ordinantur. C. CVIII.

Magiſter ibid.

SI qui [e] a ſimoniacis non ſimoniacè ordinati ſunt, ſi quidem probare [f] potuerint ſe, cum ordinarentur, neſciſſe eos ſimoniacos eſſe, & ſi tunc α [g] pro catholicis habebãtur in eccleſia, talium ordinationes miſericorditer ſuſtinemus, ſi tamen eos laudabilis uita commendat. Qui uero C 4. ſcienter ſe a ſimoniacis conſecrari (immo execrari) permiſerint; eorum conſecrationem omnino irritam eſſe decernimus.

α ¶Et ſi tunc.] *Antea legebatur,* & quòd tunc, *quaſi onus id probandi incumberet volenti ſe purgare. Emendatum vero eſt ex duobus manuſcriptis iſtius concilij exemplaribus.*

Idem Nicolaus iunior. Hoc idem Alexander ſecundus.

¶Verba huius, & ſequentis capituli erga ſimoniacos ſunt in epiſtola Nicolai ſecundi, in qua concilium à ſe habitum refert: atq; ea repetiuit Alexander ſecundus in epiſtola omnibus catholicis epiſcopis directa, quæ habetur Romæ manuſcripta tribus peruetuſtis codicibus.

b ¶Miſericorditer.] & ita dicitur, hic ꝙ non receperunt executionem.

c ¶Permanere.] In executione.

SED HOC. CASVS. Dicit Gratianus, ꝙ hoc ultimum membrum intelligitur de illis, qui ordinantur nō ſimoniace à ſimoniacis, quos ignorabant eſſe ſimoniacos, quos non reatus proprius facit ſimoniacos, ſed ordinatio ſimoniaci.

d ¶Sed hoc.] Reſpicit ultimam partem capituli præcedentis, ſcilicet ſimoniacos non reatu, ſed propter ordinationem. infra ca. proximo.

SI qui à ſimoniacis.] CASVS. Dicitur hic, ꝙ ſi aliquis gratis ab epo, ſed aliàs ſimoniaco fuerit ordinatus: ſi probauerit illum tunc temporis ab eccleſia toleratum, & neſciuiſſe illum ſimoniacum fuiſſe, poterit cum illo miſericorditer diſpenſari. ſi uero ſciuerit illum ſimoniacum eſſe, deponi debet. Sequens. c. patet, quod eſt notabile.

e ¶Si qui.] H. intelligit hoc c. de præciſis, qui tamen neſciebantur præciſi eſſe ab ordinatis. Nam opinio eius eſt, ꝙ ſi occultum eſt eum ordinatorē eſſe ſimoniacum, qui toleratur, ordinatus ſuſcipit executionem, ut 15. q. 7. c. vlt. niſi ſit notorium, vt 32. diſ. §. verū. Vel niſi teſtibus hoc probari poſſit, vt ſ̄ ea. quiſquis. & ideo vt locum habeat ſecundum eum quod hic ſequitur, miſericorditer, &c. neceſſe habet legere de p̄ciſis. Nos vero qui aliter ſentimus. argu. ī. ea. quibuſdā. & ſ̄. c. reperiūtur. legimus hoc capitulum de occultis. nam quantumcunque occulti ſint, & etiam ignorētur, iſte non conſequitur executionem. & hoc in ſimoniaco in ordine, & licet ſine culpa iſtius ordinati cōtingat, indiget tamen diſpenſatione; & hoc in deteſtationem criminis, & iō dicit miſericorditer, ſcilicet hoc in ignorante, ſecus tamen in eo qui coactus eſt, ut inf. ead. cōſtat. Nam ille de iure admittendus eſt ad executionem: & ea eſt ratio, quia magis conſtat nobis de voluntate coacti, quàm ignorantis. nec intelligas illud capitulum de abſolute coacto, quia non recipiet characterem extra de bap. maiores. § ſi autem.

Ordinatus à ſimoniaco occulto an recipiat ordinis executionem.

f ¶Probare.] Per ſacramentum. extra de ſent. excom. ſi vero. Vel probatur eo ipſo, ꝙ non probatur ſ̄. C. qui mili. nō poſ. ſuper ſeruis, lib. 12. Sed pone p̄latum meū eſſe ſimoniacum. & vult me ordinare, ſi ꝓbare poſſum non debeo ab eo ordines recipere: ſi non poſſum deo

Simoniacus [illegible] ſi vult ſubditum inuitū ordinare, q̄d iuris.

huic tamen obuiat extra c. per tuas. Io. Hoc teneas pro certo, ꝙ ſi ego ſcio ſimoniacum eſſe aliquem, licet occultum, non debeo recipere ordines ab eo, vt in præ. de cre. per tuas. & inf. ead. de cætero. & ſi uellet me cogere. potius debeo pati excommunicationem, vt extra de ſenten. excom. inquiſitioni.

f ¶Probare.] Hinc arg. ꝙ qui ignorantiam allegat, eā probare debet 1. & cum probatio tripliciter fiat, tunc ſcilicet directe cum probato eo ex quo id quod intendit, neceſſario aut veriſimiliter ſequitur: ignorantiæ tamen veriſimilis probatio ſufficit; quod patet ex eo q̄d dicitur, tunc pro catholicis habebantur. ex his quoque verbis ſeq. ſi tamen eos laudabilior uita commendat, argui poteſt præcedentia merita ad delicti poſt commiſſi veniam impetrandam prodeſſe. argu. ff. de re mili. non omnis. Io. argum. allegantem ignorantiam debere eam probare, ut infra 9. quæſt. 1. ordinationes. inf. 34. quæſt. vlt. in lectum. extra. de elect. innotuit. ſup. diſ. 82. propoſuiſti. contra. inf. 3. q. 9. indicas. contra. B.

Ignorantiā allegās, eā probare tenetur.

1 Concor. text. in l verius. & ibi gloſ. & in l. cū de indebito. in glo. in ver. ignoranti. ff. de prob.

g ¶Et quod tunc.] 15. quæſt. vlt. c. ult. arg. ī. 9. quæſt. 1. cap. 3. contra. Solu. ibi namque dicitur ꝙ ſi qui ab hæreticis nominatim excommunicatis fuerint ordinati, ignorantes illos eſſe damnatos: eorum ordinationes ratæ habebuntur: hic autem dicit tunc ratas eſſe ſi eorum ordinatores pro catholicis habebantur. vnde colligi-

Senſus contrarius non ſp pro lege ſuſcipiēdus

ligitur, ꝙ ſi tunc non catholici, ſed dānati habebantur, talium ordinatio non toleratur. ſed ſciendum eſt, ꝙ nō ſemper contrarius ſenſus auctoritatis pro lege & certa ratione ſuſcipiendus eſt: ſicut in nonnullis decretorum locis diligentia lectoris inueniet. Vel dicatur ſtrictius ſe

d ¶In dignitate.] Id eſt, in ordine. extra de ſimo. tanta. & no. infra ea. q. 5. c. 1. cum enim furtiuus ſit character. infra ea. ordinationes. non poteſt diſpenſari. M. ſecus dixit extra de ſimo. ex inſinuatione.

1 Et no. extra de renūciatio. poſt translationem. ibi uideas.

CONſtat.] CASVS. Dicitur hic, ꝙ ſi qui per coactionem ab hæreticis fuerint ordinati? ſi eorū communioni non cōſenſerint. ſed ſtatim ceſſante violentia ad eccleſiam redierint. ſufficienter excuſanē: at qui poſt menſem redeunt, rei tunc ſunt acceptæ dignitatis.

¶De eo, qui ordinatur ab illo, quem ſcit ſimoniacum eſſe. C. CIX.

Iuo p. 5. c. 79. Pann. l. 3. c. 126.

DE cætero ſtatuimus, ut ſi quis in poſterum ab eo, quē ſimoniacum eſſe non dubitat[a], ſe conſecrari permiſerit; & conſecrator, & conſecratus non diſparem damnationis ſententiam ſubeant[b]: ſed vterque depoſitus pœnitentiam agat, & priuatus propria dignitate perſiſtat.

Item paulo ſuperius.

¶Simoniacis in dignitate ſeruanda, nulla eſt impendenda miſericordia. C. CX.

Magiſter ibidē Deuſdedit p. 2. Iuo p. 5. c. 79. Pann. l. 3. c. 125.

ERga ſimoniacos nullam[c] miſericordiam in dignitate[d] ſeruanda habendam eſſe decernimus; ſed iuxta canonum ſanctiones, & decreta ſanctorum Patrum, eos omnino damnamus, ac deponendos eſſe apoſtolica auctoritate ſancimus.

Subaudiendum eſt, niſi uiolenter attracti fuerint De his enim, & à quibuſlibet hæreticis violenter ordinatis ait Innocentius ad epiſcopos Macedoniæ, epiſt. 22. c. 5.

¶De ijs, qui inuiti ad hæreticorum ordinationem trahuntur. C. CXI.

† *Eodem*] ori. *id eſt, Bonoſo*

COnſtat multos uim paſſos, atque inuitos, attractos, repugnanteſque ab hæreticis † ordinatos. ſed huiuſmodi aliquis, ſi poſt ordinationem talem non interfuit, cum illi conficerent ſacramenta, ſi communioni eorum particípatus non eſt, ſi ſtatim[e] diſcedentibus illis [α] peſſimo conciliabulo eorum abrenunciauit, & ad Eccleſiam redijt[f]; iſte talis poteſt habere colorem aliquem excuſationis[g]. Cæterum qui poſt menſem[h], aut amplius[i] redierūt, cum ſe conſiderarent ab hæreticis ordinatos; quamuis nihil ab eis acceperunt, rei ſunt uſurpatę dignitatis.

α ¶Illis.] *In editione trium tomorum legitur,* diſcedēs de eius peſſimo. *Sed editio quatuor tomorū, & codex canonum habet vt Grat. multa autem in hoc capite collector arbitratu ſuo aptauit.*

Tales[k] plerūq; intuitu pietatis reformat catholica ma-

e ¶Si ſtatim.] Arg. ꝙ ſi qua alicui traditur inuita, & pro uiribus renuēs: ſi ſtatim poſt traditionem fugerit, non tenet illud matrimonium: quod præſumitur ex uerbo, ſi ſtatim. maximè ſi nunquam conſenſit. H. & ita per ſequentia deprehenduntur præcedentia 2. 22. q. 2. quod ait. de pœni. diſt. 3. Iudas.

Matrimonium nō tenet ſi mulier in uita alicui tradita ſtatim fugerit.

f ¶Redijt.] Eo animo ut iterum non redeant ad eos: ſicut dicit lex, ꝙ is qui fugit ab hoſtibus eo animo vt iterum ad eos redeat, non habet poſtliminium. ff. de cap. & poſtli. re. l. nihil intereſt. C. e. l. pen. nec enim ſatis eſt domū quem rediſſe, ſi mente alienus eſt, ut ff. de offic. præſi. l. 1. diuus. & 3 q. 9. indicas.

2 Adde ad hoc qđ legi. & no. ī. 44. diſt. multis.

g ¶Excuſatiōis.] Ar. ꝙ coactio excuſat in ordinibus. ſic 50. diſt. presbyteros. 15. q. 6. c. 1. 20. q. 3. præſens. arg. cōtra. 15. q. 1. merito. & infra de conſe. diſt. 4. eos, quos.

Coactio in ordinibus excuſat.

h ¶Poſt menſem.] Ar. ꝙ ſi aliqua alicui inuita tradita fuerit: ꝙ aliquanto tempore cum eo in domo māſerit, & cum potuerit non effugerit; ſi poſtea uirum dimiſerit, poterit reuocari ab eo: quia ex tanto temporis conſenſu ratum fuit matrimonium. ar. 31. q. 2. de neptis. 63. diſt quanto. 50. diſt. presbyteros. & diſt. 45. de Iudæis. & extra de ſpon. ad id quod.

i ¶Amplius.] Arg. ad probandum cōſenſum interfuiſſe matrimonio, ſi non ſtatim diuertit dum poterit. 36. q. 1. reuertimini.

TALES. CASVS. Dicitur in hoc §. ꝙ tales. ſ. ab hæreticis violenter attracti: ſiue ſtatim redierūt, ſiue non, quandoque de miſericordia tolerantur: ſed cum ſimoniacis non diſpenſatur: nec authenticam, id eſt, fructuoſam poſſunt agere pœnitentiam, niſi renunciauerint rei quam ſunt ſimoniacè adepti: & tunc diſpenſatur cum eis, ut cum minoribus hæreticis diſpenſatur. Seque. capit. patet, in quo oſtenditur qualiter cum hæretico diſpenſetur.

k ¶Tales.] Scilicet qui cōſenſerint hæreticis: vel ſtatim rei eſ-

ctius ſe habere in ſimoniacis propter odium ipſius horrendi criminis: & mitigantius in alijs peruerſis ordinationibus: quod illo c. demōſtratur. 9. q. 1. ab excommunicatis. Vel quod hic dř catholicis, non ad ordinantes, ſed ad ordinatos refertur. B.

a DE cætero.] ¶Non dubitat.] Quia eſt notorium: vel per ſententiā. H. ſed contradicit littera.

b ¶Sententiam ſubeant.] Tu intellige de eo quem probare potuit ſimoniacum, qui eſt ordinandus. melius intellige ſecūdum quod dixi in glo. ſupra proxi. c. in glo. per ſacramentum. uer. hoc teneas. A.

ERga ſimoniacos.] CASVS. Dicit in hoc c. ꝙ ſimoniaci ad aliquam dignitatem promoti deponi debent: & nulla cum eis poterit fieri diſpenſatio. Patet ſequens § vbi excipit violenter attractos: ſiue à ſimoniacis, ſiue ab hæreticis attracti fuerint.

c ¶Nullam.] Infra ead. ſi quis neque. infra ead. q. 7. requiritis. infra ead. q. 5. c. 1. contra. Sol. hic ſimonia eſt in promoto & promouente.

receſſerunt, uel non ſtatim. idem intelligo etiam poſt momentum, ſi iam conſenſiſſent. & idem poſt centum annos, ſi non conſenſiſſent. Nam ſemper accuſarētur. ff. de re. mil. non omnes. §. qui captus factum ergo tangit hoc dicendo, ideo tamē dicit, qui poſt menſem: quia & ſi intra menſem redierint, ſemper fuiſſe inuiti præſumuntur: niſi contrarium probaretur: ſed poſt menſem præſumerentur conſenſiſſe, niſi contrarium probaretur. Et eſt ſi. C. ad Velleia. l. ſi mulier perfectè.

ff. de his quæ in frau. cre. ſi pignus. Item nunquid eſt ſimonia abrenunciare beneficio ut alij detur. Non niſi deducatur in pactum: ut extra de præben. dilecto. ſpem tamen 2 inde habere non eſt ſimonia. extra de pact. cū pridem. Item qualiter regnū Dei pecunia poſſit emi: cū nihil

Beneficij renunciatio ut alij deē, non eſt ſp ſimoniaca.

2 Spē not. Pann. Feli. in c. cōſultationes. de ſimo. Ang. & legiſtæ in l. ſed & ſi lege, §. conſuluit, de peti. hæred.

nus impoſitio cum ſatisfactione, & medicina pœnitentiæ: ſed damnationem ſimoniacorum, & eorum, qui eis conſenſerunt, legimus, medicinam uero authenticam [a] *ex hac hæreſi nominatim non legimus: niſi quòd, ſicut vſurpatum eſt* [b] *in Nouatianis* [c]*, vel Donatiſtis, minoribus* [d] *vtique hæreticis non canonicè, ſed ex intuitu pietatis; ita etiam* [e] *ex his poſſe fieri colligimus, ideo etiam, quia alíorſum* [f] *per omnia orthodoxam habent fidem, niſi quòd ſpiritum ſanctum credunt eſſe venalem. Et, vt ait B. Auguſtinus, hæretici, cum redierint, qua parte ſe abſciderint ab eccleſia, curentur; qua vero parte adhæſerint, cognoſcantur* [g].

ī. ead. c. quod quidam. verſic. ſed ſicut.

Hinc & Leo Iannario [a] *Aquilegienſi, epiſt. 3.*

a ¶ Ianuario.] *Sic etiam citatur infra ead. q. 7. c. ſaluberrimum. & ſic habetur in manuſcriptis Leonis codicibus, quamuis in excuſis ſit,* Iuliano. *Cæterum verba ipſa epiſtolæ referuntur in dicto c. ſaluberrimum. & ex parte ſupra ead. c. ſi quis hæretica. Nam hic ſententia potius affertur.*

¶ Qui ab hæreſi ad eccleſiam redeunt, in quo inueniuntur ordine, ex beneficio perſeuerent.

C. CXII.

OMnis cuiuslibet ordinis clericus, qui catholicam deſerens unitatem, hæreticæ, vel ſchiſmaticæ coniunctionis contagione ſe maculauerit; ſi ad eccleſiā redierit cum legitima ſatisfactione, & erroris ſui dānatione; hoc in magno beneficio habeat [h], ſi adempta ſibi omni ſpe promotionis, in quo inuenitur [i] ordine permaneat.

ī. ea. c. ſi q̄s hæreticæ. & ī. ead. q. 7. c. ſaluberrimum. Poly. l. 7. tit. 5. Pann. l. 3. c. 131.

De his autem, qui ordinantur ſimoniacè à non ſimoniacis (vtpote illi, qui data pecunia archidiacono, vel conſiliarijs epiſcopi, epiſcopo ignorāte, hoc efficiunt, ut de manu eius ſacros ordines accipiant) ita ſcribit Gregorius VII. lib. 6. Reg. in ſynodo Romæ habita, anno Domini 1078. die 19. Nouembris, c. 5.

¶ Ordinationes, quę ſimoniacè fiunt, falſæ iudicantur.

C. CXIII.

ORdinationes, quæ interueniente pretio [k], vel precibus [l], vel obſequio alicui perſonæ ea inten-

Poly. l. 2. tit. 38. Iuo p. 5. c. 81.

a ¶ Authenticam.] Id eſt, fructuoſam: niſi executioni rei adeptæ renunciauerint, ut infra ead. q. ſi quis neque.

b ¶ Vſurpatum eſt.] Id eſt, contra rigorem factum eſt: arg. C. de iur. do. ubi

c ¶ Nouatianis.] Infra ea. quæſt. 7. Maximum. & c. Donatum.

d ¶ Minoribus.] Non enim cum maioribus hæreticis diſpenſatur, ut infra. q. 7. c. 1.

e ¶ Ita etiam.] Cū ſimoniacis eſt diſpenſandum, ut iam habebitur.

f ¶ Aliorſum.] Q. d. & hoc facit ad diſpenſationem.

g ¶ Cognoſcantur.] Arg. q̄ ſi inſtrumentū ſit falſum in aliqua parte, & in aliqua uerū: ubi uerū eſt, debemus illud recipere. C. de tranſ. ſi ex falſis. argu. contra. 9. diſt. ſi ad ſacras. & 42. diſt. cap. quieſcamus.

Inſtr̄m pro parte uerū & pro parte falſum eſſe poteſt.

h OMnis.] ¶ Habeat.] Si tñ iterata vnctione nō fuerit maculatus, ut ī. q. 7. ſaluberrimum.

i ¶ Inuenitur.] Si tñ illos ordines ſimoniacè non reciperet, & cū quibus diſpenſeē, & cum quibus non, dicunt 1. iſti verſus.

1 Et not. 9. q. 1. in ſum. ibi uideas. nam ibi ponuntur concord. ad ea quę ſequuntur. Archid. Verſus.

Si bis ordo datur, ſeu baptiſmus repetatur:
Vt ſubuertatur fidei ſtatus ordo petatur.
Vel ſi præſtetur quod vtrumque Simon operetur.
Vt diſpenſeē, ſpes irrita prorſus habetur. ī. ea. ſi quis.

DE HIS. CASVS. Proſequitur de his Gratianus hic, qui ſimoniacè à non ſimoniacis ordinantur, & caſus planus eſt.

ORdinationes.] CASVS. Dicitur hic q̄ falſa iudicatur ordinatio, quę pretio, precibus uel obſequio cōfertur. Idem dicitur de ordinatione eius, qui canonicè non eligitur: quia taliter ordinatus non intrat per oſtium, ſed fur eſt & latro. Patet ſeq. §.

k ¶ Pretio.] Dato, uel retento uel promiſſo. C. de trāſ. tranſactio. nā remittere dare eſt. extra de teſti. veniēs 1.

nihil ſit ſpiritualius. de pę. diſt. 1. medicina. & nō ordo uel honor eccleſiaſticus. & eſt ratio: quia cum uendere regnum cœlorum non poteſt eſſe malitia: hic ſecus. ſed falſum eſt regnum Dei emi: ſed ex miſericordia meritiſque præcedentibus acquiritur. 13. q. 2. animæ. de pœ. diſt. 1. medicina.

l ¶ Vel precibus.] Hoc de precibus pro indigno, & carnali amore impenſis uel à ſe porrectis: alias non, ut infra eadem, latorem.

l ¶ Vel precibus.] Hic habes q̄ preces inducunt ſimoniā, ut ī. c. ſunt nonnulli. 8 q. 1. Moyſes. & hoc uerum eſt ſi aliquis pro ſeipſo petat. talis autē ſe ingerit: quod non licet, ut 8. q. 1. in ſcripturis. & extra de iure patro. per noſtras. Alij dicunt, quòd aliquis pro ſe, ſi eſt dignus,

Preces q̄ñq̄ ſimoniam inducunt.

tione [a] impenſo, vel quæ non communi conſenſu cleri, & populi ſecundum canonicas ſanctiones fiunt, & ab ijs, ad quos conſecratio pertinet, non comprobâtur, falſas † eſſe dijudicamus: quoniam, qui taliter ordinantur, non per oſtium, id eſt per Chriſtum intrant; ſed, ut ipſa ueritas teſtatur, fures [b] ſunt, & latrones.

†*irritas*] ori. & Polyc.

*Io.*10.

14 *Quia ergo ſimonia tripliciter in capitulo notatur, videndum eſt, quot modis pretium in hac hæreſi detur.*

Hoc B. Gregorius in Euangeliorum tractatu hom. 4. in fine exponit dicens.

¶De multiplici genere ſimoniacorum. C. CXIIII.

Anſ.l.6.c.83. Burc.l.1.c.113. Iuo p.5.c.86. Pann.l.3.c.121.

SVnt nonnulli, qui quidem nummorum præmia ex ordinatione non accipiunt [c], & tamen ſacros ordines pro humana gratia largiuntur, atque de largitate eadem, laudis ſolummodo retributionem quærunt. ¶Hi nimirum, quod gratis acceptum eſt, gratis non tribuunt: quia de impenſo officio ſanctitatis, nummũ expetunt fauoris. Vnde bene, cum iuſtum uirum deſcriberet [d] propheta, ait: [Qui excutit manus ſuas ab omni munere] Neque enim dicit, qui excutit manus ſuas à munere, ſed adiunxit, [ab omni:] quia aliud eſt munus ab obſequio [e], aliud munus à manu, aliud munus à lingua †. Munus quippe ab obſequio eſt ſubiectio † indebite impenſa. Munus à manu, pecunia eſt. Munus a lingua, fauor. Qui ergo ſacros ordines tribuit tunc ab omni [f] munere manus excutit; quando in diuinis rebus non ſolum nullam pecuniam, ſed etiam humanam gratiam [g] non requirit.

*Eſa.*33.

† Concor. tex. in l.quã ſi Mæuius. ff. de hære. inſtit. & in l.à procuratore. & ibi bona gl. C. manda.

†*al. ſeruitus*

Idem in regeſto.

¶A eternam damnationem inueniet, qui quolibet munere ad ſacros ordines accedit. C. CXV.

SI quis neque ſanctis pollens moribus, uel neque a clero, populoq; vocatus [h], vel pulſatione coactus, impu-

---

dignus, poteſt petere. nam Petrus dixit: Quid ergo fiet nobis, qui ſecuti ſumus te? & ita pro ſeipſo petijt. Sed ſi preces porriguntur ab alio, diſtinguitur, ut 8.q.2.in ſumma. & q.1.c.Moyſes. Io.

a ¶Intẽtione.] Ergo ſine ea intẽtione nõ eſt ſimonia aliàs ſecus, ut not. extra de ſimo. nemo. H.

b ¶Fures.] Videtur ergo cum ſimoniacus furi comparetur, ꝙ cum ſimoniaco nemo poſſit diſpẽſare, niſi renunciet ordini male ſuſcepto, vt ĩ. ead. ſi quis neq;. & ſ. ead. erga. & extra ea. nobis. in ſi. quia nec vitium furti purgatur, niſi res furtiua redeat in poteſtatẽ Domini, vt 14.q.6. ſi res aliena. Illud ſatis concedi poſſet: & ſecundum hoc poſſet dici, ꝙ ſimoniacus nec etiã characterem reciperet: quia ſimoniacus debet renunciare rei, quam vitioſe eſt adeptus. Cõſtat ꝙ executioni nõ renunciaret. quia executionem nũquam habuit, characteri etiam non poteſt renunciare. Vnde ſatis uidetur quòd non receperit characterem: niſi uelles dicere ꝙ recepiſſet poſſeſſionem characteris: ſicut fur dicitũ habere rem furtiuam, id eſt, poſſeſſionem rei, tamẽ credibilius eſt ut dicatur quòd habeat characterẽ, & quòd Papa poſſit cum eo diſpenſare, licet ille non renunciet, nam etiam uitium furti poteſt purgari re apud furem manente. ff. de vſuca. ſi fur. in prin. idem videtur in violento detentore, ut ff. de preca. certe. §. Iulianus 1.

Simoniacus furi cõparatur. Papa diſpẽſare põt cũ ſimoniace ordinato, licet ordini male ſuſcepto non renunciet. 1 Sub. vnde nõ eſt opus ceſſione. ar gu. de pec. l. peculiũ. §. pen. in ſi. ſed ſufficit factũ cõfirmari. ff. de ſuccel. l. cũ nis.

QVIA ERGO. Hæc eſt 14. pars quæſtionis, in qua vult probare in quibus & quibus modis committatur ſimonia directe. & dicit ꝙ tribus: ſ. in munere à manu: munere à lingua: munere ab obſequio, & hoc vſq; ad §.] Quolibet.] Ioan.

SVnt nonnulli.] CASVS. Oſtenditur hic, quòd non ſolum ſi pecunia accipiatur pro ordinatione committitur ſimonia: ſed ſi obſequium vel fauor, ſiue humana gratia propter hoc accipiat. & hoc probatur auctoritate Eſaiæ.

c ¶Accipiunt.] Extra de ſi. & ſi quæſtiones.

d ¶Deſcriberet.] Nõ eſt in Eſaia id quod ſequitur, ſed in pſalmo: Iudica me domine; ibi, in quorum manibus.

e ¶Ab obſequio.] Et ſic uidetur, ꝙ nõ poſſim ſeruire pro beneficio, vt hic. & ſ. pxi. ar. contra. 12.q.2. quicunque ſuffragio. & c. charitatẽ. & de cle. non reſi. de cætero. licite etiam poteſt quis ſperare uel appetere dignitates, vt 74. diſt. conſuluit. 61. diſt. qđ proderit. & extra de pac. cum pridem Sol. H. dicit ſi directe habeat animum ad hoc cum ſeruit, eſt ſimoniacus, ut 8.q.1. ſunt quidam. Sed tu dic ꝙ ſi dignus eſt, & dignũ exhibet ſeruitiũ, non eſt ſimoniacus, ut hic & extra de cle. non reſi. de cætero. aliàs ſi ĩdignus, ẽ uel dignus, & ĩdigne ſeruit, ſimoniacus eſt: & hoc notauit cum dixit, Seruitus indebite, &c. & licet dignus ſeruire poſſit, non tamen hoc poteſt duci in pactionem. nam illud ſimoniacum eſt. extra de pac. pactiones. nullum ergo munus dabit niſi illud quod aliàs fuiſſet daturus propter aliquas neceſſitates, vt extra ea. & ſi quæſtiones. uel niſi det xenium aliquod, vt ff. de of. procon. l. ſolent §. vlt. uel niſi recipiat illud ad ſtipes templi, ut ſup. ead. iudices.

f ¶Ab omni.] Vt omnia particularia & ſingularia cõprehenderet. ſ. 19. diſt. ſi Romanorum. ſ. ĩ. 14.q.3. putãt. inf. e.q.3. ſaluator. ĩ. 31.q 1. ꝙ ſi dormierit 2. Not. ꝙ dicit indebite, nam ſi debite impendatur, nõ ita ſit, vt ĩ. ea.q.3. ſaluator. Et exponit Bazianus indebite, ſcil. indebite dignus, vel debite indignus ſeruit pro beneficio. aliàs non. ar. inſti. de ſocietate. §. de illa.

a Per iſta iura vr ꝙ idem eſſet ſi ſimpliciter dixiſſet.

g ¶Gratiam.] ſ. 24. diſt. quando.

SI quis.] CASVS. Si quis per ſimoniacam prauitatem ordinem vel dignitatem eccleſiaſticam acceperit. niſi in uita reliquerit, & finaliter pœnituerit, in æternum peribit. Planum eſt ſequens capitulum, & per ſe patet.

h ¶Vocatus.] Et etiã licet ualde dignus ſit, non tñ effrænata temeritate, ſed trepida deliberatione onus ſa

cerdotij

cerdotij debet ſubire, vt ĩ.ead. non eſt putanda.& diſt. 14.necui.61.diſt.miramur.

ibi,[Scimus quippe.] Tertia ibi,[Qui videlicet. Quarta ibi,[Et cum primo.] Patet c.ſeq.per ſe.

g ¶Quibuſdam.] Primo dicit Gre.ſe dolere ꝙ in illis partibus nemo ꝓmoueſ ad ſacrũ ordinẽ ſine cõmodi datione. Secũdo ꝓbaſ auctoritate Dñi ſimoniacos ipſe iure eſſe

denter Chriſti ſacerdotium iam quolibet facinore pollutus, iniuſto cordis amore [a], vel ſordidis precibus oris, ſiue comitatu [b], ſiue manuali ſeruitio, ſiue fraudulento [c] munuſculo epiſcopalem, ſeu ſacerdotalem, non lucro animarum, ſed inanis gloriæ auaritia fultus dignitatem acceperit, & in uita ſua non ſpontè [d] reliquerit, eumque inſperata α mors [e] pœnitentem non inuenerit; proculdubio in æternum peribit.

α ¶Inſperata.] *In aliquot vetuſtis Gratiani codicibus legitur;* in aſpeta mors pœnitentia.

Hinc idem Gregorius Ioanni Corinthiorum epiſcopo, lib. 4.epiſt.55.ſeu c.99.ſcribit.

¶Pro ordinationibus nihil omnino accipiatur.

C. CXVI.

DE ordinationibus aliquid accipere ſub diſtricta interdictione uetuimus. Oportet ergo, ut neque per commodum †, neque per gratiam, aut quorundam ſupplicationem [f] aliquos ad ſacros ordines conſentiatis, uel permittatis adduci. ĩ.diſt.110.c.nouit. Anſ.l.6.c.90. Poly.l.2.tit.1. † al.donum.

Item vniuerſis epiſcopis per Elladem † prouinciam conſtitutis, eod.lib.epiſt.56.ſeu c.100. †al. Helledam

¶Nec pretio, nec prece, nec gratia, nec ſupplicatione aliqui ad ſacros ordines accedant. C. CXVII. Et eod.l.ep.51. & 55.& l.5.epiſto.7. Burc.l.1.c.21. Iuo p.5. c.108.

QVibuſdam [g] narrantibus agnoui, quòd in illis partibus nullus ad ſacrum ordinem ſine commodi datione perueniat. Quod ſi ita eſt, flens dico, gemens denuncio, quia cum ſacerdotalis ordo intus cecidit, foris quoq; diu ſtare [h] non poterit. ¶Scimus quippe ex Euangelio, quid redemptor noſter per ſemetipſum fecerit: quia ingreſſus in templum cathedras vendentiũ columbas euertit. Matth.21. Columbas quippe vendere eſt, de ſancto ſpiritu (quem ſibi conſubſtantialem Deus omnipotens per impoſitionẽ manuum hominibus tribuit) commodum temporale percipere. Ex quo, ut prædixi, innuitur, quid ſequatur: quia, qui in templo Dei columbas vendere præſumpſerunt, eorum [i], Deo iudice, cathedræ ceciderunt. ¶Qui uidelicet error in ſubditis cum augmento propagatur. Nam ipſe quoque, qui ad ſacrum ordinem perducitur, iam in ipſa prouectus ſui radice vitiatus, paratior [k] eſt alijs uendere, quod emit. Et vbi eſt, quod ſcriptum eſt? [Gratis acce-

Beneficiũ conferẽs indigno ꝑ amorem, ſimoniacus eſt.

a ¶Amore.] Ex hoc collige omnem illum eſſe ſimoniacum, qui ductus amore alicui indigno beneficium confert. ar. extra de ſim. nemo. nam ex quo fauor tertij nimium fauoris inducit: multo magis ipſius qui ordinatur. Vel expone hoc ita ꝙ ceſſet iſte intellectus, iniuſto cordis amore; id eſt, cupiditate & ambitione.

b ¶Comitatu.] Id eſt, ſeruitio.

Munus fraudulẽtũ.

c ¶Fraudulento.] Fraudulentũ eſt munus eum dicit ſe alias uoluiſſe hoc ei dare, ut extra ead.& ſi quæſtiones. Vel quando altera pars dicit ſe expẽſas feciſſe, & illas petit ut cedat beneficio, ut extra de pact. cum pridem.

d ¶Non ſpõte.] Hoc idem de quolibet crimine: ſed hoc dicitur ad terrorem. Et not. ꝙ dicit ſponte: quia ſi cogeretur iuris ordinem dimittere: niſi ſponte, non ualeret ei ad ſalutem.

Pœnitentia nõ ualet ad ſalutem niſi perſeueret uſq; in finem.

e ¶Mors.] Ex hoc (ut dixi) in quolibet crimine non ualet pœnitentia ad ſalutem, niſi perſeueret animo vſque in finem. de pœ. diſtin.1. § his autem. verſ. item illud. Ioannes. Et licet de omnibus alijs criminibus poſſit quis pœnitere ordine retento, ut 82. diſt. presbyter. 50. diſt. de his. hic non, niſi renunciet ordini. extra de ſi. tanta. vnde non uidetur ꝙ hic locum habeat admonitio uel denũciatio. Ar. cõtra. ĩ.q.ult.c. patet. dic ut extra de accuſatio. ſuper his.

f DE ordinationibus.] ¶Supplicationem.] ĩ.e.latorẽ. contra: ubi Papa ad ſupplicationem quorundam ordinat quẽdã. Sed diſtingue: aut aliquis petit pro ſe: aut alius pro ipſo, vt ĩ.ea. ordinationes. 1.q.1.§ his. vel dic, ibi de carnali, hic de ſpirituali.

QVibuſdam narrãtibus.] CASVS. Dicitur hic ſacros ordines uel eccleſiaſticos gradus non gratis, ſed commodi datione acceptos diu ſtare nõ poſſe: cum intus orti per conſecrationem iam decidãt. Secundo, quia Dominus cathedras uẽdentium columbas de templo euertit. Tertio, quia paratiores ſũt alijs vendere quod emerunt. Quarto, quia ipſorum hæreſis in primitiua eccleſia fuit damnata. Secunda ratio eſt iure eſſe ſuſpẽſos. Tertio prohibet hoc de cætero fieri: & ſtatuit pœnam in committentes.

h ¶Stare.] Quo ad id in quo nunq̃ ſtetit, ſ. quo ad executionẽ. ar. ff. de cõſt. pecu. id quod. ar. ĩ. 32.q.2. Moyſes.

i ¶Eorum.] Et ita ſimoniaci ẽt occulti ipſo iure ſunt ſuſpenſi: non tamen uitandi ſunt ſecũdum quoſdam, cum probari non poteſt in eis ſimonia. 6.q.2. ſi tñ. ſic exaudi extra de ſimo. tanta. & ſup. ead. reperiuntur.

k ¶Paratior.] Quod noua teſta capit, inueterata ſapit. [Quo ſemel eſt imbuta recens ſeruabit odorem, Teſta diu:] & eſt. ſi i auth. ut iud. ſine quoquo ſuf. § 1. coll. 2. ubi dici

Aeſopus Horatius 1 epiſtolis.

ubi dicitur: dato enim uno illicito principio, neceſſe eſt eum, qui dationẽ facit, plures manus circuire. &c.

a ¶ Et actionis.] Hic argue carnales preces pro digno porrectas non facere ſimoniã. ſecus in pecunia uel obſequio: quæ loco pretij intercedere ſolent. quod preces non

Preces carnales ꝓ digno porrectæ ſimoniam nõ faciũt. Bona quæſtio.

ſed & pro indigno magis deteſtatur eccleſia munerũ dationem, quàm precum effuſionem. Vel dic ꝙ hæc dictio, niſi, non excipit à ſupplicatione, ſed à uerbo promouere. ſic ponit̃ 3.38. diſt. ſedulo. ver. nouerint.

b NVllius.] ¶ Culpetur.] Et puniatur pœna centum aureorum: & irrogatur infamia, qui petierit aliquam dignitatem. ff. ad leg. Iul. de ambitu. l. 1. & infra. q. 7. ſancimus. Argu. 5. ff. de offi. præto. Barbarius. ſed ſoluetur, inf. q. 6. ſicut is.

Infamia irrogatur dignitatẽ petenti.

piſtis, gratis date.] Et cum primo contra ſanctam eccleſiá ſimoniaca hęreſis ſit exorta; cur non perpenditur cur non videtur, quia eum, quem quis cum pretio ordinat, prouehendo agit, vt hęreticus fiat? Ideoque hortamur, ut nullus veſtrum denuo hoc fieri patiatur: ſed neque gratia alicuius, neque ſupplicatione aliquos ad ſacros ordines audeat promouere; niſi eum, quem vitæ, & actionis [a] qualitas ad hoc dignum eſſe monſtrauerit. Nam ſi aliter factum denuo ſenſerimus, diſtricta, & canonica illud noueritis vltione compeſci.

Item Symmachus ad Cæſarium, epiſt. 1. c. 5.

¶ Ad epiſcopalem honorem nullus per ambitum accedat. C. CXVIII.

Anſel. l. 6. c. 76

NVllus itaque per ambitum ad epiſcopalem honorem permittatur accedere. Nam cum hic exceſſus in laica cõuerſatione culpetur [b]; quis dubitat, qui religioſis [c], & Deo ſeruientibus incutiat opprobrium?

Item Gregorius Adeodato epiſcopo, lib. 2. indict. 11. epiſtol. 48.

¶ De eodem. C. CXIX.

EStote ergo præcipue in ordinatione ſoliciti, & ad ſacros ordines † niſi prouectiores ætate, & mundos opere nullatenus admittatis; ne forte ſemper eſſe deſinãt quod immature eſſe feſtinant. Eorum enim, qui in ſacro ſunt ordine collocandi, prius vitam, moreſque diſcutite: & ut dignos huic officio adhibere poſſitis, non uobis potentia, aut ſupplicatio quarumlibet ſubrepat perſonarum. Ante omnia autem cautos vos eſſe oportet, vt nulla proueniat in ordinatione venalitas: ne (quod abſit) & ordinatis, & ordinantibus periculum maius immineat. Si quãdo igitur de his tractari neceſſe eſt, graues [d], expertoſque uiros conſilijs† veſtris adhibete participes, & cum eis communi de hoc deliberatione penſate.

† ordines aſpirare, niſi] ori.

† al. conſilij veſtri

¶ Caput hoc duobus locis, vbi viſum eſt expedire, locupletatum eſt ex originali.

Idem Columbo epiſcopo, lib. 2. indict. 11. epiſt. 47.

¶ Neque fauore, neque venalitate ad ſacros ordines quiſquam promoueatur. C. CXX.

Anſel. l. 7. c. 46.

PVeri [e] ad ſacros [f] ordines nullatenus admittantur; ne tanto pericuſioſius cadant, quanto citius [g] conſcen de-

c ¶ Religioſis.] Id eſt, clericis. & per hoc expone illud ca. 20. q. 3. præſens. in fi. arg. gradum altiorem grauius facere commiſſum, ut inf. 11. q. 3. præcipue. arg. inf. 25. q. 1. nulli. & 1. qõ. 2. illud quidem.

Gradus altior aggrauat delictũ.

EStote.] CASVS. Præcipit hic Gre. ut epiſcopi promoueant mundos corpore, & prouectiores ætate, & qui ſunt morib. comendati: nec potentia nec ẽt ſupplicatio aliqua præualeat, ſed merita perſonarum.

d ¶ Graues.] Supr. 24. diſt. quando.

PVeri ad ſacros ordines.] CASVS. Dicitur hic, ꝙ pueri ad ſacros ordines non ſunt præpropere promouendi. Item dicit ꝙ venalitate vel potẽtia vel ſupplicatione uel fauore, non debet indignus aliquis promoueri. Seq. §. cũ ſeq. c. patet.

e ¶ Pueri.] Pueri dicuntur intra xiiij. annũ ext. de æta. & qual. c. indecorũ. vel pueri, i. Neophyti 1. 48. diſt. ſicut Neophytus.

1 Pueri qui ſunt. Hoc verbũ, puer aliàs habet ſignificationes, vt not. 77. diſ. in ueteri.

f ¶ Ad ſacros.] Nam minores ante xiiij. annum bene poſſunt accipere, licet non omnes, & ita intelligatur 77. diſt. c. 3. quia non acolythatum. 77. diſt. in ſingulis. Tamen ſi puer ordinetur in ſacris ordinibus, bene recipit characterẽ: cũ poſſit recipere minores ordines, ut in d. c. in ſingulis. Sed nunquid tenetur continere? ſic, ſi eſt doli capax: aliàs non. 2. Nam & voto & ſacramento ſe obligare põt doli capax. extra de deli. pue. c. 1. ſed religioni non, ut not. 27. q. 2. §. cum ergo. 20. q. 2. c. 2.

Puer in ſacris ordinatus characterem recipit.

2 Idẽ tenet hic Ioã. de Fant. & de cleri. ꝑ ſal. promo. c. 1.

ces non faciunt, vt ĩ. ead. q. 5. c. vlt. & licet pro indigno porrectæ facerent ſimoniam, tamen propter merita digni ab hac excuſantur, vt inf. 32. q. 2. quidquid. Io. Sed quare minus committitur ſimonia in precibus oblatis pro digno quàm in pecunia? Reſpondeo: iõ quia in precibus nihil dat de ſuo: & ideo ibi nullum intelligitur eſſe commercium. nam perdere uerba leue eſt: & ita nihil peruenit ad accipientem. ar. C. de do. inter vi. & uxo. maritus. ff. de dona. Ariſto. ſed in alio caſu dat,

Perdere verba leue eſt.

f ¶ Ad ſacros.] Si tamen ordinentur, ordines ſuſcipiũt ſacros. etiam ſeptennes.

g ¶ Quanto citius.] Sup. diſt. 48. ſicut. nam caſum appe ut. &c. Gerendorum. n. honorũ non ꝓmiſcua facultas eſt. non

Ordo ſit in honoribus gerendis.

eſt. non enim prius gerere debet maiorem honorem, ꝙ minorem. ff. de mu. & honor. §. gerendorum.
ADDITIO. Ad idem 58. diſt. c. 1. & 2.

a LAtorem.] ¶ Per interceſſionem.] Nã ſæpe Papa ad interceſſionẽ laicorũ ordinat uel diſpenſat, uel tolerat, ut 28. diſt. de Syracuſanæ. 50. diſtin. clerico. 63. diſt. Salonitanæ.

b ¶ Proficere.] Extra de ma. & obe. ꝑ tuas. extra. de tem. or. cum in diſtribuendis.

ADDITIO. Iſte cõco. probant ꝙ iſte ſine licentia Papæ non poterat promoueri: & ad hoc inducuntur. Archid.

FIlium.] CASVS. Helias abbas rogauit Papam, ut quendã ſuum clericũ promoueret, & eum poſtea ſibi trãſmitteret. Ad cuius proces Papa eum in diaconũ promouit, ſed eum ſibi nõ tranſmiſit: q̃a nõ eſt ꝯſuetudo eccleſiæ Romanæ. cũ ſit in ea cõſecratus: & q̃a abſentiam illius abbatis in eius præſentia voluit compenſare.

c ¶ Mandaſtis. & ita mandat minor maiori ſic 11. q. 3. rogo.

d ¶ Non habet.] ſine licentia eius. 63. diſt. litteras. & quo ad hoc nihil eſt ſpeciale ĩ eccleſia Ro. ut 21. q. 2. c. 1. 70. diſ. sãctorũ. Sed ordinati à Papa licet inter alios digni honore ſint, ſubsũt tñ ep̃is. extra de ma. & obe. per tuas. ff. de albo ſcri. l. ult. & præferẽtur eis tm̃ qui ſunt eiuſdẽ ordinis. ff. e. l. 1. & ab ep̃o p̃t deponi 1 ordinatus à Papa.

Ordinati à Papa ſubſunt ep̃is.

1. Cõmuniter no. contra in præce. decre. ꝑ tuas. ſ. ꝙ nõ poteſt ep̃s talem deponere. quod ibi approbatur per Vin. Inn. Ho. & B. ſed H. & L. ſic sẽtiũt cum. Io.

NON ITAQVE. CASVS. Gratia. ſoluit hic contrarietatẽ præmiſſorum c. quam fecit de præcibus: & interſerit quædã verba in §. ibi, non ſolũ propter ſequens capitulum, cuius caſus cum ſeq. §. patet.

e ¶ Ordinandi. & ita aliquis poteſt pro ſe dignas p̃ces offerre quod H nõ concedit 2: in quo non credo eũ bene dicere: quia multos cõdẽnat. arg. pro Ioan. 14. q. 5. non ſane. 16. q. 1. reuertimini.

Preces dignas pro ſe põt quis offerre.

2 In hac sẽtẽtia eſt H. ſed Lau. sẽtit cum Io.

f PEr principalem.] Hoc c. habes 9. q. 3 §. vlt.

g ¶ Poteſtatem.] Hoc idem poteſt 3. epiſcopus. 2. q. 7. cum paſtoris. extra de cler. non reſi. de cętero.
ADDITIO. Idẽ tenet Io. de Fan. de hoc legitur & no. 43. diſt. c. 1. & 11. q. 3. qui reſiſtit. Arch.

3 Sed cõtra 16. q. 1. cũ pro utilitate. uer. de hoc.

QVO-

re ad altiora feſtinatur. Nulla ſit in ordinatione venialitas: potentia, vel ſupplicatio perſonarum nihil aduerſus hæc, quæ ꝓhibemus, obtineat. Nam proculdubio Deus offenditur, ſi ad ſacros ordines quiſquam non ex merito, ſed ex fauore (quod abſit) aut ex venalitate prouehitur.

Econtra idem Gregorius quibuſdam ſupplicantib. vnũ acolythum, & alterum diaconum legitur ordinaſſe; ſicut ipſe ſcribit lib. 7. indict. 1. epiſt. 2. Petro a epiſcopo Corſicæ inter cætera.

a ¶ Petro] *In codicibus impreſſis epiſtola vnde caput hoc ſumptum eſt, inſcribitur* Chriſanto epiſcopo. *Verum in codice peruetuſto Vaticano, earumdem epiſtolarum, inſcribitur* Petro epiſcopo per Corſicam, *Anſelmus autem eodẽ modo habet ac Gratianus. Ad Petrum epiſcopum Alexandriæ de Corſica legitur epiſtola alia quinto libro cap. 122. quamuis ſit fortaſſe mendum in voce,* Alexandriæ, *& ſcribendum videatur,* Aleriæ.

¶ Epiſcopo interueniente, Papa quendam acolythum ordinauit. C. CXXI.

Anſ. l. 7. c. 79.

LAtorem præſentium per † interceſſionem [a] ſanctitatis veſtræ acolythum fecimus: quem ad obſequia veſtra tranſmiſimus, vt ſi in lucrãdis animabus amplius ſeruierit, proficere [b] amplius poſſit.

† *al. pro interceſſione.*

Idem Heliæ presbytero, & abbati lib. 4. epiſt. 30. ſeu c. 74.

¶ Quiſquis in Romana eccleſia ſacrum ordinẽ acceperit, ab ea vlterius egredi non poterit. C. CXXII.

Anſ. l. 7. c. 78.

FIlium veſtrum † Epiphanium mandaſtis [c], ut ad ſacrũ ordinem prouehere deberemus, vobiſque tranſmittere. Sed in vno vos audiuimus: in alio autem minime audire potuimus. Diaconus quidem factus eſt. ſed quiſquis ſemel in hac eccleſia ordinem † acceperit, egrediendi ex ea vlterius licentiam non habet [d]. Si ergo uos videre non potui; hac ex re conſolationem habeo, quia in filio veſtro requieſco.

† *noſtrũ*] ori.

† *al. ſacrum ordinem*

Non itaque quorumlibet precibus ordinationes factæ, falſæ diiudicantur, ſed hæ demũ, quæ precibus ordinandi [e], vel eius amici, non ſpirituali, ſed carnali affectu porrectis fiunt, cum aliàs futuræ non eſſent: quas non charitas interueniens, ſed ambitio ſupplicans extorquet. Non ſolum autem clericos cuiuslibet epiſcopi ſummus Pontifex in eccleſia Romana valet ordinare; verumetiam, opportunitate exigente monachos, & quoslibet clericos conuocare poteſt, & inuitare.

Vnde Nicolaus Papa Michaeli Imperatori in epiſt. quæ incipit: [Propoſueramus.]

¶ De eodem. C. CXXIII.

Infra. 9. q. 3. c. per principalem. Anſ. l. 1. c. 75. & l. 2. c. 14.

PEr principalem [f] beatorum apoſtolorum Petri & Pauli poteſtatem [g] ius habemus non ſolum monachos,

QVOLIBET. Hæc eſt 15. pars q. in qua intendit ꝓbare, ꝙ ſicut ordines pretio non ſunt dãdi: ita nec pretio reſtituendi: & ꝙ ſit ſimoniacus (Scilicet indirecte) & ſacrilegus qui promotionē vel electionem alicuius impedit, vel eccleſiæ conſecrationē vel fundationem: & hoc ptum, vel non ſcriptum, quo tales talia valent poſſidere. Ioan. Hęc regula fallit extra de cauſa poſ. cum eccleſia, & extra de præſcrip. auditis. Io. Sed certe non fallit. quia iura incorporalia quaſi poſſidentur: & interdicta pro eis poſſeſſoria conſtituta ſunt. ff. de ſerui. quoties. B.

verumetiam quoſlibet clericos de quacumque diœceſi, cum neceſſe fuerit, ad nos conuocare, atque eccleſiaſticis exigentibus opportunitatibus inuitare.

15 *Quolibet ergo munere interueniente falſa diiudicatur ordinatio. Sicut autem pretio interueniente ſacri ordines non ſunt tribuendi; ita nec reſtituendi. Vt enim ait beatus Ambroſius, ſacri ordines nec pretio ſunt emẽdi, nec redimendi* [a]. *Hinc etiã Gregorius VII. ait lib. 6. reg. in concilio habito anno Domini 1078. pontificatus ſui 6. c. 10.*

¶Pretio interueniente ſacerdotale officium non reſtituatur. C. CXXIIII.

Poly. l. 4. tit. 21.

NVllus epiſcopus grauamen, ſeu ſeruile ſeruitiũ [b] ex vſu [c] contra eccleſiaſticam normam [d] abbatibus, ſeu clericis ſuis imponat: vel interdictum ſacerdotale officiũ pretio interueniente reſtituat [e]. Quod ſi fecerit, officij ſui periculum ſubeat.

Qui autem [f] *pecuniam accipiunt, ut ordinandis ſacros ordines non tribuant, vel vt canonicæ electioni aſſenſum non præbeant, aut eccleſiis ædificandis, uel conſecrandis lapidem benedictum, vel conſecrationem ſubtrahant, multis argumentis acceptæ pecuniæ rei, & infames* [g] *eſſe probãtur. Ait enim Paſchalis ſecundus.*

¶Sacrilegi ſunt iudicandi, qui eccleſiam Dei non permittunt regulariter ordinari. C. CXXV.

SVnt quidam, qui vel violentia, vel fauore non permittunt eccleſias regulariter ordinari. Hos etiam decreuimus vt ſacrilegios [h] iudicandos.

c ¶Ex vſu.] Nam tẽpus nõ eſt modus &c. 10. q. 3. quia cognouimus. ff. de act. & obl. obligationum fere. §. placet. niſi forte cuius non extat memoria. argum. ff. de aqua quoti. & æſti. & extra de verb. ſig. c. abbate.

Tempus nõ eſt modus, tollendæ obligationis.

d ¶Eccleſiaſticã normam.] Nam iuſta de cauſa bene poteſt ab eis auxilium petere. extra de cenſi. cũ Apoſtolus. Et ſic non eſt ꝯ 18. q. vlti. ſeruitium. quia illud intelligitur de licitis: hoc de illicitis.

e ¶Reſtituat.] Nec abſoluere põt ꝓ pretio, niſi ſit conſuetudo. extra de ſimo. nemo. Item nec reconciliare. extra de ſim. c. nemo. Sed nũquid ipſi clerico licet redimere, cum iniuſte ſuſpenſus eſt? Videtur ꝙ nõ. ſ. §. proxĩ. in fi. extra de ſi. Matthęus. Arg. contra ſcilicet ꝙ poſſit redimere ius ſuum & vexationem ſuã. ĩ. q. 3. quæſitũ 3. extra de vſu. c. 1. & extra de ſimo. dilectus. dic ut ibi: immo & ſi quid dederit, repetere poterit. C. de cõd. ob tur. cau. quod euitandi. Quidam dicunt ꝙ non poteſt in aliquo caſu redimere. Alij contra, ſcilicet cum iniuſte ſuſpenditur. hoc not. 16 quæſt. 7. decimas 3.

Vexationẽ redimere vtrum licitũ ſit.

3 Vbi đ hoc: & 1. q. 3. altare. ibi videas. Archi.

& hoc probat per tres auctoritates ſanctorum. & per ſex leges principum. Ioan. de Fan.

a ¶Redimẽdi.] Extra de ſimo. querelã. &c. ſi nullus.

NVllus epiſcopus.] CASVS. Præcipitur in hoc ca. vt epiſcopus prætextu alicuius conſuetudinis clericis uel abbatibus grauamẽ aliquod non inferat, nec pretio interueniẽte officium reſtituat: quod ſi fecerit, tamquam ſimoniacus punietur.

b ¶Seruile ſeruitium.] Vocat angariam uel perangariam, quod lex vocat ſore ſordidum munus. 16. q. 1. §. nouarum 1. in l. placet.

1 Adde q̃d dicãtur angariæ & perangariȩ. no. gl. in l. 1. C. quemad. ciui. mun. id. l. 10. in l. neminem. C. de ſacroſã. eccl.

c ¶Ex vſu.] Id eſt, non aſſueſcat. vel ex vſu præter id quod hactenus eſt conſtitutum: quaſi ratione præſcriptionis, vt angarias ſacerdotibus non imponat. Cum enim de aliqua rerum præſcriptione agitur, inſpiciendum eſt utrum communi iure talia à talib. poſſideri valeant necne. Primo caſu ſola longæ vſurpationis detentione currit præſcriptio, vt 16. q. 3. & 4. per totum. ſaluo eo quod de limitibus dicitur ead. cauſa & q. c. licet. & c. inter memoratos. Secundo caſu nõ currit præſcriptio. Præſcriptio enim ius aduocat creatum, nouũ autem non creat, vt 33. q. 5. quod Deo. & diſt. 100. ꝯ morem, & diſt. 93. illud autem. 16. q. 1. c. vlt. & q. 3. §. poteſt etiam. & quæſt. 7. decimus. & inf. ead quæſt. 3. quæſitũ. in his omnibus & in alijs infinitis caſibus præſcriptio euaneſcit. quia non eſt proditum ius commune ſcri

2 Dummodo adſit bona fides, q̃ dic vt plene not. ext. de præſcri. ſi diligenti.

QVI AVTEM. CASVS. Dictum eſt ſupra, quòd ſi ſimoniam committit, qui pro munere eccleſiaſtico cõferendo pecuniam accipit. Nunc dicit Gratia. ꝙ etiã ille ſimoniam committit, qui pecuniam accipit ut ordines non conferat, uel munus aliquod eccleſiaſticũ illi cui eſſet conferendum. & ad probandum vtrumq. inducit leges. ſeq. cap. pater.

f ¶Qui autem.] Tractauit magiſter quæſtionem iſtã affirmatiue. Nunc autem uult tractare eam negatiue, ſcilicet vtrum ſit ſimonia dare pecuniam ut non ordinetur quis. Sed quoniam non habuit canones, induxit leges, quæ in hoc faciunt ad propoſitum, ubi in eis aliquit dicitur negatiue. Quòd autem hoc ſit ſimonia cum, habetur extra de ſimonia, nemo in fine.

g ¶Infames.] Et ſimoniaci large. argumen. extra de ſimo. nemo. argumen. C. de inoffi. teſt. ſi quando. Sed alij contra, propter deſcriptionem ſimoniæ: ſed mortaliter peccant. infra. eadem quæſt. 3. uendentes. L. ſed certe ſimoniaci ſunt, ut dicit illa decre, nemo. Ioan.

h SVnt.] Sacrilegos.] Id eſt, ſimoniacos. aliàs nõ facit ad propoſitum Gratiani. Et quòd ſit ſacrilegium ſit ꝓbatur. Si enim ille, q̃ frãgit immunitatẽ eccleſiæ,

Simoniaci dicuntur ſacrilegi.

Codicis li.9.ad legem Iuliam repetundarum Impppp. Gratia.Valentin.& Theodoſius. Tit. 27. le. 4. In cod. Theod. lib.9. eod. titu.

C. CXXVI.

IVbemus a, & hortamur b, vt ſi quis forte honoratorum, decurionum, poſſeſſorum, poſtremo etiam colonorũ, à cuiuſlibet ordinis iudice fuerit aliqua ratione concuſſus, ſi quis ſcit de iure uenalem fuiſſe ſententiam, ſi quis pœnam vel pretio remiſſam, uel uitio cupiditatis ingeſtam, ſi quis poſtremo quacumque de cauſa improbum iudicem potuerit approbare; is uel adminiſtrante c eo, uel poſt adminiſtrationem depoſitam in publicum prodeat, crimen deferat, delatum approbet, cum probauerit, & victoriam reportaturus d, & gloriam.

Item in digeſtis libro 3. titulo de calumniatoribus, l.1. [Vlpianus lib.10.ad Edictum. Tit. 6.

¶De eodem. C. CXXVII.

IN eum, qui vt calumniæ cauſa negotium faceret, uel nõ faceret, pecuniam dicetur † accepiſſe; intra annum vtilem α e, in quadruplum f eius pecuniæ, quam accepiſſe diceetur, poſt annum ſimpli † in factum actio competit g.

† *al. deregitur*
† *al. in ſimplũ*

¶In hac, & ſequentibus legibus, quæ ex ff citantur, repoſiti ſunt tituli ex vetuſtis exemplaribus Gratiani, quæ cum Pandectis Florentinis valde conueniunt.

α ¶Vtilem.] *Hæc dictio non eſt in antiquis codicibus Gratiani, neque in Pandectis, ſed ob gloſſam non eſt ſublata.*

Ibidem lib.47.tit.13.le.2.de concuſſione. [Macer lib.1.publicorum iudic.]

C. CXXVIII.

COncuſſionis h iudicium publicum i non eſt. Sed ſi ideo pecuniam quis accepit, quòd crimen minatus ſit, poteſt iudicum publicũ eſſe ex ſenatuſconſultis k, quibus pœna legis Corneliæ l teneri iubentur, qui in accuſa-

---

1 Vt extra de immu. ecc. iter. & c.vlt. 17. q. 4. omnes. & ca. ſeq. Arch.

vel qui inde aliquid eripit, ſacrilegus iudicatur 1: multo fortius qui facit ne eccleſiæ ordinẽtur, uel ne ordines tribuantur, vel impediatur alicuius electio, vel promotio.

IVbemus.] CASVS. Dicĩt in hac l. ꝙ ſi quis honorẽ habens ſine adminiſtratione poſſeſſor alicuius decurio vel colonus reipub. ab aliquo iudice fuerit concuſſus, id eſt, grauatus in pecunia: itẽ ſi iudex venalẽ tulit ſentẽtiam: uel pretio Pœnam impoſuerit vel remiſerit: uel aliqua ratione improbus repertus fuerit ante adminiſtrationẽ vel poſt poterit accuſari: & ſi cõuictus fuerit remouebitur.

a ¶Iubemus.] Ad hoc introducit has leges ut oſtẽdat pari pęna mulctãdos q pretio inducti impediũt fieri quod de iure fieri debet, & qui faciũt quod de iure fieri nõ deberet.

b ¶Hortamur.] Forte temperat, ne uideatur quem iubere accuſare inuitum. C. vt nemo inuitus. in rubro & nigro.

c ¶Adminiſtrãte.] Si is talis ſit, quem in ius vocare liceat. Sed contra 2.q.1. prohibẽtur. Sol. illud de maiorib. magiſtratibus: hoc de minorib. arg. ff. de iniur. nec magiſtratib. & ff. de in ius voc. l.2. Vel hoc de ꝑpetuo iudice. argu. ff. de re. cred. ꝑſidis. & l. præcedenti. in auth. vt differẽtes iudices. §. ſi tamen. col. 9. & hoc ne crimẽ eius inultũ remaneat. illud de tꝑali. Vel hic cum peccauit in ipſa adminiſtratione, ibi de eo qui extra adminiſtrationẽ cõmiſit. ff. de iudi. l.2. §. legatis. in auth. vt iud. ſine quoquo ſuffr. §. ſi quis autem, coll.2.

d ¶Reportaturus.] Reportabit enim quadruplum. infra l. prox. 12.q.2. cum deuotiſſimam.

IN eum.] CASVS. Qui pecuniam accepit ut controuerſiam alicui cauſa calumniæ faceret, uel non faceret cum iure facere tenebatur: intra annum tenetur in quadruplum. poſtea in ſimplum.

e ¶Vtilem.] à principio: poſt continuum. ff. de calum. annus.

f ¶In quadruplum.] In quo continetur rei perſecutio, ut tantum triplum ſit pœna, ut ff. eo. l. in hæredẽ. §. fi. & hoc eſt verum cum ipſe idem dat. nã ſi alius daret pro eo, tunc totum quadruplum eſt pœna: quia ille qui dedit, repetit pecuniam quam dedit. ff. de calum. ſi quis ab aliquo huius autem quadrupli medietas dabitur fiſco: medietas ſpoliato 2.

2 Ad hoc C. de aſſeſ. l.3.

g ¶Competit.] Non ei qui dedit, cũ turpiter dederit ſed ei ad cuius læſionem data eſt, vt ff. de calum. l. generaliter. §. illud erit.

COncuſſionis.] Dicitur hic & in legibus ſequentibus, ꝙ illi incurrant crimen concuſſionis, & pœnam legis Corneliæ, quia aſpirant in accuſationem innocentum: vel quia accipiunt pecuniã pro accuſando, vel eius ꝯrio: pro teſtificando, vel eius ꝯrio: pro iudicando, uel eius ꝯrio, vel pro quolibet officio exercendo vel non exercendo, ad qđ gratis tenebantur. His intellectis per te caſus ſingularum legum ſingulatim pones: in quibus quandoque eadem repetuntur.

h ¶Concuſſionis.] Crimen concuſſionis eſt, cum quis minatur alicui niſi ita vel ita faciat. infra 23. quæſt.1. militare. 3. ff. de concuſ. l.1. & 2. Crimen concuſſionis.

i ¶Publicum.] Id eſt, ordinarium, & hoc ſemper: vel non eſt publicum niſi cum quis pecuniam extorſerit, & hoc eſt quod ſequitur: ſed ſi ideo. Publicum eſt ad cuius accuſatiõnẽ quilibet de populo admittitur, niſi infamis ſit, vt inſtitu. de publi. iudi. circa principium. 3 De hoc leg. & no. ea. q. paratus, in fin. ibi videas.

k ¶Senatuſconſultis.] Voluſiano & Liboniano. ff. ad legem Corne. de fal. l.1. ff. ad le. Iu. de vi pub. ex ſenatuſconſulto. Pœna legis Corneliæ.

l ¶Legis Corneliæ.] Cuius pęna in libero homine eſt deporta-

deportatio: in ſenso vltimũ ſupplicium. ff. ad leg. Cor. de fal. l. 1. § ult.
a ¶ Innocentium.] Secus ſi nocentium. 16. q. 7. ſane.
b ¶ Eadem lege tenetur.] Quia reddit quadruplũ, & infamis efficitur. ff. eo. l. eadem. § 1. hoc crimen etiam extraordinarie punitur. ff. eo. l. lex Iulia. § fin.
c ¶ Legendum.] Id eſt, eligendum, ut eligatur qui non debet, uel contrarium.
d ¶ Mittendumve. Vt mittatur in legationem qui nõ eſt mittendus, uel non mittatur qui mittendus eſt.

tionem innocentium [a] coierint, quiue ob accuſandum uel non accuſandum, denunciandum uel non denunciandum teſtimoninm pecuniam acceperint.

[*Ibidem lib. 48. tit. 11. ad legem Iuliam repetundarum, le. 3. Macer lib. 1. publ. iudic.*]

PALEA. C. CXXIX.

Lege Iulia repetundarum tenetur, qui cum aliquam poteſtatem haberet, pecuniam ob iudicandum, uel non iudicandum *α*, decernendumve acceperit; [Venuleius Saturninus l. vel quo, eo. tit.] vel quo magis, aut minus quid ex officio ſuo faceret.

α Vel non iudicandum] *Sic etiam digeſtis vulgatis: ſed à Pãdectis Florentinis abſunt iſtæ uoces. Eſt autem Palea iſtiuſ fere in omnibus vetuſtis exemplaribus Gratiani: & à cap.* ſunt quidã. *vſque ad finem quæſtionis nulla eſt diſtinctio capitum.*

Idem eod. tit. l. 6.

¶ De eodem. C. CXXX.

Eadem lege tenetur [b], qui ob denunciandum, uel non denunciandum teſtimonium pecuniam acceperit *β*. *& poſt pauca.* ¶ Lege Iulia repetundarum cauetur, ne quis ob militem legendum [c] mittendumve [d] æs accipiat, neve quis ob ſententiam in ſenatu, conſiliove publico dicendam, pecuniam accipiat, vel ob accuſandum uel non accuſandum. ¶ Macer lib. 1. publ. iudic. l. 7. Lex Iulia de repetundis præcipit, ne quis ob iudicem, arbitrumve dandum, [e] mutandum, iubendumve, ut iudicet. neve ob non dandũ, non mutandum, non iubendum, &c. neue ob litem æſtimandam [f], iudiciumue capitis, pecuniæue faciendum, vel non faciendum aliquid accipiat. *& infra.* ¶ Hodie ex lege Iulia repetundarum extra ordinem puniuntur: & plerumque uel exilio puniuntur, uel etiam durius, prout admiſerint. Venuleius eo. tit. l. 6. Hac lege damnatus teſtimoniũ publice dicere, aut iudex eſſe poſtulare ue prohibetur.

β ¶ Accepe it.] *In Pãdectis ſequitur verſiculus,* Hac lege damnatus *qui reponitur in fine huius capitis.*

e ¶ Dandum.] Puta non ad probandos ſideiuſſores, uel loco iudicis recuſari.
f ¶ Aeſtimandam.] ne ſcilicet æſtimet litem minoris vel maioris pro pecunia: quã quandoque facere tenetur. ff. ad l. Aqui. ꝑ inde. § notandum.

Sequitur.] Hæc eſt ſecunda quæſtio. quæ diuiditur in duas partes, in quarum prima quæritur, vtrum pro ingreſſu eccleſiæ ſit dandum aliquid. & primo dicitur ꝙ nõ. Secũda ibi. [Item opponitur.] Io. de Fan.
CASVS. Hic intitulatur ſecunda quæſtio, qua quæritur an pro ĩgreſſu eccleſiæ pecunia ſit exigenda, uel exacta perſoluẽda. & certum eſt ꝙ non. quia ſimoniacum eſt. Et primo probat per duas hiſtorias, de Anna ſcilicet & Anania. ꝙ pro ingreſſu eccleſiæ pecunia ſit exigẽda. Sed ſtatim reſpondet Gratianus, ꝙ Anna nõ fuit exacta, ſed ſponte quædam obtulit. Ananias uero non ideo damnatus eſt, ꝙ ſua nollet conferre, ſed quia fuit mentitus.
g ¶ Sequitur.] Hæc qõ nõ habet quæſtionẽ extra de ſimo. cũ in eccleſiæ. melius extra eo. veniens. & melius ex eo qm ſimoniaca, vnde nec ante nec poſt poteſt peti aliquid, vt ſup. ea. q. 1. eos qui. & inf. e. q. 3. ſi quis ꝓbẽdas niſi forte monaſteriũ ita eſſet tenue, ꝙ nõ poſſet ꝓuidere ei: tũc. n. bene poſſet dici ei (nec eſſet ſimonia) bñ reciperemus te ſi haberemus [r] poſſeſſiones vnde poſſes ſuſtentari. argu. inf. ea. ſi quis propter hoc. Hoc tamen uidetur reprobare illa conſtitutio, quã ſimonia-

QVAESTIO SECVNDA.

Petendum nihil eſt ꝓ ĩgreſſu monaſterij.

r Al. haberes, ſecundum Laur.

Ps. Sequitur [g] ſecunda quæſtio, qua quæritur, an pro ingreſſu monaſterij, pecunia ſit exigenda, vel exacta perſoluenda. Hoc vtrumque licite fieri, vtriuſq; teſtamẽti ſerie cõprobatur. Legitur. nam primo libro Regũ, ꝙ Anna detulit ſecum Samuele, poſtquam ablactatus fuerat, cũ tribus vitulis, & tribus modijs farinæ, & amphora vini ad domum Domini in Silo. ¶ In actibus uero Apoſtolorum legitur, quod

1 Reg. 1.

Act. 4.

ſimoniaca. ꝙ prętextu paupertatis poſſit peti pecunia. Io. Quidquid dicat Io. ſi ſic dicat, ſimoniaca eſt, vt vr̄ expreſſe dicere decretalis extra de ſi. qm̄ ſimoniaca. B.
a ¶Multitudinis.] 12. q. 1. c. 2.
b ¶Aliter.] Hoc non eſt verũ: ſed allegando dicit hoc.
c ¶Sponte.] Quod licet 19. q. 3. ſi qua mulier.
d ¶Et parte.] Arg. ꝙ nõ debeat quis cõicata reuocare. ȷ̄. de pę. diſ. 3. ſunt plures. 16. q. 4. ſunt qui opes.

PLacuit.] CASVS. Statuitur in hoc c. vt pro cõſecrandis eccleſijs ep̄i nihil exigãt à patronis, & pręcipue ſi pauperes fuerint: ſponte tamẽ oblatum ab eis poterũt epiſcopi recipere. Itẽ nullus epiſcopus debet eccleſiam conſecrare, niſi dotẽ neceſſariam habuerit, quæ ſufficiat luminarib., & ſuſtentationi eorũ, qui eidẽ eccleſiæ ſũt ſeruituri.
e ¶Ex debito.] Arg. 1. q. 1. placuit. inf. e. q. 4. eccleſia. ſ̄. eo. q. 1. ſtatuimus. ȷ̄. 18. q. 2. Eleutherius. ȷ̄. Sol. ibi.
f ¶Munus aliqđ.] aliud à conuiuio, vel à ꝓcuratione ĩ auth. de man. prin. §. illud. & in authen. ut nulli iud. §. nulli. ſed bene illam exigit 1. extra de ſi. cum ſit alia non dẽt exigere, ſed ſponte oblata recipere poteſt. Vel poteſt dici ꝙ & illa quæ conſueuit percipere propter procurationem, exigere poteſt quaſi pro labore: arg. 12. q. 2. charitatem. vbi hoc diu obtinuit. 18. quæſt. ſin. ſeruitium.
g ¶Dotem.] Immo nec primariũ lapidẽ ponere debuit, ut if. de cõſec. diſ. 1. nemo. ĩ auth. ut deter. ſit numerus cle. §. inueſtigãtes igĩ. coll. 1. infr. 16. q. vlt. pre. & c. Frigẽtius. ſed hic omiſſum fuit, & ideo eſt reſtaurandum, vel iam dederat prius, ſed hic debet facere inſtrumentum. vnde ſi dotem non dediſſet prius, nũc eſt compellendus, quia ibi fecit poni primarium lap. dẽ, ſicut in eo qui promiſit reipublicæ pecuniam dare. ff. de pollicit. l. 1.
h ¶Eorum.] Pluribus ergo ſufficere debet eccleſia, vt 7. q. 1. illud. & de conſe. diſt. 1. hoc quoque.
i ¶Ibidem.] Arg. contra clericos. qui alibi quàm in eccleſia ſua morantur. ſup. diſt. 37. de quibuſdam. cõtra. inf. 16. q. 1. generaliter. inf. 12. q. 2. conceſſo.

Recipere licet quæ nõ licet exigere.
1 Et ita habes vnũ caſum, in quo munus à manu põt recipi. ſ. pro operib. ſpiritualibus, ad quæ q̄s tenetur. Alius caſus eſt ꝓ operibus ſpiritualibus, ad q̄ quis non tenetur ex officio. 12. q. 2. charitatẽ. ſm Ray. & Goffre.

Clerici in ſua eccleſia morari debent.

QVàm pio.] CASVS. Cum quoddam monaſteriũ longo tẽpore caruiſſet abbate, tandẽ monachi ſibi abbatem de alio monaſterio pauperrimo elegerunt: ſed ille venire recuſabat, vel monachi eum non concedebant, niſi illi monachi ſuo pauperi monaſterio aliquã conferrent vnde præfati monachi cõſuluerunt Papã, ſi hoc eis liceret: quod penitus prohibet, docens exemplo Apoſtolorum neminẽ ad religionẽ, fidem, vel eccleſiæ regimen interuentu munerũ debere accedere, cum ſit ſimoniacum: quia numquã à ſanctis patribus, talia petita fuerunt. Sed ſi electus ad eos ſponte venerit, & omni pactione ceſſante, poſtea poterũt illi pauperi monaſterio aliqua gratis offerre, & hũc caſum ponit H. quẽ ego Bart. Brixi. approbo magis q̄ caſum Beneuen. qui breuior fuit.

multitudinis [a] *credentium erat cor vnum, & anima vna: nec aliquid eorum, quæ poſſidebant, quiſquam propriũ eſſe dicebat; ſed erant illis omnia communia, & ſinguli vendebant prædia ſua, & ponebant pretia eorum ante pedes Apoſtolorum: quorum vnus, Ananias nomine, dum partem ſibi reſeruaret, cum vxore ſua Sapphira, ſententia maledictionis accepta, ante pedes Apoſtoli cecidit mortuus.* *Act. 5.*

¶Hinc liquido apparet, quod ingreſſuri monaſterium ſua debent offerre rectoribus: nec aliter [b] *ſunt recipiendi, niſi ſua obtulerint. Sed aliud eſt, ſua ſponte offerre; aliud, exacta perſoluere. Anna mater Samuelis non exacta, neque petita, ſed ſponte* [c] *munera ſacerdotibus obtulit. Credentes ſua ſponte offerebant Apoſtolis, vt indigentium neceſſitatibus deſeruirent, quæ inſtante perſecutione infidelium, eis poſſidere non licebat. Ananias quoque non ideo damnatus eſt, quia ſua nollet offerre: ſed quia ſpiritui ſancto mentitus, pretia eorum, quæ Apoſtolis obtulerat, ex parte* [d] *fraudabat. Non ergo his auctoritatibus permittitur rectoribus ab ingreſſuris aliquid exigere: ſed ſponte oblata ſuſcipere: quia illud damnabile eſt, hoc uero minime.*

Vnde in concilio Bracarenſi ſecundo, c. 5. legitur. & ĩ Vuormac. c. 3. fere idem.

¶Pro dedicandis eccleſijs nihil exigatur. C. I.

Burc. l. 3. ca. 37. Iuo p. 3. ca. 42.

PLacuit, vt quoties ab aliquo fidelium ad conſecrandas eccleſias epiſcopi inuitantur, non quaſi ex debito [e] munus aliquod [f] à fundatore requirant, ſed ſi ipſe quidem aliquid ex ſuo voto obtulerit, non reſpuatur: ſi vero aut paupertas illum, aut neceſſitas retinet, nihil exigatur ab illo. Hoc tamen vnuſquiſque epiſcoporum meminerit, vt non prius dedicet eccleſiam, niſi antea dotem [g] baſilicæ & obſequium ipſius per donationem chartulæ confirmatum † accipiat. Nam non leuis culpa eſt iſta temeritas, ſi ſine luminarijs, vel ſine ſubſtantiali ſuſtentatione eorum [h], qui ibidem [i] ſeruituri ſunt, tamquam domus priuata, conſecretur eccleſia. †al. cõfirmatã.

Item Bonifacius vrbis Romæ epiſcopus ſcribit omnibus Caralitanæ eccleſiæ cœnobitis.

¶Ab ijs, qui ab conuerſionem accedunt, nihil eſt exigendum, nec pretio aliquis ad conuerſionem eſt inuitandus. C. II.

QVàm

a ¶Quàm

a ¶Quàm pio.] Quidā petebāt ab alijs ut darēt eis ab batē ipſorū·ſed hoc illi nolebāt facere gratis,cum eſſet eis utilis,& hæc eſt cōſultatio,an eis liceret aliq d dare.
b. ¶Reſponſum.]Non dubitauit Papa quid iuris eſſet in quæſtione.ſed ironicè hoc dicit.
c ¶An-

pio [a] mentis affectu, fratres chariſſimi, veſt ræ deſtitutioni Romana compatiatur eccleſia, vobis fortaſſis eſt incognitum; ſed cognitori omnium non incognitum habetur. dubitationi autem veſtræ quod idoneum demus reſponſum [b], Deum teſtificor, ipſa quoque me dubitatio reddit anxium [c], & ineptum. Nuſqua † enim legimus Domini diſcipulos, uel eorum miniſterio conuerſos quempiam ad Dei cultum aliquo muneris interuentu [d] prouocaſſe, niſi fortè de pauperum alimento [e] quis inconcinnè [f] proponat, quorum [g] nulli, cuiuſcunque profeſſionis eſſet, uictualia negabantur [h]. Scimus equidem, quòd omne datum optimum, & omne donum perfectum deſurſum eſt deſcédens à patre luminum; à quo bonæ uoluntatis donum accipit, qui ſancto deliberationis arbitrio gratis Deo ſeruire diſponit. Reſtat ergo, ut qui pro aliqua eccleſiaſtica ſuſceptione munus accipit, donum Dei, quod à patre luminum deſcendere debuit, uendat; munus autem largiens importunus emat. Quid autēm de diuini doni uenditoribus, uel emptoribus conſequatur, concludi neceſſe non eſt. ¶ Cauete ergo fratres, quàm ſit ambiguum quod petiſtis conſilium: quod quidem ſecundum ueſtræ uoluntatis propoſitum nulla inuenimus ratione confirmatum. Veruntamen, ſi ueſtræ neceſſitati adeo eſt opportunus, quem reperiſtis †, dum tamen omnis abſit pactio [i], omnis ceſſet conuentio [k], nullaque ueſtræ eccleſiæ fiat diſtractio, accedat, gratis Deo ſeruire incipiat, ſuique regiminis deuote geſtet obſequium: & poſtmodum [l] uos quaſi ſubſidij [m] gratia, aliqua ſuæ eccleſiæ munera largiri fratrum ſolatio Romana permittit eccleſia.

†al. Nunquā

Iac. 1.

†al. expiſtis

¶B. Thomas citat hoc caput 2.2.q.100.in fine articuli tertij, & rē, quam ibi tractat, ſola huius cap. tis auctoritate conſtituit.

[Vnde Vrbanus Papa in concilio apud Melfiam, c. 12.]

¶De eodem. PALEA. C. III.

NVllus abbas pretium ſumere, uel exigere ab eis, qui ad conuerſionem ueniunt, aliqua pacti † occaſione præſumat. Regulam antiquam ſequens, nulli unquam de ordinationibus aliquid omnino accipiendū eſſe cōſtituo, neque ex datione pallij, neque ex traditione chartarum; neque ex ea, quam noua per ambitiones ſimulatio inuenit, appellatione paſtelli. Quia enim ordinando epiſcopo Pontifex manum imponit, euangelicam lectionem miniſter legit; confirmationis autem eius epiſtolam notarius ſcribit.

Anſ.l.6.c.91. Pann. l.3. tit.2. cap.7. Iuo p.5. c.109. Poly.l.2.tit.1. B. Gregorius l. 4.epiſt. 44. & l. 12.poſt epiſt.

† *placiti*] *orig.*

¶In nonnullis vetuſtis exemplaribus, in quibus paucæ ſunt paleæ, habetur caput hoc vſque ad verſ. Regulam. *Reliqua vero ſunt B. Gregorij locis indicatis.*

d ¶Interuentu.] j. 23.q.4.debet.ſ.45.diſ.qui ſyncera. contra.ſed non uidetur prohiberi niſi pactio, nam & dando & honorando & loquendo poſſumus blandiri infidelibus ut conuertātur 1.H. Sed tu dic ſimoniacum eſſe, ſi pagano uel hæretico detur ut Chriſtianus fiat. extra de ſimo. querelam. Sed vr contra: quod cum me poſſim pecunia redimere, ut de pœ.di.1. medicina. videtur quod & alium poſſim, & Sylueſter promiſit omnibus munera qui uellent baptizari.

Blandiri poſſumus infidelibus.

1 Sub. ut in præced.c.ſecundū Ioā. de Fan. qui iſtam gl.ſequitur ut iacet.

e ¶Alimēto.] Quod dabant Apoſtoli pauperibus conuerſis ſupra uerſus princi.quæſtionis.uer.ſed illud.
f ¶Incōcinnè.]Quia non competit oppoſitio.
g ¶Quorum.] Id eſt, quia eorum.
h ¶Negabantur.] Ar. quod anathematizato debet dari eleemoſyna. ſ.diſ.42.quieſcamus. 11.q.4. quoniam. 23. q.4.debet.contra.Sed illud de iam catholico.16.q.1.ſi cupis.Sed contra.5.q.5.c.2.

Eleemoſyna danda eſt anathematizato.

i ¶Pactio.]Nō remouetur, niſi pactio inhoneſta.nam honeſta non remouetur. arg. 23. diſt. quanquam. 2.diſt.c.in ea ſynodo. arg.18. q.2. Eutherius.extra de præben. ſignificatum. 16.q.7. per laicos. ſ. diſt. 59. hoc ad nos 7.q.1. mutationes.hoc no.8. q. 3.in ſumma.
K ¶Conuentio.] Nomen cōuentionis generale eſt. ff. de pa.l. 1.§.2.
l ¶Poſtmodum.]Ar. quod licet poſt, quod nō licet antea, ut j.8.q.3. talia & c. Artaldus 2. Ar. quod nō licet ante 3. nec poſt, ut ſ. ea.q.1. eos.ad ſi & quod licet ante quod non poſt, ut ſ.diſt.4.in iſtis.2. q.6. quoties epiſcopi.& 8. q.2. dilectiſſimi ſupra ea.q.1.eos.contra.Solu.ibi ex pactione datum fuit quidquid datum fuit, hic uero ex mera liberalitate uel gratia ſubſidij conceditur. extra de ſimo.& ſi quæſtiones.Ioan.

Licet poſt, quod non licet ante.

2 Concor. tex.in l quod ante.& l.ſequen. ff. de his quæ in frau.cred.

3 Nec in ipſo actu. ſ. ea.q.1.emēdari,& facit 8.q. 2. dilectiſſimi.

m ¶Subſidij.] Vel honoris, ut infra ea.q.3. ex multis.& ff.mandati. ſi remunerandi. & certè hoc caſu idem eſſet ante & poſt:ſed hoc fit hic propter præſumptionem vitandam.& hoc ſoluit contrarium ſ.ead.q.1.

c ¶Anxium.]Quia dubitatis verum ad Dei cultū quiſpiam interuentu muneris prouocandus ſit, ſed dubitandum non eſt, extra de ſimo.& ſi quæſtiones.

gos. Sed ex quo ambitio ꝓceſſit. & petitio pecuniæ, no cere certe debuit etiam poſt. vel gratia ſubſidij debuerunt percipere. arg. ĩ. ca. ſicut epm̄. in fi. à ɔ̃trio ſenſu.

Sicut epiſcopum.] CASVS. Dicitur hic, ꝙ ſicut epiſcopus nõ dẽt aliquid accipere pro ordinatione: ſic diaconus non debet aliquid accipere pro Euangelio, quod legit, uel notarius pro ſcriptura, quam fecit ordinato in teſtimonium ſuæ ordinationis. Sed poſt negotiũ expeditum, ſi quid ſponte offeratur, recipi poteſt.

greſſuris, quaſi dicat indifferenter omnes debent ſuſcipi, vt paſcantur de rebus eccleſiæ, exceptis talib. de quibus loquitur in c. ſeq. 2

Viduas honora.] CASVS. Præcipit hic Apoſtolus, vt eccleſia prouideat viduis: illis ſcilicet, quæ parentum

2 Quod loquitur de iam ſuſceptis, nõ de ſuſcipiendis. ſecundum Hug.

a ¶ Qua enim.] *In pleriſque exemplaribus, quæ habent hanc paleam non ſunt iſta duæ voces. Verum apud B. Gregorium legũtur, quoniam pendet adhuc oratio, & coniungitur cum ijs, quæ in ſequenti capite afferuntur, hoc modo.* Quia enim ordinando epiſcopo Pontifex manum imponit, Euangelicam lectionẽ miniſter legit, confirmationis autem eius epiſtolam notarius ſcribit; ſicut Pontificem non decet, &c.

Item Gregorius in regeſti lib. 4. epiſt. 44. ſiue cap. 88. in ſynodo Romæ habita.

¶ Ab ordinando non debet aliquid exigi, ſed nec uoluntarie oblata reſpui oportet. C. IIII.

Sicut epiſcopum non decet manum, quam imponit, uendere; ita miniſter [a], uel notarius non debet in ordinatione eius uocem [b] ſuam, uel calamum [c] uenundare. *& paulo poſt.* ¶ Is autem, qui ordinatus fuerit, ſi non ex placito †, neque exactus, neque petitus, poſt acceptas chartas, & pallium aliquid cuilibet ex clero, gratiæ tantummodo cauſa, dare uoluerit; hoc accipi nullo modo prohibemus: quia eius oblatio nullam culpæ maculam ingerit, quæ non † ex ambientis [d] petitione proceſſit.

ext. de ſimo. c. 1.
Polyc.] Anſel.] Ibidem Iuo.]
† *al. pacto*
† *ex accipientis ambitu nõ proceſſit*] ori.

Auctoritate Bonifacij patenter oſtenditur, quòd ſicut nullus pretio eſt inuitandus ad conuerſionem [e]*; ita nulli, pecuniæ interuentu, eccleſiæ largiri oportet ingreſſum. Auctoritate vero Gregorij datur intelligi, quòd pro ingreſſu eccleſiæ non licet pecuniam exigere; ſed ſpontanee oblatam licet ſuſcipere.*

2 ¶ *Item opponitur* [f] *illud Apoſtoli 1. ad Timotheum, c. 5.*

C. V.

Viduas honora [g], quæ uere uiduæ ſunt [h]. [*Quæ autem non ſunt vere viduæ, id eſt, quæ ſuis, vel parentum opibus ſuſtentari poſſunt, non recipiantur* [i],] *vt Eccleſia ſufficiat* [k] *ijs, quæ vere viduæ ſunt.*

¶ *Caput hoc in multis vetuſtis codicibus eſt coniunctum ſuperiori.*

Item Hieronymus ad Damaſum Papam.

¶ *Infra etiam 16. q. 1. c. ſi citatur ex Hieronymo. Ac ſimilia habentur in regula Monachorum ex dictis Hieronymi, in c. de paupertate, & in gloſſa ordinaria ad c. 5. primæ ad Timotheum ex Hieronymo.*

Viduæ sũt ſumptibus eccleſię ſubſtentandæ.

a ¶ Miniſter.] Id eſt archidiaconus, cum examinat vocãdo ordinãdos. 24. diſt. qñ.

b ¶ Vocem.] Id eſt, lectionem Euangelicã. extra de ſimo. ca. 1. & arg. in ſuperiori palea. § regulam. &c.

c ¶ Calamũ.] Id eſt, ſcripturam, quam ordinatus recipit ab ordinatore, ne dubitet de eius ordinatione, vt inf. 2. q. 1. legũ. hoc olim H. Vel hoc intelligit cum habet ſalarium de publico aliàs deputatum 1. hoc tñ dico, ꝙ in collatione ordinis non eſt diſtinguendum an habeat ſalarium de publico, vel non: nam dicit, ꝙ in collatione ordinis nec pro labore nec ꝓ charta debet aliquid recipere, ſed epiſcopus procuret ita vt ſine muneris alicuius acceptione ſcribatur, nec tenetur lex in Auth. de ſanc. epiſc. § 4. coll. 9.

1 Adde ad hoc not. in l. cum multis. & ibi gloſ. C. de prin. agen. in re. li. 12. Notarius an pro ſcriptura poſſit ab ordinato aliqd accipere.

d ¶ Ex ambientis.] Vbi enim cauſa non adeſt, vitium non imputatur.

ADDITIO. Ad hoc 61. diſtin. Neophytus. Ar.

AVCTORITATE. CASVS. Infert Grat. ex hoc c. quam pro. ꝙ ſicut nullus eſt ꝓ inuitandus ad conuerſionem, ita nulli per pecuniam dandus eſt ingreſſus eccleſiæ. Idem probatur per hoc capitulum proximum. Sed ſtatim contra hoc opponit per auctoritatẽ Apoſtoli, & per c. ſequentia, per q̃ probat, ꝙ diuites nõ debẽt recipi niſi offerãt ſua eccleſię.

e ¶ Conuerſionem.] Id eſt, fidem & cultum Dei. 61. diſt. § his omnibus.

ITEM OPPONITVR. Hæc eſt ſecunda pars q. in qua probat, ꝙ diuites non debẽt ſumere partes de bonis eccleſiæ, qđ intelligitur de illis, qui corporaliter nõ ſeruiunt eccleſijs, & hoc probat per quattuor auctoritates ſanctorum patrum Io. de Fan.

¶ Opponitur.] Ad id, qđ dixit nihil exigẽdum ab ingreſſuris ...

tum opibus ſuſtentari non poſſunt, vt circa pauperes plus abundent, diuites autem non recipiantur.

g ¶ Viduas honora.] Quæ debent ſumptibus eccleſiæ ſuſtentari 3. & uidua quandoq; dicitur quæ uirum nõ dum habuit. ff. de verb. ſig. malum. § uiduam.

h ¶ Quæ uere uiduæ ſunt.] Id eſt, quæ ſicut à uiris, ita & à rebus & amore mundi ſunt deſtitutæ.

i ¶ Non recipiantur.] Vt ſuſtententur ſumptibus eccleſiæ, niſi ſua dent eccleſiæ. 12. q. 1. illi. ſup. 42. § 1. ſu. diſt. 47. ſicut.

k ¶ Sufficiat.] Argu. ꝙ non teneantur canonici ſuſcipere aliquem ultra quam facultates eccleſiæ ſufficiũt, vt de conſec. diſtinct. 5. omnes. & extra de inſti. cap. 3.

3 Vt 81. diſ. c. pe. & vlt. & 31. q. 1. qũo. unde expone, honora. i. de ſumptibus eccleſiæ ſuſtenta. Arc.

Suſcipiendus non eſt aliquis vltra facultates eccleſię

Clericos

h Poſſit.] Arg. cum ſimoniaco non poſſe diſpenſari in ordine, vel beneficio ſimoniace acquiſito. argu. inf. ea. q. 7. requiritis. ſup. ea. q. c. ſi quis neque. Ioan. tñ cum eo qui ſcienter committit ſimoniam, ſolus Papa diſpẽſat. 25. q. 1. §. his ita. verſi. ſic. & ſummæ. ſed ſi eo ignorãte ſimonia cõmiſſa ſit, vel ſit tantũ in animo, epiſcopus diſpenſat, vt extra de ſimo. de regularibus. & c. ex inſinuatione. & c. fin. immo cum ſolo animo cõmittitur ſimonia, ſola pœnitẽtia ſufficit extra de ſimo. c. fin. & ita dixit T. ſuper decr. de ſimo. nobis. Io. Vel ſic. in p̃latione nõ poteſt epiſcopus diſpenſare, nec in ordine per ſimoniã acquiſito, ſed in beneficio ſic 2, vt innuit illa decre. nobis. B.

Diſpenſare cum ſimoniaco quis poteſt.

2 Dicũt quidã, q cũ ſimoniacis q̃ adepti ſunt beneficiũ ꝑ ſimoniã in nullo caſu põt ep̃s diſpenſare. argu. extra eo. nobis. Arch.

patris mei domum negotiationis.] Illud quoq. in eodem facto ſolicite conſiderate, quod per totum textum ſancti Euangelij nuſquam reperitur Dominum tanta ſeueritate, tam diſtricta cenſura iuſtitiæ, peccantes corripuiſſe, cum non ſolum eloquio increpans, verum etiam facto flagello de funiculis verberans omnes eliminauit de templo; aperte demonſtrans, quòd tales negotiatores, non ſicut ceteri peccatores ſunt corripiendi [a], ſed à templo Dei, id eſt, à ſancta eccleſia [b] longius ſunt proijciendi. Nam ſicut per columbarum venditores illi denotantur, qui ſacram manus impoſitionem vendere conantur; ſic per nummularios eccleſiaſtici beneficij venditores deſignantur, qui domum Dei, teſte Euangelio, ſpeluncã latronum efficiũt. Quapropter ego Alexander ſanctæ Romanæ eccleſiæ, & Apoſtolicæ ſedis epiſcopus (immo miniſter indignus) tot & tanta mala in multis eccleſijs, & maxime in Lucenſi eccleſia, ex iniqua concupiſcentia fieri conſpiciens, ne ſanguis [c] iniquorum à diſtricto iudice de manu [d] noſtra requiratur, illa extirpare, & penitus eradicare decreuimus. Conſtituimus itaque, & præſenti decreto firmamus (ſicut olim noſtri deceſſores feciſſe noſcuntur) vt nullus deinceps epiſcoporum, beneficium eccleſiæ (quod quidam canonicam †, vel præbendas, ſeu etiam ordines † vocant) pro aliquo pretio, vel munere clericis audeat vmquam cõferre [e]: ſed omnes miniſtros, & ſeruitores eccleſiæ gratis, & abſque ulla venalitate in ſancta eccleſia ſtudeant ordinare. Nec eligant in domo dñi, qui maiores ſacculos pecuniæ conferant; ſed eos, qui moribus, & diſciplina, atq. ſcientia diuites pro officio ſuo ipſam valeant ſuſtentare eccleſiam Conſtituimus, & eodem modo firmamus, vt nullus cuiuſcumque gradus clericus pro eccleſiæ beneficio aliquid audeat conferre, aut fabricæ eccleſiarum, vel donarijs eccleſiarum, ſeu etiam quod pauperibus ſit tribuendum; quia (teſte ſcriptura α [f]) qui aliquid male accipit, ut quaſi bene diſpenſet, potius grauatur, quàm iuuatur. Quòd ſi aliquis diuinorum præceptorum, & animarũ ſalutis immemor, præfatum beneficium eccleſiæ, iniqua cupiditate ductus vendere, uel emere temerario auſu præſumpſerit, ſicut in Chalcedonenſi [g] concilio definitum, eſt, gradus ſui periculo eum ſubiacere decernimus: nec miniſtrare poſſit [k] eccleſiæ, quam pecunia venalem fieri concupiuit, & inſuper terribili anathematis mucrone perfoſſus (niſi reſipuerit) ab eccleſia Dei, quam læſit, modis omnibus abſcindatur.

Ioan. 2.

Ezech. 3.

† *al. canonicas*

† *al. ordinationes.*

Sup. ea. q. 1. ca. nõ eſt putanda.

¶*Extat integra hæc epiſtola in bibliotheca Vaticana poſt librum Anſelmi Lucenſis.*

α ¶Teſte ſcriptura.] *Hic referuntur verba ipſa beati Gregorij ex epiſtola ad Syagrium, quæ habentur ſupra ea q. 1.* non eſt putanda.

Item Gregorius homilia 39.

Vendentes.]

¶Qui dona Dei vendunt, vel emunt, pariter à Deo damnantur. C. X.

Iuo p.5.c.88. Pann.l.3.c.119

VEndentes & emẽtes è templo eliminat Chriſtus; quia vel eos, qui pro munere impoſitionem manuum tribuunt, vel eos, qui donum ſpiritus emere nituntur, damnat. *Item infra.* ¶Vendentes in templo ſunt; qui hoc, quod quibuſdam iure competit [a], ad præmium largiuntur. Iuſtitiam [b] enim vendere, eſt hanc pro præmij acceptatione † ſeruare. Ementes vero in templo ſunt qui dum hoc perſoluere proximo, quod iuſtum eſt, nolunt, dumque rem iure debitam [c] facere contemnunt, dato patronis pretio emunt peccatum.

† *al acceptione*

† *al. præmio*

Item Beda ad c. 2. Ioannis.

¶Qui gratiam, quam à Deo accipiunt, non gratis exercent, venditores columbarum ſunt. C. XI.

Iuo p.5.c.97. Pan.l.3.c.124.

NOn ſolum venditores ſunt columbarum, & domum Dei faciunt domum negotiationis, qui ſacros ordines, largiẽdo pretium pecuniæ, vel laudis, vel etiam honoris inquirunt; verum ij quoque qui gradum vel gratiam [d] in eccleſia ſpiritualẽ, quam Domino largiente [e], perceperunt, non ſimplici intentione, ſed cuiuſlibet humanæ cauſa retributionis [f] exercent, contra illud Petri apoſtoli: [Qui loquitur, quaſi ſermones Dei [g]: qui miniſtrat [h], tamquam ex virtute, quam adminiſtrat Deus, vt in omnibus honorificetur Deus per Ieſum Chriſtum.] Quicumque ergo tales ſunt, ſi nolunt veniente Domino de eccleſia auferri, auferant iſta de actibus ſuis, ne faciant domum Dei, domum negotiationis.

1. *Pet.* 4.

Item ex epiſtola Vrbani Papæ.

¶Quæ ex conſecratione proueniunt, in ſuum ius vi, vel munere nemo conuertat. C. XII.

REs eccleſiæ, quæ ex conſecratione proueniunt, in ſuũ ius vel vi, vel aliquo munere aliquem [i] conuertere non debere docens ſanctus Vrbanus [k] ait: [Quiſquis α res eccleſiaſticas (quæ dona Dei ſunt, quoniam à Deo fidelibus, & à fidelibus Deo donantur; quæque ab eodem gratis accipiuntur, & ideo gratis dari debent) propter ſua

3̄. ea. c. ſaluator

VEndentes.] CASVS. Aug. tripliciter exponit euangelij verba, vbi dicitur, ꝙ Chriſtus eiecit de tẽplo vendentes, & ementes. Et dicit primo, ꝙ ementes, & uendentes intelliguntur, qui emunt vel vendunt ſpiritualia. Secundo, qui contra iuſtitiam vendunt, quod de iure facere tenentur. Tertio, qui quod debent proximo, perſoluere nolunt gratis.

Snĩa per pecuniam data eſt nulla.

a ¶Competit.] Arg. ꝙ in tranſactione illicitè pecunia interuenit, cum remittitur alicui quod de iure erat illi remittendum.

1 Vbi de hoc de pœna iudicis corrupti, no. 2. qõ. 6. §. hoc etiã. Theologi & Decretiſtæ, docentes, poſſunt aliquid accipere.

b ¶Iuſtitiam.] Arg. ꝙ ſententia etiam iuſta ſi per pecuniam data fuerit, nullius momenti ſit, & ſimoniam cõmittit, ut 14. q. 5. non ſanè. 11. q. 3. qui rectè 1. ſed quia præmiſit expoſitionem de ſimoniacis, uidetur, quod in his duobus modis non ſit ſimonia, quod uerũ eſt: alias tamen graue peccatum committitur, & ſententia non ualet. 2. quæſt. 6. §. diffinitiua. ver. venales. C. de pœ. iudic. qui ma. iu. l. j. Dicunt tamen quidam, ꝙ ſi cauſa eſt eccleſiaſtica, ꝙ qui iuſtitiam emit, ſimoniam committit niſi in matrimonio. 3̄. ea. q. 1. quidquid inuiſibilis.

c ¶Debitam.] Videtur ergo, ꝙ theologi, & decretiſtæ non poſſunt aliquid percipere ex eo, quod docẽt. nam ad hoc tenenẽ, ut 43. diſ. Epheſijs. 16. q. 1. tenerrimi. arg. contra. 28. q. 1. iam nunc 12. q. 2. charitatem. Sed dic accipi poſſe licitè 2. ut 3̄. ead. q. 1. qui ſtudet. ſuper uer. ſanitatis. Sed pone promiſſionem factã: quãdo tenetur ſibi ſoluere? Dico, ꝙ in principio anni. arg. C. de ꝓfeſ. l. medicos. lib. 10. Item aduocatus in principio debet ſalarium accipere 3. ff. loca. qui operas. argu. contra. C. de ſuffra. l. vna. Salarium autem non debet excedere ſummam centum aureorum. ff. de uar. & extra ord. cog. l. 18. ſi cui cautum eſt.

2 De hoc 37. diſti. de quibuſdã. Archid.

3 Niſi ſit aduocatus fiſci, qui dẽt in medio accipere. C. de aduo. di. iudic. l. per hanc. Arch.

c ¶Debitam.] Id eſt, quam iure tenetur ſoluere, ſcilicet cum quis aduocato dat pecuniam, ut ipſum defendat. ſic uacat illa glo. Videtur ergo.

NOn ſolum.] CASVS. Non dicuntur tantum ſimoniaci qui ordines, uel beneficia eccleſiaſtica pretio largiuntur, ſed etiam ij, qui officium ſuæ dignitates ſcientiæ, uel alterius doni nolunt exercere, niſi cauſa retributionis humanæ, quia faciũt contra auctoritatem Apoſtoli dicẽtis: Qui loquitur, &c. ſequens c. patet. in quo dr̃, ꝙ qui res quæ intuitu conſecrationis eccleſiæ proueniunt, illicitè alienat, ſimoniam committit.

d ¶Vel gratiam.] Alicuius ſcientiæ, vel alterius doni.

e ¶Domino largiente.] Infra 16. q. 1. reuertimini.

f ¶Retributionis.] Cum enim ſint litterati. & alijs donis prædití, nolunt niſi intuitu humanæ retributionis hæc exercere in eccleſia, ut ſupra. e. q. 2. quàm piè. & extra de magiſtris. c. 1. 2. & 3. nam dicit etiã lex, quod ciuilis iuris ſapientia non ſit pretio nũmario dehoneſtãda, &c. ff. de ua. & extraor. cog. l. 1. §. 1. dicit tamen lex, quod tutor pro facultate, pupilli debet magiſtro dare. ff. de admi. tuto. l. cum plures. §. ſi tutor.

Laus ciuilis ſapientiæ.

g ¶Dei.] Id eſt, Deo attribuit, non ſibi.

h ¶Qui miniſtrat.] Id eſt, loqui & miniſtrare debet.

REs eccleſiæ.] i ¶Aliquem.] Et ita uidetur ꝙ ſimoniacus ſit uiolẽtus raptor vel detentor 4. ſicut aliàs dicitur committere ſacrilegium qui res eccleſiæ promiſſas non dat. arg. 17. q. 4. c. 2.

4 Et ſic tanquam uiolẽtus tenetur de ui: & uerum eſt ꝙ uiolentiã cõmittit: quia non gratis accipit, & quodãmodo ab initio extorquet, ſm Io. de Fant.

K ¶Vrbanus.] Hic vnnus Vrbanus de alio facit mentionem: & ita fuerunt duo. 81. diſt. & ſi qui ſunt.

PEruenit.] CASVS. D? hic ꝙ inter maximos hæreticos debet computari qui laicis extraneis, ſeruientibus uel conſanguineis,& non ſacerdotibus decimas & oblationes concedit:& qui dant & q recipiunt,ęterno incendio puniũtur,qđ H. vꝛ intelligere,de iure ſpirituali:ſed Bene. intelligit etiam de temporali fructu. Sequens cap.patet.

de adul.nec in ea.

f ALtare.]Id eſt,quæ in alteri offeruntur: uel in administratione altaris:uel in eccleſia.

g ¶ Et decimas.]Scilicet ſi epiſcopus ab aliquo milite redimeret decimas,non eſt ſimoniacum:ſed rei eccleſiaſticæ

lucra venit,uel emit,cum eodem Simone donum Dei pecunia poſſideri exiſtimat.

a ¶Quiſquis.]*Hæc ſunt ex epiſtola Vrbani II. quæ refertur ſupra c.ſaluator.Verba autem antecedentia nuſquam reperta ſunt: quamuis ſimilia quadam, diſsimili tamen ſententia, legatur in epiſtola B.Vrbani primi.In aliquot vetuſtis Gratiani exemplaribus caput hoc ſic citatur.* Item Beda ex epiſtola Vrbani Papę. *quod non cohæret.*

Item Gregorius ſeptimus.

¶Simoniacus eſt epiſcopus, qui decimas, & oblationes laicis, non clericis diſtribuit. C. XIII.

PEruenit [a] ad nos fama ſiniſtra [b], quòd quidam epiſcoporum non ſacerdotibus propriæ diœceſis decimas, atque Chriſtianorum oblationes [c] conferant; ſed potius laicalibus [d] perſonis, militum videlicet, ſiue ſeruitorum, vel(quod grauius [e] eſt)conſanguineis. Vnde ſi quis amodo epiſcopus inuentus fuerit huius diuini præcepti tranſgreſſor, inter maximos hæreticos, & inter antichriſtos nõ minimus habeatur:&ſicut Nicęna ſynodus de ſimoniacis cenſuit, & qui dat epiſcopus, & qui recipiunt ab eo laici ſiue pretio, ſiue beneficio, æterni incendij ignibus deputentur.

Inf.16.q 7.c. puenit. Poly.l.3.tit. 11.

In canonib. Nicænis ex Arabico verſis, c. 49.

¶ *Infra etiam 16.q.7.c.peruenit. citatur caput hoc ex Gregorio. At ſane Lambertus Scafneburgenſis narrat epiſcopum quendam Bambergenſem, eccleſiam illam contra excommunicationem, & priuationem Gregorij ſeptimi fauore militum, quibus multa largiebatur, per aliquod tempus retinuiſſe: & in ipſius Gregorij regeſto lib.6. epiſt. 5. ſimile quiddam reprehenditur in Hermanno epiſcopo Metenſi.*

Item Paſchalis ſecundus.

¶Spiritum ſanctum uendit, qui decimas pro pecunia tribuit. C. XIIII.

ALtare [f], & decimas [g] per pecuniam dare, & ſpiritum ſanctum vendere, ſimoniacam hæreſim eſſe nullus fidelium ignorat.

Poly.l.3.tit. 12.

¶ *Supra ead.q.1.cap.presbyter.hoc idem tribuitur Gregorio,quod hic Paſchali ſecundo.Et fortaſſe Paſchalis hoc, ut multa alia, accepit à Gregorio ſeptimo, quæ ipſe annotauit. In Polycarpo lib.3. tit.xi.citatur ex concilio Toletano.*

Item Innocentius ſecundus in ſynodo Romana, c.2.

¶Careat honore male acquiſitio, qui eccleſiaſtica beneficia pro pecunia inuenire tentauerit. C. XV.

SI quis præ-

Pann.l.8.c.138. ex Cabilonẽſi.

a ¶Peruenit.]inf.16. q.7.peruenit.

b ¶Siniſtra.]Not.de epiſcopis, qui omnia agunt ſiniſtre, vt 35. diſt.eccleſiæ.

c ¶Oblationes.] 10. q. 1. quia ſacerdotes

d ¶Laicalib. Quod fieri non debet, ut extra de deci. prohibemus. Vnde nota, ꝙ fructus bene poſſunt dari laico ex cauſa: ſed ius decimale nequaquã: nã aliud eſt ius, aliud eſt ipſa res: ſicut dicit iuriſperitus, ꝙ cũ dicimus vitulum eſſe fructum vaccæ, nõ ius, ſed corpus demõſtramus. ff. de eui.l.vaccæ. poſsũt ergo dari decimæ, id eſt, res ipſæ in feudũ, ſed tamen non tranſibit ab hæredes. extra de deci.ad hoc. vnde forte ſecundũ ꝙ feudum proprie accipitur, non poſſunt dari in feudum. extra de deci. quàmuis 1. De hoc dixi.16. q.1. cap. ult. Et not. ꝙ ſi dantur decimæ laicis, & aliqua creſcãt noualia, non accreſcũt eis decimæ nonaliũ, ſed eccleſijs. extra đ dec. c.tua. Et dicit Innocentius, ꝙ in his reſtringenda eſt põtas, nõ proroganda. extra de dec.c.tua nobis.

Decima nunquid poteſt dari laico.

1 Vbi de hoc. & 16. q. 3. §. ſic etiam. ibi uideas.

e ¶Grauius,] Not.ꝙ minus peccatum propter adiunctum grauius punitur. minus enim peccatũ eſt dare conſanguineo, q̃ extraneo.86.diſtinct. non ſatis. hæc eſt ordinata charitas: ſed quia prouidendo cõſanguineis enormiter lædunt eccleſias, idcirco dicit, ꝙ peius eſt dare conſanguineis, id eſt, inde grauiorem læſionẽ ſentit eccleſia. ſi.inf.33. q.2. latorem. Vel dic grauius, id eſt, cõmunius. 32.q.7. quid in omnibus. nam cæci ſunt epiſcopi circa nepotes.8. q.2. dilectiſſimi. unde tantus impetus in eo omnia fundedi uenit reſtringendus, ut dicit l.in alio caſu. ff.ad le.Iul.

ſiaſticæ liberatio. ſed ſi emeret à laicis cum nollent tribuere, ſimoniacum eſſet.

ADDITIO. De hoc no.16.q.7.decimas.ibi uideas. An.

SI quis præbendas,] CASVS. Dicitur hic quòd qui beneficium uel dignitatem uel ſacramẽtũ ab eccleſia per

ſia per pecuniā acquirit, acquiſito careat:]& emptor & venditor & interuentor nota infamiæ percellantur. Vnde ſtatuitur ut nec pro paſtu, nec ſub obtentu alicuius conſuetudinis aliquid exigatur.

a ¶Præbendas.] Vel benedictiones nubentium: uel ſepulturas. extra de ſimo. cum in eccleſię.

bendas [a], vel prioratum, ſeu decanatum, aut honorem, vel promotionem aliquam eccleſiaſticam, ſeu quodlibet ſacramentum [b] eccleſiaſticum, vtpote chriſma, vel oleum ſanctum, & conſecrationes [c] altarium, vel eccleſiarum, interueniente [d] execrabili ardore auaritiæ per pecuniam comparauerit; honore male acquiſito careat; & emptor, atque uenditor, & interuẽtor nota infamiæ percellãtur [e]: & nec pro paſtu, nec ſub obtentu alicuius conſuetudinis [f] ante, vel poſt à quoquam aliquid exigatur, uel ipſe dare præſumat; quoniam ſimoniacum eſt: ſed libere, & abſque diminutione [g] aliqua, collata ſibi dignitate, atque beneficio α perfruatur.

α ¶Beneficio.] *Ex duobus manuſcriptis huius concilij exemplaribus in uno ſic legitur, in altero vero,* officio.

De ſecunda & tertia quæſtione quid ſacri canones diffiniant; auctoritatibus hincinde in medium deductis patefactum eſt.

QVAESTIO IIII.

1 gs *NVnc ergo de quarta [h] quæſtione eſt petractandum; an paternum crimen huic imputetur, quod eo ignorante conſtat admiſſum. Quòd ignorantia hunc excuſet, multorum auctoritatibus probatur. Ait enim Auguſtinus, epiſ. 48. ad Vincentium.*

¶Alienum crimen, neſcientem non maculat. C. I.

NVllius [i] crimen maculat [k] neſcientem.

Item eadem epiſtola.

¶De eodem. C. II.

QVis locus innocentiæ relinquitur, ſi alienum crimen maculat neſcientem?

¶*Verba B. Auguſtini ſunt hæc,* Quis locus innocentię reſeruatur, ſi crimen eſt proprium, neſcire crimen alienum?

b ¶Sacramentum.] In quo confertur gratia: aliter ſumi poteſt pecunia. 32. q. 2. honorantur. M. tamen cõtrarium dicit. arg. extra de offi. deleg. cauſam. extra de ſpõſa. du. duobus.

Conſecratio altaris eſt ſacramẽtum large ſumptum.

c ¶Et conſecrationes.] Sed nunquid conſecratio altaris eſt ſacramẽntum? Sic, large ſumptum, cum ſit ſacræ rei ſignum, vt hic, & extra de ſimo. cum ſit Romana. argum. 24. q. 1. §. ſed illud.

d ¶Interueniente.] Militiam ſæcularem bene põt quis emere, 1. ff. de act. em. creditor. §. inter uenditorem. & §. ſed quod ante.

1 De hoc j. c. q. 6. c. ult.

e ¶Percellantur.] Scilicet in perpetuũ. ſ. ea. q. 3. ſi quis. & c. ſaluator. ſupr. ea. q. 1. ſi quis epiſcopus.

Cõſuetudo nõ excuſat ſimoniam.

f ¶Cõſuetudinis.] Arg. conſuetudinem longã non facere ad licentiã vel excuſationẽ ſimonię. extra de ſim. cum in eccleſiæ. Arg. contra in Auth. de ſanc. epiſ. §. pro conſuetudinibus. coll. 9. 9. q. 3. conqueſtus. ſ. 100 di. c. nouit. ſ. e q. 1. reperiuntur. ſ. diſ. 4. denique. Arg. contra j. 32. q. 4. obijciuntur. contra. ſ. diſtin. 8. ſi conſuetudinem. inf. 8. q. 2. quæſta eſt. Io. Hodie prætextu conſuetudinis nihil peti poteſt, nec ante, nec poſt, ut extra de ſim. Iacobus. B. niſi hoc reperiatur à iure permiſſum, vt no. ſupr. q. 2. placuit.

g ¶Diminutione.] Niſi cũ ex cauſa ordinet fructus epiſcopus: ut extra, vt eccleſiaſti. benefi. ſine dimi. ut noſtrũ. Et ita ſi dignitas deferatur alicui diminuta, in ſolidum poteſt eã petere. argu. extra de inſt. cum veniſſent.

NVnc ergo.] Hæc quæſtio diuiditur in quattuor partes. Et quęritur hic vtrum teneatur filius pro paterno crimine: & in hac prima parte quæſtionis probat per x. auct. quod nõ tenet. Secũda ibi, [Sed obijcit.] Tertia ibi, [Hic itaque.] Quarta ibi, [Notandũ.] Io. de Fã.

CASVS. Hic intitulatur 4. quæſtio, qua quæritur an quis reus ſit criminis quod eo ignorante pater admiſit: & quod ignorantia eum excuſet, multorum auctoritatibus probatur. Sequens c. patet.

Pœna eſt triplex.

h ¶De quarta.] Ad intelligentiam huius quæſtionis nota quod triplex eſt pœna, æterna, corporalis, & ſpiritualis. Aeterna pœna nunquam punitur vnus pro alio, ut ſ. ead. cap. 1. & c. iã itaque. Corporalis pœna duplex eſt, quædam circa corpus ipſum: & illa ſæpe punitur unus pro alio. infr. ea. §. itẽ peccato. quædã circa ſtatum rei, ut eſt ſeruitus vel infamia: & illa etiam punitur filius pro patre, vt 6. q. 1. §. verum. 15. q. vlt. cũ multæ. Spiritualis quadruplex eſt, nam quædam eſt excõmunicationis: & illa nunquã punitur unus pro alio, ut 24. q. 3. ſi habes. Alia interdicti: & illa punitur vnus pro alio, vt ex. de ſpon. nõ eſt vobis. Alia eſt remotio ab oblatione: & illa ſimiliter punitur unus pro alio. 17. q. 4. miror. Alia eſt ordinis: & illa ſimiliter punitur vnus pro alio. nã propter delictũ uxoris uir remouetur à promotione, vt 34. diſt. ſi cuius. Item ſi pater neſciente filio emerit ei eccleſiã, ille pro peccato non remouetur à promotione: ſed tamen perdit eccleſiam, ut infr q. 5. c. 1. Ioan.

Vnus an puniatur pro alio.

Pęna corporalis eſt duplex.

Pęna ſpiritualis eſt quadruplex.

i NVllius.] Scilicet alterius. nam ſuum quãdoque commaculat, vt de pęn. diſtin. 2. ſciendum. 32. q. 7. quemadmodum. & ita non comprehenditur perſona, de qua fit ſermo.

K ¶Maculat.] Inf. 15. q. 1. mulier. & q. ult. cum multæ. inf. 17. q. 4. miror, 34. diſt. ſi cuius. & 6. q. 1. §. uerum. 24. q. 1. non turbatur. Ioan.

PLacuit.[CASVS. Dicitur hic ꝙ illi nõ debent à ꝓmotione repelli, qui infantes perfidia parentum ab hæreticis baptizantur, ſi hæc ſuo iudicio non fecerũt, nec ex poſtfacto conſenſerunt.

a ¶Promoueantur.] ſ. ea.q.1.ventum eſt.ꝫ infr. ea.q.7.qui in qualibet.contra. Solu. illud ex nimio rigore: hoc ex diſpenſatione. Vel ibi de his qui poſtmodũ in adulta ætate hæreſi conſentiunt: vel q adulti ab hæreticis baptizantur: hic de iſtis, qui non acquieſcunt, uel qui pueri baptizantur ab hæreticis 1.

1Sub. qbus non nocet, ẽt ſi à parẽtibus offerant. arg. de cõſe. diſt. 4. quæris. dũ tñ ſuppleat qđ eis deeſt. ſ e.q.1. §. ecce. de conſ. diſ. 4. ab antiqua Io. de Fan.

QVi apud.] CASVS. Dr̃ hic ꝙ paruuli ab hæreticis, baptizati, ſi tñ poſtquã ad diſcretionem peruenerint errori nõ conſenſerint, recepti ab eccleſia poterunt promoueri.

b ¶Paruuli.] Id eſt, doli non capaces. de cõſecratio. diſt. 4. paruuli.

c ¶Ordine.] Id eſt, ſecundum antiquã regulam eccleſiæ.

QVia præſulatus.] CASVS. Quidã præsbyter iniuſte fuit ſua eccleſia ſpoliatus, quam alius præsbyter ſimoniace acqrere non erubuit, vnde cõſanguinei primi presbyteri dolore cõuicti ſm presbyterum comprehendentes, ei oculos eruerũt: ꝓ quo facto primus presbyter fuit excommunicatus. Sed quia primus ſacerdos (ut dicebat) nullo modo conſenſit: mandat de hoc Papa inquiri: & ſi inculpabilis inueniatur, abſoluatur. Sequens lex, &c. qđ ſequuntur, plana ſunt.

d ¶Ablata.] Et ideo erat ei reſtituenda, licet hoc expreſſe non dicatur: ſufficit enim conqueri de ſpoliatione, licet expreſſe non petatur reſtitutio, vt 2.q.1. notuum. extra de cauſa poſ. cum eccleſia. hic tamen non reſpondet ad hoc: ſed reſpondeo eum innocentem, ergo & reſtituendum. arg. C. de diuer. reſcr. l. 1. extra de coniu. lep. c. 2.

e ¶Voluntate.] Arg. ꝙ nudam voluntatem tenetur q s purgare ſi ſuſpectus habetur: & alibi nuda volũtas legitur grauiter plectẽda, vt inf. de pœ. diſt. 1. ſi q s eũ, &c. ſi q s pulſatus. & 32.q.5. qui viderit. Argu. ꝫ de pœ. diſt. 1. cogitationis. Dicas igiť, &c, ꝓ id eſt. Vel dic de voluntate in actũ producta: aliàs non tenetur purgare

Volũtas nuda eſt qñq; plectenda,

cam. arg. 23.q. vlt. c. vl. & eſt ſi. extra de homi. Petrus. extra de teſti. conſtitutis.

f ¶Canonice.] Arg. ꝙ ſi cõſanguinei alicuius clerici abſque eius conſenſu epiſcopum ſuum offenderẽt, ꝓpter hoc epiſcopus non poteſt priuare clericum beneficio.

Epiſcopus beneficio priuare nõ põt clericũ, cuius parẽtes ipſum offenderũt.

ficio. arg. 24.q.3. cap. 2. ipſe tñ epĩs non debet conqueri de cõſanguineis, ſi credit ꝙ ita acerbe eum puniãt. Sed nunquid tenetur eis remittere actionem iniuriæ, cum ſciat ꝙ ſi non remiſerit, interficiẽt eũ fratres ſui? dum tamen ipſe eis nihil dicat: ſed rancorem tenetur dimittere. 90. diſt. ſi quis contriſtatus.

g ¶Remiſſio.] Nullam enim pœnam patietur iniuſte excommunicatus, vt 9.q.3. non debet. abſit enim vt iniuſte &c. C. de pœ. ſancimus.

h CRimen.] ¶Ex ſuo admiſſo.] Non enim dẽt aliquis

Item in Africano concilio, c. 14. legitur. — Et Cart. 3. c. 48.

¶De infantibus, qui ab hæreticis baptizantur. C. III.

PLacuit de infantibus, qui ab hæreticis baptizantur; ne, qđ non ſuo fecerunt iudicio, cum ad eccleſiam Dei ſaſubri propoſito fuerint conuerſi, parentum illos error impediat, quominus promoueantur [a] ſacri altaris miniſtri. — Paulo aliter in originali.

Item in eodem c. 24.

¶De eodem. C. IIII.

QVi apud Donatiſtas paruuli [b] baptizati ſunt, nondũ ſcire valentes erroris eorum interitum, & poſtea quã ad ætatem rationis capacem peruenerunt, agnita veritate falſitatem eorum abhorrentes, ad eccleſiam Dei catholicam per vniuerſum mundum diffuſam, ordine [c] antiquo per manus impoſitionem recepti ſunt; tales ad ſuſcipiendũ munus clericatus non debet impedire nomen erroris. — Deuſdedit p. 2.

Item Leo quartus † Ebrunio, & Adelfrido epiſcopis. — †al. tertius.

¶Conſanguineorum maleficia in nullo clericis obſunt, niſi conſcij fuerint. C. V.

QVia præſulatus noſtri (quod bene noſtis) magiſteriũ non ſolum de ſacerdotum; uerumetiam de ſæculariũ vtilitatibus debet eſſe ſolicitum; propterea fraternitatem veſtram ſcire volumus, hunc præſentem presbyterum ad ſedem Apoſtolicam veniſſe, nobiſq; violentiam, & excõmunicationem ſuam per ordinem retuliſſe: quòd etiam ſine iuſto legis tramite illi ſua fuiſſet ablata [d] eccleſia, ſimiliter indicauit: quam alius dato munere ſacerdos zelo ductus inuidiæ uſurpare præſumpſit. Inde parentes eius magno dolore compulſi presbyterum illum, qui ſuam tenebat eccleſiam, mox comprehenderunt, & ei ei oculos eruerunt. Tamen ipſe ſæpe dictus ſacerdos dicit, quòd abſque ſua voluntate [e], & ſine eius conſilio hoc ſit peractũ. Quod ſit ita eſt, vt ipſe nobis ſuo ore teſtatus eſt; vobis magnopere prouidendum eſt, ut ſi canonice [f] ipſe excommunicatus non eſt, canonica ſuper eum fiat remiſſio [g].

Digeſtis tit. de pœnis, l. crimen.

C. VI. — Lib. 48. tit. 19. l. 26.

CRimen, uel pœna paterna nullam maculam filio infligere poteſt. Namque vnuſquiſque ex ſuo admiſſo [h]

quis

quis alieno odio prægrauari. C. de inoffi. teſt. ſi quis in ſuo. §. legis. & hoc eſt uerum in pœnis: ſecus in uſucapionibus quia uitium tranſit ad hæredem. ff. de acqui. poſ. Pomponius. Item quod hic dicitur, regulare eſt, ut 56. diſt. vndecunque. & c. naſci, & c. ſatis. in caſu tamen quan-

b ¶Genuit eum.] Siue de natiuitate in utero, ſiue de natiuitate ex utero 1.

c ¶Conſenſione.] Sed nec tunc dicitur teneri peccato alterius: ſed ſuo, ſcilicet cum conſentit ad peccatum alterius. ſ. diſt. 56. vndecunque. ꝗ. 15. q. 8. c. 3. contra ꝗ. 23. quæſ. 4. ita. & cap. ſi quis a catholica.

1 De conſe. diſt. 4. quæris. &c. ſi ad matris. & hic uideas quod not. ex de tēpo. or. quæſitū. in glo. ſi. infra, & c. Arch. In uia, & in inuio differunt.

ſorti ſubijcitur, nec alieni criminis ſucceſſor conſtituitur. Idque diui fratres Hierapolitanis reſcripſerunt.

Item ex concilio Toletano 4. c. 60.

¶Perfidia parentum filijs obeſſe non debet. C. VII.

Ezech. 18.

IVdæi baptizati, ſi poſtea prçuaricantes in Chriſtum qualibet pœna damnati extiterint; à rebus eorum fideles [a] filios excludi non oportebit: quia ſcriptum eſt: [Filius nō portabit iniquitatem patris.]

Item Auguſtinus ad Bonifacium, epiſt. 23

¶Non imputantur peccata parentum ijs, qui ab eis perſonaliter diuiſi probantur. C. VIII.

Ino p. 6. c. 417.

IAm itaque cum homo in ſeipſo eſt, ab eo, qui genuit eum [b], alter effectus, peccato alterius ſine ſua conſenſione [c] non tenetur obnoxius. Traxit ergo reatum [d]: quia unus [e] erat cum illo, & in illo, à quo traxit; quando, quod traxit, admiſſum [f] † eſt. Non autem trahit alter ab altero, quando ſua unoquoque propria vita uiuente iam eſt, unde dicatur: [Anima [g], quæ peccauerit, ipſa morietur.] Vt autem poſſit regenerari per officium voluntatis alienæ, cū offertur conſecrandus [h], facit hoc vnus ſpiritus, ex quo regeneratur oblatus.

† al. admixtū

Ezech. 18.

Hinc etiam Gregorius in lib. 26. Moralium, c. 8. in c. 35. Iob.

¶Ei qui imitatur, impietas alterius nocet. C. IX.

Lib. c. 35.

HOmini [i], qui ſimilis tui eſt, nocebit impietas tua; & filium hominis adiuuabit iuſtitia tua.] Humana impietas ei nocet [k], quem peruertendo inquinat: & rurſus eum adiuuat noſtra iuſtitia, quem à prauis actionibus mutat. Nocere enim vel iuuare neſciunt ea, quæ [l] vel à bono corrumpere, vel à malo permutare non poſſunt.

Exo. 20.

Econtra Dominus ad Moyſem: [Ego ſum Deus zelotes, qui viſito [m] peccata patrum in filios [n] vſque in tertiam,

d ¶Reatum.] Id eſt, cauſam reatus, ſcilicet originale peccatum. ex hoc c. colligitur, quod aliud eſt in uia, in inuio. nam non poteſt quis peccare per alium: licet poſſit ſaluari per alium, ut de pœ. diſtin. 1 tres. & de conſ. diſt. 4. quæris. & bonum ſimile eſt in lege. nam dicit lex, quod ſi quis habet filium, & poſtea creatur decurio, iſte non dicetur filius decurionis: ſed illi tantum, qui poſtea geniti ſunt. C. de decur. l. ult. ff. eo. l. 2. §. in filijs.

e ¶Vnus.] Partus enim pars uiſcerum eſt, ut ff. de uent. inſpi. l. 1. §. 1. licet ſit ar gu. contra de conſec. diſtinctio 4. ſi quidquid.

Partus eſt pars uiſcerum.

f ¶Admiſſum.] Id eſt, receptum.

g ¶Anima.] Sicut Dominus per Ezechielem ait, ut ꝗ. 24. q. 3. ſi habes.

h ¶Conſecrandus.] Id eſt, baptizandus. Ioan.

HOmini.] CASVS. Dr hic, quod malitia alterius nō nocet alij, ſi per eam non corrumpatur, ſed ſua tantum. Et primo ponuntur uerba Iob uſq; ibi, [Humana.] Deinde ponuntur verba Grego. exponentis uerba Iob.

i ¶Homini.] Verba Iob ſunt vſque ibi, [Humana.] verba Grego. uerba Iob exponentis.

quandoque aliter inuenitur de temporali pœna, ut 6. q. 1 §. uerum. & c. ex merito. 15. q. ult. cū multæ. & 14. q. 1. §. is ita. ſ. q. 1. fertur. 8 q. 1. audacter. & diſt. 48. §. ecce, cum multis alijs capitulis.

a IVdæi.] ¶Fideles.] Sed nihil ſpeciale conſtituitur hic circa Iudæos: idem enim fit in filijs aliorum damnatorum. C. de bo. dam. auth. bona. niſi in damnatis crimine læſæ maieſta. vt 6. q. 1. §. uerum. Præterea ſi conuertantur filij ad eccleſiam, non poſſunt eos parētes exhæredare. extra de Iu. Iudæi. Quid iuris ſit de filijs hæreticorum, dixi 23. q. 7. in princ. Ioan.

Iudæi filios ſuos ad eccleſiā conuerſos exhæredare non poſſunt.

IAm.] CASVS. Dr hic quod ex quo filius à parte ſuo diuiſus eſt, & alter effectus: patris delictum filium nō grauat, ſi filius non conſenſerit: ſed peccatum originale filius à parte contraxit: quia tunc non erat alter ab eo: immo unus cum ipſo: quod crimen contrahitur ab Adam: & ſicut per alienum officium quis neſciens regeneratur, ita neſciens peccato originali coinquinat.

K ¶Nocet.] Exemplo.

l ¶Ea quæ.] Sicut ſunt illa ex quibus exempla non ſumimus, vt venuſtas corporis, ægritudo.

ECONTRA. CASVS. Hactenus probauit Gratia. peccata parentum filijs non nocere. Nunc probat Gratiā. econtra auctoritate Moyſi, quod filius pro peccato patris punitur. Sed ſtatim rndet per Aug. dicentem, hoc non cōtingere propter inæqualitatem iudicij, ſed propter clementiam Dei: qui non punit alium pro alio etiam corporaliter, niſi tertia uel quarta generatio veniat.

m ¶Viſito.] Id eſt, poſtea uiſitando ad pœnitentiā expecto uſque ad ſenium. ſ. quouſque videatur tertia & quarta generatio, quod eſt dicere, uſque ad finem uitæ. ſic Aug. exponit. unde & ſic licet mihi exponere.

n ¶In filios.] Iſtud poteſt intelligi ad litteram. & hoc ideo dicit, quia homines non conſueuerunt vltra uiuere.

& quartam generationem,] *licet non inæqualitate indicij, ſed magnitudine clementiæ Auguſtinus aſſerit hoc dictũ, ita dicens:* [*In tertia, & quarta generatione peccatum patrum ſe Dominus comminatur in lege filijs redditurum*[a], *non inæqualitate*[b] *indicij, vt alij peccent, & alij puniantur; ſed magnitudine clementiæ: dum ſemper expectat ad pœnitentiam; & quod in prima generatione delinquitur, non prius corrigit, & emendat; niſi & tertia, & quarta generatio venerit*[c].] *Cum ergo*[d] *de baptizatis ab hæreticis Innocentius ſcribat:* [*Lex eſt eccleſiæ ijs, qui ab hæreticis baptizati ſunt, per manus impoſitionem laicam tantum communionem præbere, nec ex his aliquem in clericatus honorem vel exiguum ſubrogare.*] *patet, quod infantes, qui ab hæreticis baptizati ſunt, ſola excuſat ignorantia*[e]; *vt iuxta illud Africani concilij ad ſuſcipiendum clericatus officium non eos impendiat nomen erroris.* ſup.q.1. vẽtum

Item ſicut Auguſtinus ſcribit ad Auxilium epiſcopum, epiſt.75. ſup.ea.q apud.

¶De eodem. C. X.

NOn imputantur filijs[f] peccata parentũ, quæ poſt eorum natiuitatem à parentibus committũtur: nec pro peccatis parentum ſpiritali pœna[g] filij ſunt plectendi.

¶ *In aliquot vetuſtis exemplaribus & caput hoc, & ſequentia vſque ad finẽ quæſtionis coniuncta ſunt ſuperiori. Nã ſententijs hinc inde acceptis, verba fere de ſuo (quod ſæpe facit) in his Gratianus affert. Et huius quidem partis ſententia eſt apud B. Auguſtinum loco indicato. Verba autem ipſa referuntur infra 24.q 3. ſic habes.*

Officio autem, uel beneficio eccleſiæ priuari, ſpiritualis pœna eſt: non igitur hanc ex peccato patris promeretur filius. Item ſi excuſatur[h] *qui ignorãter à ſimoniaco ordinatur, vt ſupra in cap. Vrbani legitur; & iſte excuſandus eſt*[i], *qui per ignorantiam ſimoniace ordinatur.* ſup.ea.q.1.ſi qui à ſimoniacis.

2 *Sed obijcitur illud Gregorij a.*

a ¶Gregorij.] *In aliquot vetuſtis codicibus legitur,* Auguſtini. *Anſelmus vero citat ex Alexandro ſecundo.*

¶De eccleſia quæ pactione conſecratur. C. XI.

ECcleſia, quæ pactione[k] conſecrata fuerit, potius execrata, quam conſecrata dici debet. Anſ.l.5.c.20.

Delictorũ quadruplex eſt generatio.

nere. Vel poteſt intelligi myſtice. nã prima generatio dr̃ primi motus: & iſti nõ puniuntur, de quibus dictũ eſt: Beatus qui allidet paruulos ſuos ad petram. Secunda generatio dicitur cogitatio, quæ nõ punitur. de pœ. diſt.1.cogitationis. Tertia dicitur conſenſus: & iſte punitur. nam facientem & conſentientem par pœna conſtringit. 2.2.q.1.notum. Quarta eſt opus; & iſta ſimiliter punitur in filios, cum ſint imitatores paterni ſceleris: alias non.ſup. ea.q.1. cito turpem. Aliter numerantur iſtæ quatuor generationes. de pœ. di.1.ſuper tribus.

a ¶Redditurum.] Id eſt, vſque in tempus filiorum, & vltra eos expectaturum ad pœnitẽtiam de peccatis ſuis.

b ¶Inæqualitate.] vt alij peccent, & alij puniantur, prout ſequitur: & eſt una dictio inæqualitate. & hæc uerba, licet non inæqualitate, ſunt verba Aug. & auctoritas iſta facit ad propoſitum G. expoſitio vero contra eum.

c ¶Venerit.] Id eſt, niſi cum vitam finierit. Ioan.

CVM ERGO. CASVS. Dixit ſupra Gratia. ꝙ peccatum patris filijs imputari non debet, & ꝙ per ignorantiam excuſantur. Sed cum Inno. dicat, ꝙ baptizati ab hæreticis ſcienter promoueri non poſſunt, patet quod infantes ab hæreticis baptizati, cum ipſi iuxta Africanum concilium valeant promoueri, ſola ignorantia excuſentur. Nam vt ait Aug. peccata parentũ filijs non imputantur: nec ſpirituali pęna ꝓpter hæc puniuntur. quare ab officio & beneficio eccleſiæ propter hæc priuari non debent, cum ſit pœna ſpiritualis. Præterea ſi excuſatur qui ignorãter à ſimoniaco ordinatur: ergo iſte de quo dictum eſt in themate, excuſandus eſt: quia per ignorantiam ſimoniace ordinatur. Innoc. ſup.1.q.1. ventum eſt. in fin. Africanũ concilium ſup.ead.q.placuit. Sicut Aug.24. q.3.ſi habes. Vrbani.ſup.1.q.1.ſi qui à ſimoniacis.

d ¶Cum ergo.] Hic oſtendit ꝙ ignorantia excuſat infantes ab hæreticis ordinatos: & à ſimili uidetur excuſandus cui ignoranti pater eccleſiam adeptus eſt.

e ¶Ignorantia.] Sed non ſemper. de pœn. diſt.2.ſciendum. & inf.c.prox. turbatur. §.notandum.

f NOn imputantur filijs.] Sup. ead.q. placuit.

g ¶Pœna.] Scilicet excommunicationis. infr.24.q.3.ſi habes. ſed alia bene. extra de fil. presb.c.1. & inf. eo.q.1.c.1. & ideo ſophiſtice procedit de vna ad aliã. Argu. contra 56. diſt.c.1.

h ¶Item.

h ¶Item ſi excuſatur.] Vt ſup.ea.q.1.ſi q à ſimoniacis.

i ¶Excuſãdus eſt.] Excuſantur à reatu criminis: ſed non quin priuentur beneficio. infr. ead. q.5.capit.1.& cap. præſentium.

SED OBIICITVR. Hæc eſt ſecunda pars quæſt. in qua probatur contrarium per tres auctoritates. Io. de Fan.

Conſecratio an poſſit fieri interueniente promiſſione.

k ECcleſia.] ¶Pactione.] Infra 18.q.2. Eleutherius. contra. Sol. aliud eſt non prius cõſecrare niſi aliquid ex pacto detur vel promittatur, quod hic penitus reprobat. aliud eſt poſt dedicationẽ paciſci de annuo

reditu

reditú ex oblationibus eccleſiæ ſuggerente epiſcopo,& eius eccleſiæ presbyteris pro futuro:quod ibi fieri permittitur. H. contra 7.q.1.epiſcopus:ſ.ea.q.1.nõ nocet Sed dic ꝙ hic non fuit conſecrata in forma eccleſiæ:& ideo debet conſecrari. de cõſe.diſt.1.eccleſias. Vel dic in

lucra ſunt ab hæredibus extorquenda.ff.de calum.l.in hæredem. Arg.contra.C.ne ex delict. defun.l.vnica.ſed de canonica æquitate ſemper tenetur,etiam ſi nihil ad eum peruenit ex maleficio,vt dixi 16.quæſt.6. ſi epiſcopum.

Ioſue 6. & 7. *Item peccato* [a] *ciuium, theſauri Hierico anathematizati leguntur. Vnde Achan, qui regulam auream, & quædam alia pretioſa furatus eſt, de anathemate dicitur tuliſſe.*
1.Reg.15. *¶ Item peccato Amalechitarum, animalia eorum iuſſa ſunt interfici: quibus quia Saul pepercit, audiuit à Samuele:*
Exo.9. *[Neſcis, quia peccatum ariolandi eſt repugnare, & quaſi ſcelus idololatriæ nolle acquieſcere?] ¶ Item peccato Aegyptiorum poſſeſſiones eorum grandini traditæ,*
1.Reg.4. *iumenta, & primogenita eorum, morte conſumpta ſunt. ¶ Item peccato Iſraelitarum, arca Domini Philiſtæis tradita eſt. Si ergo quæ ſenſu carent, ut eccleſia, altare, arca Domini, lapides Hierico, vel execrantur, vel peccatoribus traduntur, vel anathematizantur, vel grandine deuaſtantur; ſi ea, quæ vim intelligendi non habent, vt animalia Aegyptiorum, & Amalechitarum, peccatis hominum perduntur morte; patet, quòd nullum excuſat ignorãtia criminis: maxime cum ex eo utilitas deferatur ignoranti: ueluti ſi quiſpiam de latrocinio, & rapina filio ſuo ignoranti diuitias congreget, non excuſat filium ignoran-*
Ioſue 7. *tia; quin poſt mortem patris cogatur reddere malè acquiſi-*
1.Reg.4. *ta* [b]. *¶ Item peccato Achan* [c] *plebs Iſraelitica in mani-*
Pſal.77. *bus hoſtium tradita eſt. ¶ Item peccato filiorum Heli, populus in manu* [d] *Philiſtinorum corruit. ¶ Peccato quoq; plebis electi eorum ſæpè ſunt impediti, & tandem cum eis prophetæ ducti ſunt captiui.*

3 *His ita reſpondetur. Inſenſibilia, & irrationabilia peccato hominum uel execrantur, uel anathematizantur, uel morte perduntur, non participatione peccati, ſed cauſa ſacramenti* [e], *uel deteſtatione peccati, uel flagello* [f] *delinquentium. Cauſa ſacramenti, vt theſauri Hierico* [g], *& animalia Amalechitarũ. Hierico enim Luna interpretatur, & ſignificat mundum iſtum; Amalechitæ interpretãtur lingentes ſanguinem, & ſignificant cupidos, & auaros, & dæmonas. Iſraelitæ interpretantur uiri uidentes Deũ, & ſignificant multitudinem ſanctorum. Lapides ergo, & theſauri Hierico anathematizantur; animalia Amalechitarum* [h]

c ¶Achan.] Et nõne iam dixit de peccato Achan,ſic:ſed non de plebe.

d ¶In manu.] Ideo repetit, ut addat de populo, de quo nihil dixerat.

HIS ITAQVE. Hæc eſt tertia pars q. in qua dicitur quod ſeptem de cauſis aliqui puniuntur propter aliorum peccata. Io.de Fan.

CASVS. Reſpondit Gratia quòd ita punitur unus pro alio: hoc accidit uel ex cauſa ſacramenti, vel ex deteſtatione peccati, vel ex imperitia patientiæ, uel propter flagella eorum, qui deliquunt opere vel conſenſu. Et ad hanc quadrimembrem diuiſionem præmiſſas hiſtorias competenter adaptat.

e ¶Sacramenti.] Id eſt, figuræ.

f ¶Vel flagello.] Aliter enumerat hic iſtos modos: & aliter exequitur in littera.

g ¶Hierico.] Hiſtoria: Legitur in libro Ioſue,quòd Dñs anathematizauit vrbem Hierico, & omnia quæ in ea erant, præter metalla,quę in primitias operum Dei conſeruabantur. Capta ciuitate, Achan filius Charmi furatus eſt clamydem coccineam, & centum ſiclos argenti, & regu-

in odium conſecrantis hoc dici ſimile 24.quæſt.1. pudenda.& ideo ita interpretatur Gratia. infra §. his ita. uerſicu. in deteſtatione, quia reuera eſt conſecrata.

ITEM PECCATO. CASVS. Hic probat quòd unus punitur pro alio temporaliter:& primo per hiſtoriã de Achan. Secundo per hiſtoriã Amalechitarũ. Tertio per plagas Ægyptiorum. Quarto per arcæ Domini captionem. Quinto per hiſtoriam filiorum Heli, quæ habetur 36.diſt.legant. Sexto per prophetas propter peccata populi captiuatos.

Punitur tẽporaliter vnus ꝑ alio.

a ¶Item peccato.] Hic probat, quòd unus punitur ꝑ alio temporaliter. primo per hiſtoriam de Achan. ſecũdo per hiſtoriam de Amalechitis. tertio per plagas Ægyptiorum: quarto per arcæ captionem. quinto per prophetas propter peccata plebis captos.

b ¶Acquiſita.] Idem eſt de uſura. extra de vſu.cum tu.& eſt ratio,qua in uitium ſuccedunt parentum.ff.de diuer. & tempo. præſcrip. cum hæres, nam turpia

lam auream quinquaginta ſiclorum,& iratus eſt Dominus contra filios Iſrael. & cum Ioſue mitteret tria millia expugnatorum ad expugnandam ciuitatem Hai, ceciderunt ex eis xxxvj. homines: & cæteri fuerunt in fugam conuerſi. Relatumque eſt Ioſue proſtrato in terram quòd populus aliquid tulerat de anathemate: & ideo illud acciderat populo. ſurrexit itaque ex præcepto Domini: & conuocato populo miſit ſortes per tribus:& cecidit ſors ſuper tribum Iuda. Secundo per familias. & cecidit ſors ſuper familiam Zare. Tertio ſuper domos:& cecidit ſors ſuper domum Charmi. Quarto ſuper capita:& cecidit ſors ſuper Achan: & dixit ei Ioſue: Fili da gloriam Deo, ei confitendo quid feceris. cumque confiteretur, iuſſit eum lapidari à populo:& familiam eius, quam habebat comburi.

h ¶Amalechitarum.] Hiſtoria legitur in 1.lib. Regum quod cum Saul ex præcepto Samuelis pugnaret contra Amalechitas, præcepit ei vt homines & animalia interã-

interfici iubentur ad examinandam [a] cupiditatem Iſrae-
litica plebis, & vt ſignificaretur, quòd muri vitiorum,
& huius mundi theſauri, qui per lapides, & theſauros Hie
richo deſignantur, irrationabiles quoque vitiorum motus,
qui per animalia Amalechitarum intelliguntur, non de-
bent tranſire in ſortem ſanctorum. Animalia [b] vero Aegy-
ptiorum [c], & poſſeſſiones eorum [d], & primogenita gran-
dine, & morte conſumpta ſunt, vt in illis punirentur,
quorum fœlicitate lætabantur: & vt daretur intelligi, quòd
mundus peribit, & concupiſcentia eius. Sed & terra Iſrae- 1.Io.2.
litarum in ſalſuginem verſa eſt, & ſegetibus eorum im- Pſal.106.
bres aduerſi ſunt, animalia eorum ſterilitate, & morbo con
fecta ſunt; vt auctorem ſuum, quem per beneficia cognoſce-
re noluerunt, ſaltem inter ſupplicia ſentirent. In deteſta-
tionem [e] vero peccati, pecunia Simonis damnata eſt, cui di-
ctum eſt: [Pecunia tua tecum ſit in perditionem: quia exi- Act.8.
ſtimaſti donum Dei pecunia poſſideri.] In deteſtationem
quoque eiuſdem criminis altare, & eccleſia [f], quæ per ſi-
moniam conſecrantur, non tam conſecrari, quam execrari
dicuntur: quia qui interuentu pecuniæ oleum conſecratio-
nis effundit, non conſecrare, ſed execrare dicendus eſt. Hinc
eſt, quòd beatus Gregorius eccleſias ab Arrianis cõſecratas
iterum conſecrari præcepit: quia ſanctificationem [g] conſe- De conſ. diſt.1. c. Arrianorum.
crationis, quæ non niſi in fide Trinitatis perficitur, præſtare
non poterant, qui fide carebant [h]. Arca vero, & prophetæ
peccato ſuorum ciuium hoſtibus traditi ſunt. Electi quo-
que, qui murmure eorum impediti ſunt, non in pœnam
criminis, ſed in experimentum, & exemplum patientiæ
hæc paſſi ſunt. ¶ Item populus [i], qui peccato Achan, & fi-
liorum Heli in manibus hoſtium traditus eſt, ſignificat ſub
ditos corporaliter flagellari, vt inter ipſa flagella, peccata
prælatorum feriantur: ſicut Achan ſorte deprehenſus, lapi-
dibus obrutus eſt:

Sic & nauicula Ionæ [k] periclitatur, vt fugitiuus ſorte de
prehenſus fluctibus immergeretur. Aliquando pro meritis [l] Iona.1.
prælatorũ deprauatur vita ſubditorũ, vt prælatis ſuis ſub-
diti fauentes ad malum cum eis ſimul corruant: ſicut filij
Iſrael diu portantes [m] peccata ſacerdotum, tandem cum
eis ceciderunt in manibus hoſtium. Item Dauid [n] populum 2.Reg.vlt.

interficeret. percuſſit ergo Saul Amalechitas, & omne uulgus interfecit: & apprehẽdit Agag Regem pinguiſſimum: & pepercit ei, & omnibus gregibus ouium & armentorum, & uniuerſis quæ pulchra erant uiſu: nec uoluit diſperdere ea: quidquid fuit inutile & reprobũ, hoc deſtruxit & demolitus eſt. Dixitque Dominus ad Samuelem. Pęnitet me feciſſe Saulem Regem, uenitq; Samuel ad Saulẽ, & dixit: Quænam uox eſt gregum & armentorum, quæ reſonat in auribus meis? Et ait Saul: Tulit populus oues & boues pingues ad ſacrificandum, dixitq; Samuel, peccaſti: quia melior eſt obediẽtia ꝙ victima. & ait Saul, peccaui. ſed hac uice ſupporta peccatũ meũ. Redijt ergo Samuel, cum Saule, & iuſſit Agag adduci Regem pinguiſſimum, & interfecit eum, & in fruſta conſcidit.

a ¶ Ad examinãdã.] Id eſt, ut examinẽtur cupidi à non cupidis. Alia littera eſt, ad exterminandam.

b ¶ Animalia.] Hic de flagello delinquentium. ſimi. 16. q. 1. reuertimini.

c ¶ Ægyptiorũ.] Hiſtoria. Legitur in Exodo ꝙ cũ Pharao nollet dimitere populũ Iſraelem exire de Ægypto, percuſſit Dominus Ægyptum x. plagis, quæ in Exodo exponuntur.

d ¶ Eorum.] Simile 16. q. 1. reuertimini.

e ¶ In deteſtationẽ.] Hęc eſt deteſtatio criminis.

f ¶ Eccleſia.] De cõſ. diſ. 1. Arrianorũ. & c. eccleſias iſta duo ca. malè inducit Gra. ꝗa Arrianorum eccleſię, non cõſecrantur à catholicis in deteſtationẽ criminis: ſed quia non fuerunt conſecratæ in forma eccleſiæ: ergo melius potuiſſet inducere. ſ. ea. q. eccleſia, quæ pactione.

g ¶ Sanctificationem.] Supra ea. q. 1. qui ſtudet.

h ¶ Carebãt.] Id eſt, extra formam eccleſiæ conſecrabant, aliàs falſum eſſet.

i ¶ Item populus.] Hic addit quartam.

SIC ET NAVICVLA. CASVS. Nunc redit Gratianus ad propoſitum, ut probet alios puniri pro peccatis aliorum. Et primo per exemplum Ionæ. Secundo ꝑ peccatũ Dauid populũ numerãtis. Tertio per paruulos Sodomitarum. Quarto per paruulos Dathan & Abirõ. Quinto per Chanaam, qui patre peccãte factus eſt ſeruus. Sexto per ſucceſſionẽ Giezi. Septimo per reliquias Iudęorum. Octauo per quatuor ſucceſſores Achab. Nono per Idumæos, qui deſcenderunt ad Eſau.

K ¶ Ionæ.] Hiſtoria. Legitur in Iona, ꝙ cum vellet Dominus Ionam mittere in Niniuẽ, vt prædicaret: ſurrexit Ionas vt fugeret à facie Domini in Tharſis: & deſcẽdit in Ioppem, & intrauit nauẽ euntem in Tharſis, & deſcẽdit ad inferiora: & dormiuit ſopore graui. cum autẽ tempeſtas immineret, miſerunt ſortes ut ſcirẽt cur hoc accideret: & cecidit ſors ſuper Ionam. At ille dixit ad eos: mittite me in mare: quia propter me hoc accidit uobis, & miſerunt, & ſtatim ceſſauit tempeſtas.

l ¶ Pro meritis.] Infra 6. q. 1 ex merito, ĩ. 2. q. 7. c. 1.

m ¶ Portantes.] Id eſt, tolerantes.

n ¶ Dauid.] Hiſtoria. Legitur in ſecundo libro Regũ, quod Dauid præcepit Ioab principi militiæ, ut populũ numeraret: numerauit ergo, & dedit numerũ Regi: & factus eſt ſermo Domini ad Gad prophetam, dicens: Vade & loquere ad Dauid, hæc dicit Dominus; Elige unum de tribus quod uolueris; aut ſeptem annis

ueniet

veniet tibi fames in terra tua: aut tribus menſibus fugies inimicos tuos: aut tribus diebus erit peſtilētia in terra tua. Cum autem Dauid ultimum elegiſſet, miſit Dominus peſtilentiam in Iſrael à mane uſque ad tempus conſtitutum: & mortui ſunt de populo extra Hieruſa-

g ¶Etiam reliquiæ eorum.] Id eſt, iſti addicti ſunt pœnæ propter mortem Chriſti.
h ¶Addictæ.] Infr. de pęnit. diſt. 3. § ecce.
i ¶Achab.] Hiſtoria. Iſte Achab fuit Rex Iſrael maritus Iezabel nequiſſimæ mulieris: cuius filiam duxit in vxorem Ioram Rex Iuda filius Ioſaphath. cuius filius nepos & ꝓnepos, ſcilicet Ochozias, Ioas, & Amazias, qui & ipſi ſuccedentes ſibi inuicem reges Iuda fuerunt, in generatione Domini à Matthæo prætermittuntur: ſed à Ioram tranſitum facit ad Oziam, qui fuit quartus poſt eum. quia dictum fuit per prophetam in throno regni, quemquam non eſſe ſeſſurum de domo Achab vſque ad quartam generationem, quod intelligendum eſt de merito uitæ, quia tres præcedētes fuerunt reges, ſed tñ mali fuerunt.
K ¶Poſteri eius.] Euāgeliſta enim tranſitū facit a Ioram uſque ad Oziam, qui fuit quartus 1 poſt eū: qa dictum erat per Heliam prophetam in throno regni, quemquam non eſſe ſeſſurum de domo Achab. niſi in quarta generatione. tamen illi tres qui omiſſi fuerunt bene ſederūt in throno: ſed dicuntur nō ſe diſſe ex merito.
l ¶Eſau.] Hiſtoria. Legitur in Geneſi, ꝙ Dñs Iacob dilexit: Eſau autem odio habuit. Eſau autem dictus eſt Edom: unde & Idumæi, q. ab ipſo nati ſunt: ad quos teſtante propheta Malachia, tranſiuit odium Domini.

1 Vnde dic ꝙ excluſi. i. prætermiſſi à Matthęo in euāgelio: ubi iſti inter alios nō connumerant. Archid.

numerauit: quo peccato gladius Domini deſæuit in populum. Sed in lata ª gēte gloria regis eſt, in diminutione plebis contritio principis. Qui ergo de numeroſitate ſua gentis ſuperbiuit, iure in eius diminutione ᵇ punitus eſt. (Prou. 14. ſecū dum 70.) *¶Item paruulos ᶜ Sodomitarum non excuſauit ignorantia, quin pro paterno ſcelere cæleſti igne conſumerentur: ſed igne hoc pœna illis diminuta eſt; quibus ſucceſſio paterni ſceleris eſt adempta.* (Gen. 19.) *Pariter ᵈ etiam demonſtratum eſt peccatis parentum paruulos aliquando corporaliter flagellari ᵉ. Illud idem intelligendum eſt de paruulis, qui peccato Dathan, & Abiron viui deſcenderunt ad inferos.* (Num. 16.) *¶Item Cham peccante, Chanaam filius ᶠ eius maledicitur:* (Gen. 9.) *Giezi delinquente, lepra tranſmittitur ad poſteros. Iudæis clamantibus: [Sanguis eius ſuper nos, & ſuper filios noſtros.]* (Matth. 27.) *etiam reliquiæ eorum ᵍ pœnæ mortis Chriſti addictæ ʰ ſunt.* (4. Reg. 5.) *Achab ⁱ quoque peccante poſteri eius ᵏ regni ſolium amiſerunt:* (3. Reg. 21.) *& qui de eius ſemine in regno Iudæ nati ſunt, vſque ad purgatam labem illius familiæ, à genealogia Domini ſunt excluſi. Odium quoque Eſau ˡ (vt Malachias teſtatur) tranſiuit ad Idumæos.* (Hieron. ad c. 1. Matth. Malach. 1.) *Ex quibus omnibus colligitur, quod ignorātia peccati non excuſat. ¶Sed his exemplis ᵐ non probantur teneri peccato aliorum; niſi imitatores nequitiæ eorum. Quicunque enim de ſemine Eſau, & cæterorum ad Deum conuerſi paternam malitiam deteſtati ſunt: non odium, ſed Dei clementiam experti ſunt.*

Item vt Ambroſius ait ſermone vndecimo.

C. XII.

TVrbatur ⁿ nauicula Petri, in qua erat Iudas: quia, qui ſuis meritis erat firmus, turbatus eſt alienis. (Ɉ. 24. q. 1. c. non turbatur.)

¶Huius etiam capitis ſententia ſumpta eſt ex ſermone xi Ambroſii, & lib. 5. c. 1. comment ad c. 5. Lucæ. Ipſa autem verba habentur infra 24. q. 1. non turbatur.

Ignorabat autem Petrus peccatum Iudæ. Non ergo ignorantia excuſauit illum. Sed turbatio hæc non peccati con-

ruſalem lxx. millia hominum. cumque extendiſſet Angelus manum ſuam ſuper Hieruſalem ut percuteret eam, aperti ſunt oculi Dauid: & uidens Angelum exclamauit dicens: Ego ſum qui peccaui: conuertatur obſecro manus tua ſuper me, & contra domum patris mei. Tunc autem pepercit ei Dominus, & iuſſit Angelo ut manum ſuam contineret.
a ¶In lata.] Hoc ſoluit ſtatim.
b ¶In diminutione.] Ar. ꝙ in eo punitur quis, in quo deliquit. Ɉ. 17. q. 4. frater. Ɉ. 16. q. 1. reuertimini. Ɉ. 12. q. 2. de viro. & cap. qui & humanis. ſupr. diſt. 81. ualet.
c ¶Paruulos.] Hiſtoriam habes 42. diſt. §. 1.
d ¶Pariter.] Hic habetur alia reſponſio.
e ¶Flagellari.] Licet etiam in eis crimen paternum non timeretur.
f ¶Chanaam filius.] Et ideo maledixit Chanaam, & nō Cham, quia Dominus benedixit ei: & ideo nō fuit auſus ei maledicere: uel ratio in lege eſt, vt ff. quod metus cau. iſti quidem.

l ¶Eſau.] Qui alio nomine dicitur Edom. Inde dicuntur Idumæi, quaſi Edomæi.
ADDITIO. Ad iſtos teſtante ꝓpheta Malachia trāſiuit odiū Domini. etenim de Eſau legitur ibidē, ꝙ Dominus dilexit Iacob: Eſau autem odio habuit. Archid.
SED HIS. CASVS. Reſpondet illos pro peccatis aliorum puniri, qui ſunt imitatores nequitiæ ipſorum, aliàs non.
c ¶Qui voluerint.]Ergo fruſtratoria admittitur,vt extra eod. conſuluit. ergo audiendus eſt qui cauſa dilationis appellat,vt extra de ap.cum ſit Romana.& c.paſtoralis.Rñ.dubia fruſtratoria eſt admittẽda: ſicut occultus peccator ad Euchariſtiã.de conſ. diſt.2.nõ prohibeat. Hodie autem ipſo iure eſt inhibita appellatio ante ſententiam, niſi tam euidens cauſa proponatur, quæ ſi probata eſſet,debeat appellatio legitima reputari,ut extra eod.vt debitus.[1]Sed cũ hodie ipſo iure ſit inhibita appellatio,quid prodeſt ſcribere remota appellatione? Reſpond. ſi appellatio remouetur in litteris, tunc intelligitur remota etiam poſt ſententiam. Alias etiam rationes aſſignaui ſuper illa conſtitutione,vt de bitus.ſed ſi non apponitur in litteris, tantum ante ſententiam eſt remota.Io. Ego credo, quod nihil prodeſt remotio appellationis niſi ad remouendam fruſtratoriam appellationem 1,ut dicit decre.expreſſe extra de ap.ex parte B.Hoc ſcias ꝙ niſi iudici euidenter pateat appellationem tenere,nunquam deferat ei. vnde ſi nõ credit tenere appellationem,nõ deferat ipſi:licet ſuperior poſſit retractare quod factum eſt,ut extra eod.paſtoralis. Sed pone ꝙ iudex dubitat de appellatione: aut defert tali appellationi, aut non.ſi defert, mentitur ergo conſtitutio & decretalis. Nam conſtitutio, dicit,ꝙ niſi talis cauſa ſit propoſita,quæ ſi foret ꝓbata,legitima eſſet appellatio, non eſt deferendũ appellationi. Item decre. paſtoralis. dicit, quòd in ſolis illis caſibus deferendum eſt appellationi,vbi à iure indulgetur expreſſe, quòd poſſit appellari. Si dubitatur de appellatione:ergo non debet cognoſcere de cauſa, cũ dubitet

1 Sub.& ſic remouetur qđ de iure cõmuni eſt remotum. Sed contra hoc eſt C.đ Theſa. l.1. & ff. ad municip.l.1. & ideo plus placet qđ dixit š. Io. de Fant. nã ſi hæc clauſula nihil operatur, quare dec. extra eo. inquiſitioni fundatur ſuper c. ideo his eiectis, dic ut. ple. not. Ho. in ſum. eo.tit. §. quomodo decr. ut đbitus. ver. abſque rationabili, &c. Archid.

dubitet an ſit iudex.arg.11.q.3.graue. Ad hoc dico, ꝙ ſi iudex dubitat de cauſa appellationis, ſummatim poteſt inquirere de cauſa: vel ſcorſum extra formam iudicij inquirendo de cauſa. Et ſi videtur cauſa probabilis; & præterea talis quòd ea probata legitima iudicaretur,

& quòd iudici iuſta uideatur.

a ¶Conſecrationem.] Si metropolitanus diſtulerit. 8. q 3. Artaldus.

b ¶Cuſtodia.] Qui appellat, nec cogitur dare cautionẽ de proſequenda appellatione, nec cuſtodiri debet: niſi ſit cauſa criminalis, & ſuſpectus ſit, vt C. de appel. eos. §. ſuper his.

ſuffugere, eamque appellare debent, vt inde accipiant tuitionem, atque conſecrationem α [a]. Quod omnibus minimè conuenit denegare epiſcopis: ſed abſque vlla cuſtodia [b], aut excommunicatione [c], vel damnatione, vel expoliatione liberè ire concedatur.

α ¶Atque conſecrationem.] *In originali eſt*, vt inde accipiãt tuitionem, & liberationem, vnde acceperunt informationẽ atque conſecrationem: *ſed ob gloſſam non eſt mutatum.*

Item Victor ad Theophilum Alexandrinum, epiſt. 1. *cap.*3.

¶Qui à proprio metropolitano ſe grauari putauerit, maiorem ſedem appellet. C. VII.

Iulius ibid. c.4. In cap. Hadriani, c.6. Poly. ibidem. Burc. l.1. c.144. Pann. l.4 c.126. Iuo p.5. c. 257.

SI quis putauerit ſe à proprio metropolitano grauari, apud patriarcham, vel primatem [d] diœceſeos, aut penes vniuerſalis Apoſtolicæ eccleſiæ iudicetur ſedem.

Item Zepherinus vrbis Romæ epiſcopus, epiſt. 1.

¶Ad Romanam eccleſiam, quaſi ad matrem appelletur ab omnibus. C. VIII.

Anſ. l.2. c.6.

ij AD Romanam eccleſiam ab omnibus, maximè tamen ab oppreſſis appellandum eſt, & concurrendum quaſi ad matrem [e], vt eius uberibus nutriantur, auctoritate defendantur, & à ſuis oppreſſionibus releuentur: quia non poteſt, nec debet mater obliuiſci filium ſuũ.

*Item Iulius Papa in decretis, ſiue in reſcripto ad orientales, c.*22.

¶Quoties aliquis appellauerit, audientia ſibi non denegetur. C. IX.

In epi. Lucij. & in conc. Carth. 3. c.10. In capitul. Hadriani. Anſ. l 3. c.88. Iuo p. 6. c.326. ex Lucio.

PLacuit, vt à quibuſcunque iudicibus eccleſiaſticis ad alios iudices eccleſiaſticos (vbi eſt auctoritas maior [f]) fuerit prouocatum; audientia non negetur.

*Item cap.*30.

¶Iniuſtè damnati, reſtitutionem, & oppreſſi auxilium à Romana eccleſia debent habere. C. X.

IDeo huic ſanctæ ſedi præfata priuilegia ſpecialiter ſũt conceſſa, tam de congregandis concilijs [g], & iudicijs, ac reſtitutionibus [h] epiſcoporum, quàm & de ſummis eccleſiarum negocijs; ut ab ea omnes oppreſſi auxilium, & iniuſtè damnati reſtitutionem ſumant: Et talia ab improbis ne præſumantur abſq; ultione, nec exerceantur abſq; damnatione.

c ¶Excommunicatione.] Pro alijs tamen bene poteſt excommunicari, vt extra de appel. ad hoc. & c. propoſuit.

SI quis putauerit.] CASVS. Si grauatur aliquis à metropolitano ſuo, patriarcham appellet, deinde ad ſedẽ Apoſtolicam recurrat.

d ¶Vel primatem.] vel pro id eſt.

AD Romanam eccleſiã.] CASVS. iſtius capituli & ſequentis facilis eſt & planus: quia per ſuperiora patet: & littera plana eſt.

e ¶Matrem.] Nec p̃ſumitur eſſe mater, niſi diligat filium, vt extra de præſumpt. afferre.

f PLacuit.] ¶Maior.] ff. de ap. l.1. §. ſi quis. ĩ. ead. anteriorum.

IDeo huic ſanctæ ſedi.] CASVS. Quærebatur quare priuilegia ſedi apoſtolicæ ſint conceſſa: concilia congregare, & dãnatos epiſcopos reſtituere: & de ſummis negocijs cognoſcere. Et reſpondet. vt omnes oppreſſi & iniuſtè damnati, auxilium habeant, & quòd iniuſtè non damnentur aliqui ſine vltione.

g ¶Concilijs.] Ergo patet, quòd legatus non poteſt facere cõciliũ, vt dixi ſ. diſt. 3. §. porro. & diſtin. 17. regula. &c. huic ſoli ſedi.

h ¶Ac reſtitutionibus.] Arg. hic, quòd ſolus Papa poteſt reſtituere clericum depoſitum. de pœni. diſ. 6. qui vult. in fin. & ff. de q̃ſt. l. 1. in fi. & de pœn. l. diui. Arg. cõtra 11. qõ. 3. epiſcopus in ſynodo. & 46. diſt. clericus maledicus. ad hoc dicas, ꝙ ſi eſt ſolenniter degradatus, ſolus Papa poteſt eum reſtitere. ſecus ſi eſt uerbo ſolo depoſitus 1.

Papa ſolus an clericũ depoſitum reſtituat.

1 De hoc no. 50. diſt. contumaces. ibi uideas.

tur, defert ei: vnde non ſufficit appellanti proponere talem cauſam, quæ ſi probata eſſet, debeat appellatio legitima iudicari; ſed etiam requiritur, ꝙ ſit probabilis

CVM

CVM ERGO ZEPHERINVS. Hæc eſt ſecūda pars quæſtionis, in qua quæritur, an ſit licitum fruſtratoriè appellare. & vera eſt ſolutio quòd non: & quæ dicit, ſuperficialiter dicit: & ad hoc probādum inducit viij. auctoritates ſanctorum patrum. Ioan. de Fant.

CASVS. Quia dictū eſt ſupra per Zepherinū ꝙ appellare poſſent maximè oppreſſi, in c. ad Romanam. & per Marcellum dictum eſt ſupra in c. ad Romanam. ꝙ qui volunt appellare, poſſunt: infert Gratianus ꝙ ſiue quis grauatur, ſiue non in accuſatione, appellare poteſt. Quidam tamen dicunt appellandum eſſe fruſtratoriè: & diſtinguūt ita dicentes ꝙ dictū eſt ſupra in c. ad Romanā. Vt volētes, &c. refertur ad eos qui, uolūt recipere conſecrationē à ſede apoſtolica, & ſi ab aliquo impediantur, appellabunt. Neceſſitatem patientes, refertur ad oppreſſos, & iniuſtè per ſententiam condemnatos, vt iſti defendātur, & illi accipiāt conſecrationē. Eodē modo intelligitur illud Zepherini. Sed certè dicit Gratianus, ꝙ ſecundū primā interpretationē, id eſt, opinionem, quæ eſt in princ. §. quæ dicit, ꝙ ſiue quis grauetur ſiue non, appellare licet: oppreſſi intelligūtur aliqua iniuria affecti. Sed ſecundū ſecundam, qua dictum eſt, vt uolentes ad cōſecrationem, neceſſitatē patientes ad tuitionem referatur, oppreſſi intelligunt per ſententiā iniuſtè dānati. & ſecundū hanc vltimam opinionem non licet fruſtatoriè appellare.

2 *Cum ergo* [a] *Zepherinus dicat ab omnibus eſſe appellandum, maximè tamen ab oppreſſis, & Marcellus ſcribat: [Omnes epiſcopi qui voluerint, vel quibus neceſſe fuerit, appellare debent;] patet, quòd accuſato (ſiue grauetur, ſiue non) vox appellationis non eſt deneganda. Quidam tamen ita diſtinguunt, vt [volentes] ad conſecrandos, [neceſſitatem patientes] ad oppreſſos referant, vt ſit ſenſus; omnes, qui voluerint à Romana eccleſia conſecrationem accipere, & ab aliquibus impediuntur, eam debent appellare; quibuſcumque in ſuis oppreſſionibus neceſſe fuerit ad eam ſuffugere; ſimiliter vocem appellationis exhibeant, ut iſti tuitionem, & illi conſecrationem ab eo accipiant. Similiter & illud Zepherini diſtinguitur: [Ab omnibus eſt appellandum ad Romanam eccleſiam;] intelligendum eſt, qui ab ea conſecrationem voluerint accipere, vel qui à prælatis ſuis aliquam iniuriam paſſi fuerint, maximè tamen ab oppreſſis. Secundum primam interpretationem, oppreſſi intelliguntur aliqua iniuria affecti: iuxta ſecundam vero, oppreſſi dicuntur à iudice iniuſtè condemnati. Secundum hanc diſtinctionem, qui in aliquibus negocijs non ad releuandum, ſed ad differendum, vocem appellationis exhibuerint, appellandi auctoritatem non habent.*

Sed cum Gregorius ſcribat omnibus per diuerſas prouincias.

¶De cauſa appellationis cognoſcere non licet, niſi ei, ad quem appellatur. C. XI.

DEcreto noſtro veſtram rogantes charitatem mandamus, vt ſi aliquis (quod non optamus) ſuorum æmulorum [b], Aldricum Cœnomanenſis eccleſiæ epiſcopum accuſare damnabiliter attentarit; vt honoretur à Beati Petri apoſtolorum principis memoria, eccleſiæque Romanę, cui præſedit, priuilegium, noſtri nominis auctoritas: liceat illi poſt auditionem [c] primatum diœceſeos (ſi neceſſe fuerit) nos appellare, & noſtra auctoritate aut ante nos, aut ante legatos [d] noſtro † ex latere miſſos iuxta patrum decreta ſuas exercere, atque diffinire actiones [e]:

Poly. l. 1. tit. 7. Iuo p. 5. c. 349. Anſ. l. 2. c. 19.

† al. noſtros

a ¶Cum ergo.] Magiſter magis approbat opinionem, quæ dicit, ꝙ fruſtatoria admittitur. & probat hoc ſeq. 4. c. & ſuſpenditur conſtructio uſqꝫ ad illū §. patet ergo. vnde in titulo cuiuſlibet c. ponitur hæc dictio, cum.

DEcreto.] CASVS. Aldricus Cœnomanenſis epiſcopus timebat accuſari coram ſuo primate, uel metropolitano: & timebat ne audiretur appellans ſi ad ſedem Apoſtolicam appellaret. vnde Grego. præcepit, ꝙ ſi Aldricus accuſatus fuerit & appellauerit, audiatur: & cauſa coram ſummo Pontifice vel eius legato terminetur; interim autem contra eum nihil iudicetur. & qui cōtra hoc fecerit, punietur: quia alij uocati ſunt in partem ſolicitudinis, non in plenitudinem poteſtatis.

b ¶Æmulorum.] Si æmuli erant, quomodo admittebantur ad accuſationem: cum de iure hoc ſit prohibitum, vt infra ead. quæſt. 7. ſi qui ſunt. & 3. quæſt. 5. cap. 2. 3. & 4? Reſpon. oēs accuſatores vulgo dicuntur æmuli: præſumitur enim ꝙ ſemper inuidiæ cauſa fiat accuſatio. Vnde canō vocat accuſationem illaudabilem intentionem. vt ī. ead. q. 7. ſi quis epiſcopus. nam non ſolum videtur eſſe diſcordia inter accuſatorem & accuſatum: ſed etiam inter domeſticos & amicos accuſatoris & accuſati, vt ff. de legi. ſciendum. §. 2.

Accuſatio pręſumitur ſp inuidię cauſa fieri.

c ¶Auditionem.] Videtur hic quod non licet appellari ad Apoſtolicum omiſſo metropolitano, ut ī. quęſ. 7. metropolitanum, & ſ. ead. ſi quis putauerit. & ff. de ap. Imperatores. Sed non tenet hoc in foro eccleſiaſtico. ſ. ea. ſi quis. Sed ſubaudi, maximè.

d ¶Legatos.] Ad hoc deſtinatos. Vel dic quòd in legato Papæ ſpeciale eſt ſecundum quoſdam ut de crimine poſſit diffinire, vt 16. q. 1. frater. aliàs ſecus, vt ff. de offi. proconſul. l. ſolent. & ff. de eo cui manda. eſt iuriſdi. l. 1. immo nec dico legatum Papę hoc poſſe facere ſine mandato ſpeciali, vt extra de offi. leg. quod tranſlationem.

e ¶Actiones.] Notandum actiones eſſe proponendas. 11. quæſtio. 1. experientiæ. & extra de mutuis pet. cap. 1. extra de iud. examinata. Argumentum contra, extra

eod.

nulliuſque illum ante hæc iudicet, aut iudicare præſumat. Sed ſi quid (quod abſit) graue, intolerandumque ei obiectum fuerit, noſtra erit expectanda cenſura, ut nihil prius de eo, qui ad ſinum ſanctæ eccleſiæ Romanæ confugit, & eius implorat auxilium, decernatur, quam ab eiuſdem eccleſiæ auctoritate fuerit præceptum: quæ uices ſuas ita alijs impertiuit eccleſijs, vt in partem ſint vocatæ ſolicitudinis, non in plenitudinem poteſtatis *& infra.* ¶Si autem (quod non arbitramur) à quoquam ſecus præſumptum fuerit; ab officio cleri ſubmotus [a], auctoritatis † Apoſtolicæ reus ab omnibus iudicetur: ne lupi, qui ſub ſpecie ouium ſubintrauerunt, beſtiali ſæuitia quoſque audeant lacerare: & quod ſibi fieri nolunt, ali s inferre præſumant.

† al. iniuriarũ reus

a ¶Vt honoretur.] *Hinc vſque ad* Ver. auctoritas *addita ſunt ex ipſa epiſtola, quæ extat in bibliotheca Dominicana, & videtur eſſe Gregorij quarti, ex qua etiam ſumptum eſt caput,* Nulli fas. *diſt. 19 et apud Iuonem vtrumque caput ſimul habetur. Iſtius autem Aldrici (vt ex catalogo epiſcoporũ eccleſiæ Cænomanenſis colligitur) mentio eſt in concilio apud ſanctum Medardum, quod paulo poſt Gregorium quartum habitum fuit. Itaque defenſio ipſi à Gregorio praſtita profuit.*

Item cum Vigilius Papa in epiſtola ad Eutherium, cap. ult. dicat.

¶Iudicia appellantium ab eis ſunt audienda, ad quos appellatur. C. XII.

Anſel. l. 3. c. 20. Poly. l. 1. tit. 14.

QVi ſe ſcit [b] alijs eſſe præpoſitum, non moleſte ferat aliquem eſſe ſibi prælatum. Ipſa namq; eccleſia, quæ prima eſt, ita reliquis eccleſijs vices ſuas credidit largiendas, vt in partem ſint uocatæ ſolicitudinis, non in plenitudinem poteſtatis. Vnde omnium appellantium Apoſtolicam ſedem epiſcoporum iudicia, & cunctarum maiorũ negotia cauſarum, eidẽ ſanctæ ſedi reſeruata eſſe liquet; præſertim cum in his omnibus eius ſemper ſit expectandum conſultum: cuius tramiti ſi quis obuiare tentauerit ſacerdotum, cauſas ſe non ſine honoris ſui periculo apud eandem ſanctam ſedem nouerit redditurum.

¶ *Reſtitutum eſt caput hoc Vigilio antiquorum exemplarium auctoritate. Antea vero tribuebatur Iulio, in cuius etiam epiſtola prima habetur prior pars huius capitis vſque ad verſ.* Ipſa namque *(quemadmodum & apud Leonem epiſt. 84. quod refertur ſupra diſt. 23. quamquam. & in c. ſequenti, qui ſcit.) et etiam ſententia cæterarum partium.*

† al. Rothaldum

In appẽdice bibliothecæ ſanctorum patrũ.

Item cum Nicolaus Papa in Hincmarum Rhemenſem archiepiſcopum inuehatur, qui Rhotandũ † epiſcopum appellantem Apoſtolicam ſedem damnare auſus eſt, ita dicẽs.

¶De Rhemenſi archiepiſcopo, qui appellantem Romanam ſedem iudicare eſt auſus. C. III.

Anſel. l. 2. c. 67.

ARguta ſapientia tua, vtinam in bono accepta, fomitem iudicij, & materiam depoſitionis aduerſus Rhotandum aſſumpſit, & ab itinere Apoſtolicæ ſedis remouit †, & continuatim [c] Apoſtolicam ſedem appellantem damnauit, & carcerali [d] cuſtodiæ mancipauit. *& infra.* ¶Priuilegia tamen Apoſtolicæ ſedis uos obliuioni tradere nullatenus debuiſtis; quibus uenerandi

† al. renocauit] orig.

eod. tit. dilecti. Ioan. Sol. ſecundũ ius canonicum non tenetur aliquis proponere actionem, ut extra de iud. dilecti. Sed ſi proponatur incepta, cadit à cauſa proponẽs, ut extra eod. titu. examinata. B. 1

a ¶Submotus.] Ecce pœna illius, qui non defert appellationi: ſed ſecundum leges punitur in 30. pondo auri. C. de appel. quoniam.

QVi ſe ſcit.] CASVS. Minores prælati obedire debent ſuo maiori: nec moleſte hoc ferre. unde quilibet poteſt recipere appellationẽ ad ſedem Apoſtolicam factam: cũ appellationes epiſcoporum & magna negotia ei reſeruentur: & qui contra hoc fecerit, deponatur.

b ¶Qui ſe ſcit, &c.] 3. quæſt. 6. quamuis. &c.

ADDITIO. Et cap. multum. & c. dudum. Lau.

ARguta.] CASVS. Archiepiſcopus Rhemeñ. Rhotãdum ad ſedem Apoſtolicam appellantem de facto depoſuit, & incarcerauit. Dominus Papa hoc andito cũ reſtituit: quo reſtituto, ſcribit illa archiepiſcopo, & inuehitur contra eum, dicens: quòd ideo eum reſtituit, ſcilicet epiſcopum, ne priuilegia ſedis Apoſtolicæ violentur. Caſus ſequentis capituli facilis eſt: & per te ponere pones.

c ¶Continuatim.] id eſt, iterum & iterum.

d ¶Et carcerali.] Quod poteſt fieri in cauſa criminali, ſi condemnatus appellans eſt ſuſpectus: nec poteſt dare fideiuſſorem, ut C. de appell. eos.

a ¶Ho-

Actio ſm canones non eſt de neceſſitate proponẽda.

1 De hoc legi. & no. 8. diſt. quo iure: ibi uideas.

a ¶Honore.] Vt ſicut de facto fuerat depoſitus: ſic de facto reſtituatur 1, vt de appella. ad hæc ſicut. & cap. ad præſentiam. ſup. ead. q. 1. primates.

1 Scilicet Rhotādus epiſcopus.

b QVi ſcit.] Ita facit hoc capitulum ad propoſitum, quia ſicut epiſcopus vel alius prælatus eccleſiæ uult deferri appellationibus ad ipſum factis; ſic & ipſe tenet deferre appellationibus factis ad ſedem Apoſtolicam. & eſt ſimile bonum. C. de offi. præfe. vrb. l. 1. ubi dicitur, quod eſt ſocietas muneris, quòd magiſtratus gradum ſuperioris agnoſcat.

c ¶Exigit.] Simile 32. q. 6. c. 1. & 2. & 74. diſtin. quorundam. & diſt. 9. neque. in fi. ff. de adul. ſi vxor. §. iudex. Io.

PATEAT. CASVS. Ab illo capi. decreto. eſt ſuſpenſiua conſtructio vſque ad hunc §. Ex ſupradictis ergo infert, quòd appellari poteſt etiam fruſtratorie: ſi tamen fruſtratorie appellauerit, à iudice appellationis punietur. Poſtea dicit quòd appellari poteſt, quoties grauamē infertur. & ad hoc inducit capitula ſequē.

d ¶Cōdemnabitur.] ſi appellatio alicuius fuerit pronūciata fruſtratoria, tunc ſi prior iudex, à quo eſt appellatum, non admittit appellationem in criminali negotio, lite perdita notatus abſcedat. C. de appella. à proconſulibus. ſed ſi prior iudex admiſit appellationem, pro arbitrio iudicis punitur, ut C. eo. l. eos. §. ne temere. Sed ſi in ciuili negotio per calumniam appellat, punitur in quinquaginta libris argenti. C. quorum appel. non reci. ab executore. l. fi. Si ſine calumnia, non punitur niſi in expenſis. extra de appel. ſæpe. extra de eod. qui mittitur in poſ. cauſa rei ſeru. cū veniſſent.

Appellans per calumniam ad quod puniatur.

Item remittitur ad eum à quo appellauit. extra eod. cum in eccleſia. Dicunt tamen quidam, quòd niſi euidens ſit aliquem calumnioſe appellaſſe, non debet puniri in expenſis. Arg. optimum, ff. de leg. 2. qui ſolidum. §. etiam. alioquin quilibet metu expenſarum relinqueret ius ſuum indefenſum, vt ff. de petitio. hæred. illud. tunc autem præſumitur non fieri calumnioſe, cum iuratum eſt de calumnia, vt 2. q. 7. ſancimus. ſed hoc non credo, immo ſemper in cauſa appellationis condemno victum, vt infra ead. omnino, & in conſtitutio. noua Inno. de app. ut debitus 2. & ff. de appella. negotiorum. in princi. & ſupr. eadem q. 1. in primis. Ioan.

Quoties

canones iudicia totius eccleſiæ ad hanc deferri iubent. & *infra.* ¶Hæc quippe nos in Rhotando idcirco noueritis operatos, vt priuilegia ſedis Apoſtolicæ, quæ malè à vobis violata uidebantur, & à nobis tot impenſis laboribus, veſtra reſiſtente contumacia, recuperari non poterant; auctoritate Apoſtolica, & cana a patrum deliberatione priſtino tandem genio, & proprio decorarentur honore [a].

Anſel. l. 2. c. 85.

2 Hanc ſententiam ſequitur Go. quod dic vt plene not. per Bal. Inn. de do. & cōtu. in fi. Archid.

a ¶Cana.] *Cum antea legeretur,* canonica, *emendatum ſic eſt ex epiſtola ipſa, quæ habetur manuſcripta, & nuper eſt impreſſa in appendice bibliotheca: & in libro Ennodij pro Symmacho legitur,* cana miracula, & canum genium. *iuxta illud Virgilij.*

Cana fides, & Veſta, Remo cum fratre Quirinus, Iura dabant.

Item Leo Papa ad Anaſtaſium Theſſalonicenſem epiſcopum, epiſt. 82. al. 84.

¶Quiſque eam obedientiam maioribus exhibeat, quam ab inferioribus deſiderat. C. XIIII.

QVi ſcit [b] ſe quibuſdam eſſe præpoſitum, non moleſtè ferat aliquem ſibi eſſe prælatum: ſed obedientiam, quam exigit [c], etiam ipſe dependat: ſicut non uult grauis oneris ſarcinam ferre, ita non audeat alij importabile pondus imponere. Diſcipuli enim ſumus humilis & mitis magiſtri dicentis: [Diſcite à me, quia mitis ſum & humilis corde.]

Matth. 11.

Patet ergo, quòd nulli appellanti ſunt induciæ denegandæ. Cæterum, ſi cauſa fruſtratoriæ dilationis appellauerit, à iudice, ad quem prouocatum fuerit, condemnabitur [d]. *Tempus vero appellationis eſt ante datam, uel poſt datam ſententiam. Quoties enim quis ſe grauari ſenſerit, libere poteſt appellare.*

Vnde Sixtus Papa II. epiſt. 1. ad Gratum epiſcopum ait.

¶Qui grauaur à proprio metropolitano, primatem, aut vniuerſalis eccleſiæ ſedem appellet. C. XV.

Et Victor epi. 1. & Iulius epiſt. c. c. ſi quis putauerit. epiſt. c. 7.

SI quis putauerit ſe à proprio metropolitano grauari, apud primatem diœceſeos, aut penes uniuerſalis Apoſtolicæ eccleſiæ Papam iudicetur.

Poly l. 1. tit. 6. Anſel. l. 2. c. 9. & 11.

Item Fœlix ſecundus ad epiſcopos in Alexandrina ſynodo congregatos, cap. 19.

Pann. l. 4. c. 126.

¶Romanam ſedem appellet, qui iudicem ſuſpectum habet. C. XVI.

QVoties epiſcopi ſe à ſuis comprouincialibus, vel à metropolitano putauerint [e] prægrauari, aut eos ſu-

Anſel. l. 2. c. 60.

QVoties.] CASVS. Si epiſcopus grauatur à ſynodo, vel metropolitano, vel eos ſuſpectos habuit, ſedem Apoſtolicā appellet, & nō excōicet, nec res auferant, vel vis fiat ei donec negotiū per ſedē Apoſtolicā terminetur. Caſus ſequētis capituli per ſe patet.

e ¶Putauerint.] Licet non grauentur, & ſufficit quod putent hoc, & ſufficit probare probabilē cauſam appellandi

landi.extra de ap.bonæ, in fi.& ff.eo appellanti.niſi ſit remota appellatio: tunc enim requiritur quod ſit probabilis,& quòd ſit talis,qua probata legitima ſit appellatio, vt extra eo.ut debitus.Ioan. Ego credo indiſtincte quòd hodie debet eſſe cauſa probabilis & legitima, ut extra

NOn ita.] CASVS. Aliud eſt in negotijs ſæcularibus quam in eccleſiaſticis,quia in ſæcularibus non appellatur ante ſententiam:in eccleſiaſticis vero quandocunque grauatur poteſt appellari.

ſpectos habuerint:mox Romanam appellent [a] ſedem, ad quam eos abſque ulla detentione, aut ſuarum rerum ablatione libere liceat ire: & dum prædictam Romanam matrem appellauerint eccleſiam, aut ab ea ſe audiri [b] popoſcerint,nullus eos aut excommunicare [c],aut eorum ſedes ſurripere,aut res eorum auferre, aut aliquam eis uim inferre præſumat, antequam eorum cauſa Romani Pontificis auctoritate finiatur. Quòd ſi aliter à quoquã præſumptum fuerit,nihil erit,ſed viribus carebit.

[Item Iulius Papa in reſcripto ad epiſcopos orientales, cap.30.]

¶De eodem. PALEA. C. XVII.

§. ead. c. ideo.

IDeo huic ſanctæ ſedi præfata priuilegia ſpecialiter conceſſa ſunt, ut ab ea omnes auxilium oppreſſi, & iniuſte damnati reſtitutionem ſumant.

¶Eſt ſumma quadam capitis recitati ſupra ead.c. ideo. & habetur in uetuſtis exemplaribus,in quibus paleæ eſſe non ſolent.

Oppreſſi, & ſe prægrauari putantes intelliguntur ante datam ſententiam: iniuſtè dãnati,poſt datam ſententiam.

Vnde Eutychianus vrbis Romanæ epiſcopus ſcribit epiſcopis per Siciliam,epiſt.2.c.1.

¶Ante exitum cauſæ per appellationem recedere licet. C. XVIII.

Anſ.l.3.c.37. Poly.l.5.tit.1. Iuo p.6.c.336. Pann.l.4.c.100.

NOn ita [d] in eccleſiaſticis agendum eſt negocijs,ſicut in ſæcularibus. Nam ſæcularibus legibus, poſtquam vocatus quis venerit,& in foro decertare cœperit,non licet [e] ei ante peractam cauſam recedere.In eccleſiaſticis vero,dicta cauſa [f], recedere licet, ſi neceſſe fuerit, aut ſi ſe prægrauari viderit.

Appellare ante ſnīam vtrū liceat.

d ¶Non ita.] Secundum leges ante diffinitiuam ſententiam non appellatur,ut C.de iud.apertiſſimi.& ĩ.ea.non ſolent. tamen clericus ante diffinitiuam ſententiam appellat, ut C.de epiſc.aud.l.2. & cum actorum uel pronunciationis editio negatur. C.ut lit.pẽd. l. 2. & cum ab iniuria appellatur, ut de mino. ait prætor. §. permittitur. Idem dico ubi appellatur, à grauamine manifeſto, ut C.de ap.ſi quis prouocationem. Item ubicumque iudex aliqd facit contra legem negando dilationẽ, uel quid ſimile, ut ĩ.ead. non ſolent. Hodie autem ſecundum ius canonicum non appellatur ante ſententiam, niſi euidens fuerit cauſa grauaminis, ut in conſtit. Innoc.ut debitus. & ſic uidetur idem iuris ſecundum leges, & etiam ſecundum canones, quod falſum eſt, ut dicunt doctores legum. & infra ea.non ſolent.

e ¶Non licet.] Alia eſt ratio negotiorum eccleſiaſticorum, alia ſæcularium, ut inf.de conſecr. diſt.3.celebritatem.10. diſtin.leges. 33. q.2. admonere.ar. contra.11.qõ.q.1.quicunque litem.ſed hoc non tenet,ut extra de fo.compe.propoſuiſti. Quidam tamen dicunt,ꝙ ubicunque tam ſm̃ leges quàm ſecũdum canones poteſt fieri appellatio a manifeſto grauamine. Alij dicunt ꝙ ante ſententiam ſecundum leges non appellatur niſi in caſibus in iure expreſſis.

vt extra eo.vt debitus quod intelligo ante ſententiã.B.

Iudex ſuſpectus dupliciter deferitur.

a ¶Appellent.] Nota quòd poteſt à iudice ſuſpecto recedi per appellationem 1. vel etiam per recuſationem, vt hic, & extra eo.poſtremo & ĩ.ea.proxim.& extra ut lit.non conteſt.accedens 1. & quidquid fit poſt recuſationem, æque caſſatur ſicut fieret poſt appellationem, vt extra de eo qui mit.in poſ.cum ſicut.in fi. Refert tamen cum dicitur,recuſo iudicem ut ſuſpectum, quo caſu loquitur decre.extra de ap.ſecundo requiris. Vel ſi ſic dicatur,habeo iudicem ſuſpectum.quo caſu non cogitur coram arbitro probare cauſam ſuſpicionis:quia poteſt iudicem declinare per appellationem, ut dictum eſt.

1 Dicit.Inno. Nos cõcedimus,ꝙ à iudice delegato uel ordinario poſſit appellari ex ca[u]ſa quia [ſu]ſpectus ẽ, [t]unc habe[at] certũ [iud]icium re[cuſa]tionis.

b ¶Audiri.] Nota nihil intereſſe utrum dicat,quis,ꝙ velit cauſam ſuam audiri a Papa,uel expreſſe ad ipſum appellauerit,ſicut nec refert an appellet quis facto, uel uerbo.extra eo.c.dilecti.in parte deciſa.

5.quia [di]cti Ar-

c ¶Excommunicare.] Poteſt tamen de facto ad cautelam petere abſolutionem,ut extra eo.ad præſentiam,ſi uero appellatio non tenet,tunc poteſt talis excommunicari poſt appellationem:arg.extra eod. quæſtioni.Io.

OPPRESSI. CASVS. Oppreſſi dicuntur prægrauari ante ſententiam, iniuſte damnati poſt ſententiam. Et ad hoc inducit ſeq.cap.

f ¶Dicta cauſa.] Id eſt, aſſignata cauſa appellationis, ſed non oportet ibi ꝓbari,ſed corã iudice ad quem appellat, vt C.de ap.eo.& inf.e.q.in fi niſi in caſu. C. de preci. Imper.offe.authen. quæ ſupplicatio. & extra de his quæ fi.a ma.parte Cap. cũ in cunctis. nec prius eſt audiendus appellans a iudice ad quẽ appellauit,quam conſtet ipſum appellaſſe ab aliquo grauamine, aliter enim remittendus eſt ad eum a quo appellauit,vt extra de app.cum in eccleſia. Videtur ergo ꝙ qlibet tenetur aſſignare cauſam appellandi, ut hic, & extra de appel. conſtitutus 2.& ff de ap.appellanti.ſicut in ſuſpecto iudice cauſa eſt aſſignanda, licet alibi probanda ſit. ſed ꝙ non ſit aſſignanda, probatur:quia fruſtratoria appellatio ſecundum hæc iura eſt admittenda. Item non vr̃ eſſe neceſſariũ ꝙ allegetur cauſa, quia poteſt ab ea recedi.ff.eo.ſcio quæſitũ in fi.extra eo.tit.conſtitutus. Itẽ ꝙ non ſit neceſſe cauſam aſſignare ꝓbat̃ extra ut lit. nõ conteſt.accedens 2.Et dicit lex, ꝙ cum coram iudice appellatur,ſufficit dicere,appello,vt ff.de appel.ſcio.

Appellationis cauſa v'trũ ſit aſſignanda.

3 *Qui vero ex contumacia iudicibus obtemperare noluerit, communione priuetur.*

Vnde in concilio Mileuitano, c.24.

¶Excommunicetur, qui iudicibus ſuis obtemperare non vult. C. XIX.

QViſquis[a] probatus fuerit per contumaciam nolle obtemperare iudicibus, cũ hoc primæ ſedis epiſcopo fuerit probatum [b], det litteras, vt nullus ei communicet epiſcoporum, donec obtemperet. Pãn.l.4. c. 132.

Item, quòd poſt datam ſententiam appellari poſſit, Fabianus Papa teſtatur dicens Hilario epiſcopo, epiſt.3.c.2.

Cod. Theod. l. 11.tit.30.in interpr.l. 20. Anſ.l.2. c. 11. Burc.l.1.c. 148. Iuo p.5. c. 261. Pãn.l.4. c. 122. † *in ſupplicia*

¶Non denegetur appellatio ei, quem in ſupplicium ſententia deſtinauit. C. XX.

LIceat etiam in criminalibus [c] cauſis appellare: nec appellandi vox denegetur ei, quem ſupplicio † ſententia deſtinarit.

Quod paulo ante idem affirmat eodem cap.

¶Ante datam ſententiam licet alicui appellare. C. XXI.

SI quis iudicem aduerſum ſibi ſenſerit, vocem appellationis exhibeat. Iuo p.5. c. 248. Anſ.ibidem. Burch.ibidem. Pann.l.4.c.120.

4 *Poſt datam vero ſententiam, qui appellare voluerit, intra quinque dies [d] appellet, & intra eoſdem, à quo prouocauit, litteras dimiſſorias accipiat; & intra eoſdem, ad quem appellauit, iter arripiat.*

Vnde in Theodoſianis a legibus [e] ſic ſtatutum inuenitur.

a ¶Theodoſianis.] *Hoc & quatuor ſequentia capita, quæ citantur ex legibus Theodoſianis, habentur lib.5. ſententiarum Iulij Pauli cum interpretatione. Ex quo apparet Gratiani etiam tempore has ſententias coniũctas fuiſſe cum codice Theodoſiano, ſeu breuiario Alarici. Alaricus autem in præfatione profitetur ſe volumen illud non ex ſolo Theodoſiano codice, ſed ex varijs libris*

1 Hoc melius habeť eo.tit.cum ſpeciali, vbi Inn. no. ꝙ ſufficit ei q̃ recuſat, cauſas recuſationis legitimæ proponere. Archi.

Dicas ergo ꝙ ſemꝑ appellãs tenetur aſſignare cauſã. vt ex̃ eo. vt debitus 1. tñ ſi cauſã nõ aſſignat, & poſtea contra iudicẽ appellationis probat iuſtã fuiſſe cauſã appellandi, bene caſſabitur quod factum eſt, vt extra vt lit. nõ conteſt. accedẽs 1. Et ita prior iudex bene facit non deferẽdo appellationi, cum cauſa appellationis non ſit expreſſa. Secundus ſimiliter bene excuſat quod factum eſt, cum iuſta cauſa ſubfuerit appellandi. Alij exponunt dictam cauſam id eſt, lit. non conteſt. quia ante litem conteſtatam nõ eſt appellandum, ut extra de app. reprehenſibilis. niſi fiat apertum grauamen, vt extra eod. conſuluit 1. & c. cum ſit Romana. Io. Hodie ante ſententiam qui vult iudicem recuſare, ſemper proponat cauſam, ut extra eod. vt debitus, & offerre debet ꝓponẽs ſe uel le eam probare corã arbitris ſi iudex petit, alioq̃n eius appellatio non ualet, ut extra de app. interpoſita. Si vero non recuſet iudicem, ſed aliã cauſam proponat, alleget talem, qua probata ſit legitima, & eam corã iudice offerat ſe probaturum ſi iudex petit. B.

QVI VERO. Hęc eſt tertia pars quæſt. in qua dicitur, ꝙ contumaces ſunt puniendi ſecundum maius & minus: tamen grauatus ſemper poterit appellare: & hoc probat per tres auctoritates ſanctorum patrum. Io. de Fan.

CASVS. Dicitur hic qualiter puniri debet contumax, & ad hoc inducit ſequens cap.

QViſquis.] CASVS. Si aliquis præcepto uel ſentẽtiæ iudicis parere non vult, ſignificet hoc ſuperiori, ille excommunicabit eum, & faciet euitari donec pareatur ſententiæ uel præcepto.

Delegatì inferiorum ſuas ſnĩas exequi non poſſunt.

a ¶Quiſquis.] Iſtud c. intelligunt quidã de delegatis iudicibus, quorũ ſententiam eṗs loci tenetur mãdare executioni, vt extra de offi. deleg. ſignificaſti. Alij intelligunt de iudicibus datis ab ipſo eṗo, qui ſuam ſentẽtiam non poſſunt mandare executioni: quia tãtũ delegati à principe poſſunt mandare ſuas ſententias executioni. ff de re iud. à diuo. ſed hoc non eſt verum, q͛a ſubdelegati hoc poſſunt, vt extra de offi. deleg. ex litteris. & ext. de ſen. & re iud. cũ Bertholdus. Io. Fere oẽs dicunt, ꝙ ſubdelegatus non poteſt ſentẽtiam mãdare executio per legem. ff. de re iud. à diuo. & ſi excõicare poſſit, ut extra de offi. deleg. ex litteris. q͛a iubere cauere, & in poſſeſſionẽ mittere, magis eſt imperij q̃ iuriſdictionis, ut ff. de iuriſd. om. iud. iubere. B. ſed ꝙ poteſt mittere in poſ. cauſa rei ſeruandæ habetur extra de eo qui mit. in poſ. cauſa rei ſer. c. 3.

b ¶Probatum.] Ergo qui dicit aliquem contumacẽ, hoc probabit 2, ſicut qui dolũ obijcit. argu. ſ. q.1. &c. nemo. extra de reſtitut. ſpol. audita. Argum. ſ. ff. de re iud.

2 Scilicet per teſtes, vel inſtrumenta, vel citationes, quæ in ſcriptis redigẽdæ ſunt. extra de probat. quoniã. Bern.

iud. contumacia & 65. diſt. c. vlti.

c LIceat etiam in criminalib.] Immo potius in criminali q̃ in ciuili, vt ff. de app. non tantum, & ſ. ead. non ſolent. & §. eſt autem quando. uer. nullus.

SI quis.] POST DATAM. Hæc eſt quarta pars quæſt. in qua quæritur intra quod tempus ſit appellandũ. & dicas ꝙ intra decẽ dies. inf. ea. anteriorum. Probat tã magiſter in legibus Theodoſianis, ꝙ intra triduũ ſit appellandum. Sed illæ leges ſunt correctæ per prædictam. l. anteriorum. Io. de Fant.

CASVS. Dicitur in hoc §. ꝙ intra quinque dies appellari debet, & intra eoſdem litteras dimiſſorias accipere, & iter arripere ad iudicem appellationis. Et ad hoc inducit leges abrogatas.

d ¶Intra quinq; dies.] Olim ſtatuti fuerũt duo dies. infr. ea. biduũ, poſtea Theodoſius dedit quinq;, deinde Iuſtinianus decem, ut infr. ead. anteriorum.

e ¶Vnde in Theodoſianis legibus.] Qui has leges allegat, falſarius eſt, vt C. de vete. iur. enuc. l. 2. §. hæc igitur omnia. & C. de nouo cod. confirman. in fine.

Pro-

PRopter.] CASVS. Si quis duxerit appellandum, intra quinque dies appellet, & intra eoſdem litteras accipiat dimiſſorias, & ad iudicē ad quem appellauit perue-

perueniat: & ſi maius ſpatium ad iter fuerit neceſſarium dabitur ei.

a ¶Quo iter.] Vt ſemper uiginti milliara pro die computētur 1. ut ff. ſi quis cau. l. 1. & ſi quid ſupererit, hoc etiam ꝓ die computetur, ut ff. de verb. ſig. l. 3.

collegiſſe. & in legum collectione, atque interpretatione epiſcoporum præcipue opera uſum fuiſſe.

¶Poſt latam ſententiam intra quod tempus quiſque appellare debeat. C. XXII.

In ſentētijs Iulij Pauli cū interpret. Aniani lib. 5. titul. 33. c. 1. Iuo p. 5. c. 281. Pann. l. 4. c. 127.

PRopter ſuperflam appellatorum licentiam, ne in retractandis, uel reuocandis ſententijs liberum habere arbitrium uideantur, & tempora appellationis, & pœnæ conſtitutæ ſunt; ut quicumque apud iudicem, qui cauſam eius audiuit, appellare, & ad alium iudicem appellare † uoluerit, intra quinque dies appellet, & his ipſis quinque diebus ad iudicem, ad quem prouocauerit, ſine aliqua diſſimulatione perueniat: & ipſe dies, quo accepit litteras, in his quinque diebus ſpecialiter computetur. Quòd ſi longius iter ſit, exceptis his quinq; diebus, ſpatium dierum, quo iter [a] agi poſſit, computetur.

† *al. prouocare.*

C. XXIII.

ff. ſi quis cau. l. 1.

HAbita dinumeratione xx. millium diurnorum per ſingulos dies, computetur.

¶Caput hoc abeſt à vetuſtioribus Gratiani codicibus, & ab originali & Iuone, & Pannormia. In vno autem Gratiani valde emendato eſt in marigne ſuperioris capitis tanquam gloſſa quadam.

Item ibidem tit. 34.

¶A quo appellatur, ad quem appellatum fuerit, dimiſſoriæ litteræ dirigantur. C. XXIIII.

Iuo p. 5. c. 282. Pan. l. 4. c. 128.

ABeo, à quo appellatum eſt, ad eum, qui de appellatione cogniturus eſt, dimiſſoriæ litteræ dirigantur, quæ vulgo apoſtoli appellantur, quarum † poſtulatio, & acceptio intra quinque [b] dies ex officio finienda † eſt. [¶Iſta iam ſuperius ſub titulo de cautionibus, & pœnis appellationum interpretata ſunt.] ¶Qui intra ſtatuta [c] tempora dimiſſorias non poſtulauerit, uel acceperit, uel reddiderit; præſcriptione ab agendo ſubmouetur, & pœnam appellationis ferre cogitur.

† *al. quorum* † *al. facienda*

Sunt uerba interpretis.

Item ibidem tit. 35. c. 2.

¶De his, qui cauſa dilationis appellant. C. XXV.

Ex interpretatione. Iuo p. 1. c. 283. Pann. l. 4. c. 129.

QVicumque [d] non confidentia iuſtæ cauſæ, ſed cauſa afferendæ moræ, ne contra eum ſententia proferatur, appellauerit, vel ſi de facto ſuo confeſſus, ne addicatur †, appellare voluerit; huiuſmodi appellationes non recipiuntur.

† antea legebatur, *abijciatur*, uel, *obijciatur*.

Item ibidem tit. 36. c. 1.

¶Cum poſſeſſor appellat, dum euentus cauſæ dubius eſt, poſſeſſionis fructus ſequerentur.

C. XXVI.

Ex interpretatione. Iuo p. 5. c. 284. Pann. l. 4. c. 130.

QVoties poſt auditam cauſam iudici poſſeſſor appellat; fructus poſſeſſionis, de qua agitur, dum ſecun-

ABeo.] CASVS. Dicitur hic, ꝙ litteræ dimiſſoriæ porrigi debent iudici ad quē appellatur, intra quinque dies, & intra eoſdem peti & accipi: & ſi hoc appellans non fecerit, cadit à cauſa: & uerba iſta, ſcilicet [Iſta iam.] vſque ibi, [Qui intra.] Etc. non ſunt de lege, ſed Gratiani, uel alterius. [Superius,] Id eſt, in codice Theodoſiano. & hoc ſimiliter eſt abrogatum.

b ¶Intra quinq; [Hodie xxx. ut infra ead. q. in fi. §. pen.

c ¶Statuta. Sic & hoc hodie nō tenet, ut C. eo. quoniam.

QVicumque.] CASVS. Nō audit fruſtratorie appellans 2. uel qui in iure confeſſus fuit contra ſe.

d ¶Quicunque.] Qđ obtinet in ciuili, ut confeſſus non audiatur appellans: in criminali aliud, ut inf. ea. sūt quorum 3. niſi alia ꝓbatio iudicem inſtruat. ff. de quæſtio. l. prima. §. diuus ſecundo doan.

QVoties poſt auditam cauſā.] CASVS. Dicitur hic, quòd ſi poſſeſſor rei immobilis cōfeſſus fuit, & cōdēnatus fuit ad reſtitutionem rei ſi appellauerit, cauſa pendente fructus sūt ſequeſtrādi; quod in petitione fieri non poſſet, cum nihil poſſideat. Sed ſi propter prædia urbana, id eſt, domus uel mancipia, nel iumenta fuerit appellatum, penſiones, mercedes, & uecturæ debent ſequeſtrari: quod intelligi debet. & ſi propter nauem nauium fuerit acquiſitum, q̄ datur nautis propter aliqua in naue ferenda.

1 De hoc not. ext. de ele. cum inter uniuerſas. & de reſcri. nōnulli. in glo. nū quid, &c.

2 Sub. niſi vellet probare errorē. nā tunc auditur ex. de conſti. c. ult. & no. ext. de verſig. ex parte. Arch.

3 Concor. l. 2. cum gl. & ibi Bart. C. quo. ap. non recipi. & l. creditor. §. iuſſus. ff. de app.

a ¶Sequeſtrātur.] Hoc nō tenet hodie, ut inf. 16. q. 4. volumus. infra ead. appellatione pēdēte. & extra de ſequeſt. ad hoc. Vel tenet in caſu, qui eſt ff. de ap. Imperatores. ſcilicet quando poſſeſſor dilapidat fructus, ut ibi dr. hoc expreſſe patet de ſequeſt. c. pen. & fi. Vel dic, ꝙ ſi appellat ab executore, ꝙ tunc ſequeſtrantur fructus, ſed non res ipſa, vt C. quorum app. non recip. ab executore.

ſed cōtra dies in quo fit diuortium, computatur inter ſexaginta dies, qui dantur accuſatori à tēpore diuortij, ut ff. de adulte. pater. §. 1. Itē licet dicat intra decē dies, tamen decimus dies comprehenditur intra illud tempus, ut ff. de ſucceſſ. edi. l. 1. §. q̄d dicimus. & ff. de verb.

Appellatio ab executore facit fructus ſequeſtrati.

dæ audientiæ euentus dubius eſt, merito ſequeſtrantur [a]. Nam ſi petior appellauerit, hoc ab eo poſtulari nō poteſt: quia non poteſt ſequeſtrari quod non habet. Si propter prædia urbana, uel mancipia appelletur, penſiones eorū, vel mercedes, vecturæ etiam, ſi de naui agatur, deponi ſolent. — Ex Paulo ibid.

Item ibidem, tit. 37. c. 1.

¶Iniuſte appellans omnino puniendus
C. XXVII.

OMnino puniendus a eſt, ut quoties iniuſta appellatio pronunciatur, ſumptus [b], quos dum ſequeretur aduerſarius, impendit, reddere cogatur non ſimplos, ſed quadruplos [c]. — Iuo p. 5. c. 285. Pann. l. 4. c. 131. Ex Paulo.

a ¶Omnino puniendus.] *In ſententijs Pauli legitur*, omnimodo probandum eſt &c. *Sed quia eſt initium capituli, & de huiuſmodi punitione multa ſunt à doctoribus adnotata, non eſt mutatum. Tantummodo ductus orationis eſt emendatus, addita particula*, ut.

Præmiſſis auctoritatibus intra quinque dies poſt datam ſententiam cuiq; appellare permittitur. Quod poſtea Iuſtinianus in conſtitutionibus ſuis corrigens, intra decem dies appellationis remedium cuique dandum decreuit, dicens.

Imperat. Iuſtinianus Auguſtus. — Nouella 23. apud Iulianum anteceſſorem.

¶Intra decem dies remedium appellationis conceditur. C. XXVIII.

ANteriorum [d] legum acerbitati plurima remedia imponentes, & maxime hęc circa appellationes facientes, & in pręſēti ad huiuſmodi beneficium peruenire duximus eſſe neceſſarium. Antiquitate etenim cautum erat, vt ſi quis per ſe litem exercuerit, & fuerit condemnatus, intra duos dies tantummodo licentiam appellationis haberet: ſin autem per procuratorē cauſa uentilata ſit, & in triduū proximum eam extendi. Ex rerum autē experiētia inuenimus hoc ſatis eſſe dānoſum: Plures enim homines ignaros legū ſubtilitatis, & putātes in triduū eſſe prouocationes porrigendas, in promptum periculum incidiſſe, & biduo tranſacto cauſas perdidiſſe. Vnde neceſſariū duximus huiuſmodi rei competenter mederi: Et ſancimus omnes appellationes, ſiue per ſe, ſiue ꝑ procuratores, ſeu per defenſores, uel curatores, & tutores vētilenter, poſſe intra decem dierum [e] ſpatium à recitatione [f] ſententiæ

OMnino.] CASVS. Si aliquem iniuſte appellaſſe pronunciatum fuerit, aduerſario condemnabitur in expenſis, non tantum in ſimplum, ſed in quadruplum.

Appellantis iniuſte punitio.

b ¶Sumptus.] Secundum canones punitur in expenſis, ut hic, & extra eo. reprehenſibilis. ſecundum leges punitur in ciuili cauſa. in 50. libris argenti. C. quorum appellatio. non recip. ab executore. in crimina li infamis eſt, & litem perdit, ut C. de app. à proconſulibus. niſi primus iudex admiſiſſet appellationem, quia tunc arbitrio iudicis punietur. C. de ap. eos. §. nec temere.

c ¶Quadruplos.] Hodie ſimplos, ut C. de fruc. & li. expen. non ignorat. & l. terminato. Vel forte duplos. vt 3. q. 4. libellum. Dic vt extra de dolo, finē.

PRÆMISSIS. CASVS. Repetit ſupradicta Gratian. ut corrigat, & ad hoc inducit ſequens authenticum, anteriorum legum.

ANteriorum.] CASVS. In lege veteri cauebatur, ut qui propriam cauſam per ſe agit, intra biduum appellet: qui uero per procuratorem, intra tertiam diem. Sed quidam legum ignari ꝓpter hoc decipiebantur, putantes ſibi licere ſemper poſſe intra triduum appellare, & ſic à cauſa cadebant. quare hoc corrigit Imperator, & ſtatuit, ꝙ cuilibet liceat appellare à ſententia intra decem dies in quacumque cauſa, & quocumque iudice, excepto præfecto prætorio.

d ¶Anteriorum.] In authen. de appell. & intra quæ tēpora debeat appella. coll. 4. in princip.

e ¶Dierum] Sed nūquid ille dies in quo appellatur, computabitur inter illos decem dies? Nō uidetur: qa dies illa, in qua promiſſio aliqua fit, non computatur cum illo tempore, niſi excipiatur, ut ff. ſi quis cau. l. 1. verb. ſig. ſi quis ſic dixerit. immo idem uideretur. ſi diceret ante decem dies, ꝙ adhuc in decimo die poſſet appellare, ut ff. de uer. ob. l. eum qui. §. qui ita. & facit ad hoc ſup. ead. propter. Reſpon. ꝙ ſi tantum ſupereſt de die, ꝙ poteſt deliberare condemnatus, tūc illa dies computatur pro vno die. Io. Ego credo, ꝙ ſemꝑ computetur, & ita ſeruatur de facto.

f ¶A recitatione.] Nunquid hoc tēpus utile eſt ſicut fuit tempus bidui? quod uidetur, aliter enim videretur eſſe diminutū beneficium antiqui iuris, maxime cum.

Appellationis dies cōputatur in decendio, q̄d datur ad appellādum.

Appellationis tempus an ſit vtile an continuum.

cum lex noua nihil exprimat. de hoc ergo ueteri iuri ſtandum eſt. C. de appella. præcipimus. in fin. & quòd non mutatur, quare ſtare prohibetur, ut C. de teſtam. ſancimus. quare ergo dicit hic, a recitatione ſententię cum ſecundum legem antiquam à tempore ſententiæ compu-

imputandum. 43. diſtinct. Epheſijs. C. de condi. inſer. l. ultim.

c ¶Sed ſi quid tale.] Vnde ſic non poteſt terminus præfigi, ut dic tali ſit appellans reuerſurus, ut extra de app. ex inſinuatione.

enumerandum, iudicibus ab his, quorum intereſt, offerri, ſiue magni, ſiue minores ſunt, excepta uidelicet ſublimiſſima prætoriana præfectura, vt liceat homini intra id ſpatium pleniſſime deliberare, ſiue appellandum ei ſit, ſiue quieſcendum; ne timore inſtante, opus appellatorium frequentetur, ſed ſit omnibus inſpectionis copia; quę & indiſcuſſos hominū calores poteſt refrænare. ¶Ad hæc ſancimus, ſi quando lis [a] ſperatur inferri in noſtrum conſiſtorium, ſi forte contigerit Imperatoriam maieſtatem occupatā publicis cauſis ex mūdanis prouiſionibus, nō poſſe conuocare patres, quatenus cauſa agitetur, non ex hoc litem periclitari. Quod enim vitium eſt [b] litigantiū, ſi culmen Imperatorium occupetur? vel quis tantæ eſt auctoritatis, ut nolenté principem poſſit ad conuocandos patres, cæteroſque proceres coarctare? Sed ſi quid tale [c] euenerit, cauſa intacta permaneat; donec Imperator [d] ſua ſponte motus, & conuocari proceres iuſſerit, & litem inferri patiatur, & omnia ſecundum morem procedere. ¶Illud etiam in tertio capitulo diſponendum eſt, quod antiquitas bene ſtatuit, nouitas autem neglexit. Cum enim ueneranda vetuſtatis auctoritas † ita magiſtratus digeſſerit, ut alij maiores, alij medij, alij minores ſint, & appellationibus à minoribus iudicibus non ſolum ad maximos iudices remitterentur, ſed ad ſpectabilium iudicū tribunal, quatenus & ipſi ſacro auditorio adhibito litem exercerent, nouitas autem hoc dereliquerit; euenit, ut ſuper minimis cauſis [e] maximi noſtri iudices inquietentur, & homines propter minimas cauſas magnis fatigētur diſpendijs, ut forſitan totius litis ęſtimatio ad ſumptus [f] iudiciales non ſufficeret. Ideoque ſancimus, ſi quando ex Ageyptiaco tractu, uel adiuncta ei vtraq; Lybia prouocatio ſperatur vſq; ad decem librarum [g] auri [h] quantitatem; non in hanc regiam vrbé eam uenire, ſed ad præfe-

† Concor. l. ſp. ff. de iur. immu. et l teſtamē ta. C. de teſta.

d ¶Imperator.] Idem eſt ſi alius iudex impediatur ad quem appellatur: in Auth. ut ſpon. larg. §. hoc quoque. coll. 9. hoc verum eſt in cauſa appellationis: in principali enim cauſa ſecus eſt: quia ibi perit lis triennio. C. de iud. properandum. Item quod dixi eſt uerum, ſi ipſe appellans impediatur [2] per cauſam neceſſariam: puta per uim fluminis, uel ſimile. extra de app. ex ratione. ſi autem alter impediret eum, hoc ei noceret: Sed poſſet agere contra impedientem. ff. de dolo. l. arbitrio. §. ſi dolo. Sed ſi ille non eſſet ſoluendo, tunc ei lis reſtituitur. ff. de eo per quem factum erit, ex hoc edicto. argum. 3. extra de in integ. reſtitut. ex litteris. ibi enim non datur actio contra decipientem. ſed reſtituitur contra ſententiam. ſed hoc fuit quia impediens non poterat ſoluere quod petebatur Ioan. Hodie ſecundum canones non perit inſtantia iudicij, ſi propter impedimentum cauſa intra triennium terminari non potuit, ut extr. de iud. venerabilis. B.

Appellanti impedito quō ſuccurritur.

2 Scilicet p principem, uel per iudicē, & ſic intelligitur iſta decr. ex ratione. & probatur eo. titu. ex inſinuatione ſm Ioā. de Fant.

computentur [1] hi decem dies, ut inf. ead. biduum? Dic ergo, quòd quantum ad ſui initium vtile eſt: ſed continuum quantum ad ſui progreſſum: quia tempus hoc computabitur à tempore ſcientiæ, ut C. quomodo & quando iudex, ab eo. & ff. de ædili. edic. cum lex. & inf. ead. c. biduum. Cum enim illi decem dies dentur ad deliberandum, an uelint ſtare ſententiæ, uel non: qualiter poſſet ignorans deliberare? Currit ergo hoc tēpus à tempore ſcientiæ. & etiam à tempore quo poteſt agere. inf. ead. biduum. §. pal.m. uerſi. ſi aduerſus. extra de appella. ex ratione. H. tamen dicit hoc tempus eſſe continuum: ſed poſtea dicit reſtituendum eum qui agere non potuit.

1 Sic etiam no. extra d app. ſuper eo. §. ult. & de except. pia. in gl. ſic dicas. Arc.

AD HOC SANCIMVS. CASVS. Aliquis ad principem appellauit: ſed propter occupationes principis nō potuit cauſam proſequi intra tempus conceſſum appellantibus à lege. dicitur hic, quod non cadit à cauſa propter hoc: ſed cauſa tractabitur cum placuerit Imperatori. Nullus enim poteſt compellere principem, ut de cā cognoſcat. uel ut patres conuocet aut proceres.

a ¶Lis.] Extra eo. ex ratione.

b ¶Vitium eſt.] Ar. quod per me non ſtat, mihi non eſt

ILLVD ETIAM.

CASVS Iudicum quidam maximi ſunt: & dicuntur illuſtres: quidam minores, & appellantur clariſſimi: quidam medij, & ſpectabiles nuncupantur. Appellabant homines aliter quàm antiquitus ſeruabatur. Nam pro minimis cauſis ad maximos iudices appellabant, ita ut totius litis æſtimatio vix ad ſumptus iudiciales ſufficeret, ideo ſtatuitur hic, vt in Aegypto & in utraq; Lybia vſque ad decem libras auri non appelletur ad urbem regiam, ſed ad præfectum Auguſtalē, qui cognoſcat de cauſa, appellatione remota. In Aſia uero & Pōto vſque ad prædictam quantitatem appelletur ad ſpectabiles, qui de cauſa cognoſcant ſine appellationis remedio. In oriente uero uſque ad prædictam quantitatem appelletur ad comitem orienus, uirum ſcilicet ſpectabilem.

e ¶Cauſis.] Quod fieri non debet, vt in Authen. ut omnes obed. iud. §. hoc conſiderantes. coll. 5.

f ¶Ad ſumptus.] Id eſt, ad uictualia, quæ dantur iudicibus, ut extra de ui. & honeſt. cle. cum ab omni.

g ¶Ad decē librarū.] No. x. lib. auri minimū q d dici.

h ¶Auri.] Hic vocat minimam ſummam uſque ad x. lib. auri alibi vſq; ad xx. marcas: alibi uſque ad duos

aureos.ff.de dolo.ſi oleum. alibi quinquaginta ſolid. C.de defen.ciu. l.1.

Appellãs ſecũdo, multis caſibus non auditur.

a ¶Poſt diffinitiuam ſentẽtiam.] No. caſus in quibus ſecundo non auditur appellans. C.de epiſ. aud. Auth. ſi qs litigãtiũ. C.de aſſer.tol.l.1. C.de appel.iubemus. & l. in offerẽdis. in Auth.de ſanc. epiſc § ſi quis uero. coll.9.1.

1 Dicit L. ꝙ iſta lex corrigitur per aut. de defen. ciu. de hoc ẽt not. ex.de appellationibus. Arch.

b ¶Sacri cognitoris.] id eſt principis.

ILLO VIDELICET. CASVS. Statuitur hic, ut à minori iudice ad maiorem appelletur. unde à ſpectabilibus ad ſpectabiles nõ eſt appellandũ in quacũq; quãtitate: ſed ad illuſtriſſimã prefecturã, qui ſimul cum quæſtore cognoſcant: ita tñ ꝙ à ducibus, uel à ſpectabilibus, q priuati sũt, id eſt, ſine adminiſtratione, ad ſpectabiles nõ appellentur: licet habeant adminiſtrationẽ, & uideantur maiores nõ habẽtibus, ſed vbi delegatur cã præſidialis alij minori iudici non ſpectabili, ad ſpectabilẽ appelletur. Vbi vero cauſa à principe delegatur illuſtri uel ſpectabili, qui habet ducatũ, uel ſpectabili, qui eſt ſub ducatu; & ſi nõ eſt dux: in regiã vrbẽ ad competentẽ iudicẽ appelletur. Sic mihi Bart. videtur caſus ponendus ſine præiudicio hominis prudẽtioris: & prudẽs lector, ſi ei videbitur, caſũ in melius reformabit.

c ¶Quæ unà cũ.] Scilicet præfectura, illuſtriſſima.

d ¶Vtroque.] Scilicet prætoris & quæſtoris. quęſtor enim qui pręfuit ſcrinijs Imperatoris, audiuit cauſas appellationis.

e ¶Subminiſtrante.] id eſt, cognoſcente.

Appellãre non licet à maiori ad minorem.

f ¶Ita tamen.] Senſus eſt, non eſt appellandum à iudicibus qui ſunt illuſtres, ad ſpectabiles, qui ſunt minores; nec à ſpectabilibus ad alios ſpectabiles, cũ ſint pares, ſed à præſidibus, qui ſunt minores, appellandum eſt ad ſpectabiles.

Iudicij principium nõ ſemp conſideratur.

24.q.3.teſtes.extra.l.6.de teſt.c. Romana.q̃ eſt Inn.iiij. Iudicis inſtrumẽto & dicto creditur.

a ¶Vel cognitor.] Prohibetur ergo ne iudex,uel aduocatus.

Iudex aduocatus aſſeſſor & executor nō poſſunt eſſe teſtes in cauſa appellationis.

catus, vel aſſeſſor fiat teſtis in cauſa illa: iudex em̃ offenſus & ſuſpectus eſt appellanti, ut extra ead. propoſuit. Item quia iudex ſemper vellet tueri ſuam ſententiam: & ita non eſſet ex vtra que parte, quod eſt officiũ teſtis, vt 14. q. 5. non ſane. inſtruere tamen poteſt eum, qui cognoſcit

cauſa dicitur appellationis cũ principali. ſic ſ. e. ſi epiſcopus. & 16. diſt. habeo. Arg. contra 6. q. 4. Oſius. Sol. eadem eſt cauſa, id eſt negotium: ſed non eſt idẽ iudiciũ: quia alij ſunt iudices. Io & pronunciãt appellationẽ iuſtam vel iniuſtam, vt ſ. ea. §. vlt. ſed in priori cauſa pronunciat de ipſo principali: & hoc notauit in quæſtionibus meis. B. 2.

Appellationis cauſa eſt eadẽ cũ principali.

† *al. eccleſiaſtici cuiuslibet ordinis.*

ſtimonium [a] dicendum eccleſiaſtici † cuiuslibet perſona pulſetur [b].

Ab eis quoque, ad quos prouocatum fuerit (ſicut in Africano concilio, cap. 63. legitur) vlterius prouocare non licet.

¶ Non liceat prouocari ab his, ad quos prouocatum fuerit. C. XXXIX.

SI autem [c] prouocatum fuerit, eligat qui prouocauerit, iudices, & cum eo & ille, contra quem prouocauerit, ab ipſis [d] deinceps nulli liceat prouocare.

Poſt ſecundã prouocationẽ intelligẽdum eſt: tertio enim in una eademq; [e] cauſa ſuper eiſdẽ capitulis prouocare non licet. Vnde in vij. libro Codicis, titulo, ne liceat in vna eademq; cauſa tertio prouocare, lege vnica Imperator Iuſtinianus ſcribit. ¶ [Si quis in quacunq; lite iterum prouocaueris, non liceat ei tertio in eadem [f] lite ſuper eiſdẽ [g] capitulis prouocatione uti, uel ſñias excellẽtiſſimorũ præfectorum prætorio retractare; licentia danda litigatoribus arbitro [h] dato, ipſius audientiã qui eũ dedit [i], ante litis cõteſtationẽ [k]

Tit. 7.

SI QVIS. CASVS. Tria dicuntur in hac lege. Primũ eſt, ꝙ in una cauſa & ſuper eodem articulo non licet tertio prouocare. Secundum eſt, ꝙ ſententia præfecti prætorio retractari nõ põt. Tertiũ eſt, ꝙ ſi in cauſa, in qua ſecundo appellatũ eſt, datus fuit iudex delegatus: licet ab eo appellari non poſſit, recuſari tamen poteſt ante lit. cõteſt. & implorari audientia delegantis.

2 Q. uenerealis eſt, & incipit, quæritur utrũ in cã appellatiõis ubi dr̃ ꝙ in cã appellationis iterum eſt iurandũ extra d̃ ap. interpoſita. Archid.

f ¶ Tertio in eadẽ.] Ergo qui bis appellauit, non auditur tertio appellans. hoc ideo, quia p̃ſumitur, quod toties iuſte cõdemnatus ſit, & nõ grauetur. unde idem poteſt dici ſecundum canones. extra de ap. ſua nobis. Sed quid eſt quod dicit hic, aliquis poteſt recuſari, non tamen appellari ab eo: cum tamen à ſuſpecto iudice poſſit appellari, vt extra vt lit. non conteſt. accedens 2. ſ. ea. quoties. Item ſm decre. vbicunque inhibetur appellatio, & recuſatio, ut extra eo. ſuper eo 2. &c. conſuluit. Sed dic ꝙ inhibetur ſimplex & vaga recuſatio ubicumque inhibetur appellatio: tamen expreſſe non poteſt inhiberi remedium recuſationis, vt C. de ſenten. & interlo. om. iudi. l. vlti. Poteſt dici quod tertio appellatur non à ſententia, ſed à ſuſpecto iudice. Sed qualiter põt hæc lex ſtare: quia ſi iſte qui appellauit, impetrauit iudices: ipſe non poteſt eos recuſare, vt dixi ſ. ea. à iudicibus. ſi aduerſarius eos impetrat, aut ante terminum appellationis, aut poſt terminũ: ſi ante terminũ, tũc litteræ nõ valent, ut extra de ap. oblatæ. &c. ſæpe. ſed ſi poſt terminũ, ſtultus eſt impetrans ſi vtitur litteris illis, cũ ſententia iã teneat, vt j. ca. ei qui. Dicas & intelligas quãdo aduerſarius impetrat litteras: & ante terminũ appellationis, non ante terminum datum ab homine: ſed ante terminum appellationis datum à lege: quod facere p̃t, vt infra ead. appellatore. Vel intellige quando idem qui appellauit, impetrauit iudicem illum: quia eum põt recuſare propter nouam cauſam ſuperuenientẽ, vt extra de offi. delega. inſinuante.

Recuſari poteſt quis, non tñ ab eo appellari.

gnoſcit de appellatione, vt 18. diſt. c. 1. licet ſit arg. ſ. ff. de iud. cum qui. Nec etiam aſſeſſor poteſt eſſe teſtis: quia ipſe libellis & ſententijs & cognitionibus p̃eſt. ff. de aſſeſ. l. 1. licet ſit argu. ꝙ poſſit. ff. quod metus cau. l. metum. §. ſed quod prætor. in fi. Itẽ aduocatus 1 executor negotij non poteſt eſſe teſtis, ut ff. de teſti. l. vlt. & 4. q. 3. teſtes quos. circa mediũ, ſicut nec aduocatus iudex põt eſſe: nedũ aduocationis ſuæ memor, &c. C de aſſeſſo. nemo. Io. Quidam dixerunt, quòd in principali negotio non admittuntur hæ perſonæ: ſed ſup̃ his, quæ acta ſunt in cauſa, ſic extra de accuſa. cum dilecti. hoc tenet Hug. Alij vero contra B.

1 Adde ꝑ hoc tex. i l. deferre. §. ijdẽ decreuerunt. & ibi Bart. & gl. ff. d̃ iure fiſ. no. Inn. & moder. i c. 2. d̃ arbi.

a ¶ Ad teſtimonium.] Regulare eſt, ꝙ in cuiuslibet negotijs cogi p̃t quilibet teſtificari. 11. q. 3. quiſquis metu. C. de teſti. ſi quando. ſed clerici nõ cogũtur ad teſtimonium: ſicut nec ad alia officia publica, vt 16. quæſt. 1. generaliter. quia clerici non de facili debent iurare. 2. q. 5. ſi quis presbyter. Sed ſi aliter ueritas non poteſt manifeſtari: tunc per epiſcopum poſſunt cogi clerici ad teſtificandum. 14. q. 2. quamquam. Item & ſi gratia, odio, amore, uel timore ſe ſubtrahunt. extra de teſti. cog. c. 1. &c. delictorum.

b ¶ Pulſetur.] Id eſt, cogatur.

AB EIS. CASVS. Modo probat Gratianus ꝙ non licet tertio ſuper eodem negotio appellare.

SI autem.] CASVS. Quæſitum fuit vtrum ei quibus appellauit ſuper eodem articulo, liceat ſup̃ illo, tertio appellare. Et reſpondet ꝙ non: ſed eligantur iudices de conſenſu partium, à quibus nõ ꝓuocetur. Et quod ita intelligi debeat c. probat Gra. §. ſequenti. qui per ſe patet. & l. ſequen.

c ¶ Si autem.] Pone caſum ſ. ea. à iudicibus.

d ¶ Vt ab ipſis.] Si hæc dictio, vt, ponitur conſecutiue, vt Gra. vult, tunc intelligas prout dixi ſ. ea. à iudicibus. ſed ſi ponitur modaliter. nihil eſt hic iuris: quia taliter bene poſſunt eligi iudices, ut non liceat prouocari. ut C. de tempo. appel. l. ultima.

Vt, dupliciter ponit.

e ¶ Eademque.] Argu. contra aduocatos: quia eadem

g ¶ Super eiſdem.] ſ. ea. omnes. in prin.

h ¶ Arbitro.] Id eſt, iudice delegato 3. Vel intellige de arbitro coram quo probanda eſt cauſa recuſationis.

3 Su. dato caſu i quo ſecundo appellatũ eſt, ſecundũ B.

i ¶ Qui eum dedit.] Per hoc patet, ꝙ cũ delegatus recuſatur, & recuſatio ſit ꝓbata, ſtatim euaneſcunt litteræ, & remittitur negotium ad delegantẽ, ſed ſi ordinarius recuſatur, tunc tenet illud quod eſt in illa conſtitutione ſpeciali. extra eo. ad hæc 1. & j. 11. q. 1. ꝑuenit. Io.

K ¶ Litis conteſtationẽ.] Quia eſt dilatoria exceptio, vt 3. q. 6. §. exceptio. ſic 3. q. 5. ꝙ ſuſpecti de hoc dicemus j. 3. q. 3. §. offeratur. Et ſic patet ꝙ in cã appellationis eſt lis conteſtanda. extra de teſta. Raynaldus. ergo & libellus eſt porrigendus: tamen aliter fit de conſuetudine. Ioan. Certe immo de conſuetudine porrigitur libellus talis,

Libellus eſt in cauſa appellationis porrigẽdus

talis: Peto ſententiam confirmari, vel infirmari latam inter me & talem. B.

a ¶Inuocare.] Et iſtum recuſare.

CVM AVTEM. CASVS. Dicit Gratianus, quòd cauſa ſtatus uel criminalis ſi appellatum fuerit, non agitur per procuratorem. Et hoc probatur ſequenti ca. cuius caſus planus eſt. H. tamen intellexit idem ante appellationem, ut dicit in ſumma.

b SI quando in cauſa capitali.] j. 5. quæſtio. 3. in criminalibus.

c ¶Status.] In cauſa ſtatus non conſtituitur procurator, niſi ille qui conſtituit, ſit in poſſeſſione libertatis, vt 54. diſtinct. frequẽs. & C. de aſſer. tol. l. 1. in prin.

d ¶Per exploratores.] Id eſt, ꝓcuratores. ſed in cauſa appellationis in his caſibus admittitur procurator etiam in cauſa criminali 1, & in cauſa ſtatus, ut ff. de appella. non tantum. & ff. de liber. cau. l. 1. ubi filius pro patre, & econuerſo, pōt appellare, etiam ipſis inuitis: quia intereſt filiorum parentes habere liberos, & econuerſo, ut ibi.

1 De hoc not. ff. de accu. l. ulti.

ADDITIO. De hoc dic ut not. in prædictis cap. cum ſit Romana.

f ¶Annus.] Si appellatur ad alium quàm ad principē. tunc videtur ſex menſes dandi. Item ſi appellatur à delegato qui non recipit appellationem, dantur tres mēſes.

Appellanti diuerſa tpa dantur ad ꝓſequēdū

innocare [a], *& huiuſmodi petitione minime prouocationis vim obtinente.] ¶Cum autem in cauſa capitali, vel ſtatus interpellatum fuerit: non per procuratores, ſed per ſeipſos appellantes cauſam ſuam agere oportet.*

Vnde Hadrianus Papa ait in capitulis à ſe collectis, c. 44.

In Cod. Theod. in lib. 5. ſententiarū Pauli, tit. 35. c. 1 in interpretatione. Capitl. 7. c. 357. Anſ. l. 3. c. 28.

¶Appellationem in cauſa capitali, vel ſtatus interpoſitam per procuratorem exequi non licet. C. XL.

SI quando in cauſa capitali [b], uel cauſa ſtatus [c] interpellatum fuerit, non per exploratores [d] †, ſed per ſeipſos eſt agendum.

† *procuratores*] uera lectio

Tempus autem exequendæ appellationis annus eſt; uel ſi iuſta cauſa interceſſerit, biennium.

Vnde in Authenticis, conſtit. 11. collatione 5. legitur.

C. de tem. & repa. appellat. Authen. ei qui. lib. 7. tit. 63.

¶De eodem. C. XLI.

EI, qui appellat, impertítur annus, intra quem, ſecundū ſe communiter cum aduerſario litem exequatur; aut, ſi iuſta cauſa interceſſerit, alius [e] annus [f] indulgeatur: quo tranſacto, lite non completa, rata manet [g] ſententia. ¶Appellatore ceſſante, cum unus menſis [h] ſupereſt ex biennio, licet uictori ingredi, ut reus quæratur: quo ſiue

d ¶Per exploratores.] Regulare eſt, ꝙ ꝑ procuratorem non agitur de crimine: ſed fallit de crimine iniuriarum, ut 3. quæſt. 9. §. niſi. Item quis ſe excuſare pōt de crimine conuētus & accuſatur ꝑ procuratorem. 5 q. 3. reos. Itē excipere. extra de accuſa. veniens. & c. ſuꝑ his. Item in leuibus criminibus. ff. de accuſ. leuia. Itē ſi crimen non excedit pœnā relegationis, vt ff. an per alium cauſæ appellationis exerceri poſſunt. l. 1. Itē ſi agat ad pecuniariam pęnam, licet infametur reus, vt in eadem lege. Item in crimine ſuſpecti, ff. de procu. non ſolum. §. ult. Item ubi quis alium vult accuſare de ingratitudine. ff. de procura. ſed & hæ. §. 1. Item in actione populari interuenit procurator ad defendendum, ſed nō ad agendum, vt ff. de popul. act. qui populari. Item ſecundum quoſdam per nuncium poteſt agi in cauſa criminali, ut extra de reſtit. ſpol. litteras. Item cum cauſa nō eſt pure criminalis; ut extra de procu. tuæ. Item per ſocium litis agitur in cauſa criminali, ut 3. quæſtio. 6. hæc quippe. & extra de do. & contu. cum dilecti. in prin. & 2. q. 5. ſtatuit.

Procurator in cauſis criminalibus interuēnit quãque.

TEMPVS. CASVS. Modo oſtendit, quòd annus uel biennium datur ad proſequendam appellationem. & hoc probatur l. ſequenti.

EI qui appellat.] CASVS. Quæſitum fuit intra quòd tempus debeat quis appellationem ſuā proſequi. Et certe reſpondetur ꝙ intra annum, & iuſta cauſa interueniente dabitur ei biennium. Sed ſi intra hoc tp̄s ſuam appellationem non fuerit proſecutus ſolus uel cum aduerſario, rata manet ſententia.

e ¶Alius.] Idē beneficium dant antiquæ decre. ut extra de appellatio. ex ratione. & c. cū ſit Romana. Similiter nouæ. extra eo. conſtitutus. hoc tñ tēpus iudex pōt arctare. extra eo. reprehenſibilis. & c. cum ſit Romana. licet ſit argum. contra ff. de re iud. l. 4. §. ſi quis. ubi dicitur ꝙ iudex beneficium legis non poteſt diminuere.

ſes. C. eod. ſi appellationem. ſed ſi à delegato principis tunc nouem menſes. C. de temp. app. l. 2. § ꝙ ſi fin. ſi à pedaneis iudicibus, tunc duo menſes. in authen. de iud. §. audiant ergo. coll. 6.

g ¶Manet.] Quia fingitur non ꝓuocaſſe, vt C. de tēp. app. l. vlt. circa fin. fuit tamen extincta ſententia per appellationem, vt ff. ad Turpil. l. 1. in fin. ſed ante ſententiam appellans ſi non proſequatur appellationem, ſtabit iudicio eius à quo appellauit. extra eo. ꝑſonas nec poſt auditur appellans, ut extra eo. reprehenſibilis. & c. conſuluit. & c. perſonas. Io. niſi iterum grauetur, ut extra eo. ut debitus. & c. directe. B.

APPELLATORE. CASVS. Dicitur in hac lege, ꝙ ſi appellator nō ꝓſequatur intra bienniū, victor in vltimo menſe debet adire iudicem: & requiſito reo, ſiue inueniatur ſiue non, procedatur in cauſa, abſentē omnino in expenſis condemnādo. Si uero neuter adiuerit iudicem intra biennium, rata manet ſententia.

h ¶Vnus menſis.] Hic habes ꝙ victor poteſt præuenire legalem terminum appellationis per menſem, vt C. de temp. appel. l. vlt. §. in his aūt caſibus. ſed victa pars poteſt quattuor diebus præuenire, ut ea. l. §. præced. Et no. ꝙ triplex eſt terminus appellationis. quãque ſtatuitꝰ terminū ad iter arripiēdū, ut extra de ſen. & re iud. cū ex cauſa. extra de ap. peruenit. quãq; ſtatuitur terminus ad ꝑſentandū ſe 2 iudici appellationis, ut extra eo. cū ſit. & c. ſignificauit. tertius terminus eſt, q̄ ſtatuitur a lege, ſcilicet annus vel biennium: & intra illū debet eē finita cauſa appellationis, ut hic, & C. de tem. app. l. nemo. & l. ult. circa mediū: & in auth. de ap. circa mediū. coll. 8. Hoc aūt ſcias, ꝙ terminum ſtatutū ab homine non p̄t altera pars ꝑuenire, ut extra eo. ſæpe. ſed terminū legalem p̄t ꝑuenire, cum modicum ſupeſt de tpe, ut hic dicitur, & extra eo. oblatæ. Secundum legem antiquā poterat & debebat elapſa medietate termini legalis victor ſe exhibere iudici appellationis, ut C. de temp.

Appellationis terminus eſt triplex.

2 Obtinuit in curia qđ is cui talis terminus ē præfixus à iudice ſi coram iudice ad quē appellauit cōſtitutus nō vult agere, non cogit. Archid.

tem.app.nemo.ſed tamẽ(vt patet ex illa decre.oblatæ) quandoque ante terminum poteſt altera pars ꝓſequi cauſam appellationis, dum tamen altera pars non præueniat diligentiam alterius.arg.16.q.3,placuit 2.& extra de ap.ut debitus.

a ¶In-

inuento [a], ſiue non, ſuas afferat allegationes, & uel confirmetur,uel reſcindatur ſententia,omni caſu [b] abſente ex penſis † condemnatio ſecundum tempora fatalium dierum. Neutro uero concurrente poſt ſecundum fatalem permaneat ſententia rata. *Conſtitutione ſecunda in collatione quarta.* ¶Sed lis,quæ ſperatur in conſiſtorium principis inferri, abſque damno moræ manet intacta, donec ipſe faciat eam introduci,& à proceribus ſecundum morem dirimi.

† *al in expenſis*

§.ea.anteriorũ. D.eo.tit.Auth. ſed & lis,l.2.

Si vero is, qui appellauit, pœnitentia ductus [c] *ab appellatione deſiſtere voluerit, non prohibetur: ſicut in 7.lib. Codicis, titu. de appellationibus leg. 28. Impp. Arcadius, & Honorius ſtatuiſſe leguntur.* ¶*Si γ quis libellos appellatorios ingeſſerit: ſciat ſe habere licentiam arbitrium commutandi* [d], *& ſuos libellos recuperandi: ne iuſta pœnitudinis humanitas amputetur.*¶ *Eſt autem, quando appellationem interponi non eſt neceſſe. In eodem namque libro, & eodem titulo le.27. iydem Impp. decreuerunt.* ¶ *Nominationes uero libellis, vel edictis facta citra concilium † publicum* [e] *non valent, de quibus nec appellare* [f] *neceſſe eſt; ſi ſolennitas deeſt.*

† *al. conſilium*

*Lib.3.Cod.de ſent. & interlo. ex le.3.

Leg.prolata.C. de ſent.le. 1.C. qñ prouocare nõ eſt neceſſe.

*Le.prolata.C. de ſen.

*Le.1.C.qñ ꝓuocare non eſt neceſſe.

8 *Diffinitiua* [g] * *quoque ſententia, quæ condemnationem, vel abſolutionem non continet, pro nulla habetur.* ¶*Item* * *ſententia citra ſolitum ordinem* [h] *iudiciorum à præſide prolata, auctoritatem rei iudicatæ non obtinet.* ¶*Item* * *ſi ſententia lata fuerit contra res prius iudicatas* [i], *à quibus*

Citandę ſunt partes in appellationis cã.

1 Ad idem extra de appel. p tuas. & not. eod. titu. ſępe.in gl iſtud no. &c.

a ¶Inuento.]Hic patet ꝙ etiam in cauſa ap.partes ſũt citandæ 1.ſi tñ altera pars non venerit, iudex ea abſente põt procedere, vt hic dicitur: quia priuilegium eius eſt qui de ap.cognoſcit, ꝙ poſſit una parte abſente litẽ audire,ut C.de temp.app.l vlt.§.pe.Si tñ abſens probat iuſtam cauſam abſentiæ, bene retractatur quod factũ eſt,vt extra de ſen.& re iud.cum Bertholdus.

b ¶Omni caſu.]Id eſt,ſiue vincat,ſiue vincatur,ut extra de ap.reprehenſibilis.& c.ſæpe. & C.de iud.properandum.§.ſi autem.& 3 q.3.libellum.

SED LIS. Caſus iſtius legis habetur ſ̄.ead. c.anteriorum.§.ad hoc.

SI VERO.CASVS. Modo oſtendit Grat ꝙ quilibet poteſt ſuæ appellationi renunciare, etiam ſi libellos appellatorios receperit,& hoc probat lex ſequens,quæ ſatis plana eſt:& per te caſum formabis.

c ¶Pęnitentia ductus.] ff.de dona.qui ſaxum ff.de repu.ſi pœnituit ff.locati.l.ſi in lege.§.penul. ff.de in ius uoc.quamuis.ff.de mino.ꝙ ſi minor.§.Scæuola.

c ¶Pęnitentia ductus.] Intellige ſi pęnitet cum adhuc nihil intereſt aduerſarij.ff.de cõd.ob cau.ſi pecuniam. poteſt tamen iterum appellare 2.extra de ap.directe.

3 Si in alio nouo articulo grauetur.& ita loquitur iſta dec. ſecundũ Vin.Tã. & Go. quãuis Lau. ibi not.ꝙ non erat decr.

d ¶Commutandi.]Sic extra de app.c.directe.quod tamẽ verum eſt re adhuc integra:quia ſi aduerſarius iam receſſiſſet,non poſſet iſte mutare cõſilium in iniuriam alterius.ff.de reg.iur.nemo.

EST AVTEM. CASVS. Supradictum eſt.quòd licite quis appellat. Nunc oſtendit in quibus caſibus non exigitur appellatio.

NOMINATIONES. CASVS. Aliquis nominatur ad aliquam dignitatem præter publicum concilium. dicitur hic quòd talis nominatio non ualet, nec ab ea neceſſe eſt appellare.

e ¶Publicum.]Et cleri & populi,vt 24.diſt.epiſcopus, etiam abſentibus ad xij.dietas vocatis,vt extra de elec.cum inter. ſi ſine periculo poſſunt uocari, ut extra de elect. quod ſicut Hodie qui non põt intereſſe,hoc iurabit 3, & ſic poteſt committere vices ſuas alicui de eccleſia ſua, ut extra de elec.quia propter. De hac materia notatur 7.q.1.factus eſt,& uocabuntur qui ſunt in ꝓuincia, ut extra eo. corã.Hodie ſtatur cõſuetudini. extra de elec.in Geneſi.Itẽ patet hic ꝙ licet omnes canonici elegerint aliquem ſeorſum non conuocato cõcilio, ꝙ electio non ualet. 63. diſt.c.1.

3 Intellige ſi à capitulo iuramen tũ requiratur:aliàs nõ eſt neceſſe, prout ibi omnes no.

f ¶Appellare.] Appellatio tamẽ tuetur electionem minus bene factã, vt extra de elec. conſiderauimus.

DIFFINITIVA. Hæc eſt 8.pars, in qua ponit xx. caſus diuerſos.Ioan.de Fan.

CASVS. Dicitur hic, ꝙ ſententia, quæ abſolutionem uel condemnationem nõ cõtinet, nulla eſt ipſo iure. Idem dicitur de ſnĩa lata contra ſolitum ordinem iudiciorum. Idem dicitur de ſnĩa lata contra ſententiam, à qua non fuit appellatum:nec in his caſibus appellatio neceſſaria eſt.

g ¶Diffinitiua.] Diffinitiua ſententia eſt, quæ finem imponit negotio.ff.de arbi.qualem.& 1.quæſt 3.ſummopere. alia omnis eſt interlocutoria. ſufficit tamen proferre verba, quæ habent vim condemnationis, uel abſolutionis,vt extra de ver.ſi.in his.& ff.de arb.qđ tñ.§.ſi arbiter.Item ſi continet condemnationem,ſed tamen incertam,non valet, ut ſi iudex præcipiat ſolui debitum, vt C. de ſenten.quæ ſine certa quantitate profertur.per totum.quandoque etiam tenet ſententia,licet non contineat condemnationem uel abſolutionẽ, ut in ſententia ſub conditione lata,vt ſ̄.ea.biduum.

Snĩa eſt duplex.

h ¶Citra ſolitum ordinem.]Scilicet generalem.nam ſi primum ſententiatum fuerat de proprietate quàm de poſſeſſione:licet hoc fieri non debuerit, tamen niſi appelletur,ſententia tenet.C.de app.l.1.T.

i ¶Iudicatas.] Niſi in cauſa matrimoniali.35.quæſt.9.§.quia ergo.Et in crimine falſi.C.de fal.l.quereia.Et ubi negatur iudicatum.ff. quæ ſententiæ ſine ap. re.l.1.in princ.Et cum dolo omiſit exceptionem,quæ competebat ex prima ſententia, ut extra de ſent.& re.iudi. inter. quæ huic legi uidetur contraria. ſed dec. intelligo 4 cum aliquis ex certa ſcientia & ex dolo omiſit exceptionem,uolens decipere aduerſarium.argum.ff.ad Vell.ſi decipienti.hæc autem lex loquitur cum ex ignorantia omiſit exceptionem rei iudicatæ: vel etiam ſi ex certa ſcientia omiſit,ſed ideo omiſit,quia non poterat eam tunc temporis probare:hoc enim non præiudicat, ut infra ead.quæſt.7.plerumque. Item fallit.ff.de iureiur.admonendi.vbi retractatur prior ſententia,ꝓpter

Snĩa ꝯ res prius iudicatas qñq; valet.

4 Et bene ſecundum Vin. & Ho. ꝓut ibi no. nã deceptis nõ decipiẽtibus, &c. ex̄ de rerũ permut. c. pe.Arch.

periurium.Io.Ego intelligo decr. inter. cum prima ſẽtentia nõ ualebat,ut ibi dicitur : quod poterat eſſe ex multis cauſis.B.

ITEM SI SENTENTIA. CASVS. Dicitur hic, ꝙ ſi ſnĩa lata fuerit ꝯ ius ſcriptũ, nulla eſt ipſo iure, nec ab ea neceſſe eſt appellari:ueluti ſi pronuncietur defunctum fuiſſe minorem 14.an. & rite teſtamentum feciſſe. Si autẽ fertur ſententia contra ius litigatoris, tũc eſt appellatio neceſſaria: ueluti ſi pronuncietur minorem 14. annum impleuiſſe. & rite teſtamentum feciſſe.

a ¶Contra ius.] Niſi iudex æſtimet leges illas non iuuare cauſã. vt ff.de re iud.cũ prolatis. M. Sed hoc eſt falsũ: quia error iudicis nõ debet excuſare ſnĩam, ut ff. quæ ſnĩæ ſine appellat.re.l.1. in princ. & illa lex cum prolatis, loquitur qñ contra ius litigatoris ſententiatũ fuerit. Et ſic patet ꝙ ſnĩa lata contra ius litigatoris quantũ ad litigatores tranſit in rem iudicatam,ut hic, & extra de ſen. & re iud. cum inter. in fi.

Sententia ꝯtra ius litigatoris lata valet.

c ¶Item cũ certa.] Quidam enim iudices poſſunt punire vſq; ad duos aureos:quidã plus,ut C.de mo.mul. illuſtres.& l.ſeq. & tamen propter inopiã condemnati põt iudex ſnĩam moderari a, ut ff.de offi.præſi. illicitas.§.pen.& 23.q.5.ca.1.& C.eo. eos.in fi. ſed nũquid uſque

a Not. tñ ꝙ ſi iudex minus iudicat q̃ ſit lege ſtatutũ: illud quod eſt minus põt declarare.ff. de l iu. diuus. quia pœnæ proſecutio nõ iudicis, ſed legis auctoritati reſeruatur. ſ. ea.q 3.§.notandũ. uer. & quãuis, &c. Arch.

pronocatum non eſt; ſententia auctoritatem non obtinebit, & ideo appellare non eſt neceſſe. ¶Item ſi ſententia contra ius [a] *ſcriptum feratur; ueluti dum defunctus, & minor 14. annis fuiſſe, & teſtamentum iure feciſſe dicitur, nullas uires obtinet; nec contra eam eſt neceſſariũ auxilium pronocationis. ¶Si uero contra ius litigatoris ſententia dicatur, ueluti dum minor 14. annis, annum 14. impleuiſſe, ac per hoc teſtamentum iure feciſſe pronunciatur; ad pronocationis remedium oportet confugere. ¶Item ſi plures iudices* [b] *dati ſunt, vnus tantum ex eis pronunciaſſe proponitur; non uidetur appellandi neceſſitas fuiſſe, cum ſentẽtia firmitatem iure non obtineat. ¶Item cum certa* [c] *ratione, & fine iudices mulctare poſſunt; ſi aliter contra ſtatutum legis modum mulctam irrogauerint; quod contra ius geſtum uidetur, firmitatem non tenet, & ſine appellatione poteſt reſcindi. [¶Venales* [d] *quoque ſententias, quæ in mercedem a corruptis iudicibus proferuntur, etiam citra interpoſitæ pronocationis auxilium infirmas eſſe decretum eſt. ¶Item ſi propter infirmitatem ætatis ad honorem, ad quem nominatus es, inhabilem te eſſe probaueris, prætermiſſa appellatione, iniqua nominatio remouebitur. ¶Sunt etiam, quorum appellationes non recipiuntur. Non enim poteſt recipi eius appellatio, qui per contumaciam* [e] *abſens, cum ad agendam cauſam uocatus eſſet, negotio prius ſummatim* [f]

Le.2. ſi cũ. ibi.

Ead.le.§.q̃d ſi.

Le.4. ibidem.

Le. 5.

Le.7.

l.8. ſi pater.

Le.1. C. quorũ appel. non recipia.

ITEM SI PLVRES.
CASVS. Si plures iudices dati ſunt, & unus tantum pronunciauerit, nulla eſt ſententia ipſo iure : nec exigitur appellatio ipſo iure. Item ſi iudex punit aliquẽ vltra modum ſibi à lege præfixum, pœnam maiorem quàm debeat irrogando, talis ſententia non valet:nec ab eo appellari oportet.

b ¶Iudices.] Siue iudices ſint ordinarij,ſiue delegati,ſiue arbitri,& omnes ſint præſentes : quidquid maior pars ſtatuit,illud tenet,ut 65.diſt.c.1. & 2. & ff. de re iud.duo ex tribus. ff.de arbitris. item ſi.§. ult.& l. diem. §.ſi plures. niſi in ſolo caſu, quem habes extra de reſcr.paſtoralis. Sed ſi impari numero diſſentiant, tunc ſi ſint arbitri neutra ſententiarum tenet, ut ff.de arb.diem.§. ſi plures. & tunc iudex ordinarius coget arbitros aliquam perſonam eligere, cuius auctoritati ſtetur,ut ff.de arb. item ſi.§.princialiter. In delegatis autem iudicibus tenet vtriuſque.ſententia, ſed ſuſpẽditur quouſque altera cõfirmetur à ſuperiore.ff. de re iud.duo iudices. niſi uelit dicere aliud eſſe in delegatis à principe 1,ut C.de app. in offerendis. ubi dr̃ ꝙ ſi diſſentiũt,eligant tertium. In ordinarijs uero ſi diſſentiant in pari numero, tenet ſententia pro reo lata,niſi in cauſa liberali,vt extra de prob.ex litteris.ff. de re iu. inter pares. ſimiliter tenet ſententia lata pro teſtamento.ff.de inofñc.teſta.ſi pars. Tertius caſus pro matrimonio,ut 33.q.1.ſi quis acceperit. & extra de p̄ſump. illud. Quartus in dote,extra de ſententia & re iud.c ſi. unde uerſus. Stat teſtamẽtum,libertas cõiugiũ, dos:

Si ſunt æquales qui producuntur utrique.

Et hæc quæ ſupra dixi,uera ſunt, quando omnes iudices ſunt præſentes.ſi autem quis abeſt,& non per contumaciam.ſententia aliorum nulla eſt,ut hic, & ff de arb.item ſi.§.ult.& l.ſeq. & extra de offi.deleg. quamuis.&c.cauſam.Io.& ponit hodie dec.totã hanc diſtinctionem de ſent.& re iud.c.vlt.B.

Iudices plures ſi in ſẽtentia diſcordent, quid iuris?

1 Nõ eſt in hoc uis, ut patet in eo quod le. & no. extra de re iud.c. ſi. Sed q̃d ſit in hoc uis uidetur in eo q̃d no. ſup.65. diſ. eps. in glo. fin. Arch.

vſque ad modum legitimum ualet?nõ.arg.ff. fa. erciſ. in hoc iudicio.arg.contra.C.de do. ſancimus. & extra de præben.dilectus 1.& c.niſi.& 12.q.2.ſi quos.

VENALES. CASVS. Venales ſententiæ, quæ a corruptis iudicibus proferuntur nullæ ſunt ipſo iure. Similiter ſi aliquis nominatus eſt ad honorem decurionatus, qui eſſe non poterat propter infirmitatem ætatis, puta quia minor erat 15. annis, uel forte nimis grandæuus:citra appellationem, ſi probauerit ſe inhabilẽ, excuſatur.

d ¶Venales.] Sed ſi arbiter tulit ſententiam per gratiam,tenet:ſed datur doli exceptio.C.de arb. l.3.ff.ad Treb.ſeruo.§.cum prætor.ſed ſi corruptus tulerit,nulla eſt ſententia,ut hic, & C.ſi ex fal.all.l.ult.

SENTENTIAM QVORVM. CASVS. Modo oſtenditur,qui non admittuntur ad appellandum:& numerantur hic 7.perſonæ, quæ appellare non poſſunt:ſcilicet contumax:homicida:ueneficus:maleficus:adulter:raptor:publicus fur:ſimiliter conuictus teſtibus. & cõfeſſus ſuum ſcelus non auditur appellans. Si autẽ conuictus ſit, & non confeſſus, uel confeſſus metu tormentorum, auditur appellans. Et ſunt hæc omnia.C. quorum app.non reci.l.2. hæc autem uerba. & hoc in notorijs. in occultis autẽ,ſunt uerba Gratiani : poſtea quæ ſequuntur, uerba legis.

e ¶Per contumaciam.]Sic.inf.24.q.3. de illicita. niſi ueniant iudice ſedente pro tribunali. ff. de in integ. reſt.diuus.Itẽ bene audietur appellatio contumacis,q̃ præſens eſt,ut ff de appellatio.creditor.§. miſſus.

f ¶Summatim.] Id eſt, ſemiplene inquiret iudex de negotio cum aduerſarius abeſt. non enim ſtatim abſente aduerſario mittet præſentem in poſſeſſionem: ſed faciet ipſum iurare quod credebat ſe iuſte litigare:& ſi intelligitur quod eſt extra ut lite nõ conte. quoniam frequenter. in fi.

Miſſio in poſſeſſionẽ non eſt ſtatim facienda.

NVLLVS. Verba legis. C. quorum appel. non rec. l. 2.
a ¶Veneficorum.] Idem eſt in alijs, vt extra de ſpon. ex litteris 2.
b ¶Et hoc in notorijs.] Illud de ſuo ponit Gratianus, & malè. in notorjs enim nō eſt opus teſtibus. ſupra eadem

Notorius nō cōuinci tur teſtib. nec appella re poteſt.

f ¶Calculi.] Id eſt, computationis.
g ¶Publici.] Id eſt fiſci.
h ¶Priuati.] Id eſt, de proprio patrimonio Imperatoris: quod reſpectu fiſcalium priuatum dicitur.
i ¶Et.] Pro, id eſt.

Le. obſeruare. eod.

perſcrutato, condemnandus eſt. ¶ Nullus etiam homicidarum, veneficorum [a], maleficorum, adulterorum, itemque eorum, qui manifeſtam violentiam commiſerunt, argumentis conuictus, teſtibus ſuperatus, voce etiam propria vitium, ſcelusque confeſſus † audiatur appellans.] & hoc in notorijs [b]. [c] In occultis autem. [Si teſtibus productis, inſtrumentis prolatis, alijſque argumentis præſtitis ſententia contra eum lata ſit, & ipſe, qui condemnatus eſt, aut minimè voce ſua confeſſus ſit, aut formidine [c] tormentorum territus contra ſe aliquid dixerit, prouocandi licentia ei non denegatur.

†Concor. l. conſtitutiones. & ibi Barto. ff. de app. & in l. creditor. §. iuſſus. eod. ut.

§. ſicut. ead. le.

Le. 3.

¶ Nulli quoque officialium [d] à ſententia proprij iudicis prouocatio tribuatur: niſi in eo tantum negocio, quod ciuili ratione ſuper patrimonio fortè apud proprium iudicem inchoauerit.

Le. 4.

¶ Quoties etiam fiſcalis [e] calculi [f] ſatiſfactio poſtulatur, aut tributum expoſcitur, aut publici [g], vel etiam priuati [h] debiti euidentis, & [i] conuicti redhibitio flagitatur; appellatione excluſa neceſſario in contumacem uigor iudiciarius exercetur.

Le. 5.

¶ Ab executione ſententiæ appellari non poteſt [k], niſi fortè executor ſententiæ modum iudicationis excedat.

Le. 6.

¶ Si quis etiam auſus fuerit prouocare, ne uoluntas defuncti [l] teſtamento ſcripta referetur, vel ne ij, quos ſcriptos patuerit [m] hæredes, in poſſeſſionem [n] mittantur, & is, cuius de ea re notio erit, appellationem receperit; & iudex, qui tam ignauam [o] conniuentiam adhibuerit, & litigator, qui tam importunè appellauerit, viginti libris argenti mulctentur.

Le. vnica. C. ſi de momē. poſſ.

¶ De poſſeſſione etiam,

AB EXECVTORE. CASVS Iudex mandat officiali ſuo vel alij vt mandetur ſnia executioni. Quæritur vtrum à tali executore ſit appellādum? Et certè dicitur ꝙ non, niſi modum in exequendo excedat. Similiter ſi aliquis appellat ne teſtamentū aperiatur, vel ne hæredes ſcripti mittantur in poſſeſſionē, non auditur: & appellator & iudex qui recipit talem appellationem, puniuntur in xx. libris argenti.

Executor an poſſit recuſari, & ab eo appellari

K ¶Non poteſt.] Diſtingue tñ: quia aut executor hēt merā executionem, aut mixtā. Si merā, nō apppellatur ab eo niſi mandati fines excedat, vt hic dr̄: & ſi ſuſpectus eſt, non appellatur ab eo, ut extra de appell. nouit, niſi obijciatur crimen falſi corā eo: tūc enim ſuperſedebit executioni, ut extra de crimine falſi, ſup eo. & C. ſi ex falſis inſtru.

dem quæſt. 1. de manifeſta. nec in notorijs appellari poteſt, vt extra eod. cum ſit. & cap. peruenit. Si ergo hæc duo, conuictio & confeſſio cōcurrunt, non auditur appellans: quia ſola confeſſio in criminali nō nocet, nec etiam in ciuili ſecundum quoſdam quin poſſit appellari. ff. de confeſ. cum fideicommiſſum. ſed contra, ſupra ead. quicunque.

c ¶ Formidine tormentorum territus.] Infra 15. quæſ. 6. cap. 1.

NVLLI. CASVS. Officialis præſidis prouinciæ vel alterius præſidentis in adminiſtratione vel officio ſuo deliquit: de quo poſtea conuictus & condemnatus à proprio iudice volebat appellare. Quæritur an poſſit? & certè dicitur ꝙ non poteſt: ſi tamen condemnatus eſſet in cauſa ciuili ſuper patrimonio ſuo, bene admittitur ad appellandum.

d ¶Officialium.] Vt executori, vel tabellioni quando delinquunt circa ſuam adminiſtrationem: quia præſumitur, quòd iudicem offenderint: & quia non præſumitur quòd iudex iniuſtè contra eum aliquid faciat. Item quia non poteſt abeſſe à curia.

QVOTIES. CASVS. Ponuntur hic quatuor caſus, in quibus non appellatur, ſcilicet cum ratio computationis poſtulatur à procuratore fiſci; vel cum petitur tributum: aut cum debitum publicum, id eſt, fiſci; vel priuatum id eſt Cæſaris, de quo aliquis eſt euidenter conuictus, flagitatur.

e ¶Quoties etiam fiſcalis.] Id eſt, quoties ab aliquo rō adminiſtrationis requiritur: & intellige quando euidens eſt tributum: alioquin ſecus, vt C. de ap. qm̄ nonnulli. Patet ergo ꝙ in tributis non appellatur: ergo nec in decimis: cum decimæ ſint tributa egentiū aīarum, vt 16. q. 1. decimæ, & eſt expreſsū extra d deci. tua. in fi.

Appellari nō pt in tributis & decimis.

iudicati. & de tali executore loquit̄ lex C. de executione rei iud. ſi vt proponis. & extra de ſentētia & re iud. de cætero. Qñq; dr̄ executor, qui habet mixtam executionē: & talis poteſt recuſari propter ſuſpicionem. extra de offi. dele. ſuper quæſtionum. §. ſi uero. de tali loquitur 25. qō. 2. & ſi non cognitio. & talis executor audiet & admittet exceptiones rationabiles, quantūcunque abſolute ei ſcribatur, vt extra de offi. deleg. ex parte. & extra de ætat. & qual. cap. eam te. & extra de reſcriptis, cum adeo. Item licet mixtus ſit executor, nō poteſt appellari à grauamine vel iniuria 1. vt C. de ap. ſi quis. Item videtur ꝙ differenda ſit executio ſi incontinenti volo probare ſententiam iniuſtam, vt extra de teſt. veniens 2. & ff. de iud. ſi prætor. De hac materia plenè inuenies 25. q. 2. & ſi non cognitio.

1 Arg. ad hoc 61. diſ. nullus inuitis. circa fi. Io. de Fant.

l ¶ Defuncti.] Ar. contra. extra de ap. qua frone. in parte deciſa. ſed ibi debitum erat liquidum: vnde ibi valebat appellatio ne corpus ſepeliretur ante ſatisfactionem.

m ¶Patuerit.] Nota, quòd dicit, patuerit: ex hoc eſt ar. quòd ſatis eſt pro illo qui intentauit poſſeſſorium, ꝙ aliquam præſumptionem pro ſe habeat, licet non perfectè probet.

n ¶Poſſeſſionē.] Quia ibi nō auditur appellans, vel aliqua exceptio, niſi prius fiat miſſio in poſſeſſionem, vt C. de edic. diui. Hadria. tol. l. 2.

o ¶Ignauam.] Nota iudicem puniri, qui recipit friuolas appellationes.

DE POSSESSIONE. CASVS. Si pronunciatum fuit de aliquo mittendo in poſſeſſionem cauſa reſtitutionis, vel alia de cauſa, appellari non debet: & ſi fuerit appellatum, nihilo minus mandabitur ſententia executioni.

Appellationes friuolas recipiēs punitur.

Poſſeſſio momentanea.

a Momento.] Id eſt, de momentanea poſſeſſione. momentaneam poſſeſſionem vocat illam, quæ reſtituitur ei qui ſpoliatus eſt, & uocatur momentanea, quia apta eſt per momentum durare, ſi aduerſarius in mométo probet proprietate. Io.

etiam ex nouis, ut C. de tempo. ap. per hanc. C. de ap. eos. §. 1. nouas enim cauſas appellationis poteſt audire iudex, vt extra de app. conſtitutis. in fin. ff. de app. ſcio. in fin.

i ¶Pronunciare.] Pone ergo ꝙ alicui ſit cõmiſſa cauſa ap.

b ¶Effectum.] ſm canones tamen appellatur à momẽtaneæ poſſeſſionis ſententia, ut extra de teſti. ſignificauerunt. vbi ab interlocutoria intra x. dies eſt appellandum, extra de elec. cum dilectus. extra de appe. ſuper eo 2. & extra de teſti. ſpo. ex conqueſtione.

QVANDOQVE. CASVS. Dr̃ in hac lege, ꝙ ſi plures ſuꝑ eadem re una ſnĩa condemnentur, ꝙ omnes appellauerint: vno tantum illorum proſequente appellationem & obtinere, prodeſt omnibus. Idẽ eſt ſi unus illorum tantum proſequitur appellationem, & obtinet. Nam ſi appellatio iuſta pronuncietur, victoria vnius prodeſt omnibus. Si autem aliquis illorum, qui eſt minor 25. annis, fuerit reſtitutus ratione minoris ætatis: hoc non prodeſt maiori qui non appellauit, & qui cũ minore ſimul fuerat condennatus.

c ¶Quo caſu. [Vt in duobus reis debẽdi.

d ¶Ad alios pertinebit.] Vt ſup. e. q. 5. ſtatuit. &c. interrogatũ.

e ¶Ætatis.] Niſi ſint connexa. ff. de minoribus, etiam. & l. tutor. & ff. quemadmodum ſeruitus amit. ſi communem.

& eius momento [a] *, ſi cauſa dicatur (quæ ſententia interlocutoria appellatur) quamuis prouocatio interpoſita fuerit; tamen lata ſententia ſortiatur effectum* [b]. *¶Quandoque unam, & eamdem plures ſimul reportant condemnationem; nec diuerſitas factorum ſeparationem accipit; quo caſu* [c] *ſi omnes appellauerint, & uno ex his agente, eorum appellatio iuſta pronunciata fuerit; emolumẽtum victoriæ etiam ad alios pertinebit* [d]. *Si autem vnus tantum appellauit, eiuſque appellatio iuſta pronunciata eſt; ei quoque prodeſt, qui non appellauit. Quòd ſi ætatis* [e] *auxilio vnus contra ſententiam reſtitutionem impetrauit, maiori qui ſuo iure non appellauit, hoc reſcriptum non prodeſt. Iudicibus autem non ſolum ſuſcipiendæ appellationis neceſſitas uidetur impoſita; verum etiam 30. dierum ſpatia ex die ſententiæ definita ſunt, intra quæ, geſta* [f] *vna cum relatione* [g] *litigatoribus conuenit præſtari* [h]. *¶Similiter arbiter appellationem ſuſcipere, & relationem dare compellitur, ſi delegatus fuerit. ¶ Litigatoribus vero copia eſt etiam non ſcriptis libellis illico voce appellare; cum res iudicata popoſcerit tam in ciuilibus, quam in criminalibus cauſis. ¶ Ab eo autem, qui de appellatione cognoſcit, nõ poteſt fieri recurſus ad iudicem, a quo fuerit prouocatum. Quapropter remittendi litigatores ad prouincias remotam ſibi occaſionem, atque excluſam penitus intelligant: cum ſuper omni cauſa interpoſitam prouocationem uel iniuſtam tantum liceat pronunciare* [i]*, vel iuſtam. ¶ Hæc omnia in 7. lib. Codicis inuenies à tit. de appellationibus vſque ad tit. ne liceat in vna eademque cauſa.*

Le. 1. C. ſi unus ex plurib. app.

Le. 2. eo. tit. Ibidem.

Le. ſi appellationem, in ſi. eod.

Le. litigator. ex

L. hos, qui. eo.

a ¶Si quis libellos.] *Hinc vſque ad finem huius capitis varias leges Codicis Grattanus refert; quarum non retulit eadem omnino verba: ſed quæ ad quæſtionem ſuam facere iudicauit.*

QVAESTIO VII.

QVòd

IVDICIBVS. CASVS. Dicitur hic ꝙ officium eſt iudicis ordinarij appellationẽ recipere, & intra 30. dies à tempore ſententiæ computandos geſta cauſæ litigatoribus præbere vnà cum relatione. Item dicitur in iudice delegato. Et dicitur relatio ipſi apoſtoli, quibus iudex eximit appellantem à ſua iuriſdictione: uel rñſiones utriuſq; partis. Dicitur etiam ꝙ ſi litigator ſtatim poſt ſententiam uoluerit appellare, hoc poteſt facere uiua uoce, & ſine ſcriptis: & hoc tam in ciuili negotio, quàm in criminali.

f ¶Geſta,] Id eſt, allegationes. C. de rela. l. 2.

g ¶Relatione.] Id eſt, reſponſionibus partium.

h ¶Præſtari.] Etiam non appetentibus. C. de ap. eos in ſi. §. 1.

AB EO. CASVS. Dicitur hic, ꝙ à iudice appellationis non debet remitti cauſa ad iudicem à quo fuerit appellatum: cum iudex appellationis pronunciare debeat appellationem eſſe iuſtam uel iniuſtam, qđ uix faceret iudex à quo appellatur.

i ¶Pronunciare.] Etiam ex prioribus inſtrumẽtis, uel

ſa ap. iudex ille pronunciat appellationem iuſtam: nũquid incipiet de nouo cognoſcere de principali negotio? hæc lex videtur velle quòd non, ſed quòd poſſit, eſt arg. extra de teſta. Raynucius. in fin. & C. de re. cre. generaliter. §. ſin autem. in ſi. & in authen. de ſan. epiſ. §. ſi quis contra aliquem. coll. 6. & extra de app. ut debitus. in fin.

Iudex appellationis an poſſit de principali cognoſcere.

QVod uero.] Hæc q. diuiditur in 7. partes. In prima parte probat per 12. auct. ſanctorũ patrum, ꝙ laici clericos accuſare nõ poſſunt: & quia ſũt minores: & quia ad eũdẽ ordinem promoueri non poſſunt: & quia eos non recipiunt in ſua accuſatione: & (quod eſt validius) quia oppido eis ſunt infeſti. Secunda ibi, [His auctoritatibus.] Tertia ibi, [Huic oppoſitioni.] Quarta ibi, [De his.] Quinta ibi, [Item pœnitentes.] Sexta ibi, [Item cum Balaam.] Septima ibi, [Itẽ illud.] Io. de Fã.

CASVS. Hic intitulatur 7. q. qua quæritur. an laici ſint admittendi ad accuſationem epiſcoporum, uel clerici inferiores, uel monachi: & allegat G. pro utraque parte.

Laici an poſſint clericos accuſare.

† Adde ꝙ ſi cōtra inhabilem accuſatorem nō opponitur, ualet iudicium, l. hos accuſare. §. lege Iulia. & ibi Bart. & l. ſi placet. ff. de accu.

vero [a] *laici in accuſatione epiſcoporum non ſint audiendi, Euariſtus Papa teſtatur dicens* † *epiſcopis per Aegyptum, epiſt.* 2.

¶Laici in epiſcoporum accuſationem non ſunt recipiendi. C. I.

Anſ. l. 3. c. 11. Iuo p. 5. c. 240. Pann. l. 4. c. 37.

NOn eſt à plebe, aut vulgaribus hominibus arguendus, uel accuſandus epiſcopus, licet ſit inordinatus: quia pro meritis [b] ſubditorum diſponitur a Deo vita rectorum. *& infra.* ¶Ideo iſta dico, quia inſidiator bona ſæpiſſime ſolet conuertere in malum, & in electis ponit maculam.

Item Silueſter Papa in epilogo concilij Romani.

¶Laicus clericum non accuſet. C. II.

Burc. l. 1. c. 151. Anſ. l. 3. c. 24. Iuo p. 5. c. 264.

NVllus laicus audeat clerico [c] crimen inferre.

Item Marcellinus Papa ad epiſcopos Orientales, epiſtol. 2.

¶De eodem. C. III.

11. q. 1. clericū. §. nec laico.

LAico non licet quemlibet clericum accuſare.

Item Iulius Papa in decretis, c. 36.

¶Anathematizatus ſacerdotes accuſare non poteſt. C. IIII.

IN ſancta Nicæna ſynodo ſtatutum eſt, ut nemo anathematizatus † [d] in noſtra ſuſcipiatur accuſatione: nec illi, qui nos in ſua uolunt recipere querela, uel accuſatione, cum nos ſuper illos [e] ſciamus a Domino conſtitutos, non illos ſuper nos: & ſicut maior non poteſt a minore iudicari, ita nec obligari † [f], quia ratū eſt omne, quod magnū [g] eſt. Portamus onera omnium, qui grauantur: quinimmo hæc portat in nobis beatus Apoſtolus Petrus, cuius uice fungimur legatione, & cuius regula informamur, quatenus eius fulti auxilio ab omnibus nunc & in perpetuum tueamur aduerſis.

† *al. anathema*

† *al. colligari*

Item Euſebius ad epiſcopos Galliæ, epiſt. 1.

¶De eodem. C. V.

LAicos [h] non accuſare

---

parte. & primo ꝙ non admittantur: & poſtea ꝙ admittantur, opi. plures faciendo, & inferendo ſolutiones. Quid autem iuris ſit de hoc, in ſumma huius quæſtionis inuenitur.

a ¶Quod vero.] Secundum Baz. laici ſi ſunt bonæ famæ,

mæ, admittuntur ad accuſationem clericorum. ar. ĩ. e. clericos aut laicos. & G. idem ſentit. Alij dicunt, ꝙ laicus proprium prælatum propter delictum accuſare poteſt: quia ſua intereſt habere prelatum bonū, vt dixi 23. diſt. illud. Communior eſt opinio ꝙ non poſſit, niſi ſuā iniuriam proſequatur, vt 4. q. 6. omnib. extra de teſt. de cætero. ſ. ea. q. 1. prohibent. niſi in crimine hæreſis infr. ea ſacerdotes. & c. oues. & in ſimonia. extra de ſi. tāta. & in crimine læſæ maieſtatis. 15. q. 3. ſane. C. de epiſ. & cle. ſi quemquam. & in crimine ſacrilegij ſecundum quoſdam. 17. q. 4. §. qui autē & in crimine dilapidationis, vt 12. q. 2. non liceat. vt dixi 16. q. 1. conſtitutū. In his autem omnibus ita demum admittuntur, ſi bono zelo denuncient crimina. extra de ſimo. licet Hely in fin. & ſi accuſatus fuerit vitæ ſuſpectæ. ſ. ea. q. 1. in primis. quia ſi accuſatus eſt ſuſpectę vitę, admittūtur laici malæ vitæ. ſi autem bonæ vitæ, tunc tantum laici bonæ uitæ. extra de ſimo. p tuas. Clerici vero cōtra clericos admittūtur niſi ſint criminoſi vel irregulares, vt ĩ. c. præſumunt. & c. lator. & cap. ipſi Apoſtoli, tales tñ, qui ſunt eiuſdem ordinis cum eis vel inferioris, vt inf. ead. ipſi Apoſtoli. & ca. teſtes. ſimiliter monachi audiuntur. extra de accuſa. ex parte. & cap. olim. & hæc uera ſunt de ſolenni accuſatione. Sed in denunciatione criminis (ut dicunt quidam) omnes admittuntur. arg. 24. q. 1. quiſquis. & quia cuilibet dictū eſt hoc, Si peccauerit in te, & c. 22. q. 5. hoc videtur. 24. q. 3. tam ſacerdos. Argu. contra 35. qō. 6. eps in ſynodo. & extra de accu. cū oporteat. Quid iuris ſit de hoc. no. ſupra eadē. q. 1. ſi peccauerit.

Clerici clericos accuſare poſsūt

NOn eſt.] CASVS. Quærebatur hic, an laici poſſunt accuſare epiſcopum ſuum male & inordinate uiuentem. Et reſpondetur ꝙ non, duabus rationibus. Vna eſt, quia pro meritis ſubditorum quandoque dantur mali prælati: & quia diabolus quandoque infamat bonos, & bona conuertit in malum.

b ¶Pro meritis.] Inf. 8. q. 1. audacter. & 6. q. c. ex merito.

c NVllus laicus.] ¶Clerico.] Vel moniali. ex̃ de accuſatio. meminimus 1.

IN ſancta.] CASVS. Quærebatur à Iulio Papa, utrū excōicati uel laici poſſunt clericum accuſare. Et reſpondet quòd non admittuntur excommunicati nec laici: & hoc probat pluribus rationibus. Vna, quia non recipiunt clericos in ſuam accuſationē. & quia clerici ſunt ipſis maiores: & quia portant onera omniū: & funguntur vice Apoſtolorum.

1 Iſta dec. loqtur de laico inimico: & ſic nō probat, immo ſūpto argu à ɔ̃rio ꝓbatur cōtrarium, vt ibi no.

d ¶Anathematizatus.] ĩ. 3. q. 4. nullus. hoc proprie eſt, vel id eſt, ſeparatus à cōuerſatione clericorū: qa laicus. ĩ. ead. laici. & 24. q. 3. certū. & 6. q. 1. illi qui. & c. omnes.

e ¶Super illos.] Sup. diſt. 10 certum. & c. ſuſcipitis.

f ¶Ita nec obligari.] Id eſt, accuſari. 21. diſt. inferior.

g ¶Quod magnum. ſ. diſt. 63. legimus. Io.

LAicus.] CASVS. Dicitur hic ꝙ laici non admittuntur ad accuſationem clericorum quattuor rationibus, quia non ſunt eiuſdem conuerſationis cum clericis, & quia ſunt clericis inimici, & quia nolunt imitari grauitatem eorum: quia nolunt accipere clericos in ſuam accuſationem.

h ¶Laicos.] Certum eſt ꝙ laicus proſequēs propriam iniu-

iniuriam admittitur ad accuſationem clerici coram clerico iudice, ut extra de teſt. de cætero. Nunquid ergo & ecōuerſo clericus admittitur ad accuſationē laici coram laico iudice, ſi proſequatur ſuam iniuriā? Dicunt quidā ꝙ nō. nā vbi crimē irrogat pœnam ſanguinis, clericus intereſſe non pōt, ut 33. q. vlti. his à qbus. ſed ſi non irrogat pœnam ſanguinis, bene pōt. Alij dicunt 1 ꝙ in nullo crimine clericus poteſt accuſare laicum. arg. 11. q. 1. nullus qa nō pōt in crimine teſtari cōtra ipſum. 11. q. 1. teſtimonium, & ſic fallit regula, quæ eſt 4. q. 6. omnibus. agat ergo clericus ciuiliter de crimine.

a ¶Non accuſaſſe epiſcopos.] In hoc c. aſſignanē tres rationes, quare laici nō admittuntur cōtra clericos. quarta aſſignat ſ. e. q. 1. c. 1. quinta eſt, quia magnū eſt ꝙ clerici accuſenē ab eis, unde debet eſſe ratum, vt ſ. ca. proxi. c. Ioan.

Sicut.] CASVS. Sicut clerici remouētur ab accuſatione laicorū: ita & laici remoueri debent ab accuſatione clericorum: quia ſicut diſcreti & ſeparati ſunt laici à conuerſatione clericorum: ſic etiam debent eſſe clerici diuiſi ab accuſatione laicorū.

b ¶Litigatio.] Extra de ſynodi. c. vno.

Sacerdotes.] CASVS. In hoc c. dicitur, ꝙ quilibet inferior prælato ſuo obedire debet, ēt ſi malus ſit, niſi erret in fide.

c ¶Agant.] Si prælati ſunt hæretici uel excōicati, uel nō ſeruāt canones, uel ſimoniaci, vel notorij fornicatores; tunc pōt recedi ab eis ante ſententiā, 19. diſt. nulli. 16. q. vlt. ſane. 32. diſtin. nullus. in alio crimine ante ſententiam 2 non eſt recedendū ab eis. 8. q. 4. nonne. & 15. q. 6. cap. vlt. Io. hoc corrigitur pro parte, extra de temp. ordina. c. fin. B.

Clericus laicū accuſare nō pōt.

1 Vt Hu. & L. q. ita no. ĩ. c. 1. dicētes idē eſſe vbi ēt proſequitur propriā iniuriā, pſequēdo: nec pōt repelli eo prętextu ꝙ non pmonuerit aduerſariū. ut argu. iſtius c. hic alleg. omnib. L.

Prælati criminoſi ante ſentētiā derelinqui poſſunt.

2 Iſta gl. reputatur ſingu. per docto. ad hoc ꝙ ab epo nō ſeruante canones pōt recedi vt ab excōicato.

hunc. & contumelias inferunt.

c ¶Cham.] 24. q. 3. ſed qui.

d ¶Ampliori.] Argu. quòd in eodem genere delicti plus peccamus erga patres ſpirituales 3 quàm carnales, vt 30. q. 3. Pictacium.

Peccamus plus erga patres ſpirituales q̃ carnales.

3 Dicit L. patres ſpirituales dicũtur ſacerdotes. 6. q. 1. ver. hi quidem. aliàs eſt c. per ſe.

PER-

epiſcopos [a] hactenus obſeruatum, & conſtitutum eſt: qa eiuſdem non ſunt conuerſationis, & oppido eis quidam infeſti exiſtunt: quippe cum uita eorum, & conuerſatio debeat eſſe ſecreta, & à laicorum actibus remota, nec ab eis impeti debeat, qui eorum caſtitatem, & grauitatem nolunt imitari, maxime cum nec hi eos in ſuis uolunt recipere accuſationibus. — Cle. 1. epiſto. 1.

Item Fabianus Papa ad epiſcopos Orientales, epiſt. 2.

¶Nec clerici in accuſatione laicorum, nec laici in accuſatone clericorum ſunt ſuſcipiendi. C. VI.

Sicut ſacerdotes, uel reliqui clerici à ſæcularium laicorum excluduntur accuſatione; ita illi ab iſtorum ſunt excludendi, & alienandi criminatione. & ſicut iſti ab illis, ita illi ab iſtis non recipiantur: quoniam ſicut Domini ſacerdotum ſegregata debet eſſe conuerſatio ab eorum conuerſatione, ita & litigatio [b]: quia ſeruum Domini nō oportet litigare. — Poly. l. 5. titu. 1. Iuo p. 6. c. 320. Pann. l. 4. c. 61. — 2. *Tim.* 2.

Item ex concilio Moguntino.

¶De eodem. C. VII.

Decretum eſt, ut presbyteri ſuos plebeios † & accuſare, & atteſtimoniare poſſint. Si autem neglexerint, ſui gradus periculo ſubiacebunt. — Burc. l. 16. ca. 7. † *al. plebeſanos*

¶ *Caput hoc abeſt à pleriſque antiquis exemplaribus Gratiani, neque hic rectè collocatur: ſed extat apud Burchardum, qui pro voce*, plebeios, *habet*, plebeſanos.

Item Clemens ad Iacobum epiſtola prima.

¶Laici clericos accuſare non debent. C. VIII.

Sacerdotes, & reliqui eccleſiæ miniſtri, omneſque plebes epiſcopos ſuos diligere debent, & eorum præceptis obedire, etiam ſi ipſi aliter (quod abſit) agant [c], niſi in fide errauerint.

¶*In hoc, & ſequenti capite non referuntur ipſa prorſus verba ſancti Clementis.*

Item ad eundem epiſtola ſecunda.

¶De eodem. C. IX.

Qualis condemnatio eis immineat, qui in patres peccant, ſcriptura diuina oſtendit: Si enim Cham [d], qa non operuit pudenda patris, maledictus eſt; multo ampliori [e] condemnatione digni ſunt, qui patribus legatione Dei fugentibus contumeliam inferunt. — *Gen.* 9.

Perſonæ inferiorum ordinum in ſuperiorum accuſationem recipiendæ non ſunt. — Cap l. 1. c. 139. in conc. Mogūtino ſub Arnulpho, c. 12.

Vnde Silueſter Papa in epilogo concilij Romani.

Qualis condemnatio.] CASVS. Dicitur ꝙ quilibet obedire debet ſuo prælato, nec ei detrahere. & hoc probaē exēplo Chā, qa maledictus fuit, quia nō operuit pudenda patris ſui ſed multo fortius eſſent maledicti qui patribus ſuis ſpiritualibus detrahunc. & contumelias inferunt.

PERSONÆ. CASVS. Oſtenſum eſt ſup. ꝙ laici nō admittuntur ad accuſationem clericorum. modo oſtēdit ꝙ clerici inferioris ordinis non admittuntur ad accuſationem ſuperioris, uſque ad § his auctoritatibus.

Clericus.

CLericus.] CASVS. Quærebatur à Silueſtro vtrũ minores clerici irregulares vel infames poſſunt accuſare ſuperiores, & certè reſpondetur ꝙ non, nec contra eos teſtificari poſſunt. Alia c. plana ſunt.

a ¶ Clericus.] Hoc c. nõ tenet. Vel loquitur de his, qui propter irregularitatem nõ poſſunt ad altiora promoueri, vt bigami, & corpore vitiati: aliàs eſſet ꝯ omnem rationem, ut infra ea. lator. Et dic clericus, ſcilicet pſamiſta & oſtiarius.

¶ Minores non debent accuſare maiores. C. X.

Polyc. l. 5. tit. 1. Burc. l. 1. c. 151. Iuo p. 5, c. 264.

CLericus [a] aduerſus exorciſtam, exorciſta aduerſus acolythum, acolythus aduerſus ſubdiaconum, ſubdiaconus aduerſus diaconum, diaconus aduerſus presbyterum, presbyter aduerſus epiſcopum accuſationem dare, aut [a] teſtimonium ferre non valet.

[a] ¶ Aut teſtimonium fere.] *Hæc non ſunt in originali, neque in alijs locis indicatis, ac totus etiam ordo in enumeratione eſt immutatus: ita enim in cõcilio, & apud cæteros:* Fecit hos gradus in gremio ſynodi, vt non presbyter aduerſus epiſcopum, &c.

Item Zepherinus Papa ad epiſcopos Siciliæ, epiſt. 1.

¶ De eodem. C. XI.

Iuo p. 5. c. 245.

MAiorum [b] quiſpiam minorum accuſationibus non impetatur [c].

¶ *In originali quemadmodum & apud Iuonem eſt,* nec ſummorum quiſpiam minorum accuſationibus impetatur, aut diſpereat.

Item Anacletus Papa, epiſt. 3.

¶ De eodem. C. XII.

Iſidorus l. 3. ſét. c. 39. ꝯ. ea. c. plerũq;. Anſ l. 3. c. 37. Deuſdedit p. 3. Iuo p. 5. c. 239. *Gen. 9.*

SEntentia Cham filij Noe damnãtur, qui ſuorum doctorum, vel præpoſitorum culpam produnt [d], ceu [e] Chã, qui patris pudẽda non operuit, ſed magis deridenda monſtrauit.

Item Euſebius Papa ad epiſcopos Alexandriæ, epiſt. 2.

¶ Oues paſtorem ſuum (niſi à fide exorbitauerit) non poſſunt accuſare. C. XIII.

Et in 5. ſynodo ſub Symmacho & Greg. paſt. p. 3. c. 5. Poly. l. 5. tit. 1. Anſ l. 3. c. 44. Burc. l. 1. c. 139. Iuo p. 5. c. 253. Pann. l. 4. c. 39. † *al. recte*

† Cõc. tex. ĩ l. quẽquã. & ibi Doct. & bo. gl. C. de epi. & cle.

OVes, quæ paſtori ſuo commiſſæ ſunt, eum [f] nec reprehendere (niſi à recta fide exorbitauerit) debent, nec vllatenus accuſare poſſunt †: quia facta paſtorum oris [g] gladio [h] ferienda non ſunt, quanquam rectè † reprehendenda [i] videantur.

His auctoritatibus probatur, quòd ſubditi, ſiue ſint laici, ſiue clerici, prælatos ſuos accuſare nõ poſſunt. Verum de criminoſis, & de infamibus hoc intelligendum eſt, qui vitam ſuorum prælatorum parati ſunt reprehendere, nõ imitari: quod ex verbis Anacleti datur intelligi, qui ait.

¶ Quare laici in accuſatione epiſcoporum non audiantur. C. XIIII.

LAici in accuſatione epiſcoporum audiendi non ſunt; quia oppido eis quidam infeſti ſunt: & indignum eſt, vt ab eis accuſentur, qui eorũ grauitatẽ nolunt imitari [k].

¶ *Apud Anacletum, ex quo citatur, non extat. Eadem tamen ferè verba habentur in epiſtola Euſebij ſupra eadem. c. laicos.*

Idem Anacletus ad epiſcopos Italiæ, epiſt. 2.

¶ Sacerdotes non niſi à viris idoneis, & probatis accuſari poſſunt. C. XV.

Deuſdedit p. 4. Anſ. l. 3. c. 31. Iuo p. 5. c. 238. Pann. l. 4. c. 58.

[l] ACcuſatio quoque eorum, ſuper qua nos conſule-

b MAiorũ.] Hoc cap. ſimiliter non tenet.

c ¶ Impetatur.] Criminoſè, ſi de clericis intelligas.

d SEntentia Chã, &c.] Produnt.] Tales deponũtur 45. diſt. accuſatores.

e ¶ Ceu.] Id eſt, ſicut.

f OVes.] Eũ.] Criminoſè. ſi de clericis intelligas, dic, hoc cum prælatus eorum eſt bonæ opinionis.

g ¶ Oris.] Id eſt, locutionis.

h ¶ Gladio.] Id eſt, lingua.

i ¶ Reprehendẽda.] .i. reprehenſibilia inf. ead. nos. ſi. ne ſit contra. ſupra 21. diſt. noli te. infra 6. q. 1 oues.

HIS AVCTORITATIBVS. Hæc eſt 2. pars q. in qua vult probare, quòd laici ſi boni ſunt, accuſant clericos: ſed, huiuſmodi allegatio ſuperficialis eſt, quia aliter canones intelliguntur. hoc tamen probare nititur per ix. auctorita. lo. de Fant.

CASVS. Modo, concludit G. ex ſupradictis, ꝙ ſubditi laici vel clerici non accuſant ſuos prelatos: ſed dicit H. quod hoc intelligendum eſt de infamibus & criminoſis, qui parati ſunt reprehendere ſuos prælatos: & hoc probat perſequentia.

k LAici] ¶ Nolunt imitari.] Propter hoc verbum inducit Grat. hoc c. Sed hic vacat argu. à ꝯrio ſecundum H. & Lau. unde ſubaudi, maximè. Hic videas quod no. 81. diſt. presbyter. in glo. cum capitur, & c. Arch.

ACcuſatio.] CASVS. Quæſitum fuit ab Anacleto vtrũ epi poſſint accuſari à malis

à malis hominibus,& ſceleratis. Et certè rñdet ꝙ non, ſed à bonis & fide dignis, uel fidelib. ſunt potius ſupportandi,& hoc probat exemplo Dñi, qui per ſeipſum ementes & vendentes eiecit de templo. Et exẽplo ẽt domini ſæcularis fortiter indignantis cum uidet ſeruum ſuum ab aliquo alio iudicari: & hoc in prima parte. In ſecunda parte dr̃, ꝙ ſi detractores quorumcumque grauiter puniũtur, multo fortius detractatores famulorum Dei. In tertia parte dr̃, ꝙ Apoſtoli, & eorum ſucceſſores talia conſiderantes ſtatuerunt, ne facile quis attentet accuſare uel lacerare prælatos, & ſi quis eos accuſare vel conuenire voluerit, primo eos charitatiue admoneat: quod ſi non fecerit, excõicetur. Scda pars incipit ibi, [Et paulo poſt.] Tertia incipit ibi, [Hæc & alia.]

a ¶Suſpicionibus.] Suſpecti ab accuſatione & teſtimonio repelluntur. ĩ. ea. teſtes. 3. q. 5. accuſatoribus.

b ¶Sacerdotes.] Ideſt, ſimoniacos.

c ¶Aut prauæ vitæ.] Argu. ꝙ nec etiam in excepto crimine laicus prauæ uitæ eſt admittendus ꝯ clericũ, quod uerum eſt, niſi prius clericus fuerit malæ famæ uel opinionis, ut ſup. ea. q. 1. in primis, ĩ fi. & extra de ſimo. licet Hely. &c. per tuas. ut dictũ eſt ſupra in ſumma.

Laicus etiã in exceptis criminibus non admittitur ꝯ clericum.

d ¶Seruum ſuum.] Dñs eſt iudex in cauſa ſerui ſui, ut hic, & hoc de conſuetudine: aliàs falſum eſt, ut extra de fo. comp. cum contingat.

e ¶Calumniæ.] Sic & prohibet lex columnas cuiuslibet domus tolli, ut ff. de leg. 1. l. cętera. C. de ædi. priua. l. 2.

f Sed ſi quis.] Hæc pars uſque ad finem loquitur de cauſis ciuilibus uel criminalibus ciuiliter propoſitis. nam hoc c. de laicis loquitur. unde nõ poteſt intelligi de criminalibus cauſis: quia in illis nõ auditur laicus ꝯ clericum, etiam ſi præmoneret eum, hoc ideo dico, quia non concedo, ꝙ in accuſatione ſit præmittenda admonito, ut extra de ſimonia, licet. &c. per tuas. & de accuſa. qualiter. ſed denunciationem ſemper præcedere dẽt canonica monitio, ut ꝑ eadẽ iura ꝓbatur: Nec obſtat, extra de accuſa. ſi quis epũs. qa illa in denunciatione loqtur. De hoc notatur 22. q. 2. indignę. Tũ vbi denunciatur crimẽ ſimoniæ, non eſt neceſſaria admonitio 1: quia de illo non poteſt quis pœnitere retento ordine, ut 1. q. 1. ſi quis neque. & q. 7. reqtitis. licet ſit arg. ꝯ. 1. q. vlt. patet. & ex̃ de ſimo. licet. cui hodie ſtatur, ſcilicet, quia moneatur, vt dimittat beneficiũ, quo retento non poſſet pœnitere. Vel dicas ſpeciale eſſe in eccleſia, ut ſꝑ primo admoneatur q̃ proponatur querela contra eam, ſiue ciuiliter, ſiue alio modo agatur.

Admonitio ꝓcedat denũciationem.

1 Idem dicas in crimine hæreſeos, & læſæ maieſtatis. ſecundũ L.

g ¶Prius.] Infr. 23. q. 5. ad finem.

h ¶Per ſatisfactionẽ.] Quod uidetur eſſe ſpeciale in eo, qui offendit eccleſiã, ut prius ſatisfaciat, quàm abſoluatur, ut extra de uerborum ſignifica. ex parte. aliàs ſufficit ꝙ iuret, ut extra de ſenten. excom. per tuas.

i ¶Iniuria.] Vnde nec clericus põt remittere iniuriã factam eccleſiæ, ut 23. q. 4. ſi is qui. Io.

Clericus iniuriam eccleſiæ factã remittere non poteſt.

re uoluiſtis, nõ niſi ab idoneis, & probatiſſimis uiris, qui & ſuſpicionibus [a], & ſceleribus carent, fieri debet: quia Dominus ſacri ſui corporis tractatores à uilibus & reprobis, ac nõ idoneis perſonis infamari noluit, nec calumniari permiſit: ſed ipſe ꝓprio flagello peccãtes ſacerdotes [b] è tẽplo eiecit. Vnde liquet, quòd ſummi ſacerdotes, id eſt epiſcopi à Deo ſunt iudicandi, nõ ab humanis, aut prauæ vitæ [c] hominibus lacerandi: ſed potius ab omnibus fidelibus portandi: ipſo Domino exemplum dante, quãdo ꝑ ſe ipſum, & non per alium vendentes & emẽtes eiecit de templo. *& paulo poſt.* ¶Nullus enim (ut reo) inuenitur inter nos, qui uelit ſuum ſeruum [d] ab alio, quàm à ſe iudicari. Quòd ſi præſumptum fuerit, aut multa ipſe indignatione iraſcitur, aut potius vltionem quærit ſuper eum. *& infra.* ¶Vnde & Dominus per prophetam inquit: [Qui vos tangit, & pupillam oculi mei.] *& paulo poſt.* ¶Si detractores quorumcumque grauiter iudicantur, & in perditionis laqueum cadunt; multo magis laceratores, & detractores, atque accuſatores memoratorum Dei famulorũ, atque perſecutores damnantur; & in barathrum (niſi ſe correxerint, & per eorum ſatisfactionem condignam egerint pœnitentiam) indubitanter cadunt †, & uindicib. flammis exuruntur. *& infra.* ¶Hæc & alia periculoſa conſiderantes Apoſtoli ſtatuerunt, ne facile commouerentur, aut lacerarentur, uel accuſarentur columnæ [e] ſanctæ Dei eccleſiæ, quæ Apoſtoli, & ſucceſſores eorum non immerito dicuntur. Sed ſi quis [f] aduerſus eos, uel eccleſias eorum commotus fuerit, aut cauſas habuerit, prius [g] ad eos recurrat charitatis ſtudio, ut familiari colloquio commoniti ea ſanent, quæ ſananda ſunt: & charitatiue emendẽt, quæ iuſte emendanda agnouerint. Si autem aliqui eos, priuſquam hoc egerint, lacerare, accuſare, aut infeſtare ꝓſumpſerint, excommunicentur, & minime abſoluantur, antequam per ſatisfactionem [h] (ut iam dictum eſt) condignam egerint pœnitentiam: quoniam iniuria [i] eorum ad Chriſtum pertinet, cuius legatione funguntur.

Io. 2.

Zach. 2.

†*vadũt*] ori.

In ca. Hadriani c. 2. & l. 6. capitul. c. 287. Pann. l. 5. ca. 34.

Item Alexander epiſt. 1. c. 3.

¶Communione priuetur, qui publice † aduerſus epiſcopum conqueritur, priuſquam familiariter eum conuenerit. C. XVI.

Refertur multis uerbis omiſſis. Anſ. l. 3. c. 85. Burc. l. 1. c. 132. & 144. Iuo p. 5. c. 242. Pann. l. 4. ca. 35.

†*al. primatis.*

SI quis erga epiſcopum, vel

SI quis.] CASVS. Si quis contra epiſcopum uel actores

actores eccleſiæ querelam habuerit, non vadat ad iudicem, niſi prius epiſcopum vel œconomos eccleſiæ ſæpiſſimè commoneat, vt ab eis iuſtitiam conſequatur, & ei ſatisfaciant: quòd ſi contrafecerit, communione priuetur. Et intelligitur hoc cap. in cauſa ciuili tantum, & de honeſtate.

actores [a] eccleſiæ quãlibet querelã iuſtam ſe habere crediderit, non prius primates, aut alios iudices adeat, quàm ipſos, à quibus ſe læſum æſtimat, cõueniat familiariter, & non ſemel, ſed ſæpiſſimè [b], vt ab eis, aut ſuam iuſtitiã accipiat, aut iuſtam excuſationem, *& infra.* ¶Si autem ſecus egerit, ab ipſis & ab alijs cõmunione priuetur [c], tanquam Apoſtolorum, Patrumque aliorum contemptor.

Item Euariſtus Papa epiſcopis per Aegyptum, epiſt. 2.

¶Niſi opinione diſcuſſa, non audiantur accuſatores epiſcoporum. C. XVII.

Pan. l. 4. c. 59.

SI qui ſunt vituperatores [d] aut accuſatores epiſcoporũ [e], vel reliquorum ſacerdotum, non oportet eos, à iudicibus eccleſiæ audiri, antequam eorum diſcutiatur æſtimationis ſuſpicio, vel opinio, qua intentione [f], qua fide, qua temeritate, qua vita, qua conſcientia [g], quoque merito, ſi pro Deo, aut pro vana gloria, aut inimicitia, vel odio, aut cupiditate [h] iſta præſumpſerint necne.

Item Calixtus Papa ad epiſcopos Galliæ, epiſt. 2.

¶Maiores natu non accuſent, niſi qui ſint rectæ fidei, & conuerſationis. C. XVIII.

Steph. 1. epiſ. 2. c. 10.
Cõ. Car. 4. c. 96
Burc. l. 1. c. 171.
Pann. l. 4. c. 57.
Iuo p. 5. c. 289.

QVærendum eſt [i] in iudico, cuius ſit conuerſationis, & fidei is, qui accuſat [k], & is qui accuſatur; quoniã hi, qui non ſunt rectæ conuerſationis, ac fidei, & quo-

SI qui ſunt vituperatores.] CASVS. Quæſitum fuit ab Euariſto, vtrum clerici indiſtinctè ſint admittẽdi ad accuſationem epiſcoporum, & aliorum clericorum. Et rñdet quòd non, ſed prius examinari debent accuſatores vtrum ſint bonæ famæ, vel non, & qua intentione ueniãt ad accuſandum: vtrum pro Deo, vel vana, vel inani gloria, vel odio, vel inimicitia, vel ẽt cupiditate fiat ab eis accuſatio. Idem fere dicitur in ſequenti capitulo: eo tamen addito, quòd ignoti & viles non recipiuntur ad accuſationem.

d ¶Vituperatores.] Id eſt, conuitiatores: qui depoſiti curiæ tradentur. 11. q. 1. ſi quis ſacerdotum. niſi fecerint ex calore iracundiæ, ut ſ. ea. q. 3. ſi quis iratus. Ioannes. Hoc hodie 5. falſum eſt, quòd traduntur curiæ ſæculari, niſi eſſet poſt excõicationem contumax. extra de iudi. c. cũ nõ ab homine. fallit in caſu ſpeciali, de crim. fal. c. ad falſariorum. vbi depoſitus ſtatim traditur curiæ ſæculari. B.

e ¶Epiſcoporum.] Hæc duo capitula loquuntur de ſuſpectis vel ignotis, & de his qui ſuam iniuriam non proſequuntur.

f ¶Qua intentione.] An faciant animo nocendi, ut 23. q. 5. prodeſt.

g ¶Conſcientia.] Si ſit conſcius criminis.

h ¶Aut cupiditate.] Pecuniæ ſupra, ea. q. 1. prohibẽtur.

i QVærendum eſt.] Hic dicitur idem quod in præcedenti capitulo. Et dic quærendum eſt, ſcilicet à iudice, etiam ſi aduerſarius non q̃rat. ff. de poſtu. l. quos prohibet. & 30. q. 5. iudicantem. & ſ. ea. alieni. & arg. C. de quæſtionibus, ſeruos. & loquitur hoc c. & præcedẽs de ignotis, uel de notis. & ſuſpectis: quia tales perſonæ integri ſtatus eſſe debent. ff. de teſti. quæſitum. Sed obijcio tibi, ſi iudex quærat de conuerſatione huius teſtis, oportet quòd quærat ab alijs. Similiter oportet, quòd quærat de conuerſatione illorũ, de quibus quæritur de conuerſatione iſtius. & ſic in infinitum procedet iudex: quod reprobatur extra de reſcri. cum in multis. lib. 6. Si autem iudex ab ipſo teſte quærat, an ſit fur uel homicida, ſtulta eſſet quæſtio, cum nemo illud fateretur 6. de ſe? Reſpõdeo, ſi eſt ignotus bene poteſt ab eo quærere an ſit liber, uel ſeruus. Ab alijs autem notis inter quos eſt conuerſatus, quæret de fama iſtius. Poteſt etiam iudex in genere quærere ſic dicendo ei, Es tu talis, ut poſſis eſſe teſtis? ut ff. de quæſt. l. 1. §. qui quæſtionem.

k ¶Accuſat.] In accuſationibus ergo non præſumitur quis dignus niſi hoc probet 7. ſ. ea. criminationes. Sic in oblatione Euchariſtiæ, ut de conſe. diſt. 2. tribus gradibus. Et in ordinibus. 24. diſt. quando. & in eleemoſyna. 42. diſt. quieſcamus. Item excommunicatus quis creditur propter periculum uitãdum potius quàm nõ: ut ext. de ſen. exc. per tuas. & c. cũ deſideres. §. ſecũdæ quõni. ſic in impetratione ueniæ ætatis tenet impetrãs probare

a ¶Actores.] Actor conſtituitur à non domino, & autoritate iudicis, & ad præſentes lites tm̃. inſti. de cura. §. vlt. ff. quod cuiuſq; uniuer. item eorum. §. actor 1. & hoc ideo quia cum decreto fit: & decretũ nõ extenditur ad futura. ff. de vſuris. l. 1. Sed procurator ſemper à vero Domino conſtituitur, & ab initio, & ad vnam litem, & ad plures, & ad præſentes, & ad futuras. ff. eo. l. 3 & C. de proc. neq;. Syndicus ab uniuerſitate & ad vnam, & ad plures cauſas conſtituitur præſentes, & futuras. & de auctoritate epiſcopi. C. de epiſc. & cler. omnes qui. §. & hoc nihilo minus. Canon tamen omnes adminiſtratores eccleſiæ vocat procuratores. 1. q. 3. Saluator. ſecundum canones prælatus & ante lit. conteſt. & poſt procuratores conſtituit, ut extra de iuramen. calum. c. cum cauſam.

b ¶Sæpiſſimè.] Id eſt, ter 1. 16. quæſt. ſeptima. omnes decimæ.

c ¶Priuetur.] Hic uidetur, quòd epiſcopus poſſit aliquẽ pro propria iniuria excommunicare, & punire, ut 45. diſ. & qui emendat. & 23. q. 4. Guiliſarius. contra eſt 23. q. 4. inter querelas & quõ. 5. de occidendis. ubi uidetur, quòd iudex pro ſua iniuria non debet reum occidere cuius iudex eſt. Diſtingue, quia ſi iniuria tangit ſpecialiter perſonam prælatum, non poteſt excommunicare aliquem pro tali iniuria: ſi tangit eccleſiam, poteſt 2. Nam epiſcopus poteſt eſſe iudex in cauſa ſuæ eccleſię 3. ſicut procurator fiſci eſt iudex in cauſa fiſci, ut C. ubi cauſæ fiſcales. l. 1. ſic Imperator eſt iudex in cauſa fiſcali 4. ff. de his quæ in teſta. delen. l. proximè. & tamen res fiſci, Imperatoris dicitur. ff. ne quid in loco publi. l. 2. §. hoc interdictum.

Actor, & procurator & ſyndicus differunt.
1 Idẽ Ale. de imol. i l. ſcimus. §. & hæc quidẽ. C. de iure delib. & Dñicus in c. ab eo. in fi. de appel. in 6.
Eps an poſſit aliquem pro propria iniuria excitare.
2 Sub. immo dẽt. 23. q. 4. ſi is q. Archidiac.
3 Adde idẽ tenuiſſe Barto. & Bal. in l. unica. C. ne quis ſua cã iud. Arc.
4 Arg. ſ. 16. q. 6. cõſuetudo. ĩ prĩ. ubi de hoc.

Clericus depoſitus nõ ſemper eſt curię ſæculari tradendus.
5 Scilicet quòd tradit̃ ſtatim curiæ. de hoc leg. & not. 3. q. 4. clericus. Arch.
Teſtis ẽ de ſua conuerſatione examinandus.
6 An aũt teneat̃ rñdere, uide Gu. de Suz. in l. teſtiũ. C. de teſ. & per Bal. in l. 2. §. quod obſeruari. ĩ ult. col. C. de iur. calũ. & aliquid per Bar. in l. fin. circa med. ff. de his qui b. ut id. ſed per cõi opinione optimè facit quod no. gl. in l. quod iuraſſe. §. ſi pater. ĩ uer. acquiſiti. ff. de iureiur.
7 Scilicet per aliquas litteras authẽticarũ perſonarũ q̃ pro eis teſtimoniũ ferant, uel teſtimoniũ populi, ut le. & no. ĩn iſto c. criminatiões, ſm Inno. quod ità not. ex de accuſa. cũ P. Arch.

probare inſtituta morum ſuorum, & teſtimonium uitæ honeſtioris,& animi probitatem,id eſt. ſe eſſe idoneum,vt C.de his qui ve.ęta.impe.l.2.alias circa notos potius præſumitur quis dignus,quàm indignus,vt extra de præſumptio.dudum.

PRæſumunt prælati.]CASVS.Quidam prælati dicebant ſe nullo modo eſſe accuſandos,eo ꝙ canones ſtatuerunt eos nõ eſſe paſſim accuſandos.Sed Aug.dicit hoc eſſe intelligẽdum de criminoſis. Et hoc probat exemplo Domini eſſe verum,qui cum accuſaretur, dixit:Si malè locutus ſum, teſtimonium perhibe de mało.

rum vita eſt accuſabilis,& quorum fides,vita, & libertas neſcitur [a], non permittuntur maiores [b] natu accuſare.Neque viles perſonæ in eorum recipiantur accuſatione.

Mutatus ẽ verborum ordo.

Item Sixtus Papa II.ad epiſcopos Hiſpaniæ,epiſt.2.

¶Abſque duobus,vel tribus teſtibus non recipiantur epiſcoporum acuſationes. C. XIX.

ij ACcuſatio epiſcoporum non eſt facile [c] recipienda, dicente Domino: [Non ſuſcipies uocem mẽdacij.] Et Apoſtolus inquit aduerſus presbyterum inſcriptionem non recipiendam abſque duobus,vel tribus idoneis teſtibus.Si hæc de presbyteris,vel cæteris fidelibus ſunt prçcauenda,quanto magis de epiſcopis?

Exo.23.
1.Tim.5.

Item ex concilio Aurelianenſi primo,c.8.

¶Pro ſola conuentione epiſcopi non ſubmoueatur aliquis à communione. C. XX.

SI quis ab epiſcopo ſuo, vel de eccleſia, vel de proprio iure aliquid crediderit repetendum;ſi nihil conuicij [d]; aut criminationis obiecerit, cum pro ſola conuentione à communione eccleſiæ non liceat ſubmoueri.

Item Euariſtus Papa,epiſt.2.

¶Quare ſubditi prælatos ſuos reprehendere non poſſunt. C. XXI.

SVnt nonnulli, qui præpoſitos ſuos peruerſè reprehendunt,ſi vel parum ipſis moleſti extiterint.

Ex his omnibus datur intelligi, quòd illi ab accuſatione remouentur,qui non affectione charitatis,ſed prauitate ſuæ actionis uitam eorum diffamare, & reprehẽdere quærunt. ¶Quòd vero præmiſſis auctoritatibus criminoſi prohibeantur ab accuſatione prælatorum,teſtatur Auguſtinus in lib. Soliloquiorum [e] ita dicens.

¶Non omnes ſubditi, ſed criminoſi tantum prohibentur accuſare prælatos. C. XXII.

PRæſumunt prælati non debere ſe reprehendi,vel accuſari [f],pro eo,quòd canones non eos paſſim cõſtituunt accuſandos. Quod tamen negatur ſolis criminoſis [g],cum de reprehendendo [h] veritas ipſa conſtituat:[Si malè locutus ſum,teſtimonium [i] perhibe de malo,&c.

Ioan 18.

a ¶Neſcit.] Per hoc patet cap. hoc loqui de ignotis.

b ¶Maiores.] Id eſt, clericos.

ACcuſatio.]CASVS. Quæſitũ eſt à Sixto Papa qualiter recipienda ſit accuſatio epiſcoporum: Et reſpondet dicens, ꝙ nõ eſt facilè recipienda ſine diſcuſſione accuſantiũ. Et hoc probatur auctoritate Domini dicentis non eſſe accipiendam uocem mendacij. Et auctoritate Pauli,qui dixit aduerſus presbyterum inſcriptionẽ nõ eſſe faciendam ſine duobus vel tribus teſtibus: multo minus ergo cõtra epiſcopũ.

c ¶Facile.]Id eſt,abſque inquiſitione.

ADDITIO. Scilicet accuſatorũ & teſtiũ. Hu. & Lau. & dic,inquiſitione, ſcilicet q̃ habetur ſupra c prox. ſecundum Io.de Fãt.

SI quis]CASVS. Quidam conuenit epiſcopum vel œconomum eccleſiæ in cauſa pecuniaria.q̃ſitum fuit verũ propter hoc à communione eccleſiæ ſit remouendus? Et reſpondetur, quòd non, ſi nil conuicij vel criminationis obiecit.

d ¶Conuicij.] Non tamen ex hoc ſequitur,quòd propter cõuicium ipſum poſſit excommunicare, vt 23 q 4.inter querelas. vel, hic non fuit tantum epiſcopi cauſa, ſed eccleſiæ, vel propter hoc remouendus eſt à communione à metropolitano, ſed non ab epiſcopo. Vel dic,ſi conuicium redundat tantum in perſonam epiſcopi:quia dicit,tu es filius ruſtici,tunc non poteſt. ſed ſi dixit eum ſimoniacum: quia hoc redundat in eccleſiam,bene poteſt.

Ep̃s excõicat pp cõuiciũ ſibi factum.

SVnt nonnulli.]EX HIS OMNIBVS. Infert Grat.ex ſupradictis,quòd illi remouentur ab accuſatione, qui mala intentione veniunt ad accuſandum,& non ex charitate,& quòd criminoſi ſimiliter remouentur. Et hoc probant per ſequens cap.

e ¶In libro ſoliloquiorũ.]id eſt,pſalmorũ,i.ſolius ſpiritus ſancti eloquium: q̃a ſolo inſtinctu ſpiritus ſancti ibi locutus eſt,de quo habetur de pœ.diſt.2. quærẽdũ.

Soliloquiũ eſt pſalmus

f ¶Vel accuſari.]Arg laicos poſſe accuſare clericos.}.e.clericos.& 24.diſt.illud.& C.de offi.rec.prouin.iuſſiſſimos.ſed corrigit taliũ opinio ex̃ de teſti.de cætero.

g ¶Criminoſis.]Scilicet clericis.

h ¶Reprehendendo.] Supple,ſed non debeant præſumere,cum de ſe,&c.

i ¶Teſtimonium.] Cum debeat exemplificare de accuſatione,exemplificat de teſtimonio: quod ideo facit, quia qui admittitur ad vnum,admittitur & ad reliquũ. 4.q.3.teſtes.Ioan.

OPPO-

Opponitur [a] *huic diſtinctioni. Ipſi ſacri canones diſtinguunt, in quo caſu paſtores ſint accuſandi a ſubditis dicentes: [Oues paſtores ſuos non accuſent, nec reprehendant, niſi à fide exorbitauerint.] Ecce in quo caſu ſint accuſandi à ſubditis; in alijs autem minime.*

ī.c.oues.

3 *Huic oppoſitioni reſpondetur ſic. Diſtinctio illa canonum de criminoſis & infamibus intelligitur: Oues enim criminoſæ, & infames paſtorem ſuum accuſare, uel reprehendere non poſſunt, niſi à fide exorbitauerit. Cæterum ſi à fide exorbitauerit: tanta eſt labes illius criminis, quòd ad eius accuſationem, & ſerui aduerſus dominiũ, & quilibet criminoſi, & infames aduerſus quemlibet admittuntur.*

Vnde Dionyſius Papa ad Seuerum epiſcopum, epiſt. 2.

¶Infames & hæretici, homines bonæ famæ accuſare non poſſunt. C. XXIII.

¶*In multis vetuſtis exemplaribus rubrica huius capitis ſic habet,* Infames accuſare poſſunt hæreticos *in alijs uero nonnullis,* Infames non poſſunt accuſare catholicos.

ALieni erroris [b] ſocium, vel à ſui uoluntarie propoſiti tramite recedentem [c], aut ſacris Patrum regulis, & conſtitutionibus non obedientem [d] ſuſcipere non poſſumus, [e] nec debemus; nec impetere recte credentes, uel ſanctorum Patrum ſanctionibus obtemperantes permittimus: quia infames omnes eſſe cenſemus, qui ſuam aut Chriſtianam præuaricantur legem †, aut Apoſtolicam, vel regularem libenter poſtponunt auctoritatem.

ī. 3. q. 4. c. alieni.] in decretis Iulij. c. 15. Anſel. l. 3. c. 65. Poly. l. 5. tit. 1.

† Concor. tex. ī auth. gazaros. C. de hæ. & ī. ea. cauſa & q. c. beati.

Item ex concilio Toletano quarto, c. 63.

¶Chriſtianos accuſare, uel in eos teſtificari non poſſunt, qui fidem acceptam deſeruerunt. C. XXIIII.

NOn poteſt erga homines eſſe fidelis, qui Deo extiterit infidus. Iudæi ergo, qui dudum Chriſtiani effecti ſunt, & nunc Chriſti fidem præuaricati [f] ſunt, ad teſtimo-

OPPONITVR. CASVS. Dictum ex ſ. in §. ex his omnibus. & c. præſumunt. quod ſubditi criminoſi ſuos prælatos accuſare non poſſunt. Et ſic videtur, ꝙ illi qui non ſunt criminoſi, bene poſſunt accuſare. Sed opponitur huic diſt. illud c. oues, &c. vbi dicitur, ꝙ non admittuntur ſubditi, niſi à fide exorbitauerint prælati: & ita innuitur, ꝙ ex eo ſolo caſu admittantur ſubditi. Sed Gratianus ſoluit dicens. ꝙ illud c. intelligitur tantum de criminoſis. & criminoſi & infames, & ſerui contra quemlibet admittuntur in hæreſi. Et hoc probat per ſequentia.

a ¶Opponitur.] Dixerat in illo §. his auctoritatibus 1, ꝙ ſubditi criminoſi, ſiue clerici fuerint ſiue laici, non admittantur ad accuſationem prælatorum. vnde colligitur à contrario ſenſu, ꝙ alij admittantur. Huic diſtinctioni obijcit, & poſtea ſecundum ſuam opinionẽ ſoluit: quæ talis eſt, ꝙ laici non criminoſi poſſunt accuſare clericos; quod falſum eſt, ut extra de teſti. de cætero. niſi ſuam, vel ſuorum iniuriam proſequantur, & tunc non admittuntur ad teſtimonium.

1 Vel d'c, Dictũ eſt ſ. §. ex his oĩbus. & c. p̃ſumunt, ꝙ ſubditi criminoſi, &c. ſm B. Brix,

HVIC OPPOSITIONI. Hæc eſt tertia pars huius q. in qua probatur, ꝙ mali non poſſunt accuſare prælatos ſuos, uel illi qui ad eundem gradum peruenire non poſſunt: & hoc probat per 6. cap. Ioan. de Fan.

ALieni erroris.] CASVS. Dicitur in c. iſto, ꝙ hæretici, apoſtatæ, & ſchiſmatici non admittuntur ad accuſandum (vt Dionyſius dixit) contra recte credentes, & conſtitutionibus obtemperantes. Et inducitur hoc c. à cõtrario ſenſu, ut apparebit in § ſeq. Et dicitur hic apoſtata, qui recedit à propoſito regulari vel clericali, vel à fide.

b ¶Alieni erroris.] ex tribus locis iſtius c. argumentatur Gratianus a contrario sẽſu in ſequenti. §.

c ¶Recedentem.] Id eſt, apoſtatam.

d ¶Non obedientẽ.] Id eſt, ſchiſmaticum. ut 19. diſtinct. nulli. & 25. q. 1. uiolatores.

e ¶Non poſſumus.] argu. ꝙ iudex pōt infamem repellere, licet reus ipſum recipiat 2. 45. diſt. licet 30 q. 5. iudicantem. C. de quæſt. ſeruos. in princ. 5. q. 3. parentes. Item arg. ꝙ iudex examinabit accuſatores ſicut ordinandos, ut eos repellat. 24. diſt. quando. & Greg. præcipit Ioanni ut inquirat de perſona accuſatoris. ſ. e. q. 1. in primis. ſic 23. diſ. illud. & ī. ea. criminationes. & prætor ſuæ dignitatis tuendæ gratia indignos à poſtulatione remouet. ff. de poſtu. l. 1. in princi. & repellit militem, licet aduerſarius uult eum admittere. ff. de procu. filius familiàs. §. milites. & quos prætor prohibet, in totũ & omnino prohibet, etiam ſi aduerſarius conſentiat 3, ut ff. de poſtu. quos prohibet, immo vbi aduerſario non competit exceptio, iudex ex officio ſuo excipiet; ut extra. de appel. conſtitutis. & ff. de pet. her. l. vlt. Sed cõtra nonne ſic videtur iudicare ſecundum conſcientiam? & ſcis, quia nihil ex ingenio ſuo & domeſticæ uoluntatis motu facere debet, ut ī. c. prox. & 3. q. 7. iudicet? Reſpõdeo iudicat in hoc caſu ex his quæ percipit in exercitio cauſæ, quæ ante eum agitur. nam cum coram ſic videt infamem admitti, poteſt ipſum repellere: ſicut cũ ſcit tempora appellationis elapſa eſſe, ſupplet de facto C. de temp. appel. l. 2. in fin. ſic 28. diſt. priuſquam. ſcilicet de facto quod conſtat iudici tanquam iudici. extra de poſtu. bonæ.

Iudex parte non petẽte multa pōt facere.

2 Sed contra ī. ea. q. his ita. §. 3. ver. rndet. in fi. ibi dicam. Archi.

3 Adde ad hoc id ꝗđ le. & no. extra de exce. c. exceptionẽ. & lib. 6. eo. ti. c. pia. Archidiac.

NOn poteſt.] CASVS. Quidã Iudæi facti ſunt Chriſtiani, & poſtea iterũ præuaricati ſunt in fide. quærebatur utrum eſſent admittendi ad teſtimonium contra catholicos? Et reſpondetur quòd non, licet Chriſtianos eſſe ſe fateãtur: quia ſicut in fide ſuſpecti ſunt, ita in teſtimonio nec poteſt apud bonos homines eſſe fidelis qui Deo extitit infidelis.

f ¶Præuaricati.] Ergo ſi non ſunt p̃uaricati, vr̃ ꝙ ſunt admit-

admittēdi,nō obſtante p̄cedenti delicto,ſicut & alius, qui fuerit in mortali 1,ut 3.qō.1.diffinimus,quod quidam negant,cum nec ad ordines admittatur qui quandoque fuit criminoſus,vt 25.diſtin.primum.& 6.qō.1.qui crimen.& ff.de ritu nup.palam.vbi dicitur,turpitudo licet intermittatur, non tamen deletur, ſic ff. de fur. qui ea mente. Io. Quid iuris ſit de hoc, dicitur extra de teſti.teſtimonium . ubi corrigitur hoc. B.

1 Ad hoc 32.q.5.præceptū, ubi de hoc.

ſociū,quos habes notatos 4.q.3. liberi.& C.de teſtib. quoniam.aliàs quilibet cuiuſcumque conditionis,& quantumcunque criminoſus viles & criminoſos ab accuſatione, vel teſtimonio repellit.vnde etiam ſocius a ſua accuſatione repellit ſocios viles, & criminoſos. ff. de accu.

nium dicendum admitti non debent, quāuis eſſe ſe Chriſtianos annūcient: quia ſicut in fide Chriſti ſuſpecti ſunt, ita & in teſtimonio humano dubij habentur. Infirmari [a] ergo oportet eorum teſtimonium, qui in fide falſi docentur; nec eis eſt credendum, qui veritatis à ſe fidem abiecceſunt. Iuo p.13.c.96.

a ¶Accuſare.] ī.19.diſt.c.ſi.vel aliter arg. quòd non valet dictū teſtis,ſi poſtea detegitur eius infamia.

Item Caius Papa Fœlici epiſcopo.

§Hæretici,Iudæi,vel pagani Chriſtiani accuſare non poſſunt. C. XXV. Anſ.l.l.3.c.46. Pann.l.4.c.63.

Pagani & Iudæi etiā in exceptis criminibus non ſint audiendi.

PAgani, vel hæretici, ſiue Iudæi non poſſunt Chriſtianos accuſare [b],aut vocem [c] eis infamationis [d] inferre.

¶*Verba epiſtolæ ſunt*, Primo quidem ſcias paganos, & hæreticos non poſſe Chriſtianos accuſare,&c.

In hoc capite decernitur, vt hæretici non impetant rectè credentes. Vnde è contra intelligitur, quòd hæretici ab hæreticis impeti poſſunt. Item à tramite ſui propoſiti voluntariè recedentes non poſſunt impetere ſeruantes limitem ſuæ profeſſionis. Ex hoc datur intelligi, quòd recedentes à ſuo propoſito ſimiliter recedentes criminari poſſunt. Item non obedientes ſanctionibus ſanctorum Patrum, non poſſunt accuſare obtemperantes ſacris conſtitutionibus. In quo ſimiliter intelligitur, quòd inobedientibus inobedientes accuſare licet. Vnde generaliter colligitur, quòd in accuſatione æqualitas [e] fidei & conuerſationis inter accuſantem et accuſatum ſemper conſideranda eſt, vt is qui accuſat, uel par, uel ſuperior inueniatur. Item nouellarum conſtitutionum, nouella 45. in fine. Apud Iulianū anteceſſ. 156.

b PAgani.] ¶Accuſare.] Niſi ſuam iniuriam proſequantur,ut 4.q.6.omnibus. ſed hæretici non: quia excommunicamus. Sed nunquid iſti, ſcilicet pagani & Iudæi audiuntur in exceptis criminibus? Dic ꝙ non.ſecundum H. ſic. ſed ꝙ Iudæi poſſint,uidetur extra de Iudæ.c. Iudæi.ſed decr.expreſſe contradicit,quæ dicit ꝙ teſtis debet eſſe fidelis, ut extra de teſtibus licet 1.& ea rōne, quia ſunt in peccato mortali,& ſic nō ſunt audiēdi 2.extra de teſti.ſuper eo.

2 Idem tenet hic Io. de Fan. ad idem extra eo. tit.teſtimoniū. ff. eo tit.quæſitum. Sed contra hoc facit quod le.& dixi ī. eod.§ huic oppoſitioni. Arch.

c ¶Aut vocem.]Oportet tamen clericos habere teſtimonium bonum ab his, qui foris ſunt. ī.8.q.1.licet de conſec.diſtin.1.iubemus.

d ¶Infamationis.]Vt ſe expurgare debeāt.

IN HOC CAP. CASVS. Dictum eſt ſupra in c.alieni. ꝙ hæreticus nō accuſat catholicū:apoſtata non accuſat illum,q non eſt apoſtata,nec ſchiſmaticus poteſt accuſare illum, qui non eſt ſchiſmaticus. concludit ergo Gratianus a contrario sēſu,ꝙ hæretici admittuntur contra hæreticos,ſchiſmatici contra ſchiſmaticos,apoſtatæ contra apoſtatas, quia æqualitas fidei & conuerſationis eſt ſeruanda inter accuſantem & accuſatum. Et hoc innuit ſequens capitulum, & allegando dicit,ꝙ ſufficit, ꝙ aliquis ſit bonus ad hoc,ut poſſit accuſare. Item hæreticus non admittitur,cū ſit excōmunicatus, vt ī 11.q.3.cum excōicatio.

e ¶Aequalitas.] Falſū dicit.ſufficit enim ꝙ accuſator ſit bonæ famæ,licet accuſatus ſit melioris,vt ī.ea.lator. Item in alijs falſum dicit, quia nec infamis infamem, nec criminoſus criminoſum accuſat,vt 6.qō.1.qui crimen 3.niſi prius eum tolerauit ſciens eum talem.extra de accuſatio.nulli. Sed poteſt dici hoc eſſe ſpeciale in epiſcopo, ut non poſſit remouere ab accuſatione illos quos prius tolerauit. Item fallit in arenario,qui poteſt accuſare arenarium,vt C.de inof.teſt.in arneam. Item fallit in caſibus, in quibus ſocius criminis non repellit de accu.hos accuſare.§.ſi ſeruus. & 3.q.4.c.pen.quod falſum eſt in exceptis criminibus,ut ſupra in prin.quæſtionis notaui.

Infamis infamē regulariter accuſare non poteſt.

3 Dic vt le. & no. extra de accu.c. 2.Archid.

¶Hæreticus hæreticum accuſare, & contra eum teſtificari poteſt. C. XXVI. Iuo p.16.c.131. Pann.l.5.c.28.

SI hæreticus [f] contra hære-

SI hæreticus.]CASVS. In hoc capitulo tria dicuntur. Dicitur enim ꝙ ſi hæreticus litiget contra hæreticū inter ſe admittitur teſtis hæreticus : ſed ſi orthodoxus contra hæreticum litiget teſtimonium hæretici pro orthodoxo valet . ſed ſi inter ſe litigent orthodoxi , teſtis hæreticus non admittitur.

f ¶Si hæreticus.] Hæc authentica eſt falſa:quia nunquam hæreticus admittitur ad accuſandnm, ut infra 4.q.1.c.1. forte loquitur de minoribus hæreticis, qui non peccant in præcipuis articulis fidei , qui non admittuntur in iudicijs,id eſt de his,quę acta ſunt coram iudice : ſed in alijs contractibus propter inopiam probationum admittuntur,non tamen ſine tormentis, ut 4.q.3.§.in criminali.uer.ſi rea.& C.de hære.l.ult.Ioan. Sed certe ſecundum canones nō admittitur hæreticus cum ſit excommunicatus , & debeat ſtatim occidi.extra de hæret.excommunicamus.& c.pe.B.

Hæreticus nnnquam accuſat.

a ¶Con-

a ❡Contra hæreticum.] Arg. aliquid admitti pro aliquo, quod non admittitur contra ſe. ſi 37. diſt. c. ſi quid veri. arg. contra 4. q. 3. ſi quis teſtibus. Secundum eſt regulare, primum caſuale propter odium hæreſis.

SED QVÆRITVR. CASVS. Dictum eſt ſupra in §. oppo-

ticum [a] litiget, liceat cuiuis eorum hæreticum teſtem adducere. Sin autem orthodoxus contra hæreticum litiget; pro orthodoxo quidem etiam hæretici teſtimonium valeat: contra orthodoxum autem ſolius orthodoxi teſtimonium valeat. ❡Orthodoxis autem litigantibus ad teſtimonium nulli hæretico pateat aditus.

Sed quæritur [b]*, ſi flagitioſiſſimus Catholicus poſſit conuenire hæreticum de alio crimine, quàm de hæreſi? Huic quæſtioni ita reſpondetur. In quo hæreticus inferior eſt, videlicet in regula fidei, in eo à malo catholico accuſari poteſt. In quo autem ſuperior fuerit, videlicet in cõuerſatione vitæ, in eo à flagitioſiſſimo conueniri non poteſt. ❡ Item quod dicitur paſtores pro ſuis actibus magis ſunt tolerandi, quàm corripiendi, dupliciter intelligitur, vel quia à criminoſis tolerandi ſunt, & non corrigiendi: vnde ibi ſubinfertur, quia ſæpè pro meritis ſubditorum deprauatur vita rectorum. Quorũ ergo merito (Deo permittente) vita rectorum deprauatur ab eis potius ſunt tolerandi, quàm corrigendi. Vel quia ſunt quidam, qui ſæpè deſeruntur publicis documentis, & crimẽ, quod intendunt, probare non valent.*

s. c. nõ eſt à plebe. & c. accuſatio 1.

De quibus in homilia de pœnitentia, c. 12. Auguſt. ait.

l. 50. homil. ho. 50. c. 12. Beda. 1. Cor. 4.

❡Quæ publicis documentis probari non poſſunt, toleranda ſunt. C. XXVII.

PLerumque α boni viri propterea ſufferunt aliorum peccata, & tacent [c]; quia ſæpè deferuntur publicis documentis, quibus ea, quę ipſi ſciunt, iudicibus [d] probare non poſſunt.

α ❡Plerumque.] *In aliquot vetuſtis codicibus legitur*, pleriq;. *quemadmodum & apud Bedam, & in originali, cuius tamen non ipſa prorſus verba hic referuntur.*

s. ea. c. ſentẽtia.

4 *De his* [e] *etiã illud Anacleti* [f] *intelligitur: [Sentẽtia Chã filij Noe damnantur, qui ſuorum doctorũ, vel præpoſitorum culpam produnt ceu Cham, qui patris pudenda nõ operuit, ſed magis deridenda monſtrauit.] Hac enim auctoritate ſubditi non prohibentur ab accuſatione, ſed à proditione. Aliud eſt enim prodere, aliud accuſare. Prodit, qui non probanda defert; accuſat, qui reo præſente crimen iudici offert probaturus quod intendit* †*. Cham ſolus vidit pudenda patris, & ideo per eum intelliguntur, qui cum ſoli ſint conſcij*

Gen. 9.

† Concor. text. in l. libellorũ. ff. de accu. & de priu. delict. l. 1. cũ concor.

opponitur. in fi. ꝙ quilibet criminoſus p̃t hæreticum accuſare modo incidentem quęſtionem mouet, an peſſimus catholicus poſſit accuſare hæreticum de alio crimine, quàm de hæreſi? Hanc quęſtionem ſoluit Gra. dicens, ꝙ in quo hæreticus eſt inferior. ſcilicet in hæreſi, poteſt à flagitioſiſſimo catholico accuſari. In quo autem hæreticus eſt ſuperior, ſcilicet in conuerſatione uitæ, non poteſt accuſari à flagitioſiſſimo catholico. Poſtea dicit, ꝙ illud quod dicitur in 1. c. huius qõnis &c. accuſatio. & alijs multis cap. ſ. ꝙ paſtores ſunt potius tolerandi quàm corripiendi à ſubditis, intelligitur de criminoſis, uel etiam de bonis, qui crimina probare non poſſunt, & ad hoc inducit ſeq. cap.

b ❡Sed q̃ritur.] Hanc ſoluit Vrbanus 12. q. 1. ſcimus. vel aliter reſpicit illud quod dicitur. s. ea. §. opponit. & mouet incidentem quæſtionem, & diuiditur in duas partes.

c ❡Paſtores.] In prin. q. quæ tamen nõ ſunt verba illius ca. ſed ſenſus eſt eius.

PLerumque.] CASVS. Dicit hic Aug. ꝙ boni uiri quãdoq; ſciunt occulta peccata aliorum, & tamen tacent. quia probare non poſſunt ea iudicibus, unde non imputatur eis.

c ❡Et tacent.] Dicat tñ ei, qui põt prodeſſe, & non obeſſe. 22. q. 5. hoc vr̃. ſed in publico non dẽt dicere, vt 6. q. 1. ſi omnia. hęc ergo taciturnitas nõ obſtat ei, qui non põt probare. Item nõ nocet ei, qui non poteſt impedire, vt ff. de cõh. emp. l. rem alienam, vel etiam erubeſcit loqui, ut ff. de fur. l. pe. Item nec nocet ei, q ſcit ſuum ius durare. ff. qui mo. pign. vel hyp. ſol. ſicut. §. non uidetur. aliàs ſemper obſtat taciturnitas, ut extra de his quæ fi. à præla. c. 2. & 54. diſt. ſi ſeruus.

Taciturnitas quãq; nõ obſtat.

d ❡Iudicibus.] Iudici ergo facienda eſt probatio 2. non aduerſario, ut 4. q. 3. §. item in criminali. verſi. ſæpè. & C. de cond. ob turp. cauſ. l. 1. arg. contra. 1. q. 1. ſi quis eps̃.

2 Ad idem ext. de ꝓb. ex litteris. §. 1. uer. quibus. & de ele. ſcriptũ. §. verum. in prin. Archi.

DE HIS. Hæc eſt iiij. pars huius qõ. in qua probat, ꝙ ſubditi ſecretè & pacificè poſſunt ſuos prælatos redarguere. non autem palã, niſi peccaſſent in publico: & ita oẽs auctoritates quas inducit, debent intelligi, & hoc ꝓbat ꝑ iiij. exempla, & per x. aucto. ſanctorum patrum. Io. de Fan.

CASVS. Qui ſoli ſciunt, tamen accuſant, & infamant, intelligitur (vt dicit Grat.) quod dicitur s. c. ſententia. de Chã, qui pudẽda patris non operuit: ſed ridẽda mõſtrauit. ſed hac auctoritate nõ prohibentur ſubditi ab accuſatione, ſed à proditione: ſicut fecit Chã, per quẽ intelliguntur illi, qui ſoli ſciunt, alios tamẽ infamant.

e ❡De his.] Qui accuſant prælatos de crimine quod non poſſunt probare.

f ❡Anacleti.] Supra ea. c. ſententia.

ITEM

criminum ſuorum prælatorum, atque ideo accuſare non
poſſunt; vitam tamen eorum infamando alijs ridendam of-
ferunt. ¶ *Item obijcitur, quòd ſubditi etiam religioſi præ-*
latos ſuos accuſare non poſſunt. Legitur enim in Exodo [a], Exod.15.
quòd Maria ſoror Aaron, quæ prima poſt tranſitum ma- Num.12.
ris rubri ſumpto tympano hymnum cantare meruit, poſtea
murmurans in Moyſem, eo quòd Aethiopiſſam duxerat in
vxorem, à Domino lepra percuſſa eſt. ¶ *Item in libro Re-* 1.Reg.24.
gum legitur, quod cum Dauid fugeret à facie Saul; la-
tuit in ſpelunca, in quam cum Saul diuertiſſet ad purgan-
dum ventrem, Dauid præcidit oram chlamydis eius; quod
ſe feciſſe poſtea grauiter doluit, & vehementer pœnituit.
Saul à Domino erat reprobatus, & ex inuidia Dauid per- 1.Reg.16.
ſequebatur, vt eum morti traderet. Dauid erat uir humi-
lis, & mitis Sauli à Domino ſubſtitutus per Samuelem
vnctus in regem: ſed tamen, quia præcidit oram chlamy-
dis Sauli, grauiter fleuit, cum à Saule ſola adminiſtra-
tione vnctionis ſuperaretur. Vnde datur intelligi, quòd Gloſ. ordinaria
ſubditi, quamuis religioſi ſint, prælatos ſuos criminoſos
accuſare non poſſunt. Nam per Saulem, qui ventrem 1.Reg.24.
purgabat, prælati intelliguntur, qui malitiam ſuam cor-
de conceptam in opus producunt. ¶ *Item legitur in libro Re-* 2 Reg.6.
gum, quòd cum arca Domini reduceretur de Gabaa in
Hieruſalem, bobus recalcitrantibus arca inclinata eſt: cui
dum Oza leuita manum adhiberet, vt eam erigeret, à Do
mino percuſſus [b] *interijt. Per arcam prælati intelligun-*
tur, per Ozam ſubditi, per inclinationem arcæ caſus intel-
ligitur prælatorum, per illum, qui manum adhibuit, in-
telliguntur reprehendentes, vel accuſantes vitam docto-
rum, qui à Domino percuſſi intereunt. ¶ *His ita* [c] *re-*
ſpondetur. Verum eſt per arcam ſignificari prælatos, &
per Ozam ſubditos. Illud vero falſum eſt, quòd per incli-
nationem arcæ caſus ſignificetur prælatorum. ¶ *Aliud eſt*
enim inclinari, vel deſcendere; aliud cadere. Legitur Io.8.
enim quòd Saluator noſter ſe inclinauerit, ſicut quando di-
gito ſcribebat in terra; & de montibus frequenter deſcen-
derit, in quos aſcendebat, vel ut pernoctaret in oratione,
vel vt diſcipulos in monte altiora doceret [d] *præcepta, vel ut*
turbas fugiens, ex altitudine montis eas reſpicere, & libe-
re poſſet docere. Inclinatio vel deſcenſio humilitatem ſignifi-
cat, qua ſpirituales nonnunquam carnalibus condeſcen-
dunt, & eorum infirmitati compatiuntur, iuxta illud A-
poſtoli: [Quis infirmatur, & ego non infirmor?] Hos e- 2.Cor.11.
tiam [e] *ſignificauerunt Angeli, quos Iacob vidit in ſcala* Gen. 28.
deſcendentes. De his etiam per Prophetam dicitur, [In- Pſal.17.
clinauit cœlos, & deſcendit.] Per arcam ergo inclinatam
intelliguntur prælati, qui ſubditorum culpam miſericordi-
ter portant, & eorum infirmitati humiliter compatiun-
tur. Vnde bene dicitur, quòd bobus recalcitrantibus ar-
ca inclinata eſt. Boues quippe recalcitrantes ſubditos ſigni-
ficant ſuis doctoribus non obedientes; quibus dum prælati
compatiuntur, quaſi bobus recalcitrantibus arca inclina-
tur. Leuita, qui manum adhibuit, ſignificat illos, qui
miſericordiæ compaſſionem in prælatis ſuis reprehendunt,
eoſque in ſeueritatis amaritudinem erigere volunt. Vn-
de bene Leuita iſte Oza dicitur: Oza quippe robuſtus

ITEM OBIICITVR. CASVS. Opponitur adhuc. ſ. ꝙ ſubditi ēt religioſi prælatos ſuos accuſare nō pñt. Et hoc probatur quatuor obiectionibus. Prima eſt de Maria ſorore Aaron, quæ lepra percuſſa eſt, qa murmurauit in Moyſem, quia duxerat Æthiopiſſam in vxorē. Secunda obiectio eſt de Dauid, qui cum fugeret à facie Saulis & latitaret in ſpelunca, abſcidit orā chlamydis Saulis purgantis uentrem: De quo idē Dauid ſeipsū poſtea reprehendit. Tertia eſt de Oza, qui cū arca Domini reduceret de Gabaa in Hieruſalem, & bobus recalcitrātibus inclinaretur, manum appoſuit. Quarta eſt, ꝙ infames efficiuntur qui accuſant p̄latos ſuos; & ideo accuſare non poſſunt. Has obiectiones ſoluit, & dat cuilibet obiectioni ſuam ſolutionem Grat. cōcludendo, ꝙ propter hoc non remouentur ſubditi ab accuſatione prælatorum. Et primo ſoluit quod dictum eſt de arca, & innuit ꝙ per mariā, Dauid & Ozam, & per eos qui reputabuntur infames, intelliguntur illi, qui bonam fidē & bona facta ſuorum prælatorum reprehendunt, bonitatem eorum obfuſcare uolentes. Sed malos prælatos bene poſſunt accuſare: quod probat ſequenti capitulo, quia mali prælati non ſunt prælati.

a ¶ In Exodo] Melius in libro Nume. 50. diſ. §. econtra.

b ¶ Percuſſus.] Quia ea nocte nō ſe ab vxoris amplexu abſtinuerat.

c ¶ His ita.] Incipit rñdere his tribus obiectionibus, & primo reſpondet vltimæ.

d ¶ Altiora doceret.] Arg. ꝙ magiſter debet docere in alto.

e ¶ Hos etiam.] .ſ. ſpirituales prędicatores.

a ¶ Pec-

Iac 2.

Eccli.7.

dicitur. Illi enim robuſti dicuntur, qui cum de ſua iuſtitia præſumunt, miſericordiam peccantibus negandam putant, & impedientes reprehendunt. Vnde à Domino percuſſi intereunt; quia iudicium ſine miſericordia erit illis, qui nolunt facere miſericordiam delinquentibus: Cui per Salomonem dicitur: [Noli eſſe nimis iuſtus, quia eſt iuſtus, qui perit in iuſtitia ſua.] Sic & illud Moyſi intelligitur. Per Moyſem enim prælati intelliguntur, per Aethiopiſſam peccatores deſignantur. Moyſes Aethiopiſſam vxorem ducit; cum quilibet prædicator peccatorē [a] ſibi copulat; ut ex eo ſobolem bonorum operum Deo gignere valeat. Hanc copulam dum Maria, id eſt ſubditi reprehendunt, lepra peccati inficiuntur. Vel per Mariam ſynagoga intelligitur quæ in Moyſem, id eſt in Chriſtum murmurauit, quia Aethiopiſſam, id eſt eccleſiam de gentibus ſibi copulauit: quos lepra perfidiæ & erroris ſordidos fecit. Non ergo his auctoritatibus ſubditi prohibentur ab accuſatione ſuorum prælatorum; ſed monentur, ne reprehendant miſericordem compaſſionem eorum. ¶ Item [b] per Saulem prælati intelliguntur, & per Dauid [c] ſubditi. Saul [d] purgans ventrē eos ſignificat, qui malitiam corde conceptam foras in opus producunt. Sed in præciſione chlamydis non ſignificatur [a] niſi reprehenſo peccati. Per chlamydem enim regni poteſtas intelligitur. Hanc præcidit, qui prælatum ſententia damnationis ferit: quod nulli ſubditorum licet. Facta enim paſtoris, oris gladio, id eſt ſententia damnationis à ſubditis ferienda ſunt. Hinc eſt, quòd Hieronymus ait ſuper Marcum de Pontifice, qui ſcidit veſtimenta ſua, Sciſſio veſtis ſciſſionem ſignificat ſacerdotij, quod in proximo erat ſcindendum, & auferendum Iudeis. Vel per Dauid ſignificantur, qui nequitiam ſuorum prælatorum uidentes, maiora eorum peccata contemnunt, minima vero & leuia, quaſi extremam oram chlamydis præcidentes reprehendere, & lacerare ſatagunt. Vel quia Saul ſolus [e] diuertit in ſpeluncam, in qua Dauid ſolus [ß] latebat. ¶ Item ſuper hoc poteſt intelligi, quod de Cham dictum eſt, qui ſolus vidit pudenda patris, quæ non cooperuit, ſed ridenda monſtrauit. Hac itaque auctoritate non inhibetur ſubditis accuſare prælatos, ſi accuſabiles fuerint. Item probatur, quòd ſubditi prælatos ſuos accuſare non poſſunt, etiam ſi religioſi fuerint. Infames enim ſunt eo ipſo, quòd ſuorum doctorum vitam reprehendere conantur. Infames enim fiunt (ut canonum tradit auctoritas) omnes, qui in Patres armantur, & qui doctorum ſuorum vitam reprehendunt, vel accuſant. Nullus autem infamis in accuſatione prælatorum eſt audiendus, niſi forte à fide exorbitauerit, vt ſupra dictum eſt. Cum ergo ſubditi eo ipſo, quod in accuſationem prælatorum proſiliunt, infames efficiantur, infamibus autem copia accuſandi denegetur; patet, quòd ſubditi prælatos ſuos accuſare non poſſunt. ¶ His ita reſpondetur [f]: non omnes prælati pro prælatis habentur. Nomen enim non facit epiſcopum, ſed vita.

Gregorius in paſt.p.3.c.5.

Nicolaus in epiſtola 7. ad Michaelem.

T.c.ones.

ad c.14.

T.c. ſententia.

a ¶Peccatorem.] In hoc tamen non peccauit, quia adhuc non erat prohibitū 1, nec hodie eſt ſi ſub hac cō ditione ducitur ut fiat fidelis 28.qō.1.non oportet.Ioan.

1 Argu. ad hoc 32.q.4. obijciūtur. &c. dixit. vel dic ſm Hu. ꝙ fecit inſtructu ſpiritus ſancti.ar.25.q.1.§. hac ita que.10.

b ¶Item.] Ad hoc ſimiliter tripliciter reſpondet, & ultimo male.

ADDITIO. Et eſt hic reſponſo ad ſecundam obiectionem. Archid.

c ¶Per Dauid.] Secūda ſolutio.

d ¶Saul.] Tertia reſponſio.

e ¶Solus.] Et tamen cum ſocijs ſuis.

f ¶Reſpōdetur.] Quibus dicitur, ꝙ ſubditi non poſſunt accuſare prælatos.

PAulus.] CASVS. Ianuarius epiſcopus

ɑ ¶Non ſignificatur.] *In aliquot vetuſtis exemplaribus legitur*, non ſignificatur reprehenſio peccati: *in alijs uero nonnullis*, ſignificatur reprehenſio peccati.

ß ¶Dauid ſolus.] *Primo regnorum, c.24. legitur.* Porro Dauid, & uiri eius in interiore parte ſpeluncæ latebant.

Vnde Gregorius Ianuario epiſcopo ſcribit lib.7. indict.2. epiſt. prima.

¶ Quem ætas, non uita ſeniorem facit, grauiter eſt increpandus. C. XXVIII.

Ioan. diaconus lib.3. num.32.

PAu-

ſcopus die Dominica ante Miſſam, & etiam poſt, exarauit meſſem cuiuſdam laici violenter. de quo reprehendit eum Papa. Ille autem dicebat ſe non eſſe arguēdū. Et hoc probat auctoritate Pauli, qui dicit, Seniorem ne increpaueris. ſed Gre. reſpōdet & dicit hoc eſſe ſeruandum cum ſeniores boni ſunt, ſed cū ſuo exemplo iuuenes corrumpuntur, increpandi ſunt ſeniores: & hoc probat duobus auctoritatibus.

lus [a] dicit: [Seniorem ne increpaueris.] Sed hæc eius regula [b] in eo † ſeruanda [c] eſt, cum culpa ſenioris exemplo ſuo non trahit ad interitum corda iuniorum. Vbi autem ſenior iuuenibus exemplum ad interitum præbet, ibi diſtricta increpatione feriendus eſt. Nam ſcriptum [d] eſt: [Laqueus [e] iuuenum omnes vos.] & rurſus Propheta dicit: [Maledictus puer α [f] centum annorum.]

1. Tim. 5. †al. tunc

Eſa. 42.

Eſa. 65.

α ¶Maledictus puer.] *In codicibus B. Gregorij partim iſto ferè modo legitur, partim vero,* & peccator centum annorum maledictus eſt, *quemadmodum & apud Ioan diaconum, & in vulgata, niſi quòd hæc habet non,* eſt: *ſed,* erit. *Septuaginta autem, ut eſt apud B. Hieronymum, habuerunt,* & qui moritur peccator centenarius, maledictus erit.

Item Hieronymus ad Heliodorum, epiſt. 1. de laude uitæ ſolitariæ.

¶Dignitas non facit epiſcopum, ſed vita.

C. XXIX.

NOn omnes epiſcopi ſunt epiſcopi [g]. Attēdis Petrū: ſed & Iudam conſidera. Stephanum ſuſpicis: ſed & Nicolaum [h] reſpice. *& infra.* ¶Non facit eccleſiaſtica dignitas Chriſtianum. Cornelius [i] centurio adhuc ethnicus [k] dono ſancti ſpiritus mundatur; presbyteros [l] Daniel puer iudicat. *& infra.* ¶Non eſt facile ſtare loco Pauli, tenere gradum Petri, iam cum Chriſto regnantiū. *& infra.* ¶Infatuatum ſal [m] ad nihilum prodeſt, niſi ut proijciatur [n] foras, & à porcis [o] conculcetur.

Act. 10. Dan. 13. ī. diſt. 40. nō eſt facile. Luc. 14.

Item Auguſtinus tractatu ſexto in c. 1. Ioannis.

¶Non epiſcopi nomen, ſed uita reuerentiam meretur. C. XXX.

NOn omnis, qui dicit, pax uobiſcum, quaſi columba eſt audiendus *& infra.* ¶Corui [p] de morte paſcuntur. Hoc columba non habet: de frugibus terræ viuit, innocens eius victus eſt.

Item Beda ad c. 2. epiſtolæ ſecundæ Petri.

Et ibi glo. ord.

¶Docti ab indoctis, clerici à laicis quandoque merito reprehenduntur. C. XXXI.

SEcuti ſunt [q] viam Balaam [r] & Bo-

2. Pet. 2. Num. 22.

a ¶Paulus.] Scilicet in epiſtol. 1. ad Timoth. 5.

b ¶Regula.] Argu. ꝙ poſſumus interpretari & arctare generalia verba Apoſtoli 1, ut 33. q. quos Deus coniunxit. 32. q. 5. hoc uidetur. & ff. de in ius vo. l. quamuis. & ff. de teſti. quæſitum.

1 Arg. ꝯ ī. ea. q. 1. cōſuluiſti. 31. q. 1. ꝙ ſi dormierit.

c ¶Seruanda.] Exempla enim prælatorum & ſenum facilius corrumpunt, & ideo magis ſunt punienda, ut 11. q. 3. præcipue. & 85. diſt. tanta 2.

Prælatorū exēpla mala alios corrumpunt.

2 Et gñaliter quicunque publice peccat exemplum peccādi cuilibet tribuit: & in totam eccleſiam delinquit. 16. q. 2. ſed illud. ſecundū L. & Hug.

d ¶Scriptum.] Scilicet in Eſaia.

e ¶Laqueus.] Scilicet malo exemplo.

f ¶Puer. 3] Canon ꝓpter malitiam aliquorum fingit aliquid eſſe quod non eſt, & econuerſo. 40. diſtin. multi ſacerdotes.

3 Dic quòd puerilis ætas durat vſque ad pubertatē, ut l. pueri. cū gl. ff. de uerbo. ſig.

NOn omnes epiſcopi.] CASVS. Heliodorus quæſiuit a Hieronymo, an prælati eſſent accuſandi & eijciendi. Et reſpondet ꝙ boni, ut Petrus & Stephanus non ſunt accuſandi, ſed honorandi: mali uero ſunt accuſandi & proiiciendi ſicut ſal infatuatum, ut Iudas & Nicolaus, nec prodeſt eccleſiaſtica dignitas in hoc. Et probatur exemplo centurionis & Danielis.

g ¶Non omnes epiſcopi ſunt epiſcopi.] id eſt, non omnes epiſcopi voce, ſunt epiſcopi re.

h ¶Nicolaum.] Qui fuit unus de ſeptē diaconis, quos Apoſtoli inſtituerunt, qui fuit reprobus 4.

4 Et dicunt ꝙ iſte fuit machometus quē colunt pagani. Hug. & de hoc habetur ī. 24. q. 3. quidā. uerſ. Nicolaitæ. ſm L. q aſſerit, ꝙ iſte fuit machometus.

i ¶Cornelius.] Qui primus ex gentibus nōmen Ieſu Chriſti eſt ſecutus. 26. diſt. deinde.

k ¶Ethnicus.] Id eſt, gentilis.

l ¶Presbyteros.] Qui condemnauerunt Suſannam. infra ead. §. item cum Balaam.

m ¶Infatuatum ſal.] Id eſt, ſtulti prælati, inſipidi in prædicando, fatui in delinquendo.

n ¶Proijciatur.] Id eſt, deponatur.

o ¶Et à porcis.] Id eſt, dæmonibus, qui dominātur malis prælatis quaſi pecori ſuo. 24. q. 1. §. his auctoritatib.

Dæmones malis prælatis dominātur.

NOn omnes.] CASVS. Dicitur hic, quòd per columbam bonus prælatus intelligitur, qui eſt audiendus. Per coruum autem malus prælatus intelligitur, qui eſt repellendus.

p ¶Corui.] Coruo æquiparatur malus prælatus uel presbyter in nigredine vitiorū. & in raucedine uocis, & in voracitate, ſcilicet mortuorum 5 oblationum & in fœtore ſpiritus, & in garrulitate, & in furto. 23 q. 4. tres perſonas. Io. de Fan.

Presbyter malus coruo æquiparatur.

5 Quia ipſæ oblationes ſibi uſurpant & rapiunt, q: ad hoc prædicāt ut uiuant, ſecundum H.

SEcuti.] CASVS. Beda ponit in hoc c. verba Petri in epiſtola canonica, & exponit ea, intendens probare, ꝙ prælati poſſunt accuſari à ſuis ſubditis etiam laicis: quia Balaam malus propheta redargutus fuit ab aſina, quam equitabat. Mali prælati comparantur Balaam, & fontibus ſine aqua, & nebulis tenebroſis. Per aſinam vero etiam ſubditi laici intelliguntur.

q ¶Secuti ſunt.] Prælati & doctores mali.

r ¶Balaam.] Supple uenientis.

a ¶Et Boſor.] Verba ſunt Petri vſque ad ver. plerumque. vbi Beda exponens verba Petri in canonica dicit, ꝙ hæretici à gentibus reprehenſi comparantur Balaã correpto ab aſina. comparantur etiam & mali prælati reprehenſi à laicis.

b ¶Redarguantur.] Non dicit accuſentur. unde non poteſt hic ſumi arg. ꝙ laici poſſint accuſare clericos, vt ſup. 21. diſ. nolite. in fin. contra. Solut. ibi, ꝙ triplex eſt reprehẽſio: quã ibi vide.

c ¶Fontes.] Verba Petri.

QVI. CASVS. Concludit Gratianus ex ſupradictis cap. ꝙ mali prælati poſſunt accuſari à ſubditis, non excuſante eos officio uel auctoritate, quia criminaliter peccans alteratur, & capite minuitur: quod probat ſequenti cap.

d ¶Quia ergo.] Infert ex his tribus c. ꝙ mali prælati cum criminaliter peccãt, poſſunt à ſubditis accuſari, & ad hoc inducit c. ſequentia.

e ¶Alteretur.] Id eſt, in alterius ſtatum cõmutetur. tranſit enim de familia Dei ad familiam diaboli. 24. q. 3. ſi quis non recto.

f ¶Vt ita dicam.] Videtur etiam, ꝙ infamis capite minuatur. ff. de ua. & extraor. cogni. cognitionum. §. exiſtimatio.

corre-ſor [a], qui mercedem iniquitatis amauit: correctionem uero habuit ſuæ veſaniæ. Subiugale mutũ in hominis † uoce loquens prohibuit prophetæ inſipientiam.] Plerumq; hæretici tam ſtulta dogmata, tam execranda proferunt ſacramenta, vt etiam hebetum ſenſus, & paganorum, & qui ratione diuinæ agnitionis omnimodis carent, illorũ detestetur inſaniam, & illorum diſtorta, & Deo contraria itinera ſanius ſapiendo redarguat. Et (quod peius, quia frequentius eſt) nonnunquam multi catholicorum in tãtum mercedem amant iniquitatis, ut etiam docti ab indoctis, à laicis clerici merito redarguantur † [b]: qui iure comparantur prophetæ, qui verbis aſinæ contra naturam loquẽtis corripitur; nec tamen à propoſito praui itineris retardatur. Quibus etiam aptiſſime nomen congruit ciuitatis; de qua Balaam ueniſſe perhibetur. Boſor namq; carneus, ſiue in tribulatione [α] interpretatur. Neque enim alia maior † cauſa luxurioſis exiſtit, verbum veritatis amore pecuniæ, uel deſiderio rerum temporalium adulterare: quàm quòd carnis ſe concupiſcentiæ mancipauerunt. *& infra.* ¶Sed & nomen ipſius Balaam, qui uanus populus, ſiue præcipitans eos interpretatur, talibus cõuenit. Qui enim agnitam ueritatis uiam ſponte ipſi deſerunt; quid niſi uanus ſunt populus? Quid, niſi in pręcipitium ſuos mergunt auditores, quibus non ſalutaria, quæ corrigant, ſed quæ illos delectant, erronea prædicant? de quibus bene ſubditur: [Hi ſunt fontes [c] ſine aqua, & nebulę turbinibus exagitatæ, quibus caligo tenebrarum reſeruatur.]

† *al. mutũ hominis*

Ibidem.

† *al. lacerantur*

† *al. magis*

α ¶Tribulatione.] *Sequebatur,* poſitus, *quæ dictio ſublata eſt, quia neque apud Bedam, neque apud Hieronymum in nominum hebraicorum interpretatione habetur.*

ſ. c. nõ omnes. & c. nõ omnis.

Quia ergo [d] non omnes epiſcopi ſunt epiſcopi, presbyteri à Daniele puero iudicantur, ſal infatuatum à porcis conculcatur, & qui dicit, Pax nobiſcum, plerumque nõ columba, ſed coruus reputatur: patet quòd non ſemper pro officio, atque † auctoritate perſonæ ab accuſatione eſt ceſſandum; immo contra prauos eſt agendum, cum omnis perſona criminaliter peccans alteretur [e], & (vt ita dicam [f]) legibus capite minor cenſeatur. Qui enim facit peccatum; ſeruus eſt peccati tam in pœna, quàm in culpa.

† *al. uel*

ban.

Vnde Auguſtinus ait.

¶Qui ſuſceptum officium non adminiſtrat, non eſt epiſcopus, ſed canis impudicus C. XXXII.

Burc. l. 1. c. 203. Iuo p. 5. c. 317.

QVi nec regiminis in ſe rationem habuit, nec ſua delicta deterſit, nec filiorum crimen [g] correxit; canis impudicus dicendus eſt magis, quàm epiſcopus.

¶Caput hoc apud B. Auguſtinum, ex quo citatur, non eſt inuentum, Burchardus & Iuo citant ex Gregorio, & eadem fere uerba ipſe quoque Gratianus ſupra diſt. 83. ſubnectit capiti, Nemo quippe. *quod eſt Gregorij. Simile quiddam Burchardus l. 1. c. 13. & Iuo p. 5. c. 67. afferunt ex Origene.*

QVi nec.] CASVS. Dicit Aug. ꝙ qui nec ſua delicta nec filiorum corrigit, non eſt dicendus epiſcopus, ſed canis impudicus.

g ¶Crimen.] Talis enim ad accuſationẽ uel ad teſtimonium non admittitur, ut 37. diſt. legant. ſ. 6. q. 1. qui crimen.

QVIBVS ERGO. CASVS. Concludit Gratia. ex ſupradictis, & dicit, ꝙ cum mali prælati admittunt nomen epiſcopi ſenioris & columbæ, merito poterunt à ſubditis accuſari, & aduocari. Infames ergo sũt q bonos accuſant. qui vero malos, laudabiles fiunt. In fi. §. exponit qđ dr ſ. c. maiorũ. Et dicit, ꝙ minor ibi intelligitur non dignitate, ſed uita. Et hoc clare in ſeq. c. probatur.

h ¶Hieronymus.] ſ. in tribus proxi. capit.

Quibus ergo Hieronymus [h], Auguſtinius, Gregorius

Nomē aufertur à malitia.

Pauli charitas magna fuit.

a ¶Diſſimulans.] Aufertur enim alicui nomen pp ſuā malitiam. 33. q. 2. admonere. ſup. 19. diſt. ſecundum. & 1. q 4. §. item peccato. ſup. ea. q. 1. ſcelus.

PAulus.] CASVS iſtius c. planus eſt. Et inducūtur 5. cap. ad probandum, ꝙ licet aliquis ſit in minori dignitate alio, maior tamen eſt eo uita & ſanctitate.

b ¶Imparē.] meritis: non tñ adminiſtratione. diſt. 80. in illis.

c ¶Sciret.] Ex hoc patet, ꝙ aliquis ſcit ſe habere charitatē per reuelationem. Paulus alibi dicit: Scio ꝙ neque mors, neq. uita, neq; aliud me poterit ſeparare à charitate Dei. alibi tñ dicit, Nihil mihi conſcius ſum, &c. vt ſup. 40. diſtin. c. vlt.

Eps̄ maior eſt presbytero Cardinali.

ADDITIO. iſta concor. reſpicit litteram, non imparem, ſecundum Laud. Ad idem 21 q 4. ſicut excellentiam.

d ¶Hoc non de officio.] Quòd non poſſit eſſe impar Paulus Petro.

QVamquam.] CASVS. Aug. hic cōmendat Hiero. & dicit quòd quamuis Aug. ſit eps̄, & Hieronymus presbyter: tñ Hieronym. eſt maior Auguſtino uita & ſanctitate.

1 Illa gl. reputatur à doctoribus ſingul. ad hoc quòd dicit epm̄ maiorē pſ̄bytero Cardinali. ſ. dignitate reſpectu ordinis epiſcopalis. vnde epī dicuntur ſummi ſacerdotes vt ca. 1. poſt me. de ſac. vnc. & ęquiparatur illuſtribus ſeu p̄fecto prętorio, ut no. gl. in l. epāli. C. de epiſ. audiē. & non habent maiorē dignitatē Cardinales, q̄ epī: ſed habent maius officium, ut inquit Bar. in l. 1. §. ſi qs. in 1. col. ff. de ap. facit tex. in ca. ſi abbate. de cle. lib. 6. & no p Ab. in c. eccleſia veſtra. Ledernier de elect. in pe. & vlt. col.

e ¶Scd̄m honorū vocabula.] Eps̄ ē nomē dignitatis, presbyter nomē ætatis. 93. diſt. legimus.

f ¶Auguſtinus.] Au: forte hoc cedebat. nō enim licuit ei mentiri pro humiliate. 22. q. 2. cum humilitatis. & cū Hieronymus fuit præsbyter Cardinalis, patet quòd quilibet epiſcopus maior eſt presbytero Cardinali.

PVto.] CASVS. Probatur in capitulo iſto, ꝙ cōcilia vniuerſalia præferuntur propter dignitatem ſtatutis unius epiſcopi, uel prouincialis concilij. quia licet Cyprianus & Paulus ſint in martyrio Petro æquales: tamen Petrus maior eſt dignitate, & ſtatuta eius ſunt magis ſeruanda quàm aliorū. licet enim vna ſit martyri corona, tamen in cathedris eſt differentia.

g ¶Exiſtam.] Sic dicā Cyprianū in omnibus æqualē.

h ¶Cuilibet.] Sup. 21. di. in nouo. ſup. 24. q. j. loquitur. contra.

ADDITIO. Dic ꝙ ratione ordinis Petrus fuit par alijs Apo-

auferunt nomen columbæ, epiſcopi, ſenioris nonne & priuilegium eſt auferendum dignitatis, vt poſſint à ſubditis reprehendi? Vnde ſcriptura diſſimulans[a] *priuilegium prauæ ſenectutis, ait:* [*Maledictus*] *Non ſenior* [*puer centum annorum.*] [*Apparet ergo, quòd hi ex accuſatione prælatorū infames fiunt, qui eorum vitam reprehendere, & lacerare conantur, qui locum ſui regiminis non nomine tantum, ſed uita, & moribus tenent. Alij autem potius laudabiles fiunt ex accuſatione prælatorum ſuorum, quàm infames. Item, quod dicitur:* [*Maiorum quiſpiam minorum accuſationibus non impetatur;*] *minores intelligendi ſunt non dignitate, ſed uita.* sup. ea. Paulus. *Eſa.* 65. ſ. ea. c. maiorē.

Vnde Hieroymus ait de Paulo ſuper epiſtolam ad Gala.

¶Maiores & minores non dignitate, ſed uita intelligi oportet. C. XXXIII.

PAulus Petrum reprehendit: quod non auderet, niſi ſe non imparem[b] ſc iret[c].

¶*Caput hoc, quod citatur in pleriſque exemplaribus ex B. Hieronymo, & in aliquot ex B. Auguſtino, in neutrius libris inuentum eſt: ſed in gloſſa ordinaria ad ea verba ipſius epiſtolæ ad Galatas,* in faciem eius reſtiti *additur hæc interlinearis explanatio,* *Gal.* 2. quod non auderet, niſi ſe non imparem ſentiret *Et in commētarijs B. Ambroſii in illum eundem locum hæc leguntur.* Nam qs eorum auderet Petro primo Apoſtolo, cui claues regni cœlorum Dominus dedit, reſiſtere, niſi alius talis, qui fiducia electionis ſuæ ſciens ſe non imparem, conſtantes improbaret, quod ille ſine conſilio fecerat?

Hoc non de officio[d] *eccleſiaſticæ dignitatis, ſed de puritate vitæ, & ſanctitate conuerſationis intelligitur: ſolus enim Petrus inter Apoſtolos primatum gerebat.*

Hinc Auguſtinus ait ad Hieronymum epiſt. 19. prope finem.

¶Non epiſc opinomen, ſed uita maiorem facit. C. XXXIIII.

QVamquam ſecundum honorum vocabula[e], quę iam eccleſiæ vſus obtinuit, epiſcopatus maior presbyterio ſit; tamen Auguſtinus[f] in multis rebus Hieronymo minor eſt.

Idem lib. 2. de baptiſmo contra Donatiſtas, c. 1.

¶Epiſcopi licet pares ſint meritis, gradu tamen differunt dignitatis. C. XXXV.

PVto, quòd ſine ulla ſui contumelia Cyprianus epiſcopus Petro apoſtolo comparatur, quantum attinet ad martyrij coronā. Cęterum magis ueteri debeo, ne in Petrum contumelioſus exiſtam[g]. Quis enim neſcit illū Apoſtolatus principatum cuilibet[h] epiſcopatui præferendū? Sed etſi diſtat cathedrarū gratia, una tamen eſt martyrum gloria. *Item infra.* ¶Cū Petrus à Paulo poſteriore corri- Iuo p. 5. ca. 24.

Apoſtolis & cęteris epiſcopis, ſed ratione adminiſtrationis fuit maior.

a ¶Promouetur.] Ita ut in hoc videantut ipſi eſſe pares, & etiam ſtatuta eorum.

b ¶Quanto, &c.] Et eſt hic argu. ꝙ potius ſtatur ei quod

ritur de patre 1 tam in ciuili quàm in criminali negotio: ſed ſecundum leges non in ciuili. niſi tamē in cauſa caſtrenſi, vt ff. de iu. l. lis nulla. & ff. de furt. ſi quis vxori. 1. reſpon. non tamen poteſt eum conuenire de furto. ſed actione in factum, ut C. de dolo malo, ſi ſuperſtite. Emācipatus autem poteſt agere ciuiliter ꝯ patrem, ſed venia impetrata, ut C. de in ius uoc. l. ult. Sed in criminali cauſa non auditur ꝯ patrē ſup. ea. q. 1. prohibentur. nec pater ꝯ filium, niſi iniuriam in ipſum commiſerit, vt C. de pa. po. l. 3.

1 De hoc ēt no. 23. q. 4. ſi eccleſia. gl. melius, ibi videas.

gitur, & pacis atque unitatis uinculo cuſtodio † ad martyrium promouetur | [a]; quāto [b] facilius, & fortius, quod per uniuerſæ eccleſiæ ſtatuta firmatum eſt, uel unius epiſcopi auctoritati, uel unius prouinciæ concilio præferendum eſt?

† al. cuſtoditus

† al. prouehitur

Idem tractatu 30. in Ioannem, in fine.

¶Non in honore, ſed in ueritate filius æquatur, uel præponitur patri. C. XXXVI.

QVeritur [c] pater de malo filio, aut quæritur filius de duro patre: Seruamus honorificentiam, quæ debetur patri à filio, quæ deficit à filio. Non æquamus [d] filium patri in honore; ſed præponimus, ſi bonam cauſam habet filium [e] æquamus patri in ueritate: & ſic tribuimus honorem debitum, ut non perdat æqualitas † meritum.

† al. æquitas

Item Ambroſius ſermone 66. de natali Petri & Pauli.

¶Aequales fuerūt meritis (licet gradu differentes) Petrus & Paulus. C. XXXVII.

BEati Petrus & Paulus eminent inter uniuerſos Apoſtolos, & peculiari quadam prærogatiua præcellunt: verum inter ipſos, quis cui præponatur, incertū eſt. Puto enim illos æqules eſſe meritis, qui æquales ſunt paſſione; & ſimili eos fidei deuotione vixiſſe, quos ſimul uidemus ad martyrij gloriam perueniſſe. ¶Non enim ſine cauſa factum putemus, quòd una die, uno in loco unius tyranni tolerauere ſentētiam. Vna die paſſi ſunt, ut ad Chriſtum pariter peruenirent; uno in loco, ne alteri Roma deeſſet; ſub uno perſecutore, ut æqualis crudelitas vtrumq; cōſtringeret. Dies ergo pro merito, locus pro gloria, perſecutor decretus eſt pro uirtute [f]. Et in quo tandem loco ijdem martyrium pertulerunt? in urbe Roma; quæ principatum, & caput obtinet nationum: ſcilicet ut ubi caput ſuperſtitionis erat, illic caput quieſceret ſanctitatis; & vbi gētilium principes habitabant, illic eccleſiarum principes morarentur.

¶ *Sermo vnde hoc caput ſumptum eſt, inter ſermones B. Ambroſii eſt 66. inter ſermones B. Auguſtini de ſanctis, vigeſimus ſeptimus, & apud Maximum Taurinenſem, quintus in feſto eodem, qui num. 54. eſt.*

5 *Item pœnitentes [g], bigami, ſacerdotes accuſare non poſſunt. Vnde generaliter colligitur, quòd quicumque ſacerdotes non ſunt, uel eſſe ſacerdotes non poſſunt, in ſacerdotes accuſationem, uel teſtificationem proferre non poſſunt.*

d ¶Non æquamus.] ſic Celſus corrigit dicta patris ſui. ff. de cō di. cau. da. l. dedi. §. ſi quis quaſi ſtatu liber. Itē argu. ꝙ aliquis poteſt eſſe maior & minor altero diuerſo reſpectu. ſup. ead. quanquam. 25. diſtin. perlectis.

e ¶Filiū.] Arg. ꝙ ueritas a quocūque prolata amplectenda eſt. Et eſt etiam arg. contra teſtimonium honorabilium perſonarum. ſimile diſt. 9. ego.

BEati.] CASVS. Probat Ambro. in hoc cap. Petrum Paulum fuiſſe æquales in paſſione, & fidei deuotione; quia eodē die, eodem loco, & ſub eodem perſecutore ſuſceperunt martyrij coronam, ut ubi erat caput ſuperſtitionis, vigeret caput ſanctitatis.

f ¶Pro uirtute.] Scilicet vt parem uirtutē & conſtantiam 2 contra perſecutionem in paſſione habuiſſe videantur.

2 Cū ex ſæuitia pſecutionis virtus patriæ claruerit in vtroq; Hu.

ITEM POENITENTES. Hæc 5. pars huius quæſt. in qua dicit, quid ſit in hac quæſtione tenendum: & dicit quòd tales, qui ſacerdotes eſſe nō poſſunt, nec eos accuſare, nec in eos teſtificari pōt; redarguere tū poſsūt occulte & patienter: & hæc probat p tria exēpla & v. auct. sāctorū patrū. Io. de Fā. CASVS. Probatum eſt ſup. in multis c. ꝑ criminoſi accuſare non poſſunt. Idem dicit Gratianus de pœnitentibus & bigamis. & ita colligitur, ꝑ qui non ſunt ſacerdotes, nec dici poſſunt, in ſacerdotes accuſationē vel teſtificationem proferre non poſſunt. Et hæc probantur duobus capitulis ſequentibus.

g ¶Item pœnitentes.] Solenniter. ī. 6. q. 1. qui crimē.

quod à pluribus, quàm quòd à paucioribus dicitur. & 19. diſt. in canonicis.

QVeritur.] CASVS. Dr̄ hic, ꝙ licet pater corā iudice conquerātur de filio, & ecōuerſo, filius eſt patri præferendus in ueritate, in honore tamē pater eſt filio preferendus, & ſic honor debitus patri ſeruatur, ut æquitas non perdat meritum.

Filius patrē conuenire pōt.

c ¶Queritur.] Secundum canones ergo filius conque

IPſi Apoſtoli.] CASVS. Quæſitum fuit à Fabiano Papa qui repellantur ab accuſatione in teſtimonio ſacerdotium. Et reſpondet ꝙ illi remoueantur, qui non ſunt ſacerdotes, nec eſſe poſſunt intellige rõne criminis uel irregularitatis.

a ¶Ordinis.] in criminali . ſed in ciuili poſſunt omnes . extra de teſtibus,tũ litteris. b ¶Nec eſſe.] Ex his duobus c.1.colligitur ꝙ hæc tria, accuſatio, teſtimonium, & ordo pari paſſu ambulant, vt quicumque nõ admittitur ad unũ, nec ad reliquum. Sed obijcitur. quicumque ſemel in peccato mortali fuerit, non admittitur ad ordines , ut 25.diſt.primum. ergo nec ad teſtimonium. Item ſi crimen ciuiliter fuerit probatum, non admittitur ad ordines,vt diſtin.24.qñ. ext. de accuſa. ſuper his. ergo nec ad teſtimonium: & ſm hoc nullus inuenitur teſtis,cũ nemo. ſine crimine viuat.25. diſt.§. noĩe autẽ.Tu dicas ꝙ regula, q̃ hic traditur, locum habet cum criminaliter agitur . Si enim ciuiliter agitur: aut crimen eſt occultum quod objicitur teſti,aut manifeſtum. ſi occultum,præſumo eum inde egiſſe pęnitentiam . quia occultum in meliorem partem interpretamur. extra de ſortilegijs . cap.ex tuarum. & extra de reg. iuris. eſtote.Si aũt manifeſtũ , probauit ſe egiſſe pęnitentiã per ſacerdotẽ.quod facere poteſt,ut extra de ſimo.nemo. 50 diſt.in capite.2.q.1.ſi peccauerit, in fi. niſi tale ſit crimen , quod etiam poſt pęnitentiã irroget infamiã, vt cum aliquis conuictus eſt de periurio. ut 3. q.7. §. porro.Si autem criminaliter agitur:ſiue ſit occultum, ſiue manifeſtum ſiue inde egerit pœnitentiã,ſiue nõ, repello eum,ut 6.q.1.qui crimen 2.Vel diſtingue ſicut notaui ſuper illo cap.qui crimen.Ioan.& extra de teſt. teſtimonium . ubi diffinitur breuiter. B.circa hãc materiam conſueuit quæri : ſi quis uinum non poteſt bibere , an poſſit promoueri:cum ipſum miniſtrantem oporteat communicare.de conſecra. diſt.1. epiſcopus Deo.& diſt.2.peracta? Dic ꝙ non . Nec etiam accuſare poteſt 3 ille,qui caſu membrum amiſit.55. diſt. ca. ult. tamen inferiorem uel parem poteſt accuſare : qa poteſt remanere in executione illius ordinis. diſt. 55. præcepta. nam qui eſt intra 30. annos . poteſt accuſare ſacerdotes. Item clericus bigamus non poteſt accuſare clericum coniugatum, qui unicam & uirginem habuit vxorem: quia clericus coniugatus gaudet priuilegio clericali.32. diſt.ſi qui uero. Hug. dicit quòd ſacerdos depoſitus alium poteſt accuſare . Sed hoc non placet. nam ex quo eſt de crimine condemnatus, ſtatim eſt delictum eius notorium . extra de cohabita. cler.ueſtra. Item nec ille admittitur ad accuſationem, cui crimen eſt in modum exceptionis probatum , per quod eſt repulſus à teſtimonio , licet non ſit infamis. argu. extra de ele.ſuper eo.& 2.q.1. prohibentur. grauata eſt tamen eius opinio ſicut illius , qui ancillam oppreſſit. C.de adul.& ſi libidine . Nam inhoneſtũ eſt tales ad ordines admitti,ut dicit lex de his , qui ſupponuntur fuſtibus ab ædibus 4 , licet non ſint infames.ff. de decur.eos.niſi ſit neceſſitas.ff. de mune.& hon.l.ut gradatim.& hoc ideo , quia opinio eius in nullo uacillabit,vt 33.diſt.laici.& no.ſup. ea.q.1. in primis,in fi.Io. & probatur hodie tota hæc diſtinctio in decreta. de teſtibus.cap.teſtimonium. Quid iuris ſit de ordinando, notaui ſupra 25.diſt.primum. B.

1 Scilicet. ex iſto c.& ſeq.

Teſtis an ſit repellendus ꝓpter crimen ſibi obiectum.

2 Vide qđ not.3. q. 7. § fine. i fi.

Sacerdos non efficiatur. q uinũ bibere non poteſt.

3 Hic adde qđ no.ſup. ca.in ſũma ver.tales.

Accuſare non poteſt de crimine conuictus in modum exceptionis

4 Id eſt,1 cuſtodibus ædiũ ab incẽdio đ noc̃te.ff. đ of. præfe. vi. l. 1. & 2.

Vnde Fabianus ait epiſtola ſecunda ad epiſcopos Orientales .

¶ Qui ſacerdotes eſſe non poſſunt, ſacerdotes accuſare non ualent. C. XXXVIII.

IPſi Apoſtoli,& eorum ſucceſſores olim ſtatuerunt , ut ſacerdotes Domini non accuſent,nec in eos teſtificentur,qui ſui ordinis [a] non ſunt, nec eſſe [b] poſſunt.

Anſ.l.3. ca. 47. Poly.l.5. titu.1. Mutata eſt uerborum ſeries.

Item Damaſus Papa ad Stephanum archiepiſcopum, epiſt.3.c.3.

¶Sacerdotes accuſare,uel in eos teſtificari non ualẽt, qui ad ſacerdotium prohibentur eligi C. XXXIX.

TEſtes α abſque vlla infamia,aut ſuſpicione [c],uel manifeſta macula,& ueræ fidei plenitudine β inſtructi eſſe debent , & tales, quales ad ſacerdotium eligere iubet diuina auctoritas . ¶Quoniam ſacerdotes(vt antiqua tradit auctoritas)criminari nõ poſſunt,nec in eos teſtificari, qui ad eundem non debent , nec poſſunt prouehi honorem.

Poly. ibidem. Burc.l.1.c. 172. Iuo p.5.ca 290. Pann.l.4.c.196. Anſel.l.3.c. 41. ſup.ca. ſacerdotes.

α ¶Teſtes.] *Damaſi verba hæc ſunt,* Accuſatores autem epiſcoporum & teſtes,ſuper quibus rogitaſtis,abſque ulla infamia,aut ſuſpicione, &c *ſicque referuntur à Burchardo & Iuone: Pannormia autem habet vt Gratianus.*

β ¶*Plenitudine.*] *In epiſtola ipſa legitur,* pleniter. *Burchardus vero & Iuo habent,* vera fide pleniter.

Sic & illud [d] *Silueſtri intelligitur:* [*Laicus non accuſet clericum,&c.*] *Id eſt,qui in inferiori gradu conſtituti ad ſuperiorem aſcendere non poſſunt* [e]*,in ſuperioribus agentes accuſare non debent.*

ſup.ca. nullus laicus.

¶*Ecce oſtenſum eſt, quid reſpondeatur auctoritatibus, & argumentis,quibus ſubditi ab accuſatione prælatorum vi-*

TEſtes.] CASVS. Idem quærebatur in hoc c.quod quæſitum fuit in ſuperiori,& reſpondetur,ꝙ teſtes debent eſſe ſine omni macula & ſuſpicione:quia ſacerdotes criminari non poſſunt, nec in eos teſtificari,qui ad eundem honorem prouehi non poſſunt . & ſic intelligitur.§.ſequens .

c ¶Suſpicione.] Repellitur teſtis propter ſuſpicione 5.vt ſup.ead.accuſ.in prin. Arg. contra de conſe. diſt. 2.non prohibeat.

ADDITIO . Dic quòd aſſumptio corporis non nocet niſi ſumenti:ſed accuſatio alij nocet.

d ¶Sic & illud.]Supra ca. nullus laicus.

e ¶Non poſſunt.] Qualiter hic intelligitur,habetur infra 4.q.1.c.1.

ECCE. CASVS. ſup. probatũ eſt ꝙ ſubditi nõ poſſũt accuſare prælatos : & reſpõſum eſt contrarijs auctoritatibus

5 Odij, uel inimicitiæ vel criminis occulti, ſecundum H. ad idem 3.q. 5. quia ſi ꝑ totum. ibi uideas, Arch.

debantur repellendi. Nunc demonſtradum eſt; quibus rationibus probentur recipiendi, & quid contra reſpondeatur à prælatis. Chriſtus, qui erat paſtor paſtorum, ouibus
Matth.16. ſuis, de quibus ait: [Non ſum miſſus, niſi ad oues, quæ perierunt domus Iſrael, &c.] Inter opprobria, & uerbera,
Ioan.18. quæ ab eis patiebatur, ait: [Si male locutus ſum, teſtimoniũ
Ioan.8. perhibe de malo. &c.] Item: [Quis ex uobis arguet me de peccato?] At quicunque ad teſtificandum in aliquem, vel ad arguendum admittuntur: ad eundem accuſandum admitti poſſunt. Cum ergo oues, vt aduerſus paſtorem ſuum teſtimonium ferant. & vt ipſum (ſi poſſunt) reprehendant, admittantur: patet, quòd ſubditi poſſunt accuſare prælatos ſuos. ¶ His ita reſpondetur. Chriſtus, quamuis eſſet paſtor ſuarum ouium, quas verbo & exemplo paſcebat: tamen quantum ad officiorum diſtributionem (ex qua hodie in eccleſia alij præſunt alijs, vnde quidam prælati, quidam
†al. illo ſubditi vocantur) in populo ſuo † paſtorale officium non gerebat. Myſtica enim & viſibili vnctione nec in regem [a], nec in ſacerdotem vnctus erat: quæ ſolæ duæ perſonæ in populo illo prælaturæ nomen ſibi vendicabant. ¶ Non ergo ex hac auctoritate ſubditi probantur admittendi in accuſatione prælatorum: ſed tantum oſtenditur, quòd auditores eos reprehendere poſſunt, & in eos teſtificari, qui cum officia eccleſiaſtica non habeant, verbo tamen & exemplo quoſcunque valent, lucrari Deo ſatagunt. Reſpondetur & aliter. Aliud eſt, quod de rigore coguntur ſeruare diſciplinæ: aliud, quod admittitur ex perfectionis conſideratione. Chriſtus ad ſe arguendum Iudæos admiſit perfectione humilitatis, non ſeueritate iuris. Si enim legis rigore eſſent admiſſi, hac auctoritate criminoſi, & infames in accuſatione religioſorum eſſent recipiendi: cum eſſent ſceleratiſſimi, qui de Chriſti nece tractantes innocentem condemnare nolebant. Hoc ergo exemplo prælati non cogantur recipere ſubditos in accuſatione ſui, ſed permittuntur. ¶ Item Paulus Petrum reprehendit, qui princeps Apoſtolorum erat. Vnde datur intelligi; quòd ſubditi poſſunt reprehendere
Gal.2. prælatos ſuos: ſi reprehenſibiles fuerint. Sed hoc facile refellitur, ſi vnde ſit reprehenſus aduertitur. Petrus cogebat gentes iudaizare, & à veritate Euangelij recedere, cum Iudæis gregem faciens, & a cibis gentilium latenter ſe ſubtrahens. Per autem in ſe eſt, à fide exorbitare, et alios exemplo, vel verbo à fide deijcere. Ergo hoc exemplo non probantur prælati accuſandi à ſubditis: niſi forte a fide exorbitauerint, uel alios exorbitare coegerint. ¶ Item cum Petrus intraſſet ad Cornelium, conqueſti fratres ſunt, qui erant in Iudæa, & reprehende-
Act.11. runt eum, quod ad gentilem diuertiſſet. Ecce, quod prælati iure poſſunt reprehendi à ſubditis.

ritatibus. Nunc econtra oſtendit, ꝙ ſubditi poſſunt accuſare prælatos: & hoc probatur exemplo Domini & Petri. Nam Dominus permiſit Iudæos contra ſe teſtificari: & ita per conſequens eũ accuſare potuerunt. Nam cui permittitur teſtificatio, & accuſatio. Sed ad hoc dupliciter reſpondetur. prima reſponſio eſt, ꝙ licet Chriſtus ſit paſtor ouium non tamen ſecũdum legem veterem & nouam in regem uel ſacerdotẽ inũctus erat, q̃ unctio prælaturã confert. Vel dicas ꝙ Dñs hoc fecit ex humilitate, & non de rigore iuris. Paulus ſimiliter reprehendit Petrum, qui maior erat eo. Sed reſpondetur ꝙ non fuit mirũ: quia cogebat gentes iudaizare, & à fide recedere: in quo caſu bene accuſantur prælati à ſubditis. Item Petrus fuit reprehenſus à fratribus: quia intrauit in domum Cornelijs gentilis. Sed huic obiectioni reſpondetur in ſequenti cap.

a ¶ Nec in regem.] immo nec regnum eius erat de hoc mundo. 23. q 3. §. 1.

PEtrus.] CASVS. Iudæi reprehendebant Petrum, qui intrauit domum Cornelij gentilis. ſed dicit Greg. quòd Petrus bene poterat ſuos repellere ſubditos ex poteſtate ſui officij: ſed reſpondit ſe hoc feciſſe auctoritate diuinæ virtutis.

a ¶ Reſpon.

Sed huic oppoſitioni B. Gregorius reſpondit dicens Theotiſtæ patriciæ, libr. 9. epiſtola 39.

¶ Petrus à fidelibus interrogatus cur ad gentes intraſſet, non ex poteſtate reſpondit, ſed humiliter rationem reddidit. C. XL.

Act.11. PEtrus poteſtatem regni acceperat: & tamen idem Apoſtolorum primus querimoniæ contra eum à fidelibus factæ, cur ad gentes iuraſſet, non ex poteſtate officij (qua poſſet dicere, oues paſtorem ſuum non accuſent, nec

a Reſpondit.] Dicens, eandem Deus dedit gratiam eis ſicut nobis, qui credimus in Ieſum.

CVM ERGO. CASVS. Concludit Gratianus ex ſupra dicto cap. dicens, quòd nō coguntur prælati exemplo Petri recipere ſubditorum accuſationem, niſi faciant hoc ex humilitate, ſicut fecit Petrus, non coactus; ſed uolens: & ita intelligitur ſequens cap.

NOs ſi.] CASVS. Quidam conquerebātur de Leone Papa apud Ludouicum de iniuria eis facta: Papa cōmittit ſe imperiali iuriſdictioni: & rogat Ludouicum Imperatorē, ut tales nūcios mittat ad hæc inquirenda, qui Deū timeant: & qui vicem imperialis gloriæ ſic examinēt & diffiniāt, vt nulla poſſit in poſterum dubitatio remanere, etiam ſi maiora opponantur, ei, quàm ea quæ dicta ſunt.

b ¶ Aliena.] Hic Papa ſe ſubijcit aliorum iudicio: quod facere poteſt 1, ut ff. de iuris om. iudi. eſt receptū. non tamen eum poſſunt deponere. 9. q. 3. nemo. ſecundum H. poſſunt: quia & ſe ipſum poteſt deponere, vt 21. diſtin. nunc autem.

1 Concor. Ale. ď Imo. in l. eſt receptum. ff. de iur. om. iud. in glo. 2. vbi dicit idē eſſe in rege Frācorū, nō recognoſcente ſuperiorē: ꝙ pōt eſſe iudex ī propria cā, qđ intellige verū quo ad ſibi ſubditos: nō quo ad alios, ut patet in ca. nouit. & ibi Ho. & Ioā. And. ext. de iud.

c ¶ Examuſſim.] Id eſt, regulariter vel indubitanter, uel perfecte: quia amuſis eſt inſtrumentum plumbeum cum quo rectificantur parietes uel plumbantur.

ITEM CVM BALAAM. Hæc eſt 6. pars huius quæſtio. in qua probat quod probatum erat, quòd ſubditi poſſunt prælatos reprehendere, & etiam accuſare, ſi ad eundem ordinē venire poſſunt, nō autem debent eos de occultis vel pene occultis diffamare, & hoc probat per 7. exempla. & per 10. auctoritates ſanctorum patrum. Ioan. de Fan.

CASVS. Adhuc probat Grat. quinq; exemplis, quòd ſubditi poſſunt accuſare prælatos, ſcilicet exemplo Balaam: qui fuit ab aſina reprehenſus: & exemplo Dauid, qui fuit à Nathan propheta reprehenſus: & exemplo iniquorum presbyterorum qui fuerunt à Daniele reprehēſi: & exemplo Damaſi & Symmachi, qui fuerunt à ſuis ſubditis reprehenſi & accuſati. Sed ſingulis obiectionibus ſingulas ponit ſolutiones per ordinem reſpondendo.

reprehendant:) ſed ex ratione diuinæ uirtutis, qua gentiles acceperant ſpiritum ſanctum, reſpondit [a].

¶ Operepratium fuerit ad ipſum B. Gregorium adire: copioſe enim exponit, quæ hic à Gratiano conciſe referuntur.

Cum ergo Petrus potuit ex officio repellere quereles, ſed noluit; non hoc exemplo prælati coguntur ſuſcipere reprehenſionem ſubditorum. Ex hoc etiam humilitatis diſpenſatione intelligitur illud Leonis quarti Ludouico Auguſto dictum.

¶ Apud Iuonem huius capitis hæc eſt inſcriptio. Quòd in præſentia legatorum Imperatoris Leo Papa cauſam ſuam examinari voluerit, idem Nicolaus Imperatori.

¶ Imperiali iudicio Apoſtolicus ſe emendare promittit, ſi quid erga ſubditos iniuſte commiſit. C. XLI.

NOs, ſi incompetēter aliquid egimus, & in ſubditis iuſtæ legis tramitem non cōſeruauimus, ueſtro, ac miſſorum veſtrorum cuncta volumus emendare iudicio: quoniam ſi nos, qui aliena [b] debemus corrigere peccata, peiora committimus; certe nō ueritatis diſcipuli, ſed (quod dolentes dicimus) erimus præ cęteris erroris magiſtri. Inde magnitudinis ueſtræ magnopere clementiam imploramus, vt tales ad hæc, quæ diximus, perquirenda miſſos in his partibus dirigatis, qui Deum per omnia timeant, & cuncta (quemadmodum ſi ueſtra præſens fuiſſet imperialis gloria) diligenter exquirant: & non tantum hæc ſola, quæ ſuperius diximus, quærimus, ut examuſſim [c] exagitent; ſed ſiue minora, ſiue etiam maiora illis ſint de nobis indicata negotia, ita eorum cuncta legitimo terminentur examine; quatenus in poſterum nihil ſit, quod ex eis indiſcuſſum, uel indiffinitum remaneat. Iuo p. 5. c. 22.

6 Item, cum Balaam ariolus [d] iret ad maledicendum populum; Angelus Domini, aſina, cui inſidebat, in uia ſe oppoſuit; euaginatoq; gladio eam ab itinere compeſcuit; quam dum ille verberibus affligeret, in vocem prorupit, & prophetæ veſaniam redarguit. Si ergo animal mutum angelica virtute, prophetæ inſipientiam reprehendit; multo magis ſubditi poſſunt accuſare prælatos ſuos. ¶ His ita reſpondetur. Verum eſt, quòd per aſinam ſubditi ſignificantur; & per Balaā, prælati: non tamen hoc exemplo probantur prælati accuſandi à ſubditis: ſed ſubditis tantum forma datur humiliter renitendi prælatis; ſi forte eos ad malum cogere voluerint. Balaam namque aſinam vrgens, ut ad maledicendum populo Dei eum veheret, ſignificat eos, qui verberibus, & cruciatibus à ſubditis exigunt, vt eis in malo fautores, & coadiutores exiſtant. Sed quia Angelus, quili- Num 22.

d ¶ Ariolus.] Ariolus dicitur qui circa aras idolis preces nefarias effundit: & fructum ſibi in triſtitia affert. 26. q. 3. igitur genus.

bet videlicet prædicator, euaginato gladio apertè ſcilicet prædicato timore, & horrore futuræ vindictæ, à conſenſu alienæ malitiæ illos reuocat; licet eis in huiuſmodi vocem conqueſtionis prorumpere, & prælatis ſuis dicere; cur nos verberibus affligitis? cur nobis iniuſtè iraſcimini? nunquid vobis inobedientes aliquando fuimus? niſi nunc, cum ad malum cogimur? videte illum, qui prohibet ab incepto. Non ergo hinc prælati probantur accuſandi à ſubditis.

a ¶ Trahenda.] 22. quæſt. 2. ſi quis per uetus.

b ¶ Sanguinis.] 23. quæſtio. vltim. his à quibus. & cap. legi. & capit. occidit. & extra ne cleri. vel mona. ſententiam ſanguinis.

2. Reg. 12. ¶ Item cum Dauid adulterium, & homicidium commiſiſſet; miſſus eſt à Deo Nathan propheta, vt eum redargueret. Ecce, quòd prælati ſunt arguendi, & reprehendendi à ſubditis.

¶ Sed notandum eſt, quòd duæ ſunt perſonæ, quibus mundus iſte regitur; regalis videlicet, & ſacerdotalis. Sicut reges præſunt in cauſis ſæculi, ita ſacerdotes in cauſis Dei: Regum eſt corporalem irrogare pœnam; ſacerdotem ſpiritualem inferre vindictam. Dauid ergo etſi ex regali vnctione ſacerdotibus, & prophetis præerat in cauſis ſæculi, tamen ſuberat eis in cauſis Dei. Vnde reges à prophetis, & à ſacerdotibus vngebantur; & eorum oblatione peccata regum expiabantur. ¶ Sicut ergo Ozias à Domino lepra percuſſus eſt, quia ſacerdotum officia vſurpare voluit; ſic ſacerdotibus, & prophetis regum vſurpare officia non licuit. Nathan ergo propheta cum regem redarguit, ſuum eſt executus officium; in quo erat rege ſuperior; non vſurpauit regis officium, in quo erat rege inferior: monuit eum, vt per pœnitentiam peccata ſua expiaret; non tulit in eum ſententiam, qua tanquam adulter, & homicida morti addiceretur. ¶ Sic & Beatus Ambroſius Theodoſium, & Beatus Innocentius Imperatorem Arcadium excommunicauit, & ab eccleſiæ ingreſſu prohibuit. ¶ Sicut enim non ſine cauſa iudex gladium portat; ita non ſine cauſa claues eccleſiæ ſacerdotes accipiunt. Ille portat gladium ad vindictam malefactorum, laudem vero bonorum: iſti habent claues ad excluſionem excommunicandorum †, & reconciliationem pœnitentium. Hoc ergo exemplo ſubditi probantur reprehendendi à prælatis; non prælatis à ſubditis. ¶ Item, Daniel nulla legitima poteſtate functus iudices à populo conſtitutos de falſo teſtimonio conuicit, & conuictos damnauit. Conſtat ergo, quòd nullam poteſtatem habentes poſſunt redarguere dignitatibus ſublimatos. ¶ His ita reſpondetur. Miracula (& maximè veteris teſtamenti) ſunt admiranda, non in exemplum noſtræ actionis trahenda [a]. Multa enim concedebantur tunc, quæ nunc pœnitus prohibentur. Tunc enim Samuel Agag pinguiſſimum regem Amalech in fruſta diuidendo conſcidit: nunc nulli eccleſiaſticorum iudicium ſanguinis [b] agitare licet. Tunc Phinees Iudæum coeuntem cum Madianita interfecit, & reputatum eſt ei ad iuſtitiam: hodie ſacerdotibus in perniciem ſui officij verteretur. Exemplo ergo Danielis non ſolum accuſandi, vel redarguendi, ſed etiam iudicandi poteſtatem ſubditi ſibi in prælatos uendicarent; ſi illud in argumentum noſtræ actionis liceret aſſumi, quod nulla vnquam auctoritate permittitur. Magis ergo ex hoc facto datur intelligi; quòd in nouiſſimis temporibus ſuſcitaret Deus ſpiritum pueri iunioris, illius uidelicet de quo per prophetam dicitur: [Puer natus eſt nobis.] & iterum: [Ecce puer meus.] Qui iudices iniquitatis, ſcribas ſcilicet, & phariſeos falſis criminibus Suſannam, ideſt eccleſiam accuſantes, & ream adulterij pronunciantes, eo quòd Chriſtum ſequeretur, conuinceret, & condemnaret. ¶ Item Hieronymus refert in libro virorum illuſtrium, quòd Damaſus Papa à ſubditis de adulterio accuſatus cum quadraginta † duobus epiſcopis ſe purgauit. ¶ Item Symmachus Papa in Romana ſynodo dignitate ſua expoliatus prius ſtatui ſuo reddi decernitur, ut tunc veniret ad cauſam; & ſi ita rectè videretur, accuſantium propoſitionibus reſponderet. Dignares viſa eſt maximo numero ſacerdotum, quæ mereretur effectum: & cum poſtmodum ordinaretur, quomodo eſſet accuſandus; præfatus Papa, vt cauſam diceret, occurrebat; ſed ab æmulis eſt impeditus.

Marginalia: 2. Reg. 6. — 2. Paral. 26. — Theodor. hiſt. eccl. l. 5. c. 17. Niceph. l. 13. c. 34. — Ro. 13. — 1. Pet. 2. — † al. excommunicatorum — Dan. 13. — 1. Reg. 15. — Num 25. — Eſa. 9. & 42. — † al. XLIIII. — Initio 4. ſynodi ſub Symmacho. — Si quis

a ¶Hieronymus.] *In catalogo B. Hieronymi, aut alijs ipſius libris nihil tale legitur: in vetuſtis tamen Pontificalibus in uita Damaſi hoc refertur.*

Item Gregorius ait de ſe ipſo.

¶Redarguendi ſe licentiam beatus Gregorius alijs præſtat. C. XLII.

SI quis [a] ſuper his nos arguere uoluerit, uel extra auctoritatem nos facere contenderit; ueniat ad ſedem Apoſtolicam, quò omnia eccleſiaſtica negotia, de quibus quæſtio habetur, confluere iuſſa ſunt: vt ibi ante confeſſionem [b] ſancti Petri mecum iuſte decertet, quatenus inibi vnus ex nobis ſententiam ſuſcipiat ſuam. Poly. l. 1. tit. 18. Anſel. 2. c. 20.

¶*Eſt Gregorij quarti epiſtola citata ſupra ead. q. 6. c. decreto noſtro. & diſt. 19 nulli fas. in qua epiſtola cum multa dixiſſet de priuilegijs, & primatu Romanæ eccleſiæ, iſta adiungit.*

Ex his omnibus colligitur, quòd ſubditi poſſunt reprehēdere, & accuſare prælatos [c] ſuos. Sed ſicut de Chriſto dictū eſt, quando Iudæis dixit: [Si male locutus ſum, &c.] ita de iſtis intelligendum eſt, quòd ſuo exemplo prælatis dederunt facultatem recipiendi ſubditos in accuſationem ſui ſed non cogerunt. Item.

¶De eodem. C. XLIII.

P*Aulus Dyaclinæ † ciuitatis epiſcopus accuſatur à ſubditis de lapſu carnis; conuincitur, deponitur, alius loco eius ſubſtituitur. ¶ Hoc an ex diſpenſatione accuſati, an ex rigore iuris ſit factum, ex regeſto Gregorij ad Ioannem epiſcopum primæ Iuſtinianæ, lib. 10. epiſt. 35. poteſt deprehendi, vbi ait.* Burc. l. 1. 182. Iuo p. 1. c. 398. † *al. Docleatina*

¶*Verba ſunt Gratiani, qui proponit ſummam ſequentis capituli, quod ſæpe facere ſolitum eſſe multis locis eſt notatum.*

¶Paulus Dyaclinæ. † ciuitatis epiſcopus ſubditorum accuſatione conuictus deponitur. C. XLIIII. † *al. Docleatina*

LAtor Nemeſion ad nos ueniens indicauit, quòd Paulus Dyaclinæ † ciuitatis epiſcopus inter alia mala in corporali [d] crimine lapſus à ſuis clericis accuſatus, & conuictus, epiſcopali ſententia depoſitus eſt; poſtea cum auxilio ſæcularium ueniens epiſcopatum more prædonis ingreſſus eſt: ablatiſq; rebus eccleſiæ dilectiſſimum Nemeſion [e] latorem præſentium ſibi ſubſtitutum, ab eo Burc. l. 1. c. 182. Iuo p. 5. c. 298. † *al. Docleatina*

SI quis.] CASVS. Quidam redarguebant Grego. ꝙ multa faciebat contra rationem. Dicit Grego. vt ueniāt ad Apoſtolicam ſedem, & ibi cognoſcatur, ut iſta inter eos feratur ſententia.

Forum rei ſequi debet actor.

a ¶Si quis.] Quia actor forū rei ſequi debet. extra de fo. compe. cum ſit generale. & C. de iuriſ. om. iud. l. iuris ordinem. uel quia cauſa fidei eſt, quæ in eccleſia eſt tractanda, vt 23. q. vlt. conuenior. & 8. e2. q. 2. præceptum. 23. q. 1. quoties.

b ¶Confeſſionem.] id eſt, ſcripturam.

EX HIS. CASVS Concludit Gratia. ex ſupradictis, prælatos poſſe à ſuis ſubditis accuſari, cum iſti tres Apoſtolici fuerint à ſuis ſubditis accuſari. Sed reſpondet, ꝙ iſti Apoſtolici exemplo Domini non coegerunt alios prælatos recipere ſubditos in accuſationem ſuā: ſed permiſerunt hoc fieri ex humilitate.

Accuſatus quādoque dat expenſas acccuſatori.

c ¶Prælatos.] Et dabuntur eis expenſæ ab epiſcopo, quem accuſant ſi egent, vt ext. de acc. c. ex parte. nā & datur ſeruo agenti cām libertatis. C. de or. cog. l. vlt. ſimiliter ei q egit de inofficioſo teſtamento, & obtinuit. ſi aduerſarius appellet, ff. de inof. te. l. ſi inſtituta. §. penul.

PAulus.] CASVS. Paulus Dyaclinę ciuitatis epiſcopus fuit accuſatus à ſubditis de lapſu. deinde conuictus depoſitus fuit epiſcoporū iudicio, & ſubſtitutus fuit ei poſtea Nemenſion: quod an fuerit factū volūtate uel neceſſitate ſequenti capitulo declaratur.

LAtor.] CASVS. Paulus epiſcopus depoſitus fuit: & Nemeſion fuit eis ſubſtitutus, quē Paulus more prædonis epiſcopatum ingreſſus ab eccleſia proiecit, & ad necem fere perduxit, res eccleſiæ auferendo, de quib. omnibus Nemeſion conqueſtus eſt Papæ. Papa mādat Ioāni epiſcopo, ut ſi dictus Paulus res eccleſiæ abſtulit eum reddere compellat. Si uero ipſi Ioanni cōſtiterit eum tantum res proprias abſtuliſſe: licet grauiter deliquerit (ne addatur afflictis afflictio) eas permittatur habere: ita tamen quòd ſi damnum eccleſiæ intulit, reſarcire modis omnibus compellatur: & ſi de cętero ad epiſcopatum aſpirare tentauerit, in monaſterium ad agendam pœnitentiam perennem detrudatur.

d ¶In corporali.] Scilicet adulterio uel inceſtu, ut 30. quæſt. 1. non debet. ſecus ſi de ſimplici fornicatione, pro qua hodie non deponitur, ut 82. diſt. presbyter. & 34. diſt. fraternitatis. niſi de rigore factum fuerit. 81. diſtinct. ſi quis epiſcopus. & cap. presbyter. aut diaconus 1.

Fornicatio ſimplex nō eſt digna depoſitione.

e ¶Nemeſion.] Nota ꝙ Papa non vocat eum fratrē, licet eſſet epiſcopus. hodie aliud eſſet. extra de cri. fal. quàm graui.

3 Adde ad hoc tex. in l. ſi adulterium. cum ibi not. per Bar. ff. de adult.

a ¶Excu-

a ¶Excuſatione ceſſante.] Iuſta tamẽ exceptio, vel excuſatio admittitur. extra de offi. deleg. ex parte.
b ¶Reddere.] Cum de mero iure deberet iſte in exilium relegari centũ milliaribus à ciuitate remotus. C. de epiſ. & cle. quicunque. Item cadere debuiſſet a iure ſuo

e ¶Tulit.] Arg. contra. 16. q. 6. placuit. & cap. de lapſis. vbi dicitur, ꝙ monaſterio traduntur res depoſiti. ſed illud uerum eſt quando detruditur in monaſterium, [illegible] hic non fuit depoſitus.

HOC EDICTO. CASVS. Concludit Gratianus ex ſupradicto cap. lator. ꝙ cum accuſatores epiſcopi vel depoſitores non puniuntur, ſed cõtra depoſitum proceditur, vt amplius ad epiſcopatum nõ aſpiret: apparet ꝙ ſubditi admiſſi ſunt ꝯ ſuum prælatum, nõ ex diſpenſatione, ſed ex cenſura canonum. Et quòd admitti poſſunt, probat per ſequentia cap.

epiſcopatu proiecit, & ad ſummam iniuriam, ac necẽ penè perduxit. Fraternitas itaque veſtra hæc omnia curet addiſcere; & quæcunque eccleſiæ abſtulit, omni mora, vel excuſatione ceſſante [a] reddere [b] compellat. Si vero nihil eccleſiæ, ſed proprium [c] ſe dixerit abſtuliſſe (quãuis graue, & iniquum fuerit, vt non à vobis [d], vel à metropolitano eius hoc petierit, ſed temerario auſu agere præſumpſerit) veruntamen ſi quid proprium tulit [e], ſub fraternitatis veſtræ debet examine conſtare, ſi uerum eſt. Sed & illud diligenter quærendum eſt, ſi quid malè de rebus dilapidauit eccleſiæ; vt ex eo quod nunc abſtulit, illud reformare, ac ſatisfacere modis omnibus compellatur.

¶In hoc capite non referuntur ipſa omnino verba Gregorij (quod à Burchardo & Iuone fit) ſententia tamen ſatis expreſſa eſt.

†al. dicto

Hoc edicto † [f] non in accuſatores, vel depoſitores ulciſcitur; ſed in depoſitum ulterius proſequitur, vt ſi vltra ad epiſcopatum aſpirare tentauerit, modis omnibus repellatur, & ad agendam pœnitentiam perennem in monaſterium detruditur. Quem ergo Gregorius ad epiſcopatum aſpirantẽ omnibus modis repellit, quem graui pœnitentiæ ſubijcit; patet non ſua diſpenſatione [g], ſed canonum cenſura à ſubditis eſſe accuſatum, & conuictum. Et vt iam non exemplis, ſed legibus agamus; uidendum eſt, quid Gregorius ſcribat Innocentio α, & reliquis epiſcopis Sardiniæ, lib. 7. indict. 2. epiſt. 8. ita dicens.

α ¶Innocentio.] *In originali impreſſo eſt,* Vincentio, atq; quã plurimis epiſcopis. *In vetuſto autem exemplari Vaticano exprimuntur nomina epiſcoporum, ad quos hæc epiſtola ſcribitur hoc ordine.* Vincentio, Innocentio, Mariniano, Libertino, Agathoni, & Victori epiſcopis Sardiniæ.

¶Quòd ſubditi prælatos ſuos accuſare poſſunt.
C. XLV.

METropolitanum [h] veſtrum in aliquo [i] poſtponere nõ præſumatis; excepto ſi (quod non optamus) contra eundem habere vos aliquid cauſæ contingat, vt ob hoc ſedis Apoſtolicæ iudicium petere † debeatis.

†al. iudicium requiratis

Item vniuerſis epiſcopis concilij Bizacij, lib. 10. epiſt. 37.

¶Vitam prælatorum ſubditi nulla diſſimulatione negligant. C. XLVI.

SIcut (inquit) laudabile, diſcretumque eſt reuerentiam,

f ¶Hoc edicto.] Verba ſunt Gratiani vſq; ad illum locum, vt ſi vltra. & à loco illo ad locum illum, quam ergo, ſunt verba Gre. exinde ſunt verba Gratiani.
g ¶Diſpenſatione.] Id eſt, voluntate.

METropolitanũ.] CASVS. Præcepit Grego. Inno. & alijs epis Sardiniæ, vt cauſis ſuum metropolitanum non deſerant, niſi velit agere cõtra eum: in quo caſu ad Apoſtolicum recurrant.

h ¶Metropolitanũ.] Ex contemptu 3. aliàs omiſſo eo poſſunt adire Papam, vt ſ. ea. q. 6. c. 2. & 3. Itẽ intellige iſtud qñ epi inter ſe litigant. nam ſi epiſcopus litigat contra clericum, tunc coram arbitris eſt litigandum. 11. q. 1. ſi clericus. Ex contemptu ergo intellige fieri, quando ſine cauſa declinatur eius iuriſdictio ſicut dico ꝙ ſine cauſa nõ poteſt quis declinare iuriſdictionem epi etiam ꝑ querelam factam Papæ 4. vt plenè dixi in conſtitu. ut debitus, extra de appella. argu. non eſſe appellandum omiſſo medio, ſed hic non loquitur de appellatione.
i ¶In aliquo.] Epiſcoporum enim eſt iudex ordinarius primo loco metropolitanus. 10. q. 3. quia cognouimus. 11. q. 1. ſi clericus aduerſus.

SIcut.] CASVS. Clementius patriarcha fuerat de quibuſdã criminib. accuſatus: quare Papa delegat cauſam epiſcopis cõcilij Bizacij, & præcipit illis, ut cũ omni ſolicitudine ac viuacitate quæ dicta ſunt inueſtigẽtur, & ſi uera fuerint, canonicè puniantur, & ſi quis in hoc fauore perſonæ, gratia vel quolibet blandimento negli-

3 Adde Ale. de Imol. in l. ſi vr. §. hoc iudiciũ. col. 4. ff. ſi quis ius dicẽ. nõ obtem.

Iuriſdictio epi ſine cã nõ põt declinari.

4 Hoc indiſtinctè reꝓbat, cũ ẽt legatus adeatur. ex̃ de or. leg. c. 1. & ita habet cõſuetudo ſm Gof. q̃ eſt optima legum interpres. extra de conſue. cũ dilectus. Arch.

1 Quòd iſte nõ fuit punitus, d̃ miſericordia factũ eſt: ꝓ ut not. L & Io. 16. qõ. 1. placuit.

2 Iſta decr. non probat hoc ſimpliciter: q̃a ibi vtrunq; ius fuit deductũ in iudiciũ. Archid.

ſuo 1. C. vnde vi, ſi quis in tantam. 16. qõ. 6. placuit. ſed melius eſt ut cum ſua auferre ſinat eccleſiæ, q̃ in perniciem eccleſiæ amplius incandeſcat, ut ĩ. 17. q. vlt. §. vl.
c ¶Proprium.] Hic vr̃ ꝙ ſpoliator poſſit ſpoliato referre quæſtionem proprietatis. extra de cau. poſ. c. cum eccleſia 2. & ſeq. quod non eſt verũ, vt extra de reſti. ſpol. item cum quis. & c. in litteris. ſed diſpenſatiuè cum ipſo actum eſt, ut patet in gl. præcedenti.
d ¶Vt non a vobis.] Loquitur primati: quia apud metropolitanum prius eſt conueniendus, ut infra c. proxi. & 9. q. 3. nullus primas. & c. conqueſtus.

negligens fuerit, apud Deum iſtorum criminum parti ceps reputabitur.

a ¶Perlata.] A ſubditis, & ſic facit ad propoſitum Gratiani 1. aliter hoc c. nihil facit ad propoſitum Grat. niſi velis dicere eo ipſo ꝙ dedit alijs licentiam iudicandi, ergo & accuſandi.

1 Cum iſti cognoſcere debeant ex delegatiōe Papę. L. Idē ſentit hic H. & Io. de Fant.

b ¶Hortamur.] Nota ꝙ per verbum, hortamur, & monemus, mādatur iuriſdictio. ſic ſ. ead. q. 1. notum. ff. de offic. præſi. ſæpè. vī tū ꝙ prouinciale concilium ordinario iure cognoſcat de primate, ſiue de metropolitano ſuo. nam cū concilium iudicet de Papa in his in quibus ipſe poteſt iudicari: ergo concilium metropolitani poteſt iudicare de ipſo. Ad hoc infra ead. ſi quis. arg. cōtra. 17. diſtinc. multis. nam ibi appellatur à concilio ad metropolitanum: ergo cum concilium ſit minus metropolitano, non poteſt ipſum iudicare. 21. diſtinctio. inferior. Sed poteſt dici, ꝙ quātum ad ſua negocia, eſt minor metropolitanus cōcilio: quantum ad aliorum negocia eſt maior. Sed in ca. multis. non appellat à concilio, ſed à quadam congregatione ep̄orum ad metropolitanum: ſed adhuc obſtat 21 diſt. nunc autem. Sed poteſt dici, ꝙ poteſt iudicare de ipſo conciliū: non tñ eū condēnare poteſt. Sed quòd poſſit iudicari à concilio, bene facit 9. qō. 3. ſaluo. & ca. ſi autem. & 63. diſtin. Salonitanæ. Sed eſt arg. contra ſupra c. proxi. Ioan.

Concilium prouinciale, an poſſit de archiepiſcopo cognoſcere.

quilibet poſſit accuſare ſuum epiſcopum, & hoc. c. continuatur illi 12. q. 2. quatuor.

d ¶Protinus.] Nonne neceſſaria eſt admonitio? certè ſic. Ideo expone protinus, id eſt, poſt tertiam admonitionē 2. vt ſ. ead. q. 1. ſi peccauerit. ſic ex. de ſimo. licet.

e ¶Pon-

2 Idē ſentit hic H. & L.

& honorem debitū exhibere prioribus; ita' rectitudinis, & Dei timoris eſt, ſi qua inter † eos correctione indigent, nulla diſſimulatione poſtponere, ne totum (quod abſit) corpus incipiat morbus inuadere, ſi lāguor non fuerit, curatus in capite. Quædam *a* enim ad nos de Clementio primate veſtro perlata [a] ſunt; quæ quoniam ita grauia ſunt, vt tranſire indiſcuſſa vllo modo non debeant; fraternitatem veſtrā hortamur [b], vt cū omni ſolicitudine, ac viuacitate mentis indagare multis modis debeatis illata; & ſi ſunt, vt audita ſunt, vltione canonica reſecentur. ¶Admonemus autem, ut non cuiuſquā perſonæ gratia, non fauor, non quodlibet blandimētum quenquam veſtrum, vel ad diſcutiendum, quæ nobis nunciata ſunt, molliat; vel à veritate excutiat: ſed ſacerdotaliter ad inueſtigādā vos propter Deum veritatem accingite. Nam ſi quis in hoc piger, aut negligens eſſe præſumpſerit; dictis criminibus apud Deum ſe nouerit eſſe participem, cuius zelo ad perſcrutandas ſubtiliter nefandi cauſas facinoris non mouetur.

† al. in eis

a ¶Quædam.] *Et hic ſummatim referuntur uerba B. Gregorij. Quare pauca tantum quædam ſunt addita, quæ neceſſaria uidebantur.*

Hæc ſi quis ſpecialia, & ex his generalem regulam colligi non oportere cōtendit: audiat quid Gelaſius C. XXVIII. a dicat omnibus clericis cuiuſcunque ordinis, ita ſcribens.

Gelaſius epiſcopis p Lucaniā, & Brutium, & Siciliam conſtitutis, epi. 1. c. 30

a ¶C XXVIII] *Hic citatur numerus capitum, vt eſt in codice canonum, de quo in præfatione dictum eſt.*

¶Clerici exceſſus ſui epiſcopi auribus deferant Romani Pontificis. C. XLVII.

Accuſare quis q̄nq; cogitur.

QVapropter [c] nec clericorum quiſpiam ſe Apoſtolicæ † offenſæ futurum confidat immuné; ſi in his, quæ ſalubriter ſequenda Apoſtolica deprompſit † auctoritas, ſiue epiſcopum, ſiue presbyterum, ſiue diaconum uiderit excedentem, nō protinus [d] ad aures † Romani Pōtificis [e] deferre [f] curauerit; probationibus duntaxat competenter exhibitis, vt tranſgreſſionis vltio fiat, & cæteris interdictio [g] delinquendi. Sin † vero [h], modis omnibus erit vnuſquiſque pontificum ordinis, & honoris ſui eliſor,

† al. huius

† al. prompſimus.

† al. noſtras

† al. Sin vero modis omnibus erit vnuſquiſq; pontificum ordinis, & honoris eliſor

3 Ad idem C. de ege. & ma. diffa mari. C. de priua. car. l. 1. circa fin. Et eſt ſpāle in dilapidatione vt q̄libet clericus teneat denūciare. & eſt rō qa inſimul debēt adminiſtrare: aliàs ſecus. Sed ꝫ quo ad hoc. ī. c. p̄xi. ibi, aut ī his q̄ ſunt, &c. vnde dico ꝙ quilibet clericus tenet denunciare crimen ſui p̄lati ſm. L.

HÆC SI QVIS. CASVS. Dicit Grat. ꝙ quæ ſupra dicta ſunt, quòd ſubditi poſſunt accuſare prælatos, generalia ſunt, & nō ſpecialia: & ſi quis dicat ea eſſe ſpecialia, audiat quid dicit Gelaſius de omnibus clericis generaliter cuiuſque ordinis.

QVapropter.] CASVS. Hoc c. continuatur illic. 12. q. 2. quatuor. vbi dicitur, ꝙ de reddititubus eccleſiæ quatuor dēnt fieri portiones: prima ep̄o: ſecunda clericis: tertia fabricæ: quarta pauperibus eſt aſſignanda. Dicitur ergo in hoc c. ꝙ ſi quis clericus viderit prælatum ſuum in iſtis quartis diſtribuēdis peccantem & excedentem, ſtatim debet Romano Pontifici nunciare, & probare quod nunciat, vt puniatur excedens: quod ſi non fecerit, deponatur.

c ¶Quapropter.] Videtur hic ſpecialis caſus, in quo

e ¶Pontificis.] Vel alterius ſuperioris. Ioan.

ADDITIO. Idem ſentit Hug. in ſuo caſu huius cap.

f ¶Deferre.] Id eſt, denunciare. Hic habes ꝙ aliquis cogitur accuſare, vt 1. q. 1. quiſquis. & 5. q. 5. c. 1. extra q ſi ſint legit. c. cauſam. & 24. q. 3. tam ſacerdotes 3. ar. cō cōtra extra de acc. licet. in ſi. & 5. q. 2. ſi primates. & 3. q. 4. clericus. & C. vt nemo inuit. agere. l. vna Sol. ad denunciationem quilibet tenetur, de qua hic loquitur. non autem accuſatione, ut in contrarijs.

g ¶Interdictio.] Fortè ſpeciale eſt in dilapidatione, vt quilibet teneatur denunciare.

h ¶Sin vero.] Id eſt, ſi non fecerit quod dictum eſt de quatuor portionibus. 12. q. 2. quatuor.

a ¶Suppri-

a ¶Supprimenda.] ſ. 5. q. 5. ſi primates. contra. ſed illud de crimine iniuriarum, de quo poteſt epiſcopus componere cum clericis ſuis, ſiue inter partes.

SI quid.] CASVS. Præcipit Papa quibuſdam clericis, ut ſi uiderint pontificem ſuum damnificantem res eccleſiæ, vel facere contra prohibitionem, denuncient ſibi, vt puniatur.

b ¶Relatione.] Ex hoc patet quòd loquitur in denunciatione, &c. ſicut c. ſuperius. Ioan.

CLericos.] CASVS. Videt in hoc c. dici, ꝙ clerici & laici, qui proni ſunt, & faciles ad accuſandũ alios, non debent admitti ad accuſandum ep̃os uel clericos niſi prius eorũ opinio & vita diſcutiatur: Beneuen. tamen intellexit aliter, hoc mõ ſcilicet, ꝙ clerici vel laici non admittantur, exceptis criminibus, niſi accuſati ſint de crimine infamati. Sed prima poſitio magis conſonat litteræ. & verior uidetur.

e ¶Aut laicos.] Accuſantes ep̃os aut clericos decernimus nõ eſſe recipiendos paſſim, & ſine probatione. Io.

ſi cuiquam clericorum, vel eccleſiæ totius auditui hæc putauerit ſupprimenda [a].

Idem.

¶De eodem. C. XLVIII.

Iuo p. 5. c. 151. Anſel. l. 7. c. 161. Poly. l. 3. tit. 12. & lib. 4. tit. 18.

SI quid in eccleſia damni, aut in his, quæ ſunt præceptionis noſtræ auctoritate α prohibita, pontificem veſtrum videritis admittere, mox noſtris auribus relatione [b] ſignate, vt quid fieri debeat, cenſeamus.

α ¶Auctoritate.] *Abeſt iſta dictio à pleriſque uetuſtis exemplaribus, & ab alijs collectoribus, qui etiam Gelaſium citant.*

Item ex concilio Chalcedonenſi, c. 21.

¶Clerici, aut laici ſine examinatione ad epiſcoporum accuſationem non admittantur. C. XLIX.

Anſ. l. 3. c. 115.

CLericos [1], aut laicos [c] accuſantes epiſcopos, aut clericos paſſim β, & ſine probatione, ad accuſationem nõ recipiendos decernimus, niſi prius eorum [d] diſcutiatur exiſtimationis γ opinio.

β ¶Paſſim.] ἁπλῶς, καὶ ἀδοκιμάστως: *quæ Dionyſius uertit* temere, atque indifferenter, *poſſuntque etiam coniungi cum ſequenti membro. Id vero copioſè exponitur in concilio Conſtant. 1. cap. 6.*

γ ¶Exiſtimationis opinio.] ἡ ὑπόληψις, *Id eſt, exiſtimatio.*

Item ex ſynodo Romana.

In cap. Hadriani, c. 24. Caius in epi. ad Fęlicem. c. 2. Sixtus III. ep̃is oriental. c. 2. Lib. 7. capitu. c. 438.

¶Quælibet perſona epiſcopos, aut alios accuſans, monſtranda documentis inferat. C. L.

SI quis epiſcopus, presbyter, aut diaconus, uel quilibet clerici apud epiſcopos (quia alibi [e] non oportet) à qualibet perſona fuerint accuſati; quicunque fuerit ille, ſiue ſublimis vir honoris, ſiue vllius alterius dignitatis, qui hoc genus illaudabilis intentionis [f] arripuerit, nouerit docenda δ probationibus [g], monſtranda documentis ſe debere inferre.

δ ¶Docenda.] *Sic apud Sixtum tertium, & in capitulari: apud Caium uero, & Hadrianum paulo aliter, quemadmodum & alijs locis huius capitis nonnulla, ſed non magni ponderis, ſunt varietates.*

Item Damaſus Papa Stephano archiepiſcopo, epiſ. 3. c. 3.

F. ead. c. teſtes verſ. ſacerdotes Poly. l. 5. tit. 1. Burc. l. 1. c. 172. Iuo p. 5. c. 290.

¶Sacerdotes non accuſent, qui ad eundem ordinem prouehi non poſſunt. C. LI.

SAcerdotes (vt antiqua tradit auctoritates) criminari nõ

d ¶Eorum.] Id eſt laicorũ vel clericorum, ſi ſunt ignoti, ut ſ. ea. quęrendũ. vel eorum, id eſt, epiſcoporũ, qui accuſantur: quia ſi uita eorum antea bona fuit, laici in nullo poſſunt eos accuſare, vt ſ. eo. q. 1. in primis. in fin. & extra de teſta. ueniens. ſi uero mali, & laici & quilibet criminoſi admittuntur [1], niſi inimici & conſpiratores. extra de ſi. licet Hely. & de ſen. & re iud. cũ l. & A. Et ex hoc loco Baz. fundauit ſuam opinionem, ut dixi in ſumma: ſed intelligas loqui in illis cauſis, in quibus laici poſſunt accuſare clericos.

Laici an poſſint clericos accuſare.

1 Hoc intelligi in exceptis criminib. Ioã. de Fant. Imperij meri eſt de criminibus cognoſcere.

SI qs ep̃s.] CASVS. Dicitur hic quod quis accuſauerit epiſcopum uel diaconũ, uel alterius ordinis clericum, de quo uix aliquis commẽdatur accuſator, cú ex odio fieri præſumat, ſciat ſe debere talia crimina inferre, quæ probationibus & documentis ualeat plenarie demonſtrare.

e ¶Quia alibi.] Arg. ꝙ ſolus ep̃s habet merum Imperiũ in ſua diœceſi, vt 11. q̃. 1. de perſona. 5. q. 6. delatori. hoc enim eſt merũ Imperium, ſcilicet cognoſcere de criminibus. ff. de offic. eius cui mand. eſt iuriſ. 2 & l. 1. ff. de of. p̃ſi. illicitas. §. q uniuerſas. & C. de proba. ſciant.

2 Sub. & ideo in generali commiſſione non trãsferũtur, vt in iſta lege hic allegata. & ff. de pi. obligatione. & legiẽ & not. ex̃ de of. le. ꝙ trãslationem Arch.

f ¶Illaudabilis intentionis.] Accuſationẽ uocat illaudabilem intentionẽ: quia cauſæ materiam criminibus creare noſcuntur. C. de iudic. properandũ & præſumitur ſemper, ꝙ inuidiæ cauſa fiat accuſatio, ut 6. q. 1. ſi omnia. & quia vix ſine culpa experiri p̃t: ideo clerici ab ea abſtinere debent, vt de pę. diſt. 5. qualitas. ſ. ead. q. 6. decreto. Vel dic illaudabilẽ quo ad vulgi opinionẽ. Nam præſumit aliàs qs bono zelo accuſare, vt extra de do. & contu. ueritatis. in parte deciſa. Ex charitate eñ debet ꝓuenire accuſatio. ex̃ de acc. ſi qs ep̃s. & q accuſat, publicæ ſalutis cuſtodiã gerit, vt C. d famoſis libel. l. una.

Accuſatio ex charitate debet ꝓuenire.

g ¶Probationibus.] Sic C. de proba. ſciant. Ioan.

Cri-

CRiminationes.] CASVS. Dicitur ꝙ ſi aliqui ſint ignoti, qui velint alios accuſare, ꝙ non ſunt admittendi, niſi prius coram iudice ſe probent irreprehẽſibiles eſſe, & omni ſuſpicione carere. Si intelligas c. de notis, dr̃, ꝙ non ſunt admittẽdi ad accuſationẽ ſacerdotũ niſi probent coram iudice, &c. quod ꝓbatur eo ipſo ꝙ cõtrarium non probatur.

a ¶Per alios.] Id eſt, procuratores. inf. 3. q. 9. abſens.

b ¶Et actis.] Id eſt, actionibus [1] uel litteris ẽporum ſuorũ, ut 19. q̃. 1. dux & hoc ſi ſunt ignoti. & eſt ſi. j̃. 3. q̃. 5. canonica. uel tantum ualet eis teſtimonium populi, quãtum examinatio, ut 24. diſt. c. 1. Ioan.

[1] Vñ dicit L. acta publica vocat eorũ bona opa publica, per quæ manifeſte docetur ꝙ iſtis carẽt, & illa hũt. Arch.

COLLIGITVR. CASVS. Gratian. ex ſupradictis infert, ꝙ ſubditi bene poſſunt accuſare prælatos. Sed poſtea quærit an monachi poſſunt accuſare epiſcopos, & videtur ꝙ remoueantur. & hoc probat per ſequen. cap.

PLacuit.] CASVS. Hoc cap intelligitur de monachis ſm̃ Grat. Sic ergo pone caſum. Quæſitum fuit ab Hadriano, an monachi uocẽ accuſandi ẽpos, vel contra eos teſtificandi habeant. Et rñdet ꝙ non, q̃a mortui ſunt non humanis actibus, quia loquuntur ut alij homines, vel quia interſunt cõtractibus, ut emptionis vel vẽditionis, ſed diuinis, id eſt, accuſationibus ẽporũ, quæ Dei timore fieri debent. in concilio etiã Chalcedonen. præcipit ut nõ præſumant eccleſiaſticas actiones attrectare. Quidã tñ intelligunt hoc ca. de criminoſis qui mortui ſunt non humanis uocibus, id eſt, malitijs, ſed diuinis, id eſt, bonis operibus: uel humanis, qui uocem habent, ut alij homines. & ſecũdum hoc non facit ad propoſitum Gratiani.

[2] Idem ſentit hic L. ſed nõ videtur bona littera, cum nullum iſtorũ capitulorũ hic allegatorũ ſit Hadriani, ut patet ex ipſorũ ſupraſcriptione. Arch.

c ¶Placuit.] Hoc ca. idem Hadrianus [2] intelligit de infamibus, ut inf. 3. q. 4. hi qui. & inf. 3. q. 5. canonica. Vel intellige cum Grat. de monachis, ſcilicet criminoſis, nã certum eſt quòd monachi accuſare poſſunt, ut extra de accuſa. c. ex parte & infr. ea. cum paſtoris.

d ¶Mortuos eſſe.] Quantum ad ciuiles actus, & ẽt ad diuinos: quia nõ poſſunt baptizare, ſepelire, prędicare, pęnitentiam dare, ut 16. q. 1. c. 1. & c. qui uere.

e ¶Quia funeſtam.] Quia ſemper debent flere. 16. q. 1. placuit.

NVllus.] CASVS. Dicitur hic, quòd nullus monachus præſumat aliquem accuſare, uel perturbare ſæcularia negotia, uel eccleſiaſtica, quia in talibus mortua eſt uox eorum.

f ¶Nec ſæcularia.] Id eſt, tutelam & procurationem.

g ¶Aut eccleſiaſtica.] Id eſt, baptizare, quod olim nõ licebat eis 16. q. 1. placuit.

poſſunt, nec in teſtificari, qui ad eundem non debent, nec poſſunt prouehi honorem.

Item Iginus Papa, epiſt. 1. — Itẽ Lucius Papa epiſt. unica.

¶Niſi irreprehenſibiles in maiorum accuſatione non recipiantur. C. LII.

CRiminationes maiorum natu per alios [a] non fiant, niſi per ipſos, qui crimina intendunt; ſi tamẽ ipſi digni, & irreprehenſibiles apparuerint, & actis [b] publicis docuerint omni ſe ſuſpicione carere, & inimicitia, atque irreprehenſibilem fidem habere, ac conuerſationem ducere. — Iuo p. 6. c. 326.

Colligitur itaque ex his omnibus, quòd ſubditi in accuſatione prælatorum ſunt admittendi. Nunc uidendum eſt, an monachi in accuſatione epiſcoporum ſint audiendi.

Hadrianus Papa in capitulis, c. 31. videtur eos ab accuſatione remouere ita dicens.

¶Monachi ſacerdotes accuſare, vel in eos teſtificari non poſſunt. C. LIII.

Itẽ Stephanus ep. 2. & Melchiades. ep. unica. j̃. 3. q. 4. hi, qui capit. l. 7. c. 322. Anſ. l. 3. c. 88. Iuo p. 16. c. 332. Pann. l. 5. c. 45. Cod. l. penult. q accuſare nõ poſſunt.

PLacuit [c] eorum accuſandi ſacerdotes & teſtificandi in eos vocem obſtruere, quos nõ humanis, [α] ſed diuinis vocibus mortuos eſſe [d] ſcimus: quia uocem funeſtam [e] interdici † potius, quàm audiri oportet.

† al. intercidi

α ¶Non humanis.] *In epiſtola Stephani eſt*, quos humanis, & diuinis uocibus damnatos, uel mortuos eſſe cognoſcimus, *In epiſtola autem Melchiadis eſt, quemadmodum hic reſtitutũ, eſt ex vetuſtis exemplaribus Gratiani, & capitulo Hadriani: ſed ſubiungitur.* Quoniã infidelis homo mortuus eſt in corpore uiuente: *& fortaſſe ſignificatur locus Matt. 8* Dimitte mortuos ſepelire mortuos ſuos: *aut locus Pauli. 1. Tim 5.* uiuens mortua eſt. *Quamobrem quod proprie pertinet ad homines infames, maximiſque flagitijs obnoxios (ut eſt infra 3. q 5. c. canonica.) non bene uidetur hic referri ad monachos: ſed minime id malitioſe factum eſt, cum Gratianus monachus eſſet.*

Item in concilio Chalcedonen. c. 4. præcipitur, ut eccleſiaſticas actiones monachi attrectare non præſumant. — 16. q. 1. qui vere.

Item Pelagius 11. epiſcopis Italiæ.

¶Monachi in accuſatione non ſunt audiendi. C. LIIII.

NVllus monachus talia unquam arripiat, nec ſæcularia [f], aut eccleſiaſtica [g] negotia perturbare pręſumat; quia mortua in talibus uox eſt eorum. — Anſ l. 3. c. 63. Poly. l. 4. tit. 34.

SED

SED ALIVD. CASVS. Soluit Gra. & dicit, ꝙ monachi non admittuntur ad accuſandum epiſcopos ex p̄ſumptione temeritatis, ſed neceſſitate charitatis bene admittũtur, vnde præcipitur, vt cubicularij ep̄i ſint clerici religioſi, vel monachi, vt de eius vita teſtimonium dicere

prælatis, vt 23. q. 4. duo iſta. & cap. ita planè. & q. vlt. præterea. Vel intellige de atrocibus, vt tunc quilibet teneatur. arg. extra de ſen. exc. quãtæ. 23. c. ult. & de pœn. diſ. 1. periculoſæ. Vel dic ꝙ quilibet tenetur prohibere proximum à peccato committendo 22. qõ. 5. hoc vr̃. ſecus in commiſſo. 93. diſt. diaconi. Ioan. 1.

Sed aliud eſt, quod ex præſumptione aſſumitur temeritatis; aliud quod ex neceſſitate geritur charitatis. Monachi enim ex præſumptione epiſcopos accuſare non poſſunt, ex charitate poſſunt. Vnde & in canonibus præcipitur, vt cubicularij epiſcopi ſint vel religioſi clerici, vel electi monachi, vt de eius vita teſtimonium dicere poſſint.

Ꝟ. c. cũ paſtoris.

7 ¶*Item illud Eleutherij Papæ in epiſtola ad Galliæ prouincias, omnibus generaliter dicitur.*

¶Conſentire conuincitur, qui cum poſſit, peruerſis negligit obuiare. C. LV.

Ꝟ. diſt. 83. c. error. & diſt. 86. c. facientis.

NEgligere, cum poſſis [a] deturbare [b] peruerſos, nihil aliud eſt quàm fouere. Nec caret ſcrupulo [c] ſocietatis occultæ, qui manifeſto facinori deſinit obuiare.

Ad Paulinum.

Item Hieronymus tam de ſe, quàm de alijs monachis in primo prologo bibliæ a ſcribens dicens.

a ¶Bibliæ.] *In plerìſque vetuſtis Gratiani codicibus legitur*, bibliothecæ.

¶Quantum ex uitæ merito quis eccleſiam ædificat, tantum nocet, ſi deſtruentibus non reſiſtat. C. LVI.

SAncta quippe [d] ruſticitas [e] ſolum ſibi prodeſt: & quantum ædificat ex vitæ merito eccleſiam Chriſti, tantum nocet [f], ſi deſtruentibus non reſiſtat.

Item Gregorius.

¶Subditi vitia prælatorum reprehendere ſtudeant. C. LVII.

ADmonendi [g] ſunt ſubditi, ne plus quàm expedit, ſint ſubiecti: ne cum ſtudent plus quam neceſſe eſt, hominibus ſubijci, compellantur vitia eorum venerari.

¶*Collecta eſt hæc ſententia ex verbis B. Gregorij tertia parte paſtoralis, admonitione decima octaua, vbi de elatis & humilibus loquitur.*

lib. 4. reg. c. 88. & poſt lib. 12.

Item generali ſynodo præſidens dixit, c. 2.

¶Clerici, ſiue electi monachi ſint cubicularij epiſcopi. C. LVIII.

Anſ. l. 6. c. 134. Poly. l. 4. tit. 5.

CVm pa-

c ¶Scrupulo.] Id eſt, ſuſpicione.

SAncta quippe.] CASVS. Quidam monachi erant ualde in ſe religioſi, ſed circa correctionem aliorum erant tepidi & remiſſi. Tales reprehẽdit Hie. dicens ꝙ ſancta ruſticitas tantum ſibi prodeſt, & quantum ex uitæ merito ędificat eccleſiam, tm̃ nocet ſi deſtruẽtibus eam non reſiſtat.

1 Quo ad p̄latũ dic. ut le. & not. 6. q. 1. illi qui. 30. diſt. c. 6.

d ¶Quippe.] Id eſt cũ ſimpliciter & piè uiuunt, & alios nolũt increpare. Et intelligitur de prælatis, qui ex officio tenẽtur reſiſtere malis: & quorum taciturnitas eſt mortale peccatum, & magnum damnum in eccleſia operatur, ut 83. diſt. nemo. Et eſt hic argu. uitam actiuã eſſe præferendam contemplatiuæ, ut 7. q. 1. ſcias. & 8. q. 1. in ſcripturis. & habent ſe ut excedentia & exceſſa. Cõtemplatiua, quãtum ad perſonam cõtemplantis magis eſt ſecura, & minus utilis, actiua uero magis laborioſa, & minus ſecura, ſed magis fructuoſa, ut extra de renunc. niſi cum pridem. & extra de reg. licet.

e ¶Ruſticitas.] Id eſt ſimplicitas

f ¶Nocet.] Intellige hoc negatiuè, id eſt non tm̃ prodeſt ædificando, quantum edocendo, & reſiſtendo ſimile 44. diſt. 1. §. debet. 22. q. 2. primũ. Io.

dicere poſſint. & quòd poſſint admitti etiam monachi probat per ſequentia c. & primi c. caſus eſt planus.

ITEM ILLVD. Hæc eſt 7. pars q. in qua probat, ꝙ vnuſquiſq; tenetur obuiare peccantibus, & eos corrigere in quantum poterit ſalua pace, aliàs tenetur ipſe. & ad hoc probandum adducit 6. aucto. Io. de Fant.

a NEgligere cum poſſis.] Videtur de prælatis tantum loqui.

Malos non corrigere an ſit peccatum.

b ¶Deturbare.] Id eſt, prohibere & remouere à malo, & hoc cum commode poteſt illud facere. aliàs nõ peccat qui ſic non prohibet. 22. q. 2. primum. & c. faciat. & ſecundum hoc quilibet tenetur prohibere iniuriã à proximo. 23. q. 3. nõ in inferẽda. Alij hoc intelligunt de

ADmonendi.] CASVS. Quidam ſubditi in bonis ac malis obediebant ſuis prælatis. Sed dicit Grego. ꝙ admonendi ſunt, ne plus quam expediat ſint ſubiecti, ut uitia illorum non compellantur venerari.

g ¶Admonendi.] Bonum mediocrè quandoq; dimittitur propter bonum obedientiæ: ſe malum nunquam fieri debet, ut 11. q. 3. quid ergo. Ioan.

CVm paſtoris.] CASVS. Quidam ep̄i non habebant clericos cubicularios ſecum, ſed pueros ſæculares, quorum uita qualis eſſet in ſecreto, erat ignota clericis, ſæcularibus autem pueris nota. Pręcepit ergo Gre. ut ep̄i ſecum habeant clericos vel monachos cubicularios, qui poſſint eſſe teſtes de uita & conuerſatione epiſco-

epiſcoporũ in ſecreto, & ex ſedula viſione exemplum profectus ſumant.

Monachi accuſare poſſunt.

a ¶Cũ paſtoris.] Generaliter teneas, ꝙ monachi poſſunt accuſare & epiſcopos & alios, dumtamen hoc faciant de licentia abbatis. 12.q.1.nõ dicatis.16.q.1.monachi. Et ſi ſuum abbatem accuſare vult, habebit expẽſas à monaſterio, ut extra de accuſa.ex parte:& tũc non eſt neceſſarius conſenſus abbatis. ſed ſi alium vult accuſare, non habebit expenſas à monaſterio. Si ſunt in ſcholis, poſſunt agere de his tantum, quæ pertinent ad ſtudium, ut extra de offic.deleg. præterea.ff.de re iud. quæſitum.& ff.de iud.ſi longius.

b ¶Pueri.] .i.ſeruientes.ſic 22.q.2.§. Abraham quoq;.ff. de verſigni.pueri.

Monachũ Iuito abbate, ſibi põt eps̃ ſociare.

c ¶Vt quidã.] Duos habebit ſacerdotes, & tres diaconos, ut de conſec.diſt.1 iubemus.Sed nunquid cõtradicente abbate poteſt ſumere monachũ epiſcopus ſibi in ſocium? Non videtur, cum hoc ſit priuilegium Papæ, vt 9. quæſtio.vlt. per principalem.& 58. diſt. c. 1. & arg. contra 16. qõ. 1. qui uerè. Ioan. Sol. credo quòd ſic 1. niſi monaſteriũ ſit exemptum: cum maiora poſſit, vt extra de excel.prælа. ſicut vnire. B. Sed nonne monachi nunquam exibũt de clauſtro, ut 16.q.1. placuit? Reſpondeo quãdo perfecti ſunt, fit hoc vt exterius fructificent, vel qñ fiunt epiſcopi, & iſti cubicularij poſſũt eſſe teſtes non ſolum de conuerſatione epiſcopi, ſed etiam de facto eius, ut 12. quæſtio.1. manifeſta.Ioan.

1 Ad hoc facit qđ no. ſ̃.1.q.1. per principalẽ. Sed ar.ſ̃.11.q.1.cũ pro vtilitate. Archid.

prehenſibiles appareant.

e ¶In ſocietate.] Nota ꝙ præſumitur contra aliquem vel pro aliquo ex ſocietate, ut 28.q.1.ſæpè.81.diſt.clericus.& 18.q.2.diffinimus.Ioan.

f ¶Poſſint.] ſ̃.diſ.93.diaconi.

ITEM

ſtoris [a] vita † eſſe diſcipulis ſemper debeat in exẽplo, plerumque clerici, qualis in ſecreto ſit vita ſui pontificis, neſciunt, quam, vt dictum eſt, ſæculares pueri [b] ſciunt. De qua re præſenti decreto conſtituo, vt quidam [c] ex clericis, vel etiam ex monachis electi miniſterio cubiculi pontificalis obſequantur, vt is, qui in loco regiminis eſt, tales † habeat teſtes [d], qui uitam eius in ſecreta conuerſatione videant, qui ex viſione ſedula exemplũ profectus ſumant.

† Hoc ſtatuit Grego. quãdo laicos oẽs à ſuo miniſterio remouit, vt teſtat Anto. in hiſtor. p 2. ſe. 1(o fo.49.

† habeat tales, qui vitã] origin.

Idem Virgilio epiſcopo Arelatenſi, lib.9.epiſt.49.

¶Prauos in ſua ſocietate epiſcopus habere non debet. C. LIX.

PEruenit ad nos fratrem, & coepiſcopum noſtrum Serenum Maſsylienſem prauos homines omnino in ſocietate [e] ſua recipere; ita denique, vt presbyterum quendam, qui poſt lapſum in ſuis adhuc dicitur iniquitatibus uolutari, familiarem habeat. Quod à vobis ſubtiliter requirendum eſt: & ſi conſtiterit, curæ vobis ſit noſtra hoc ſic uice corrigere, vt & qui talem recipit, non familiaritate fouere, ſed diſcat potius vltione comprimere: & qui receptus eſt, idem diſcat cum lachrymis peccata diluere, non iniquitatem immunditijs maculare.

Item Paſchalis Papa.

¶Viros boni teſtimonij ſemper epiſcopi ſecum habeat. C. LX.

EPiſcopi lectioni & orationi uacent, & ſemper ſecum presbyteros, & diaconos, aut alios boni teſtimonij clericos habeant, vt ſecundum Apoſtolum, & ſanctorum Patrum inſtituta poſſint [f] irreprehenſibiles inueniri. 1.Tim.3.

Item Ioannes [g] Baptiſta, cum duceret eremiticam vitã, ſcribas & phariſæos, ſacerdotes & leuitas Iudæorum ad ſe venientes aſpera increpatione redarguit. ¶ *Item ex canonibus definitur* [*Illi, ſacerdotes accuſare poſſunt, qui ad eundẽ gradum conſcendere valent.*] *Cum ergo monachi ad ſacerdotij gradum laudabiliter pertingere valeant; patet, quòd & ipſi, ſacerdotes liberè accuſare poſſunt.*

Luc.3. ſ̃ ea.c.ſacerdotes.

d ¶Teſtes.] Propter hoc inducit c.quia qui poſſunt teſtari 2. & accuſare, nec tales epiſcopus poteſt ab accuſatione repellere, vt extra de accuſ.nulli.& C.qui accu.non poſſ.iniquum.arg.contra ſpeciale eſt in epiſcopo. Ioan.

2 Ad hoc 4.q.3.c.1.

PEruenit.] CASVS. Epiſcopus Maſſylien. prauos homines habebat in ſua conuerſatione, & præcipuè quendam presbyterum fornicatorem. hoc peruenit ad notitiam Grego. quare præcepit Virgilio epiſcopo, ut Maſſylien. vltione compeſcat, & presbyterum fornicatorem cogat pœnitere. Caſus autem ſequentis cap. planus eſt, quia nihil aliud dicitur, niſi quod epiſcopi ſecum debent habere homines boni teſtimonij, vt iure

ITEM IOANNES. CASVS. Per hunc §. probat Gratia. ꝙ ſubditi poſſunt accuſare prælatos, & dicit, quòd Ioan. redarguebat Iudæos ad ſe venientes.

g ¶Ioãnes.] Probat cum hic eremita accuſabat, ꝙ monachi poſſunt accuſare, quod verum eſt ſi habent ſpeciale mandatum abbatis. 16. qõ 1 quæ vere 3. niſi fortè requiri non poſſit ſine magna difficultate. argu. ff. de inu. ſed ſi vnius. §. filio. vt notaui 12. quæſt. 1. non dicatis.

ITEM EX. CASVS. Nunc concludit Grat. ex ſupradictis. Dictum eſt ſupra, ꝙ illi poſſunt accuſare ſacerdotes, qui ad eundem gradum aſcendere poſſunt: ſed monachi poſſunt prouehi ad ſacerdotium, ergo poſſunt accuſare ſacerdotes.

3 Et ex̃ de acc. ex parte. vbi de hoc. Itẽ ex canonibus. ſ̃. e.q. ipſi. & c.teſtes & c.ſacerdotes. 6. q 1. c. ſ. Lau.

De

DE accuſatione.] Hæc quæſtio diuiditur in duas partes, in quarum prima probatur, ꝙ accuſator debet eſſe præſens, & obligare ſe proprio ſcripto ad talionem. Secunda ibi, [Quæ verò.] Io. de Fan.

Ca-

QVAESTIO VIII.

1 ps

DE accuſatione [a] vero, qualiter fieri ualeat, in canonibus aperte decernitur.

Et Stephanus, epiſt.1.c.11.

Ait enim Calixtus Papa ad epiſcopos Galliæ, epiſtola ſecunda.

¶Accuſatio ſemper fiat in ſcriptis. C. I.

3.q.9. c. abſentem.
Burc.l.1.c. 171.
Iuo p.5. c. 289.

ACcuſatorum perſonæ nunquam recipiantur ſine ſcripto: nec abſente [b] eo, quem accuſare voluerint, quibuslibet [c] accuſare permittatur.

¶In epiſtola Calixti, itemque apud Burchardum, & Iuonem ſic habetur. Rimandæ ſunt enucleatim perſonæ accuſatorum, quæ ſine ſcripto difficile, per ſcriptum autem nunquam recipiantur: quia per ſcripturam nullus accuſare, uel accuſari poteſt; ſed propria uoce, & præſente eo, quem accuſare uoluerit, cuicumque † accuſatori credatur. *Quorum uerborum bona pars refertur infra 3. q.9.c. abſente 1. quod ſumptum eſt ex hoc eodem epiſtolæ loco.*

† al. quiſquam accuſator credatur

Cod.lib.4.titulo de probationibus, lege fin.

¶De eodem. C. II.

SCiant cuncti accuſatores eam ſe rem deferre debere in publicam notionē, quæ munita ſit idoneis teſtibus, uel inſtructa apertiſſimis documentis, vel indicijs [d] ad probationem indubitatis, & luce clarioribus expedita.

Cod. de accuſationibus, li.9.ti 2.le.ult.

Item Eutychianus Papa epiſcopis Siciliæ epiſt. 2.

CASVS. Hic ponitur 8. quæ quæritur, an accuſatio debeat fieri in ſcriptis, et ꝓbat primo, ꝙ ſic: poſtea ꝓbat contrarium, & poſtea ſoluit in §. [Sed Calixtus.]

Accuſatio & denūciatio, & infamatio diuerſa ſunt.

a ¶De accuſatione.] Circa hoc notãdum eſt, ꝙ aliud eſt infamatio, aliud denunciatio, aliud accuſatio. Infamatio prohibetur s̄. ea. q. proxi. accuſatio. 5. quæſt. 1. c. 1. & 2 Secunda, ſcilicet denunciatio præcipitur s̄. e. q. 1. ſi peccauerit. ſup. q. proxi. quapp & fit ſine inſcriptione. 4. q. 4. §. aliquando. Tertia ſcilicet accuſatio ꝑmittitur: & in ea inſcribitur & ſubſcribitur, ĩ. ea. libellorum. Fallit tamen hoc in ſex caſibus. Non enim ſemper cogitur q̄s inſcribere, vt in leuibus criminibus. ff. de accuſ. leuia. & in crimine abigeatus 1. C. de abigeis. l. vna. & ĩ caſu vbi mulier accuſ. 15. q. 3. de crimine ſecundũ quoſdã in crimine apoſtaſiæ, & ubi Chriſtianus Iudæã duxiſſe accuſat̃. C. de apoſt. apoſtatarũ. C. de Iudæis. ne q̄s & vbi maritus accuſat vxorē iure mariti. 4. q. 4. d. c. nullus. §. itē C. de adul. ſi maritus. C. de adul. quãuis & l. iure. Io. ſed hoc falſum eſt ſm ius canonicum, ut extra de procu tuæ fraternitatis. Item quando officium denunciat crimen alicuius. C. de accuſa. ea. quæ 4. q. 4. §. aliquando. B. Et cũ crimen in modum exceptionis ꝓponitur, ſecundum ꝙ diſtinguitur extra de accu. per his. Nunc uidendũ quid iuris ſit circa ſingulos modos agendi. Et quidem denunciationem pręcedet admonitio, aliàs remouetur denuncians à denũciatione, vt extra de accuſ. ſuper his. & c. ſi quis epiſcopus, & s̄. e. q. 7. accuſatio. & cap. ſi quis ergo. Item criminoſi, infames. inimici, poſſunt à denunciatione repelli, ut 3 q. 7. qui ſine peccato. & c. poſtulatus. & 15. q. 6. ep̄s in ſynodo. & extra de reſti. ſpo. cog. præterea. extra de accu. cũ oporteat. & dictum eſt s̄. e. q. 1. ſi peccauerit. & extra ea qualiter 2. pęna conuicti modica eſt, quia debet pęnitere de crimine, & credo eum non eſſe remouendum ab ordine, uel dignitate, niſi delicti qualitas aliud requirat, ut in ſimonia. 1. qõ. 1. ſi quis neque. & qõ. 7. requiritis. ſeu ſcandalum inde oriretur, extra de noui oper. nunc. cum ex iniuncto. Si autem agatur in modum inquiſitionis, ſimiliter inſcriptio non eſt neceſſaria, & poteſt procedi ſine ipſo, qui impetrauit inquiſitionem, ſicut & cum ipſo, ſed fama debet ꝑcedere inquiſitionē, non ſemel, ſed ſæpius, & apud bonos & graues, ut extra de accuſ. qualiter. & c. cũ oporteat. & de ſimonia. licet. Citari etiam debet infamatus, ut audiat eius exceptio, ut eiſdē c. habetur. & extra d̄ ſen. & re iud. cũ I. & A. Et in hoc caſu poſſunt teſtes recipi lit. non conteſt ut extra ut lit. non conteſt. quoniam frequenter. §. 3. Pœna huius talis eſt. prælati ſunt ab adminiſtratione remouendi. minores ſunt beneficio priuandi. extra eod. qualiter. & de ſimon. dilectus. Sed ſi in modum exceptionis objjcitur crimen, diſtingue vt extra eo. ſuper his. & extra de ord. cog. cum dilectus. & debet eſſe præſens. extra eo. qualiter. & in hoc caſu laici bonæ famæ admittuntur ad agendũ, excipiēdum, & teſtificandum. extra de teſt. tam litteris. & 23. diſtin. Sed cum crimen objjcitur in modum accuſationis, ſemper eſt neceſſaria inſcriptio, vt inf. ea. libellorũ. fallit in ſex caſibus ſupra not. & in ſeptimo ſecundum quoſdam cum officialis accuſat. C. de accuſat. ea quæ. In hoc caſu pęna eſt depoſitio, ut ſup. prox. q. latoi. & extra de ſimo. dilectus.

Denũciati punitio.

Inquiſiti punitio.

Accuſati punitio.

Accuſator nõ ſemper cogitur ſe ad pœnam talionis inſcribere.

1 Vbi agit̃ ciuiliter 4. qõ. 4. §. ab acti.

ACcuſatorum.] CASVS. Quæſitum fuit à Calixto, an accuſatores recipi debeant ſine ſcriptura & accuſato abſente. Et certe reſpondetur quòd non.

b ¶Nec abſente.] C. de pę. nē diu. contra. Sed illud ſpeciale eſt in apparitore. ſic ſup. ea. q. 6. §. ſi ſunt quorum. & notaui 1. q 4. nullus.

c ¶Quibuslibet.] Infr. 5. q. 2. relatum. Sed contra. 5. q. vlt. Epiphanium.

SCiant.] CASVS. Dicitur in hac lege, ꝙ accuſatores accuſationem ſuam debent deferre in publicam notionem, quam poſſint teſtibus & alijs probationib. iudici demonſtrare.

d ¶Indicijs.] 32. q. 1. dixit & 15. q. 6. c. 1. Sed cõtra. 3. q. 9. abſens. Sed ibi non accuſatur, ſed tantum libellus accuſationis propoſitus eſt contra abſentem. libellus tamen in abſentia rei proponitur. ff. de adulte. miles. §. ſexaginta. Hoc uerum eſt niſi abſens ſit per contumaciam 2, ut 3. q. 9. decernimus.

2 Idē tenēt B. & Laur. ad hoc 24. q. 3. de illicita. Archi.

Quiſ-

QVîſquis.]CASVS. Hoc c.diuiditur in duas partes. In prima parte dicitur, ꝙ qui vult aliū accuſare in iudicium ueniat, & indicet nomen rei, ad pœnā ſe talionis obligando, ita ꝙ accuſator uel accuſatus in cuſtodia habeantur, conſiderata dignitate perſonæ: & ſi accuſator non probauerit, puniatur pœna talionis. In ſecunda parte quę incipit ibi, [Qui uero.] dicitur ꝙ qui vadunt ad ſortilegos, & magos, non admittuntur ad accuſationem.

¶Caſus ſeq.capit.planus eſt.

a ¶Quiſquis.] Hoc ponitur C.de accuſa.l.ulti.

b ¶Vinculum inſcriptionis arripiat.] id eſt, obliget ſe ad talionem.4.qō.4.§.inſcriptio.Arch.

c ¶Dignitatis.]Quia pari iure cenſentur accuſator & accuſatus.3.q.9.c. ulti.C.de exhi. re.l. ult. Tamen rō dignitatis in hoc hr̄, quòd minus punitur conſtitutus in dignitate, quàm alter.24. q.1.qui cōtra. & c.quiſquis.

Dignitate ꝑditus minus punit quā alter.

d ¶Similitudo.]Niſi illis caſib.exceptis s̄. c.q.3.§.notādum 2.

QVi crimen.] Sed Stephanus.]CASVS. Probauit ſup. G. quòd accuſatio debet fieri in ſcriptis, modo videt probare ɔ̄rium, & ꝓbat ſuperficialiter.

PEr ſcripta.] CASVS. Quæſitū eſt, vtrū per epiſtolā poſſit quis alium accuſare? Et rñdetur ꝙ nō, ſed uoce ꝓpria & accuſato præſente, quia abſens ab aliquo accuſari non poteſt:

Accuſato abſente ꝑt dari libellus.

e ¶Abſens.] Poteſt enim libellus dari abſente accuſato, vt 5. qō 6. Epiphanium. C. de exhi. re.l.2. & etiā die feriato, ut ff. de adult. miles. §. ſexaginta. prius tamen denunciabit eum accuſator quem vult accuſare: aliàs non audietur, vt ff.de adul.denunciaſſe. & C.de accuſ.abſentē: deinde det libellū iudici: iudex tamē non prius libellum recipiat, quàm inſcriptio ſit facta, & fideiuſſorem dederit de lite proſequēda. C.ad Turpil.l.1.& C.qui accu.non poſ.l,3. Poſtmodum vocandus eſt reus 1 ſecundum legem. C.de exhi. re.l.2.& nomē eius recipietur inter nomina reorum.& hoc fit cum lis eſt conſt.ff. de adult.ſi maritus. §.præſcriptiones.& ff.de iure fiſ. fiſcus & prius habebit inducias xx. dierum ad deliberandum, non trium tantum

1 Ad hoc C. de calu. nō prius.ff. de iu.ſi longius. & ita no. Vin.extra de elec. cōgregato.

vt quidam dicunt, vt ff.de pub.iud.inter. habebit etiā inducias triginta dierum ad componendos męſtos penates, vt C.de exhi.re.l.2.ſecundum canones tamē nō videtur, quòd neceſſaria ſit denunciatio, uel talis ſolēnitas, vt extra de accuſ.licet.in fi.

SED

¶Accuſatio ſemper debet fieri in ſcriptis. C. III.

Cod. Theod.l. 9.tit.1.c.18. In capitul. Hadriani.c.6. Poly.l.5.tit.1. Iuo p.6.c.332. Pann.l 4.c.76. In cap. Hadriani.c.67.inf.3.q. 5. c. conſtituimus.

QVîſquis [a] ille eſt, qui crimen intendit, in iudicium veniat, nomen rei indicet, vinculum inſcriptionis arripiat [b], cuſtodiæ ſimilitudinē α(habita tamen dignitatis [c] æſtimatione †) patiatur; nec impunitā fore ſibi nouerit licentiam mentiendi, cum calumniātes ad vindictā poſcat ſimilitudo [d] ſupplicij. *& infra.* ¶ Qui vero ad ſortilegos, magoſque concurrerint, nullatenus ad accuſationem ſunt admittendi.

† al. exiſtimatione

α ¶Cuſtodiæ ſimilitudinem.] *In originali impreſſo eſt,* cuſtodiat ſimilitudinem, habita tamen dignitatis ęſtimatione potiatur: nec ſorte ſibi nouerit, &c *itemque apud Hadrianum, niſi quod habet,* nec ſibi fortè nouerit. *itemque apud Iuonem, & in aliquot vetuſtis Gratiani codicibus, in quorum uno eſt,* habitæ tamen dignitatis. *In Pannormia autem legitur,* cuſtodiat ſimilitudinem ſupplicij, habita tamen dignitatis æſtimatione. Nec forte ſibi nouerit, &c. *In codice eſt eadem lectio, qua hic retenta eſt.*

Item Sixtus III. in epiſt. ad epiſcopos Orientales, c.4.

Et Fabianus epi.3.ſ.3.q.6.c. 1.ſup.2.q.3.c.3. & 6. Burc.l.16.c.3. Ex concilio Arauſico. Pann.l.3.c.75.

¶De eodem. C. IIII.

QVi crimen obijcit, ſcribat ſe probaturum. Reuera β ibi ſemper cauſa agatur, ubi crimen admittitur. Et ibi qui non probauerit, quod obiecit, pœnam, quam intulerit, ipſe patiatur.

β ¶Reuera.] *Addita eſt hac clauſula ex originali: quæ eſt etiam apud Fabianum infra 3.quæſt.6.cap.1.*

Sed Stephanus Papa contra uidetur ſcribere dicens, epiſtol.2.c.4.

Poly.5.tit.1. Burc.l. 1.c.177. Anſ.l.3.c.55. Iuo p.5. c. 298. & p.6.c.328. Pann.l.4.c.53. & 55.

¶De eodem. C. V.

PEr ſcripta nullius accuſatio ſuſcipietur, ſed propria voce (ſi legitima, & condigna accuſatoris perſona fuerit) præſente uidelicet eo, quem accuſare deſiderat: quia nullus abſens [e], aut accuſari poteſt, aut accuſare.

Sed Calixtus Papa præcipit, ut accuſator præſente eo, quem accuſat, in ſcriptis iudici accuſationem offerat, & propria uoce litteras ſuæ accuſationis legat. Stephanus autem prohibet, ne abſens aliquem per epiſtolam accuſare audeat. 2 ¶ *Quæ vero ſit forma accuſationis, & quis modus concipiendorum libellorum, Paulus in Digeſtis libro † de publicis iudicijs, titulo de accuſationibus, & inſcriptionibus lege 3. oſtendit dicens.* [¶ *Libellorum inſcriptionis*

Lib 48. ff.de accuſat.l.3.qui liber 48. in pandectis inſcribit [de publicis iudicijs.

† In vulgatis legebatur, *libro primo.*

SED CALIXTVS.CASVS. Grat. ſoluit contrarietatem hanc: quia quod dicit Calixtus, intelligitur, quòd accuſator debet præſente accuſato & in ſcriptis accuſationem iudici offerre: ſed Stephanus prohibet ne aliquis accuſet alium per epiſtolam.

LIBELLORVM. CASVS. Dicitur in hac lege, qualiter libellus accuſationis in adulterio concipi debeat: dēt fieri hoc modo. Lucius Titius tali die apud talem iudicem accuſat B.mulierem de adulterio, quod dicit eam cum M.commiſiſſe in tali ciuitate, menſe tali, in domo tali diebus conſulibus tunc exiſtentibus. ſed diē

& ho-

& horam cōmiſſi criminis, aſſignare non compellitur. Et ſi libelli non ſunt legitime concepti, nomē rei abolet͂ur, & iterum poterit accuſari. Præterea inſcribere debet accuſator, uel alius ꝓ eo, ſi ipſe neſcit litteras. & ſi aliud crimē obijcitur, debet in libello accuſationis cōprehendi. & ſi accuſator deceſſerit, vel alia cā eū impedierit accuſare, nomē rei abolet͂ reo poſtulāte. & ex itegro intra triginta dies poterit ab eo acccuſari. Eodē mō ſecundū Decretiſtas formabit libellus, excepto eo, ꝙ ubi ponitur nomē Imperatoris, ibi ponetur nomen Papę, & vbi ponitur nomen Conſulis ponetur nomē Epiſcopi.

Inſtrumētū multa habere dēt.

conceptio talis eſt. Conſul, & dies[a]*. Apud illum prætorem, vel proconſulem Lucius Titius profeſſus eſt ſe Mæuiam lege Iulia de adulterijs* †*, ream deferre, quòd dicat eam cum Caio Seio*[b] *in ciuitate illa, domo illius, menſe illo, Conſulibus illis, adulterium commiſiſſe. Vtique enim & locus deſignandus eſt, in quo adulterium commiſſum eſt* †*, & perſona, cum qua admiſſum dicitur, & menſis. Hoc enim lege Iulia publicorum* [*iudiciorum* †] *cauetur, & generaliter præcipitur omnibus, qui aliquem reum deferūt. Neque autem diem*[c]*, neque horam inuitus comprehendet. Quòd ſi libelli inſcriptionum legitime ordinati non fuerint, rei nomen aboletur, & ex integro repetendi reum poteſtas fiet.* ¶ *Item ſubſcribere debebit is, qui dat libellum* †*, ſe profeſſum eſſe*[d]*, vel alius pro eo, ſi litteras neſciat. Sed etſi aliud*[e] *crimen obijciat, veluti quod domum ſuam præbuit, ut ſtuprum materfamilias pateretur, quòd adulterum deprehenſum dimiſerit, quòd pretium pro comperto ſtupro acceperit, & ſi quid ſimile; id ipſum* † *libello comprehendendum erit. Si accuſator deceſſerit, aliave quæ* † *cauſa eum impedierit, quominus accuſare poſſit, etſi quid ſimile eſt; nomen rei aboletur, poſtulante reo*[f]*, idque & lege Iulia de vi, & ſenatus conſultis* † *cautum eſt, ita ut liceat alij ex integro repetere reum: ſed intra quod tempus videbimus*[g]*. Et utique triginta dies vtiles obſeruandi ſunt.*

† al. lege Iulia adulterij reā

† abeſt à pandectis Florentinis

† al. libellos

† Adde ꝙ rō eſt, q͂a locus aggrauat rem geſtam. l. prætor. § ſi. ff. de iniu. & l. aut facta. §. locus. ff. de pœ.

† al. & ipſum libellus

† al. aliaue cauſa

† al. ſenatusconſulto

CAVSA TERTIA.

Qvidam epiſcopus[h] *à propria ſede deiectus eſt, petit reſtitui; poſt reſtitutionem ducitur in cauſam, inducias poſtulat, tandem ad eius accuſationem procedit quidam non legitime coniunctus, & duo infames, & tres religioſi: accuſatores teſtes de domo ſua producunt, & alios ſibi inimicos extra ſuam prouinciam:*

a ¶ Conſul & dies.] Inſtitutæ accuſationis: quia de die cōmiſſi criminis loquitur, nam Conſul. & dies ſunt pręponendi. hodie primo ponitur Imperatoris nomen, poſtea Conſulis: poſtea indictio: poſtea menſis & dies. in Auth. vt præpo. nomen Imper. collatione quinta.

b ¶ Caio Seio.] Ideo nomen exprimitur, vt ſecundum qualitatem perſonæ puniatur magis vel minus. Sed q̄d ſi ignoratur quæ ſit illa perſona? Videtur ꝙ nihilo minus ipſum accuſare poſſit, ut 5. q. 1. c. 2.

1 Sub. an teſtes ſubornati videantur. fm. L.

c ¶ Neque autem diem.] Commiſſi criminis 1, ſed nō concepti libelli, vt ſupra diximus. penitus contrarium eſt in ciuilibus actionibus, vt ff. de eden. l. 1. §. diem autem. A teſtibus autem quæritur dies, vt 3. q. 9. nihilominus. & 35. q. 6. de parentela. De hoc plene dicemus 3. 4. q. 4. in teſtibus 2. & etiam dicēt in qua parte domus ſecundum Hug. dies eſt aſſignanda: quia non licet uagari cum diſcrimine alterius, ut ff. de iniur. l. prætor. Io. Tamen dic, ꝙ non aliud tenetur dicere teſtis, quàm accuſator propoſuit: quia non aliud iudicādum eſt, quàm in libello comprehenſum ſit. arg. extra de cauſa poſſ. cum ſuper electione. de ſimon. licet Hely. ultra medium. Bart.

Teſtis an deponere debeat de die.

d ¶ Se profeſſum eſſe.] Id eſt, ſe velle proſequi accuſationē, & ſubiturum talionē ſi non probauerit. Io.

e ¶ Sed & ſi aliud.] Id eſt, eodem modo eſt procedēdum, ſi aliud crimen obijciat.

f ¶ Reo.] Hoc etiam fiat elapſo biennio, ut C. ut intra certum tēpus. l. vlt.

g ¶ Videbimus.] ff. ad Turpil. l. in ſenatus. §. vlt.

Qvidā epiſcopus.] CASVS. ſupra in proxima cauſa tractauit de ordine iudiciorum, & de reſti. ſpo. Sed quia non ad plenum dixerat, ideo ſupponit hanc cauſam tertiam, in qua plenius tractat de reſtit. ſpol. & de indicijs dandis, & an infames ſint admittendi ad accuſandum, & quales teſtes ſint admittendi, & qualis debet eſſe iudex, & de multis alijs: quæ omnia, ut apertius pateant thema proponit, de quo xj. elicit quæſtiones.

h ¶ Quidam epiſcopus.] Hic primum agitur, an ſpoliatus ſit reſtituendus, ſed ſupra cauſa 1. q. 2. agebatur an ſpoliatus eſſet in ius uocandus. Eſt autem regulare, ꝙ ſpoliatus ab alio, quàm à iudice, vel etiam ſi à iudice eſt ſpoliatus ſine ordine iuris, ſemper ſtatim eſt reſtituendus, non obſtante exceptione alicuius criminis, vel non canonicæ inſtitutionis, ut extra de reſti. ſpol. in litteris. & cap. item cum quis & c. conquerente. & 6. quæſt. 3. denique. Fallit in caſibus hic notatis. Intruſio, ſcilicet quando aliquis occupauit ſedem Apoſtolicam violēter, ut infra ead. §. patet. ſed hoc ſpeciale eſt in Papa. Dilapidatio, ut 3. q. 2. q͂a ea. ſed hodie hoc nō tenet, quia non eſt ſpoliandus aliquis niſi ꝓbata ſuſpicione: ut extra de ſimo. licet. Criminis enormitas, vt 2. q. 5. ſu per

Spoliatus eſt ſemper reſtituēdus regulariter

Spoliato in multis caſibus denegatur reſtitutio.

reus crimino ſo iudicio offertur ab vno tantum audiendus, & iudicandus. Quidam de accuſatoribus & teſtibus abſẽtes per epiſtolam illum accuſare, & in eum teſtificari contendunt: cum multa capitula ei obijcerentur, in prima accuſatores deficiunt: demum accuſatio in accuſatorẽ vertitur.

1 *Hic primum quæritur, an reſtitutio danda ſit quibuslibet expoliatis.*

2 *Secundo de inducijs, an poſt reſtitutionem tantum, an etiam poſt vocationem ad cauſam quibuslibet concedendæ ſint.*

3 *Tertio, quo ſpatio menſium vtrique ſint concedendæ.*

4 *Quarto, an infames, & non legitime conuincti, ad accuſationem ſint admittendi.*

5 *Quinto, an teſtes de domo accuſatorum ſint producendi, vel inimicorum vox ſit audienda.*

6 *Sexto, an extra prouinciam reus ſit producendus.*

7 *Septimo, an ſit audienda eius ſententia, quem cum reo par inficit malitia.*

8 *Octauo, an ab vno tantum epiſcopus ſit audiendus, vel iudicandus.*

9 *Nono an accuſatores, uel teſtes in abſentem vocem accuſationis, uel teſtificationis exhibere ualeant.*

10 *Decimo, an deficientes in primo capitulo ſint admittendi ad ſequentia.*

11 *Vndecimo, an accuſato liceat accuſationem in accuſatorem vertere.*

QVAESTIO I.

QVod reſtitutio quibuslibet danda ſit, multis auctoritatibus probatur. Ait enim Gaius Papa, epiſt. vnica ad Fœlicem epiſcopum, c. 3.

¶Expoliatis, uel eiectis omnia ſunt redintegranda. C. I.

EPiſcopis ſuis rebus expoliatis, uel à proprijs ſedibus eiectis, omnia [a], quæ eis ablata ſunt, legibus ſunt redintegranda: quia piuſquam hoc fuerit factum, nullum crimen [b] eis obijci poteſt.

Mutatis verbis ſed incolumi ſententia. Anſ. l. 3. c. 46.

Item Fabianus epiſt. ſecunda epiſcopis Orientalibus.

per cã. Infamia & criminis euidẽtia, vt 2. q. 5. presbyteri. & q. 1. ſcelus. &c. manifeſta: Item crimen ſimoniæ, extra de ſimo. accuſatum &c. tanta. Contumacia, vt 3. q. 9. decernimus. Scandalum, vt 3. q. 6. hæc quippe. Fornicatio notoria. extra de diuor. ſignificaſti. Item cum reus eſt abſens. extra de of. iudic. delega. cõſultationibus. Cũ incontinenti deiecit. extra de reſtit. ſpolia. olim. Item cum ſpoliatio eſt probata in modum exceptionis. extra de ordi. cog. cum dilectus. Item ſecundum quoſdam cum incontinẽti ſpoliator vult probare exceptionem. extra de reſtitu. ſpol. litteras. ff. ad exhib. l. 3. §. ibidẽ. Item cum à muliere obijcitur ſæuitia uiri, ut extra de reſtitu. ſpol. ex trãſmiſſa. Itẽ in caſu quem habes extra de diuor. gaudemus. in fin. Item exceptio rei iud. 2. q. 6. §. diffinitiua. Item exceptio iuriſiurandi, uel pacti ſecundum quoſdam, vt extra de reſti. ſpol. accepta. & cap. ſolicite. Item ſi ſub conditione poſſedit, extra de reſtit. ſpoliat. olim cauſam. Itẽ ſi ex gratia uel precario poſſedit. ĩ. 10. q. 3. quia cognouimus. & extra de exceſ. prælat. cum ad quorundam. Item ſi poſſedit, ut colonus. ff. de ui & ui ar. cum fundum. Hoc autem ſcias, ꝙ quatuor ſunt auxilia producta, per q̃ petitur reſtitutio, actio, interdictum, condictio ex canone, iudicis officiũ. Actione petitur reſtitutio, vt actione qđ metus cã datur reſtitutio ꝫ quemlibet [1] poſſeſſorẽ. ff. quod met. l. metu. §. volenti. Item actione de dolo petitur reſtitutio. & per illam non fit reſtitutio, niſi ꝫ illum qui dolum fecit. ff. de dolo. l. ſi plures. Itẽ per interdictum reſtitutio datur contra illum ſolum, qui uim fecit, ut extra de reſt. ſpo. cum ad ſedẽ in fin. Per condictionem ex canone datur reſtitutio contra quemlibet poſſeſſorem, ut extra de app. bonæ memoriæ. & extra eod. c. ſæpe. & inf. ead. redintegranda. Item ꝑ iudicis officiũ petitur reſtitutio, cũ aliquis propter abſentiam perdit rem ſuam, de qua agitur. ff. ex quibus cau. maio. l. 1. & per totum, & illa poteſt agi contra quemlibet poſſeſſorem, vt 16. q. 3. porro.

Reſtitutio petiẽ quatuor auxilijs.

1 Nam per hanc actionem aduocatur res ẽt ab eo qui metum nõ intulit. ff. quod me. cau. ſi cum exceptione §. 2. C. eod. tit. non intereſt. Archid.

QVod reſtitutio.] CASVS. Hic intitulatur prima qõ, qua quæritur an reſtitutio ſit dãda oibus expoliatis. Et ꝓbatur ꝙ ſic ꝑ cã ſequẽtiã.

EPiſcopis.] CASVS. Quæſitum fuit vtrum crimẽ aliquod poſſit obijci epiſcopis rebus ſuis expoliatis, vel de ſedibus ſuis eiectis ante reſtitutionẽ? Et certe reſpondet Papa, ꝙ non.

a ¶Omnia.] Etiam depoſita, ut ff. depoſi. l. 1. §. qui autem. & ff. de ui & ui ar. l. 1. quod autem.

b ¶Nullum crimẽ.] à ſpoliatore, uel generaliter à nullo, cum ſit inermis. ut inf. ea. q. 2. oportet.

b Nullum crimen.] Pro quo fuerunt ſpoliati ſecundum Hug. uel nec illud nec aliud poteſt obijci à ſpoliatore. 2. q. 2. in ſcripturis, & c. nullus. Sed mirũ eſt, ſi aliquis non põt eum de crimine illo accuſare, ut inf. q. 2. cum eccleſiæ. & c. prox. cum res inter alios acta alijs non præiudicet. Item nunquid ſpoliator poteſt eum accuſare poſtquam eſt reſtitutus? Arg. ꝙ non, extra de reſtit. ſpol. item quis, arg. contra ꝙ poſſit ſaltem ciuiliter [a]. infr. ea. q. 2. audiuimus.

a Adde ꝙ ẽt criminaliter. cõco. tex. in l. ſi. C. de or. co. & i l. ſi maritus. C. de don. inter ui. & uxo.

Epiſco-

EPiſcopi.] CASVS. Dicitur hic, ꝙ debent epiſcopi ad ſynodum uocari, vel eis crimẽ aliquod obijci, niſi prius res propriæ, uel eccleſiæ eis fuerint reſtitutæ: niſi ſpoliati eſſent auctoritate Romani pontificis.

a ¶Epiſcopi.] Si tñ ſpoliatus velit agere contra ſpoliatorem,

SED NOTANDVM. CASVS. Dicit Grat. in hoc §. ꝙ non ſufficit, ſi reſtitutio fiat ſolis uerbis, vel per ſententiam, niſi præſentialiter omnia reſtituantur officio iudicis, vt expulſus habeat ciuilem & naturalem poſſeſſionem per ſe, uel animo ſuo, & corpore alieno, ut per procuratorem. & in eodem loco vnde ablata ſunt fiat reſtitutio, quod probatur g ſeq. cap.

Spoliatus à ſpoliatore reconueniri poteſt.

¶De eodem. C. II.

Anſ. l. 3. c. 50.

EPiſcopi [a], ſi a proprijs ſedibus, aut eccleſijs ſine auctoritate Romani Põtificis α expulſi fuerint; anteq̃ ad ſynodum uocentur, proprius locus, & ſua omnia eis redintegranda ſunt. Nulla enim permittit ratio, dum ad tempus eorum bona, uel eccleſiæ, atque res ab æmulis, aut à quibuſcumque detinentur, ut aliquid illis obijci debeat: Nec quidquam poteſt eis quoquo modo quilibet maiorum, uel minorum obijcere [b], dum eccleſijs, rebus, aut poteſtatibus carent ſuis.

α ¶Sine auctoritate Romani Pontificis.] *Sunt hæc uerba & apud Anſelmum licet non ſint expreſſa in originali: cuius hic ſententia potius, quàm ipſamet verba referuntur vſque ad verſic.* Nulla.

Sed notandum eſt, quod reſtitutionis ſententia ſola non ſufficit, niſi præſentialiter omnia iudicis officio reſtituantur, vt eiectus, vel ſpoliatus etiam naturalem [c] poſſeſſionem recipiat, ſiue animo ſuo, & corpore alieno, veluti per procuratorem: ſiue animo, & corpore ſuo. Cuncta quoque, quæ ſibi ablata fuerant, quacumque conditione, in eodem loco, unde ſurrepta fuerant, reuocanda ſunt.

Vnde Ioannes urbis Romæ epiſcopus ſcribit Zachariæ archiepiſcopo, epiſtola 1.

Et Euſeb. in epiſto. 2. & in 5. ſynodo Romana ſub Symmacho Anſel. l. 3. ca. 51. & 44.

¶De eodem. C. III.

j REdintegrãda ſunt omnia expoliatis, uel eiectis epiſcopis præſentialiter ordinatione Põtificum, & in eo loco β [d] unde abſceſſerant funditus reuocanda, quacũque conditione temporis, aut captiuitate [e], aut dolo [f], aut violentia † maiorum, aut per quaſcumque iniuſtas cauſas, res eccleſiæ, uel proprias, aut ſubſtantias ſuas perdidiſſe noſcuntur ante accuſationem, γ aut regularem ad ſynodũ vocationem eorum, *& reliqua.*

† al. virtute

β ¶In eo loco.] *Apud Iuonem, & Symmachum legitur*, & in eorum unde abſceſſerunt, poteſtatem, funditus reuocanda. *Apud Euſebium verò*, in eorum unde abſceſſerunt, loca funditus reuocanda.

γ ¶Ante accuſationem.] *Hæc uſque ad finem addita ſunt ex originali, quibus oratio abſoluitur, & quorum pars in fine huius quæſtionis à Gratiano repetitur.*

c ¶Naturalem.] Nec ſufficit dare pignora. extra de ſen. & re iud. cum aliquibus. ſimiliter in prętorium pignus eſt quis corporaliter mittendus. ff. de pigno. act. non eſt mirum. ſecus in conuentionali. ff. ea. l. 2. & ff. de dolo. l. ſi plures.

Pignus prætorium & conuentionale.

j REdintegranda ſunt.] CASVS. Quæſitum fuit à Io. Papa per Zachariam qualiter debeat fieri reſtitutio expoliatis epĩs & eiectis. Et reſpondet Ioan. Papa ꝙ omnia corporaliter ſunt eis reſtituẽda in eo loco vnde ablata ſunt, quacumque conditione fuerint eis ablata, ſiue per dolum, ſiue per uiolentiam, vel quacumque alia iniuſta cauſa.

d ¶In eo loco.] Etiã vltra mare, & ſunt reuocanda ſumptibus ſpoliatoris. ff. de rei vend. ſi uero.

e ¶Captiuitate.] Inf. 16. q. 3. porro. & c. præcedenti.

e ¶Captiuitate.] Si enim per uim aliquid ab eo extortum eſt vel ablatum, intra annum poteſt agere cõtra deiectorẽ in quadruplum: poſt annum in ſimplum. ff. de ui & ui ar. l. 1. Sed ſi per metum eſt extortum aliquid, tunc contra omnem poſſeſſorem agitur: intra annum quadruplum cum nõ vult reſtituere. ff. quod met. cauſa. ſi cum exceptione. § 1. 2. & 3.

Spoliatus p vim vel motũ agit ad quadruplũ

torẽ recõueniri poteſt ab eo, vt arg. ff. de iud. l. 2. § itẽ. Sed hoc verũ eſt, cũ non agit de ſpoliatione. extra de or. cogn. dilectus. & melius in c. ſi. poteſt etiam, eum recõuenire de alio ſpolio. extra de reſtitu. ſpoli. ca. vlt.

b ¶Obijcere.] Quid ſi nunquam velit petere reſtitutionẽ, ut ſic nõ puniatur de crimine ꝓ quo eſt ſpoliatus, cum tamen inde grauiorem pœnã meretur? Dicerem, ꝙ in tali caſu bene poſſit accuſari ante reſtitutionem 1, ne fraus ſit ei lucroſa arg. extra de iud. intelleximus. & 11. q. 3. priuilegium. ſed ſi minorẽ pœnã de illo crimine meretur, tunc non eſt accuſandus de illo cum ſatis ſit punitus. arg. 2. q. 6. ſi quis ex plurib. Dic tẽpus præfigẽdũ. ut extra de reſti. ſpol. frequens. lib. 6.

1 Hoc hodie eſt intelligendũ cum determinatione & declaratione decr. lib. 6. de reſt. ſpol. frequẽs. §. vlt.

f ¶Aut dolo.] Et tunc vſq; ad bienniũ põt conueniri qui dolum committit, ut C. de dol. l. vlt. ſed perpetuo põt cõueniri actione in factũ de eo, qd ad eũ peruenit, uel ſi dolo fecit quominus ad eum ꝑueniret. vt ff. de dol. ĩ hæredẽ. & l. eatenus. & l. doloue. Cũ aũt canõ æq; paret dolũ, metũ uel uiolẽtiam, vr ꝙ cõdictione ex hoc canone qlibet poſſidens conueniri poſſit arg. ad hoc ex̃ de iud. qa. & ex̃ de trãſac. veniẽs. & ex̃ de emp. & vend. ꝑuenit. ex̃ ut lit. pẽdẽ. eccleſia. & ex̃ de ap. bonę memoriæ. & eſt expreſſum, extra de reſt. ſpol. ſępe.

Doloſus an poſſit in ꝑpetuu conueniri.

f ¶Aut dolo.] Arg. ꝙ reſtituẽdus ſit q dolo ſuo iuri renun-

renunciat, ut ỹ. 15. q. 6. c. 1. & 30. q. 1. dictum. & C. de in offi. teſt. eum qui. r. reſpon. extra de his quæ vi metus ve cauſa fiunt, cũ dilectus. ỹ. & 20. q. 3. cõſtituit. cõtra. per capitulum 79. diſt. ſi quis pecunia. Poſtea ſoluit, & dicit ꝙ illud cap. intelligitur tantum in eo caſu quā ſedes Apoſtolica per uiolentiam occupatur, & ſi talis expellat, nõ fit reſtitutio: quia nõ eſſet iudex ſuperior, ſub quo reſtitutus conueniretur.

NVlli dubium eſt.] CASVS. Quidam epiſcopi iniuſte fuerunt expoliati, & à ſuis ſedibus eiecti. alij Alij vero inuaſores & iniuſti epiſcopi non inuabãt eos: immo (quod deterius eſt) ponebant inſidias, diabolo inſtigante, quos Alexander reprehendit dicẽs tales eſſe ſchiſmaticos, & Chriſtum crucifigentes in ipſis expoliatis epiſcopis. & quod facere non debent, hoc probat, quia ſæpe boni diabolo cooperante tribulationem patiũtur per malos.

a ¶Auxilio.] Epiſcopi ſibi inuicem debẽt præſtare mutuum auxilium, ut ſup. diſtin. 90. præcipimus. & ideo inducit hoc c. ſcilicet, quod ſemper ſit ſubueniendum ſpoliatis.

b ¶Veſtro.] Argum. ꝙ quilibet tenetur patrocinium pro ſua eccleſia præſtare. 95. diſtin. ſi Imperator 1. & ſi contra eccleſiam ſuam præſtaret, priuãdus eſſet eo quod habet ab ea. 1. quæſtio. 7. cap. 1. C. loc. milites. & eſt expreſſum extra de poſtul. cap. vlti.

Eccleſiam ſuam quilibet defendere tenet. 1 Vbi de hoc ỹ. 1. q. 7. c. 1. ibi videas. & qđ leg. & not. 16. q. 1. nos autẽ, & 11. q. 3. quid ergo. Arch.

DEus ergo.] CASVS. Præcipit Fabianus Papa omnibus epiſcopis, quòd ipſi opem ferant & auxilium ſacerdotibus expoliatis, eos reſtituendo, & eorum calumniatorem & perſecutorem excommunicando.

PATET ERGO. CASVS. Concludit Gra. ex ſupradictis, ꝙ expoliati non debent uocari ad cauſam, niſi prius fuerint corporaliter reſtituti. Huic concluſioni obijcit hoc modo. Nam ubi non fuit legitima inſtitutio, reſtitutio eſſe non poteſt. Vnde ſi qui fuerint expoliati, quia canonice non fuerint electi, uel per ſimoniam fuerint electi, reſtitutionem poſtulare non poſſunt. Et hoc probat Gratia,

Item Euſebius Apoſtolicæ ſedis epiſcopus, epiſto. 2. ad Aegyptios.

¶De eodem. C. IIII.

ij REdintegranda ſunt omnia expoliatis, uel eiectis epiſcopis, &c. *vſque*, funditus reuocanda, *eodem modo, vt ſupra.* Anſelmus ibidem

Item Alexander Papa epiſtola. 2. in principio.

¶Non eſt ſacerdos, ſed ſchiſmaticus, qui fratrum ſe ſubtrahit obſequijs. C. V.

NVlli dubium eſt, quia boni à malis ſemper perſequũtur, & tribulantur. Propter quod humiliemur ſub potenti manu Dei, vt liberet nos in tempore tribulationis. Nam, ſicut leo rugiens circuit quærens quem deuoret; ſic diabolus non ceſſat circumire, & quærere, quos ex fidelibus perdat, & maxime illos, quos ardentiores in ſeruitio *1. Petr. 5.*
Saluatoris, eique familiares inuenerit. Familiares dico eos, quos ſibi ſacrari, & in ordine Apoſtolatus conſtitui voluit. Ipſi enim pro populo interpellant, & populi peccata comedunt, quia precibus ſuis, & oblationibus ea delent, atque conſumunt. *& infra.* ¶ Qui autem ex ueſtro collegio fuerint, & ab auxilio [a] veſtro [b] ſe ſubtraxerit, magis *Oſeæ. 4.*
ſchiſmaticus, quàm ſacerdos eſſe probabitur. [Ecce (inquit Propheta) quàm bonum, & quàm iucundum habitare fratres in vnum.] Illi vero in vnum non habitant, qui à ỹ. 1. q. 1. ipſi ſacerdotes. *Pſal. 132.*
fratrum ſolatio ſe ſubtrahunt aut (quod deterius eſt) fratribus inſidias præparant, aut laqueos ponunt. *& in fine* Burc. l. 1. c. 129. Iuo. p. 5. c. 229.
epiſtolæ tertiæ. Dominum crucifigunt, qui eum in ſacerdotibus ſuis perſequuntur, quia crux à cruciatu dicitur. Magnum uero cruciatum ſubſtinet qui uim patitur.

Item Fabianus Papa epiſt. ſecunda ad epiſcopos Orientales.

¶Excommunicentur qui opprobrium, & calumniam inferunt ſacerdotibus. C. VI.

DEus ergo, Fratres, ad hoc præordinauit vos, omnes, qui ſummo ſacerdotio funguntur, ut iniuſtitias remoueatis, & præſumptiones abſcindatis, & in ſacerdotio laborantibus ſucurratis, opprobrijs, & calamitatibus eorũ locum non præbeatis; ſed ei qui calumniam, & opprobrium patitur, adiutorium feratis: illum uero, qui calumniam, uel opprobriũ facit abſcindatis, & Domino in ſuis ſacerdotibus opem feratis.

Patet ergo, quòd expoliati prius ſunt præſentialiter reſtituendi, antequam ad cauſam ſint vocandi. Sed obijcitur vbi non fuit legitima inſtitutio, ibi non poteſt eſſe reſtitutio. Non enim probatur deſtitutus, qui prius nõ fuit inſtitutus: ac per hoc nec reſtaurationem poſtulare poteſt. Illi ergo, quorum electio vitioſa eſt, uel qui à clero non ſunt electi, uel à populo expetiti, vel qui per ſimoniam irrepſe-

runt, non ſunt habendi inter epiſcopos: & ideo, ſi à ſedibus, quas tenere videbantur, expulſi fuerint, non poſſunt reſtitutionem petere, antequam uocentur ad cauſam. Vnde ſupra in tractatu ordinandorum: [Si quis pecunia [a] *vel gratia humana, ſeu populari, uel militari tumultu, &c.] Sed hoc in eo tantum caſu intelligitur, quo Apoſtolica ſedes per uiolentiam occupatur: quo caſu iudex non inuenitur, cuius officio ille Apoſtaticus poſſit excludi. In alijs autem locum non habet, cum violenta poſſeſſio, niſi per iudicis ſententiam, uiolento detentori detrahi non poſſit. Si autem verus Dominus bello non continuato* [b]*, ſed renouato ui illum de poſſeſſione eiecerit, iudicis auctoritate prædoni poſſeſſionem reſtituet. Si ergo epiſcopi à ſedibus, quas quomodo tenere uidebantur, nõ per iudicem, ſed violenter eiecti fuerint, poſt eiectionem reſtituendi ſunt ante regularem ad ſynodum vocationem.*

7. diſt. 79. ſi qs pecunia.

QVAESTIO II.

1 2 D*E induciis* [c] *autem poſt reſtitutionem præſtandis, & quo ſpatio temporis concedendæ ſint, ſcribit Ioannes Papa epiſtola prima ad Zachariam archiepiſcopum dicens.*

Et Euſebius epiſt. 2.

¶Secundum tempus expoliationis conceduntur induciæ reſtitutionis. C. I.

QVanto [d] tempore expoliati, vel expulſi eſſe videbũtur, antequam ad ſynodum conuocentur, ſub eodem ſpatio temporis eis induciæ indulgeantur.

7. ea. c. prius. ipſa prorſus verba.

Item Pelagius Papa ſecundus epiſcopis Italiæ.

¶Dum poſſeſſiones, vel res epiſcopi detinentur, aliquid ſibi obijci non poteſt. C. II.

Anſ. l. 3. c 63.

CVm eccleſiæ alicuius epiſcopi, aut poſſeſſiones, uel res ab æmulis eius, vel à quibuſcumque alijs non ſua ſponte [e] detinentur, aliquid illi non debet aut poteſt à quoquam ante redintegrationem omnium rerum ſuarum obijci. Sed prius illi legibus redintegranda ſunt omnia & poſtea tempore à Patribus definito, ſunt negotia ventilanda.

& iniuſti detentores ſi ſpolientur, debent reſtitui, niſi continuato libello poſſeſſio fuerit recuperata: ſecus ſi non continuato libello.

a ¶Si quis pecunia.] 7. diſt. 79. ſi quis pecunia hoc tamen ibi non dicitur, ſed melius poſſet induci quod eſt 23. diſtin. in nomine. vt etiam nulla ei audientia detur. De illo inuenies 14. q. 1. in princ. & in ſum.

b ¶Non continuato.] Id eſt, ſi non interponitur cõtrarius actus. ff de teſt. heredes palam. vel cõtinuato cum primum poterit 1 ff. ad Tertul. l. 2. §. confeſtim.

DE indicijs.] Hæc quæſtio diuiditur in duas partes, in quarum prima probat per octo auctoritates, quód induciæ poſt reſtitutionẽ ſunt dandæ ſpoliatis & reſtitutis, ut diu gaudeant cõmodo poſſeſſionis ante quàm ſpoliatoribus reſpondeant: quæ tamen arbitrariç ſunt. Secunda ibi, [Quod ſi male.] Io. de Fant.

CASVS: Hic intitulatur 2. qõ, qua q̃ritur an dandæ ſint induciæ poſt reſtitutionẽ. & ꝓbat Gra. per ſeq. c. ꝙ ſic.

c ¶De inducijs.] Quinque ſunt genera induciarum, reſtitutoriæ, præparatoriæ, citatoriæ, deliberatoriæ, & iudicatoriæ, ſiue executoriæ 2. In cauſa criminali reſtitutoriæ non erunt minores vj menſibus, nec maiores anno, & habent locũ ante vocationẽ in ius in cauſa criminali. j. ea. eiectis. uel uerius eſt, ꝙ ſint arbitrariæ. ut j. ea ſi ep̃s. Citatoriæ erunt unius uel duorum uel trium menſium, ut 4. q. 5. c. 1. & 5. q 3. c. 1. & habent locũ poſt citationem & conteſtationem. illæ autem quę habentur 5. q 2. c. præſenti. ſunt paternales adiectiones, de quibus mentiuntur quidam, quód ſint clericorum minorum uel laicorũ, tamẽ arg. eſt pro eis 15. q. 7. ſi autem. Aliæ ſunt presbyterorum, uel diaconorum, ut dicunt quidam. Præparatoriæ, erunt anni & dimidij, uel unius anni, uel ſex menſium; vt j. e. q. 3. de inducijs, & hę dantur ante lit. conteſt. & poſt 5. q. 1. ſi primates. In ciuili aũt cauſa ſunt induciæ deliberatoriæ xx. dierum, ut infr. ea. q. 3. offeratur. Citatoriæ xxx. dierum in authen. de litig. §. omnem. collatio. 9. & per trinum edictum, vt 24. qõ. 3. de illicita. Iudicatoriæ quattuor menſiũ, quæ dantur iudicatis, vt extra de of. iu. dele. quærenti. In criminali uero non dãtur deliberatoriæ 3 quia certus debet eſſe reus vtrum uelit crimen confiteri, an negare, cum ſciat ſe eſſe reum, uel non. Item nec iudicatoriæ dantur, quia ibi pœna non differtur niſi in caſibus, ut 31. q. 3. cum apud.

Induciarũ quinq; sũt genera.

2 Dicas ꝙ hę appellationes magiſtrales ſunt, q̃ non ſunt contẽnẽdæ. extra de dec. tua. Idẽ no. ſm Lau.

3 Tu dic ꝙ opi. ꝯria eſt verior, ut ꝑ doc. in c. 2. de dila. & ꝑ Bal. & Sali. ĩ auth. offeratur. C. de li. conteſta. & Alex. de Immo. in l. 1. ff. de eden. poſt. prin.

QVanto tpe.] CASVS. Dicitur in hoc cap. ꝙ tantum tempus dandum eſt expoliatis antequàm ad ſynodum uocentur, quanto tempore fuerunt expoliati, ut ſub eodem tempore eis induciæ dentur.

d ¶Quanto.] i. quali. i. ſi longo tpe fuit ſpoliatus, longo tẽpore erit reſtitutus. ſic 90. di. ſi qs monachus. ĩ fi.

CVm eccleſia.] CASVS. Dicitur hic ꝙ nihil poteſt obijci ſpoliato, niſi primo eiomnia fuerint reſtituta, quibus fuerat ſpoliatus, & niſi poſt reſtitutionem habuit tempus à patribus diffinitũ. Caſus autem ſeq. cap. facilis eſt, & per te uidebis.

e ¶Sponte.] Arg. ꝙ ſpoliatus ſuo iuri poteſt renuntiare. arg. contra extra de reſti. ſpol. ſolicite.

1 Adde ad hoc quod le. & not. extra de reſt. ſpol. olim. ver. præſertim. & uide qđ no. de homi. ſignificaſti. I gl. vlt. in fi.

a OPortet.] Nudi.] Ecce ratio canonis quare ſpoliatus non tenetur reſpondere, & eſt forte ideo ſtatutū, qu ia cum eſt ſpoliatus, non poteſt ſufficere ad ſumptus iudiciales, nec inuenit hoīes adeo fauorabiles, & per hoc uidetur, ꝙ nec ſpoliatori, nec alij teneatur reſpondere ſuper aliquo quod ei obijcitur. argu. ſup. ea. cum eccleſiæ. & ſ. q. proxi. c. 2. Item uidetur ꝙ ſi modicum eſſet ei ablatum, quòd tunc quilibet & pro qualibet cauſa teneatur reſpōdere, ut extra de reſti. ſpo. frequens. li. 6.

Spoliatus rñdere nō tenetur.

AVdiuimus quoſdam.] CASVS. Quidam quoſdā epiſcopos infamauerant, & à proprijs ſedibus expulerunt, & eis expulſis alios loco eorum ſubſtituerunt expulſis uiuētibus: quare Grego. Papa reprehendit eos grauiter, & mandat deiectoribus ut deiectores reſtituant, & ſubſtitutos deijciāt, quos præcipit infames fieri, & ab honoribus eccleſiæ arceri. Si autem iſti deiectores aliquā querelam contra eos habuerint, eis reſtitutis apud Romanā ſedem proponant. Caſus autem ſequentis cap. planus eſt.

b ¶Infamatos.] De facto, uel ab æmulis aliàs enim non reſtituerentur ſi eſſent infames de iure, ut 2. q. 5. presbyter ſi. B.

c ¶Quia alibi.] Sup. eo. diſt. epiſcopi.

d ¶Habueritis.] Sed quam poſſunt habere querelam? criminalē non poſſunt, cum ſint inimici, extra de reſt. ſpo. item cum quis 1, non ciuilem, quia ceciderunt à iure ſuo. 16. q. 6. placuit. forte loquitur de his, qui ſuam iniuriam proſequuntur, ut 4. q. 6. omnibus.

Iſta decr. nō vř inhibere, niſi ante reſtitutionē, vt ibi not. Go. ꝙ poſt reſtitutionē bene pōt, ut in hoc c. audiuimus. & ar. extra de or. co. cap. vlt. Arch.

e ELectis.] ¶ Aniuerſariæ.] Ad plus, uel ſex menſium ad minus.

PRius ergo.] CASVS. Hoc ca Idem dicit cum ſuperiori c cum eccleſiæ. Sequens uero c. idem dicit cum illo c. quanto.

Item Stephanus Papa quintus a Girardo Leodienſi.

a ¶Quintus] *Addita eſt hac vox ex vetuſtis codicibus, & reſtituta vox,* Leodienſi: *cum antea legeretur,* Laodicenſi. *Nam manſi, de quibus in ſubiecto capite agitur, oſtendunt non ad Græcum epiſcopum, ſed Germanum, vel Gallum hæc fuiſſe ſcripta.*

¶Ante litem conteſtatam uiolenter ablata reſtituantur. C. III.

OPortet, ut primum vos tam de inuaſis ciuitatibus & monaſterijs, & manſis, quàm de reliquis generaliter rebus redinueſtiri faciatis: quia nec nudi [a] contendere, nec inermes inimicis uos debemus opponere.

Item Euariſtus Papa epiſtola ſecunda.

¶Deijciātur a clero, & infames fiant, qui loca expulſorum adulterina fœditate inuaſerunt. C. IIII.

AVdiuimus quoſdam à vobis infamatos [b], & dilaceratos epiſcopos, ac è ciuitatib. proprijs pulſos (quia alibi [c] epiſcopi conſtitui non poſſunt, niſi in ciuitatibus non minimis) & alios in eis, ipſis viuentibus conſtitutos. Ideo hæc vobis ſcribimus, ut ſciatis hoc fieri non licere, ſed proprios reuocari, & integerrime reſtitui debere. Illos uero qui adulterina fœditate ſponſas ſuas, (quas & vxores eorum præfixo tenore eſſe intelligimus) tenent, eijci vt adulteros, atque infames fieri, eoſque ab eccleſiaſticis honoribus arceri iubemus. Si autem aduerſus eos aliquam querelam habueritis [d], his peractis inquirēdum erit, & auctorite huius ſanctæ ſedis terminandum.

Poly. l. 2. tit. 18. Burc. l. 1. c. 140. Iuo p. 5. c. 254. Anſ. l. 3. ca. 48.

Item Gaius † epiſtola prima ad Fœlicem.

† In vulga. legebatur, Gelaſius.

¶Induciæ ſex menſium eiectis, uel expoliatis præſtentur. C. V.

EIectis, vel expoliatis, poſt integram reſtitutionem anniuerſariæ [e] induciæ, vel ſex menſium indulgēdæ ſunt.

Item Euſebius Papa epiſt. ſecunda.

¶Poſt reſtitutionem induciæ præſtandæ ſunt. C. VI.

PRius ergo oportet omnia illis expoliatis legibus redintegrari, & eccleſias, quæ eis ſublatæ ſunt, cū omni priuilegio ſibi † reſtitui; & poſtmodum non ſub anguſti tēporis ſpatio, ſed tantum temporis ſpatium eis indulgeatur, quantum expoliati, uel expulſi eſſe videntur, antequā ad ſynodum conuocentur.

Et Io. 2. epiſt. 2. ſ. ea. c. quanto. Iuo. p. 5. c. 249. Anſ. l. 3. c. 249. Anſ. l. 3. c. 44. Pann. l. 4. c. 50. † *al. ſua*

Itē Fœlix Papa II in reſcripto ad epiſcopos Aegypti, c. 8.

¶De eodem. C. VII.

TAmdiu in ſede propria pacifice, & poteſtatiue cuncta diſponens reſideat, quamdiu expulſus, vel expoliatus ſuis carere uiſus eſt rebus.

Polyc. ibidem Anſ. l. 3. c. 53. Pann. l. 4. c. 52.

Item Fœlix Papa primus epiſt. 2. ad epiſcopos Galliæ.

SI epiſcopus.] CASVS. Aliquis epiſcopus erat ſpoliatus rebus ſuis, vel eccleſiæ, vel erat de eccleſia eiectus. Quæſitum fuit à Fęlice Papa, vtrum poſſit compelli venire ad ſynodũ, & rñdere obiectis ante reſtitutionẽ. Et reſpondetur, ꝙ non, niſi ſuo ſtatui & honori primo

¶ Ante reſtitutionem aliquis ad cauſam vocari non debet. C. VIII.

Anſ.l.3.c.84.
Iuo p.5.c.248.
Pan.l.4.c.44.

SI epiſcopus ſuis fuerit, aut eccleſiæ ſibi commiſſæ rebus expoliatus, aut (quod abſit, quod alienum ab omnibus eſſe debet fidelibus) à ſede propria eiectus, aut in detentione [a] aliqua à ſuis ouibus fuerit ſequeſtratus; tunc α canonicè ante in priſtinum ſtatum reſtituatur cum omni priuilegio ſui honoris, & ſua omnia, quæ inſidijs inimicorũ ſuorum ei ablata fuerant, legibus redintegrentur. ¶ Non enim conuocari [b] poterit, vel præiudicari [c], niſi ipſe pro ſua neceſſitate (minimè tamen iudicandus) aduenire ſpontè [d] elegerit. Nullatenus ergo à quoquam reſpondere cogatur, antequam integerrimè omnia, quæ per ſuggeſtiones inimicorum ſuorum amiſerat, poteſtati eius ab honorabili concilio legali ordine redintegrentur. Præſul uero cum omni honore ſtatui priſtino reddatur; & ipſe diſpoſitis, ordinatiſq; liberè ac ſecurè diu [e] ſuis rebus, tunc regulariter intra quatuor, vel quinque, vel ſex [f], aut ſeptem menſes, iuxta quod poſſibilitas ei fuerit, & non ante conuocatus [g] ad tempus in concilio legitimo, & canonico veniat ad cauſam: etſi ita iuſtè [h] videtur, accuſantium propoſitionibus reſpondeat.

Pann.l.4.c.48.

α ¶ Tunc canonicè.] *In originali ſic legitur*, tũc canonicè (antequam in priſtino ſtatu reſtituatur cum omni priuilegio ſui honoris, & ſua omnia, quæ inſidijs inimicorum ſuorum ei ablata fuerunt, legibus redintegretur) nec conuocari, nec iudicari poterit, niſi ipſe, &c. *Nec multo ſecus habent Iuo, & Pannormia, niſi quod loco*, antequam, *legunt vt Gratianus*, ante.

2 *Quòd ſi malè viuendo facultates eccleſiæ diſperſit epiſcopus, ab eius patrimonio, quouſque de dilapidatione rerum eccleſiaſticarum cognoſcatur, ſubmouendus eſt: exemplo tutorum & curatorum, qui dum fuerint ſuſpecti, à tutela, vel cura remouentur, donec de ſuſpecto cognoſcatur.*

nonnulli. vel ſi citatur ad locum periculoſum vel inhoneſtum, vt extra de app. ex parte. ff. de arbi. ſi cum dies. §. ſi arbiter. quandoque non tenet ratione iudicis, vt ſi euidens eſt ipſum non eſſe iudicem qui citat, vt extra de offi. iud. deleg. ex litteris. & extra de ap. ſi duob. Item non valet ſi reſcriptũ Apoſtolicum non inſeritur, vt extra de dila. præterea. & extra de offi. iu. dele. cũ in iure. Item ſi euidens eſt iudicem eſſe inimicum 3. vt 3. q. 5. quia. Item non valet ſi ille, qui citatus eſt, ſpoliatus eſt, vt hic. Item non valet ſi ad querelam liberti citatur patronus. 4. q. 4. liberti. & generaliter ubicunque euidenti exceptione reus ſe tueri poteſt. ff. de iud. non videtur. Sed ſi dubium eſt, an citatio teneat, tũc tenetur venire ad allegandum ſuũ priuilegium, ut extra de app. ſi duobus, & c. cum parati. ff. de iudic. ſi quis ex aliena. Inuenio tñ, ꝙ citatio quandoq; nulla eſt, & tamen niſi defendatur citatus, procedatur, procedatur ꝯ ipſum, vt ff. iud. ſol. ſi reus. Item inuenio, ꝙ citatio eſt iniuſta ex perſona agentis, cum agens agit calumnioſè, & tamen niſi citatus uenerit ad iudicium, punitur, vt extra de accuſ. veniens. & arg. ff. ne quis eum qui in ius uocat. eſt, vi eximat. l. pe. Io. Tutius tamen eſt, ꝙ citatus vadat allegaturus priuilegium ſuum, vel appellaturus, ſi eum

3 Nã tũc ab ea põt recedi, qđ dic, vt leg. & no. 2. q. 6. quoties epũs. Archid.

mo fuerit reſtitutus, nec uocari poterit niſi ſpontè venerit pro ſuis negocijs: minimè tamen iudicãdus, cũ propter hoc non uenerit: poſt reſtitutionem vero gaudebit inducijs, prout iudices viderint expedire.

1 Vt 23. q. 8. conuenior. vbi de hoc. 11. q. 1. nullus epũs.

a ¶ Detentione.] Si detines me ne poſſim intrare poſſeſſionem, competit mihi interdictũ vnde vi. ff. ne uis fiat ei qui in poſſ. mi. l. 1. §. ſiue autem. & 92. diſt. ſi quis. & in conſtitutione extra de reſt. ſpo. ſæpè

Citatio in multis caſibus non valet, nec adſtringit citatum.

b ¶ Conuocari.] Sed nunquid veniet allegare priuilegium 1 ut extra de app. cum parati. & c. ſi duobus? Reſpondeo non: cum conſtet eum eſſe ſpoliatum. ſic ff de pec. eo tempore. Scias ergo, ꝙ ubi euidens eſt citationem non tenere, reus non tenetur uenire etiam ad allegandum ſuum priuilegium. Scias ergo ꝙ quandoq; citatio non valet, quia intra anguſta tpa fit, ut 5. q. 2. c. vl. quandoque non valet: quia non exprimitur cauſa quare fiat citatio, vt 5. q. 2. c. vlt. qñque non valet: quia nimis maturatur peremptorium, ut extra de dila. dilecti. qñque non valet citatio ratione temporis, vt ſi fiat tempore feriato, vt 15. quæſtio 4. c. 1. & 2. & ff. de ferijs. l. 1. quandoque non valet ratione loci, vt ſi citatur extra prouinciam 2. ultra duas dietas, vt extra de reſcript.

2 De hoc no. 1. q. 6. ne mine ex̃ de app. ex parte tua q̃ gl. ibi poſita fuit. & Io. & Vin. & Tan.

grauauerit, niſi qñ cõſtat eũ nõ eſſe ſuum iudicem. B.

c ¶ Vel præiudicari.] Id eſt præiudicium fieri.

d ¶ Spontè.] Hic aſſignant quidã aliquẽ poſſe iuri ſuo renunciare. 7. q. 1. ꝗ periculoſum. & C. de epiſc. & cle. ſi quis in cõſcribendo. Certè ꝯrĩu innuitur ex illo verbo, minimè, nec hoc refertur niſi ad illud verbũ cõuocari

e ¶ Diu.] Dr̃ diu quod eſt vſque ad quatuor menſes. ſic 63. diſ. lectis. ſic hæc dictio, mox, ampliat 30. q. 2. c. 1.

f ¶ Vel quinq; vel ſex.] Arg. inducias eſſe arbitrarias. extra de app. cum ſit Romana. ff. de iud. nonnunquã. Sed arg. contra in Auth. de nup. § ſed hoc quidem. 28. diſt. de his. in fi. & infra ea. q. 3. c. 4.

Induciæ ſunt arbitrariæ.

4 Dic vt no. in p̃di. c. cũ ſit ex̃. đ of. deleg. q̃ren ti. ex̃ de pro cu. ca. dilectus. Arch.

g ¶ Ante conuocatus.] Quàm poſſibilitas ei ſit.

h ¶ Si ita iuſtè.] Id eſt, ſi iuſtum crimen ei obijcitur.

QVOD SI MALE. Hæc eſt ſecunda pars, quæſtio in qua probatur, ꝙ dilapidator remouebitur ex ſola ſuſpicione. Sed hoc hodie correctum eſt per decre. extra de ſimon. licet Hely. & de of. deleg. venerabili. quia primo probari debet, & ea probata datur illi coadiutor vſque ad finem litis. Io. de Fant.

CASVS. Supra dictum eſt generaliter expulſos eſſe reſtituendos, nec aliter cogi poſſunt reſpondere. Modo

excipit Gratia. caſum, in quo non uidetur reſtituēdus ante cauſæ cognitionem, puta ſi ſuſpectus eſt de dilapidatione exemplo tutorum & curatorum. & hoc probatur ſeq. c.

autē criminaliter conuictus eſt, remouetur ab ordine ſi uero ciuiliter tantum, ab adminiſtratione. extra de ſimo. per tuas. in fin. & regulares prælati ex modicis cauſis remouentur ab adminiſtratione, ut in eadē decre. per tuas, in fi. Item ſi ideo quis remouetur, q a do
loſe

Vnde Pelagius Papa Petro presbytero.

¶Ab adminiſtratione remoueantur qui res eccleſiæ male uiuendo diſpergunt. C. IX.

QVia ea [a], quæ de fraudibus Maximiliani α flebili ad aures noſtras ſupplicum relatione venerunt, non facile ſecundum ueritatem agnoſci poterunt, niſi facultas eccleſiæ, quam in uſus ſuos male conuertendo diſperſit, ab eius poteſtate; donec cauſa [b] cognoſcatur, ſeponatur: idcirco nos eum & a ſupradictæ eccleſiæ patrimonio volumus interim ſubmoueri, & in veſtro, diſcuſſionis ipſius tempore moderamine detineri.

α ¶Maximiliani.] *In vulgatis ſequebatur*, presbyteri, *quæ vox inducta eſt: quia in nullo vetuſto codice Gratiani ex ijs, qui collati ſunt, habetur. Gratianus autem caput hoc de epiſcopo, nō de presbytero accepit.*

QVAESTIO III.

QVòd vero [c] poſt vocationem venienti ad iudicium, induciæ negandæ non ſint, Fœlix Papa ſecundus in epiſtola ad fratres Aegypti, c. 8, teſtatur dicens.

¶Venienti ad iudicium, induciæ non negentur. C. I.

CVm accuſatus ad iudicium uenerit, ſi uoluerit, & neceſſe fuerit β, induciæ ei petenti à patribus conſtitutę abſque impedimento concedantur, & iudices à ſe electi [d] ſibi tribuantur. — Iuo p. 6. c. 335. Pann. l. 4. c. 98. Anſ. l. 3. c. 55.

β ¶Et neceſſe fuerit.] *Hæc addita ſunt ex epiſtola ipſa, Iuone, & Pannormia, habenturque infra ead. c. induciæ 2.*

QVia.] CASVS. Clerici quidam accuſabant Maximilianum de dilapidatione. quare Pelagius commiſit cauſam Petro presbytero, cui præcipit, ut eum ab adminiſtratione rerum eccleſiæ remoueat, donec de cauſa cognoſcatur: quia ſi remaneret in adminiſtratione, non poſſet de facili ueritas cognoſci, cum multa ꝑ pecuniam fiant.

a ¶Quia ea.] Ideo forte remouetur ſuſpectus ab adminiſtratione, quia forte timor eſt ne corrūpat iudices: & ideo nec creditores ei ſoluentes liberantur. ff. de ſol. ꝙ ſi forte.

b ¶Donec cauſa.] [1] In crimine dilapidationis ſpeciale eſt, ꝙ ſequeſtratur poſſeſſio à poſſeſſore antequam ſit conuictus, contra id 16. q. 4. volumus. nam & poſt appellationem ſequeſtratur ab eo poſſeſſio. ff. de app. Imperatores. & 2. q. 6. quoties 2. quā cito ergo aliquis accuſatur, ſtatim dici ab eo remouēda eſt adminiſtratio. ut hic, & C. de ſuſpe. tut. l. cū. & ſine accuſatore poteſt remoueri, ſi iudici liqueat ex apertiſſimis argumentis eum ſuſpectum. ff. de ſuſpe. tut. l. 3. §. præterea. Suſpectum autem dicimus illum, qui moribus talis eſt, ut ſuſpectus dici debeat, ut ff. de ſuſpec. tu. ſuſpectum. Nec audiretur talis licet uellet ſatiſdare, ꝙ bene adminiſtraret, vt inſt. de ſuſpe. tut. §. nouiſſime. Hodie tamen uidetur, ꝙ nō eſt remouēdus ab adminiſtratiōe, niſi probetur ſuſpicio, ut ex de ſimo. licet Hely. & de offi. dele. venerabili. dic ut ibi. Item ad accuſationē quilibet admittitur, vt in auth. de nō alie. aut permu. in fin. C. de ſuſpe. tut. l. cū. & l. pietatis, & abſens poteſt cōdemnari. ut C. de pœ. ne diu. nec. n. aliquo dēt gaudere priuilegio, q ſuos contubernales afflixit, ut C vbi de ratioci. agi. opor. 2. tamen probabilius videtur, ꝙ ſoli illi admittātur quorum intereſt, vt 16. q. 7. filijs. & 3. 2. q. 7. quapropter. vel ſaltem ſoli clerici, ut 12. q. 2. non liceat. nam in popularibus actionib. no admittuntur infames, ut ff. de pop. ac. populari. Itē nec ad accuſationē taliū iudex ſtatim remouebit accuſatū ab adminiſtratione, ſed ſummatim cognoſcet an calūnioſe accuſetur, an ñ. ar. ff. de ꝑto. ſtip. l. 1. §. vlti. & ſi q ſciuerint ſuſpectū, & paſſi sūt eū ꝑ aliquod tps eſſe in adminiſtratione, nō uidetur, ꝙ tales poſſint dicere eum ſuſpectum, ut ff. de priui. credi. ſi creditores. & argu. extra de his quę fi. a maio. parte ca. ex ore. & ar. extra de acc. nulli. Credo verū ſi ſcientes & negligentes, ſed ſciētes & quærentes probationes, bene audientur poſtea 2. q. 7. plerumque. Qui loſe adminiſtrauit, infamis eſt factus. ſed ſi ꝑꝑ negligentiā remoueretur, non fit infamis [2] ut C. de ſuſpe. tut. l. ult. Hoc autem ſcias, ꝙ qñque adminiſtrat quis temporalia: quandoque ſpiritualia: & ſecundū hoc remouetur ab iſtorum & illorum adminiſtratione. 12. q. 2. Vulteranæ, vnde licet quis ſit remotus ab adminiſtratione temporalium propter ſuſpicionem, adhuc tamen remanet prælatus quo ad obediendum ſibi, ut 8. q 4. nonne. & 15. q. vlt. c. ult.

1 Immo ꝓcedere debet ſuſpicio, de qua prius ſummarie conſtare dēt, vt Panor. in c. veritatis. de do. & cōtu.

Suſpectus quis eſt.

Suſpectus an poſſit ab omnib. accuſari.

Clericus de crimine cōuictus qualiter puniatur.

2 Dicas, ꝙ ſi iudex exprimit in ſnia, ꝙ ꝑꝑ fraudē cū remouet, infamis eſt, ſed ſi propter ſegnitiem, non, ff. de ſuſp. tut. l. 3. §. q. ob animi ſegnitiem. inſt. eo. titu §. ſuſpectus. Arch.

QVòd uero.] Hęc q. diuiditur in tres partes, in quarum prima probat per tres auctoritates, ꝙ induciæ ſunt dandæ poſt uocationem ad ſynodum. Secunda ibi, [Spatium vero.] Tertia ibi, [Offeratur. [Io. de Fant.

CASVS. Hic ponitur tertia quæſtio, in qua quæritur, an poſt uocationē facta reſtitutione ſint induciæ concedendæ. Et reſpondetur ꝙ ſic, & hoc probatur per c. ſeq. & agitur de præparatorijs inducijs tam in criminali cauſa, ut in ſequentibus c. quàm in ciuili, ut in l. ſeq. in §. ſpatium.

c ¶Quod uero.] Hæc qō loqtur d̄ īducijs ꝑparatorijs.

CVm accuſatus.] CASVS. Quæſitum fuit à Fœlice Papa, an accuſato ſint præparatoriæ induciæ denegandæ, cum ad ſynodum venerit? Et reſpōdetur ꝙ non, ſi ipſe eas poſtulauerit. & iudices quos elegerit, tribuantur ſibi.

d ¶A ſe electi.] Sup. cauſa proxi. q. 6. à iudicibus. contra
ſed

1 Hæc eſt vera ſnia ſm. P. ad hoc ị. e q. 8. accuſatores. vñ illud fortè non eſt nota dubitationis. Arc.

ſed illud fortè obtinet in crimine 1. aliàs contra ff. de iud. obſeruandum. Quid iuris ſit de hoc, quære. 11. q. 1. c. 3. & 4.

De inducijs.] CASVS. Duo epiſcopi Ægyptiorum quæſierunt à Fęlice Papa qualiter induciæ pręparatoriæ & quales eſſent epiſcopis concedendæ, & rñdet ꝙ quidam concedunt annum & dimidium, quidã tamen annum; alij vero ſex menſes. & ſi hæ conceduntur laicis, multo fortius ſunt ſacerdotibus concedendæ. Non enim ſub anguſto tempore ſunt eis induciæ concedendæ, ſed ſub longo, vt poſſint ſe præparare ad ſuos teſtes producendos, & ad quærenda amicorum conſilia, vt reſiſtere inſidiatoribus valeant.

a ¶Epiſcoporum.] Eædem ſunt presbyterorum, & diaconorum, & ſubdiaconorum. 15. q. 7. ſi autem.

b ¶Reſponſiones.] i. exceptiones, quas probare tenẽtur. ff. de probatio. in exceptionibus.

c ¶Confirmandos.] Id eſt, comprobando eos honeſtos quod fortè poſt publicationem poteſt facere. non quòd eos debeat inſtruere quid dicant: quia hoc eſſet ſubornare, vel poteſt confirmare illorum teſtimoniũ, qui ſunt probati criminoſi, adducendo aliàs præſumptiones pro dictis illorum: quia & ſi debilitentur dicta talium non tamen ex toto euacuant, ut extra de proba. licet. & extra de ſimo. per tuas. &c. licet Hely. in fin.

d ¶Atque amicorum.] Non facilè tamẽ inuenitur, ꝙ ob hoc ſit danda dilatio arg. ad id. ff. de vſu. ſciendum ſic in aduocato. ff. ex quibus cau. maio. ait prætor. in fi. & l. ab hoſtibus. in fi. extra vt lit. non conteſt. c. 1. aliàs prætextu abſentię aduocati nõ poteſt quis petere inducias. extra de do. & contu. prout.

e ¶Annũ & ſex mãdauerũt mẽſes.] Cõtra Ị auth. vt cler. apud proprios epiſc. §. ſi tamen. collatio. 6.

f ¶Quidam autem annum in quo plurimi.] Ergo illud eſt potius tenendum, vt 16. diſt. Iſidorus. 19. diſt. in canonicis. Sed obijcitur: reo dantur trinę induciæ. ff. de fer. l. vlt. ergo cauſa prorogatur vltra trienniũ: quod eſſe non debet. vt C. de iud. properãdum. Sol. hic primo dabit annum ſed poſtea minus dabitur. vel hodie ſunt arbitrariæ. ſupra ea. q. 2. ſi epiſcopus.

g ¶Sex.] In authẽ. de ſanc. epiſ. § 3. col. 9.

h ¶Cõmunicatores.] id eſt, epiſcopos 2.

Induciç nõ dani ob aduocati abſentiam.

2 Scilicet cõprouinciales, qa oẽs cõiter cauſæ intereſſe debẽt. ị. e. q. 6. ſi quis epũrum.

Item ex eadem epiſtola ad fratres Aegypti, c. 20.

¶Quot menſium induciæ epiſcopis præſtandæ ſint. C. II.

Anſ. l. 3. c. 118. & 119. Poly. l. 5. tit. 3. Burc l. 1. c. 180. Iuo p. 5. c. 296. Pan. l. 4. c. 102.

† al. indicijs

† antea legebatur.] *imperitorum.*

† *aut ſex*] or.

De inducijs † vero epiſcoporum [a], ſuper quibus cõſuluiſtis, diuerſas à patribus regulas inuenimus inſtitutas. Quidam enim ad repellenda impetitorum † machinamenta, & ſuas præparandas reſponſiones [b], & teſtes confirmandos [c], & conſilia epiſcoporum, atque amicorum [d] quærẽda annum, & † ſex mandauerunt menſes [e] cõcedi. Quidam autem annum, in quo plurimi [f] concordãt. Minus uero quàm ſex [g] menſes, non reperi: quia & laicis hæc indulta ſunt; quanto magis Dominis ſacerdotibus? *& infra.* ¶Induciæ namque nõ ſub anguſto tempore, ſed ſub longo ſpatio concedendæ ſunt, vt accuſati ſe præparare, & vniuerſos communicatores [h] in prouincijs poſitos cõuenire, & teſtes præparare, atque contra inſidiatores ſe pleniter armare valeant.

Item Eleutherius Papa in epiſtola ad Gallia prouincias.

¶De inducijs præſtandis. C. III.

Burc. l. 16. c. 30. Iuo p. 6. c. 317. Pann l. 4. c. 103. Anſ. l. 3. c. 56.

j Induciæ [i] non modicæ ad inquirendum dandæ ſunt, ne aliquid præpropere agi à quacunque parte videatur: quia per ſubreptionem [k] multa proueniunt.

Inducię.] CASVS. Dicitur in hoc c. ꝙ magnæ induciæ dandæ ſunt ne inordinate aliquid fiat: quia multa fiunt per obreptionem.

i ¶Induciæ.] Ergo tam actori quàm reo dandæ ſunt induciæ. 15. q. 7. ſi autem. ff de fer. l. vlt. niſi in caſu, vt infra ea. §. iudicãtes.

k ¶Per ſubreptionẽ.] Sic 98. diſtin. tranſmarinos.

[*Item Damaſus Papa, epiſto. 3. ad Stephanum archiepiſcopum.*]

¶De eodem. PALEA. C. IIII.

† al epũ.

Anſ. l. 2. c. 76. Iuo p. 5. c. 287. Pann. l. 4. c. 101.

ij Induciæ accuſatis in criminalibus cauſis † ſex menſium, vel eo amplius, ſi neceſſe fuerit, concedendæ ſunt.

Lege prima, §. quod hac rõne.

2 *Spatium vero dilationum, ſicut in tertio libro Codicis, titulo 11. de dilationibus inuenitur* [l], *hac ratione moderandum eſt, vt ſi ex ea* [m] *prouincia, vbi lis agitur, vel perſona* [n], *vel inſtrumenta poſcentur; non amplius quam*

Induciæ.] SPATIVM. Hæc eſt ſecunda pars q. Ioã. de Fan. & hic tractat de inducijs præparatorijs in cauſa ciuili, & etiam in criminali. quæ pares uidentur. B. CASVS. Hic tractat de inducijs præparatorijs, in cauſa ciuili, & etiam in criminali, quæ pares uidentur ſecundum leges.

l ¶Inuenitur.] In l. 1.

HAC RATIONE. CASVS. Quæſitum fuit ab Imperatore ſub quanto ſpatio induciæ præparatoriæ deberẽt dari. Et reſpondet dicens, ꝙ ſi inſtrumenta uel teſtes petuntur in ea prouincia ubi lis eſt, dantur tres menſes. ſi ex conuicinis prouincijs, ſex menſes. ſi ex trãſmarina, dantur nouem menſes: nec has inducias putant iudices ſemper pro ſuo arbitrio tribuendas: ſed tũc demum cũ neceſſitas exegerit: nec facile amplius quàm ſemel, ne cauſa protrahendæ litis dilatio tribuatur.

m ¶Vt ſi ex ea.] Hoc non eſt principium legis: quia lex incipit, quoniam plerumque.

n ¶Perſona.] Id eſt, teſtis uel aduocatus.

a ¶Ex

tres menſes indulgeantur. Si vero ex continentibus [a] prouincijs, ſex menſes cuſtodiri iuſtitiæ eſt. In tranſmarina autem dilatione nouem menſes computari oportebit. Iudicantes [2] autem hac ratione non ſibi conceſſum intelligant dandæ dilationis arbitrium: ſed eandem dilationem (ſi rerum vrgentiſſima ratio flagitauerit, & neceſſitas deſideratæ inſtructionis exegerit [b]) non facile amplius [c] quam ſemel [d], nec vlla trahendi [e] arte ſciant eſſe tribuendam.

¶ Ei autem [f] dilatio penitus eſt deneganda [g], qui reſcriptum ad extraordinarium iudicem deportauerit † [h]. Illi autem qui in iudicium vocatur, danda eſt ad probanda † precum mendacia, vel proferenda aliqua inſtrumenta, vel teſtes; quoniam inſtructus eſſe non potuit, qui præter ſpem ad alienum iudicium trahitur.

Ibidem lege. 5. ſed mutata eſt verborũ ſeries.

† al. reportauerit

† improbãda] cr. g.

¶ Cum vero ad appellationem, conſultationemve à principe reſcriptum fuerit; ſiue ſit primo iudicio petita dilatio, & ea tributa non ſit, ſiue nec petita quidem; eam dari cuiquam non licebit [i] eadem ratione, qua ne in iudicijs [k] quidem cognitionum imperialium dilatio tribui ſolet.

Leges mutatis quibuſdam vocibus.

¶ A iudice procedente [l] dilationem non conuenit poſtulari; etiam ſi vtraque parte præſente tribuatur [m], cum non aliàs, niſi cauſa cognita, indulgeri queat; & cognitio cauſæ [n] non interpellatione plenaria, ſed conſiderante † [o] magis iudice legitimè colligatur, vt ſi fortè dilationis petitio fuerit improbata; ſuſcepta quæſtio per ſententiã iudicis di-

Lege quarta.

† al. cõſidente

a ¶ Ex continentibus.] Id eſt, quæ modico freto diſtant, vt ff. de verb. ſignifi. notionem §. 1.

b ¶ Exegerit.] Vſque in finem litis.

c ¶ Amplius.] In cauſis pecuniarijs nõ datur amplius dilatio quàm ſemel: niſi inopinatũ quid emergat: ſed in criminalibus dantur actori duæ 1. reo tres, vt ff. de fer. l. vlt. ſed in crimine adulterij nulla datur dilatio. ff. de adult. in crimine. licet ſit arg. cõtra 33. q. 2. ſiue de cõiugij fœdere.

1 Hoc iõ q̃a nõ eſt ſic ꝓcedendũ in criminalib. ſicut in ciuilib. arg. ff. de q̃. l. 1. §. diuus C. de requirend. reis. l. 1. Teſtes multi ſub vna dilatione pñt produci.

d ¶ Quam ſemel.] hic habes ꝙ tantum ſemel dãda eſt dilatio. & ſic eſt contra extra de teſti. in cauſis. & c. ſignificauerunt. C. de iu. auth. iubemus. vbi habes ꝙ ad teſtes inducendos tres dilationes ſunt concedendæ. Sol. licet plures ꝓductiones non poſſint dari: tamen ſub vna dilatione poſſunt mille fieri 2. productiones. Alij intelligũt quod de iure tres poſſunt dari dilationes ad teſtes producendos, & dicunt hanc legem loqui de dilationibus, quæ indulgentur à iudice: ſed authen. & decre. de dilationibus quæ conceduntur à iure communi, H. Dominus meus notauit ſuper legem illam de ferijs, quòd in pecuniarijs cauſis vna dilatio danda eſt tantũ: ſed ſi impedimentum interueniat, dabitur alia cum cauſæ cognitione. & ita propter multa impedimenta multæ induciæ dantur & auth de teſti: §. quia vero. coll. 7. non eſt contraria: quia vna dilatione multæ poſſunt fieri ꝓductiones. Vel ſi dicas introductionem, id eſt, dilationem, dic ꝙ vltra primam non habebit ſine cauſæ cognitione ſecundam uel tertiam. Multi tamen dicunt, ꝙ auth. corrigit l. vlt. de fer. Io. ſed certè quod dicit H. non ſeruatur de facto: quia plures dilationes dantur: & plures quàm tres productiones fiunt. B.

2 Tãgit ſententiã illorũ q̃ dñt, ꝙ in qualibet iſtarũ dilationum pñt produci teſtes, quos quis voluerit refrænatã tñ multitudine. Archid.

e ¶ Trahendi.] Id eſt, differendi.

EI AVTEM. CASVS. Aliquis impetrauit literas ab Imperatore ad iudicem extraordinarium: poſtea petebat inducias. Quæſitum fuit ab Imperatore an debeãt ei dari? Et reſpondet ꝙ non. Ei uero qui ad iudicium vocatur, dandæ ſunt ad probanda mendacia precum, & ad proferendos teſtes & inſtrumenta: quibus inſtructus eſſe non potuit, qui præter ſpem ad iudicem trahitur alienum.

f ¶ Ei autem.] Hoc eſt C. de dilat. ſi quando.

g ¶ Deneganda.] Niſi fortè caſus inopinatus emergat ff. de iu. interdum. & de fer. oratione.

Actori denegãtur induciæ.

g ¶ Deneganda.] Hic habes, quòd ſi petit actor inducias ad inducendos teſtes, ꝙ non dabũtur ei: quidam hoc volunt intelligere de iudicijs deliberatorijs: ſed litera eis contradicit: quia loquitur de præparatorijs. In hoc autem oneratur actor, qui petit reſcriptum ad extraordinarium iudicem. Item & in alio oneratur, ut ĩ. ea. quod fieri. tamẽ ſi reus excipiat, & actor replicet, bene dicerem tunc actori dandas inducias: quia in tali replicatione non potuit eſſe inſtructus. Item tertium ſpeciale hic eſt in eo, qui impetrat reſcriptum ad extraordinarium iudicem, quòd ſi ille iudex nollet procedere, tum ordinarius vtetur ſua iuriſdictione, vt extra de offic. ord. ſignificauit. Sed illud in ſpeciali caſu propter periculum animæ. vnde contrarium tenet in alijs.

alijs.

h ¶ Deportauerit.] Hic adiunge illam conſtitutionem quod fieri non debet.

CVM VERO. CASVS. Quidquid Beneuentanus dicat, ergo Barth. Brixien. ſic credo caſum eſſe ponendum: & ſic intellexi per Hug dominum meum. Cauſa appellationis commiſſa fuit iudici, qui plenè de cauſa cognouit, renunciatum fuit in cauſa. Cum autem iudex de ſententia ferenda dubitaret, conſuluit Imperatorẽ ſuper hoc. Imperator reſcribit qualiter eſſet ſnia differenda. Quærebatur vtrum induciæ ſint dandæ iterum. Et reſpondetur ꝙ non: ſiue in primo iudicio datæ ſunt dilationes, ſiue nõ: quia & ſi princeps vellet ferre ſententiã, nulla datur dilatio. Et ſecundum hoc dic ad conſultationem, ſcilicet appellationis. Idem etiam credo eſſe & ſi in principali cauſa eodem modo eſſet ratio facta.

i ¶ Non licebit.] Actori, ſed reo, ut ſupra l. proxi.

k ¶ In iudicijs.] Id eſt, ſententijs, & hoc intellige cum primo plenè fuit cognitum de cauſa coram Imperatore, & non reſtabat niſi ferre ſententiam: aliàs iniquitatem continet lex illa: nam iudex appellationis bene tenetur dare inducias.

A IVDICE. CASVS. Dicitur in hac lege, quòd induciæ peti non debent à iudice procedente, etiam ſi vtraque parte præſente tribui petantur: cum dari debeant induciæ à iudice ſedente pro tribunali, & etiam cum cauſæ cognitione, vt ſi dilationis petitio fuerit improbata, per ſententiam iudicis dirimatur.

l ¶ A iudice procedente.] In uia.

m ¶ Tribuatur.] Id eſt, tribui petatur.

n ¶ Cauſæ.] Id eſt, dandæ dilationis.

o ¶ Conſiderãte.] Arg. ꝙ ea q̃ cauſæ cognitionẽ requirunt,

ſunt, debent iudice ſedente pro tribunali fieri, ut 2.q. 3. præuaricator.& q.6.biduum.
a ¶Conſtitutione.] Hæc eſt C.de litis conteſta.
LIBELLVM. CASVS. Hæc auth. locum habet ante litem conteſtatam. Dicitur hic, quod actor non debet per

autem. In ordinarijs non inuenimus niſi in clericis, qui præſtant quattuor ſiliquas. C.de epiſ.& cle.authen. ſed hodie. debet autem utraque pars ſoluere officialibus pro labore.14.q.5. non ſane. de hoc dic ut extra de vit.& hone.cle.cum ab omni.

rimatur.] *Conſtitutione* [a] *ſeptima, in collatione ſeptima.* ¶ [*Libellum* [b] *vero non alias actor dirigat, niſi prius & in ipſum, quem dicit obnoxium, & in negotijs executorem* [c] *exponat cautionem* †, *ſe vel intra duos menſes litem conteſtaturum, vel omne damnum ei, qui conuenitur, contingens reſtituturum* [d] *in duplum.*] *In coll. 5. conſt. 6.*

Cod. de litis cõteſt. auth. libellum.

†Concord. cum hoc.§. text. ī auth. offeratur. cũ ibi not. C.de lit.cõteſt.

7 [*Offeratur ei, qui vocatur ad iudicium libellus, & exinde præbitis ſportulis* [e], *data fideiuſſione* [f] *xx dierum gaudeat inducijs, quibus deliberet, cedat ne, an contendat; atque iudici ne alium ſociari* † [g] *petat, an recuſet eum: niſi ille* [h] *ſit is, quem ipſe alio recuſato iam petierit* [i]. *Denique præſens interrogetur, an hoc tempus litis tranſierit: quod non* † *ex ipſius reſponſione; ſed etiam ex libelli ſubſcriptione manifeſtetur, quam in initio facere debet. Litis ergo conteſtatio contra hoc indultum* † *habita pro nihilo eſt* † [k].] *Ibidem.* [¶ *Quod fie-*

Cod. de litis cõteſt. auth. offeratur. Iulianus anteceſſor nouella 53.c.3.

†*aſſociari.*

†*al. mox*
† *priuilegiũ*] orig.
† *al. ducenda eſt*] orig.

f ¶Fideiuſſione.] Iudicio ſiſti, cum ſit poſſeſſor rerum immobilium. ff. qui ſatiſ cog. ſciendum. non autem iudicatum ſolui: quã cautionem nemo præſtat conuentus ſuo nomine. inſti. de ſatiſ. §. ſed hodie. Sed nunquid ſufficit dare pignora? non uidetur: cum ſit prætoria hæc ſatiſdatio, ut uidetur ff. de præto. ſtip. prætoriæ. Sed nõ eſt verum; licet enim non teneatur dare pignora, poteſt tamen ſi vult. ff. de de col bo.l 1.§. iubet. verſic. an pignoribus. immo expreſſe dicitur ibi de ſola fideiuſſione. in auth. de exhib. re.§. ſancimus. coll. 5. cum tamen hæc authen. indiſtincte dicit dari debere fideiuſſorem. credo quòd ſi ue ſit poſſeſſor rei mobilis ſiue immobilis, quòd dabit fideiuſſorem. Io. Dominus H. & alij doctores legum dicunt, quod authen. nõ corrigit legem, ſed diſtinguit. B. Item hic habes, ꝙ licet quis dedit fideiuſſorem ſtandi iuri, ꝙ adhuc poteſt recuſare iudicem, ſicut appellare poteſt, licet iurauerit ſtare iuri, ut extra de ap. ad hęc 2.& inf. Sed quid eſt quod dicit quod vſque ad xx. dies debet iudex recuſari, cum exceptio talis ſit dilatoria: & ſic vſque ad lit. conteſt. poteſt opponi, vt extra de ſent. & re iud. cum inter. Sol. quicquid ab illis cantetur, ego credo ꝙ proponẽda eſt hæc exceptio vſque ad xx. dies tñ. nec dicitur ideo dilatoria ꝙ vſque ad litẽ conteſt. poſſit obijci: ſed ideo, quia ſemper ante lit. cont. eſt obijcienda. ſi enim poſſet quandocunque obijci uſq; ad lit. conte. quare diceret lex, ꝙ ſi iudex abſens eſt qui eſt recuſandus, debet reus proteſtari coram alijs ꝙ habet iudicem ſuſpectum, vt C. de iudi. cum ſpecialis. unde dico, ꝙ ſi quis omittit exceptionem de ſuſpecto iudice, & proponat alias exceptiones, amodo non poteſt reuerti ad iſtam. ar. optimum ff. de iu. ſed & ſi ſuſcepe rit. Item cum multas forte recepit ſententias pro ſe r, qualiter poſſet ipſum amodo recuſare. ar. ad hoc extra de offi. dele. inſinuante, ī. ead. q 6.§. exceptio. Io. quia ſi probo aliquid coram iudice, ſcilicet aduerſariũ meũ eſſe excommunicatum, videor approbare iudicem, nec de cętero potero recuſare eum. & ita ſemel Tancr. reſpondit in ſcholis. B.

Fideiubere debenti an ſufficiat dare pignora.

Actor libellum offerens duplicem cautionem præſtare debet.

per iudicem porrigere libellum reo, niſi prius ipſi reo præſtiterit cautionem, uel eius procuratori, uel ipſi apparitori, quòd litem conteſtabitur intra duos menſes: & ſi hoc non fecerit, omne damnum ei contingens ex hoc ei reſtituet.
b ¶Libellum.] Libellus porrigendus eſt iudici ordinario & delegato, vt extra de libel. obla. ignarus & extra ut lit. non conteſt. c. 1. & etiam corã arbitro: quia arbitria ſe habẽt ad inſtar iudiciorum. ff. de arbi. l. 1. licet ſit ar. ī. C. de epiſc. & cle. auth. generaliter. in fin. libellus iſte tradendus eſt iudici: & iudex eum porriget reo, ut C. quomo. & quando iud. auth. qui ſemel. nec tenetur reus hunc libellum recipere niſi actor præſtiterit duplicem cautionem, vnam quidem quòd intra duos menſes litem conteſtabitur: uel quod reſtituet reo omne damnum in duplum, vt hic dicit. Item aliam pręſtabit, quod per ſe uel per legitimum ꝓcuratorem cãm aget vſque in finem: & ſi conuictus fuerit iniuſte litem mouiſſe, præſtabit decimam partem rei petitæ in libello. Si autem cautionem iſtam dare non poteſt, ſuper hoc pręſtabit iuratoriam cautionem. hoc totum habes C. de epiſ. & cle. authen. generaliter. Ioan. iſta hodie de conſuetudine non ſeruantur. B.
c ¶Executorem.] Id eſt, iudicem uel officialem, & expone, &, pro vel: & habes hanc auth. de executoribus. §. ſancimus. colla. 7.
d ¶Reſtituturũ in duplum.] Ita tamen ut cautiõ non excedat xxxvj aureos, ut in authen. de execu. in princ. colla. 7.
OFFERATVR. CASVS. Hæc auth. loquitur de inducijs deliberatorijs. Quæſitum fuit à Iuſtiniano qualiter ſit procedendum in cauſa, cum induciæ deliberatoriæ poſtulantur. Et reſpondet; quòd prius dari debet libellus reo: deinde præbitis ſportulis & data fideiuſſione habeat inducias xx. dierum in quibus deliberet an cedat uel contendat, vel recuſet iudicem ſuſpectum: niſi ille ſit quem petijt alio iam recuſato: vel petat aliũ ſociari ſuſpecto iudici: & cum reus ad iudicium uenerit, interrogetur, an xx. dies tranſierint: qđ ex eius reſpõſione & libelli ſubſcriptione dignoſci poterit, quam reus facit cum recipit libellum. aliter autem litis conteſtatio facta pro nulla habetur.
e ¶Sportulis.] In iudicibus delegatis expreſſum eſt de ſportulis, ſcilicet quòd habebũt duos aureos in principio, & duos in fine cauſæ. in auth. coll. 6. de iud. §. ne

Sportulæ iudicib. debitæ.

Exceptio iudicis accuſatoria eſt dilatoria.

g ¶Sociari.] Quando ordinarius recuſatur.
h ¶Niſi ille.] 32. quæſtio. 5. horrendus. ſimile ff. de nego. geſt. Pomponius. Io.
i ¶Alio recuſato iã petierit.] Si quis ergo petijt iudicẽ aliquem, illum non põt amodo recuſare, vt hic, & extra de of. deleg. ſuper quęſtionum. immo ſi procurator alicuius petijt iudices, dominus nõ poteſt illos recuſare, vt extra de cau. poſ. cum olim. tamen appellare poteſt ab eo, ut not. ī. 2. q. 6. à iudicibus.
K ¶Pro nihilo eſt.] Quantum ad hoc 2 quin poſſit ad huc recuſare: quaſi lis non ſit cont. ut in auth. de exhib. reis. § illud. colla. 5. Reuera tamen tenet litis conte. ſic facta ut ibi perpenditur.
QVOD FIERI. CASVS. Hæc authen. continuatur ei qđ dr ī ea. ei autem dilatio. ubi dicitur, ꝙ qs qũq; trahit ad extraordinariũ iudicẽ. Dicit ergo hic, ꝙ hoc fieri non de-

r In hoc puncto ſic diſtinguas: an reus prouocauit actorem per interlocutoriam, & tunc non poteſt iudicẽ recuſare. Aut fuit ꝓuocatus ab actore. & tunc ſic. ar. ff. de cond. fur. & Ioã. in pri. Arc. a Adde qđ leg. & not. 17. qõ 4. uxor.

non debet, niſi actor prius ſatiſdederit certam promittens quantitatem, ſi nõ exequatur cauſam. & exequẽs non uincat: & ſi poſt tempus ſtatutum a iudice intra decem dies reo præſente nõ occurrat, dimittatur reus exacto eo quod promiſſum eſt. Et ſi quid circa litem plus impenderit, cum in taxatione iudicis iuramento præſtito exigatur.

tur, ut 5. quæſtio. 1. qui crimen.

ALieni.] Caſum iſtum habuiſti. ſupr. q. 7. alieni. & ibi videbis plenarie.

BEatus.] CASVS. Quæſitum fuit ab Anacleto vtrum apoſtata ſit recipiendus ad accuſandum vel teſtificandum

ri [a] non debet, niſi actor ſatiſdederit, certam promittens quantitatem ſe daturum, ſi litem non exequatur, aut exequens non uincat cauſam. Si igitur poſt tempus a ſe conſtitutum intra decem dies reo præſente non occurrat; dimittatur reus exacto [b], eo quod promiſſum eſt: & ſi quid circa litem plus impendiſſe cum taxatione iudicis iurauerit.] [c] Exceptio fori β dilatoria eſt, atque ideo in initio litis debet opponi, & probari. Peremptorias autem exceptiones, vt ſunt præſcriptiones longi temporis, ſufficit in initio litis conteſtari.

Cod. de dilationibus, authen. quod fieri.

Ex Codice de excep. l. vl. & l. 8. ꝑ. ead. q. 6. ca. ſi quis epiſcoporum.

a ¶Quod fieri.] Scilicet ut reus teneatur reſpondere coram ordinario iudice per reſcriptum ad eum impetratum.

b ¶Exacto.] i. reus exiget ab actore. quod tamen nunquã uidi. Hic not. duo ſpecialia ut certa quantitas promittatur, & tamen plus exigatur: & quod expectatur actor poſt terminum uſque ad decem dies. tñ coram ordinario iudice expectaretur per annum, & per tres menſes ſecundũ quoſdam, vt C. quomo. & qñ iud. authen. qui ſemel. ſed uerius eſt quod hic loquitur cum abſoluitur à iudicio illius iudicis: & loquitur lex iſta cum quis trahitur extra prouinciam per reſcriptum principis, ut in auth. coll. 5. de exhib. reis. in princip. ſed illa authen. qui ſemel. loquitur cum penitus abſoluitur.

c ¶Iurauerit.] Nota quoties petitur intereſſe ex delicto alicuius, illud declaratur per iuramentũ, ut hic & 2. quæſtio. 1. in primis 1. C. unde ui. ſi quando. C. de fide inſtrumen. l. vltim. ſed ſi petatur intereſſe ex contractu, illud probabitur debito modo ff de min. ſi i emptionem. & ff. de p̃ro. ſtip. l. ult. ff. de eden. l. argẽtarius. §. vlti. inſti. de verb. obl. §. vlt.

1 Ver. glorioſus. vbi de hoc.

α ¶Iudicantes autem.] *In codice Iuſtiniani legitur.* Quod ita conſtitutum indicantes ſentire debebunt, vt in hac ratione, &c.

β ¶Exceptio fori] *Poſtrema hac pars abeſt à pleriſque vetuſtis exemplaribus. In vno autem eſt in margine cum hoc titulo,* gloſſa Ioannis. *Eadem autem verba leguntur infra ead. q. 6. c. ſi quis epiſcoporum. § exceptio. & ibi ſunt in omnibus antiquis codicibus.*

QVAESTIO IIII.

QVod vero [d] infames, & non legitimè coniuncti ad accuſationem admitti non debeant, & qui generaliter ab accuſatione remouendi ſint, multorum auctoritatibus claret.

Ait enim Hyginus Papa epiſt. 1.

ꝑ. 2. q. 7. c. alieni ex Dionyſio. Iulius in reſcri. ad Orient. c. 15.

¶Infames eos, qui ſunt bonæ famæ, accuſare non poſſunt. C. I.

ALieni erroris ſocietatem † ſectantem, uel à ſui propoſiti tramite recedentem, aut Apoſtolicæ ſedis iuſſionibus inobedientem ſuſcipere non poſſumus; nec impetere rectè credentes, uel ſanctorum patrum iuſſionibus obtemperantes permittimus †; quia inter fideles & infideles magna debet eſſe diſcreto.

Poly. l. 1. tit. 17. Anſ. l. 2. c. 16. & l. 3. c. 9. Pann. l. 4. c. 70. & 88.

† *al. ſociũ à ſui propoſiti*] *al. ſocietate maculatũ vel à ſui.*

† *al permittimur*] orig.

Item Anacletus Papa in prima decretali.

alia lite producantur [a], non licebit perſonas eorum excipere; niſi oſtenderit inimicitias inter ſe & illos poſtea emerſiſſe; ex quibus teſtes repelli leges præcipiunt: non adimenda ſcilicet ei licentia ex ipſis depoſitionibus teſtimonium eorum arguere [b]. Sed & ſi liquidis probationibus datione, uel promiſſione pecuniarum eos corruptos eſſe oſtenderit [c], etiam eam allegationem integram ei ſeruari oportet.

3 Hæc ſnīa uera eſt, & hr̃ ex textu, cũ dicit, ex ipſis depoſitionib. &c. nõ dicit, alienis depoſitionibus, ſed ipſis. Archid.

¶In hoc capite varias leges digeſtorum, & codicis ita refert Gratianus, vt interdum eadem prorſus afferat verba, interdum vero mutet ac trãſponat, & in ſummam redigat. Ac plura quidem ſunt ex originali emendata, niſi ubi Gratianus de induſtria mutauerat.

α ¶Per quos] *In vulgatis legebatur*, per quæ *Emendatum uero eſt manuſcriptis, & lege ipſa, in qua agitur de exhibitione teſtiũ, non autem de editione inſtrumentorum.*

β ¶Coarctentur.] *Sic in aliquot manuſcriptis, quæ lectio cum his verbis legis*, arctari præcipimus, *magis conuenit, quam vox*, coerceantur, *quæ erat in impreſſis.*

Sulpitius Seuerus l. 3 uitæ S. Martini.

Sed obijcitur illud B. Bricij, qui voce pueri triginta dies ab ortu habentis innocens probatus eſt. Sed miracula diuina ſunt admiranda, non in exemplum humanæ actionis trahenda.

QVAESTIO IIII.

1 2 DE *quarta vero* [d] *quæſtione Fabianus Papa, epiſt. 2. ad epiſcopos Orientales conſtituit dicens.*

Quod approbo non reprobo.

a ¶Producentur.] Teſtem inductum pro me teneor recipere contra me, ut hic. Similiter illum qui fuit iudex pro me, teneor recipere contra me, ut 3. q. 8. cuius in agendo 1. Item allegationem uel rationem pro me inductam, recipiam contra me. ↄ̃. 19. diſt. ſi Romanorum. Similiter inſtrumentum. extra de cenſi. cũ olim. Item iuramentum. C. de reb. credi. generaliter. Arg. cõtra iſta 2. q. 7 ſi hæreticus. 37. diſt. ſi quid ueri. Sol. iſta ſunt ſpecialia fauore fidei.

1 Concor. tex. in l Pōponius. ff. d neg. geſt.

b ¶Arguere.] Sed hoc non poteſt fieri niſi per alios teſtes: ergo viſis atteſtationib. poſſunt induci alij teſtes: quod eſt contra id extra eo. fraternitatis. Cõſueuit reſponderi, ꝙ directè non poſſunt induci teſtes ↄ̃ teſtes, ſed indirectè, uel probando corruptionem, ut ex̃ eo ſeries. extra de prob. licet. Vel probando teſtes aut perſonas fuiſſe in alio loco tunc temporis. ex̃ eo. ex tenore. Sed contra. hæc eſt cauſa quare non admittanť teſtes poſt publicationem, quia timetur ſubornatio: ſed ſubornari poſſunt, licet teſtes indirectè inducantur. Item teſtes aduerſarij uolunt probare de alio tempore: ergo ego inducam teſtes ad probandum de eodem tempore. iniquum enim eſſet, ꝙ aliquid permitterẽť impugnanti, & non permitterẽť defendenti. ff. de reg. iur. non debet. cum dicta meorum teſtium poſſim confirmare, ut dixi ſupra 3. q. 3. de inducijs. Ad hoc põt dici, ꝙ ſpeciale eſt in cauſa matrimonij, ut inducanť teſtes quandocunq;, etiam poſt ſnīam: quia ibi non tranſit

c ¶Oſtenderit.] Vel etiam infamiam poſtea contractam, ut extra de teſti. cogẽ. præterea. ſimile ↄ̃. diſt. 19. ſi Romanorum. extra de accuſ. nulli.

SED OBIICITVR. CASVS. Dictum eſt ſupra in c. teſtes autem. ꝙ intra xiiij. annum non poſſunt aliqui teſtificari. ſed contra hoc obijcit Gratia. de puero triginta dierum. Nam cum de fornicatione accuſaretur B. Bricius, & diceretur filium genuiſſe triginta dierũ: in medio populi profeſſus eſt ille puer Bricium ſuum patrem non eſſe. Sed ſoluitur hoc, ꝙ miracula diuina non ſunt trahenda ad conſequentiam, nec in exemplum actionis humanæ.

DE quarta vero.] Hæc quæſtio diuiditur in tres partes, in quarum prima probat duabus auctoritatibus ꝙ nullus debet eſſe accuſator & iudex & teſtis. Sec͞a ibi, [Inſcriptio.] Tertia ibi, [De domo.] Ioan. de Fan.

CASVS Hic intitulatur quarta quæſtio, qua quæritur an idem poſſit eſſe accuſator & teſtis. Et reſpondetur ꝙ non, ut ↄ̃. c. 1. & 2. niſi fortè in cauſa matrimonij: ubi dicunt quidam, ꝙ idem poteſt eſſe accuſator & teſtis. arg. 35. q. 6. c. 1. & 2. & in ſumma ubi notauit Hugo. & Ioan. hoc dicit.

Teſtis & accuſator an poſſit quis ſimul eſſe.

d ¶De quarta uero.] Hic q̃ritur, an aliquis ſimul poſſit eſſe teſtis & accuſator? Et eſt dicẽdũ ꝙ nõ, ut ↄ̃. ea. c. 1. & 2. &

& 2.q.1.multi.nec.n. ſimul debet quis fungi pluribus officijs,vt 16.q.1.presbyteros.& 79.diſt.ſingula.In matrimonio eſt ſpeciale ut idem ſit accuſator & teſtis, ut not.35.q.6.c.1.tamen impropriè dicitur in matrimonio accuſatio . nam mixta dr inter ciuilem & criminalem, vt extra de ꝓcu.tuæ. In denunciatione aũt idẽ eſt denunciator & teſtis, vt ext. de teſt. in omni negocio . & extra de ſimo.licet.ſed ex quo ſemel quis apparuit inter accuſatores , amodo nõ põt eſſe teſtis.ut extra de accu. cum. P. Manconella.

tione debet fieri,vt accuſator obliget ſe ad pœnam talionis, vt probatur nono libro Codicis de accuſationibus,& c.Hug.tamen uidetur velle, ꝙ omnia ſupradicta verba ſint de præcedenti capitulo,vſq; ibi,[Vt codice.]poſtea ſunt verba Gratia.Idem videtur velle Beneuen.

¶Accuſator & teſtis,vel iudex aliquis ſimul eſſe non poteſt. C. I.

j NVllus vnquam præſumat accuſator[a] ſimul eſſe & iudex † vel teſtis : quoniã in omni iudicio quatuor[b] perſonas neceſſe eſt ſemper adeſſe;id eſt iudices electos , accuſatores idoneos α, defenſores congruos, atq; teſtes legitimos.Iudices autem β debent vti æquitate[c],teſtes veritate, accuſatores intentione ad amplificandam cauſam, defenſores extenuatione ad minuendam[d] cauſam.

Anſ.l.3.c.75. Burc.l.16.c 15. Iuo p.6.c.321. Pann.l.4.c.81.

† Concor. tex. in l. ſi. ff. ꝙ me. cau. & in l. pen. ff. de arb. & in l. ſi qui viri. & l. ſi quis in tantam. ff. de iuri. om iudi.

α ¶Idoneos]*Apud Fabianum,& Burchardum,& Iuonem hic locus ita habet,*iudices electos,& accuſatores, ac defenſores, atque teſtes *Verum,quia voces illæ*,idoneos,congruos, legitimos.*ſunt in omnibus uetuſtis codicibus Gratiani & Pannormia, nihil eſt mutatum.*

β ¶Iudices autem]*Hæc neque in epiſtola ſunt,neque apud alios collectores niſi in Pannormia.*

NVllus.] CASVS. Dicitur in hoc c. quòd nullus debet ſimul accuſator eſſe & teſtis , uel iudex: quoniam in omni iudicio quatuor debẽt eſſe diuerſitates perſonarũ: ſcilicet accuſatores,rei,iudices,& teſtes ; & oſtenditur quod ſit officium cuiuſlibet eorum:quod in littera patet .

a ¶Accuſator.] Niſi in cauſa matrimonij, ut 35.q 6.c.1.

b ¶Quatuor.] Extra de uerb. ſigni.forus. contra.Sed dic quòd quatuor ſunt perſonæ,id eſt, quatuor genera perſonarum.vel dic quòd appellat ibi tres teſtes,id eſt, tria gña probationum , ſ. inſtrumentorum,teſtium, & famæ 1. Sed obijcit de crimine notorio, ut extra de ele. uenerabilem. §. nos igitur.& vbi quis confitetur aliquid,& ubi iudex ex officio procedit. in his enim non accuſator . Sed loquitur hic cum ordinario iure proceditur, ſcilicet in forma iudicij.

1 Id eſt, argumentorũ ſiue cõfeſſionum , ut ibi no.Tan. & Ber. & ſic non ob. qđ no.3. e. q.1.ſæpe,in gl.1.Arch.

Item Damaſus Papa,epiſt.3.c.7.

¶Quilibet in cauſa duas perſonas gerere non valet. C. II.

ij NVllus introducatur perſonaliter[e], ſed accuſatores & accuſati æqua audiantur ratione,iuxta quod geſtorum ordo exigit.Accuſatores vero,& iudices non ijdẽ ſint,ſed per ſe accuſatores,per ſe iudices,per ſe teſtes,per ſe accuſati,vnuſquiſq; in ſuo ordinabiliter ordine . ¶Nam inſcriptio[f] primo ſemper fiat[g], ut talionem calumniator recipiat;quia ante inſcriptionem nemo debet iudicari,vel damnari;cum & ſæculi leges hæc eadem retineant,

Poly.l.5.tit.1. Burc.l.16.c.31. Pann.l.4.c.80. Iuo p.6.c.327.

2 *Vt codice*[h] *, libro nono , titulo de accuſationibus, & inſcriptionibus,l.7.et codice,eodem libro de adulterijs,l.6.& titulo de Abigeis , l.vnica.* ¶ *Aliquando etiã ſine inſcriptione*

c ¶Æquitate.]C.de iud placuit.45.diſt.omnis qui.

d ¶Ad minuendam]Non tamen ut falſo inducat aliquod ius . Sed nunquid tenet aduerſario dicere iura, quæ pro ipſo faciunt;non:tamen in corporali bello licitũ eſt decipere hoſtem,ut 22.q.2.utilem & 23.q.2.dñs.

NVllus.] CASVS. Dr hic ꝙ iudex in iudicio nõ debet uti acceptione perſonarum inter accuſatorẽ & reum:ſed æqualiter audiat utrumque.& ꝙ per ſe debet eſſe accuſator,per ſe reus,per ſe iudex, per ſe teſtis, & vnuſquiſque debet eſſe in ſuo officio.

e ¶Perſonaliter.] Id eſt,cũ acceptione perſonæ,ut 3. q.9.cap.ult. quia honor vnius perſonæ non debet obeſſe alij,vt C de digni l.3.li.12.11.q. 3.ſi quis vero.C.de ſtat.& ima.l 4 iudex tamen magis dignum poteſt honorare,vt 2.q.7.quæritur,& q.8. quiſquis.nõ tamen ſedebit cum iudice cum agitur in cauſa, ut C.de of.ciui. iud.l.1.

Perſonarũ acceptio ñ dẽt eſſe in iudicio.

INSCRIPTIO.Hęc eſt ſecunda pars huius quæſtionis, in qua ponit Gratia. quatuor caſus,in quibus nõ eſt inſcribi neceſſe.Io.de Fan.

CASVS.Dicit Gratianus ꝙ inſcriptio ſemper ĩ accuſa-

uen.in caſibus ſuis:ſed ego habeo.§.ibi.Inſcriptio,&c.

f ¶Inſcriptio.]Et ſi non fuerit facta , nihil valet quod actũ eſt.2.q.1. in primis.ibi,quod ſi fortè hæc ſolenniter.Sed an obligabit ſe accuſans ad talionem;ar.ꝙ ſic, extra de accu.ſuper his C.de fide inſtru.l.2 contra.C. de aduo.diuer.iud.l.1. Dico ꝙ ſic, licet quidam legiſtæ ſecus dicant.2.

2 Adde an & qñ dẽnt ſe inſcribere: not.Cy. & do.in l.ſi crimen . C. qui accuſ. non poſ.

g ¶Sẽper fiat.] Niſi in caſibus notatis.2.q 7. in ſũma.

h ¶Vt codice.]Illud ut,reſpicit uerba ſequentia.

ALIQVANDO.CASVS. Dictum eſt ĩ in §.Gratiani vel in c.ſecundũ quod ſupra not. quod in accuſatione eſt inſcriptio facienda ſemper.Nunc autem ponit Gratianus quatuor ſpeciales caſus,in quibus inſcriptio nõ exigitur . Primus eſt quando per officiales nunciantur præſidibus aliorum delicta . Secundus quando vir uult accuſare uxorem ſuam de adulterio iure mariti intra ſexaginta dies utiles computandos à tempore diuortij. Tertius eſt quando quis de abigeatu accuſatur . Quartus eſt in crimine iniuriarum. In alijs uero criminibus ſemper debent fieri inſcriptiones,quæ crimen & tempus deſignent , vt alterutram partium legum auctoritas terrere poſſit . Sed in quibuſdam malè dicit Gratianus hic,ut dicit Hug.in ſumma, & ut Ioã. notauit in hoc loco .

a ¶Per

Officiales ſolū notoria denunciare dēnt.

a. ¶Per officiales]Hoc exemplū non valet:quia ibi nō fit accuſatio.loquitur.n.in notorio crimine iſta lex,qđ ſolum officiari denunciant.ſi enim denunciat officialis aliud crimen, ei non creditur:niſi probet legitimè, vt C.de accuſ.ea quæ.C.de curio.l.curioſi, lib.12. niſi euidens ſit calumnia,ut C.de adul.iure mariti. ff. eo.is cuius. Iure tamen nouo tenetur 1.vir inſcribere, vt in auth.vt lice.mat.& auiæ.§.cauſas.coll.9. & extra de procur.tuę.ſecundum canones non vř:ꝙ ſuſtineat pœnā talionis,ut 33.q.5.hæc imago. Sed hoc eſt uerū, cū agitur ad tori ſeparationē, ſecus ſi agaẽ ad pœnā legalē, ut ex tra de procu.tuæ.

Maritus duplici iure pōt uxorē accuſare.

1 Immo & lex antiqua dicit ꝙ ſolēnia accuſationis implere dēt. ff. đ adul.l. miles. §.q dam ſm.L.

ADD. †officiū] ori. Ea q dē. C. de accuſ.& inſcri.

accuſatio fieri poteſt.[Ea enim,quæ per officiales † [a] *præſidibus denunciantur, & citra ſolennia accuſationum poſſe perpendi incognitum non eſt.]¶ Item codice de adulterijs,l. 6. Si maritus iure mariti,hoc eſt intra ſexaginta dies* [b] *utiles adulterium vxoris ſuæ accuſare uoluerit, quam ex ſuſpicione* [c] *ſola ream facere ualet,nō continetur uinculo inſcriptionis.Item C.de Abigeis l.vnica: [Abacti* [d] *animalis accuſatio non ſolum cum inſcriptionibus* [e] *, ſed etiam ſine obſeruatione* [f] *proponitur.]¶ Item cod.de accuſ.l.8.[Si quis* [g] *ſe iniuriam ab aliquo paſſum putauerit, & querelam deferre noluerit,non ad ſtationarios* [h] *decurrat,ſed præſidalem adeat poteſtatem, aut libellos* [i] *offerens,aut querelas* [k] *ſuas apud acta deponens.] ¶In alijs* [l] *autem a criminalibus cauſis dignum eſt,ut inſcriptiones præponantur,quæ magnitudinem videlicet criminis,tēpusq́, deſignent, ut alterutram partem digna legum terrere poſſit auctoritas* β.

α ¶In alijs autem.] *Lex 16.cod.de accuſ.ſic habet,* in cauſis criminalibus *,cætera vero eodem planè modo atque à Gratiano referuntur.*

β ¶Auctoritas] *In vulgatis hic repetebatur uerſiculus.* Inſcriptio*, ex capitulo Damaſi: ſed abeſt à vetuſtioribus codicibus,& fruſtra repetitur.*

De domo etiam iudicis accuſator, uel teſtis produci non debet;ne in cauſam ſuſpicionis incidat iudex.

Vnde Nicolaus Papa ad Michaelem Imp.epiſtola,cuius initium eſt:[Propoſueramus.]

¶Suſpicionis incidet in crimen iudex,de cuius domo,vel accuſator,vel teſtis producitur. C. III.

CONtra ritum eccleſiaſticum,contraque venerandas leges [m] ꝓducitur accuſator de imperialibus ædibus [n], & cui imperari poteſt, ad falſum dicendum teſtimonium adhibetur.Fiūt ſuſpecti iudices,& mercenarij,& lupi cuſtodes,qui uidebantur eſſe paſtores.

¶*Caput hoc emendatum eſt ex ipſo originali Romæ impreſſo.*

QVAESTIO V.

Et Fœlix epiſt. 2.ad epiſcopos Galliæ.

DE quinta [o] *uero quæſtione in concilio Carthaginenſi 3.cap.7.ſic inuenitur definitum.*

c ¶Quā ex ſuſpicione.] 32.q.1.c.1.& 2.

d ¶Abacti.] .i.cum quis gregem abigit, uel partem gregis.

e ¶Inſcriptionibus.] Id eſt cum agitur criminaliter.

f ¶Obſeruatione.] .i.cū agitur ciuiliter.

g ¶Si quis.] C.de accuſ.ſi quis ſe.

h ¶Non ad ſtationarios.] Id eſt, non pedaneos iudices.

i ¶Aut libellos.] Cū criminaliter.

K ¶Aut querelas.] Cum ciuiliter.

l ¶In alijs.] Malè exemplificat magiſter vbi non cogitur quis inſcribere. ſed ueros caſus poſui ſupra. 2. q.3. notandum. & q. vlt.in ſumma.

DE DOMO.CASVS. Iſte §. reſpicit illa duo cap.ſupra poſita nullus. & nullus. ubi dictum eſt,ꝙ non debet eſſe idem accuſator & teſtis & iudex. Nunc uero dicit, ꝙ de domo iudicis non debet produci actor uel teſtis,ne iudex habeatur ſuſpectus.

COntra ritū.] CASVS.Coram Imperatore accuſabaẽ quidam de domo imperiali:& producebatur accuſator & teſtis cui poterat imperari. ſed Nicolaus reprehendit hoc dicēs hoc eſſe contra legem: & ex hoc iudices ſuſpecti fiunt.

m ¶Leges.] Extra de offic.iudi.deleg.cauſam 2. ff. de iuriſdict.om.iud.qui iuriſdictioni.

n ¶De imperialibus ædibus.] Id eſt,de domo cuiuſlibet iudicis 1.De hoc dixi 3.q.5.accuſatores.iudex tamen ſuos domeſticos cogitur recipere cōtra ſe, ut C. de aſſeſ.ſi poſt.

1 Gnāliter ſeruandum eſt, ꝙ nullus ſit iudex in omni cauſa, ubi quis de domo ſua eſt actor, reus uel teſtis,quia vř eſſe ſuſpectus. ſi hoc contingat, deleget cā, ſecundum H.& L.

ADDITIO. In hac lege non dicitur ꝙ inſcribant:ſed dicitur quòd ſi non probant, puniuntur vt calumniatores,ſecundum Lau.

b ¶Sexaginta dies.]A tempore diuortij computādos, ut ff.de adul.l.is cuius ope.§.pen. ſed iure extranei poteſt eam accuſare poſt hos dies etiam:dum tamē cauſa non exceſſerit quinquennium.ff.eo.titu.mariti. ſed ad tori ſeparationem etiā poſt ſeptennium pōt,ut 33. qō.2.admonere. Conſiſtit autem ius mariti in hoc,ꝙ ex ſuſpicione uiolenta facit uxorem ream: & quòd pfert alijs accuſatoribus: & quòd non inſcribiẽ: & ꝙ non puniẽ quaſi calumniator, ſecundum quoſdam:

DE quinta uero.] CASVS. Hic intitulatur quinta quæſtio, qua quæritur an ſit excōmunicandus accuſatus, ſi die ſtatuta non ueniat ad cauſam. Et certū eſt,ꝙ ſic, ſi ex contumacia abeſt, & agitur hic de inducijs citatorijs ſiue expectatorijs.

o ¶De quinta.] De iure ter eſt citādus quilibet,ut 24. q.3.

Citatio de iure debet eſſe trina.

q.3.de illicita. ſi tñ ad primam citationem non uenerit, delinquit: quia ſpernit mandatum iudicis, & punitur. ff. ſi quis in ius voc. non ierit l.2. ff. ſi qs ius dicen. nõ obtemp. l. vnica. & præſtabit ſumptus litis de illa factos, vt de iud. ſancimus. Et agitur de inducijs citatorijs ſiue expectatorijs, quæ dantur epiſcopis: & eædem dantur presbyteris & diaconis, ut 15. qõ. 7. ſi autẽ. & dictum eſt de his ĩ. 3. q. 2. in ſumma.

Ioan. Sol. excommunicatus eſt, ſed abſoluitur ſinẽ expenſis. quia excommunicatio tenet, niſi in duobus caſibus, vt de extra de ſen. excom. per tuas. 8.
b ¶Menſis.] Vel trium menſium, vt ĩ. prox. q. 3. c. 3. & q. 2. c. 2. contra.

¶Non eſt à communione ſuſpendendus, qui die ſtatuta ad cauſam uenire non potuit. C. I.

QVisquis epiſcoporum accuſatur, ad primatem prouinciæ ipſius cauſam deferat accuſator. Nec à communione ſuſpendatur, cui crimen intenditur, niſi ad cauſam ſuam dicendam α, electorum iudicum, die ſtatuta, litteris euocatus minime occurerit [a]: hoc eſt intra ſpatium menſis [b] ex ea [c] die, qua eum litteras accepiſſe conſtiterit. Quòd ſi aliquas veras neceſſitatis cauſas probauerit, quibus eum occurrere non potuiſſe manifeſtum ſit, cauſæ ſuæ dicendæ intra alterum [d] menſem integram habeat facultatem. Verum tamdiu poſt menſem ſecundum non communicet [e], donec purgetur. Sin autem nec ad concilium vniuerſale β occurrere uoluerit, ut uel ibi cauſa eius terminetur, ipſe in ſe damnationis ſuæ ſententiã [f] dixiſſe iudicetur. Tempore ſane, quo non communicat, nec γ in ſua ecleſia, vel parochia communicet [g]. Accuſator autem eius, ſi nunquam diebus cauſæ dicendæ defuerit, à communione non remoueatur. Si uero aliquando defuerit ſubtrahens ſe reſtituto in communionem epiſcopo remoueatur à communione accuſator † [h], ita ta-

Anſ. l. 3. c. 122. Burc. l. 1. c. 160. Iuo p. 5. c. 270. Pann. l. 4. c. 106.

ĩ. 3. q. 3. ſi ægrotans.

† Cõcor. eſt hoc tex. & ſua glo. l. in eum. & ibi Bart. ff. de accuſ.

QVisqs.] CASVS. Statutũ fuit I concilio Carthaginenſi ut epiſcopi apud primate prouinciæ accuſentur. Et ſi eps. qui accuſabatur, uocatus ad cauſam, die ſtatuta, hoc eſt intra menſem computandum à die receptionis litterarum non uenerit, debet excõicari: & ſi poſtea uenerit allegaturus cauſas quare non uenerit, dabitur ei ſpatium alterius menſis: ſed remanebit excõicatus donec ꝓbet iuſtum impedimẽtum: ita ꝙ nec ſuis nec alienis communicet, interim ſi non uenerit finito ſecundo menſe, condemnabitur. Si vero accuſator die ſtatuta non venerit, excommunicetur reo uel epiſcopo præſente communioni reconciliato. Si tamẽ poſtea iuſtum impedimẽtum probauerit, abſoluatur: & cauſam agere permittatur: & expone poſt ſecũdum menſem, id eſt, poſt principium ſecũdi menſis. Vel ſic: Epiſcopus accuſatus, ſi intra tempus vnius menſis à tẽpore receptionis litterarum non venerit, excõmunicatur. ſi allegat iuſtum impedimentũ, datur ei alius menſis: ſed remanebit excõicatus quouſq; ꝓbabit iuſtũ impedimentum: & ſi non venerit ſecundo menſe, damnabitur. ſi vero accuſator non venit die ſtatuto, excommunicandus eſt. ſed ſi iuſtam probat abſentiã, abſoluetur, & poſtmodum aget. Iſte eſt caſus ſecundum Hug. & ſecundum eum exponitur poſt menſem ſecũdum id eſt, poſt principium ſecundi menſis.

1 No. hic L. ꝙ talis citatus non eſt excõica. argum. extra de pigno. ſignificante. ff. de ſolu. ſi ſeruus. Archid.

2 Qualiter autẽ probeĩ impedimẽtũ & caſus fortuitus. uide Ant. & B. in l. quæſitum. & ꝑ Io. de Imo. plenius. ff. de re iu. habet etiã per Bar. in l. cõtumacia. §. fin. ff. de re. iu. & C. de naufra. l. ſi qs per Spe. in ti. de dila. §. 1. verb. in ſum. per Cy & Bald. in l. n. C. de fide inſtr. & etiã per eũdem. Bal. in l. qui accuſare. C. ð edẽ. & Ant. in l. ſi. de ſerui. facit ẽt qđ not. Bart. in l. ſi quis ex argentarijs. §. pen. ff. de eden.

ALIVS. CASVS. Aliquis vult accuſare epm, uadit ad primatem, uocatur epiſcopus: eligit iudices epiſcopus: deinde vocatur ab eis, vt ſit tali die coram eis: & ſi tunc non venerit, ſuſpẽdatur. Si autem miſerit nuntiũ quia alleget iuſtam cauſam abſentiæ, uel aliã iuſtã excuſationem, datur ei alius menſis: & ſi in fine ſecundi menſis non venerit, tunc excommunicatur. & ſecundũ hoc expone poſt ſecundum menſem, id eſt, poſt finẽ ſecundi mẽſis. & ſic non obſtat ĩ. cauſa prox. q. 3 ſi ægrotans. quia ibi datur tertius menſis ad conuincendam malitiam. extra de dolo & contu. cum olim.

a ¶Occurrerit.] Sed pone ꝙ iudex ita dixerit, ſi nõ ueneris die illa, ſis excommunicatus 1: & ille non uenit, quia non poteſt venire, nunquid erit excommunicatus? Videtur ꝙ nõ. nam & auditur hic cauſa abſentiæ, & probata cauſa 2 non abſoluitur; nec enim extat conditio: quia non dicetur nõ veniſſe, ex quo caſu non uenit, vt ff. de conditio. & demoſtra. l. 2. nec propoſuit iudex excommunicare ipſum in omni caſu, ſed in caſu contumaciæ tantum. argum. ad hoc ff. de ſol. ſi ſeruus decem. in fin. & cum non ſit contumax, pœnam cõtumaciæ nõ patiĩ, ſi nõ venit, vt ff. de re iud. contumacia.

c ¶Ex ea.] Nota ꝙ computandum eſt ſemper tẽpus a receptione litterarũ, vt hic, & 16. q. 3 placuit 2. extra de ap. ſupra eo 2. & C. de excuſ. tu. l. quinquaginta. nec computabitur dies, in quo recepit litteras, vt ff. ſi quis caut. l. 1.

d ¶Alterum.] Sed obijcitur, aut primus menſis fuit peremptorius, aut non. ſi non, quare excõicatur: cõtra illud 24. q. 3. de illicita? Si fuit, quare datĩ ei alius mẽſis poſtea? Item qualiter fuit hic miſſum peremptorium prima vice: contra illud extra de dila. c. dilecti. Si uis tenere caſum Hug. dic quod hic ex cauſa fuit primo miſſum peremptorium, vt extra de in integ. reſt. tum ex litteris. in fi. & ff. de iudic. nonnunquam. & ſequens perẽptorium datur ad cõuincendam malitiam. ſic ĩ. 5. q. 3. c. 1. Secundum alium caſum non eſt primus peremptorius ſecundum hoc dic quod non punitur hic ſententia excommunicationis, ſed ſuſpenſionis, vel alia. nam bene punitur quis in citatione non peremptoria, vt 5. quæſt. 2. præſenti. C. de iudi. ſancimus. ff. ſi quis in ius voca. non ier. l. 2.

e ¶Non communicet.] In ſacramentis.

f ¶Damnationis ſuæ ſententiam.] Cum lis eſt conteſtata, vt dixi 3. q. 9 decernimus. uel legitur de ſententia excommunicationis.

g ¶Communicet.] Arg. ꝙ qui eſt ſuſpenſus in una eccleſia, & in altera: quia cum ſit tantum vna eccleſia, nõ poteſt eſſe partim intra, & partim extra eccleſiam, ut 24. q. 1. loquitur. & 6. q. 1. ſi quis presbyter. argu. contra 58. diſt. ſi quis alterius.

Suſpenſus ĩ una eccleſia eſt in oĩbus ſuſpenſus.

h ¶Accuſator.] Sed quare cogitur iſte accuſare, contra illam regulam C. ut nemo inuitus agere uel accuſare compellatur? Item nonne primo accuſator eſſet admonendus, ut C. qui accuſa. non poſ. qui crimen. Forte hoc eſt ſpeciale in epo, ſicut aliud inf. cauſa prox. q. 2. c. 3. & hoc obtinet cũ ex accuſatione orta eſt ĩfamia contra epiſcopum: & ideo cogitur accuſator ꝓcedere, vt inf. proxi. q. 1. quidam. & q. vlt. Epiphanium. Vel hic inſcriptum fuit: & ideo cogebatur procedere ut ex̃ de accu.

Accuſatẽ cogiẽ aliqñque.

c ¶Ex

acc.licet.in fi. Si autem nec accuſator, nec accuſatus venit tunc neuter eſt puniẽdus 1 ff. ſi q̃s in ius voc. nõ ie. l. 2. § vlt. Itẽ hẽs hic, ꝙ ſi accuſator nõ ꝓbat iuſtã cãm abſentiæ, ammõ non audit̃ de illo crimine, ut extra de accu. licet. C. qui accu. non poſ. l. 3. Item fortè de crimine agitur & ciuiliter. ff. de iure fiſ. l. 2. § ſenatus. Idẽ vbi accuſatur inſtr̃m falſum, ut ext. de fide inſtr. accepimus. & c. cõtingit. Idem ubi accuſatur matrimonium, ut extra qui matri. accuſ. poſ. c. ꝑ tuas. Idem ubi præfigitur terminus ad inducendos teſtes, ut extra de prob. licet. Idem ubi proponit̃ terminus ad exceptiones proponẽdas. vt ex. de exc. paſtoralis. Idem vbi impetit̃ ſtatus alicujus. vt C. de inge. ma. diffamari. Secus autem in ciuilibus negocijs, ubi ꝑ triennium expectatur, ut C. de iudi. properandum.

1 Idẽ ſi actor venit & nõ reus, vel econuerſo. iudex tñ fuit impeditus & i õ potuit ad eſſe cauſæ: ꝓut no. extr. de do. & cõtu. venerabilis & l. 6. eo. ti. ca. actor. & eſt. q. B. Brixien.

men, vt nec ipſi adimatur [a] facultas cauſæ peragendæ, ſi ſe ad diem occurrere non noluiſſe †, ſed non potuiſſe probauerit [b].

† al. voluiſſe

α ¶Electorum iudicum.] *Iſta duæ voces abſunt ab editione Coloniensi conciliorum in quatuor tomis.*

ϐ ¶Vniuerſale.] *In concilio ipſo additur,* anniuerſarium. *quod in Africano concilio, c. 62. oſtenditur de vniuerſali concilio Africa eſſe intelligendum.*

γ ¶Nec in ſua eccleſia] *Sic in cæteris conciliorum editionibus, & codice canonum, & apud cæteros collectores. Sed in editione quatuor tomorum eſt,* nec in ſua plebe communicet *Græcè. c. 19. legitur:* μὴ δὲ ἐν τῇ ἰδίᾳ ἐκκλησίᾳ, μὴ δὲ ἐν παροικίᾳ κοινωνήσῃ *id eſt.* neque in propria eccleſia, neque in parochia communicabit.

QVAESTIO VI.

SExta vero quæſtio eodem ſeptimo capitulo concilij Carthaginenſis tertij terminatur, in quo ſequitur.

¶In ciuili, & proprio duntaxat negocio ad arguendum admittitur, qui in epiſcopi acccuſatione culpabilis inuenitur. C. I.

3. q. 10. c. ſi. Anſ. l. 3. c. 121. Burch. ibidem. Iuo ibidem. Pann. ibidem.

ILlud vero placuit, vt cum agere cœperit in epiſcoporũ iudicio, ſi fuerit accuſatoris perſona culpabilis, ad arguendum † non admittatur [c], niſi proprias cauſas, non tamen eccleſiaſticas, vel criminales δ aſſerere † voluerit.

† al dicere

† al. ad accuſandum vel agẽdũ.

δ ¶Vel criminales.] *Abeſt hoc à concilio, & cæteris collectoribus, ſed retentum eſt ob caſum; & repetitur in c. ſi accuſatorum.*

Item ex concilio Carthaginenſi 7. c. 2. prope finem.

¶Propriam cauſam agere valet, cui accuſare non licet. C. II.

Iuo p. 16. c. 64.

OMnibus [d], quibus accuſatio denegatur, in cauſis proprijs accuſandi licentia non eſt deneganda.

Item Fœlix Papa omnibus epiſcopis per Galliæ prouincias conſtitutis, epiſtola ſecunda.

¶In accuſatione epiſcoporum deficiens ciuiliter tantum experiri poterit. C. III.

3. q. 10 c. fin. Iuo p. 6. c. 418.

SI accuſatorum perſonæ in iudicio epiſcoporum culpabiles apparuerint, ad arguendum non admittantur, niſi proprias cauſas aſſerere, non tamen criminales vel eccleſiaſticas voluerint.

Item Hadrianus Papa in capitulis, c. 5.

¶De eodem. C. IIII.

QVòd ſi accuſatorum perſonæ in iudicio epiſcoporũ culpabiles apparuerint, ad arguendum non admittãtur, niſi proprias cauſas habuerint, non tamen criminales, vel eccleſiaſticas.

a ¶Adimatur.] Vt C. qui accuſa. non poſ. ſi ea. & l. qui crimen.

b ¶Probauerit.] Suñ ſacr̃m ſufficit in hoc caſu, vt 12. q. 1. c. 1. C. de reb. cred. in bonæ. 100. diſtin. optatum. ext de ꝓc. ex inſinuatione. non. n. requirit̃ ꝙ plenè probetur cã abſentiæ, ut ext. de ſent. & re iud. c. cum Bertholdus 2. arg. cõtra ext. de in integ. reſti. capit. ex litteris 3.

2 Adde no. in l. ſeruũ quoque. §. publicè. ff. de procur. & l. pen. §. ad crimen. ff. de publ. iud.

SExta uero.] CASVS. Hic ponitur 6. q. qua q̃ritur an illi, qui in accuſatione ẽporum culpabiles Inueniunt̃, poſſint de cætero admitti ad ſui vel ſuorũ cauſæ proſecutionem Et reſpondet ꝙ ſic, ſi ſuam velint ꝓſe qui iniuriam uel ſuorum ciuiliter, & non criminaliter: nec in cauſis eccleſiaſticis. Caſum vero illorum c. illud. & ſi accuſatorum, inuenies ſupra 3. q. 10. ſi accuſatorũ. Aliud capit. planum eſt.

3 Vbi & hoc. & 86. di. tanta.

c ILlud.] ¶Non admittatur.] Iſtud eſt expoſitum ſ. 3. q. 10. ſi accuſatorum. & capit. 1. & 2.

c ¶Nõ admittatur.] Quidam dicũt quod in nullo crimine admittatur contra epiſcopum.

Accuſare ꝓhibentur aliqui.

d OMnibus.] Excipiuntur excommunicati, vt ſupra. ead. q. 1. cap. 1. Itẽ ſerui & impuberes, vt ſ. 3. q. 7. §. tria in princ. & minores,

vt

vt C.de autho.pręſtan.l clarum.& in caſu quem habes extra qui mat.accu.poſ.cum in tua.Item fallit in vſurario,vt extra de vſu.quia fruſtra. Item fallit in liberis & parentibus,ut 2.qō.1.prohibentur. Item in muliere,vt 32.q.1.§.hoc in mulieribus.

municabitur: & eſt hoc cum innocens aliquis infamatur,ſecus ſi reus fuerit qui accuſatur;quia expedit peccata nocentium eſſe nota.ff.de iniu.eū qui, in prin. Io.

QVi in alterius.]CASVS. Quæſitum fuit ab Hadriano quam pœnam debet ille pati, qui libellū ſcribit

IN infamiam.] CASVS. Supra dictum eſt de ijs q manifeſtè accuſant. Nunc ſupponit quintam cām, in qua tractat de ijs,qui occultè accuſant, ſcilicet per libellū famoſum, quem clanculo ſcribunt in alicuius infamiam. Interſerit etiam Gratianus de iudicijs: & qualiter quis ſit vocandus ad cauſam, & an cauſa criminalis poſſit per procuratorē experiri ſiue expediri: & quomodo epiſcoporum iudicium debeat ventilari;& quomodo illi qui aliorum crimina detegunt, culpandi ſunt vel laudandi. In fine repetit de pœna calumniatorum. Vt autem hæc & alia faciat, pręmittit thema, de quo ſex elicit quæſtiones.

DE prima q̄ſtione.] CASVS. Hic intitulat̄ prima quæſtio, qua quæritur qua pœna dēat puniri qui famoſum libellum in alterius iniuriam ſcribit. Et rn̄det,ſi apparet,& nō probauerit quod conſcripſit, ſecundū canones verberatur, vt j. ea. c.1.ſecundū leges decapitatur,ut j. ea. ſi quis famoſum. Si vero non apparet, debet moneri vt appareat. Si vero celauerit ſe, excommunicari debet,vt infra eod. quidem.

CAVSA QVINTA.

IN infamiam cuiuſdā epiſcopi chartula accuſationis occultè non ſcribitur: tandem accuſator procedit in publicum. Epiſcopus autem ſemel litteris euocatus, cauſa ſua die ſtatuta adeſſe non valens,per procuratorem iudici ſe præſentauit: abſque ſynodali audientia damnatur. Demum iudicio per appellationem renouato,de accuſatoris inimicitia epiſcopus conqueritur: tandem in ipſa probatione deficit accuſator.

1 *Primo,quæritur,qua pœna ſit feriendus,qui famoſum libellum clanculo ſcribens, probare negligit quæ litteris mandauit.*

2 *Secundo quoties ſit uocandus ad cauſam, antequam ſententiam damnationis accipiat* †. †*al. excipiat*

3 *Tertio, an per procuratorem cauſam ſuam agere valeat qui per ſeipſum cauſa ſuæ adeſſe non poteſt.*

4 *Quarto,an abſque ſynodali audientia ſit damnandus.*

5 *Quinto,an ideo aliquis habendus ſit inimicus, quia crimen alterius indicat.*

6 *Sexto,qua pœna ſit plectendus,qui,quod intulit, probare non valet.*

QVÆSTIO PRIMA.

DE prima [a] *quæſtione Hadrianus Papa ſcribit in capitulis, cap.49.al.50.dicens.*

¶Flagelletur, qui ſcripta in alterius famam neglexerit probare. C. I.

QVi in alterius famam publicè α [b] ſcripturam, aut uerba contumelioſa confinxerit,& repertus ſcripta non probauerit; flagelletur [c]: & qui [d] ea prius inuenerit, rumpat, ſi non vult auctoris facti cauſam incurrere [e]. Capit.l.7.c.381 Anſ.l.3.c.81. Iuo p.4.c.156. & p.16.c.235.

α ¶Publicè.] *Hadrianus, Capitulare Caroli.& Iuo habent*, in publico.

Libellum famoſum componēs qua actione punitur.

a ¶De prima.] Hic quæritur qua pœna punitur qui famoſum libellum vel falſum compoſuit occulte, & probare non vult quod ſcripſit,& diſtinguitur aut certum eſt quis compoſuit,aut non Si certum eſt,aut eſt conuictus,aut ſponte confeſſus. Si conuictus ſecūdū leges decapitatur,ut §.ea.ſi quis. & fit inteſtabilis.ſ.cā prox.q.3.§.ob carmen. ſm canones uero ſubijcitur verberibus,ut j.ea.c.1.1.Si vero ſpōte cōfitetur,cum non poteſt probare,mitius cum eo agitur, ut j.ea.c.2.in fi. Si non eſt certum,debet admoneri ut prodeat in publicum, & probet quod ſcripſit: quod ſi non fecerit,primo priuabitur ſacramētis,poſtea excōmunicabitur ...

1 Vbi no.H. q̄ iſtud ſit verum: niſi fortè ſit talis pſona.q̄ attingi non debet, puta epiſcopus.

bit famoſum,vel alia turpia in alterius iniuriam. Et reſpondet,ſi apparet,& non probat,debet uerberibus flagellari, & quicunq; talem ſcripturam inuenerit, rumpat,ſi non vult pœnam auctoris incurrere.

b ¶Publicè.]Id eſt,in publico loco.

c ¶Flagelletur.]Secundum leges capite punitur j.ea. ſi quis.Nota pœnas corporales infligi ſecundum canones,ut ſupra 45.diſt.cum beatus.

d ¶Et qui.]Sic C.de Furtis,ciuile.

e ¶Incurrere.] Poteſt tamen probare crimen,ſi uult. ff.de iniur.cum qui.Io.

Item Gregorius l.5.epiſt.30.ſiue cap.130.

¶De eodem. C. II.

Iuo p.6.381.

QVidam maligni ſpiritus conſilio repletus, contra Caſtorium notarium, ac reſponſalem noſtrum nocturno ſilentio in publico α ciuitatis loco conteſtationem poſuit in eius crimine loquentem, mihique etiam de facienda pace callide contradicentem β. Et quia quiſquis ueraciter loquitur, ſemetipſum innoteſcere non debet formidare; oportet ut publice exeat, & quæcumque in conteſtatione ſua loqui præſumpſit, oſtendat. Quòd ſi non exierit [a] neque publice [b] confeſſus fuerit, quiſquis ille ſit, qui hoc agere præſumpſit, uel conſenſum in tantæ iniquitatis conſilio præbuit, ex Dei, & Domini noſtri Ieſu Chriſti ſpiritu definimus, ut ſancti eius corporis, ac ſanguinis participatione priuatus ſit. Si uero, quia latet, & quoniam neſcitur, teneri ad diſciplinam † [c] non ualet, ſi tanti mali conſcius, etiam prohibitus, corpus, ac ſanguinem Domini percipere præſumit, anathematis ultione percuſſus ſit γ, ut fallax, ac peſtifer à ſanctæ eccleſiæ corpore ſit diuiſus. *& infra.* ¶Sin autem in eadē ciuitate, egreſſus ad publicum potuerit [d] docere, quæ dixit, uel certe ſciens ſe non poſſe, quæ ſcripſit, oſtendere, errorem [e] ſuum fuerit aperte confeſſus; Domini corporis, ac ſanguinis participatione non ſit priuatus; neque à corpore ſanctæ eccleſiæ alienus exiſtat.

† *à diſciplina*] orig.

α ¶Publico.] *Hæc vox abeſt à manuſcriptis, & originali, & Iuone: ſed ob caſum eſt retenta, & in aliquot vetuſtis eſt gloſſa interlinearis.*

β ¶Contradicentem.] *Quæ ſequuntur vſque ad verſiculum,* Quòd ſi, *addita ſunt ex ipſa epiſtola, & referuntur etiam ab Iuone.*

γ ¶Percuſſus ſit.] *Antea legebatur,* percutiatur *ſed cum ea, quæ antecedunt, ipſo facto ligent, quia ad occultum delictum referuntur, emendatum hoc eſt, quemadmodum alia multa, ex epiſtola ipſa. Apud Iuonem vero legitur,* anathematis ultione percuſſus, ut fallax, &c.

Item in concilio Eliberitano, c.52.

¶Anathematizentur, qui famoſos libellos in eccleſia ponunt. C. III.

Capitular. lib.6. c.241.
Poly. l.3. tit.21.
Anſ. l.3. c.89.
Iuo p.3. c.251. & 3. c.154.
Burc. l.3. c.199.

SI qui inuenti fuerint famoſos libellos in eccleſia ponere, anathematizentur.

QVidam.] CASVS. Gregorius nitebatur quandā ſedare diſcordiam per quēdā notariū ſuū nomine Caſtorium. Sed qdam maligni ſpiritus ſcripſit libellum in iniuriam Caſtorij, & cum nocte poſuit in loco publico ciuitatis, in quo continebatur, & Papæ ſignificabatur, ꝙ Caſtorius nolebat controuerſiam renunciare. Dicit Grego. ꝙ ſi ille nō vult exire, ſit à corpore Chriſti remotus. Si uero adhuc latere pſumpſerit, anathema ſit. ſi uero vult exire, & quod dixit ꝓbare, uel publice confiteri errorem ſuum, nō ſit ſuſpēſus à corpore Chriſti, vel anathematizatus. Seq. c. patet.

a ¶Non exierit.] Nonne debuit admonitio præcedere excommunicationem, 12.q.2. indigne, ſed forte hic pceſſit, & quia illud tempus hic non adijcitur uſque ad quod tempus teneatur exirē; ſtatim tenetur exire, qđ ſi non fecerit, ex quo eſt in mora, ſtatim incidit in excōmunicationem. argu. 2.q.7 quapropter. 1.q.1. cōſtat. ff. de manumiſ. teſt. libertas. Sed videtur ꝙ quamdiu pōt exire, non ſit excommunicatus. ff. de verb. oblig. ita ſtipulatus. §. 1. Petrus Hiſpanus dixit expectandum uſque ad quadraginta dies extra de purg. cano. cap. vlt. Hæc tā veritas eſt, ꝙ conditio affirmatiua aliter exponitur q̄ negatiua, cum eñ dicit, ſi intraueris capitolium, exponit ſic, id eſt, ſi cum primum potes intrare, intres, vt ff. de cond. & de. cōditio, ſed conditio negatiua ſic exponitur, ſi non intraueris, id eſt, cum primum deſinis poſſe intrare, ut ff. de verb. oblig. ita ſtipulatus. §. 1. niſi ī caſu hic poſito. & in caſu libertatis, ut ff. de manu. teſta. libertas. §. 1.

Cōditio affirmatiua & negatiua diuerſimode exponit.

b ¶Publice.] Cōtra ī. de pœ. diſt. 1. §. his auctoritatibus, ubi pœnitenti dicitur, non tibi dico vt te prodas. ſed iſtud eſt pro deteſtatione criminis. Vel ibi loquitur de occulto crimine 1, ſed hic de manifeſto, licet pſona ſit ignota.

1 Quod no. 50. di. de pœnitentibus.

c ¶Ad diſciplinam.] Id eſt, correctionem.

d ¶Potuerit.] Sed nōne reus hunc accuſatorem poſſet remouere, quia eum non præmonuit, vel (quod uerius eſt) quia ei ſuſpectus eſt. 6.q.1. qui crimen. ſed forte de innocentia ſui confidebat. ſed certe licet iſte ſit infamis ipſo facto & per ſententiam tantum in odium ſuum & in fauorē rei admittitur ad accuſationem, vt ſic clareat de innocentia rei, & ut accuſator non probans puniatur de calumnia. Et ſic eſt ſpeciale, ꝙ aliqs criminoſus admittitur ad accuſationem, licet non proſequatur ſuam uel ſuorum iniuriam.

Quidam dicūt, qđ hic dicitur ſpeciale, & in fauorē infamati. & odium infamantis ſtatuitur. Vel illud de pœna: hoc de Accuſatione. Arch.

Criminoſus qūq. poteſt accuſare.

e ¶Errorem.] ī. diſt. 8. conſuetudo. ſup. 3.q.3. §. notandum.

SI qui.] SI QVIS. CASVS. Quæſitum fuit ab Imperatore quid fieri debet de libello famoſo, quem quis in aliquo loco reperit? & reſpondet quod qui eū inuenit, ſtatim deſtruere debet, & nulli ipſum manifeſtare. Si uero, non deſtruxit, ſed alij eum doloſe reuelauerit, deca-

decapitari debet,ſicut auctor ipſius libelli,ne talis libellus lædat opinionem eius contra quem factus eſt.
a ¶Capitali.] Si capitale fuit crimen conſciptum;aliàs non,vt ſ.cauſa proxi.q.3.§.ob carmen.

propter neceſſitatem aliquam ſit,non tamē ſynodi cauſa conueniunt. Vel dic ꝙ ſpeciale eſt in accuſatione vt accuſatus non teneatur reſpondere coram ſynodo,niſi habeat inducias. ſecus in ciuilibus cauſis.

PRæſenti.] CASVS. Quidam dicunt,ꝙ hoc cap. loq-
tur

Item Codice lib.9. tit. de famoſis libellis, lege unica. Impp. Valentinianus, & Valens AA. [*¶Si quis famoſum libellū domi,ſiue in publico,vel quocūq; loco ignarus repererit; aut nulli confiteatur inuentum. Sin vero non ſtatim eaſdē chartulas vel corruperit,vel igne conſumpſerit,ſed uim earum manifeſtauerit; ſciat ſe quaſi auctorem huiuſmodi delicti capitali* [a] *ſententia ſubiugandum.*] *& infra.* [*Huiuſmodi autem libellus alterius opinionem non lædat.*

QVAESTIO II.

VOcatio autem eius,qui impetitur, non ſemel, ſed bis & tertio per congruum ſpatium rationabilibus ſcriptis fieri debet.

Vnde Damaſus Papa Stephano archiepiſcopo,epiſt.3.ſcribit,dicens.

¶Vocatio ad ſynodum,eius,qui impetitur, & in ſcriptis, & per ſpatium fiat congruum. C. I.

VOcatio [b] ad ſynodum iuxta decreta patrum canonica eius,qui impetitur rationabilibus ſcriptis [a] per ſpatium fieri debet congruum,atq; canonicum,quia,niſi canonicè vocatus fuerit ſuo tempore, & canonica ordinatione,licet venerit [c] ad conuentum quacunq; neceſſitate, niſi ſpontè voluerit, nullatenus ſuis reſpondebit inſidiatoribus.

Poly.l.5.tit.1. Anſ.l.3.c.50. Burc.l.1.c.156. Iuo p.5.c.266.

a ¶Rationabilibus ſcriptis.] *In epiſtola Damaſi loco horum verborum legitur,* tam ſua præſentia, quàm & ſcriptis, atque apocriſarijs: *verum Anſelmus, Burchardus, auctor Polycarpi, & Iuo cum vulgata lectione conueniunt.*

Item Sylueſter Papa.

¶Quibus temporum ſpatijs reus uocetur ad cauſam. C. II.

PRæſenti [d] decreto cēſemus,vt in primis paternaliter † vocentur,& per ſeptem dies expectentur, nullius eccleſiaſticæ rei interdicta licentia. Huic vero expectationi

Poly.l.5.tit.5. Anſ.l.3.c.120. †*al. perſonaliter*

VOcatio autem.] CASVS. Hic ponitur ſecunda quæſtio,qua quęritur quoties aliquis ſit vocandus ad cauſam,& certum eſt ꝙ ſemel,ſecundo & tertio, vel uno pro omnibus peremptorio,vt 24.q.3. de illicita.& quidquid de citationibus dicatur infra c.1.& 2. hodie induciæ citatoriæ arbitrio iudicis relinquūtur,ut infra ea.q.3.ſi ægrotans.

VOcatio.] CASVS. Quæſitum fuit à Damaſo qualiter debeat ad cauſam vocari qui accuſatur? Et reſpondet quòd debet citari per ſcripturam per ſpatium cōgruū & canonicū: etiam ſi ad ſynodum venerit propter alia negocia non citatus nullo modo compellitur ſuis inſidiatoribus reſpondere, niſi uelit.

b ¶Vocatio.] Si ter citetur quis,licet non dicatur peremptoriè, tamen ſufficit hoc,ut peremptoriè ſit citatus, ut C.quo mo.& qn iu.l.conſentaneū.& l.tres denunciationes.& l.ceſſante. illud tamen apponere debet iudex, ꝙ peremptoriè citet. & debet cōminari parti ſi nō venerit, ꝙ procede[...] ff. de iudi. in perem[...]torio. & vel in prim[...] vel ſecunda, vel tertia citatione poteſt citare peremptoriè,ut extra de in integ. reſtit. tum ex litteris, in ſi. ff. de iud. nonnunquam. dummodo nō maturetur peremptorium nimis,vt extra de dila. dilecti.

Iudex citās peremptoriè hoc dēt exprimere.

Exceptio reuocandi domum.

c ¶Venerit.] Si aliquis inuenitur Romę pro ſua neceſſitate,vel ex cauſa delationis vel appellationis, non cogitur ibidem reſpondere,ſed poteſt domum reuocare ut ff. de iud.l.2.§.ea quoq;.ff. quibus ex cau. in poſ. ea. l.ad cognitionē.& in auth. de ſanc. epiſ. §. ſi uero epi. coll.9. ſecus eſt ſi ſit ibi ex volūtate, vt in auth. ea. §. ſi quis eps aut clericus. C. de epiſ.& cler. oēs.§. in hac. Nā Roma communis patria eſt,vt ff. ad muni. Roma. nam cū epi faciunt cōcilia, bene tenetur ibi quilibet rūdere extra de libel. obla.c.1. nā illuc quilibet generali citatione citatur,ut diſt.18. per totum. Quare ergo dicit hic,ꝙ non teneantur reſpondere coram ſynodo? Dic ꝙ appellat hic ſynodum aliquē cōuentū epōrum, qui

tur de inducijs citatorijs inferiorum ordinū, uel laicorū, q ſunt in eadē ciuitate, uel in locis propinquis. Eſt ergo caſus. Sylueſter Papa ſtatuit in hoc c.ꝙ illi qui accuſantur, citari debeant & expectari primo per vij. dies ſine aliqua pœna. poſtea per alios vij. ita ut eccleſiā non ingrediantur ad officia diuina audiēda,poſtea per duos,pace & communione eccleſiæ eis interdicta, poſtea per alios duos dies ſub eadem pœna,deinde expectentur per vnum diem,quo elapſo anathematizentur. hodie tamen quidquid hic dicatur, induciæ iudicis arbitrio relinquuntur.

d ¶Præſenti.] Vel intelligitur hoc c. de raptoribus rerū eccleſiaſticarum,propter odium eorū. vel de clericis in eadē ciuitate cōſtitutis, i. quibus minores dantur induciæ quàm remotis,ut inf.e.q.3. ſi ægrotās,vel de laicis,vel ſunt paternales adiectiones,uel p quas qs expecta-

†Hæc ſolum teneas ſm Lau. & Io. Nā illud intelligitur ī cā ciuili: habet ergo tales īducias 19. dierū aū quā cōdemnet. ſm Io.

ſtatut etiam poſtquam canonice, & per tempus legitimum citatus non venerit, uel non tenet per illud j.24. q.3.de illicita.

a ¶Addantur.]Simile C de iu, auth.iubemus.extra de dolo & contu.cum olim.

b ¶Com-

fratribus vel in choro, vel in menſa, vel in dormitorio.

RElatum.]CASVS. Quidā iudices eccleſiaſtici accuſationes & teſtes recipiebant in cauſa criminali p epiſtolas, quod dicit Damaſus non eſſe faciendū in futuro, & quod nuper factum eſt, debeat emendari. Nam accuſatus legitime citatus accuſatorem & teſtes debet habere pſentes, & locum defendendi, uel ad abluenda crimina, nec iudex ex iracundia dānat delinquentem.

iterum addantur [a] ſeptem dies interdicta eccleſiā intrandi licentia, & omnia diuina officia audiendi. Poſt uerò addantur duo dies, quibus à pace, & communione [b] ſanctæ eccleſiæ ſunt ſuſpenſi. Deinde uero iterum alijs duobus diebus ſub eadem expectatione deportentur α. Quibus vno die ſuperaddito, omni expectatione veluti iam deſperata, reus mox anathematis gladio feriatur.

α ¶Deportentur] *Antea legebatur,* expectentur.] *Emendatum eſt ex Polycarpo, Anſelmo, & vetuſtis Gratiani exemplaribus, in quorum nonnullis hac eſt gloſſa interlinearis,* id eſt expectentur.

Item Damaſus Papa ad epiſcopos Italiæ, epiſt.6.

¶Nullius accuſatio per ſcripta ſuſcipiatur. C. III

Anſ.l.3.c.48. Poly.l.5.tit.1.

RElatum eſt ad ſedem Apoſtolicam, vos accuſationes fratrum per ſcripta [c] ſuſcipere abſque legitimo accuſatore. Quod deinceps in omni terrarum orbe fieri Apoſtolica auctoritate prohibemus; & quod nuper factū eſt, abſque vlla retardatione corrigere † curamus; nec unquā prius per ſcripta eorum, qui accuſantur, cauſam diſcutere liceat, quàm per querelantium inſtitutionem † uocati canonice ad ſynodum ueniant, & præſens per præſentem agnoſcat ueraciter, & intelligat, quæ ei objiciuntur. *& infra.* ¶Leges enim ſæculi accuſatores præſentes exigunt, & non per ſcripta abſentes. Vnde canonica Patrum conſtituta non ſemel, ſed ſæpiſſime clamant, nec accuſationes nec teſtimonium † [d], vllum per ſcripta poſſe proferre, nec de alijs negotijs quicumque teſtimonium dicant, niſi de his, quæ ſub præſentia eorum acta eſſe noſcuntur. Similiter, & qui alium accuſare elegerit, pręſens, per ſe, & non per alium accuſet, inſcriptione uidelicet præmiſſa. Neque vllus unquam iudicetur, antequam legitimos accuſatores præſentes habeat, locumque defendendi accipiat ad abluenda crimina. Curandum namque † eſt, ne ira [e] quemquam ſubripiat †, faciatque citius omne, quod non licet.

† *corrigi rogamus*] orig.
† *al. inſtitutiones*
11.q.3.c. eorū qui,
† *teſtimonia*] orig.
3.q.9. qui accuſare.
† *al. quoque*
† *al. cuiquam ſubrepat*]

Item Fœlix Papa ij. Athanaſio, & omnibus orientalibus epiſcopis, epiſt.1.c.3.

¶Vi aut timore eiecti, aut ſuis rebus expoliati ad ſynodum non uocentur. C. IIII.

Burc.l.1.c.221. Iuo p.5.c.335.

SI primates, accuſatores epiſcoporum cū eis pacificare [f] familiariter minime potuerint; tunc tempore legitimo eos ad ſynodum canonice conuocatam, non intra anguſta tempora canonice conuocent, & non prius, quàm eis

c ¶Scripta.] Sic ſupr. 2.quæſt. 8. perſcripta.

d ¶Teſtimonium.] iudiciale. nam per litteras poteſt aliquis pbibere alij teſtimonium famæ ſuæ, ut 71.diſtin. extraneo. & c.hortamur. & de conſecrat. diſtinct.1.iubemus. Sed iudiciale non.

Teſtimoniū p litteras poteſt exhiberi.

e ¶Ira.]Quia tempore iræ non diſcernit homo quod iuſtū eſt, vt 11.q.3.illa.

SI primates.] CASVS. Quidam accuſabant epiſcopos proſequendo ſuam iniuriam uel ſuorū: quærit Anaſtaſius à Fęlice, qualiter in hoc negotio ſit procedēdū? & rñdet, ꝙ ipſi debēt ad concordiam reuocari per tranſactionem, ſi fieri poteſt: alioquin debeant legitime citari, & eis primates debent quidquid objicitur ſignificare, ut parati uenire poſſint ad reſpondendum. Si vero deiecti fuerint ui uel timore, aut ſuis rebus expoliati, accuſatoribus reſpondere non debent, niſi prius reſtituantur.

f ¶Pacificare.]Poteſt ergo iudex componere inter partes, ut 90. diſtin. ſtudendum. & 23 q.vlt. ſi quis membrorū. & qō.4. ſi illic. ff.de no. ope. nun.l.1. §. poteſt. & eſt ſimile. ff. de vſu. æquiſſimū. Sed hoc uerum eſt in crimine, quod non inducit depoſitionē: quia in alijs licet componatur, poteſt iudex ex officio ſuo de crimine inquirere, ut extra de col de te.c.1 & 2. & C.de abo.l 2. Similiter in denunciatione non admittitur compoſitio, ut ſupr.2.quæſt.7.quapropter 1. Vel intelligitur cum non accuſatur de iniuria facta eccleſiæ, ſed perſonæ. 23 q.4 ſi is qui. & ſic non ob.2 q.7.qua propter. Vel melius ibi loquitur in denūcia-

Iudex an poſſit inter partes componere.

1 In hoc ꝯ. dicit, q a vſ neminē eē cogēdū ad accuſandū L. Sed hoc locū habet in ſolenni accuſatione, ad quā nemo compellitur niſi caſualiter, ſup.c.q.1.c.2.& inf. eo. q 6 Epiphanium. Arch.

b ¶Communione.]Sed nonne eſt eadem hęc pęna cū prima? nam cui interdicitur eccleſia, interdicta ſunt ſacramenta eccleſię, vt 12.q 2.de viro & 33 q.2.latorem. Item nō poteſt intelligi de communione fidelū, quia de illo loquitur in fin. Sed dic quòd loquitur de communione fratrum, id eſt, quòd nō communicabit alijs

tiatione,ad quam quilibet tenetur. De hoc nota ſup 2. q. 1. notandum 2. in fi.

a ¶Quid eis.] Sic 3. q. 9 indicas. extra de dila. præterea extra de appel. ſignificantibus.

HIS. CASVS. Concludit Grat. ex ſupradictis capi. dicens, q nisi quis canonice fuerit uocatus, & ſi propter alia negotia ad ſynodum venerit, nō tenetur rñdere. Quę aūt ſit canonica vocatio, dictū eſt ſ. in c. pręſenti. qđ eſt Silueſtri. & per c. felicis dicitur, q accuſato debet ſignificari quod ei objicitur ab accuſatore.

Quòd aūt. CASVS. Hęc ē q. 3. in qua quæritr, an aliquis poſſit per procuratorem cauſam ſuam agere. Et certum eſt, quod non in cauſa criminali, vt inf. ead. in criminalibus. niſi ī quatuor caſibus, ut in crimine iniuriarum, in quo illuſtris perſona agit p ꝓcuratorē, ut 3. q. 9. § niſi, & in crimine ſuſpecti tutoris, ut ff. de proc. nō ſolū. §. vlt. Itē ad allegandū cauſas abſētię, ut ī. c. 1. & 2. Itē in minorib. criminibus, ut not. Io. in hoc loco, ut ff. an per aliū cau. app. l. 1. quia in leuibus criminib. non fit inſcriptio, vt ff. de accu. leuia. In ciuili poteſt, niſi in caſibus aliquibus, ut in accuſatione populari, in qua actor non agit p procuratorē, ut ff. de ꝓcu. licet. & in cauſa ſtatus, ut C de aſſer. tol. l. 1. Quidam ēt coguntur dare procuratorē, ut epi & ſacerdotes, ut ī. c. quia eps. & illuſtres perſonæ, ut C. de proc. l. pe. De hoc plenius inuenies ſ. 2. q. 6. ſi quando. in apparatu.

tuit Hadrianus ī ſynodo, ut ſi eps accuſatus æger fuerit, uel aliud impedimētum habuerit, mittat legatum, q eū excuſet. Sed ſi die ſtatuta, hoc eſt intra ſpatium duorum, uel triū menſium, uel eo amplius prout cauſa dictauerit, citatus per contumaciam nō uenerit, debet

per ſcripta ſignificent, quid eis [a] opponitur, ut ad reſponſionē præparati adueniant. Nam ſi aut ui, aut timore eiecti, aut ſuis rebus expoliati fuerint; nec canonice uocari ad ſynodum poſſunt, nec reſpondere æmulis debent, antequam canonice reſtituantur, & ſua eis omnia legaliter reddantur.

His auctoritatibus euidentiſſime datur intelligi, quòd niſi quis canonice vocatus fuerit, etiam ſi aliqua occaſione ad ſynodum veniat, ſuis nullatenus cogitur reſpondere inſidiatoribus. Canonica autem uocatio eſt, quando ſeruato dierum interſtitio, ſecundum auctoritatem beati Silueſtri, cauſæ ſuæ litteris adeſſe iubetur, quibus, quid ei obyciatur, auctoritate Fœlicis Papæ ſignificari oportet.

QVAESTIO III.

QVòd autem [b] per procuratorem ſuum cauſam agere ualeat, qui impeditus cauſæ ſuæ adeſſe non valet, auctoritate Romanæ ſynodi, quæ tpe Hadriani Papæ celebrata eſt, probari uidetur, in qua c. 5. ſic ſtatutum legitur.

¶Pro ſe legatum ad ſynodum mittat, quem grauis neceſſitas premit. C. I.

In capitulis Hadriani. cap. 5. & Fœlix. 1. epiſ. 2. Poly. l. 5. tit. 1. Burc. l. 1. c. 51. Iuo p. 5. c. 161. Pann. l. 4. c. 19.

SI ægrotans fuerit epiſcopus, aut aliqua eum grauis neceſſitas detinuerit; pro ſe legatum [c] ad ſynodum mittat; nec à communione ſuſpendatur, cui crimen in-

b ¶Quòd autem.] In cauſa iniuriarum datur procurator. Item in crimine ſuſpecti, ut ff. de procu non ſolum. §. vltim. & in minoribus criminibus. ff. an per alium cauſæ ap l 1. quia in leuibus criminibus non fit inſcriptio. ff. an per alium cauſæ ap. l. 1. & ff. de accuſ. leui. & ad allegandum cauſas abſentiæ in ciuili dari poteſt procurator. ſed in actione populari non poteſt procurator dari. ff. de procu. licet. & in cauſa ſtatus, ut C. de aſſer. tol. l. 1. quidam etiā coguntur dare procuratorem, ut epiſcopi 1, ut inf. quia epiſcopus. & illuſtres perſonæ, ut C. de proc. l. ult. De hoc plenius inuenies ſup. 2. q. 6. ſi quando.

Procurator ī cauſa populari non pōt dari.

1 Hoc eſt falſum, ut patet extra de iur. calu. cap. vlt. Archid.

SI ægrotās.] CASVS. Quæſitum fuit ab Hadriano, an epiſcopus accuſatus debeat excommunicari: qa citatus non uenit. & rñdet q nō, niſi per cōtumaciā die ſtatuta venire contēnat, & hoc eſt intra ſpatiū duorū, vel trium mēſium, uel eo amplius, prout cauſa dictauerit, & tūc niſi fuerit impeditus, dēt excōicari: ſed ſi ægritudinem, uel aliud graue impedimentum habuit, mittat legatū ad ſynodū, q abſentem accuſatum excuſet. Iſte caſus planus eſt & bonus, ſic ponēdo caſū videbis continuationē litteræ, quā per expoſitionem caſus perpēdes. Vel pone caſum ſicut littera ſonat. Sta

bet excommunicari: niſi aliena, id eſt, grauis eum neceſſitas præoccupauerit.

c ¶Legatum.] Sed numquid tenetur infirmus uel abſens ex iuſta cauſa, ex neceſſitate procuratorē mittere reſponſurum nomine abſentis? non uidetur, extra de procu. querelam. nam ſi contra abſentem feratur ſētētia, & ipſe poſtmodum probet iuſtā cauſam abſentiæ, retractatur ſnīa, licet non miſerit procuratorem, ut extra de ſen. & re iud. cum Bertholdus. & 7. q. 1. præſentium. immo & ſi ſub pœna promiſiſſet aliquis ſtare iudicio ad certā diem, ſi probaret iuſtā cauſā abſentiæ, ſubuenitur ei, ut ff. de arb. ſi cū dies. § ſi qs ex litigatoribus. Nam ægritudo iudicis uel partis prorogat diē. ff de re iudi. quæſitum. immo etiam ſi probabili cā abſit, non proceditur contra eū, ut extra de off. deleg. conſultationibus. Item ſm hoc non eſſet melior conditio illius, qui abeſt ex iuſta cauſa, quàm illius, qui abeſt ex iniuſta cauſa, quia qui nō uult intereſſe, ſufficit ei ſi mittat ꝓcuratorē, ut ff. de proc. l. 1. & generaliter traditur pro regula, quotieſcumq; quis abeſt ex neceſſitate, nō ex uolūtate, ſubuenitur ei, ſiue habeat ꝓcuratorem, ſiue nō, ut ff. ex quib. cau. maio. ſed & ſi § ulti. Item ſufficere debet talis, qui alleget cauſam abſētiæ, vt 65. diſt. ſi quis. Econtra probatur, q non ſufficit mittere procuratorē, qui alleget, cauſam abſentiæ, niſi alleget cauſam cauſæ, ut 12. diſ. eps. nā ſicut qs pōt mittere nūciū, ſic & procuratorē, ut extra de ap. cōſtitutus, nec excuſatē qs per iuſtā abſentiā qn fiat miſſio in poſſeſſionē bonorū ſuorū, ſi nō ſit qui defendat ēe, ut extra de eo qui mit. in poſ. ca. ult. nec exuli ſubuenitur ſi nō

Procuratorem non tenet mittere habens iuſtā cauſam abſentiæ.

ſo-

reliquit procuratorem, ut ff. de mino. Papinianus. nec ei qui appellationis cauſam proſequitur, ut ff. cū. qui ap. in prouincia debere defe. dı. l. 1. & 2. nec ſubuenit abſenti cā reipublicæ, vt C. de in integ reſt. ignorare. Ad hoc dicūt quidam, ꝙ actor ſemꝑ tenetur mittere ſuum procuratorem, ſiue poſſit, ſiue nō poſſit uenire, per id quod legitur. ff. de diuer. & tēp. pſcrip. l. 1. reus autē nō tenetur. Melius poteſt dici, ꝙ ſiue ſit reus, ſiue ſit actor, ſi habet iuſtam cauſam abſentiæ, nō tenetur mittere, niſi ſub hac forma ſit citatus, ut veniat, uel procuratorem mittat, ut probatur extra de do. & contu. cū dilecti. in fi. alioquin ſufficeret talē mittere, qui alleget cauſam abſentię. 18. diſt. placuit. & ex de ſent. & re iud. tenor. tamē ſi diutino impedimēto quis eſt detētus, ſi tale ſit negotium, quod poſſit expediri 1 ꝑ procuratorem, ita ut plene iudex poſſit inſtrui ꝑ procuratorem ſicut per dominum, bene tenetur mittere procuratorem talem ſufficienter inſtructum. Et ego credo, ꝙ decr. querelā, tales cauſas appellat graues, q̄ ita intricatæ ſunt & inuolutæ, quòd non de facili per procuratorem poſſunt expediri, ſed tamen non nego quin ſemper poſſit actor mitti in poſſeſſionem rerum abſentis ex quacumque cauſa reus abeſt, ubi actio eſt tempore peritura. Io.

a ¶Niſi.] Id eſt, ſi non.

b ¶Aliena.] Vel qa uocatur à Rege, ut 18. diſt. ſi epſ. tñ canon alia tria excipit, ætatem, & ægritudinem & grauiorem neceſſitatem, ut 18. diſt. placuit. Item ſi ad teſtimoniū dicendū, uel ad munincipales neceſſitates vocetur. ff. ſi qs cau. l. 2. in prin. Itē ſi occupatio ꝓpriorū negotiorū eum urgeat, ut ff. de re iud. contumacia.

REOS. CASVS. Dicitur ꝙ ſi quis de capitali crimine accuſatur, poteſt ſe excuſare per procuratorē, qui impedimentum alleget abſentis.

...tenditur, niſi [a] ad cauſam ſuam dicendam, electorum iudicum die ſtatuta litteris euocatus minime occurrerit, hoc eſt (niſi aliena † [b] præoccupauerit neceſſitas) infra duorum, vel trium menſium ſpatium, & eo amplius, prout cauſa dictauerit.

4. q. 5. ca. vnico. †*alia*] orig.

Codicis lib. 9. tit. de accuſat. & inſcrip. l. 3. Imp. Alexander Aug. ¶[*Reos capitalium criminum abſentes etiam per procuratorem defendi* [c] *leges publicorum iudiciorum permittunt.*] *Ecce, quòd epiſcopus impeditus, & cauſæ ſuæ adeſſe non uolens; legatum pro ſe iubetur ad ſynodum mittere. Sed legatus iſte non ad cauſam agendam, ſed ad neceſſitatem ſynodo exponendam mittitur, qua impeditus epiſcopus ſynodo præſentiam ſuam exhibere non valuit. Cauſam autem (maxime criminalem) nulli, niſi per ſe agere licet.*

Vnde Hadrianus Papa in capitulis, c. 38 ait.

¶Criminaliter accuſans, uel accuſatus per ſe experiatur. C. II.

Anſ. l. 3. c. 88. Pann. l. 4. c. 56.

IN criminalibus [d] cauſis nec accuſator, niſi per ſe, aliquē accuſare poteſt, nec accuſatus per aliam perſonam ſe defendere permittitur.

Item Anacletus Papa.

¶*Hoc capitulum, quod ex Anacleto citatur, habetur in concilio Eugenij Papæ ſecundi, tempore Ludouici, ac Lotharij Imperatorum habito, c. 19. Quod etiam à Leone quarto eſt repetitum. Ex quo canone Lotharius lib. 2. legum Longobard. tit. de aduocatis, & Vicedominis, octauum capitulare compoſuit.*

¶In omnibus cauſis præterquam in criminalibus epiſcopi, & ſacerdotes pro ſe aduocatum habeant. C. III.

QVia epiſcopus [e], vniuerſiſque ſacerdotes ad ſolam laudem Dei, bonorumque operum actiones conſti-

c ¶Defendi.] Scilicet ad excuſationes proponēdas, & etiam ad exceptiones objiciendas, ut extra de acc. ueniens, & ca. ſuper his. Melius eſt enim qualemcumque procuratorem admitti, quàm abſentem, &c. ff. de procu. ſeruum. § publice. C. de procur. exigēdi. licet M. dicat per legem iſtā, ꝙ poſt lit. conteſt. poteſt interuenire procurator ad defendendum in crimine.

ECCE. CASVS. Cōcludit Gra. ex ſupradictis, quòd in cauſa criminali poteſt quis procuratorem mittere ſi eſt impeditus, non ut cauſā agat principalem, ſed ut excuſet abſentem. Cauſam enim criminalem nullus per procuratorem agere poteſt, ſed per ſeipſum, ut inf. c. 1.

IN criminalibus.] CASVS. Hadrianus fuit īterrogatus, an per procuratorem quis accuſare poſſit, vel reſpondere in cauſa criminali, & reſpōdet dicens, quòd nō: ſed in propria perſona ſit accuſator, & etiam accuſatus.

d ¶In criminalibus.] Niſi in caſibus no. 2. q. 6. ſi quando.

QVia epiſcopus.] CASVS. Dicitur in hoc c. ꝙ unuſquiſq; epiſcopus uel ſacerdos in ciuili cauſa propria, uel eccleſiaſtica debet habere procuratorem bonæ famæ, & uitæ laudabilis. in cauſa uero criminali nō niſi per ſe agat, uel reſpondeat.

e ¶Quia epiſcopus.] Sed quid ſi ita pauper eſt ſacerdos, ꝙ non poſſit conſtituere procuratorē? Tunc per ſe litigabit, ſicut illuſtres pauperes, ut in Auth. de illuſtri. & qui ſuperilluſtres ſunt. coll. 5. iō aūt iubentur ſacerdotes conſtituere procuratores: qa nō expedit ſeruos Dei litigoſos eſſe, ut extra de ſyndico, ca. uno. & 2. q. 7. ſicut. & ne cogantur recedere à diuinis obſequijs, vt C. de epiſ. & cle. omnes. tum etiam quia cauſę materiam criminibus creare naſcuntur, vt C. de iud. properandum. in prin. habet ergo quælibet eccleſia œconomum, vt 89. diſt. quia. & 9. q. 3. cū ſcimus. 16. q. 7. qm̄ in quibuſdam. & conſtituetur auctoritate epī, C. de epiſ. & cler. omnes. §. hoc nihilominus. Sed quid ſi canonici aliqui contra epm̄ uolunt agere, tñc à ſuperiore 2 dandus eſt procurator ad litem, ſicut cum pupillus agit ꝯ tutorem. C. de in li. dādo tu. uel cu. l. 2. & vlt. Sed ſm̄ iura noſtra canonici per ſe ſine epo conſtituēt pro-

1 Vel dic prout in ipſa decret. querelam. not. Go. ꝙ cauſæ graues in quibus procurator interuenire non poteſt, eſt cā ſtatus cum quis vēdicatur in ſeruum. C. de aſſerti. tollen. l. 1. in princ. 54. diſt. frequēs. ſecus ſi quis clamat i liber tatem 2. q. 6. ſi quando. Arch.

2 Scilicet ordinario tantum nō delegato: quia hoc muſı eſt imperij ſecūdum In. & H. quod dic. vt no. extra de ꝓcurato. petitio. Arch. Sacerdotes iubentur litigare ꝑ ꝓcurator-

procuratorem. Io. ſed certe procuratorē ad agendum ꝯ alium ab ep̄o nō poſſunt conſtituere ſine auctoritate ep̄i, nec eſſe in iudicio, ut extra de iu. cauſam. & extra de procu. c. 1. B. Item habes hic, ꝙ procurator non poteſt eſſe infamis, ut dixi 3. q. 7. c. 1. Item habes hic, ꝙ

ſynodo epiſcoporum? Et reſpondet, ꝙ non: quæ debet congregari ſuo tempore, & auctoritate Papæ ſpeciali, ſed ſi aliter præſumptum fuerit, unum erit.
c ¶Auctoritate.] Generali. audiri enim poteſt cauſa ep̄i. ſed non pōt terminari ſine ſpeciali mandato apoſtolicæ

Canonici contra epiſcopū agētes, procuratorē conſtituere poſſunt.

tuuntur, debet vnuſquiſq. eorum tam pro eccleſiaſticis, quàm etiam pro ſuis actionibus (excepto publico [a] videlicet crimine) habere aduocatum [b] non malæ famæ ſuſpectum, ſed bonæ opinionis & laudabilis artis inuentum: ne dum humana lucra attendunt, æterna præmia perdāt.

QVAESTIO IIII.

Vòd autem abſque ſynodali audientia damnari non debeat, auctoritate Iulij Papæ probatur, qui epiſt. 1. ait.

Et in capit. Hadriani. c. 3. capitular. l. 6. c. 287.

¶Niſi in legitima ſynodo epiſcopus iudicari, uel audiri non debet. C. I.

NVllus epiſcopus, niſi in legitima ſynodo, & ſuo tempore apoſtolica auctoritate [c] conuocata, ſuper quibuſdam † criminationibus pulſatus audiatur, uel† iudicetur, uel damnetur. Sin aliter præſumptum à quibuſdam fuerit, in unam deducatur, quod egerint, nec inter ſtatuta [a] eccleſiaſtica ullo modo reputetur.

† *al quibuſuis*
† *al. id eſt*

[a] ¶Statuta.] *Abeſt hæc dictio ab originali, & cæteris locis indicatis.*

Item Zepherinus Vrbis Romæ archiepiſcopus, epiſtola prima epiſcopis Siciliæ.

¶Epiſcopus accuſatus à duodecim audiatur, cauſæ uero finis ad ſedem Apoſtolicam deferatur. C. II.

DVodecim iudices quilibet epiſcopus accuſatus, ſi neceſſe fuerit, eligat, à quibus eius cauſa iuſte iudicetur: nec prius audiatur, aut excommunicetur, uel iudicetur; quàm ipſi [d] per ſe eligantur, & regulariter uocatus † ad ſuorum primo conuentum epiſcoporum, per eos eius cauſa iuſte audiatur, & rationabiliter diſcernatur. Finis vero eius cauſæ ad ſedem Apoſtolicam deferatur, ut ibidem terminetur: nec antea finiatur (ſicut ab Apoſtolis, vel ſucceſſoribus eorum olim ſtatutum eſt) quàm eius auctori tate fulciatur.

3. q. 8. c. 1.
Poly. l. 5. titu 4.
Ans l. 3. c. 45.
Iuo p. 5. ca. 245.
† *al. vocato*

Quòd uero abſque ſynodali audientia epiſcopus damnari prohibetur; ſine præiudicio Romanæ ſedis oportet intelligi, quæ ſua auctoritate, quoſque ualet damnare, uel damnatos abſoluere. Vnde Gelaſius Papa [Ipſi ſunt canones] infra

eēps & ſacerdos ſemper debet litigare per procuratores. Et ſic patet, ꝙ ante litis conteſtationē & poſt, poteſt clericus ſecundū iura noſtra conſtituere procuratorem, & per ipſum iurare de calumnia, ut probatur extra de iura. calum. cum cauſam. niſi velis exponere ibi procuratorem. id eſt, œconomum, ut extra de iur. calum. in pertractandis. Et lex dicit, quòd ubi cōuenitur monaſterium, uel eccleſiaſtica perſona, poſſunt conſtituere procuratorem, ut in Authen. de ſanc. epiſ. §. ſi uero ep̄i. coll. 9. Alij uero comparant prælatos tutoribus: et dicunt, ꝙ ſicut tutor vel curator non poteſt ante lit. conteſt. conſtituere procuratorem, ut C. de procu. neque. ſic neque prælatus: quod non concedo. Nulla eſt enim comparatio inter tutores & prælatos, quia tutor eſt tēporalis; prælatus eſt perpetuus. tutor non utitur bonis pupilli, ſicut prælatus bonis eccleſiæ. tutela eſt onus, ſed prælatura eſt honor. prælatus habet liberam & generalem adminiſtrationē in bonis eccleſiæ, & dare pōt bona aliqua, ſi hoc habeat cōſuetudo eccleſiæ, ſed tutor nō. extra de dona. cap. ceterum.

Prælati nō ſunt tutoribus comparandi.

a ¶Publico.] Publicum uocat hic crimen, de quo ſolenniter & publicæ poteſt quis accuſari. idem enim eſt in priuatis criminibus, ut C. de iniu. l. ult. qa nec in illis interuenit ꝓcurator, ut ſ. ea. in criminalib.
b ¶Aduocatum.] Id eſt, procuratorem.

Crimen publicum qd̄ dicitur.

QVod autem abſque.] CASVS. Hic intitulatur quarta quæſtio, qua quæritur an epiſcopus ſit damnādus, ſine ſynodali auctoritate. Sed hæc quæſtio tractata fuit ſupra 3. q. 1. ſed hoc ſolum adijcitur hic, ꝙ Romanus Pontifex poteſt epiſcopum ſine concilio damnare, ut inf. ea §. quod uero.

NVllus epiſcopus.] CASVS. Quæſitum fuit à Iulio, vtrum epiſcopus ſit condemnandus abſque

ſtolicę ſedis, licet abſolui poſſet, vt 3. q. 6. quamuis. & c. dudum. tamen hoc non credo, ut dixi 3. q. 6. accuſatus. Et arg infr. c. proxi. in fi.

DVodecim iudices.] CASVS. Dicitur hic, ꝙ ſi neceſſe fuerit, epiſcopus accuſatus duodecim habeat iudices à ſe electos, qui crimen examinabūt epiſcopi: ſed Papa ſententiā dabit, ſi neceſſe fuerit, quod eſt ſi metropolitanus non eligit, uel ſuſpectos eligit.
d ¶Ipſi.] Infr. 9. q. 3. cuncta. & c. ipſi. & c. ſaluo.

QVOD VERO. CASVS. Dictū eſt ſup. c. nullus ꝙ epiſcopus condemnari non debet niſi ſynodo congregata, quod intelligi debet abſque præiudicio Romanæ

manæ ſedis. Nam Romanus Pontifex quoslibet pt abſoluere & condemnare abſq; ſynodo cõgregata, quod duabus auctoritatibus probat Gratia. ſcilicet Gelaſij, & Hadriani, & ſequenti §. dicitur, quòd in ſynodo ubi epiſcopus accuſatur, non debet aliquis facere ſtrepitũ, vel nec cõtentioſis vocibus acclamare, & hoc probatur auctoritate Apoſtoli, & Eſaiæ prophetæ, ſed omnia debẽt humiliter proferri, ne contentioſis vocibus ſenſus tur betur auditorum. & vigor iudiciarius eneruetur propter tumultum. & ſi quis fecerit ſtrepitum, uel tumultum, eijciatur uelut irriſor auctoritate Salomonis dicentis: Eijce deriſorem, &c. & ſententiam excommunicationis per triduum patietur.

† eſt initiũ cauſæ nonæ

cauſa nona, [*Sententia † excommunicationis notatus.*] [*Item Hadrianus c.8.*] [*Saluo Romanæ eccleſiæ in omnibus primatu, manifeſtum eſt, quòd illa, quæ ſunt per vnamquamque prouinciam, ipſius prouinciæ ſynodus diſpenſet: ſicut in Nicæno* [a] *conſtat decretum eſſe concilio.*] *Cum vero accuſatus ad concilium uenerit, quidquid conſidentium conſultationibus agitur, aut ab accuſantium parte proponitur, non contentioſis vocibus, ſed mitiſſima verborum relatione proferatur.*

3. q.6. neminem.

Vnde in Toletano concilio xi. c.1. legitur.

¶In cognitione cauſarum contentioſi locum non habeant. C. IIII.

Anſ. ī principio Iuo p.4.c.245. † al. perturbare Eſa 32. † al. collationibus † al. à cauſantium Iac. 1.

IN loco benedictionis [b] conſidentes Domini ſacerdotes nullis debent aut indiſcretis uocibus perſtrepere, aut quibuslibet tumultibus perturbari †, nullis etiam uanis fabulis, uel riſibus agi, & (quod deterius eſt) obſtinatis diſceptationibus tumultuoſas voces effundere: [Si quis enim, ut Apoſtolus ait, putet ſe religioſum eſſe, non refrænans linguam ſuam, ſed ſeducens cor ſuum, huius uana eſt religio:] cultum enim ſuum iuſtitia perdit, quando ſilentia iudicij obſtrepentium tuba † confundit, dicente propheta: Erit cultus iuſtitię ſilentium.] Debet ergo quidquid aut conſultationibus † conſidentium agitur, aut ab † accuſantium parte proponitur, ſic mitiſſima [c] verborum relatione proferri, ut nec contentioſis uocibus ſenſus audientium turbent; nec iudicij † vigorem de tumultu eneruent. Quicumque ergo in conuentu concilij hæc, quæ præmiſſa ſunt, uiolanda crediderit, & contra hæc interdicta aut tumultu [d], aut contumelijs, uel riſibus concilium conturbauerit; iuxta diuinæ legis dictum, quo pręcipitur: [Eijce deriſorem, & exibit cum eo iurgium.] & cum omni dedecore de confeſſione † abſtractus à communi cœtu ſecedat, & trium dierum excommunicationis [e] ſententiam perferat.

† al. turbo al. quando ſilentium perit. & iudicium obſtrepentium turba confundit † al iudicum

Prou. 22. † in vulgaris legebatur. confeſſione

QVAESTIO V.

NVnc autem [f] *quæritur, an ſit aliquis indicandus maleuolus; quia crimen alterius indicat. De hoc ſcribit B. Auguſtinus ſer.3. de communi vita clericorum, ſeu regula tertia dicens.*

Idem ep.109.

¶Magis nocet, qui crimen celat, quàm qui amicabiliter indicat. C.I.

NOn

b ¶In loco benedictionis.] Id ē ſynodi. c ¶Mitiſſima.] Vt C. de obſeq. patrono pręſ.l. ſi manumiſſori. & ſ.3.q.7. ſi qs adeo. lex punit talem ultimo ſupplicio, vt C. de his qui ad eccleſiã cõfug. denunciamus. d ¶Tumultu.] Sic pſumitur de iniuſta electione illius, qui per clamorē eſt electus. extra de elec. Oſius. 8. qõ 1. ſi ergo. Et eſt ſimile de conſec. diſt. 3. irreligioſa. e ¶Excommunicationis.] à conſortio fratrum 2. ſic ſ. diſt. 45. neminem.

NVnc aũt.] Hinc intitulatur quinta q̄ſtio, qua quærit, an aliquis ſit maleuolus iudicãdus quia indicat crimen alterius. Et certe ſi bono zelo hoc faciat, præmiſſa admonitione, non debet maleuolus iudicari, vt 2. qõ.1. ſi peccauerit. dum tñ indicet tali, qui poſſit prodeſſe, & non obeſſe, ut 22.q.5. hoc videtur. Itē ſi crimen, qđ proponitur, vult probare: ſi ex charitate hoc facit, audit, ut ĩ. ca.1. Si ex odio hoc facit, repellitur, ut ſ. 2.q 7. ſi qui ſunt. f ¶Nunc autem.] Si bono zelo quis indicat crimẽ illi, qui poteſt prodeſſe, & non obeſſe, non eſt maleuolus. 22. qõ.5. hoc uidetur. & ſi præmonuerit eũ quẽ accuſat. 2. q.1 ſi peccauerit. Vel ſi crimen propoſitum vult probare 3.2. q.8. qui crimen. ĩ. ea. q.1. c.2. Sed ſi crimen tantum proponeret, & non proſequereretur, puniendus eſſet tanquam proditor, ut 46. diſt. accuſatores.

2 Sub. ſed non ſacramẽtorum vt dixi ſ. c. q.2. pſenti, ibi uideas. Arch.

Crimē indicãs nõ ſemper dicitur maleuolus.

3 In hoc caſu, ſi facit ex charitate audit ĩ. e.c.1. Si ex odio hoc facit, repellitur. 2.q. 7. ſi qui ſunt. Archid.

1 Sic ſcripſit Hu. Alex. & Lau. Ad idẽ 9. qõ.2. non initiati. ſm Hug.

vel tumultum, uel aliquid ſimile.

a ¶Sicut in Nicæno.] Sup. 3. q.6. neminem t.

IN loco benedictionis.] CASVS Dicitur in hoc ca. q in ſynodo vbi epiſcopus accuſatur, vel cauſæ difficiles tractantur, nullus debet facere ſtrepitũ, vel tumultũ,

NOn uos.] CASVS. Quidam ſe putabant peccare, cum iudicabant crimen alterius, ſed Augu. dicit,

quòd non peccãt:ſi hoc bona fide faciunt, immo magis delinquunt ſi tacent permittẽdo perire quos corrigere poſſunt. Et hoc probatur ſimilitudine morbi corporalis, uel alterius.

a ¶Non vos.] Hoc c. loquitur de denunciatione, & de ſecreta correctione. Et eſt arg. hic, ꝙ quilibet ad denunciationem tenetur 1.

b ¶Indicatis.] Illis, q̃ poſſunt prodeſſe.

c ¶Tacendo.] Inf. 8. q. 1. quid autem. contra. ſed hic de ſecreta correctione loquitur; ibi de manifeſta.

1 Ar 23. q. 5. nõ putes. vbi de hoc arg. ad hoc 8. 2. q. 1. ſi quis. 2. q. 7. ſicut. & c. qua ꝓpter. 24. q. 3. iam ſacerdotes.

tate Salomonis, dicentis, Dulciora ſunt, &c.

g ¶Amariſſime.] Id eſt, amare.

EX HIS. CASVS Concludit Gra. ex ſupradictis ea ꝙ melius eſt aliorum crimina ex charitate indicare, quàm celare. Sed Euſebius uidetur dicere cõtrarium, qui

vos [a] iudicetis eſſe maleuolos, quando crimen alterius indicatis [b]. Magis quippe innocentes non eſtis, ſi fratres ueſtros, quos indicando corrigere poteſtis, tacendo [c] perire permittitis. Si enim frater tuus uulnus habet in corpore, quod uelit occultari, dum timet ſecari; nonne crudeliter à te ſiletur, ac miſericorditer indicatur? quanto ergo potius debes † manifeſtare crimen, ne deterius putreſcat in corde?

† *eum debet manifeſtare, ne, &c.*] orig.

Item ad Vincentium Donatiſtam, & Rogatiſtam, epiſtola 48.

¶Nec qui parcit eſt amicus, nec qui uerberat, inimicus. C. II.

NOn omnis, qui parcit, amicus eſt †; nec omnis, qui uerberat, inimicus. Meliora ſũt uulnera amici, quàm voluntaria oſcula inimici. Melius eſt cum ſeueritate diligere, quàm lenitate decipere. ¶Vtilius eſurienti panis tollitur [d], ſi de cibo ſecurus iuſtitiam negligebat; quàm eſurienti panis frangitur, ut iniuſtitiæ ſeductus acquieſcat †. ¶Et qui phreneticum ligat, & qui lethargicum excitat, ambobus moleſtus ambos amat. ¶Quis nos poteſt amplius amare, quàm Deus? Et tamen nos non ſolum docere ſuauiter, uerum etiam ſalubriter terrere non ceſſat. Fomẽtis lenibus, quibus conſolatur, ſæpe etiam mordaciſſimũ medicamentum tribulationis adiungens, exercet fame patriarchas [e] etiam pios, & religioſos; populum contumacem pœnis grauioribus agitat; non aufert ab Apoſtolo ſtimulum carnis tertio rogatus, ut uirtutem in infirmitate perficiat. *& infra.* ¶Noueris α aliquando furem auertendis pecoribus pabulum ſpargere, & aliquando paſtorem flagello [f] ad gregem pecora errantia reuocare.

23. q. 4. nimiũ. §. non omnis. *Prou.* 27.

† Concor. tex. in l. late culpæ. §. amicos, cũ ibi no. ff. de ver. ſig. facit l. uerborum. eo. tit.

† ĩ. 23. q. 4. nimiũ. Pan. c. ſi uir, de adult.

Gen. 42.

2. *Cor.* 12.

α Noueris] *Apud B. Auguſtinum legitur*, & noueris, *pendetque hæc pars ex ſuperiore periodi parte.* & putas nullum vim adhibendam eſſe homini, &c.

NOn omnis.] CASVS. Vincentius hæreticus compellebatur flagellis ad fidem, quã ſuſceperat retinendam, de quo Vincentius conquerebatur. Auguſtinus uero dicit, ꝙ cogi põt: quia errãtibus & malis non eſt parcendũ, ſed corrigendi ſunt; & quia correctores ſunt meliores quàm alij: & hoc probat quinque exemplis, ſcilicet amici, & diſpenſatoris, medici, Dei, & paſtoris. Primum exemplũ eſt in principio. Secundum eſt ibi, [Vtilius.] Tertium ibi, [Et qui phreneticum.] Quartum ibi, [Quis poteſt nos. Quintum ibi, [Noueris aliquando.]

d ¶Tollitur.] Non obſt. 86. diſt. paſce. q̃a illud de eo q̃ ad mortem eſurit. ſic 11. q. 3. quoniam multos. Et eſt hic arg. ꝙ excommunicato non eſt dãda eleemoſyna. De hoc dixi 42. diſt. quieſcamus.

e ¶Patriarchas.] Iacob & filios eius, qui per famem coacti iuerunt in Aegyptum.

f ¶Flagello.] Not. voluntatem potius ſpectandam, quàm factum, ut 23. q. 1. paratus, diſt. 5. ad eius uero. & qualitas facti ex perſona facientis præſumitur. 11. quæſt. 3. abiit, & 33. q. 4. ea uindicta.

Voluntas potius q̃ factum attendi debet.

Item ex ſermone 84. *Ambroſij, qui ſic incipit:* [*Amarior fortaſſe.*]

¶Non odio habetur, ſed diligitur, qui caſtigatur, & corripitur. C. III.

NOn oſculatur ſemper pater filium, ſed & aliquando caſtigat. Ergo, quando caſtigatur, qui diligitur; tunc circa eum pietas exercetur. Habet enim & amor plagas ſuas; quæ dulciores ſunt, cum amariſſime † [g] inferuntur. Dulcior enim eſt religioſa caſtigatio, quàm blanda remiſſio. Vnde ait propheta: [Dulciora ſunt uulnera amici, q̃ voluntaria oſcula inimici.]

† *al. amarius*

Prou. 27.

NOn oſculatur.] CASVS. Probat hic Ambro. quòd ſi ex charitate delinquentes corrigantur, bonũ eſt. Et hoc probat exẽplo patris, & auctori-

Ex his verbis datur intelligi, quòd magis confert utilitati fraternæ, qui crimen accuſando, vel indicando perſequitur, quàm qui celando fouere nititur. Euſebius autẽ Papa con-

qui ſponte aliorum crimina confitentis repellit ab accuſatione epiſcoporum. Et ad hoc inducit ſequētia c.

ILli qui.] CASVS. In hoc c. continentur tria genera perſonarum, quæ repelluntur ab accuſatione epõrum, ſcilicet in fide catholica ſuſpecti, inimici, & illi qui

cũ tormentis: ſed falſum eſt. quia tantũ exceptis criminibus admittunt̃ viles, vt ĩ 4. q. 3. §. ſi aũt ea conditio.

c ¶ Religioſus.] Iſtud obtinet in exceptis criminibus, in crimine læſæ maieſtatis, vbi accuſator torquetur, vt 6. q. 1. § verum. C. ad leg. Iul. maie. nullus. in fi. ſed in ciuili cauſa nunquã torquetur aliquis, niſi in defectum probationum, ut in authẽ. de teſti. §. ſancimus. coll. 7. Vel dic ꝙ prima pars loquitur de accuſatore, ſecunda de teſte, viles enim teſtes bene torquentur in exceptis criminib. vt 4. q. 3. ſi autem ea. & etiam in ciuilibus negocijs in defectũ probationem, vt dixi.

tra ſtatuere videtur, dum aliorum crimina ſpontè confitentes in epiſcoporum accuſatione recipi prohibet dicens epiſt. 1. ad epiſcopos Galliæ.

¶Ad accuſationem non admittantur aliorum crimina ſpontè confitentes. C. IIII.

Anſ. l. 3. c. 25.

ILli, qui aut in fide catholica, aut inimicitia ſuſpecti ſũt, ad pulſationem epiſcoporum non admittantur: qa veritatem profeſſionis infidelitas & inimicitia impedire ſolet. Nec illi credendi ſunt, aut admittendi, qui aliorum ſpõtè crimina [a] confitentur. Et ideo replicanda eſt [b] ſolicitè ueritas, quam ſpontè prolata in illis uox habere non poteſt. Hane diuerſis cruciatibus è latebris ſuis religioſus † [c] tortor exigere [d] debet, ut dum [e] pœnis corpora ſubijciuntur, quæ geſta ſunt, fideliter, & ueraciter exquirantur.

† rigoros° Iori.

Item in prouerbijs, c. 11.

¶De eodem. C V.

QVi ambulat fraudulenter, reuelat arcana: qui autem fidelis eſt, celat amici commiſſum. *Item infra ca. 25.* Quæ uiderũt oculi tui ne ꝓferas in iurgio cito, ne poſtea emendare non poſſis cum dehoneſtaueris amicum tuum.

Sed aliud eſt ex charitate aliorum crimina deferre, ut quos ſecreta admonitione corrigere non poſſumus, conuictos iudicis ſententia corripiat: atque aliud, inſidiando falſa obijcere, uel inſultando vera facile exprobrare. Illud uero charitatis, hoc autem impietatis eſt officium. Vnde in eiſdem prouerbijs, cap. 12. dicitur: [Verba impiorum inſidiãtur ſanguini: os iuſtorum liberabit eos.] & infra: [Qui quod nouit, loquitur iudex & iuſtitiæ eſt: qui autem mentitur, teſtis eſt fraudulentus.] Item. ¶ [Labium veritatis firmum erit in perpetuũ: qui autem teſtis eſt repentinus [f], cõcinnat

d ¶Exigere.] Non ꝑ ſe, ſed per alios, vt 96. diſtin. non liceat. per clericos autem, non per laicos. extra de ſent. excom. vniuerſitatis. habes ergo hic, ꝙ prælatus poteſt ſubditos corporaliter punire, ut 45. diſtinc. cum beatus.

e ¶Vt dum.] Hoc nõ refertur ad oĩa ꝑdicta, ſed tantum ad illos, qui ſpontè confitentur. inimicus. n. non poteſt eſſe teſtis in aliquo crimine. extra de ſimo. licet Hely. poteſt tñ dici, ꝙ inimicus torqueri qñque poteſt, & æſtimabit iudex an adhibebit ei fidem, uel non, vt ff. de qõni. in fi. Sed utrum clerici debeãt ſubdi verberibus pro teſtimonio dicendo dubitatur, quod vr̃ 1. vt hic, & ĩ. ead. q. pro

Teſtes viles poſſunt torqueri.

Clerici an poſſint ꝑ teſtimonio torqueri.

qui ſpontè aliorum crimina confitentur publicè, ſcilicet detractores, quos ſi contingat recipi in excepto crimine in accuſationem uel teſtimonium ꝯ eos, quia tales quamuis veritatem ſciant, non eſt eis tamen ſponte confitentibus credendum, ſed elicienda eſt ab eis ueritas per tormenta à iudice eccleſiaſtico. ſcilicet archiepiſcopo cum reliquis epiſcopis, ut de ſuis latebris ueritas eruatur Sequens c. planum eſt.

a ¶Sponte crimina.] Id eſt, detractores. 3. q. 4. detractores. & 46. diſt. accuſatores. Vel aliter, id eſt ſine diſcretione.

b ¶Et ideo replicanda eſt.] Id eſt, ſæpius quærenda ꝯ omnes ſupradictos, ſm quoſdam, quod nõ placet, ſed contra confitentes tantum, quia inimici & infideles nunquam admittuntur.

Iudex eccleſiaſticus ꝑt virga punire.

c ¶Religioſus.] Sed qualiter exercet religioſus uir cãm ſanguinis. ꝯ illud. 23. q. 8. his à quibus? Sed dic ꝙ eccleſiaſticus iudex poteſt uirga punire, ut 23. q. 5. c. 1. & hoc non eſt iudicium ſanguinis, ſed hic facit quæſtiones in cauſa ciuili, quod fieri licet in defectũ probationũ. ff. de quæſtio. diuus & etiam in eccleſiaſtica criminali. 2. q. 1. in primis. in fi. Quidam etiam ex hoc loco dicunt uiles contra clericos generaliter admitti

xi. quia. & cap. presbyteri. & 45. diſt. cum beatus. Dicunt tamen quidam minores clericos poſſe torqueri, ſed non maiores. Alij dicunt omnes ſuſpectos poſſe torqueri. nam & liberi uacillantes torquentur, ut ex̃ de accu. 2. ſuper his. ff. de quæſtio. de minore. & eccleſia virgis poteſt aliquos corrigere, 24. qõ. 5. cap. 1. hoc certum eſt, ꝙ minores clerici indiſtinctè pro quolibet crimine verberibus ſubijciuntur, ut 35. diſtin. ante. Sed maiores nõ, [1] niſi pro enormibus ut diſt. 45. in ſumma. tamen licet clerici torqueantur pro delicto, non tamẽ pro teſtimonio dicendo ſecundum pleroſq;, qui dicũt non tenere iſtam legem. infra. ea. qõ. 6. presbyteri. Vel dic quòd clerici ſuſpecti poſſunt torqueri non à laico, ſed ab epiſcopo.

QVi ambulat frandulẽter.] SED ALIVD EST. CASVS. Soluit modo Gratianus dictam obiectionẽ dicens, ꝙ accuſare aliquem ex charitate ad hoc vt corrigatur à iudice, officium eſt pietatis, & ad bonos pertinet, ſed falſo accuſare, vel falſa crimina alicui obijcere, officium eſt impiorum, & ad malos pertinet. Et hãc ſolutionem probat ſex auctoritatibus, quarum quinque ſunt de prouerbijs Salomonis.

f ¶Repentinus.] Quale ergo erit reſponſum teſtis? nam

1 Dicit H. notandum eſſe, ꝙ clerici ſpõtè aliorũ crimina confitẽtes indifferenter ſubijciũt verberibus ſi res exigat tales recipi in teſtimonium, ut in hoc c. illi q. & ita ipſe. no. 45. diſt. in ſumma. Archi.

2 Al. de pœni.

nam ſi cito reſpondet, videtur mendax, ſi in mora, uidetur dubius, ut 50. diſt. ponderet 1.

Q Vi autem.] Hæc quæſtio diuiditur in tres partes, in prima quarum probatur, ꝙ qui calumniatur, tenetur ad pœnam talionis, & hoc ꝓbat per tres auctoritates. Secund. ibi, [Presbyteri.] Tertia ibi, [Epiphanium.] Ioan. de Fant.

1 Vel dic ꝙ hic repetit quæſtionē, vt demonſtret, ꝙ in calumniatorem pōt eſſe pœnę cōmutatio ſecundum 1.

perdere quod nunquam habuit². 30. q. 1. puellæ. 17. diſt. concilia. 23. q. 4. Guililarius. 27. q. 2. § ex his 2.

e ¶Caſtigari.] Hic una pœna cōmutatur in aliam pœnam corporalē. ſic 12. q. 2. §. libertus. & 68. diſt. presbyter. 14. q. ult. c. 1. ff. ff. de accu. hos. §. omnibus. in fi.

2 Et 23. q. 1. c. quorūdā. ubi de hoc, in fi.

linguam mendacij.] *Item c. 13* ¶[*Qui cuſtodit os ſuum, cuſtodit animam ſuam: qui autem inconſiderate*† *loquitur, ſentiet mala.*] *& infra.* [*Verbum mendax iuſtus deteſtabitur: impius autem confundit, & confundetur.*] *Item Auguſtinus in pſal. 37.* [*Si aliquando ꞵ humana infirmitate pedes noſtri in aliquod peccatum mouētur, inſurgunt linguæ iniquiſſimorum inimicorum, cum fuiſſet miſerēdum: irrident impij, unde dolent pij.*]

† *inconſideratus eſt ad loquēdū*] vulg. in uerſ. qua dixi

α ¶Iudex.] *Sic in biblijs etiam Compluti, & Antuerpiæ impreſſis. Sed in nonnullis manuſcriptis habetur*, index: *Græce autem* ἐπιδεικνυμένην πίστιν ἀναγγέλλει δίκαιος, ὁ δὲ μάρτυς τῶν ἀδίκων δόλιος, *id eſt*, clarum teſtimonium dat iuſtus, teſtis autem iniuſtorum doloſus.

ꞵ ¶Si aliquando.] *Hic verſiculus uidetur ſumptus partim ex verbis B. Auguſtini, partim ex gloſſa marginali, & interlineari in eundem locum ex eod. B. Auguſtino, & Caſsiodoro.*

QVAESTIO VI.

Q *Vi autem*[a], *quod intulit, probare non ualet, puniendus eſt.* capit. l. 1. c. 277.

Vnde Hadrianus Papa ait ī capitulis, c. 41.

¶Puniatur qui alijs falſa intulerit. C. I.

OMnis, qui alijs falſa intulerit, puniatur[b], & pro falſitate ferat infamiam. Anſ. l. 3. c. 92.

Item Gregorius Papa.

¶De eodem. C. II.

Q*Vi calumniam illatam non probat, pœnam debet incurrere, quam ſi probaſſet, reus utique ſuſtineret.*

¶*Hic Gratianus partem ſequentis capituli, quaſi quandam per ſe ſententiam, quod non raro ſolet, præponit.*

Item in regeſto.

¶Qua pœna feriatur, qui crimen illatum non probat. C. III.

QVia iuxta canonicas patrum ſententias, qui calumniam illatam non probat, pœnam debet incurrere, quā ſi probaſſet, reus utiq; ſubſtineret; ac per hoc, quia ſubdiaconus crimen diacono probare nō potuit, quoniā impoſitionē manus[c] (qua carere potuiſſet) non habuit, non ſolum α ſacerdotio[d], ſed officio caruit & tamquā reuera infamis meruit uerberibus caſtigari[e]. Nam cui cum tribus, teſtibus, ueluti[f] laico crimen quodlibet approbatur, non eſt mirum, quod obiecit dum probare non Iuo. diaco. li. 4. vitæ B. Greg. c. 31.

CASVS. Hic intitulatur ſexta quæſtio, qua quæritur qua pœna ſit puniendus qui deficit in probatione criminis, quod obiecit. Sed quæſtio tractata eſt ſup. 2. q. 3. Sed Gratianus eam repetit, vt addat quædam c. de hac materia loquentia, & ut addat de cōmutatione & recompenſatione pœnæ, ut qui non poteſt pati pœnam legitimam, patiatur aliam loco eius. Prima duo cap. ſequentia per ſe patent.

a ¶Qui autem.] Hęc[1] quæſtio expedita eſt ſ. 2. q. 3.

b OMnis.] ¶Puniatur.] Si conuictus fuerit de calumnia, ut 2. q. 3. §. notandum 2.

QVia.] CASVS. Quidam ſubdiaconus crimen cuidā diacono obiecit, ſed defecit in probatione. Quæſitum fuit à Grego. qualiter debeat puniri? & reſpondet ꝙ pœna talionis puniri non poteſt, cū ſit diaconus, ſed careat promotione ſacerdotij, quam habere poterat, & executione officij, quod habet, & tamquam reuera infamis verberibus caſtigetur uelut laicus ꝯuictus de crimine, & illud uerbū, uelut laico, in apparatu exponitur multipliciter, ſed certe per caſum poſitum debes litteram intelligere.

c ¶Manus.] Presbytero enim & diacono tantum manus imponitur, ut 20. diſt. presbyter. & c. diaconus. Sed ꝯ. 49. diſt. c. 1. vbi & clerico iubetur manus imponi, ſed illud de manu benedictionis, hoc de manu cōſecrationis. Vel dic ꝙ tēpore Gregorij, ſubdiaconatus non erat ſacer ordo. 31. diſt. ca. 1.

Perdit quis quod nunquam habuit.

d ¶Sacerdotio.] Quod habiturus erat, arg. ꝙ quis dē

f ¶Veluti.] Hic vult dicere, ꝙ ſubdiaconus conuincitur ueluti laicus quātum ad hoc, ſcilicet ꝙ ſicut cauſa laici ab epiſcopo uno audiri poteſt, ſic cauſa ſubdiaconi, ut 15. q. 8. Fęlix. ſecus eſt in diacono. quidam etiam referunt hoc ad qualitatē teſtiū, ut ſicut bigami admittuntur

tuitur contra laicum, ſic cõtra ſubdiaconum, quia poſſunt ex diſpenſatione fieri ſubdiaconi, ut 34 diſtin. lector. ſed eadem ratione homicida admittitur contra ſacerdotem, cum ſecum diſpenſari poſſit à Papa 1.

PRESBYTERI. CASVS. Quæſitum fuit ab Imperatore

audiantur. ſed ſi presbyteri falſitatem dixerint, licentiam habeant litigatores de falſo eos redarguere, & quanto in maiori honore ſunt poſiti, tanto maiori pœna debẽt affici, ſi in crimine reperiant̃ falſitatis: & illud verbum, & leges præcipiunt, id eſt, fortè, in quibus caſibus laici torquentur, & ipſi torqueant̃.

ſufficit, ſi corporali infamiæ, quemadmodum laicus, ex iuris ſimilitudine ſubiugatur. Quod enim eſſet diacono gradum amittere, hoc fuit ſubdiacono famæ plenitudine caruiſſe.

¶ *In regeſto B. Gregorij hæc non ſunt inuenta, ſed habentur omnia in vita ipſius à Io. diacono ſcripta, lib 4 c. 31. Is enim poſtquam citauit epiſtolam 66 libri noni Anthemio ſubdiacono ſcriptam, inde iſta colligit,* Idcirco Gregorius non probãtem quod obiecerat, ſubdiaconum officio iubet priuari: quia iuxta canonicas patrum ſententias, quia calumniatam, &c *vſque ad finem Sicut autem caput hoc ex Io. diacono ſumptum eſt; ita in Decretalibus caput primum tit de calumniat. ex ipſa Gregorij ad Anthemium epiſtola eſt acceptum.*

a ¶ Solum] *Vox iſta abeſt ab originali ſed ob gloſſam non eſt inducta.*

Codice libro primo, tit. de epiſcopis & clericis, l. 8. Imperator Theodoſius.

2 ¶ *Presbyteri* [a] *citra iniuriam quæſtionis teſtimonium dicant, ita tamen, ut falſa non ſimulent. Cæteri vero clerici, qui eorum † deinde gradum, uel ordinem ſequuntur, ſi ad teſtimonium dicendum petiti fuerint, prout leges* [b] *præcipiunt, audiantur: ut ſalua tamen ſit litigatoribus falſi actio, ſi fortè presbyteri, qui ſuo †* [c] *nomine ſuperioris loci teſtimonium dicere citra aliquam corporalẽ iniuriam ſunt præcepti, hoc ipſo, quòd nihil metuant, uera ſuppreſſerint. Multo magis. n. pœna digni ſunt, quibus quam plurimum honoris per noſtram iuſſionem delatum eſt, ſi occultè † inueniantur in crimine †. ¶ Item conſtitutione tertia coll. 9. ¶ Presbyteri* [d]*, ſeu diaconi, ſi falſum teſtimonium dixerint; ſi quidem ĩ re pecuniaria; a diuino miniſterio duntaxat per tres annos ſeparati, monaſterio tradantur: Si in criminali, clericatus honore nudati, legitimis pœnis* [e] *ſubijciantur. Cæteri vero clerici communi* a *iure ab officio eccleſiaſtico pulſi, ſine delectu cauſæ legitimè coerceantur.*

a ¶ Communi. *Hæc omnia verba,* communi iure ab officio eccleſiaſtico pulſi, *abſunt à manuſcriptis ſunt tamen in trãſlatione, quæ habetur in codice. Nec vero Gratianus ipſa omnino verba aut veteris interpretationis, aut Iuliani aut Irnerij retulit. Quare operæpretium fuerit nouellam ipſam Græcam & uulgatas interpretationes conſulere: extant enim aliquæ varietates non contemnendæ.*

Item Gregorius Ianuario epiſcopo lib. 3. epiſt. 24.

¶ Ad ſanctæ communionis miniſterium † non accedat, qui crimen illatum non probat. C. IIII.

3 EPipha-

a ¶ Presbyteri.] Bonæ opinionis, ſecundum H. ſecus ſi ſuſpecti ſunt, vt ſ. ea. q. 5. illi. ſed hoc non placet 2. minores ergo clerici põt coram epõ torqueri, non à laico. vel non credo tenere quod hic dicitur.

b ¶ Leges.] Circa laicos infames.

c ¶ Qui ſuo.] Id eſt, propter ſuũ honorẽ.

PRESBYTERI. CASVS. Quæſitum fuit à Iuſtiniano, qua pœna debent puniri preſbyteri & diaconi ſi de falſo teſtimonio conuincantur? Et reſpondet, ſi in ciuili cauſa falſum dixerint teſtimonium, ſeparati à miniſterio duntaxat per tres annos detrudantur in monaſterium. Sed in criminali primum degradentur, deinde pœnis legitimi ſubijciantur. Cæteri vero clerici ſine delectu cauſæ legales pœnas patiantur.

d ¶ Presbyteri.] Qualiter ſtatuit hic Imperator aliquid de rebus eccleſiaſticis, cõtra id 96. diſtinct. bene quidem. niſi hoc fecerit aucto. Apoſtolica. 97. diſtin. eccleſiæ. & cap. victor. Sed hic inſtruit iudicem eccleſiaſticum quid facere debeat. ſic infra ead. delatori.

e ¶ Legitimis pœnis.] Quæ ſunt ff. de fal. l. 1. §. vlt. vbi dr̃, ꝙ pro crimine falſi, ſi eſt liber, deportatur. & omnia eius bona publicantur: ſi eſt ſeruus, patiatur ultimũ ſupplicium. Vel intellige de pœnis canonicis, prout dr̃ diſt. 50. ſi epõs. Vel dic cum iudex ex officio ſuo punit teſtẽ ſm ſuũ arbitriũ punit eũ, ut C. de

tore an presbyteri cum ferunt teſtimonium ſint uerberibus ſubijciendi? Et reſpondet ꝙ non, propter prærogatiuam ſacerdotij, hac tamen conditione, ut falſa non dicant, cæteri vero clerici prout leges præcipiunt,

teſti. nullum. ſecus ſi directè accuſatur teſtis 3. vt 50. di ſi. in. ſi epiſcopus. & ff. de fal. l. 1. §. vlt.

EPiphanium.] Hæc eſt 3. pars. q. in qua vult probare qualiter ſunt puniendi qui non probant quod objiciunt

1 De hoc articulo nota ex̃ de hom. ſicut dignũ §. vlt. Arch.

2 Vnde gñaliter intelligas litterã vt ſonat ſm B. Iſi.

† al. eum

† al. ſub

† al. ſi in occulto inueniatur crimen.

Cod. eod. ti. Authentica ſequẽti. Presbyteri. Nouella 123 §. reuerẽdiſſimis.

† Concor. tex. in l. oẽ. §. qui manus. ff. de te. mili. & l. ꝑsbyteris. C. de epi. & cle. Crimen falſi qua pœna puniti.

† al. myſteriũ

3 Et videas qđ no. 2. q. 3. in ſumma. in fi. & qđ legi. & no. 23. q. 5. Rex dẽt. & 33. q. 5. hæc imago I ſi. Archi.

obijciunt,& ad hoc ponit 2.c.Ioan.de Fan.
CASVS. Quidam abſentes libellum accuſationis, ut Epiphanium infamarẽt miſerunt epiſcopo ſuo. ſ. Ianuario; qui cum libello accuſationis prædictum Epiphanium ad Papam miſit. tunc Papa examinata cauſa, & cognita innocentia Epiphanij eum abſoluit, & mandat epiſcopo, ut illos accuſatores excommunicaret, niſi uenirent, & probarent crimen q̃d obiecerant. ita poſuit Hugo caſum. Beneuen. uero ſic ponit caſum. Epiphanius preſbyter dicebatur rem cum quibuſdam mulieribus habuiſſe: q̃d ſcelus quidam ſermone tacito nomine ſuo ſignificauit Dño Papæ Greg. quo audito præcepit Greg. Sabino defenſori, ut mulieres illas, quas preſbyter Epiphanius dicebat cognouiſſe, & alios qui eiuſdẽ rei veritatẽ ſciũt, Romam adducat: quo facto & oĩbus in præsẽtia Papæ poſitis, cum nullũ crimen in Epiphanio inueniret, remiſit eũ ad Ianuarium epiſcopum, corã quo ſi ille, qui talẽ epiſtolã miſit, nõ apparuerit paratus q̃d obiecit probare, a communione remoueatur. Sed primus caſus mihi magis placet. Quæ ſequuntur, plana ſunt vſq; ad finem, quantũ ad caſus poſitionem.
a ¶ Epiphanium.] De eo agitur extra de teſti. quoniam.
b ¶ Litteris.] Sed qualiter hoc fecerit, cum non ſit admittẽda accuſatio p litteras, ut 2.q 8 per ſcripta. & 3.q.9. abſente? ſed hic non plene examinauit cauſam.
c ¶ Accuſatũ.] Id eſt: infamatum.
d ¶ Diſcutiẽtes.] De plano, non in forma iudicij. extra de accuſatio. olim.
e ¶ Abſoluimus.] Ab obſeruatione iudicij, vnde poſtea admittitur accuſatio.
f ¶ Paratus.] Nunne potuit accuſator pœnitere, & dicere ſe erraſſe, ut ſ. ea. q. 1. quidam. & ante lit. conteſt. põt deſiſtere accuſator. ut extra de accuſ. licet 1. in fin. ſed iſtud eſt ſpeciale in accuſatione epiſcopi, uel cum orta eſt infamia, ut dixi ſ. 4. q. 5. quiſquis.
g ¶ Delatori.] Confeſſo.
h ¶ Lingua.] Sed qualiter dat Papa iura de pœna ſanguinis contra illud 23. q 8. his à quibus. ſed hic docet quid facere debeat iudex ſæcularis ſic 27. q. 1. ſi quis rapuerit. Io. de Fan.

Duo oẽs do. in iſta decre. licet ſolutionẽ, quæ primo ſeq tur, vnde ẽ ea non cures. Arch.

nium [a] α presbyterum quorundam ſacerdotũ † litteris [b] criminaliter accuſatum [c]: cuius nos, ut valuimus, diſcutientes [d] cauſam, nihilque in eo obiectorum reperientes, vt ad locum ſuum reuerteretur, abſoluimus [e]. Criminis ergo eius auctores te volumus perſcrutari: & niſi qui eaſdẽ tranſmiſit epiſtolas, paratus [f] fuerit hoc, quod obiecit, canonicis, atq; diſtrictiſſimis probationibus edocere, nullatenus ad ſanctæ miniſterium † communionis accedat.

† al. ſacerdotũ
† al. myſteriũ

α ¶ Epiphanium.] *In epiſtola hac antecedunt.* Præterea noſtri latorem præſentium Epiphanium presbyterum quorundam, &c.

Item ex decreto Hadriani Papæ, c. 49.

In capitulis Hadriani. c. 49.
Cap. l. 7. c. 360.
Anſ. l. 3. c. 88.

¶ Qua pœna delator ſit feriendus. C. V.

DElatori [g] autem lingua [h] capuletur, aut conuicto caput amputetur. ¶ Delatores autem ſunt, qui inuidia produnt alios.

¶ *Habetur inter capitula Hadriani c. 49 allatum, quantum conijcere licet, ex legibus ſæcularibus. Nam in in codice Theod. lib 10. titu 10. l. 2 fere idem: in libro autem 7. cap. c 360. prorſus idem habetur.*

[*Item ex concilio Eliberitano.*]

Capitul. l. 6. ca. 244.

¶ De eodem. PALEA. C. VI.

Burc. l. 6. c. 27.
Iuo p. 10. c. 156.

DElator ſi quis extiterit fidelis, & per delationem eius aliquis fuerit; roſcriptus, uel interfectus, placuit nõ niſi β in fine accipere communionem. Si leuior cauſa fuerit, infra quinquenn um accipere poterit communionem. Si catechumenus fuer t, poſt quinquennij tempora admittatur ad baptiſmum.

β ¶ Non niſi] *In concilio ipſo, & capitularibus legitur* nec in fine: *quod in multis eiuſdem concilij decretis repetitur. Quomodo autem hic, & apud Burchardum, atque Iuonem legitur, conuenit canoni 13. Nicæni concilij, in quo ſic ſtatutum eſt.* De his, qui ad exitum veniunt, etiam nunc lex antiqua regulariſque ſeruabitur; ita, vt ſi quis egreditur è corpore, vltimo & neceſſario uiatico minimè priuetur. *Hanc controuerſiam copioſè explicat Inn. 1. epiſt. 3 c. 2. Exuperio epiſcopo Toloſano.*

Item ex octaua ſynodo.

In regula Iſidori. c. 17.

¶ Qui innocentem falſo crimine maculauerit, ſacerdotis arbitrio pœna diuturna purget r. C. VII.

SI quis falſum dixerit, uel perſonam innocentis falſo crimine maculauerit; iuxta ſacerdotis arbitrium diuturna pœnitentia expurgetur.

¶ *Capiti huic in uulgatis erat præpoſitum nomen paleæ, quod ſublatum eſt auctoritate omnium vetuſtorum exemplarium, quotquot collata ſunt. Extat autem in regula monachorum B. Iſidori. c. 17.*

Item ex concilio Agathenſi, c. 32.

Accuſator an & qñ poſ deſiſtere.
¶ Quod cõiter notant

¶A communione coerceatur vel ſæcularis, uel laicus, qui eccleſiam vel clericum per calumniam fatigauerit. C. VIII.

Anſ.l.3.c.116. Burc.l.15.c.5. Iuo p.6. c.367. & p.16.c.6.

SI quis uero ſæcularium per calumniam eccleſiam, aut clericum † fatigare tentauer t, & conuictus fuerit; ab eccleſiæ liminibus, & à catholicorum communione, niſi digne pœnituerit, coerceatur †.

† clerum] orig.

† al. arceatur

CAVSA SEXTA.

DVo fornicatores, & infamia notati, quendam religioſum epiſcopum de ſimonia accuſare nituntur: reus alterius prouinciæ archiepiſcopi iudicium expetit: tandem in probatione deficit accuſator: reus cogitur ad ſuæ innocentiæ aſſertionem.

1 *Hic primum quæritur; an crimine irretiti, uel infamia notati ad huiuſmodi † accuſationem ſint admittendi.*

2 *Secundo, ſi epiſcopus in eos accuſationem uertere uoluerit, an ſimplici aſſertioni ſuæ ſit fides habenda.*

3 *Tertio, ſi liceat ſibi expetere iudicium archiepiſcopi alterius prouinciæ.*

4 *Quarto, cuius iudicium ſibi ſit expetendum ſi circa ſuam ſententiam epiſcopos ſuæ prouinciæ diſcordare contigerit,*

5 *Quarto, ſi in probatione deficit accuſator, an reus ſit cogendus ad probationem ſuæ innocentiæ.*

† al. huius

QVAESTIO PRIMA.

1 p's *QVòd[a] autem crimine irretiti alios accuſare non poſſunt, Anacletus Papa teſtatur, epiſtola ſecunda epiſcopis Italiæ dicens.*

¶A criminoſis ſacerdos accuſari non permittitur. C. I.

SI ſacerdos ſine crimine eligi præcipitur [b], nullatenus ab hominibus criminibus ir etitis accuſari, aut calum-

---

DVo fornicatores.] CASVS. Supra in 2. & 4. cauſis in multis capitulis docuit Grat. ꝙ criminoſi, & infames repelluntur ab accuſatione, & teſtimonio: ſed quia quædam ſunt crimina excepta, in quibus criminoſi vel infames admittuntur, ideo annectit hanc cauſam, vt oſtendat, ꝙ in crimine excepto, criminoſi & infames admittuntur. Oſtendit etiam, ꝙ ſimplici aſſertioni epiſcopi non creditur, cum vult alium accuſare, & ꝙ epiſcopus accuſatus ad alium archiepiſcopum ire non debet, ut hæc & alia faciat proponit thema, de quo quinque elicit quæſtiones. Sunt autem crimina excepta (ut dicit H crimen læſę maieſtatis: crimen perduellionis, quod eſt ſpecies criminis lęſæ maieſtatis, crimen hęreſeos, crimen ſimoniæ, crimen ſacrilegij, crimen fraudati cenſus uel annonæ. Inter hæc eſt crimen ſimoniæ, quod magis in eccleſia frequentatur.

QVòd autem.] Hæc quæſtio diuiditur in quattuor partes. In prima probatur per 16. auctoritates ſanctorum, ꝙ infames, excōmunicati, & inimici nō poſſunt alios accuſare, Secūda ibi, [Cum itaque.] Tertia ibi, [Quicūque.] Quarta ibi, [Verū.] Io. de Fan. CASVS. Hic intitulatur prima quæſtio, qua quæritur an criminoſi & infames repellantur ab accuſatione? Et certum eſt, ꝙ ſic, ut 2. qō. 1. in primis. niſi in crimine excepto, ut 89. diſtin. ſi quis Papa. & 16. qō. 3. ſane. & ꝓcedit hoc ordine Gra. in hac quęſtione, Primo probat, ꝙ criminoſi & infames non debent admitti ad accuſandum vſque ad §. ſed licet. Poſtea dicit, ꝙ in crimine excepto & ī crimine ſimoniæ bene admittūtur teſtes iſti & ſimiles.

a ¶Quòd autem.] In ſimonia quilibet auditur accuſans contra laicum, etiam meretrix, ut 89. diſtinct. ſi quis Papa. & extra de ſimo. tāta. & hoc ideo quia omnia crimina nulla reputantur reſpectu iſtius, ut 1. qō. vlt. patet. ſecus. ſi accuſatus ſit clericus, & bonæ famæ, ut 2. q. 1. in primis. in fin. immo eadem eſt diſtinctio in laico. an prius fuerit bonæ famæ, an non, ut ff. ad leg. Iuliā. maie. famoſi. Licet autem in exceptis criminibus admittātur criminoſi: non tamen ſine tormento, ut 4. qō. 3. ſi ea. Si ergo clericus eſt bonæ famæ nullo crimine ſuſpectus, nō auditur contra ipſum, ut extra de teſti. ueniens. Si eſt malæ, quilibet admittitur ad accuſandum & teſtificādum, vt extra de ſimo. per tuas. Quidam tamen dicunt, ꝙ licet uiles admittantur ad accuſationē, non tamen ad teſtimonium, quia tota uis negotij pendet ex teſtimonio, ſed non in accuſatione. Vel dic, ut dixi 2. q. 1. in primis. in fin.

Criminoſi in exceptis criminibus teſtificari poſſunt.

SI ſacerdos.] CASVS. Quæſitum eſt ab Anacleto, an criminoſi poſſint accuſare ſacerdotes? Et reſpōdet, quòd non; quia cum ab Apoſtolo præcipiatur ſacerdotē ſine crimine eligi, nunq̄ dēt à criminoſis accuſari, ſed ab illis tm̄, qui poſſunt ad ſacerdotiū promoueri.

b ¶Præcipitur.] Ab Apoſtolo 1, ut 85. diſtin. primum ſi tale eſt crimen quod eſt accuſatione, & damnatione dignissimum, ut 81. diſtin. Apoſtolus.

1 Et ſic patet ꝑceptū eſſe Apoſtoli ordinandum eſſe ſine crimine ſm Hug. & Laur.

OMnes.] CASVS. Dicit Hadrianus Papa, ꝙ omnes dicuntur eſſe infames, quos leges ſæculi infames appellant, & iſti tales & alij, qui ſuis culpis non poſſunt ad ſacerdotiũ promoueri, repellunť ab accuſatione, q̃a ſicut maior à minori iudicari non põt, ita nec accuſari. In ſecunda parte dicitur, quòd anathematizati repelluntur ſimiliter ab accuſatione: quia infames ſunt: nec poſſunt communicare nobiſcum, niſi abſoluantur. Secunda pars incipit ibi, [Similiter.] Sequens capitulum patet.

c ¶Illi qui.

niari permittitur, nec ab alijs, quàm ab ijs, qui ſine crimine ſunt, & iuxta electionem α ſacerdotes ordinari poſſunt; & tales per omnia inueniuntur, quales ſacerdotes eligi iubentur.

α ¶Iuxta electionem.] *Sic in omnibus collatis manuſcriptis codicibus, præterquam in vno in quo eſt*, iuſta electione. *In vulgatis erat*, iuxta electionem canonicam *In epiſtola autem ipſa ſic legitur*, & iuxta electionem, ſi neceſſitas fuerit, aut ipſi uolẽdo Domino ſeruire elegerint, ſacerdotesque ſine crimine fieri, & ordinari poſſit, & tales per omnia fuerint, quales eligi ſacerdotes iubentur.

Item Hadrianus Papa in capitulis, c. 21.

¶Infames, & qui culpis exigentibus ad ſacerdotium prouehi non poſſunt ſacerdotes non accuſent. C. II.

j OMnes vero infames eſſe dicimus, quos leges a ſæculi infames appellant, & omnes, qui culpis exigentibus ad ſacerdotium non poſſunt prouehi. Indignum eſt enim, vt illi eos accuſent, qui eſſe non poſſunt, quod ipſi ſunt: quoniam ſicut maiores à minoribus [b] non iudicantur, ita nec criminari poſſunt. Poly. l. 5. tit. 1.

Item Fabianus Papa, epiſt. 2. epiſcopis Orientalibus.

¶Infames ſunt, qui regnum Dei conſequi non ualent. C. III.

ILli, qui [c] illa peccata perpetrant, de quibus Apoſtolus ait: [Quoniam, qui talia agunt, regnum Dei non conſequentur.] valde cauendi ſunt, & ad emendationem, ſi uoluntarie noluerint, compellendi [d]: quia infamiæ maculis ſunt aſperſi, & in barathrum delabuntur; niſi e s [e] ſacerdotali auctoritate ſubuentum fuerit. ¶Similiter & illi, de quibus ipſe ait: [Cum huiuſcemodi [f] hominibus nec cibũ ſumere.] quia infamia ſunt notati, antequam ſacerdotali auctoritate ſanentur, & in gremio ſanctæ matris eccleſiæ redintegrentur: quia qui extra nos ſunt, nobiſcum communicare non poſſunt. 1. Gal 5. 1. Cor. 5.

Item Fabianus, epiſtola prima.

a ¶Leges.] Sed & alios dicimus infames ſecundum canones, qui non ſunt infames ſecundum leges, ut bigamos, & corpore vitiatos, ſicut nec omnes dicimus infames ſecundum canones, qui ſecundum leges ſunt infames, ut mulier, quæ nubit intra tempus luctus. Io. Sed certe bigami & corpore uitiati non ſunt infames, & ſi ſint irregulares, cum non deliquerint. B. Dicunt tamen quidam, ꝙ infamia, quæ eſt irrogata per ſententiam, uel quæ contrahitur ipſo facto, ut cum aliqua deprehẽditur in adulterio, uel cum aliquis contrahit binas nuptias, de qua agitur ff. de his qui notan. infa quid ergo. infamia hæc non purgatur per quantamcunque pœnitentiam 1, vt 2. q. 3 §. hinc colligitur. n ſi reſtitutus ſit ab illo, qui poteſt reſtituere, ut a principe, uel à ſenatu, ut 2. q. 3 §. notandũ vt 2. in ſi. ff. de poſtu. l. 1. §. de qua. Alia eſt infamia facti, de qua agitur j. ead. ſunt plurimi. & melius dicitur infamatio, quæ inducit purgationem, & illa aboletur purgatione præſtita, ut 15 q. 5. de crimine. Eſt etiam quædam infamia canonica, quæ irrogatur ex quolibet peccato mortali, ut hic, & 32. q. 5. præceptum, in ſi. & aboletur per pœnitentiam, vt j. eo. illi qui. tamen (vt dicunt quidam) talis non admitteretur ad accuſationem uel promotionem: quia non ſufficit, ꝙ modo non ſit infamis: ſed ꝙ nunquam fuerit infamis. j. ead. qui crimen 2. Item infamia contracta ex ſententia excommunicationis tollitur per abſolutionem, vt 3. q. 1. c. 1. ſicut finito tempore relegationis tolliť infamia orta ex ſentẽtia. ff. ad munic. ordine.

Infamia an poſſit per pęnitẽtiam purgari.

1 Quia pœnitẽtia, &c. ut no. 15. q. 5. p̃sbyter. ĩ gl. q̃a pnĩa, &c.

a Hoc determinat extra de tẽpor. ord. c. vlt.

b ¶A minoribus.] Honeſtate morum, id eſt, criminoſis. ne ſit contra 2. q. 7. præſumunt & cap. lator.

ILli qui.] CASVS. Hoc c. diuiditur in duas partes. Prima loquitur de peccatoribus non excommunicatis. Secũda de anathematizatis. In prima ergo parte dicitur, quòd illi qui mortalia peccata committunt, non debent recipi ad accuſandum: quia infames ſunt, & in barathrum dilabũtur: niſi eis à ſacerdotibus eſt ſubuentum: unde ſunt ad pœnitentiam compellendi,

c ¶Illi qui.] Secundum quoſdam prima pars loquitur de criminoſi non excommunicatis. ſecunda de excommunicatis. Secundum alios loquitur prima pars de occultis: ſecunda de manifeſtis criminoſis.

d Compellendi.] Arg. exiſtentem in mortali peccato cogendum eſſe ad pęnitentiam 22. q. 1. prædicandum. 24 q 3. tam ſacerdos. Argu. contra 2. q. 1. multi.

e ¶Niſi eis.] Arg tolli infamiam per ſatisfactionem eccleſiæ, ut 32. quæſt. 5. præceptum. 35. quæſt 6 ſi duo. Argumen. contra. 3. quæſt 4. conſanguineorum. & c. 2. q. infra ead quicumque. & 22. quæſtio. 5. paruuli. Sed dic quod canonica infamia per pœnitentiam tollitur: ſed non illa quæ irrogatur ipſo facto, uel per ſententiam. Ioan. de ipſo occulto crimine tollitur per pœnitentiam 3, ſed non de manifeſto, ut extra de tempo ordin. c. vlt. & pen.

Infamia canonica tollitur pnĩa.

3 De hoc no. s̃. c. c. 2. ibi udeas.

f ¶Huiuſcemodi.] Scilicet excommunicatis.

a ¶Omnes.

a OMnes.¶Ante ſatisfactionem.] Vel iuramẽtum. extra de ſententia excommu.per tuas.

BEatus.] CASVS. Iacobus epiſcopus Hieroſolymitanus quæſiuit à Clemente qui ſint repellendi ab accuſatione epiſcoporum? Et reſpondet, quòd quatuor genera

reprehenſiones attendendæ ſunt; qui licet mali non ſint, tamen ideo reprehẽdunt, quia eos malos eſſe credunt, vt 11.q.3.non ſunt.12.q.1.nolo.

f ¶Ab humano die.] Id eſt, qui tantum humana 1. nõ diuina quærunt.8.q.1.ſunt in eccleſia.

1 Humana .n. dies appellatur humana ꝓſperitas. Arch.

¶Ante ſatisfactionem excommunicati ad accuſationem non admittantur. C. IIII.

Anſ.l.3.c.1.

1.Cor.5.

2 OMnes illi ſunt ab accuſatione repellendi, quos Apoſtolus commemorat, dicens; [Cum eis nec cibũ ſumere,] & ante ſatisfactionem [a] eccleſiæ non ſunt ſuſcipiendi.

Item Clemens Papa Iacobo Hieroſolymorum a epiſcopo, epiſt.1.

a ¶Hieroſolymorum] *Antea erat*, metropolitano. *Emendatum eſt ex pleriſque manuſcriptis codicibus Nam & Clemens in epiſtola ſic ipſum Iacobum uocat.*

¶Sacerdotes non niſi à coæqualibus accuſari debent. C. V.

Anſ. ibidem.

†eorum] ori.

†docente] ori.

Ioan.8.

BEatus Petrus homicidas, & adulteros, & cunctos criminalibus nexibus alligatos, & qui eis coæquales nõ erant, ab epiſcoporum † vexatione, & accuſatione dicente † [b] Domino prohibebat, & non niſi à coæqualibus aliquid eis inferri debere docebat. *& paulo poſt.* ¶Infames etiam omnes, & quos primates, & leges ſæculi non ſuſcipiunt, ſed & laicos ab eorũ accuſatione, & uexatione ſemper repelli debere rogabat [c], & cunctos illis ſubditos eſſe præcipiebat: cunctorum ſacerdotum uitam ſuperiorẽ, ſanctioremque, ac diſcretam à ſæcularibus, & laicis hominibus eſſe, & ſpirituales quoſque, atque ſacerdotes ſuper carnales, ac laicos ſemper cõſtituendos docebat; quoniã pro minimo [d] nobis eſſe debet, ut à talibus [e] arguamur, & iudicemur, uel ab humano die.[f] Maiores vero à minoribus nec accuſari, nec iudicari vllatenus poſſe dicebat: quoniam non ſolum hoc diuinas, ſed & leges ſæculi inhibere docebat.

1.Cor.4.

Item Hadrianus Papa in capitulis, c.68.

¶Qui criminoſus fuerit, ſacerdotes accuſare non poteſt. C. VI.

Anſ.l.3.c.18.

QVi crimen [g] intendit, agnoſcendum eſt, ſi ipſe ante [h] non fiat criminoſus: quia periculoſa eſt, & admitti non debet rei [i] aduerſus quemcunq; profeſſio. *& infra.c.72.* ¶Teſtes autem ſine aliqua ſint infamia, uxores, & filios habentes, & Chriſtum [k] omnino prædicãtes.

ꝰ 3.q.11.negãda.

QVi crimen] CASVS. Quæſitum fuit ab Hadriano qui repellantur ab accuſatione & teſtimonio? Et reſpõdet ꝙ ſi à tẽpore baptiſmi fuit criminoſus, repellitur ab accuſatione. quia uox malorum non eſt admittenda. Infames autẽ omnes à teſtimonio repelluntur: & qui nõ habent filios & vxorem fideles. [Habentes,] id eſt ſi habuerint habeant tales.

g ¶Qui crimen.] Si uis dicere ꝙ qui peccauit poſt baptiſma, poteſt promoueri ſi egerit pœnitentiam 2 tunc dicas illum hic appellari criminoſũ, qui per ſententiã 2. conuictus eſt. Vel de enormibus criminibus intelligas, quæ irrogant infamiam ipſo iure: vel de illo intellige qui pẽdẽte accuſatione qua & ipſe fuit accuſatus, noluit accuſare alium: quod non licet. 3.q. vlt.neganda. Baz. autem facit vim in hoc verbo criminoſus: ſcilicet plenus uitijs: ſicut ille qui eſt periurus, ut ꝰ. ead. quicunque. & licet quilibet criminoſus etiam non conuictus repellatur, ut extra de teſtib. ſuper eo. tamen ſi probat ſe egiſſe pœnitentiam, bene recipitur, maxime in ciuili. argu. 50. diſtin. ferrum. & ff. de ædil. edic. quod ita, licet ſit arg. contra. extra de ſimo. per tuas. vbi dicitur quòd in exceptis criminibus licet ciuiliter agatur, potius admittatur de æquitate quàm de rigore. Io. tu dicas breuiter, quòd ſi probatur crimẽ ꝯ aliquem ſemper repellitur in cauſa criminali, ut ꝰ.2.q 7.quærendum. & extra de teſti. teſtimoniũ. niſi in exceptis criminibus, ſecundum diſtinctionẽ, pluries dictã ſuperius. B.

2 Ad hoc facit qđ not. 3.q.1.c. 2. ĩ gl.1.adaptatis in fin.

h ¶Si ipſe ante.] Licet de illo nõ ſit cõdẽnatus. arg. extra de teſt. ſup eo. Et eſt hic argumentũ, ꝙ poſt pñiam accuſat quis de crimine. 33.q.2.admonere. 1.q.7. ſi qs omnem. 50. diſt. peruenit. 48. diſt. quoniam multa 3.

i ¶Rei.] Id eſt, accuſati.

K ¶Chriſtum.] Non tñ obeſt eis ſi eos inſtruxerint. 47. diſt. quantumlibet, & 43. diſt. Epheſijs. Aliud ſi neglexerint eos corrigere, ut 37. diſt. legant.

Teſtis repellitur probato crimine ꝯ ipſum. Pñia nõ impedit accuſationem.

3 Concor. text. in l. q ea mente. cũ ibi not. ff. de furt.

genera hominum ab eorum accuſatione debent repelli, ſicut docuit B. Petrus: ſcilicet criminoſi & irregulares: ſcilicet qui ad eundem ordinem non poſſunt promoueri: & infames, & laici omnes: qui debent ſacerdotibus ſubeſſe: quia non debẽt maiores à minoribus iudicari vel accuſari. [Ab humano die,] Id eſt, carnali ſenſu.

b ¶Dicente.] Cum dixit, Qui ſine peccato, &c. 3.q.7. qui ſine.

c ¶Rogabat.] Id eſt, præcipiebat, ſic 11.q.3. rogo.

d ¶Quoniam pro minimo.] Hic continua: quoniam & ſi boni ſumus.

e ¶Vt à talibus.] Scilicet illis, qui ſemper parati ſunt reprehendere: de quibus ait 11.q.3. ſenti. ſed aliorum

Si omnia

Non ſolum autem criminoſi, ſed etiam quilibet alij ab accuſatione epiſcoporum repelluntur.

Vnde Anacletus Papa, epiſt. 1. ait.

¶Deo non placet, qui ſeruos ſuos accuſat. C. VII.

SI omnia [a] in hoc ſæculo uindicata eſſent, locum diuina iudicia non haberent. Superuacuis enim ad beneficia laborat impendijs, qui ſolem certat facibus adiuuare. Ideo ſi aliquis putat ſe Deo in hoc placere, quòd ſeruos ſuos accuſat, & ut meliores fiant, dicit ſe hoc agere; in vanũ laborat, & plus inuidiæ [b] ſtimulis agitatur, quàm charitatis: quoniam gratiæ plenitudo adiectione non indiget; nec ulla requirit commendationis augmenta.

Item Teleſphorus epiſtola vnica c. 3.

Et Iulius in decret. c. 10.

¶Populus ſacerdotes arguere, vel increpare non ualet. C. VIII.

Anſ. l. 3. c. 12. Iuo p 6. c. 314.

SAcerdotes, qui proprio ore corpus Domini conficiunt, ab omnibus ſunt audiendi, atq; timendi; non dilacerandi, aut detrahendi: quia à quibus ſe Domini populus benedici, ſaluari, & inſtrui cupit; nullatenus debet eos arguere, nec vulgus in eorum accuſatione ſuſcipi. Populus .n. ab eis docendus eſt, & corripiendus, non ipſi ab eo: quia nõ eſt diſcipulus ſuper magiſtrum. *& infra.* ¶Dei ergo accuſat ordinationem, qui eos, qui ab eo conſtituuntur ſacerdotes, accuſat, vel damnari cupit. *Idem infra.* ¶Hi qui [α], non ſunt idonei, non ſuſcipiantur ad accuſationem: omnes qui aduerſus patres armantur, infames eſſe cenſemus. Patres enim omnes uenerandi ſunt, non reſpuendi, aut inſidiandi.

Matth. 10.

Iuo p. 6. c. 315.

α ¶Hi qui.] *In aliquot vetuſtis codicibus eſt caput diſtinctum à ſuperiore.*

Item Pius Papa epiſtola prima.

Et Cornelius epiſt. 2.

¶De eodem. C. IX.

Poly. l. 5. tit. 1. Iuo p. 5. c. 243. Pann. l. 4. c. 36. *Luc. 6.*

OVes [c] paſtorem ſuum non reprehendant; plebs epiſcopum non accuſet, nec vulgus eum arguat: quoniã non eſt diſcipulus ſuper magiſtrum, neque ſeruus ſupra dominum. Epiſcopi autem à Deo ſunt iudicandi, qui eos ſibi oculos elegit. Nam à ſubditis, aut prauæ vitæ hominibus non ſunt arguendi, vel accuſandi, aut lacerandi. *& infra.* ¶Nemo bonum faciens, alteri verbo, aut facto nocere vult: quãto minus in ſuſpicionem debet uenire fidelis homo, vt dicat, aut faciat ea, quæ pati non vult? quia omnis ſuſpicio [d] potius repellenda eſt, quàm approbanda, uel recipienda.

Ipſa autem detractio, licet ex vitio detrahentium, tamen iuſto Dei iudicio nonnunquam aduerſus bonos excitatur:

SI omnia.] CASVS. Hoc c. loquitur de occultis peccatis, quæ ſoli Deo punienda relinquunt. Eſt ergo caſus. Quidam æmuli accuſabant prælatos ſuos de occultis criminibus, quæ nullo modo probare poterant: & dicebant ſe pro bono hoc facere: ſcilicet vt prælati ſui fierent meliores. quæſitum fuit ab Anacleto an bene facerẽt? Et respondet: quod non, quia ſi omnia delicta occulta & manifeſta accuſarentur, & vindicarentur in hoc ſæculo in futuro nil Deo reſeruaretur, cui ſoli occulta relinquũtur: & illi qui talia dicunt in vanum laborãt, qui Deum volũt adiuuare; & plus ſtimulis inuidiæ, quàm amore charitatis agitantur.

a ¶Si omnia.] De occultis loquitur .i. quę ſoli Deo reſeruantur. 32. diſt. erubeſcant.

b ¶Inuidiæ.] Hic ca non præſumit potius accuſationẽ fieri cauſa inuidiæ quàm charitatis, ut dixi 2. q. 7. ſi quis epiſcopus.

† Alij dñt. quod intelligitur de eo q malo zelo accuſat, & littera capituli ad utrũq; intellectum ſatis adaptatur. Archi.

SAcerdotes.] CASVS. Hoc c. diuidit in duas partes: in prima parte dicitur, quod populus, id eſt laici non ſunt admittẽdi ad accuſationem ſacerdotũ: quia ſubeſſe debent eis, & non præeſſe. In ſecũda parte dicit, quod accuſatores non ſunt recipiẽdi niſi ſint idonei: & omnes illi qui armãtur contra patres ſpirituales accuſãdo eos calumnioſè, ſunt infames. Secunda pars incipit ibi, [Hi qui non ſunt.]

OVes.] CASVS. Quidam laici vel clerici criminoſi accuſabant & reprehendebant epiſcopos ex ſuſpicione: quod dicit Pius Papa non eſſe faciendum. Et hoc probat tribus rõnibus. Prima eſt, quia nõ debet eſſe diſcipulus ſupra magiſtrũ. Secunda, q2 epi à Deo sũt iudicandi. Tertio, q2 laici uel ſubditi à prælatis talia pati nolunt.

Præsũptio eſt triplex. a Dic quod hęc præſumptio eſt inualida & repellitur in iure, in nullo .n. dẽt mouere animũ iudicantis. 1. q. 1. primo, & in hoc cap. oues. Arch.

c ¶Oues.] Sic 2. q. 7. oues.

d ¶Suſpicio.] Sic 2. q. 1. c. 1. Suſpicioni temerariæ 2. nõ creditur 11. q. 3. in cunctis. probabilis inducit præſumptionem. ff. quod met. cau l. vlt. 7. q. 5. presbyter. violentam condemnationem. 32. q. 1. dixit. & C. de adulter. quamuis. licet ſit argum. contra. extra de præſumptio. litteras.

IPSA AVTEM CASVS. Quia ſupra c. oues. & c. ſacerdotes. & c. ſi omnia. facta eſt mentio de detractione: ideo ſubiũgit §. iſtũ, ut oſtẽdat quod quãuis detractio in

in ſe mala ſint: tamen iuſto Dei iudicio permittitur, ut qui nimis de ſe præſumunt propter bonum quod habent, & aliorum laudibus extolluntur in altum, per detractionem inuidorum humilientur. Quod probat per duo capitula ſequentia.

a ¶Do-

menſuram 1. Item ſi poſt primam fornicationem quis pænitet, iniungitur ei pęnitentia. ſi ſecundo accedit ad eandem, ſecundo iniungitur ei pęnitentia. talis ergo erit melioris conditionis ſi non pęniteat à principio, quàm ſi pęniteat poſtea. Item ſi ſecundo accedit ad aliam mulieré, æquale peccatum committit, ſicut ſi ſecundo accederet ad priorem. ſed pro illo ſecundo peccato quod facit cum altera, noua pœnitentia ſibi inducit. ergo & noua pœnitentia eſt indicenda ſibi, ſi ad eandem denuo accedat: cum par ſit peccatum: & hoc concedi poteſt 2: licet ſecundum leges qui ſæpius rem contrectat, non committit diuerſa furta. ff. de furt. ei qui.

1 Concor. tex. in l. ſeruos. C. ad leg. Iul. de vi publ. & l. 4. C de epiſc. aud.

2 Argu. ad hoc extra de re iud. lib. 6. ad apoſtolicæ. verſic. deierauit, &c. Archid.

vt quos vel domeſtica [a] præſumptio, uel aliorum fauor in altum extulerat, detractio humiliet.

Vnde Ambroſius ad c. 22. Lucæ.

¶Ne quis de ſe præſumat, linguæ malorum ex Dei præcepto contra eum excitantur. C. X.

¶Rubrica hæc non valde conuenit ſubiecto capiti, & pie eſt interpretanda: nam ſimili locutione vtitur Dauid 1. reg. 16. loquens de Semei.

Ioan. 21. IMitare Petrum tertio alibi dicentem: [Domine tu ſcis, quia diligo te.] Etenim, quia tertio [b] negauerat, tertio confitetur: ſed negauit in nocte, confitetur in die. Hæc autem ideo dicta ſunt, ut ſciatis, neminem iactare ſe debere. Nam ſi Petrus [c] lapſus eſt, quia dixit: [Et ſi alij ſcandalizati fuerint in te, ſed non ego.] quis alius iure de ſe præſumat? Denique & Dauid, quia dixerat: [Ego dixi in mea abundantia [d] non mouebor in ęternum;] eam ſibi iactantiam obfuiſſe profitetur dicens: [Auertiſti faciem tuam à me, & factus ſum conturbatus.]

Mar. 14.

Pſal. 29.

Item Gregorius lib. 9. epiſt. 39. ad Theotiſtam patriciam.

¶Vt boni ſalubriter humilientur, linguæ malorum contra eos inſurgunt. C. XI.

SVnt plurimi, qui vitam bonorum amplius, quàm debent, laudant [e]: & ne qua elatio de laude ſurrepat; permittit omnipotens Deus malos in obtrectationem, & obiurgationem prorumpere, ut ſi qua culpa ab ore laudantium in corde naſcitur, ab ore uituperantium ſuffocetur. Hinc eſt ergo, quòd doctor gentium ſe in prædicatione currere teſtatur per infamiam [f], & bonam famam, qui etiam dicit; [Vt ſeductores, & veraces.]

2. Cor. 6.

Verum hac auctoritate [g] prohibentur ſpirituales à carnalibus accuſari, non carnales à ſpiritualibus. Quod ex verbis eiuſdem datur intelligi, quibus in eodem capitulo ſubiunxit, dicens: [Capite langueſcente, facilius reliqua corporis membra inficiuntur: ſicut ſcriptum eſt [h]: [Omne caput languidum, & omne cor mœrens, à planta pedis vſq; ad verticem non eſt in eo ſanitas.] Quapropter manifeſtum eſt diabolum, (qui ſicut Leo rugiens circuit quærens,

Euſebius in epiſtola ad Galliæ epiſcopos.] ead. c. ex merito.

Eſa. 1.

1. Pet. 5.

c ¶Petrus.] Argum. à maiori. ſi. 32. quæſ. 5. ſi Paulus.

d ¶In mea abundantia.] i. confidentia bonitatis.

SVnt.] CASVS. Dicit Grego. quòd Deus permittit bonos à malis infamari & reprehendi, ut ſi qua naſcitur elatio in corde bonorum ab ore laudantium, per os vituperantium ſuffocetur. Et hoc probat exemplo Pauli, qui dicit: Apud quoſdam habiti ſumus ut ſeductores: apud quoſdam habiti ſumus ueraces.

e ¶Laudant.] Hoc eſt veniale peccatū. 25. di. criminis. ſed q cōmēdant mortalia uitia. mortaliter peccāt. 46. diſt. ſunt nonnulli.

f ¶Per infamiam.] Id eſt, quidam deſipiētes dicebant eos ueraces: quidam non. 41. diſtinctio. quod dixit Dominus.

VERVM. CASVS. Hic oſtendit Gratia. quòd illud cap. ſcilicet, oues. loquitur de malis & criminoſis, qui bonos prælatos accuſare non debent, vel reprehendere: quia hoc fit diabolo inſtigante, ut per tales reprehenſiones prælatis langueſcentibus corruant ipſæ plebes in ima: & ſic periclitentur. & oſtenditur q detractores deterius delinquunt, quàm illi, qui bona rapiunt temporalia: quia detractores rapiunt bonos mores et virtutes, quæ ſunt intrinſeca: illi autem rapiunt extrinſeca. In eo. cap. 1. inferiori parte eiuſdem cap. Scriptum eſt, in Eſaia.

a ¶Domeſtica.] Id eſt, propria uel domeſticorum perſona.

IMitare.] CASVS. Quidam iactabant ſe de bonis quę faciebant: & putabant ſe cadere non poſſe Sed Ambroſius oſtendit, q nemo de ſe præſumere debet, nec multum per iacturam ſubleuari. Et hoc probat duobus exemplis: ſcilicet Petri & Dauid: qui nimis de ſe præſumentes ceciderunt. Vel ſic. Nemo debet ſe iactare de bonis, nec cadat, vt Petrus & Dauid.

b ¶Tertio.] Hic videtur q toties pęnitentiam faciam quoties cōmitto fornicationem etiam cū eadem muliere: & q quaſi pro diuerſis delictis ſit mihi pœnitentia indicēda, vt de pę. diſt. 5. conſideret. & de pę. diſ. 1.

Delinquēs ſæpius, pluries pœniteat.

g ¶Verum hac auctoritate.] ſ. ſ. c. oues. hęc ſunt verba eiuſdem Pij: & continuantur illi c. oues.

h ¶Sicut ſcriptum eſt.] In Eſaia.

Qui-

quem poſſit deuorare) cordibus plebium ſuadere, vt doctoribus, atque paſtoribus ſuos detractores irrogent, vel eos accuſent, vt plebes langueſcentes (non tenentibus paſtoribus frena eorum) laſciuiant, atque in ima ruant, vt ſaltem ſic periclitari poſſint. Multum vero diſtant damna morum à damnis rerum temporalium, cum iſta extra nos ſint; illa vero in nobis.] & infra: [Peius β malum fore non exiſtimo; quàm Chriſtianos ſuis inuidere ſacerdotibus.]

Paulo aliter in originali impſſo Anacleti.

α ¶Capitulo.] *Quæ ſubiungit Gratianus,* capite langueſcente, &c *ſunt in epiſtola 3. Anacleti, & apud Iſidorum de ſummo bono lib. 3. c. 38.*

β ¶Peius] *Sunt in prima epiſtola Alexandri primi.*

Hinc etiam Fœlix II. ait epiſcopis in Alexandrina ſynodo congregatis.

¶Deo recte famulantes perſequi non licet. C. XII.

QViesſcite (inquit ſancta, & magna Nicęna ſynodus) & nolite perſequi eos, qui rectè † Deo famulãtur, & ſincera uoluntate superni † Dei mãdata cuſtodiũt, & noſtris legibus ſubiugantur: quia nec decet, nec ordo patitur, vt iniqui, & carnales ſpirituales perſequantur.

† *al. Deo perfectè miniſtrãt* † *al. ſuperna*

Item Anterus γ Papa epiſtola vnica.

γ ¶Anterus] *Sic reſtitutum eſt ex pleriſque vetuſtis. Nam antea erat* Gregorius *Videtur tamen Gratianus hæc tribuiſſe etiã Gregorio ſupra c. ſunt plurimi. in illis uerbis:* Quod ex uerbis eiuſdem datur intelligi, quibus in eodem capitulo, &c *Confectum autem caput hoc eſt magnam partem ex Anacleti ſententijs in epiſtola tertia.*

¶Subditi prælatos ſuos accuſare non debent. C. XIII.

EX merito plebis nonnunquã epiſcopi deprauantur [a] quatenus procliuius cadant [b], qui ſequuntur. Capite langueſcente cętera corporis membra inficiuntur. Deteriores ſunt, qui uitam, moreſque bonorum corrumpunt, his, qui ſubſtantias aliorum, prædiaque diripiunt. Caueat unuſquiſque, ne aut linguam, aut aures habeat pruriẽtes, id eſt, ne aut ipſe alijs detrahat, aut alios audiat [c] detrahẽtes: [Sedens (inquit) aduerſus fratrem tuum loquebaris] detrahendo [Et aduerſus filium matris tuæ ponebas ſcandalum, &c.] Parcant ſinguli detractioni linguæ, cuſtodiantque ſermones ſuos, & ſciant, quia cuncta, quæ de alijs loquuntur, ſua ſententia iudicabuntur. Nemo inuito auditori libenter refert. Officij ſingulorum ſit, dilectiſſimi, non ſolum oculos caſtos ſeruare, ſed & linguam, nec quid in cuiuſquam domo agatur, alia domus per eos † unquam [d] nouerit. Habeant omnes ſimplicitatem columbæ, nec cuiquam machinentur dolos, & ſerpentis aſtutiam, ne aliorum ſupplantentur inſidijs †.

Anacletus epiſtol. 3. Iſidorus l. 3. de ſummo bono c. 38. ſ. eadem, ſunt plurimi. ĩ. c. deteriores, & 9. q. 3. facta.

Pſal. 49.

Hieron. ad Nepotianum ſimile.

† *vos*] orig.

Item Lucius Papa epiſt. unica, epiſcopis Galliæ, & Hiſpaniæ ſcribens.

† Idẽ Hieron. ĩ. 17. q. 1. ſi cupis.

¶Sapiens nocere non cupit. C. XIIII.

SApiens non eſt omnis, qui nocet.

Et Cornelius Papa epiſt. 2.

Item Anacletus Papa, epiſt. 3.

Iuo p. 3. c. 140.

QViesſcite.] CASVS. Docet. Fęlix Papa in hoc cap. ꝙ boni prælati non ſunt arguendi: & hoc probat auctoritate Nicænæ ſynodi. Quieſcite à uexatione & perſecutione bonorũ p̃latorum.

EX merito.] CASVS. Docet hic Gregorius omnes homines ſeruare aures & oculos & linguam ſine macula & uitio: & ſimplicitatem columbæ habere: nec debent alios & maxime prælatos infamare, & hoc probat auctoritate Dauid prophetæ dicentis: Sedẽs inquit, &c. quoniam propter mala merita plebis permittit Deus prælatos damnari & deprauari, ut qui ſequuntur, procliuius corruant: & vt capite langueſcente cætera membra langueſcant. Seq. c. patet.

a ¶Deprauantur.] Id eſt praui epiſcopi conſtituuntur. non enim propter aliorum meri ta efficiuntur mali, ſed mali, propter malorum merita prælati fiũt, vt 8. q. 1. audacter.

b ¶Cadant.] Quia componitur orbis Regis ad exemplum. argumen. 11. quæſtio. 3. præcipue.

Regẽ imitãtur ſubditi.

c ¶Audiat.] Sic infra, 11. quæſtio. 3. non ſolum.

d ¶Vnquam.] Scilicet per detractores: ne ſit contra. ſ. 5. q. 5. nõ vos. Vel dic per eos, id eſt, per curioſos. unde Iuuenalis: Scire uolũt ſecreta domus, atque inde timeri.

SApiens.] Ita ordina litteram. Omnis qui nocet non eſt ſapiens, id eſt, nullus qui nocet eſt ſapiens, ſapientia uirtutis, id ſapore virtutis: Sed forte eſt ſapiens ſapiẽtia ſciẽtię, id eſt, ſciẽs. ſic enim & mali ſunt ſapientes: ſed ſoli boni ſunt ſapientes ſapore virtutis, qui ſapientia dicitur. Et taliter ille qui nocet nõ eſt ſapiens. Nam innocens dicitur qui igno-

ignorat quid noceat. 22. q. 4. innocens. H.

DEteriores.] CASVS. Hic detractores reprehenduntur, qui ſuos doctores & prælatos infamant, & dicitur quod ſunt deteriores quàm illi, qui bona rapiunt tẽporalia: quia raptores auferunt ea, quæ extra nos ſunt: detracto-

ideo merito ſunt infames.

a ¶ Deteriores.] Peius eſt perſuadere, quàm facere. ut ff. de ſer. cor. l. 1. §. perſuadere, & l. ut tantum. & 86. diſt. Stanta.

b SVmma.] ¶ Detrahere.] Supra diſt. 46. accuſatores.

c ¶ Et accuſare.] Supra 2. q. 7. ſi quis epiſcopus. de pœn. diſtin. 1. homicidiorum.

¶ Raptoribus deteriores ſunt epiſcoporum detractores. C. XV.

3. e. c. ex merito. Burc. l. 1. c. 138. Deuſdedit p. 3. Iuo p. 5. c. 239. Anſ. l. 3. c. 11.

DEteriores [a] ſunt, qui doctorum uitam moreſque corrumpunt, his, qui ſubſtantias aliorum prædiaque diripiunt. Ipſi enim ea, quæ extra nos, licet noſtra ſint, auferunt: noſtri autem detractores, & morum corruptores noſtrorum, ſiue qui aduerſus nos armantur, proprie nos ipſos diripiunt [α]. & ideo iuſte infames ſunt, et merito ab eccleſia extorres fiunt. Pro meritis ergo plebis ſæpe paſtores deprauantur eccleſiæ, ut procliuius corruant, qui ſequuntur.

Anſ. l. 6. c. 137.

α ¶ Diripiunt.] *Antea legebatur,* nos ipſos decipiunt *Emendatum eſt ex Iſidoro lib. 3. de ſummo bono, cap. 38 Anacleti uerba, quantum conijci poteſt, referente; & optime conuenit cum ijs, quæ antecedunt. Verum in duobus antiquis exemplaribus epiſtolarum Anacleti, altero Vaticanæ, altero Florentinæ bibliothecæ, habetur,* non nos, ſed proprie ſeipſos decipiunt.

Item Alexander Papa, epiſtola tertia

¶ De eodem. C. XVI.

SVmma iniquitas eſt, fratres detrahere [b] & accuſare [c]. Vnde ſcriptum eſt: [Omnis, qui detrahit fratri ſuo, homicida eſt: & omnis homicida non habet partem in regno Dei.]

1. Ioan. 3.

Patet ergo, ut præmiſſum eſt, quòd carnales prohibentur ab accuſatione ſpiritualium, non ſpirituales ab accuſatione carnalium.

2 *Cum itaque criminoſi & infames ab accuſationibus prohibeantur, uidendum eſt, quos canonum ſacra auctoritas infames appellet.*

De his Stephanus Romanæ eccleſiæ epiſcopus ſcribit Hilario, epiſt. 1. c. 1. dicens.

¶ Quæ perſonæ infames habeantur. C. XVII.

Poly. l. 5. tit. 1. Deuſdedit p. 3. Anſ. l. 3. c. 5. Burc. l. 1. c. 173. Iuo p. 5. c. 291. Pann. l. 4. c. 66.

INfames eſſe eas perſonas dicimus, quæ pro aliqua culpa notantur infamia, id eſt omnes, qui Chriſtianæ legis normam abijciunt, & ſtatuta eccleſiaſtica contemnunt [d], ſimiliter fures [e], ſacrilegos, & omnes capitalibus criminibus irretitos; ſepulchrorum quoque uiolatores, & Apoſtolorum, atque ſucceſſorum eorum, reliquorumque patrum ſtatuta libenter uiolantes, & omnes, qui aduerſus patres armãtur, qui in omni mundo infamia notantur: ſimiliter & inceſtuoſos, homicidas, periuros, raptores, maleficos, ueneficos, adulteros, de bellis [publicis †] [f] fugientes, & qui indigna ſibi petunt [g] loca tenere, aut facultates eccleſiæ abſtrahunt iniuſte, & qui fratres calumniantur, aut accuſant, & non probant, uel qui contra innocentes principum animos ad iracundiam [h] prouocant [i], & omnes anathematizatos [k], uel pro ſuis ſceleribus, ab

† hæc uox abeſt ab ori.

Crimen quod libet infamat.

PATET. CASVS. Concludit Grat. ex ſupradictis dicẽs, quòd carnales & peccatores non poſſunt accuſare ſpirituales. Et quia facta eſt mentio de infamibus, qui ab accuſatione repelluntur; ideo oſtendit qui ſecundum canones infames appellentur. CVM ITAQVE. Hæc eſt ſecũda pars huius quæſtionis. in qua enumerat omnes infames, qui accuſare non poſſunt. & hoc probat per capi. ſequen. Ioan. de Fant.

INfames.] CASVS. Quæſiuit Hilarius epiſcopus à Stephano Papa, quæ perſonæ ſint infames ſecundum canones. Papa uero Stephanus reſcribit aſſignans xx. ſpecies infamium perſonarum, & quaſdam alias perſonas, quæ propter irregularitatem uel alias cauſas, nec ad ſacros ordines aſcendere: nec ſummos ſacerdotes accuſare poſſunt.

d ¶ Cõtemnunt.] Si. 19. diſt. nulli.

e ¶ Fures.] Ex hoc c. patet, quòd omne crimen infamat ſecundum canones. & ſ. c. omnes. & c. ſeq. Item ex hoc c. videtur, quòd omne crimen ſit publicum ſecundum canones.

f ¶ De bellis publicis.] Tales ſunt rei læſæ maieſtatis, ut ff. ad l. Iul. maie. l. 3 & capite puniuntur: niſi quando dominum defendere non potuerint. ff. de re militari, omne. §. qui in acie.

g ¶ Petunt.] Ambitioſe, ut ſ. 1. q. 6. ſicut.

h ¶ Ad iracundiam.] extra de homi. ſicut dignum. §. illi uero.

i ¶ Prouocãt] i. delatores, vt 5. q. vl. delatori.

detractores vero corrumpunt bonos mores noſtros: &

K ¶ Anathematizatos.] Supra 3. q. 5. conſtituimus.

a ¶Legitimam.]Id eſt, plenã. aliter enim non promo nentur,nec aliquem poſſunt accuſare, ut infr. ſeqtur.
b ¶Curiæ.]54.diſt.c. 1.& 2.
c ¶Mentem.]Vt furioſi.
d ¶Manifeſtantur.]Supra,33.diſt.maritum.

quod quæcumque perſonæ repelluntur ab accuſatione ſecundum leges, eædem repelluntur, ſecundum canones.

SED LICET.CASVS. Dictum eſt à principio cauſæ,ꝙ infames ab accuſatione prohibentur. Nũc vero

ecclesia pulſos,& omnes,quos eccleſiaſticæ, uel ſæculi leges infames pronunciant.Hi nimirum † omnes, nec ſerui ante legitimam [a] libertatem, nec pęnitentes,nec bigami, nec illi,qui curiæ [b] deſeruiunt uel non ſunt integri corpore, aut ſanam non habent mentem [c] uel intellectum, aut inobedientes ſanctorum decretis exiſtunt, aut furioſi manifeſtantur [d],hi omnes,inquam, nec ad ſacros gradus debent prouehi,nec iſti, nec liberti, neque ſuſpecti, nec rectam fidem, uel dignam conuerſationem non habentes, ſummos ſacerdotes poſſunt accuſare α.

† paulo aliter I originali.

α ¶Accuſare.] *In Vulgatis codicibus ſequebatur*, nec ad accuſationem,ſeu ad teſtimonium nullatenus iuſte poſſunt recipi *quæ ſunt expuncta; quoniam abſunt à manuſcriptis,(vno excepto) & originali, & Burchardo, & Iuo. e In Pannormia tamen hac poſtrema pars poſt uerbum*, manifeſtantur *.ſic habet*; Hi omnes nuſquam nec ad ſacros gradus debent prouehi, nec ad accuſationem, ſeu ad teſtimonium vllatenus iuſte poſſunt recipi.

Q Vicumque.]Hęc eſt tertia pars, ĩ qua ponit pęnam periuro:& ſpecificat de infamib. Io. de Fant.
CASVS. Quæſitum fuit quam pœnam debeat pati, qui ſciẽs committit periuriũ. Et reſpondetur quòd debet pęnitere ꝑ quadraginta dies in pane & aqua, & ſeptem ſequentes annos, & in teſtimonium nũquã recipiatur: communionem tamen poſt pęnitentiam recipiat.
e ¶Peierauerit.] Su. 5.quæſt. 5. conſtituimus.
f ¶Septem.] 22 q. 4. qui ſacramento. contra Solu.ibi.
g ¶Sine pęnitentia.] interiori.ſi.50. diſtin. clerico.
h ¶Teſtimonium.] etiam poſt pęnitentiam peractam, ut ĩ. 22 quęſt.5.paruuli. Et hoc eſt uerum in teſtibus [1]. ſecus uidetur in accuſatore, ut 22.quæſt.5.ſi quis cõuictus.
i ¶Recipiatur.]Alibi dicitur, ꝙ iuramentũ ſolum Deum habet vltorem, ut C.de reb. cre.l. 2. non ergo incurrit infamiam. Itẽ alibi legitur,ꝙ periurium continetur ſub crimine ſtellionatus, vt ff.de cri. ſtel.l.2.ſed crimẽ ſtellionatus nõ infamat, ut ff.de crimi. ſtellio. l. 2. ergo, nec periurium. Sol. vbi iuramentum non cedit in præiudicium alicuius, ſolum Deũ habet ultorem. Dicunt autem quidam, ꝙ ſi iuramentum eſt de futuro, ſemper infamat: quia ibi frangitur fides Deo & homini: ſecus ſi eſt de præſenti, uel de præterito, ut C. de tranſac.ſi quis maior. Alij dicunt,quòd iuramentũ quod interuenit in contractibus, non infamat: ſecus in iuramento quod fit in iudicijs: hoc eſt certum, ꝙ omne iuramentum infamat canonica infamia [2]. Vtrum autem temerarium iuramentum repellat à legitimis actibus,dixi 85.diſt. Florentinum: & extra de teſt.& atteſtati. cauſam quæ.

1 Extra de ap. quæſtioni.ibi uideas. de pręſum. litteras. & de pur. ca.1 & de teſti. teſtimoniũ. Arch.
Iuramentum utrum infamet.

2 Cum iſta gl. concor. Bar.poſt gl, ſ l. Lucius. ff. de iſam. & Al. de Imo. in l. ſi ex falſis. C. de tran ſac.

Item Fabinus Papa.

¶Infamis efficitur, qui ſciens peierare præſumit. C. XVIII.

Poly.l 6.tit. 11. Burc.l. 12. c. 8. Iuo p.12.c.65.

3 QVicumque ſciens † ſe peierauerit [e], quadraginta dies in pane,& aqua, & ſeptem [f] ſequentes annos pœniteat, & numquam ſit ſine pœnitentia [g], & numquam in teſtimonium [h] recipiatur [i]; communionem tamen poſt hæc percipiat.

† *al. ſciens peierauerit*

Item Euſebius Papa,epiſt.1. ad epiſcopos Galliæ.

¶Accuſatores †,& perſonas, quas leges ſæculi non admittunt, eccleſiaſiaſticæ quoque repellunt. C. XIX.

† *al. Accuſationes*

NOs ſequentes patrum ueſtigia pro ſaluatione ſeruorum Dei, quaſcumq; ad accuſationẽ perſonas leges publicè non admittunt, his impugnandi alterum & nos licentiam ſubmouemus: & nullæ accuſationes à iudicib. audiantur eccleſiaſticis, quæ legibus ſæculi prohibentur.

3.q.5. de accuſationibus. §. idcirco. Anſ.l. 3.c.25.

Sed licet [k] *infames ab accuſatione epiſcoporum prohibeãtur,non tamen iſti ab huiuſmodi* † [l] *accuſatione prohibendi ſunt. Hæreticos namque accuſare infamibus non prohibetur,ut ſupra patuit in ea* † *cauſa,ubi de accuſatione minorum aduerſus maiores* [m] *diſputatum eſt.*

† *al. huius*

† *al. eadem* 2.q.7. per totũ

Item.

NOs ſequentes.] CASVS. In hoc cap. dicitur, ro dicit Gra. ꝙ licet generaliter prohibeantur, non tamen prohibentur ab accuſatione huius epiſcopi, qui ſimoniacus eſt,& hoc probat tali ratione, quia hæreticus uel ſimoniacus minor eſt catholico: ſed hoc an generaliter intelligatur: ſcilicet ut hæreticus ſit minor quolibet catholico,Augu.noluit definire.
k ¶Sed licet.]Infert ex prædictis.
l ¶Ab huiuſmodi.]Id eſt,ſimoniæ.
m ¶Maiores.]Vt 2.q.7.per totum.

Quæ

QVæro.] CASVS. Duæ ſunt in hoc c. quæſtiones. Prima eſt, utrum ille qui ignoranter incidit in hæreſim, grauius peccet, quam ille qui ſciēter eſt auarus. Et reſpondet Auguſtin ſecundum illam regulam, qua peccata ſcienter facta præponuntur peccatis ignoranter perpetratis. auarus ergo videtur grauius peccare. Sed ſi fortè tantum facit hæreſis magnitudo, quantum auaritia ſcienter admiſſa: æqualiter peccant. Secunda quæſtio fuit, an peſſimus catholicus illi hæretico præponatur, qui nullum habet peccatum præter hæreſim. Reſpondet Augu. ſe nolle hanc quæſtionem præcipitare. Gra. tamen hanc vltimam quæſtionem determinat ſupra 2. q. 7. ſed quæritur.

C. XX.

CVm maiores ſcientia, & moribus à minoribus accuſari prohibeantur, non æquales ab æqualibus vel minores à maioribus; ab huius ergo [a] *accuſatione non ſunt hi prohibendi, cum hæreticus catholico minor ſit. Sed hoc an generaliter accipiendum ſit, Auguſtinus non* † *definiuit lib. 4. de baptiſmo contra Donatiſtas, c. 5. dicens.*

† al. Aug. diffiniuit

¶ *Caput hoc in pleriſque vetuſtis exemplaribus coniunctum eſt ſuperiori. Quare conijcere licet hæc eſſe verba Gratiani.*

a ¶ Ab huius ergo.] *Locus hic emendatus eſt ex manuſcriptis. In impreſſis legebatur,* ab accuſatione huiuſmodi ſunt prohibendi: *ex qua lectione vix apta ſententia elici poterat.*

¶ Dubium eſt, an ſciens auarus, an neſciens hęreticus grauius peccat. C. XXI.

QVæro ergo, quis peccet grauius, an qui neſciens [a] in hæreſim incurrerit, an qui ſciens ab auaritia, id eſt idololatria non receſſerit? Secundum quidem illam [b] regulam, qua peccata ſcientium peccatis ignorantium præponuntur, auarus cum ſcientia uincit [c] in ſcelere. Sed ne fortè hoc fiat, facit in hæreſi ſceleris ipſius magnitudo, quod facit in auaritia ſcientis admiſſio, vt hæreticus neſciens auaro ſcienti coæquetur. *Item c. 20. eiuſdem libri.* Vtrum autem catholicum peſſimis moribus alicui hæretico, in cuius vita, præter id, quod hæreticus eſt, non inueniunt homines quod reprehendant, præponere debeamus, non audeo præcipitare [d] ſententiam.

4 *Verum hoc Auguſtini, & illud de infamium accuſatione de his intelligendum eſt, quos conſtat* [e] *eſſe hæreticos, non de his, qui ſe negant in hæreſim lapſos. Hic autem in omnibus religioſis apparens* [f], *dum ſe negat hæreticæ communionis aliquando macula infectum, infames, atque alios huiuſmodi à ſua accuſatione ipſe repellit. ¶ Hæc licet rationi niti videantur, exemplo tamen læſæ maieſtatis uana intelliguntur, ad cuius accuſationem dum ſocius initæ factionis admittitur; non quæritur, an cogitare contra animam principis ſit maieſtatem lædere; ſed an aliquis de nece eius tractauerit* [g].

Vñ hic loquit de illo q putabat illud credi ab eccleſia qđ ipſe credit, nihilominus peccat. 16. q. 1. ſicut i. Pctm̃ ignorãtis minus eſt q̃ ſciẽtis

a ¶ Neſciens.] Ille eſt ignoranter hæreticus, qui ſequitur opinionẽ quam putat ueriorẽ 1. vt 24. q. 3. hæreſis.

b ¶ Secundum quidẽ illam.] De pę. diſt. 2. ſciendum.

c ¶ Vincit.] Vide qualiter arg. licet enim peccatum ſit maius peccato: quia hic ſcientia præponitur ignorantiæ, tamen facta compenſatione ſcienter peccans pōt æquiparari ignoranter peccanti. ſimilis compenſatio eſt 9 diſt. in canonicis. Quod autem minus ſit peccatum ignorantis quàm ſcientis, habes 22. q. 7. quemadmodum, qñq; vr̃ plus peccare ignoranter peccantes q̃ ſcienter, ut 24. q. 1. ſchiſma. qñq; pacificantur ut hic

d ¶ Pręcipitare.] Gratianus tamen in ſimili quæſtione præcipitat ſententiam, ut 2. qō. 7. §. ſed quęritur, Vrbanus eãdẽ vr̃ ſoluere 12. q. 1. ſcimus.

VERVM. Hæc eſt quarta pars quæſtio. in qua quæritur vtrũ infamis poſſit epiſcopum accuſare de ſimonia, cum eſſet bonæ famæ: & primum dicit quod nõ; & hæc hæc eſt uera ſolutio: ſed poſtea impugnat qđ dixerat. Io. de Fã.

CASVS. Iſte §. reſpicit quod dictum eſt ſupra c quæro. in fin. cap & ĩ. ead. § licet. vbi vr̃ probatum, ꝙ infames contra hæreticos & ſimoniacos admittuntur. Et dicit Grat. ꝙ de illis loquũtur, quos conſtat eſſe hęreticos per præſumptionem. & ideo quilibet criminoſi & infames contra eos admittuntur. hic autem epiſcopus, de quo in themate agit̃, in omnibus religioſus apparet: & ideo infames ab eius accuſatione repelluntur.

VERVM. Grati. reſpon. illi ca. quæro. & illi § ſed licet. in quibus probauerat infames admittendos cõtra hæreticos: & ita contra ſimoniacum: & eius ſolutio durat vſq; ad § hæc licet ratione. & ibi incipit ſuam ſolutionem impugnare.

e ¶ Conſtat.] Si conſtat, ergo non eſt neceſſarius 2. accuſator. expone ergo cõſtat, i. tale eſt crimen, quod conſtat eſſe hæreſim. Vel dic ꝙ conſtat per famam: quia ſunt malæ famæ. 2. 2. q. 1. de manifeſta. ex de accu. euidentia. Archid.

f ¶ Apparens.] Hæc ſolutio eſt canonica: quia cõcordat cum Grego 2. q. 1. in primis. & impugnatio, quam ponit in ſequenti. § allegando ponitur.

HÆC LICET. CASVS. Obijcit modo Gra. contra ſupradicta: & dicit quod licet videantur quæ dicuntur in §. ratione niti: tamẽ exemplo criminis læſæ maieſtatis falſa intelliguntur: in quo non quæritur, an cogitare ꝯ animam principis ſit maieſtatem lædere: ſed an de eius nece tractauerit. eadẽ ratione non debet quæri an ſimonia ſit hæreſis, ſed an commiſerit ſimoniam iſte epiſcopus. & ad hoc inducit legem ſequentem.

g ¶ Tractauerit.] Sic ſupple in ſimonia non eſt quærendum

Vnde Impp. Arcadius & Honorius in nono libro Codicis, tit. ad legem Iul. Maieſtatis, le. 5. ſcripſiſſe leguntur.

C. XXII.

SI quis † cum militibus uel priuatis [a], uel barbaris etiã ſceleſtam inierit factionem, aut factionis ipſius ſuſceperit ſacramentum, uel dederit, de nece etiam uirorum illuſtriũ, qui conſilijs, & cõſiſtorio noſtro interſunt: ſenatorum etiam (nam & ipſi pars corporis noſtri ſunt) uel cuiuſlibet poſtremo, qui nobis militat, cogitauerit (eadem enim ſeueritate uoluntatem [b] ſceleris, qua effectum puniri iura voluerunt;) ipſe quidẽ, vtpote maieſtatis reus gladio feriatur, bonis eius omnibus fiſco [c] noſtro addictis. Filij uero [d] eius, quibus uitam Imperiali ſpecialiter lenitate concedimus (paterno enim debent perire ſupplicio, in quibus paterni, hoc eſt hereditarij criminis exempla metuuntur † [e]) à materna, uel auita, omnium etiam proximorum hereditate, ac ſucceſsione habeantur alieni; teſtamentis extraneorum nihil capiant; ſit perpetuo egentes, & pauperes, infamia eos paterna ſemper comitetur; ad nullos umquam honores, nulla ſacramenta perueniant; ſint poſtremo tales, ut his perpetua egeſtate ſordẽtibus, ſit & mors ſolatium, & uita [f] ſupplicium. Denique iubemus etiam eos notabiles eſſe ſine uenia, qui pro talibus vmquam apud nos interuenire [g] tentauerint. *& infra.* ¶ Sane, ſi quis ex his in exordio initæ factionis, ſtudio veræ laudis accenſus, initam prodiderit factionem; præmio & honore à nobis donabitur. Ipſe uero, qui uſus fuerit factione, ſi uel † ſero, tamen incognita adhuc conſiliorum arcana patefecerit, abſolutione tantum, ac venia dignus habebitur.

† *Quisquis.*] or. & eſt initium legis.

† *al. metuentur*

† *al. ſi Veræ*

¶ Hoc & ſequens caput in vetuſtis exemplaribus ſunt coniuncta antecedenti; quare nec rubricas habent.

Porro [h] ſimoniæ accuſatio ad inſtar publici criminis læſæ maieſtatis procedere debet: ſicut Leo Imperator in primo libro Codicis decreuiſſe legitur, titulo de epiſcopis & clericis, l. ſi quemquam. Quod de accuſatione, non de pœna [i] intelligi oportet.

Tit. 3. l. 29.

rendum, an ſimonia ſit hæreſis. iſte enim epiſcopus negauit ſimoniam eſſe hæreſim, & male, ut 1. q. 7. patet. & ſic concludit. in ſi.

SI quis. [CASVS. Statuerunt Imperatores Honorius & Arcadius, quod ſi quis contra principem fecerit coniurationẽ, uel dederit uel ſuſceperit ſacramentum de morte, non ſolum Imperatoris, ſed etiam uirorum illuſtrium & ſenatorum, uel de morte cuiuslibet militis, qui militat Imperatori, cogitauerit ſacramenta dando uel recipiendo. uel etiã aliud faciendo. gladio feriatur, omnibus ſuis bonis confiſcatis. filij vero eius (quibus uita miſericorditer reſeruatur) ſint remoti à conſanguineorum, & etiam extraneorum ſucceſſione: ſint etiã perpetuo infames, & illi qui pro his intercedunt, nec ullos habeãt honores, nec ad ſacramenta perueniant militaria. Et ſi quis de coniuratoribus in initio prodiderit factionem, præmiũ habeat & honorem: ſi uero ſero, ueniam habeat.

a ¶ Priuatis.] Not. milites non dici priuatos, vt 23. q. 1. q. cõtra.

b ¶ Voluntatem.] Not. Quod punitur hic ſola voluntas, ut 29. diſt. nulli. 22. diſt. omnes quia in maleficijs uoluntas ſpectatur, non exitus. ff. ad le. Cor. de ſic. diuus. Arg. contra. 32. diſtin. erubeſcant. de pę. diſ. 1. cogitationes. 32. q. 5. Chriſtiana. Solu. regulariter voluntas nõ punitur niſi ad aliquem actum procedat.

Voluntas ſola nõ punitur.

c ¶ Fiſco.] Idem eſt in crimine hæreſis, vt extra de hære. uergentis 1. aliàs bona damnatorum regulariter reſeruantur filijs, ut C. de bon. damna. authen. bona.

1 Vbi plene de hoc: & 23. q. 7. I ſumma. i bi dicamr. & vi [illegible] & idẽ eſt in interfectore clerici. ext. de pęn. in quibuſdã. Ar.

d ¶ Filij uero.] In poteſtate cõſtituti. ſi enim eos poſtea emancipaſſet, non valet, ut C. eo. l. perpenditur. arg. ff. de bo. damna. l. ulti. § ex liberis. filij itaque emãcipati non patiuntur hanc pœnam. Dicunt tamen quidam quod hæc pęna ſpectat ad filios poſtea natos, nõ ad iam natos. ſed littera eis contradicit.

e ¶ Metuuntur.] Iuxta illud: Sæpe ſolet ſimilis filius eſſe patri. Et ſequitur leuiter, filia matris iter 16. diſtinct. ſi genus. vnde qui emit mancipia de genere eorum quærit, ut ff. de ædil. edict. quòd ſi noli. §. qui mãcipia.

f ¶ Et uita.] Supra 74. diſt. quorundam.

g ¶ Interuenire.] Sic ſup. 50. diſt miror. Et nota, quod [illegible] que prohibetur ſupplicari pro aliquo. de pœ. diſt. 1. pdixerat. & extra de hære. ad abolendam. & C. de tranſact. ſi quis maior.

PORRO. CASVS. Supra in §. [Hæc licet.] Poſuit ꝓpoſitionem. in hoc. §. ponit aſſumptionem ſui argumenti, ſic: Supradictum eſt de accuſatione criminis læſæ maieſtatis. ſed accuſatio ſimoniæ ꝓcedit ad inſtar criminis læſæ maieſtatis, quod de accuſatione tãtum, ſcilicet ut quilibet poſsit accuſare, & non de pœna eſt intelligendũ: & quod crimen læſæ maieſtatis differat in pęna a ſimonia, probat per legem ſequentem.

h ¶ Porro.] Hic ponit aſſumptionem argumenti ſui. præmiſit enim primo propoſitionem.

i ¶ Pœna.] In crimine enim ſimoniæ conuictus deponitur, ut 15. q. 3. ſane, ſed hic capite punitur. Qualiter iſti parificentur, notaui 15. q 3. ſane. & ca. memini. Sed nunquid ordinatus ſimoniacè poteſt ordinatorẽ ſuũ conuenire de hoc: cum accuſatores conſequantur præmium

Simoniace ordinatus ordinatorẽ ſuũ conuenire negt.

1 Et bñ.ar. 3.q.ſi.c.vlt. ſm Ioã. de Fan. In his ergo q̃ ſũt expreſſa:ſimilis eſt ac cuſatio:ſ.vt accuſatores admittanť: & ſolẽnitates ſeruentur. ſm B.ſſi.

præmium, non credo 1.licet dicatur hic quòd omnes accuſantes admittantur.

NVllus.] CASVS. Iudex in cauſa criminali uolebat militem,uel nobilem aliquem, uel in dignitate cõſtitutum verberibus ſubijcere. Quæſitum fuit ab Impera-

Gratia.bene ſoluit in illo §.verum. & illa ſolutio concordat cum Grego.2.q.1. in primis.& q.7.accuſatio.& quæ poſtea dicuntur in ſequentibus §. ſunt allegationes,hoc dicit.Io.& etiam bene.H.tamen & Cardinalis non excuſant eum,ſed dicunt eum male dixiſſe,niſi in

Vnde Imppp.Valẽtinianus,Valẽs, & Gratianus AAA. libro nono Codicis,titulo ad l.Iuliam maieſtatis,l.nullus.

Tit.8.l.4.

C. XXIII.

NVllus omnino, cui conſultis, ac neſcientibus nobis fidicularum [a] tormenta inferuntur, militæ [b] uel generis [c] aut dignitatis [d] vti defenſione prohibeatur; excepta [e] tantum maieſtatis cauſa, in qua ſola omnibus æqua conditio eſt.

Sed cum omnes illi aſſumantur in hac accuſatione ſimoniæ, qui poſſunt accuſare de crimine maieſtatis; conſtat, ꝙ ſicut ibi non dubitatur de crimine maieſtatis, ſed an reus commiſerit illud, ſic & hic non negatur hæreſis; ſed impetitur accuſatus, an commiſerit hæreſim.

QVAESTIO II.

Q*Vod autem [f] quæritur, ſi epiſcopus in accuſatorem accuſationem vertere voluerit, an ſuæ ſimplici aſſertioni fides ſit adhibenda: facile ſoluitur, ſi ſanctorum Patrum auctoritas diligẽter inſpicatur. Vt enim ſancti Patres definiunt, nullius perſonæ quãtumlibet exercitatæ confeſſioni fides eſt adhibenda, niſi competentes probationes adhibeat.*

Vnde in Carthag. concilio 4.c.29.legitur.

33.q.6.c.vlt.

¶Epiſcopus alicui crimen obijciens in ſynodo probet, quod obijcit. C. I.

EPiſcopus, ſi clerico, vel laico [g] crimen impegerit, deducatur ad probationem in ſynodum [h].

Sed obijcitur. Si ſe ſolum alieni ſceleris conſcium mouerit, probare illud teſtibus non valet. Quid ergo tunc ſibi faciendum ſit, ex concilio Vaſenſi primo, c.8. ſic diffinitur.

illo. §. uerum. Poſſet etiam dici, ꝙ epiſcopus iſte, de quo agitur in principio thematis, infamatus erat, licet religioſus appareret: ideo non prodeſt ei ſi negat ſimoniam eſſe hæreſim, ſed an commiſerit. unde infames bene admittuntur ꝫ ipſum, & ita ſecundum hoc bene dixit Gratia. per totum §. niſi in §.illo [uerum.] vbi loquitur allegando ſecundum hunc intellectum.

QVod autem.] CASVS. Hic ponit ſecunda q. qua quæritur, ſi epiſcopus acuſatus uertat accuſationẽ ſuam in accuſatorem, an ſit ſuæ ſimplici aſſertioni credendum, ſcilicet ſine teſtibus. Et reſpondet quòd non, ut inf.ea.c.1.2.& 3.

f ¶Quod autẽ.] Nunquam ſoli epiſcopo creditur. 4.q.3.iuriſiurãdi. nec tenet lex 11.q.1.quicunque.

EPiſcopus.] CASVS. Dicitur hic ꝙ ſi epiſcopus impoſuerit crimẽ aliquod alicui clerico uel laico, probare debet illud in ſynodo, & conuentu clericorum. Et quod dicitur de laico intelligas de crimine eccleſiaſtico, ut eſt crimen vſurarum, hæreſeos, ſimoniç, adulterij, ſcilicet quo ad thori ſeparationem, & omne crimen quo ad denunciationem ad pœnitentiam.

Imperatore, an poſſit ſe tueri ratione militiæ uel generis vel dignitatis. Et reſpõdet ꝙ ſic, non tñ in crimine lęſæ maieſtatis, in quo omnibus æqua eſt conditio.

a ¶Fidicularum.] Id eſt chordarum, quæ ligantur circa frontem hominis, & ſtringitur caput per eas, & eſt fides idem quod chorda, ut ibi, Me fide perſpicuus Troiæ munitor amauit.

b ¶Militię.] C.de quæſtio.milites.

c ¶Vel generis.] C.de pœ.l.decurionum.

d ¶Aut dignitatis.] C.de quæſtio.decuriones.

e ¶Excepta.] Vbi nullus poteſt ſe excuſare aliquo priuilegio, tenet lex.11.q.1.quicunque.

SED CVM.CASVS. Hic concludit Gratianus ex ſu prædictis hoc modo. Cum ſimonia & crimen læſæ maieſtatis paria ſint in accuſatione, ergo ſicut in crimine læſæ maieſtatis non dubitatur, an ſit crimen læſæ maieſtatis, ſed an cõmiſerit illud: ſic in crimine ſimoniæ non dubitatur ſimoniam eſſe hæreſim, ſed an commiſerit ſimoniã, licet neget hæreſim eſſe. Sed nota, ꝙ

g ¶Laico.] Sed huic c.eſt ꝫ 11.q.1.experientiæ.& c.ſi quis cum clerico. Sed quod hic dicitur, intelligas de eccleſiaſticis criminibus. Poteſt tamen clericus iudicare de omni crimine quantum ad iniungendam pęnitentiam. ꝫ.ea.q.1.illi qui.& 22.q.1. prædicãdum. & ext.de iud nouit 2. Vel loquitur ſecundum tempora Apoſtolorum, quando omnes cauſę deferebantur ad eccleſiam, ut 11.q.1.relatum.

h ¶Synodum.] Id eſt, conuentum clericorum, qui cõcilium appellatur. 12.q.2.placuit. & c.epiſcopus 2.qui ſine eorum præſentia non debet cauſas audire. 15.q.7. epiſcopus nullius. & hoc intelligo de criminali negotio, ſed in ciuili cã eligũtur arbitri, ut 11.q.1.ſi clericus.

SED OBIICITVR.CASVS. Dictum eſt ſupra in §. quod autem quod ſoli epiſcopo non eſt fides adhibenda. Nunc vero obijcit, id eſt, incidenter quærit, quid

Clericus an de oĩ crimine poſſit iudicare.

2 Et optime extra ut eccl. bñ c.1. uer. & iõ. & nota ex̃ de of.or. c.1. licet aliter uideat notari per Bart. & In ex̃ de purg. can.nos inter.

ſit faciendum cum epiſcopus ſciat alicuius delictum, ſed teſtibus probare non poteſt, & de hoc reſpondet per ſeq. cap.

7.q.1.ſcire & 11.q.3 quibus epiſcopi. vbi dicitur, quib. epiſcopi non cōmunicant, nec nos cōicare debemus: qa illa c. de publice excommunicatis: intelligūtur 2.

¶Epiſcopus non proferat, quod probare non poteſt. C. II.

SI tantum [a] epiſcopus alieni ſceleris ſe conſcium nouit, quamdiu probare non poteſt, nihil proferat [b]; ſed cum ipſo ad compunctionem eius ſecretis correptionibus elaboret. Quòd ſi forte correptus pertinacior fuerit, & ſe cōmunioni publicæ ingeſſerit, etiam ſi epiſcopus in redarguendo illo, quem reum iudicat, probatione deficiat, indemnatus α [c] (licet ab ijs [d], qui nihil ſciunt, ſecedere ad tempus [e] pro perſonæ maioris auctoritate iubeatur [f]:) ille tamen, quamdiu nihil probari poteſt, in communione omniū, præterquā eius, qui eum reū iudicat, permanebit. Iuo p.5. c.364.

α ¶Indemnatus.] *In originali legitur*, indemnatus licet, ab his, qui nihil ſciunt, ſecedere ad tempus pro perſona maioris auctoritatis iubeatur, illo, quamdiu probari nihil pōt, in communione omnium, præterquam eius, qui eum reum iudicat, permanente.

Item ex concilio Africano, c.99. & 100. & Carth. 7. c. 5.

¶De epiſcopo, qui ſibi ſoli dicit aliquem crimen ſuum fuiſſe confeſſum. C. III.

Burc. l.19. c.127 Iuo p.5. c.363.

PLacuit, ut ſi quando epiſcopus dicit aliquem ſibi ſoli [g] propium crimen fuiſſe confeſſum, atque ille neget †, non putet ad iniuriam ſuam epiſcopus pertinere, quod illi ſoli non creditur. Et ſi ſcrupulo propriæ conſcientiæ ſe dicit neganti nolle communicare [g], quamdiu excommunicato [h] non communicauerit ſuus epiſcopus, eidem epiſcopo ab alijs non communicetur epiſcopis; ut magis caueat [i] epiſcopus, ne dicat in quemquam, quod alijs documentis conuincere non poteſt.

† *ne. et. & pœnitere noluerit. non putet, &c.* Africanum.

SI tantū.] CASVS. Quidam epiſcopus ſolus nouit crimen ſui parochiani, vel quia ſolus vidit eum peccātem, vel quia peccator ſibi dixit: nolebat corrigi, eps eum volebat remouere à communione aliorū: quæſitum fuit in concilio Vaſenſi q̄d iuris ſit, reſpondet q̄ epiſcopus debet eum ſecreto monere, ut reſipiſcat: ſed non debet publicare crimen eius, cū p̄bare nō poſſit. Si autē ille factus pertinacior ſe ingerat publicæ communioni, quamdiu epiſcopus probare non poteſt, indennis erit quo ad epiſcopum, ſed ſtabit in communione omnium, niſi in communione epiſcopi, ſupple priuata, uel ſi voluerit epiſcopus, tamen nō uitabit eum in publico, ſed in ſecreto. Quidam tamē vt Bene. intelligunt hoc c. de excommunicato, quem epiſcopus non poteſt probare fuiſſe excommunicatum; ideoque publice communicabit ei, ſecreto atem uitabit illum.

a ¶Si tantum.] Hæc duo cap. intelligit H. de occulto peccatore & dicit, q̄ ſi ſcio aliquem eſſe in mortali peccato, licet ſit occultū, debeo ipſum uitare occulte, ſed non publice: nec poſſum eum de hoc accuſare cū non habeam teſtes: ſed illud eſt perdurū, ut omnem quem ſciam peccatorem debeā euitare; & eſt illud cōtra 2.q.1. multi. Sed tu ponas caſum ſic. Epiſcopus aliquis ſolus ſcit aliquem in canonē incidiſſe 1, debet eū corrigere priuate; & ſi incorrigibilis ſit, priuate vitabit eum, non publice, ne ſit proditor criminis, ut extra de ſent. excommu. cum non ab homine. in princip.

b ¶Proferat.] Accuſando publice.

c ¶Indemnatus.] Sic ordina litterā, ille tn̄ indēnatus. i. nō dānatus, in communione omnium permanebit.

d ¶Ijs.] Id eſt, quantum ad eos, qui nihil ſciunt de excōmunicatione illius, vel de crimine eius, ut extra de ſent. excom. cum illorum.

e ¶Ad tempus.] Id eſt, dum eſt in peccato.

f ¶Iubeatur.] Iubere enim poteſt prælatus aliquē, ut abſtineat à ſua priuata communione, uel etiam a cōmunione ſacramentorum: quia in ſecreto poteſt p̄cipere talia hominibus peccātib. 33. diſt. habuiſſe. tamē per ſnīam non pōt aliquis aliquem ſecreto ſeparare à participatione ſacramentorum, uel etiam ſuſpendere. poteſt etiam quis cum ſcit aliquē criminoſum, ſuo p̄lato dicere ut ipſum corrigat, ut 22. q.5. hoc uidet. Vel expone, iubetur, id eſt, moueatur. ſic 31. quæſt. 1. hac ratione ſecundum p̄miſſa patet, quod non obſtat inf. de conſecra. diſt. 2. non prohibeat. 93. diſt. ſi inimicus.

PLacuit.] CASVS Bene. ſic ponit hunc caſum. Quidam cōfeſſus eſt ſuum delictum ſoli ep̄o velut homini. poſtea cum ſuum delictū corrigere nollet, epiſcopus excommunicauit illum, nec ei comunicare volebat. ille cōqueſtus eſt in Africano cōcilio eps replicabat, q̄ ille fuerat ſibi cōfeſſus crimē, ſed nō poterat teſtibus probare. q̄ſitū eſt quid ſuper hoc ſit faciēdu. & rn̄ſum eſt in cōcilio Carthaginēſi, q̄ eps ex quo nō poteſt crimē probare, nō doleat ſi ei no credat, & quādiu non uult communicare illi in publico, tamdiu nō communicetur ſibi ab alijs epiſcopis. Ego autē ſic pono caſum, Aliquis confeſſus fuit ſoli epiſcopo crimē ſuum, propter quod inciderat in excōmunicationem. epiſcopus uitabat eū in publico. quæſitum fuit in cōcilio Carthaginenſi, an bene faceret epiſcopus? & rn̄detur q̄ non: nec putet ſibi ad iniuriam q̄ ei ſoli non creditur, ſi dicat eum eſſe excommunicatum. & quādiu nō communicauerit ei, tamdiu ab alijs epiſcopis non communicetur ei.

g ¶Sibi ſoli.] Non tanquam Deo, ne ſit cōtra de pœn. diſt. 6. ſacerdos. 7̄. 11. q 1. quicumque contra. Sed illud non tenet. ſic ergo dicto ſolius ep̄i nō creditur, nec ēt ſcripto niſi adſit ſubſcriptio, ut ex de teſti. cū a nobis. niſi hoc habeat conſuetudo, ut extra de fide inſtru. cū dilectus. nam litteris ſuis creditur, quibus ſignificat ſe aliquem excommunicaſſe, ut 11. q 3. curæ.

h ¶Excommunicato.] Id eſt, quem dicit excōicatum.

i ¶Caueat.] Ecce pœna illius, qui iniuſte vitat aliquē vel iudicat. ſic 2. q. 1. nemo.

a Iſtud aūt c. loquitur de tali delicto propter q̄d delinquēs incidit i canonē latæ ſententiæ. aliàs eſſet cōtra 2.q.1 multi. quia oēs peccatores non poſſumus vitare vt ibi dicit ſecundum Pe. Vel dic q̄ loquitur de eo quē eps nulla manifeſta cauſa nec ordinario iudicio habito à cōione aliorū p̄cipit ſeparari ſm L. g ita no. in p̄dic. c. quib. Arch.

Criminoſus occultus, an debeat uitari à ſciētibus ipſum eſſe talem.

1 Hic fuit caſus Ben. qui cōprobat per decreta d̄ ſē. excō cū nō ab homine. ſed G intellexit hoc c. ſi tātum, de excōicato nō à ſētētia, ut 11. q. 3. §. cuidēter in fi. Archid.

Iu-

IVdicium.]CASVS. Hic ponitur tertia quæſtio, in qua quæritur, an liceat ſibi expetere iudicium alterius metropolitani: & rñdet ꝙ non, vt ĵ.ea.c.1 2 & 3. niſi de licentia ſui metropolitani, vt 2.q 6. placuit. & 11.q.1.

in alienam meſſem, id eſt, in alienum iudicium nõ debes manum extendere, ſed prædicatione & bonis operibus debes homines à vitijs ſeparare.

b ¶Mittere.]Nec ordinare, nec aliqua ſacramenta dare poteſt in alterius epiſcopatu. 9.q.2.cap.1. & 2 ſecus de proconſulibus qui inſignia ſua extra ꝓuinciam ferunt, & uoluntariam exercent iuriſdictionem. ff. de offi. proconſ.l.1 & 2.

c ¶Monendo.] Non tamen publicè eis ꝑdicando tanquã ius in eis habens. 71.diſt. hortamur. & 9. q.2.epiſcopum. arg 13.q.1.c.1.16.q.1. interdicimus. ſed ſine ſolennitate ad bonum monẽdo 1. quod quilibet poteſt facere, & etiã monachus, 16.q.1.c.1 & c. quia iuxta ſecũdum alios poſsũt prædicare, non tamen cõcitando turbam. 16.q.3. placuit 2. quia illud non conſiſtit in contentioſa iuriſdictione. Nec refert qs prędicet ſed quid prędicet. 19. diſtin. ſecundum Ioan.

1 Quidam dicunt hoc eſſe uerum ſi inuitet. 7.q.1. epi, vel presbyteri. vbi de hoc. Archid.

β ¶Communicare.]*Sic in Carthaginẽſi ſeptimo, c 5. cui ad verbum reſpondet hoc caput. In Africano autem, hic ſequitur,* ſecrete tamen † interdicat ei communionem, donec obtemperet, *quemadmodum & apud Burchardum. Sequentia autem verba,* Quamdiu, &c *ſunt initium capitis centeſimi.*

†abeſt ab aliquot exemplaribus.

QVAESTIO III.

IVdicium[a] *vero archiepiſcopi alterius prouinciæ alicui expetere non licet.*

Vnde Gregorius ait reſpons. ix. ad Auguſtinum Anglorum epiſcopum.

¶Alterius parochianum alicui iudicare non licet. C. I.

Deuter. 23.

SCriptum eſt in lege: [Per alienam meſſem tranſiens: falcem mittere[b] non debet, ſed manu ſpicas conterere, et manducare.] Falcem ergo iudicij mittere non potes in eã ſegetem, quæ alteri videtur eſſe commiſſa: ſed per effectum† boni operis frumenta Dominica vitiorum ſuorum paleis expolia, & in eccleſiæ corpus monendo[c], & perſuadendo, quaſi mandendo, conuerte.

†affectũ] ori.

Item Pelagius Papa II. epiſt. 1. omnibus epiſcopis.

¶Quot ciuitates vnaquæque prouincia habeat. C. II.

Poly l. 5. tit. 1. Anſ. l 6. c. 107. Pann. l 4. c. 24.

SCitote certam prouinciam eſſe, quæ habet decem, aut vndecim ciuitates, & vnum regem, & totidem minores poteſtates ſub ſe, & vnum metropolitanum †, alioſq; ſuffraganeos† x. vel xj. epiſcopos[d] iudices: ad quorum iudicium omnes[e] cauſæ epiſcoporum, & reliquorum ſacerdotum, ac ciuitatem referantur, vt ab his omnibus iuſtè, conſona uoce diſcernantur†, niſi ad maiorem auctoritatẽ fuerit ab ijs, qui iudicandi ſunt, appellatum. Vnde non oportet, ut degradetur, uel dehonoretur unaquæque prouincia: ſed apud ſemetipſam habeat iudices, ſacerdotes, & epiſcopos, ſingulos videlicet ſecundum ordines[f] ſuos; & quicunq; cauſam habuerit, à ſuis iudicibus iudicetur, & non ab alienis; id eſt à ſuæ iuſtis iudicibus prouinciæ, & non ab extraneis[g] †, niſi (vt iam eſt prælibatum,) à iudicandis † fuerit appellatum.

†*epiſcopum*] orig.
† *ſuffragatores*] orig.
†*decernantur*
† *al. externis*
†*al. iudicatis*

Item Nicolaus Papa.

SCitote certam eſſe.]CASVS. Docet hic Pelagius, quæ dicatur certa ꝓuincia, ſcilicet quæ habet x. uel xj. ciuitates, & vnum Regem, &c. & ꝙ ad iudicium comprouincialiũ omnes cauſæ epiſcoporum & reliquorum ſacerdotũ debent referri, ut ab eis uoce conſona diſcernantur. niſi appellatum fuerit ad maiorem.

d ¶Epiſcopos.] Hoc ideo eſt ſtatutum, qa cauſa epiſcopi coram xij. epiſcopis tractanda. 15.q. 7. ſi quis tumidus.

e ¶Omnes.]Arg archidiaconos non eſſe iudices.

f ¶Secũdũ ordines.] Ergo medio prætermiſſo non eſt ad ſuperiorem eundum, vt 2.q.6. c. anteriorum. ver. illo videlicet. & c. decreto. & q.7. metropolitanum. Et ſic eſt arg. ꝙ omiſſo archidiacono non itur ad epiſcopum, ut extra de offi. arch. c.1. & 18.q 2. cognouimus. & arg. contra extra de præben. referente.

Appellandũ nõ eſt omiſſo medio.

ADDITIO. Vbi de hoc, & extra de ap. dilecti dic ut ibi Archi. De hoc etiam habes 25. diſt. perlectis.

g ¶Ab extraneis.] Ergo metropolitanus eſt extraneus iudex. non eſt ergo iudex prouinciæ. Quid iuris ſit de hoc, quære 9.q.3.c.2.10.

11.q.1. clerum.

a ¶Iudicium.]Nulli licet habere iudicem alterius ꝓuinciæ, niſi per appellationem, ut 3.q 6. non liceat.

SCriptum.]CASVS. Docet hic Greg. ꝙ iudex iudicare non debet alterius parochianum, & hoc probat auctoritate legis Moſaicæ, ſcilicet in Deutero. ubi ꝑcipitur, ꝙ trãſiens per meſſem alienam falcem immittere non debet, ſed conterere ſpicas manibus poteſt, & comedere. Hanc auctoritatem exponit Greg. dicens, ꝙ

¶Non aliorum, ſed primatis ſui iudicio quiſq; ſe ſubijciat epiſcopus. C. III.

DEnique Suffredus, ſi tale in ſe crimē nouerat, quo recte poſſet epiſcopatu priuari, uel infirmitate [a] ſe ſentiebat forſitan prægrauari, qua impeditus nullis poſſet ꝓximis ſua prælatione prodeſſe; primatis ſui debuerat, & non aliorum diœceſeos antiſtitum præſtolari iudicium. Quòd ſi quælibet ambiguitas, uel aliqua fortaſſe ſuper eius examinatione uel epiſcopatus abrenunciatione oborta fuiſſet contentio; ex more ad Apoſtolicam ſedem referri conuenerat; & noſtra in his omnibus debuerant cuncti decreta penitus expectare. Quod quia omiſſum *α* hactenus dolemus; dilectiſſimam mihi gloriam ueſtram uehementer efflagito, ut iam dictus Suffredus epiſcopus proprio reſtituatur [b] epiſcopio: & ſi quid reprehenſione dignum geſſit; poſtea uel correctione, uel digna animaduerſione definietur.

α ¶Omiſſum.] *Locus hic emendatus eſt ex pleriſque uetuſtis Gratiani codicibus.*

Eſt tamen caſus, in quo epiſcopus alterius parochianum excommunicare valet.

Vnde in concilio apud Compendium, c. 5.

¶Quando epiſcopus alterius parochianum excommunicare ualet. C. IIII.

Burc. l. 11. c. 12.
Iuo p. 14. c. 82.

PLacuit pro communi utilitate, & inſtante neceſſitate; Vt nullus epiſcoporum grauiter ferat; ſi eius parochianum [c] pro deprædationis cauſa alter epiſcopus excommunicauerit.

[*Item ex concilio Meldenſi, c. 2.*]

DEnique.] CASVS. Suffredus epiſcopus ſentiens ſe criminoſum, vel ita infirmitate grauatum, ꝙ nō poterat prodeſſe ſubiectis, adiuit primatem non ſuū, vel epiſcopos alterius prouinciæ, & corā eis uolebat epiſcopatui renūciare. Illi autem epiſcopi uel primas crimen eius examinanerunt, & renunciationem receperunt. Quod quia male actū eſt, nec debuit fieri ſine auctoritate Papæ: ideo Papa cuidam cōmittit ut Suffredum reſtituat, & ſi poſtea quid fuerit corrigendum ab eo diffiniat: uel ita reſtituatur, & poſtea de cauſa cognoſcatur.

a ¶Vel infirmitate.] vel malitia plebis, uel defectu ſcientiæ, uel irregularitate, ut extra de renunc. niſi cū pridem.

b ¶Reſtituatur.] Sed nonne debuit perdere locum ſuum: quia ſpontanee reſpondebat coram extraneo iudice. 11. q. 1. placuit & 3. q. 6. non liceat? Sed dic, quod Papa pepercit ei. Et eſt hic argumentum de illicita renunciatione, ꝙ non teneat ſi fiat ignorante prælato ſuo, uel ſi fiat in manu alterius 17. q. 2. Gonſaldus. extra de renunc. admonet. ff. de offi. præſi. legatus. Sed contra: q. etiam tacite quis renunciat iuri ſuo. extra de ijs, quæ fiunt à ma. par. c. ex ore. & 7. q. 1. eos. & extra de renun. quod in dubijs. & 23. q. 1. de beneficio. 7. q. 1. q̄ periculoſū. Dico, ꝙ ipſe non poteſt repetere; quia renunciatio tenet quātū ad ipſum: ſed eccleſia poteſt eum repetere 1, ut 7. q. 1. non oportet, & c. eos. Vel dic, ꝙ renunciare poteſt ijs, quæ ſpectant ad onus, ſed non ijs, quæ ſpectant ad honorē. non enim ſubditus poteſt abdicare à ſe iuriſdictionem ſui epi. extra de foro compe. ſi diligenti. Io.

Renūciatio illicita an teneat.

1 Dic hoc eſſe uerum in prælaturis & beneficijs iā quęſitis, ſed ſecus in acquirendis, ī præ. dec. ex ore ſecūdū Goffre.

EST TAMEN. CASVS. ſup. in c. ſcriptum dictum eſt, ꝙ aliquis nō debet mittere manū in meſſem alienam: ſed quia caſus eſt in quo poteſt quis alienum iudicare parochianum, ideo Gratia. ponit illum §. ut illum oſtendat caſum.

PLacuit.] CASVS. Satutum fuit in conc. vt nullus epiſcopus doleat, ſi eius parochianus excommunicetur ab alio epiſcopo propter prædam quam fecit in ſuo epiſcopatu.

Exempti dilinquentes in diœceſi epī an poſſint ab eo puniri.

c ¶Parochianum.] Sed nonne epiſcopus poteſt punire exemptos, qui delinquut in ſua diœceſi? Videtur ꝙ ſic, per c. illud & 5. 3. q. 6. c. 1. & ex̄ de hæret. ad abolendam. in fi. ubi dicitur, ꝙ nullum priuilegium iuuat & extra de priui. tuarum. in fin. Item negligentiam talium poteſt ſupplere, ut extra de ſupple. negli. præl. ſicut. extra de priuil. patentibus. Item quia ratione delicti perditur priuilegium. 11. quæſt. 2. priuilegium. Itē quia reatus omnem honorem excludit, ut C. ubi ſe. vel cla. l. 1. Item qua in prouincia quis deliquit; illic iuri ſubiaceat: nullo ſe excuſaturus priuilegio. C. vbi de crimine agi oporteat. Auth. qua in prouincia nō enim prætextu priuilegij conceſſi, flagitiorum creſcet auctoritas, ut C. de priui. ſcho. l. 2. li. 12. ad idem in Auth. de manda. priu. §. ꝙ ſi delinquentes inueneris. coll. 3. ubi dicitur: nō pmittas nocētes aliquibus uti priuilegijs. E contra probatur, ꝙ non poſſunt puniri, ut extra de priuil. ſane. & c. cum capella. 16. q. 1. frater noſter. & expreſſe dicitur extra de ſup. neg. præla. ſicut. ſi enim tales poſſunt puniri ſicut & alij, inutile eſſet eorū priuilegium. Item pro cōſul non poteſt ſe intromittere de cauſis fiſcalibus; ſic nec epiſcopi de illis, q̄ quodāmodo fiſcales factæ ſunt per priuilegium. ff. de off. proconſul. in aliqua. §. 1. Solu. quidam dicunt, ꝙ pro occulto delicto à ſolo Romano pōtifice poſſunt puniri: ſed ꝓ notorio poſſunt puniri ab epiſcopo loci, per id, quod legitur extra de priui. tuarum. Melius dicas, ꝙ ſi priuilegiatus delinquit circa rem non exemptam, ut in cōtractu, uel in maleficio, occidendo hominem, uel adulterādo cum aliqua, tale delictum poteſt punire epiſcopus loci: quia & ſi ſit perſona exempta: tamen res in quam delinquitur, non eſt exempta. Si uere delinquit circa rem exemptam, puta male gerendo ſe in officio ſuo, uel alienando res eccleſiæ ſuæ: in his à ſolo Papa punitur. ubi ergo factū exempti ꝑiudiciū affert non exemptis, bene epiſcopus loci punit in his in quib. delinquens contingit ſuam iuriſdictionem: ſecus ſi non afferat alicui præiudicium. & hæc diſt. ꝓbaē extra de priuil. cum capella. Et dicit, ꝙ cū delictū eorū publicū eſt,

eſt, poteſt puniri ab epiſcopo, ut ſ. dictum eſt, & ut dicit decr. patentibus. & c. tuarum, extra de priui.

a De illis.] ¶ Rapinam.] Quo ad res mobiles.
b ¶ Deprædationes.] Quo ad res ſe mouentes, vt animalia.
c ¶ Ex-

d ¶ Porro] Hęc q. expedita eſt 2. q 6. §. diffinitiua. verſ. idem ſi plures.

Si quis.] CASVS. Epi xij. examinabant cauſam criminalē epi. Sex dicebant eū abſoluendum: alij dicebant eum condemnandum, & ſic dicebant eum remittendum ad Papam, diuerſas ſnias inter ſe, id eſt, opiniones habentes. Quæſitū fuit in Laodicenſi concil. quid ſit in tāta diſcordia faciēdū? Et reſpōſum fuit, q archiepiſcopus uicinæ prouinciæ cum aliquot epis uocari debet: q pariter reſidentes dirimant qōnem, ut eū abſoluant, uel iudicēt condemnandum, ut negociū ad Apo. ſedem tranſmittatur. Idem eſt caſus c. ſeq. ſed in eo nō ſit mentio de epis uicinæ prouinciæ. Et intelligunt iſta duo c. de iudicib. ordinarijs ſm Ben.

e ¶ Si quis.] Iſtud ca. videtur continere iniquitatem, tum ex eo, q non ſtatur hic iudicio maioris partis [1], tum quia ex eo, quòd alienus iudex iudicat non ſuum ſubditum, ſed expone prout hic notaui. Io. — 1 Contra id ff. de re iud. duo.

f ¶ Epos prouinciæ.] In pari numero.
g ¶ Sententias.] i. opiniones, quibuſdam. ſ. volētibus eum abſoluere, quibuſdam uolētibus reſeruare ſententiam Papæ.
h ¶ Pronunciare.] Nō ſententiando, ſed opinionem ſuam recitando; & ideo ſic expone: ne ſit contra. ff. de re. iu. duo. & l. inter pares. & 2. q. 6. itē ſi plures ubi dicitur, q ſi diſcordant delegati, ad delegantem eſt recurrendum.
i ¶ Aduocari.] Per Papæ reſcriptum, id eſt, Papa committat metropolitanis, & epiſcopis uicinæ prouinciæ negocium illud ſic exponitur ſm illos, qui de iudicibus à Papa delegatis hoc intelligunt. vel etiam de epis ipſis, qui ſui iudices ſunt intelligas: & ſecundum hoc eſt ſpeciale, q par pari poteſt cauſam delegare. Nam quandoque in defectum iudicis ordinarij par in parem habet imperiū, vt 65. diſ c. vlt. ſic 2. q. 6. placuit 2. uel fortè hoc ſit de conſenſu partium. ar. 11. q. 1. iudices. eſt etiam hic aliud ſpeciale, q ſi diſcordant iudices, non obtinet ſnīa plurimorum: ſic C. de app. iubemus, in ſi. & ex de reſcr. paſtoralis. aliàs ſecus. 65. diſt. ſanè. Vel fortè hoc tenet cū pares ſūt hincinde iudices; — Par pari poteſt cauſam delegare.

Extra de raptor. c. 1. Burc. l. 71. c. 45. Iuo p. 14. c. 109

¶ De eodem. PALEA. C. V.

De illis autem, qui intra parochiam beneficiū, aut hæreditatē habent, et alterius epiſcopi parochiani ſunt, & de loco ad locum iter faciunt, & rapinā † [a], & deprædationes [b] peragunt; placuit, vt excommunicentur [c]; nec ante ex parochia exeant, quàm, quæ perpetrarunt dignè emendent. Quorum excommunicatio ſeniori eorum, & proprio epiſcopo ſignificanda eſt, ne eos recipiat †, antequam illuc redeant, ubi rapinam fecerunt; & ibi omnia pleniter emendent.

† *al. rapinas*

† *al. recipiant*

QVAESTIO IIII.

Porro [d] cuius iudicium ſibi expetendum ſit, ſi iudices electi inter ſe diſcordare cœperint, in concilio Antiocheno, c. 14. ſic inuenitur diffinitum.

¶ A quo ſit ferenda ſententia, quando comprouinciales epiſcopi diſcordant. C. I.

Burc. l. 1. c. 150. Iuo p. 5. c. 263.

† *al de aliquibus cauſis criminalibus.*

Si quis [e] epiſopus criminaliter † in iudicio epiſcoporum fuerit accuſatus, contingat autem epiſcopos prouinciæ [f], qui conuenerint, diuerſas habere ſententias [g], & alios quidem innocentem eum pronunciare [h], alios reū; propter huiuſmodi controuerſiam amputandam placuit ſanctæ ſynodo, metropolitanum α epiſcopum alterius prouinciæ uicinæ aduocari [i] †, & aliquantos cum eo epiſcopos alios; qui pariter reſidentes, quæcunque fuerint, dirimant quæſtiones: propter hoc, ut firmum ſit iudicium, quod ab vnius prouinciæ epiſcopis fuerit promulgatum.

† Facit ad hunc tex. l. 1. & ibi gl. & Doct. ff. de var. & extraordi. cogni.

¶ Caput hoc in multis etiam vetuſtis Gratiani exemplaribus citatur ex concilio Laodiceno. In vno tamen perantiquo eſt ex concilio Antiocheno, in quo etiam extat: & eſt antiqua verſio.

α ¶ Metropolitanum.] *Græcum exemplar hic valde diſſentit ab hac verſione. Nam ex his verbis colligitur concilium vnius prouinciæ, in quo neceſſe eſt adeſſe proprium metropolitanum poſſe aduocare uicinæ prouinciæ metropolitanum. cum aliquot epiſcopis. Quod Martinus etiam Bracharenſis in ſequenti capite, quod ex concilio Antiocheno accepit, confirmat. Græce vero locus ita habet:* ἔδοξε τῇ ἁγίᾳ συνόδῳ τὸν τῆς μητροπόλεως ἐπίσκοπον ἀπὸ τῆς πλησιοχώρου ἐπαρχίας μετακαλεῖσθαι ἑτέρους τινὰς τοὺς ἐπικρινοῦντας, καὶ τὴν ἀμφισβήτησιν διαλύοντας, τοῦ βεβαιῶσαι σὺν τοῖς τῆς ἐπαρχίας τὸ παριστάμενον. *Quod Dionyſius quēadmodū*

c ¶ Excommunicentur.] Scilicet ab ipſius loci epiſcopo, vel in cuius iuriſdictione deliquerunt. Arch.

Porro.] CASVS.] Hic intitulatur 4. q. ſ. cuius iudicium ſit expetendum, ſi comprouinciales iudices inter ſe diſcordant in cauſa vel ſententia epi. Et certè conſueuit diſtingui, vtrum ſint iudices delegati, uel ordinarij, vel arbitri. & hæc diſtinctio conſueuit notari 2. q. 6. §. diffinitiua. ver. item ſi plures. & in pluribus alijs locis, legibus ſcilicet & decretis, & decretalibus.

iudices: ſed contrarium eſt 21. diſt. c. ſubmittiẽ. vbi dr, ꝙ ad maiorem iudicem eſt eundum: ſed hoc fit (vt dixi) de conſenſu partium, Vel dic, ꝙ omnia iſta ſpecialia sũt in cauſa epiſcopi, ubi omnes debent cõcordare in ſententia, ut infra c. 4 Ioan.

NISI EADEM. CASVS. Dictum eſt ſ. ꝙ archiepiſcopus uicinæ prouinciæ debet uocari: ſed dicit Gra. hoc eſſe uerum, niſi eadem prouincia primatẽ habeat, ad quẽ recurrendum eſt, ut ſeq. cap. patet.

SI inter epiſcopos.] CASVS. Hoc capitulum loquitur in cã ciuili: & eſt caſus talis. Controuerſia mota eſt inter duos epõs eiuſdem prouinciæ de rebus ſpiritualibus, vel alijs negocijs; quæſitum eſt qs debeat negocium terminare? Et reſpondetur, ꝙ metropolitanus eorum cum quibuſdam epĩs dẽt negociũ terminare: & ſi alterutra partiũ non pareat ſententiæ, deferatur cauſa per appellationem ad primatem, ut per eum negocium diffiniatꝰ, cuius ſniæ nullus ualebit contradicere.

a ¶Negocijs.] Not. pro ciuilibus negocijs poſſe celebrari ſynodum, ut ſupra diſtin. 18. propter.

c ¶Tunc Primas.] Arg. ꝙ maiora negocia prouinciæ non licet facere metropolitano ſine auctoritate primatis. ſic 66. diſt. de perſona. & 99. diſt. c. 1. & 16. q. 6. placuit. ſed illud intellige ſi appellatur ad ipsũ, vt 18. diſt. ca. 1. & 9. q. 3. conqueſtus.

c ¶Contradicere.] Ecce caſus ubi non auditur ſecundo appellans, ut dixi 2. q. 6. anteriorum 1.

3Hũc intellectũ nõ ſequitur hic H. qui expoſuit. ualeat ɔ̃dicere. ſ. niſi per appellationẽ, infra ea. qđ bene. & idẽ ſentit L. dicens textũ hr̃e locum, niſi ad maiorẽ iudicẽ fuerit appellatũ. & idẽ etiam tenet Pet. Arch.

SI metropolitanus.] SED SI OMNIVM. CASVS. Dictum eſt ſ. in præcedentibus c. ꝙ ſi prouinciaciales non concordauerint, recurrẽdũ eſt ad archiepiſcopũ uicinæ prouinciæ. Nunc oſtendit Gratianus, quòd ſi concorditer ſententiam ferant condemnationis, manebit ſententia firma.

Si quis *etiam eſt in codice canonum: ſic vertit.* Sanctæ ſynodo placuit, ut metropolitanus epiſcopus à vicina prouincia iudices alios conuocet, qui controuerſiam tollant, vt per eos ſimul, & per comprouinciales epiſcopos, quod iuſtum viſum fuerit, approbetur. *Ac ſanè quod metropolitanus ad alterius metropolitani uocationem deberet uenire, atque in eodem concilio duo metropolitani futuri eſſent vix videtur conuenire.*

Item ex concilio Martini Papæ, [id eſt, epiſcopi Bracharenſis, c. 13. In capitulis ſyno. græc. c. 13.

¶Quando iudices electi de ſententia inter ſe diſcordes extiterint, de vicina prouincia archiepiſcopus aduocetur. C. II

SI quis epiſcopus in aliquibus cauſationibus iudicatur, & uiderit ipſos epiſcopos, qui in prouincia ſua ſunt, inter ſe iudicio diſcrepare, & alis videantur eum, qui iudicatur, iuſtificare, alij cõdemnare; pro definitione huius diſſẽſionis, hoc placuit ſancto cõcilio, ut de prouincia vicina alter metropolitanns conuocetur epiſcopus, ut per eum confirmetur, quod ſcđm rectum placuerit canonem.

Niſi eadem prouincia primatem habuerit, ad quem negocia, quæ per metropolitanum terminari non valent, referenda ſint.

Vnde Bonifacius Papa, epiſcopis a Galliæ.

a ¶Epiſcopis] *Sic eſt emendatum ex aliquot vetuſtis codicibus, Burchardo, Iuone, & Polycarpo: Antea erat,* populis. *Simillima vero huic capiti leguntur Nouellæ 123. c. 34. Apud Iulianum antecesſorem.*

¶Primati deferantur negocia, quæ metropolitanus explicare non valet. C. III.

SI inter epiſcopos eiuſdem concilij dubitatio emerſerit de eccleſiaſtico iure, uel de alijs negocijs [a]; primum metropolitanus eorũ cum alijs in concilio conſiderans rẽ dijudicet, & ſi non acquieſcat utraque pars iudicatiſ; tunc Primas [b] regionis inter ipſos audiat, & quod eccleſiaſticis canonibus, & legibus ueſtris conſentaneum ſit, hoc definiat, & nulla pars calculo eius valeat contradicere. Poly. l. 5. tit. 4. Burc. l. 1. c. 57. Iuo p. 5. c. 167. Pann. l. 4. c. 22.

[*Item Alexander Papa.*]

¶De eodem. PALEA. C. IIII.

SI metropolitanus à quocunque cõprouinciali epiſcopo [c] in cauſa propria appellatus eum audire diſtulerit, in proxima ſynodo negocij ſui habeat licentiam exercendi; & quidquid per † iuſtitiam, à comprouincialibus ſuis fuerit ſtatutum, debet cuſtodiri. Burch. l. 1. c. 59. Iuo p. 5. c. 169. †*al. propter*

c ¶Epiſcopo.] *Burchardus & Iuo addunt,* his fuerit in cauſa; &c

Sed ſi omnium comprouincialium concordi ſententia fuerit damnatus, manebit erga eum immobilis cenſura.

Vnde in Antiocheno concilio, c. 15. legitur.

¶Epiſcopus, qui ab epiſcopis ſuæ prouinciæ conſonam ſententiam reportauerit, ab alijs iudicari non poterit. C. V.

SI quis epiſcopus criminaliter accuſatus, ab omnibus [a], qui ſunt intra prouinciam, epiſcopis, acceperit † vnam, conſonamque ſententiam; ab alijs ulterius iudicari non poterit; ſed manere circa eum oportet tanquam conuenientem, quæ ab omnibus prolata eſt, firmam, ratamque ſententiam.

† al exceperit

Subintelligendum vero eſt, niſi ad iudicem maioris auctoritatis fuerit prouocatum. Tunc enim per appellationem ſoluta ſententia firmitatem non obtinet.

Vnde Nicolaus Papa ait in epiſtola ad Carolum regem, cuius initium: [*Nunquam dolorem generat.*]

¶Semel definitum retractari non licet, niſi ubi maior auctoritas fuerit. C. VI.

Burc. l. 9 c. 49.

QVod bene ſemel definitum eſt [b], & interpoſitis iuramentis deliberatum, nulla debet iteratione (niſi fortaſſis, vbi fuerit maior [c] auctoritas) retractari.

Item ex concilio Sardicenſi, c. 4.

¶In renouatione iudicij, beati Petri memoria eſt habenda. C. VII.

Nic. epis, qui in Conuicinũ cõuenerunt. Anſ. l. 2. c. 77.

OSius epiſcopus [d] dixit. Quòd ſi aliquis epiſcopus adiudicatus fuerit in aliqua cauſa, & putat ſe bonã cauſam habere, ut iterum iudiciũ renouetur, ſi uobis placet, ſancti Petri apoſtoli memoriam honoremus, ut ſcribatur uel ab his [e], qui examinauerunt, uel etiam ab alijs epiſcopis, qui in prouincia proxima morantur, Romano epiſcopo †. Et, ſi iudicauerit renouandum eſſe iudicium, renouetur, & det iudices. Si autem probauerit talem cauſam, ut ea non refricentur, quæ acta ſunt; quæ decreuerit Romanus epiſcopus, cõfirmata erunt. Si hoc ergo omnibus placet, ſtatuatur: ſynodus reſpondit, Placet.

paulo aliter in græco.

† Adde ꝙ hic agit, an aduocatus primæ cauſæ teneatur pro eodem ſalario defendere in cauſa ap. de quo dic ut per gl. in l. ita demum C. de ꝗ. u.

QVAESTIO V.

QVòd autem [f] *deficiente accuſatore non ſit reus cogendus ad probationem, auctoritate Gregorij probatur, qui lib. 5. epiſt. 25. ſcribens Maximo, ait.*

Seu cap. 125.

SI quis epiſcopus.] CASVS. Hoc c. de delegatis iudicibus loquitur, vt dicũt Bene. & H. & dicit etiam H. ꝙ prima duo capitula poſſunt ſimiliter de delegatis iudicibus intelligi: poſſunt etiam intelligi de ijs, qui bene habent priuilegium deponendi epiſcopos ſuos. Eſt ergo caſus huius c. Aliquis epiſcopus accuſatus fuit, & depoſitus concorditer ab epiſcopis prouinciæ. Dicitur hic, ꝙ de cætero ab alijs iudicari non poteſt: ſed ſententia firma permanebit, niſi appelletur, vt j. §. prox. cuius caſus planus eſt.

a ¶Ab omnibus.] Per hoc videtur, ꝙ ſpeciale ſit in epiſcopo, vt ab oĩbus debeat abſolui, vel condemnari.

QVod bene.] CASVS. Quæſitũ fuit à Nicolao, vtrũ ſententia ſemel bene lata iuramentis etiam interpoſitis poſſit retractari. Et reſpondetur, quòd nõ: niſi ad maiorem fuerit appellatum.

b ¶Definitum eſt.] à iudice per ſententiam. vel etiam à quocunque. Et intellige de iuramẽto quod iudex parti defert, non quod pars defert parti: quia illud non poteſt retractari, vt C. de rebus cred. generaliter. ff. de iureiuran. admonendi. Item arg. ꝙ qui iurat ſtare vel parere ſententiæ uel mandato alicuius, quod poteſt appellare. ff. rem ra. hab. l. 3. § falſus. ff. iu. ſolu. cũ apud. extra de ap. ad hæc 2. & c. præterea. & c. quæſtioni.

Iuramentũ an poſſit retractari.

c ¶Maior.] Extra de iureiur. veniens.

OSius epiſcopus.] CASVS. Oſius in conci. Sardicenſi ſurrexit dicens, ſi aliquis epiſcopus fuit cõdemnatus: ſi putat ſe bonam cauſam habere, appellet ad Papam, & hoc ſignificetur Papę, uel ab his epiſcopis, qui eum examinauerunt, vel ab epiſcopis uicinæ prouinciæ; & ſi placuerit ei, renouetur judicium, aut ſententia confirmetur. Reſponderũt omnes, placet. Caſus, tñ non facit mentionem de appellatione condemnati, & dicit H. [Adiudicatus,] id eſt, male iudicatus.

d ¶Oſius epiſcopus.] Ar. aliam eſſe cauſam appellationis à principali. arg. contra 31. q. 2. Lotharius. & notaui 2. quæſt. 6. ſi epiſ. & §. poſt ſecundum.

e ¶Vel ab his.] Ille enim judex, qui tulit ſententiam, ſi non deferat appellationi, reſcribet ei ad quem appellatur opinionem ſuam, & quare non deferat appellationi, ut ff. de appe. reci. vel nõ. l. ſciendum.

Iudex à quo, reſcribere debet judici ad quem.

QVòd autem.] CASVS. Hæc eſt quinta, quæſtio, qua quæritur, an deficiente accuſatore reus ſit cogendus ad purgationem: & quidem ſi propter hoc laborat infamia, cogitur ad purgationem: alias non, vt s. 2. q. 5. presbyter. & c. ſi mala fama. Eadem quæſtio tractatur s. q. 5. vbi de hac materia ſatis dicitur. Et nota, ꝙ ſequentia duo capitula intelligũtur de illis, qui non ſunt de crimine infamati, & ideo non coguntur ad purgationem.

f ¶Quod autem.] Reus non eſt cogendus ad purgationem niſi laboret infamia, vt j. ea. quod autem. & 2. q. 5. presbyter. vbi plene de hoc inuenies. Io. de Fan.

Quòd

¶Onus probationis reo non incumbit. C. I.

QVod autem poſtulas, vt illuc perſonam dir gere debeamus qua † [a] de his, quæ dicuntur, poſſit eſſe probatio, eſſet utcunque excuſabile, ſi vnquam ratio ei, qui accuſatur, neceſſitatem probationis imponeret. At poſtquã non tibi, ſed accuſantibus hoc onus incumbit, ad nos ſicut præfati ſumus, dilatione ceſſante venire non deſinas.

† *qua præſente*] orig.

Item accuſatus non negationem, ſed exceptionem probare debet. Codicis lib. 5. tit. de probationibus. l. actor.

tit. 19. l. 23.

¶De eodem. C. II.

ACcuſator † [b], quod aſſeuerat, probare ſe nó póſſe profitendo, reum neceſſitate monſtrandi contrarium nó adſtringit; cum per rerum naturam [c], factum negantis [d] probatio nulla ſit.

† *Actor*] orig.

Hoc autem ſeruandum eſt, quando reum publica fama nõ vexat. Tunc. n. auctoritate eiuſdem Gregorij propter ſcãdalum remouendum, famam ſuam reum purgare oportet.

ĩ. 2. q. 5. c. quanto. & c. quæ de cauſa.

CAVSA SEPTIMA.

QVidam epiſcopus longa ægritudine † grauatus alium ſibi ſubſtitui rogauit, cuius precibus ſummus Põtifex annuit; & quod rogauerat, ei conceſſit. Poſtea vero conualuit idem epiſcopus, & quod prius fecerat, cupit reſcindi: aduerſus eum, qui ſibi ſucceſſerat †: quæſtionem mouet, ſuamque cathedram tanquam ſibi debitam repoſcit.

† *al. inualetudine*

† *al. acceſſerat*

QVòd autem.] CASVS. Maximus dum accuſaretur à quibuſdã ſupplicauit Greg. vt mitteret aliquẽ Cardinalem uel legatum ad eum, ut coram eo probaret ſe innocẽtem. Rñdet Greg. vtcumque eẽt excuſabile, ſi ratio vlla cogeret reum oſtendere ſe innocentem: ſed quia hoc onus accuſatorib. incumbit; ideo mandat ei, ut ad eum ueniat ſine mora, forte ſe defenſurus. Sequens. §. patet.

a ¶Qua.] Id eſt, per quam 1. ſic ſup. 4. q. 3. qui intendit. & extra de præſum. cum in iuuentute.

1 Vel dic. i. coram qua . i. in præſẽtia eius, ſm Laur.

ACcuſator.] CASVS. Ad hoc ut lex faciat ad propoſitum Gratiani, debet hic eſſe accuſator, ut videtur dicere Beneuen. licet in l. C. ſit actor. & ſecundum hoc ſic pones caſum. Quidam profitebatur coram iudice ſe non poſſe probare crimen quod obijcebat, ſed poſtulabat ut reus cogeretur probare contrarium. Quæſitum fuit ab Imperatore quid iuris eſſet. Et reſpondet, quòd per rerum naturam nulla eſt probatio illius, qui factum negat: unde reus ad hoc cogi non debet. Et ſi ſit ibi actor, idem caſus, ſed intelligitur in cauſa ciuili. Seq. §. patet.

b ¶Accuſator.] Ex hac lege duæ habẽtur regulę. Vna, ꝙ niſi actor probet qđ intendit, reus abſoluitur 2. Secunda eſt, ꝙ negantis factũ nulla eſt probatio. Prior regula recipit exceptiones. Nam ratione præſumptionis transfertur ꝓbatio ad reum 3, ut extra ut eccle. benefi. vt noſtrum. & ext. de proc. ex inſinuatione, in fi. & ff. de don. inter vi. & vxo. quintus. Item cum actor intentionẽ ſuam fundauit iure cõmuni, ut C. de prob. ſi ne. 28. diſt. quia ſunt culpæ. & 100. diſt. contra morẽ. Itẽ cum reus ſpõte aſſumit ſibi onus probãdi, vt ff. de ꝓb. circa. Item in cõmunibus judicijs vtriuſq; ꝓbatio auditur, vt extra de prob. ex litteris. Item cum vterq; contendit ſe poſſidere. extra de prob. licet. Item in crimine falſi vtriuſque teſtes audiuntur, vt C. de fal. vbi. Similiter in crimine læſæ maieſtatis & in ſacramentis deſertis, & in proditione patriæ, & in crimine peculatus utriuſq; teſtes audiuntur, ut C. de abol. fallaciter. in fi. Et de ſecunda regula notabis, ꝙ triplex eſt negatiua, facti iuris, & formæ, ſiue qualitatis. Negatiua facti eſt, in qua negatur aliquid factum eſſe. hæc ſi non habet determinationem loci vel temporis, nunquam põt probari, ut ſi quis dicat ſe citatũ nó eſſe, vel ſe non contraxiſſe cũ Berta, tales improbari poſſunt, ſed probari minime. de tali loquitur. hic: & hoc ideo, quia negationum nõ ſunt cauſæ. Si autem adijciatur tempus vel locus, tunc poteſt probari, ſi probatum fuerit de alio tempore, & de alio loco, vt extra de teſti. ex tenore. & C. de cõtrah. ſtip. optimam. Idem dico de hac negatione, ꝙ capitulũ nõ fuit citatum: quod cum determinatione temporis poteſt probari, licet cõtrarium innuatur extra de elec. bonę: ſed illud non eſt propter vim negationis, ſed potius ſingularitatis. Quandoque tamen negatiua probatur ſine determinatione temporis, ut extra de prob. tertio Sed illa potius eſt præſumptiua probatio quã uiolenta. Et ſic intelligitur quod eſt extra de teſti. tam litteris. in fi. Itẽ negatiua facti probatur cum hẽt implicitã affirmatiuam, ut extra de renun. ſuper hoc. Item negatiua iuris bene probatur, vt ff. de proba. ab ea parte quia q negat aliquid iuſte factum, dicit illud iniuſte factũ: & quia præſumitur aliquid potius iuſte quàm iniuſte factum: ideo illud tenetur ꝓbare Negatiua formę ſiue qualitatis dr̃ iſta: Iſte nõ eſt idoneus, nõ eſt legitimus, nõ eſt ſoluendo. & talis eſt probãda 4 ab eo qui eã proponit, vt extra de p̃ſum. dudũ. & ff. de leg. 2. cũ quidam. & l. cũ pater §. rogo. & C. de inoffi. teſta. omnimodo.

Actore nõ probante reus abſoluitur regulariter.

2 Concor. l. qui accuſare. C. đ edẽ do. & in l. actor, ꝙ aſſeuerat. C. de proba.

3 Quandoque ecõtra à reo. ſ. in actorẽ transfertur ꝓbatio. ff. de ꝓba. ſi pactũ. & l. ſi chyrographũ. & l. cũ de indebito. in prin. §. 1.

Negatiua eſt triplex.

4 Scilicet ab eo qui eam obijcit ſm B. qđ dic, ut no. extra de elec. bonæ memoriæ Moguntinenſis.

c ¶Per rerum naturam.] Id eſt, per conſuetudiuẽ cauſarum Item iſte intellectus perpenditur per id quod legitur 35. q. 5. c. vlt. in fin. ſic extra de fide inſtr. inter dilectos. & ſic extra de cauſa poſſ. & proprie. cum eccleſia. & extra de fide inſtr. c. 2.

d ¶Negantis.] Sic extra de cauſa poſſ. & proprie. cũ eccleſia & extra de proba. quoniam.

QVidam epiſcopus.] CASVS. ĩ. 6. q. 3. c. denique. facta fuit mentio de renũciatione epiſcopatus. Vnde Grat. nactus occaſionem ſubijcit cauſam iſtam, in qua tractat de renunciatione, & an prælato uiuente, alius ſit

ſit ei ſubſtituendus, & de mutatione ſedis,& quibuſdã alijs,ꝙ oĩa,vt cõpetẽtius agat, thema ꝓponit, duas ĩde eliciẽs qõnes. Eſt ergo caſus. Ad preces cuiuſdã ęgrotãtis ep̃i Papa loco eius aliũ ſubſtituit;poſtea cũ ꝯualuiſſet,volebat repetere cathedrã cui renũciauerat. Quod

a ¶Quod autem viuente.] Dicendum eſt,ꝙ non,niſi ſit depoſitus. 50.diſt.poſtquam.uel niſi renunciauerit de licentia Papæ,ut ĩ.ea.c.mutationes.vel niſi per ambitionem ſe tranſtulerit ad aliam,quo caſu carebit habita,& ambita.ĩ.ea.ſi quis ep̃s.ad inſtar inuaſoris, qui amittit rẽ inuaſam,& aliud tantundem, vt C. vnde vi, ſi quis in tantam. In ægrotante autem diſtinguunt quidam, ſi ægritudo eſt incurabilis, vt tũc alter ſubſtituatur,uel etiam ſi nimis ſenex eſt, ad inſtar iudicis. ff. de iud. ſi longius. C.de offic.præfect.orie.l.ſi quos. Sed hoc non admitto niſi in leproſo, qui à dignitate remouetur propter ſcandalum. extra de cle. ægrotan. tua. Hoc etiam ſcias, ꝙ epileptici, & alij diuturno morbo laborantes non promouentur,ut 33. diſt.cõmuniter. & extra de elect. cum inter. ſed promotum morbus non deijcit, ut hic & ĩ. c. 2. ſed non datur ei coadiutor, ut ĩ.c. 1. ſed ex diſpenſatione magna quandoq; viuenti ep̃o alter adiungitur,ut ĩ.ea.non autem.& idẽ de quolibet clerico intelligas. ſed abbates facti inutiles remouentur penitus. 18. q.2. ſi qs abbas ſicut etiam fit in iudice.C. de offic. præfect.oriẽ. ſi quos. cum etiam ex modicis cauſis remoueantur 1. extra de ſi. per tuas ubi autem electus ſiue confirmatus ante ordinationem fit in habilis, remouendus eſt, vt uidetur extra de æta.& quali. c.1.uitæ tamen neceſſaria recipiat.infra ea.quamuis.

Ep̃o viuente an poſſit alius ſubrogari.

1 *Hic,primum quæritur,vtrum viuente epiſcopo alius poſſit in eadem eccleſia ordinari.*

2 *Secundo,an iſte ualeat repoſcere cathedram, quam ſua interceſſione alter accepit.*

QVAESTIO PRIMA.

In concil. Aurelianenſi.5.c.12. Burc.l.1. c.186. Iuo p.5.c.302.

1 Ps *Vod autem viuente* [a] *epiſcopo alius ſuperponi, aut ſuperordinari non poſſit, ex concilio apud Aruerniam* [α] *celebrato definitum eſt, in quo legitur [vt nullus viuente epiſcopo, alius ſuperponatur, aut ſuperordinetur epiſcopus, niſi forſitan in eius locum, quem capitalis culpa deiecerit.]*

α ¶Aruerniam.] *Burchardus etiam,& Iuo citant ex Aruernenſi,c.13 extat autem in Aurelianenſi quinto, c.12.*

Item ex regeſto Gregorij Papæ, lib.9. epiſt.41. ad Anatolium Conſtantinopolitanum diaconum.

¶Pro moleſtia corporis ſuo honore non priuetur epiſcopus. C. I.

Poly.l.2. tit.17. Anſ.l.6.c.201. Burc.l.1. c.188. Iuo p 5 c.304.

Poly.l.2. tit 19.

SCripſit mihi tua dilectio, pijſſimum domnum noſtrum reuerendiſſimo fratri meo Ioanni primæ [b] Iuſtinianæ epiſcopo pro ægritudine capitis, quam patitur, præcipere ſuccedi: ne fortè, dum epiſcopi iura eadem ciuitas nõ habet, (quod abſit) ab hoſtibus pereat. Et quidem nuſquã canones præcipiunt, vt pro ægritudine epiſcopo ſuccedat̃, & omnino iniuſtum [c] eſt, ut ſi moleſtia corporis irruit, honore ſuo priuetur ægrotus. Atque ideo hoc per nos fieri nullatenus poteſt, ne peccatum in mea anima ex eius depoſitione ueniat. Sed ſuggerendũ eſt, ut ſi is, qui eſt in regimine, ægrotat; diſpẽſator [d] illi requiratur talis, qui poſſit eius curam omnem [e] agere, & locum illius in regimine

1 Dñt qdã iuris ordine ſeruato, ut ex̃, de accu.ad petitionẽ in fi. vbi de hoc approbat Hoſt. licet Ber. ibi aliud innuere videatur p eum tit. cap. qualiter 2. in fi.

QVòd autem uiuente.] Hæc qõ diuiditur in ix. partes. In prima probatur xv. auctoritatibus, ꝙ nullus debet priuari iure ſuo ſine culpa ſua: nec ẽt pro infirmitate, niſi ipſe renũciauit. nec alius põt eligi altero non renũciante, niſi de Papæ licentia ſpeciali. Scđa ibi. [Ne aũt.] Tertia ibi, [Ecce ꝙ.] Quarta ibi. [Ambitionis.] Quinta ibi, [Quod vero] Sexta ibi, [Hoc nõ ſolũ.] Septima ibi, [Ecce in quibus.] Octaua ibi, [Itẽ cũ aliqs.] Nona ibi, [Hoc etiam tunc obſeruandum,] Io. de Fan.

CASVS. Hic intitulatur prima qõ, in qua quæritur, an uiuente ep̃o alius poſſit loco eius ſubſtitui,& rñdet, ꝙ nõ, niſi in caſibus. ſ. niſi deponat̃, ut 50. diſt. poſtquã. & niſi renũciet, ut ĩ.ea.q.qualiter. & niſi mutetur ſedes de licentia Papæ, ut ĩ.ea.mutationes. & niſi per ambitionem tranſtulerit ſe ad aliam eccleſiam: quo caſu carebit utraq;, habita.ſ. & ambita, ut infra ea. ſi quis ep̃s. ad inſtar inuaſoris, q amittit rem inuaſam,& aliud tãtundem, ut C. unde ui, ſi quis in tantam, uel niſi intrauerit monaſterium, vel canonicam regulam de licentia Papæ, ut infra ea. hoc nequaquam. Probat ergo primo per cõcilium apud Aruerniam celebratum, ꝙ ep̃o uiuente alius ſubſtitui non debet, niſi depoſitus ſit.

SCripſit mihi tua dilectio.] CASVS. Ioãnes primæ Iuſtinianæ ep̃s tanta ægritudine capitis laborabat, ꝙ ep̃ale officium exercere non poterat. Ne igitur ciuitas ꝑfata dilaniaretur ab hoſte. Anatolius diaconus Conſtantinopolitanus ſupplicauit Gre. ut alium ſubſtitueret ep̃um. Gregorius vero ſcribens ei dicit hoc nõ eſſe faciendum. Iniuſtum eſt enim, ut quis pro ægritudine ſua ſuo priuetur honore, ſed coadiutor ei det̃, qui uicẽ eius gerat, vt Deus nõ offendat̃, & ciuitas nõ negligat̃.

b ¶Primæ.] Id eſt, Salonitanæ, quia ibi Iuſtinianus primo reſedit, Alij dicunt Rauennam, & non Salonitanã eſſe primam Iuſtiniani ſedem.

c ¶Et oĩno iniuſtum.] Præeſſe enim intelligitur, licet ſit infirmus, ſicut ſeruus ſeruire intelligitur, licet ſit infirmus. ff. de ſta. lib. cum hæres.

d ¶Diſpenſator.] Simile ff. de tute. ſolet etiam. ubi dicitur, ꝙ ſi tutor propter longam ægritudinem non põt adeſſe, datur ei curator, qui potius dr̃ adminiſtrator.

e ¶Curam omnem.] Id eſt, res eius adminiſtrare. ſed quæ ſpectant ad põtificale officium, uicini ep̃i ſupplebunt.

bunt.j.ead.põtifices. Et eſt hic arg ꝙ coadiutor & administratores vel viſitatores debeant habere liberam, & gñalem adminiſtrationem 1.ut j.ea.quamuis. & extra de elect.cum nobis olim. in fin.& 21.q 1. relatio. Sed quid ſi iſte nolit habere coadiutoré? Dico eum cogendum per ſuperiorem. extra de cenſi. Romana. verſi. ſi vero lib.6.& argu. ff.de mino.l.ait § 1. multa n.bona pręſtantur inuitis, ut 45. diſt.& qui emendat.

Coadiutor dẽt hr̃e liberam adminiſtrationẽ

1 Multo fortius hoc obtinere dẽt I vero prælato:qđ eſt verum,ut no. 5.q.3. c.vlt. Archid.

byterum ſi non per ſimoniam fuit ibi presbyter ordinatus,in alia quacunq; uacante eccleſia inſtituat:ſi vero per ſimoniam.degradetur.

d ¶Per duorum.]Idem fortè ſi per unũ,ut j.c. ſi quis in clero 3.hic ſumit arg.M. ꝙ ſi epiſcopus indeterminatè licentiauit clericum.non videtur eum licentiaſſe ultra duos menſes:ſed tamen hoc eſt referendũ ad arbitrium boni uiri:conſiderato negocio.arg. ff.de uer. ob.continuus. Ad hoc c.bene facit ff.de re mili. qui cõmeatus.nã ibi dr̃,ꝙ ſi aliquis abeſt ultra ſtatutũ tp̃s.ꝓ deſertore habetur.ſimi bonum.arg.21.q.2.placuit. poteſt tñ per modicum tp̃s purgare moram.81.diſt.per latũ.Non.n.feſtinabit iudex ad ſententiam,ubi quis iuſta cauſa abfuerit 4,ut ff.de dã.infe.ſi finita.§. ſi fortè. etiam

3 De hoc plenè not. cx̃ ut li. nõ conte. qm̃. in gl.de abſentia, &c. & j.eod §. ambitio.a. Archi.

eccleſiæ(ipſo non depoſito)ac in cuſtodia ciuitatis implere,vt nec omnipotens Deus offendatur, neque ciuitas inueniatur eſſe neglecta.

¶*Caput hoc emendatum & locupletatum eſt ex originali.*

Item libro ſecundo, epiſtola quinta ad Candidum epiſcopum.

¶Flagellatis à Domino afflictio addi non debet. C. II.

CVm percuſſio corporalis imminet, utrum pro purgatione [a], an pro uindicta contingat, Dei in hoc iudicium ignoratur; & ideo non debet à nobis addi flagellatis [b] afflictio [c] †: ne nos culpæ (quod abſit) offenſa reſpiciat.

Ext. de clerico ægrot.c.1.

† Concor. text. in l. ſi ſeruus ff. de euict. & in auth. nauigia.cũ gl.a. C. de fur.

¶*In decretalibus tit.de cler.ægrotan.c.1.aſſertur initium tantummodo huius capitis & ex ipſo quid agendum ſit definitur.*

Idem Gregorius lib. 3. epiſt. 13. Maximiano [α] *epiſcopo Syracuſano.*

α ¶Maximiano.] *Sic eſt emendatum ex originali tam impreſſo, quam manuſcripto Nam antea erat*, Clementino epiſcopo primati Bizanceno.

¶Infirmitatis cauſa loco ſuo quis priuari non debet. C. III.

PRæſentium latoris Adeodati querelã, qui ſe à ſui preſbyteratus loco incongruè dicit expulſum, licet ſubditæ tibi textus petitionis explanet;tamen paulo latius indicauimus,apertiuſque retexendam. Aſſerit namq; à Quintiano fratre,& coepiſcopo noſtro in loco ſuo pro quibuſdam ſe ſuis ordinãdis negocijs relaxatum, ægritudiniſq; cauſa per duorum [d] menſium ſpatium ſuæ ſe eccleſiæ defuiſſe: Cuius rei occaſionem captantem prædictum fratrẽ noſtrum,alium loco eius illic presbyterũ ordinaſſe. Hortamur itaque fraternitatem tuam, vt cauſam eius ſolicitè perquiras,diſtrictèque diſcutias;& ſi manifeſtæ ægritudinis,ſicut dicitur, cauſa eccleſiæ ſuæ eum defuiſſe repereris, nullum ei ex ordinatione alterius presbyteri permittas præiudicium generari: ſed in lõcum ſuum ſine aliqua eum fac dubietate reſtitui. *& infra.* ¶Illud autem charitatem tuam ſpecialiter admonemus, vt ſi vera fuerit huius ſuggeſtio, atque in ſuum fuerit ordinem reſtitutus, de presbytero, qui in loco eius,ordinatus eſt, ſubtiliter, diſtrictèque debeas eſſe ſolicitus. Et,ſi quidem ſine datione

CVm percuſſio.] CASVS. Calumnioſus clericus corporalem patiebatur percuſſionem, cuius occaſione Candidus epiſcopus de vrbe veteri ipſum beneficio eccleſiæ ſpoliauit.ſuper quo cũ Gre. querela pulſaret, præcepit Candido, quatenus omnia ſibi reſtituat,quia ſi pro ægritudine eccleſia priuaretur, & Deus offenderetur, & alij non inuenirentur, hoc exẽplo deterriti,qui vellent eccleſiæ militare. Et iſte caſus colligitur ex hoc capitulo,& ex decre.quę eſt extra de cle. ægro.cũ percuſſio.

a ¶Purgatione.] Id eſt,probatione.j. ea. aduerſitas.

b ¶Flagellatis.] Sufficienter, ſed non ſufficienter afflictis addi poteſt, ut 21. qõ.5. ſi quis à proprio & capit.ſeq. & eſt. arg. ꝙ poſt pœnam non poteſt quis accuſari 2. de crimine: ſimiliter nec duplici damno debet quis puniri. ff. de in.do.iure.& ff.de cond.ob.cau. ſi pecuniam.§ vlti. ſimiliter pœna non debet verti in culpam,ut ſupra diſt.5.baptizati. & c. ad eius vero.

Afflictio qñq; datur afflictis.

2 Hoc arg. non procedit 34. q.2. admonere. Quod dic vt no. extra de accu.de his.

c ¶Afflictio.] ſ.3.q. 9.indicas. & extra de iud. at ſi clerici. & ſ. diſt 5.cap.1.

PRæſentium.] CASVS. Adeodatus presbyter accepit à Quintiano epiſcopo ſuo licentiã vt ad certũ tempus abeſſet ab eccleſia ſua pro quibuſdam ſuis negocijs ordinandis:ſed cum propter ægritudinem ſteriſſet vltra tempus præfixum ei:ep̃s eius,ſcilicet Quintianus alium ſibi ſubſtituit. Gregorius autem cum ex hoc querelam ſuſcepiſſet, ſcribit Maximiano epiſcopo Syrac.ut inquirat veritatẽ huius rei.& ſi inuenerit quòd ægritudinis cauſa ꝑ duos mẽſes abfuiſſet, reſtituat eum in loco ſuo:ſubſtitutũ uero preſ-

Abſens nõ eſt feſtina ſnia condẽnandus.

4 Adde ꝙ talis ſnia nõ ꝑſumit ſolẽnis. gl. in l.2.ff. de in ius vocã.

etiam licet ad præfixum terminum reus nõ veniat, ſed habebitur ratio viariũ, tẽporis, & ęgritudinis, & alterius impedimenti, vt ff. de vaca. mu. tempus. ff. quib. ex cau ſis ma. ſi cui. § 1. poteſt enim abſens iuſtam hẽre excuſationem, vt extra vt lit. non conte. quoniam frequenter.

aliqua ad eundem ordinem peruenerit, ut in ſimoniacam hæreſim non potuiſſet incidere; in alia [a] quacunque uacante eccleſia eum uolumus ordinari. Sin autem in eo quidpiam (quod auertat Dominus) fuerit tale repertum, ipſo etiam presbyteratus priuetur ordine, quem non cauſa replendæ neceſſitatis eccleſiæ, ſed ſola comprobatur ambitione ſuſcepiſſe.

† al. Albino Vienenſi

Item Nicolaus Papa Aluino † Ianuenſi archiepiſcopo.

¶ Pro infirmitate, vel ægritudine Pontifices non ſunt abijciendi, nec in eorum locum alij ſubſtituendi. C. IIII.

Iuo p. 5. c. 352.

POntifices, qui aliqua occupantur infirmitate, uel ægritudine, abijciendi non ſunt, nec alios in loco eorũ cõſecrari oportet, niſi ex hac fuerint luce ſubtracti. Quòd ſi de miniſterio ſibi conceſſo conqueruntur, quæ licita ſunt [b], ſacerdotes [c] expleant. In his vero, quæ his præſumere non licet [d], uicinorum [e] vſque [f] ad recipiendam ſanitatem epiſcoporũ auxilia ſubrogentur: & hoc cum cautelæ [g] ſtudio peragatur, ne per neceſſitatis occaſionem præſumptionis pullulet ambitio. Epiſcopos vero, qui Dominici gregis ſuſceperunt curam, atque ſolicitudinem, ab adminiſtratione eorum diſcedere non oportet; ut accepti talenti pulchritudo non deleatur, ſed certamine † eorum ſalubriter augeatur, & triplicetur [fructus †].

† al. certamen
† abeſt à multis

Item ex libro quarto epiſtola ſecunda Cypriani epiſcopi, & martyris ad Antonianum.

¶ Viuente epiſcopo alius ſibi ſuccedere non ualet. C. V.

Poly. l. 7. ti. 4.
Anſel. l. 6. c. 51.
Iuo p. 5. c. 359.

FActus eſt Cornelius epiſcopus de Dei, & Chriſti eius iudicio, de clericorum pene omnium teſtimonio, & plebis, quæ tunc [h] affuit, ſuffragio, & de ſacerdotum anti

Pontifices.] CASVS. Aluinus archiepiſcopus duas fecit quæſtiones Papæ Nicolao. Prima fuit, utrũ propter ęgritudinem pontifices ſint abijciẽdi à dignitate. Et reſpondet ꝙ non, nec alij debẽt loco eorũ ſubſtitui, niſi prius de hoc ſæculo migrauerint, & p̃sbyteri eorũ defectũ ſupplere debent, & in quibus ſupplere non ualent, ſuppleant uicini, epiſcopi, qui debent cum cautela uocari, ne eccleſiæ præiudicium fiat. Secunda quæſtio fuit, utrum epiſcopi greges ſuos dimittere poſſint, & reſpondet quòd non.

b ¶ Quæ licita ſunt.] vt Miſſam canere, & prædicare, ut 95. diſt. ecce.

c ¶ Sacerdotes.] Id eſt, archidiaconi vel decani, qui uicarij ſunt epiſcopi, vt 25. diſtin. perlectis.

d ¶ Non licet.] In bis quæ ſpectant ad officium epiſcopale, quod eſt 68. diſtinct. quamuis.

e ¶ Vicinorum.] Sic 65. diſt. ſi forte.

f ¶ Vſque.] Sic. C. de cura. furio. cum aliis,

g ¶ Cum cautelæ.] Id eſt, præſtabit cautionem de bonis eccleſiæ non uſurpandis. Ioan.

g ¶ Cum cautelæ.] Id eſt, præſtabit cautionem quòd ex hoc ſibi nullum ius uendicabit. & arg. eſt quod qs pro poſſeſſore habetur ex eo ꝙ fuit in poſſeſſione 3, niſi proteſtatio præceſſerit, ut hic, & s. 24. diſtinctio. presbyteri. & extra de iure patr. conſultationibus. arg. contra ext. de reſtit. ſpol. olim 3. & 10. q. 3. quia. & extra de offi. deleg. conſultationibus. Ioan.

te [a] laudabili conſideratione tractata, ob hoc, quod ſe in gerenda patrimonij gubernandi cura, vel in diſciplina eccleſiaſtica conſeruanda minimè fatetur idoneum: Conſtituti [b] presbyteri ad hæc explenda ſibi expoſcit adhiberi perſonam: vt ea, quæ ſunt neceſſaria, competenti diſponẽte ſolicitudine fiant, nihil indecens fieri, vel inutile permitatur. Ideoque præſenti uobis iuſsione præcipimus, vt ſeruata primo [c] in loco epiſcopo memorato reuerentia, quam vos conuenit inculpabiliter exhibere, in omnibus, quæ ad diuini cultus obſequium pertinent, uel quæ eccleſiaſticæ utilitatis peragere cura ſuaſerit, præbeatis obediẽtiam [d] Conſtituto cõpetentem, in nullo diſpoſitionibus eius ſpiritu contumaci reſultantes: inmo competenti uigilantiæ ueſtræ ſtudio, quæ pro eccleſiaſtica utilitate gerenda Conſtitutus monuerit, adimplentes: ut his ita diſpoſitis, & conſueta vobis ſtipendia miniſtrentur, & quęcumque in præfatæ eccleſiæ patrimonio, vel de rebus ad eam pertinentibus repetendis [e] ſunt neceſſaria compleantur.

f ¶ Illud vero Cypriani.] ſ. ead. factus. & c. Nouatianus.
g ¶ Euariſti.] ſ. ead. ſicut vir.
AMBITIONIS. Hæc eſt 4. pars huius q. in qua probat per 15. auctο. quòd nullus ſine licentia poſſit dimittere eccleſiam ſuam, & tranſire ad aliam: & ſi fecerit, reuocabitur. Hoc intelligo in epiſcopo, & ſ. in alijs autem credo, ꝙ poſſint renunciare ſi volunt ſ. ead. quàm periculoſum. ex̃ de ſer. non ord. eo libentius. aliàs videntur ſerui. quod falſum eſt. Ioã. de Fant.
CASVS. Dicit Grati. ꝙ ſi quis tranſit cauſa ambitionis ad aliã eccleſiam, debet reuocari ad ſuam eccleſiam & ſi redire contemnit, aliena carebit & propria. Et ad hoc inducit ſequentia capitu.

ſ. c. factus. & c. Nouatianus. ſ. ead. ſicut vir.

Illud vero Cypriani [f]*, de hæreticis intelligendum eſt, qui catholicorum eccleſias ſibi vſurpare cõtendunt.* ¶ *Illud vero Euariſti* [g] *Papæ tunc intelligendum eſt, quando nec ineuitabilis neceſſitas, (perſecutorum videlicet) nec Apoſtolica, aut regularis mutatio, ſed ambitio ſola epiſcopum de eccleſia ad eccleſiam tranſire cogit.* ¶ *Vnde cum in principio ſui capituli diceret: [Epiſcopus non debet dimittere eccleſiam ſuam.] ſubſequenter adiũxit: [Abſque ineuitabili neceſſitate, aut Apoſtolica, uel regulari mutatione, & alteri ſe ambitus cauſa coniungere.]*

Clericus eccleſiã mutat quinque cauſis.

4 *Ambitionis* [h] *enim cauſa quicunque eccleſiæ ſuæ mediocritate deſpecta ad maiorem eccleſiam tranſire voluerit, debet reuocari ad propriam*†. *Quod ſi redire contemſerit, careat aliena, & propria.*

† Adde pro hoc text. in l. itẽ eorũ. §. ſi decuriones. ff. quod cuiuſque vni.

h ¶ Ambitionis.] Adhuc enumerat Gratianus cauſas propter quas fiunt mutationes: & quare clericus amittit eccleſiã ſuã. Sunt autem quinque cauſæ mutationum, ſcilicet cauſa leuitatis, cupiditatis, neceſſitatis [a], utilitalis, humilitatis. Cum cauſa neceſſitatis tranſit, neceſſitate ceſſante recuperat eccleſiam, ut ĩ. ead. paſtoralis. Cum cauſa cupiditatis tranſit, tunc vtraq; caret, ut ĩ. ea. c. eos. & ſi quis eþs. ſed tñ eccleſia poteſt eum repetere, ut ĩ. ead. ca. 1. & cogitur tunc redire, ut ĩ. e. ſi qui uero. In cauſa leuitatis eſt uis aliquanta. H. dicit ꝙ idem ſit in cauſa leuitatis, quod in cauſa ambitionis, quod. ſ. ſine admonitione poteſt priuari ſi ex cauſa leuitatis adhæſerit alij. niſi prior eccleſia uelit eum repetere. ſi autem non adhæſerit alij, aut eccleſia habet eum pro derelicto, aut non. ſi habet puta ſi contrahat matrimonium, uel ſit miles: tunc poteſt priuari. Item ſm H. ſi defuerit per tres ſeptimanas vel duos menſes, & ſine iuſta cauſa, & abſq; licentia þlati eſt in ſtudio uel in peregrinatione in his omnibus ſine admonitione poteſt priuari, ut dicit: honeſtum tamen eſt, ut admoneatur, ut ĩ. ead. ſi quis presbyter. & c. ſi quis in clero. & extra de coha. cler. & mu. c. ſi quiſquam. verius credo ꝙ ſemper primo admonendus eſt, ut ext. de appel. peruenit 2. & ter admonẽdus eſt, ut extra de ſen. excom. in audientia. Item arg ad hoc ĩ. e. þuenit.

[a] Qđ eſt cũ pp perſecutionem recedit. L.

tionibus contradicant; & eis conſueta ſtipendia miniſtrentur. Et ſuſpenditur conſtructio vſque ibi, Conſtituti presbyteri.
a ¶ Simplicitate.] ſ. diſt. 39. Petrus. ĩ. ſed illud de ordinando. tamen iſte affectare non debuit in quo ſciuit aut ſcire potuit infirmitatem ſuam alij dannoſam. ff. ad legem Aquiliam. idem iuris. in fine.
b. ¶ Conſtituti.] Proprium nomen.
c ¶ Primo.] ſ. diſt. 8. quæ contra. Vel aliter, huic obediunt in ſpiritualibus: coadiutori in temporalibus. 8. q. 1 ſi Petrus.
d ¶ Obedientiam.] Arg. ꝙ ſi epiſcopus præcipit alicui pro vtilitate eccleſiæ ire Romam, ꝙ illud tenetur facere. 16. q. 1. nos autem [ɣ].
e ¶ Repetendis.] Ergo qui adminiſtrat res eccleſię poteſt agere, & conueniri, ut extra de reſcrip. edoceri.
ILLVD. CASVS. Supra in c. quamuis. & c. qualiter. dictum eſt, ꝙ epiſcopo viuente alter poteſt ſubſtitui. Sed quia duo c. ſuperius poſita uidebantur contraria, ſcilicet c. factus eſt. & c. ſicut uir. in quibus uidebatur dicere, ꝙ non poſſet fieri ſubſtitutio

ɣ Arg. 24. q. 1. cap. vlt. in prin. vbi de hoc.

Vnde in Nicano concilio c.15.legitur. Et in Aquiſgr. c 43.

¶Epiſcopus, vel quilibet clericus relicta ſua eccleſia non debet ad aliam tranſire. C. XIX.

NOn oportet [a] epiſcopum, vel reliquos ordines de ciuitate ad ciuitatem migrare; non epiſcopus, nõ preſbyter, non diaconus tranſeat. Si quis autem poſt definitionem ſancti, & magni concilij tale quid agere tentauerit, & ſe huiuſmodi negocio mancipauerit; hoc factũ prorſus in irritum ducatur, & eccleſiæ reſtituatur [b], cuius fuit epiſcopus, aut presbyter, aut diaconus ordinatus. Anſ.l.6 c.112. Burc.l.2.c 97. Iuo p.6.c.174.

¶*Ex duobus codicibus collectionis Anſelmi in vno emendatiore caput hoc ita habet, vt verba hæc.* Quòd non oporteat epiſcopũ, vel reliquos ordines demigrare, *ſit rubrica & capitulum hoc modo incipiat.* Vt de ciuitate ad ciuitatem, non epiſcopus, nõ presbyter, non diaconus tranſeat. *In altero vero eadem rubrica eſt nigris litteris ſcripta, & eſt initium capituli, vnde videtur caput hoc eſſe concinnatũ, quemadmodum eſt apud Gratianum, ſalua ſententia ipſius canonis.*

Item Gregorius Anthemio ſubdiacono, lib.5.epiſt.23.ſiue c.123.

¶In monaſterio deputetur epiſcopus, qui in eccleſia ſua reſidere contemnit. C. XX.

PEruenit ad nos Pimenium Amalphitanæ ciuitatis epiſcopum [c] in eccleſia ſua reſidere non eſſe contentum; ſed foris per diuerſa loca vagari. *& infra.*¶Idcirco hac tibi auctoritate præcipimus, ut ſupradicto epiſcopo interminari non deſinas, quatenus hoc de cætero facere non præſumat; ſed in eccleſia ſua ſacerdotali more reſideat. Quem ſi fortè non emẽdari poſt tuam interminationem [d] cognoueris; in monaſterio eum deputare [e], & nobis curabis modis omnibus indicare: ut quid facere [f] debeas, noſtra iterum præceptione cognoſcas. Anſ.l.6.c.178.

Item ex concilio Carthaginenſi 5.c.5. Et in Africano c.83.

¶Epiſcopo nulli conceditur principalem cathedram relinquere, & ad aliam eccleſiam ſe transferre. C. XXI.

PLacuit, ut nemini ſit facultas, re- Anſ.l 6 c.176.

uenit.extra de elect.non reſi.ex parte.& ex̃ eo.ex tuæ. Nec enim de facili credendũ eſt aliquẽ hr̃e eccleſiam ſuam pro derelicto.extra de renun.ſuper hoc.nec enim ex ſola abſentia præſumitur habere eccleſiã pro derelicto,cũ põt quis ex iuſta cauſa abeſſe, ut extra vt li. nõ cõte. qm̃ frequẽter.ſi autem non inuenitur fiat prout dicitur in illa decreta.ex tuę. De vtilitate patet: q̃a cauſa vtilitatis tranſire poteſt ad aliam eccleſiam auctoritate maioris, vt j̃. ead. mutationes. Item ſi cauſa humilitatis trãſit ad monaſterium, nõ poteſt eam repetere, vt j̃.ead.hoc nequaquã. Alio modo ẽt cõſueuerunt quidam diſtinguere, ut inuenies in illa gloſſa, cum quis.

¶Ambitionis.] Cũ quis ſine licẽtia prælati recedit, de eccleſia, ſi quidẽ ex cauſa neceſſitatis, adhuc eã retinet, ut ſ̃. c. præſentiũ. ſi ex cauſa voluntaria, perdit eã. 21. q. 2. ſi quis iã trãſlatus. ſi autem ex utili cauſa recedat, nõ perdit eam, ſed punitur alio mõ à iudice. de conſ. diſt.5. nõ oportet 2.& 91.diſt.clericus. Sed ſi accedit ad aliã eccleſiam, videtur renũciare primæ 1. ut ex̃ de præb.de multa. & de conceſ.præb. litteras.in fin. populus tñ eũ ſi uult repetere poteſt. j̃.c non oportet. Si autẽ prælatus per tres ſeptimanas abeſt, per triennium ſuſpenditur. j̃.c.ſi q̃s in clero. Si per duos mẽſes, priuatur eccleſia. ſ̃.c.præſentiũ. Si per quinq; annos, deponit. extra de cle. non reſi.c.2.prælatus vero ſi diebus ſolennibus defuerit ab eccleſia, punitur. j̃.ead.ſi q̃is in clero. immo & clericus ſi vna hora defuerit 92.diſt.c.vlt.vbi deponitur.

1 Dic ut no. extra d̃ cle. non reſi. ex tuæ.& 21.q. 2.clerici. & c.relatio.& extra de of. vicar.cap.1. Archid.

NOn oportet.] CASVS. Omnia ſequentia c.loquuntur de tranſeuntibus ambitioſe: quod ab initio ſemper præſumitur, cum ſua auctoritate hoc faciunt. Dr̃ ergo hic, ꝙ nec epiſcopus nec presbyter nec diaconus debet de ciuitate ad ciuitatem tranſire:& ſi quis præſumpſerit, eccleſiæ ſuæ reſtituatur.

a ¶Non oportet.] Hoc cap.reſpicit primam partem.

b ¶Reſtituatur.] Eccleſiæ, ſi eccleſia eum repetit 2 j̃. ea.ſi quis epiſcopus.& tunc cogitur redire, ut j̃.ead.ſi qui uero.

2 Et ita hoc ſtatutũ eſt in fauorem eccleſię. ſ. ꝙ pot eũ repetere, ſed nõ cogit eũ recipere. Ar. 32. q.1. de benedicto. Arch.

PEruenit.] CASVS. Pimenius Amalphitanæ ciuitatis epiſcopus non reſidebat in eccleſia ſua ſed foris p diuerſa loca vagabatur. Præcepit ergo Gre. Anthemio ſubdiacono, ut illum admoneat ad eccleſiam ſuam redire:& ſi contẽnat, detrudat eũ in monaſteriũ: & hoc Papæ ſignificet, vt quid ſit poſtea facturus agnoſcat.

c ¶Epiſcopum.] Epiſcopus ad plus ſecundũ iura canonica per ſex menſes aberit, vt extra de cleri.nõ reſiden. ex tuæ.tamen dat annum, ut in auth.quomodo opo.epiſcopos §.illud.colla.1.

d ¶Interminationem.] Ergo admonendus eſt.

e ¶Deputare.] Hic ſubditus ſuſpendit ſuum prælatũ. ſic 74.diſt.honoratus.hoc etiam laicus poſſet.32. diſt. § verum.& fœmina, ut 2.q.5.Mẽnam.Sed certè in hoc non erat ſubditus: quia faciebat hoc ex delegatione domini Papæ.Idem eſt de alijs.

Prę̃latus q̃ñque ſuſpenditur a ſubdito ſuo.

f ¶Facere] Arg.ꝙ ſi Papa mandat alicui ut excommunicet aliquem, idem non poteſt eum abſoluere, ut arg.27.q.1.ſi homo.Sed hoc verum eſt, cum hoc alicui ſpecialiter demandatur. ſi autem mandatur deciſio cauſæ alicuius iudici,& alteram partem excommunicet, poteſt illam abſoluere.

PLacuit.] CASVS. Statuitur in hoc cap.ut nullus præ-

prælatus relicta cathedra principali ad aliã diœceſim ſe præſumat conferre propter propriam vtilitatem ſuam, curam eccleſiæ poſſet negligere.

a ¶ Relicta.] Clericus inconſulto epiſcopo non poteſt dimittere eccleſiam ſuam. extra de renun. admonet. & ſi tranſit

neatur, & alius interceſſor detur:

d ¶ Conſtitutum.] Curam debet habere uiſitator in electione 2: & ideo prohibetur eligi, ne poſſit maligna ri, ſicut tutor prohibetur ducere pupillam ante reddita ratiocinia, ne poſſit malignari. C. de interd. ma. ſi tutor. ſic nec creditori licet ſibi pignus addicere. C. qui bo. ced. poſ. l. 4. Item viſitator non debet ſibi honorem aſſumere. 8. qõ. 1. in ſcripturis. & ſic ratione officij aliquid prohibetur, ut 10. qõ. 2 hoc ius porrectum. in fin. & ff. de contrahen. emptio. ſi in emptione. §. tutor. & eſt contra regulam illam ꝙ nulli debet ſuũ officium eſſe damnoſum. extra de fideiuſſorib. peruenit. ff. de fur. ſi ſeruus communis. Iſte uiſitator mortuo epiſcopo conſtituitur: & iſte debet admonere clericos vt eligant futurum epiſcopum, ut 61. diſtin. obitum. & c. Catinenſis. & ſi plures eligantur, poteſt examinare, quis ſit melior, ut 85. diſt. Florentinum. Itẽ cuſtodit reditus eccleſiæ, ut 61. diſt. quoniam. Quandoque tamen reditus eccleſiæ cuſtodiuntur ab œconomis, ſi eos habeat eccleſia, ut 75. diſtin. quoniam. quidam.

e ¶ Vt intra annum.] ĩ. 63. diſtinctio. obeuntibus.

Si qui vero.] CASVS. Dicitur hic quòd nullus clericus relicta ſua eccleſia debet recipi in aliena eccleſia, ſed cogi debet redire: quod ſi nõ fecerit, excommunicetur.

2 Et ẽt eliget ſm Hu. Alij ꝓ d hoc no. 61. di. obitũ. Archi.

Officiũ qñque eſt dãnoſum.

licta [a] principali cathedra, ad aliquam eccleſiam in diœceſi [b] conſtitutam ſe conferre, uel in re propria diutius, quàm oporteat, conſtitutum, curam, uel frequentationem propriæ [c] cathedræ negligere.

Et in Africano c. 41.

Item ex concilio Carthagnenſi 5. c. 8.

¶ Interceſſori, cathedram, cui datus eſt, tenere non licet. C. XXII.

Conſtitutum [d] eſt, ut nulli interceſſori licitum ſit cathedram, cui interceſſor datus eſt, quibuslibet populorum ſtudijs, vel ſeditionibus retinere: ſed dare operã, ut intra annum [e] eiſdem epiſcopum prouideat. Quod ſi neglexerit, anno expleto † interuentor alius tribuatur.

† al. exempto

Item ex concilio Nicano, c. 16.

¶ Excommunicentur clerici, qui relicta ſua eccleſia ad eam redire noluerint. C. XXIII.

Anſ. l. 7. c. 107. Burc. l. 2. c. 98. Iuo p. 6. c. 175.

SI quis vero ſine reſpectu agentes, & timorem Dei ante oculos non habentes, neque eccleſiaſtica ſtatuta cuſtodientes receſſerint ab eccleſia ſua, ſiue presbyter, ſiue diaconus, uel in quocunque eccleſiaſtico ordine poſiti fuerint; hi non debent ſuſcipi in alia eccleſia: ſed cum omni neceſſitate cogantur [f], ut redeant [g] ad eccleſiam ſuam. Quòd ſi permanſerint, excommunicari eos oportet.

Item ex concilio Antiocheno, c. 3.

¶ De eodem. C. XXIIII.

& I Chalcedo. c. 20. In Aquiſgran. c. 71. Anſ. l. 7. c. 170.

j SI quis presbyter, uel diaconus, uel quilibet clericus, deſerta ſua eccleſia, ad aliam tranſeundum eſſe crediderit, & ibi paulatim tentet, quò migrauit, perpetuo manere, ulterius miniſtrare non debet, præſertim, ſi ab epiſcopo ſuo ad reuertendum fuerit exhortatus. Quòd ſi poſt euocationem ſui epiſcopi, non obedierit, ſed inobediens perſeuerauerit; omni modo ab officio ſuo deponi debere, nec aliquando ſpem [h] reſtitutionis habere: ſi uero propter hanc culpam depoſitum, alius epiſcopus [i] ſuſce-

ſi tranſit de una eccleſia ad aliam de eodẽ epiſcopatu ibi ſufficit tacitus conſenſus epiſcopi. quia tacitus diſſenſus diſſoluit matrimonium carnale, ut 31. q. 5. qui uxorem. Sed ſi transfert ad aliam diœceſim; tũc quaſi liberatur à patria poteſtate: quod non poteſt fieri niſi expreſſo 1 conſenſu epiſcopi. C. de emanci. liber. l. 3. & expreſſe dr̃ 71. diſt. cap. 1. & 19 q. 2. c. 1. & 21. q. 2. c. 1.

b ¶ In diœceſi.] Niſi cauſa viſitandi, ut 10. q. 1. placuit. ſeruato quod dicitur. ĩ de conſec. diſt. 3. epiſcopus.

c ¶ Propriæ.] Not. quod prælatus non debet præponere ſuam utilitatem utilitati eccleſiæ. & ſi in hoc paſſa ſit eccleſia damnum, illud de proprio reſarciet. 12. q. 4. quicunque.

1 De hoc not. 71 diſt. c. 3. & 21. q. 2. c. 1. & hãc ſniam ſequtur V. & Tan. in prædic cap. admonet.

COnſtitutum eſt.] CASVS. Quidam interceſſores vel uiſitatores tantum eccleſiarum nitebantur retinere illas eccleſias ſtudijs populorum, uel ſeditionibus. Facta eſt ergo cõſtitutio, vt hoc de cætero nõ fiat, ſed det operam interceſſor, quatenus intra annum epiſcopus eligatur. Si vero neglexerit, anno elapſo remo-

f ¶ Cogantur.] Si. ff. de decu. l. 1.

g ¶ Vt redeant.] Si eccleſia vult eum repetere 3, ipſe tamen non poteſt. extra de renun. quod in dubijs. 32. q. 1. de benedicto. ſic 33 q. 5. mulier. Sed nonne hodie ipſo iure perdit priorem eccleſiam, vt extra de præb. de multa? Reſpon. perdit quantum ad ſe, ſed non quantum ad priorem prælatum.

3 Nõ tñ cogit. ĩ. ead. ſi quis presbyter. & c. ſi quis epũs. ſm Hug.

SI quis presbyter.] CASVS. Quæſitum fuit in concilio Antiocheno quam pœnam debet pati clericus ille qui ſua auctoritate ad alienam tranſit eccleſiam. Et reſpondet quòd ſi monitus ab epiſcopo ſuo non redierit, debet ſuſpendi. & ſi poſtea contumax fuerit, debet deponi ſine ſpe reſtitutionis: epiſcopus autem, qui depoſitum receperit, à coepiſcopis increpabitur.

h ¶ Spem.] Ergo reſtitui non poteſt clericus depoſitus ab epiſcopo, & hoc uerum: cum pro crimine deponitur ſecus ſi pro contumacia. 50. diſtin. contumaces.

i ¶ Alius epiſcopus.] Si ab uno epiſcopo q̃s ſuſpendit vbique habendus eſt ſuſpenſus, ut hic, & 4. q. 5. q̃ ſquis.

quia

perit, & ipſe à communi ſynodo pęnam merebitur increpationis a, tanquam eccleſiaſtica iura diſſoluens.

a ¶ Increpationis. *Grace eſt, ἐπιτιμίας τυγχάνειν, quod in aliję verſionibus eſt,* arguatur *uel* coerceatur, *vel* puniatur.

Item ex eodem Antiocheno, c. 21.

¶ Non licet epiſcopo eccleſiam ſuam relinquere, & ad aliam tranſire. C. XXV.

Epiſcopum de diœceſi ad diœceſim alteram non debere tranſire, neque ſi ſeipſum ingeſſerit, neque ſi à populis fuerit uiolenter attractus, neque ſi etiam hoc ei ab epiſcopis ſuadeatur †: manere autem eum debere in eccleſia Dei, quam ab initio ſortius eſt, & non ab ea alibi demigrare, ſecundum regulam ſuper hoc olim à patribus conſtitutam.

9. q. 2. nullum. Burc. l. 1. c. 72. Iuo p. 5. c. 179.

† ἀναγκαζόμενον

Item ex concilio Chalcedonenſi, c. 5.

¶ De eodem. C. XXVI.

Propter eos epiſcopos, ſiue clericos, qui de ciuitate ad ciuitatem tranſeunt, placuit definitiones datas à ſanctis patribus habere propriam firmitatem.

Item ex concilio Carthaginenſi, c. 20.

¶ Alienæ plebes ab epiſcopo non uſurpentur. C. XXVII.

Placuit a, vt à nullo epiſcopo uſurpentur plebes alienæ, nec aliquis epiſcoporum ſupergrediatur in diœceſi collegam ſuum.

ſ. ea. non oportet. ex Nicæna ſynodo, lib. capitul. 6. c. 236. Burc. l. 1. c. 64. Iuo p. 5. c. 173.

Item Anacletus.

¶ Alienos clericos ordinare, & altaria conſecrare epiſcopo non licet. C. XXVIII.

In Aurelian. 3. c. 15.

Epiſcopus in diœceſim alienam ad alienos clericos ordinandos, uel conſecranda altaria irruere non debet. Quod ſi fecerit, amotis b his, quos ordinauit, altaris c tamen conſecratione manente, tranſgreſſor canonum uno anno d à Miſſarum celebratione ceſſabit.

Item ex concilio Agathenſi, c. 64.

¶ Diebus ſolennibus clericus eccleſiæ ſuæ deeſſe non debet. C. XXIX.

ij Si quis in clero e conſtitutus, ab eccleſia ſua diebus ſolennibus f defuerit, id eſt Natiuitate Domini, Epiphania, Paſcha, vel Pentecoſte, dum potius ſæcularibus † lucris ſtudet, quàm ſeruitio Dei parere; conuenit, ut triennio à communione ſuſpendatur. ¶ Similiter diaconus, vel presbyter, ſi per tres g hebdomadas ab eccleſia ſua defuerit, huic damnationi ſuccumbat.

† al. ſingulari lucro.

Excõicatus nihil põt poſſidere noĩe eccleſiæ.

quia quantum ad officium ſententia ius facit. Secus ſi eſt ſuſpẽſus à beneficio. Sed in excommunicato idem eſt, quia cum ſit extra eccleſiam, nihil poteſt poſſidere nomine eccleſiæ. 23. q. 7. c. 2. & 3. & 8. diſt. quo iure. & argu. 11. q. 3. ſi quis à proprio. ſ. 70. diſtin. ſanctorum. & extra de appel. paſtoralis. in fine 1.

1 Vbi dĩ hoc in glo. q̃. n. ibi vide. & ſ. 12. q. 6. p̃ ceptũ Arc.

Episcopum.] CASVS. Dicitur, ꝙ nullus epiſcopus ſua auctoritate ad alienã migret eccleſiam, etiã ſi à populis fuerit uiolenter attractus, uel ei ab epiſcopis ſuadetur ſed in ſua permaneat. Sequentia duo c. plana ſunt.

a Placuit.] 13. qõ. 1. cap. 1.

Episcopus.] CASVS. Statuitur hic, quòd nullus epiſcopus debet in aliena diœceſi clericos ordinare, uel altaria conſecrare: quod ſi fecerit, clerici deponentur: ſed altaria manebunt conſecrata, & ordinator epiſcopus vno anno ceſſabit a Miſſarum celebratione.

b ¶ Amotis.] ſ. 16. q. quinta, c. 1. 9. quæſtio. ſecunda. Lugdunen. contra. Sed ibi nomine alterius conſecrauit, & ille ratum habuit, hic nomine proprio, vt 13 qõ. 2. c. 1. vel ibi Dominus ratam habuit ordinationẽ.

Res inanimata conſecrata Dño, nõ eſt reſtituenda.

c ¶ Altaris.] Si res inanimata fuerit conſecrata Domino, non reſtituitur, ut 14. q. 6. cõperimus. ſecus in re animata. 54. diſtin. frequens. quia animata delinquere poteſt, ſed inanimata non.

d ¶ Vno anno.] 9. qõ. 2. nullum. ſ. ubi pro tali culpa deponitur. Sed iſtud eſt ex diſpẽſatione.

Si quis.] CASVS. Hoc cap. diuiditur in duas partes. In prima dicitur, ꝙ ſi clericus in minoribus ordinibus conſtitutus non ex iuſta cauſa in diebus ſolennibus defuerit à ſua eccleſia, ſcilicet in natiuitate Domini, Ephiphanie, Paſcha, & Pentecoſte, triennio ab officio ſuſpendatur. In ſecunda parte dicitur, quòd ſi presbyter vel diaconus per tres hebdomadas defuerit ab eccleſia, ſua, eandem pęnam patiatur. Secunda pars incipit ibi, [Similiter.]

e ¶ In clero.] Maxime, quia laicis non licet. ſ. de conſ. diſt. 1. ſi quis. & diſt. 3. cap. nulli.

f ¶ Solẽnibus.] Immo nullo tempore deerit, ut 91. di. Eleutherius. & c. clericus. & 93. diſt. cap. vlt. Sed quid ſi plures habet eccleſias vel prębendas? Tunc dicas eccleſiam ſecum diſpenſaſſe, ut ad iſtud non cogatur.

g ¶ Per tres.] ſ. c. præſentium. ſ. ibi dicitur de duobus menſibus. Sed ibi factum narrat, hic ius commune. Vel idem eſt in vtroque dũ tñ abſit de licentia ſuperioris.

Remota

REmoto.] CASVS. Irenæus epiſcopus per ſeditionẽ volebat Barcinonen. eccleſiam retinere: ſed Hilarius Papa præcepit Aſcanio Archiepiſcopo, vt inde illum remoueat, & ad ſuam faciat reuerti eccleſiam, & in eccleſia Barcinonẽſi talẽ faciat eligi, qualem deceat illum conſecrare: ne ſi aliter fiat pœnam patiatur, qđ in iniuriam Dei factũ fuerit. [Retũdat.] Id eſt, puniat & emẽdet, vel corrigat.

Item Hilarius Papa epiſcopis Tarracon. c. 3.

¶Remouendus eſt epiſcopus ab eccleſia, cui irrrepſerit, & ad ſuam cogendus eſt redire. C. XXX.

Anſ. l. 6. c. 109. REmoto [a] ab eccleſia Barcinonenſi, atque ad ſuam remiſſo Irenæo epiſcopo, ſedatis per ſacerdotalẽ modeſtiam voluntatibus, quæ per ignorantiam eccleſiaſticarum legum deſiderant, quod non licet, obtinere: talis protinus de clero proprio Barcinonenſibus ordinetur epiſcopus, qualem te præcipuè frater Aſcani oportet eligere, & decet conſecrare: ne ſi fortè aliter† factum ſit, non ſine obiurgatione tui maximè nominis retundat noſtra præceptio, quod ad iniuriam Dei (à quo ſpecialiter ſacerdotalium eſt gratia dignitatim) didicerimus admiſſum.

† al. ſimiliter

Item Leo epiſcopus urbis Romæ Anaſtaſio Theſſalonicenſi epiſcopo, epiſt. 82. al. 84. c. 8.

¶Qui alienam cathedram appetit, ab ea expulſus etiam propria careat. C. XXXI.

Po'y. l. 1. tit 9. Anſ. l. 6. c. 104. Burc. l. 1. c. 74. Iuo p. 5. c. 103. SI quis epiſcopus mediocritate ciuitatis ſuæ deſpecta, adminiſtrationem celebrioris loci ambierit, & ad maiorem [b] plebem ſe quacunq; ratione tranſtulerit; non ſolum à cathedra quidem pellatur aliena, ſed carebit & propria: ut nec illis præſideat, quos per auaritiam concupiuit nec illis, quos per ſuperbiam ſpreuit. Suis igitur terminis contentus ſit quiſque; nec ſupra menſuram iuris ſui affectet augeri.

Item ex concilio Meldenſi, c. 30.

¶Vtraque careat eccleſia, qui contemptu minoris eccleſiæ ad maiorem aſpirat. C. XXXII.

Burch. l. 3. c. 48. Iuo p. 3. c. 52. Pann. l. 2. c. 45. SI quis de ordine ſacerdotali, contemptu minoris eccleſiæ ambitioſè, & improbè ad potiorem aſpirauerit †; canonica erga eum definitio conſeruetur; hoc eſt, ut utraque careat α.

† al. aſpirare contenderit

α ¶Hoc eſt, ut vtraq; careat.] *Hæc non ſunt in Meldenſi impreſſo, habentur tamen apud cæteros quoque collectores.*

Qui vero pretio eccleſiam vacantem ingreſſus fuerit, ab officio ſuo deponendus eſt, ſicut in Rothomagenſi concilio legitur.

¶Deijciatur à clero, qui muneribus eccleſiam acquirere tentat. C. XXXIII.

In capitular. l. 7. c. 206. Burc. l. 3. c. 114. Iuo p. 3. c. 90. Pann. l. 2. c. 49. SAncitum eſt, atque omnibus modis prohibitum, ut ſi quis presbyter inuentus fuerit alicui clerico, uel laico munera dare, uel dediſſe, aut aliam pecuniam [c] tribuere, ut alterius presbyteri eccleſiam ſurripiat, aut β uacantem pretio redimat; pro hac cupiditate, ſeu rapina, ſeu preſumptione turpis lucri gratia dejciatur à clero, & alienus exiſtat à regula.

β ¶Surripiat, aut.] *Addita ſunt iſta duæ voces ex Burchardo. Nam viuente presbytero poſſeſſore non poteſt dici vacans eccleſia.*

a ¶Remoto.] Ab officio viſitationis 1. vel etiam ab ipſo epiſcopatu, quem occupauerat.

1 Hoc iõ dicit, vt tãgat ſnĩam H. dicentis ꝙ ille Irenęus eṗs factus erat uiſitator in iſta eccleſia Barcinonẽ. quẽ qdam volebant illum eligere in epiſcopũ, alij nolebãt. ꝑꝑ hoc ſcribit Papa metropolitano, ut eũ faciat ad ſuã eccleſiã redire, & ibi aliũ dignũ eligi ſm H.

SI quis.] CASVS. Anaſtaſius Theſſalonicẽſis epiſcopus q̃ſiuit à Leone, quam pœnam pati debeat epiſcopus, qui minore ciuitate deſerta ſe transfert ad maiorẽ ambitioſè. Et reſpondetur ꝙ ſuam perdere debet, & illã quam per ambitionem concupiuit. Idem eſt caſus ſequentis cap.

b ¶Ad maiorem.] Multo fortius ſi ad parem: quia facilius diſpenſatur in maiori quàm in pari. extra de transla. licet ad minorem etiam difficilius quàm ad parẽ. extra de transla. cum ex illo. & eſt hic præſumptio canonis, q a eo ipſo ꝙ tranſit ad maiorẽ ꝑſumitur eſſe ambitio potius q̃ leuitas: quia nullus tranſit ad minorem. extra de cler. non reſiden. c. 1.

QVI VERO. CASVS. Dictũ eſt ſupra de ambientibus. Nũc uero dicit de his qui pretio vacantem eccleſiam ingrediũtur, qui ſunt deponendi.

SAncitũ.] CASVS. Statutũ fuit in Rothomagẽſi cõcilio, vt quicunq; pecuniã dederit, uel aliud munus clerico vel laico pro aliqua eccleſia vacante, ab officio ſuo repellatur.

c ¶Aut aliam pecuniã.] Aliã bene dicit, quia quidquid habẽt homines, pecuniæ nomine cenſetur. 1. q. 3. per totum.

ADDI-

In libro 7. capitularium, c. 206. eſt verbum, ſurripiat, *ſed deeſt alterum membrum,* aut uacantem pretio redimat *Iuo, & auctor Pannormia habent ut antea Gratianus,* eccleſiam uacantem pretio redimat.

§ *Quòd uero communi conſilio, atque aliorum utilitate mutationes epiſcoporum fieri poſſunt, et in eccleſiis, à quibus receſſerint, eis viuentibus alij ſubſtitui valeant, Anterus Papa demonſtrat epiſt. 7. ſcribens epiſcopis Baticæ, & Toletanæ prouinciæ.*

¶Neceſſitatis, uel utilitatis cauſa epiſcoporum mutationes fieri poſſunt. C. XXXIIII.

Poly. l. 1. tit. 9. Anſ. l. 6. c. 91. Burc. l. 1. c. 77. Iuo p. 5. c. 181. Pann. l. 3. c. 69.

MVtationes epiſcoporum ſcitote communi vtilitate, atq; neceſſitate fieri licere; ſed non propria † cuiuſquam voluntate, aut dominatione. Petrus [a] ſanctus magiſter noſter, & princeps Apoſtolorum de Antiochia vtilitatis cauſa translatus eſt Romam, vt ibidem potius proficere poſſet. Euſebius quoq; de quadam parua [b] ciuitate, Apoſtolica auctoritate mutatus eſt Alexandriam. Similiter Fœlix de ciuitate, in qua ordinatus erat, electione ciuium propter doctrinam, vitamque bonam, quam habebat, [auctoritate huius ſanctæ ſedis, & α] cōmuni epiſcoporum, & reliquorum ſacerdotum, ac populorum cōſilio translatus eſt Epheſum. Non enim tranſit de ciuitate ad ciuitatem, nec transfertur [c] de minori ad maiorem, qui hoc nō ambitu, nec propria voluntate facit; ſed aut ui à propria ſede pulſus, aut neceſſitate coactus, aut utilitate loci, aut populi, non ſuperbe, ſed humiliter ab alijs translatus, & inthronizatus eſt. *& infra.* ¶Nam ſicut epiſcopi habent poteſtatem ordinare regulariter epiſcopos, & reliquos ſacerdotes; ſic quoties vtilitas, aut neceſſitas coegerit, ſupra dicto modo & mutare, & inthronizare poteſtatem habēt. [non tamen ſine ſacroſanctæ Romanę ſedis auctoritate & licentia.] *& infra.* ¶Alia etenim † eſt cauſa utilitatis, & neceſſitatis; alia auaritiæ, ac præſumptionis, aut propriæ uoluntatis.

† *al. non libitu cuiuſquā, aut dominatione*

Plura ſunt verba in originali.

† *al. quoque*

α ¶Auctoritate huius ſanctæ ſedis, &c.] *Hæc verba non leguntur in epiſtola Anteri, neque in Pannormia, neque apud Burch. & Iuonem. Sunt tamen apud Anſelmum, & in Polycarpo & uetuſtis Gratiani exemplaribus. Idem quoque eſt de uerbis illis prope finem capitis,* non tamen ſine ſacroſanctæ Romanæ ſedis auctoritate, & licentia: *quæ propter hanc cauſam virgulis ſunt incluſa.*

Item Pelagius Papa ſecundus Benigno archiepiſcopo, epiſt. 2.

¶Cauſa neceſſitatis mutationes epiſcoporum fieri poſſunt. C. XXXV.

Poly. l. 1. tit. 9. Anſ. l. 6. c. 97.

SCias frater dilectiſſime, aliud eſſe cauſam neceſſitatis, & vtilitatis; aliud cauſam præſumptionis, ac propriæ voluntatis. Non ergo mutat ſedē qui non mutat mentem, id eſt, qui nō cauſa auaritiæ, aut dominatione, aut proprię voluntatis, uel ſuæ delectationis † migrat de ciuitate ad ciuitatem; ſed cauſa neceſsitatis, aut vtilitatis mutatur

† *al. electionis*] *al. dilectionis*

ADDITIO. Ad idem 28. q. 1. ſi infidelis, in fine. Arch.

QVOD VERO. Hæc eſt 5. pars qō. in qua probare intēdit, ꝙ de licētia Papæ ex iuſta cā bene poſſunt fieri mutationes, & ꝙ unus debet eſſe præ●tus in vna eccleſia. & hoc probat per ſex auctoritates. Ioan. de Fant.

CASVS. Iſte §. reſpicit illum §. 1. eod. illud vero Cypriani. vbi facta eſt mētio de mutatione epiſcoporum, ꝙ poſſet fieri auctoritate populi, & cōmuni conſilio epiſcoporum. probat hoc vſque ad §. [Hoc non ſolum.]

MVtationes.] CASVS. Docet Anterus Papa in hoc capitulo, quod mutationes epiſcoporum poſſunt fieri pro cōi vtilitate, vel neceſſitate, & auctoritate ſedis Apoſtolicæ: & hoc probat tribus exemplis, ſcilicet Petri, Euſebij, & Fœlicis: qui de minoribus locis ad maiora ſunt translati; nec dñr iſti tranſire, uel ſedem mutare, cum hoc non faciunt per ambitionem, ſed inſpecta communi utilitate vel neceſſitate hoc faciunt.

a ¶Petrus.] 22. diſt. ſacroſancta.

b ¶Parua.] Scilicet Vercellina & regulare eſt, ut a minori ꝓmoueatur ad maius, ut 93. diſt. legimus. in ſi. ff. de mune. & hono. ut gradatim. ſed non econuerſo.

c ¶Nec transfertur.] Præſumit enim canō locū nō mutari, cum animus nō ſit mutatus, ſicut uirgo cenſetur, cum non ſit animus corruptus, licet corpus ſit corruptū. 32. q. 5. ita ne ſic propter animū bonū iudicat canon etiam iniuſtum factum bonū. 23. q. 8. occidit. & q. 7. quod autem. & 32. q. propoſito.

Virgo dici poteſt etiā corrupta.

SCias.] CASVS. Quidā dicebāt, ꝙ nec cā utilitatis, nec cau-

cauſa neceſſitatis poterunt epiſcopi mutare ſedes, qua re Benignus archiepiſcopus quæſiuit à Pelagio, vtrum bene dicerent. Et reſpondet, ꝙ non: quia plurimorum vtilitas præferenda eſt unius utilitati uel uoluntati. Nec dicuntur iſti tranſire vel mutare, qui hoc non faciunt per Aquil. l. ſi quis fumo. ff. de praeſcri. ver. l. qui ſeruandarum. aliud tamen videtur in prælato, ut ille ſemper teneatur præponere vtilitatem eccleſiæ, ſuæ propriæ utilitati, ut 12. q. 4. quicunque 1. Cum ergo detrimētum quis patitur pro publica vtilitate, poteſt ſuam præponere utilitatem. 19. qō. 2. duæ. 14. diſt. quod ait. quia ordinata charitas à ſe incipit. 23. qō. 5. ſi non licet. de pœ. diſtinct. 6. qui vult. Vel dic, quod quando priuata vtilitas includitur in communi, tunc præponitur communis, ut eſt in prælatura, ut argu. ff. pro ſocio. l. actione. §. Labeo. Vel diſtingue aut utilitas in acquirendo conſiſtit, aut in damno uitando; tunc ſecus. vel econuerſo.

ADDITIO. De hoc no. extra de poſtu. præla. bonę 1. de reg. licet. Archid.

c ¶Aliud.] Vt ī. diſt. 6. teſtamentum. & extra quod metus cau. ſacris.

† Concor. tex. cum gl. in uerſic. eo tempore, in l. actione. §. Labeo. ff. ꝓ ſoc. & gl. in l. 1. & ibi Pet. Cyn. & Bar. ff. ſolu. matri.

1 De hoc leg. & not. ī. ea. c. placuit.

Nam † plurimorum [a] vtilitas vnius vtilitati, aut uoluntati præferenda eſt [b]. Aliud [c] eſt enim mutare, & aliud mutari. *& infra.* ¶Nam aliud eſt ſponte tranſire, & aliud eſt coacte, aut neceſſitate venire. Vnde non iſti mutant ciuitates, ſed mutantur; quia non ſponte, ſed coacte hoc agūt. *& infra.* ¶Non ergo bene intelligunt eccleſiaſticas regulas, qui hoc negant cauſa neceſſitatis, vel utilitatis fieri poſſe, quoties communis vtilitas, aut neceſſitas perſuaſerit.

Idem in eadem epiſtola paulo inferius.

¶Chriſtum negare conuincitur, qui neceſſitatem patientibus miſericordiam non impendit. C. XXVVI.

1. Reg. 22.

OMnis, qui gemebat, & vexabatur à Saul, fugiebat, & veniebat ad Dauid.] Si ergo pijſsimus, atque iuſtisſimus Dauid ſciret [d] peccatum eſſe perſecutionem fugientes, & tranſeuntes de loco ad locum, & de ciuitate ad ciuitatem recipere; tales nequaquam reciperet, nec ſecum teneret, nec in alijs ciuitatibus eos collocaret. Qui enim perſequuntur Domini epiſcopos, eoſque de ciuitatibus ad ciuitates tranſire compellunt; non eos tantum perſequuntur, quantum Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, cuius legatione funguntur. Nec ipſi in hoc peccant epiſcopi, quoniam nō ſponte, ſed coacte [e] hoc agunt; ſed illi, qui eos perſequuntur: nec ipſis epiſcopis hoc imputari poteſt, ſed illis qui eos hoc agere cogunt. *& infra.* ¶Qui neceſſitatem patientibus, ipſum Chriſtum negant, qui eſt miſericordia, & ueritas. *& infra.* ¶Negat miſericordiam neceſſitatem patientibus, qui populis indigentibus diuinis miniſterijs †, & nō habentibus proprium epiſcopum, qui eos inſtruat, cauſa utilitatis, atq; neceſſitatis, ex alia ciuitate, licet minor [f] ſit, in eam, quæ non habet epiſcopū doctiorem [g], uel utiliorem [h], melior conſilio, non ſponte trāſeuntem, ſed maiorum exhortatione mutare †, aut epiſcopum eiectum, & perſecutionem patientem cauſa utilitatis, aut neceſſitatis inthronizari non permittit.

†*myſterijs*

†*al. mutari*

OMnis.] CASVS. Quidam dicebant epiſcopos expulſos à ciuitatibus non eſſe recipiendos, & in alijs eccleſijs collocandos. item aſſerebant, ꝙ cauſa utilitatis non debebant mutari de minori ciuitate ad maiorem. Sed docet Pelagius exemplo Dauid eos eſſe recipiendos, qui ſi ſciret eſſe peccatum, expulſos à Saule non recepiſſet. non enim peccant expulſi: ſed potius qui cogunt eos fugere. Similiter cauſa utilitatis licite fit mutatio de minori ad maiorē & qui contradicunt, miſericordiā negant, ſcilicet qui nolunt mutare, id eſt, mutando tradere epiſcopū cauſa vtilitatis uel neceſſitatis, uel deiectum recipere.

Item ex concilio Carthaginenſi 4. c. 27.

aiunt per ambitionem, ſed potius mutari. Vnde male dicebant illi qui aſſerebant epiſcopos non poſſe ſedes mutare cauſa neceſſitatis uel utilitatis.

a ¶Plurimorum.] Illuc potius accedat prælatus ubi plus lucri poteſt facere, licet maior ſit ibi pęna ſua, ut ī. ead. c. 1. & hic apparet ratio, quare epiſcopus non debeat fieri monachus inuito Papa: quia ibi cōſulit propriæ vtilitati tantum, vt 2. q. 7. ſancta ſed hic communi & propriæ, quæ duo ſunt præferenda propriæ tantum, ut 2. q. 7. ſancta.

b ¶Præferenda eſt.] Nam cum quis uocatur ad prælaturam, non præponet priuatum commodum communi, vt hic, & 8. q. 1. in ſcripturis, & 16. q. 6. vos autem. Et hoc intelligas cum per publicum non impeditur priuatum. alias enim ſuam vtilitatem poteſt præferre. ff. de iudi. ſi longius. ff. de arbi. licet autem. ff. ad legem

Vtilitatem ſuā an poſſit quis præferre publicæ.

d ¶Sciret.] Argu. ꝙ eo ipſo videtur aliquid bonum & iuſtum, ꝙ à bono factum eſt. 37. diſt. qui de menſa, & 9. q. 2. Lugdunenſis.

e ¶Coacte.] Precibus ſuperiorum. ſic ī. ea. qualiter. vſ enim, quòd non poſſit cogi, ut 74. diſt. vbi. vel dic, ꝙ poteſt quis cogi, ut de nolente fiat uolens 2, ut 23. q. 4. diſplicet. & 74. diſt. placuit. Papa tamen abſolute poteſt aliquem cogere, ut 9. q. 3. per principalem.

f ¶Minor.] Sed nunquid tenetur minor populus ſuū epm maiori concedere. cum nemo cogaī de ſuo beneficium facere. 10 q 2. precariæ? Reſpon. ſic, ſi alium poteſt habere æque idoneum 3. vel loquitur in eo caſu cū ibi magis vtilis erit, vt ff. locati ſi domo.

g ¶Doctiorē.] Oīa comparatiua poſitiue hic ponunſ.

h ¶Vel vtiliorem.] Scilicet illis.

2 Hoc not. ī. 1. qō 6. ſicut, ibi uideas.

3 Arg. ff. ſol. mat. l. 2. in princ. ff. de euict. in creditorē. cum ſuis ſimil. ſm Io. de Fant.

Epiſco-

¶Non ambitione, ſed ſynodali auctoritate, de eccleſia ad eccleſiam epiſcopus tranſeat. C. XXXVII.

Iuo p.5.c.125. Pann.l.3.c.70.

EPiſcopus de loco ignobili ad nobilem per ambitionẽ nõ tranſeat: nec quiſquam inferioris ordinis clericus. Sane, ſi utilitas eccleſiæ fiendum popoſcerit, decreto pro eo clericorum, & laicorum epiſcopis porrecto in præſentia ſynodi transferatur; nihilo minus alio in locum eius epiſcopo ſubrogato. Inferioris vero gradus [a] ſacerdotes, vel alij clerici conceſsione ſuorum epiſcoporum poſſunt ad alias eccleſias tranſmigrare.

Item ex eodem Carthaginenſi 4.c.33.

¶In proprio gradu epiſcopi, uel presbyteri in aliena ſuſcipiantur eccleſia. C. XXXVIII.

EPiſcopi vel presbyteri, ſi cauſa uiſitandi ad eccleſiam alterius epiſcopi venerint, in gradu [b] ſuo ſuſcipiantur; & tam ad verbum faciendum, quàm ad oblationem conſecrandam inuitentur [c].

Item Calixtus Papa omnibus Galliarum epiſcopis, epiſtola ſecunda.

¶Eccleſia vnius epiſcopi ab alio diſponi non debet. C. XXXIX.

Poly.l.1.tit.[illegible] Anſ.l.6.c.103. Burc.l.3.c.49. Iuo p.3.c.53. & p.5.c.101.

SIcut alterius vxor nec adulterari ab aliquo, uel iudicari [d], aut diſponi, niſi à proprio viro, eo uiuente, permittitur; ſic nec uxor epiſcopi †, quæ eius eccleſia, uel parochia indubitanter intelligitur, eo uiuẽte, abſque eius judicto & volũtate alteri † iudicari, uel diſponi, aut eius concubitu frui, id eſt, ordinatione, conceditur. Vnde ait Apoſtolus: [Alligata eſt uxor legi, quamdiu uir eius uiuit: eo uero defuncto, ſoluta eſt à lege uiri.] Similiter & ſponſa epiſcopi (quia ſponſa, uxorque eius dicitur eccleſia) illo viuẽte ei eſt alligata: eo vero defuncto ſoluta eſt: [Et cui uoluerit, nubat, tantum in Domino.] id eſt regulariter [e]. Si enim eo uiuente alteri nupſerit, adultera iudicabitur. Similiter & ille, ſi alteram ſponte duxerit, adulter exiſtimabitur. & communione priuabitur. Si autem perſecutus fuerit in ſua eccleſia; fugiendum illi eſt ad alteram, eique eſt aſſociãdus, dicente Domino: [Si uos perſecuti fuerint in una ciuitate, fugite in aliam.] Si autem vtilitatis cauſa fuerit mutandus; non per ſe hoc agat, ſed fratribus inuitãtibus, & auctoritate huius ſanctæ ſedis faciat, non ambitus cauſa, ſed utilitatis, aut a neceſſitatis.

† al. epiſcopi, uel presbyteri

Rom.7.

† al. ab altero dijudicari]

Ibidem.

Matt.10.

EPiſcopus] CASVS. Conſtituit Carthaginen. conciliũ, q̄ nec epiſcopus nec clericus inferioris ordinis tranſeat de loco ignobili ad nobilem per ambitionem, ſed ſi vtilitas exegerit, epiſcopus tranſeat auctoritate Papæ, & in præſentia ſynodi, de cætero clericorum & laicorum porrecto epiſcopis pro eo q̄ debet transferri. Alij uero clerici transferuntur de voluntate ſuorum epiſcoporum.

a ¶Gradus.] Qđ uerum eſt de ijs qui ſub ſunt epiſcopis nullo mediante, ut 71. diſt. clericos. & extra de renun. admonet, ſed ſi alijs ſubſunt, vt abbatibus uel alijs, eorum conſenſus requirendus eſt, ut 54 diſt. c. 1. & 2. & 9. q. 3. conqueſtus. & 63. diſ. quanto. Quid ſi clericus non vult tranſire de minori ad maiorem? Dico, q̄ non poteſt cogi ab epiſcopo, quia nemo creſcere cogitur inuitus 74. diſtin. geſta. & 63. diſt. quanto. hoc autem Papa poteſt. Sed ſi ad alium epiſcopatum uocatus eſt epiſcopus, neceſſarius eſt conſenſus epiſcopi. 71. diſtin. per totum. 85. diſtin. Florẽtinum. Ioãnes. Ego credo 1, q̄ epiſcopus poteſt cogere clericum vt tranſeat ad maiorem locum, cum maiora facere poſſit, ut extra de exceſ. præl. ſicut. & ad hoc facit extra de ætа. & quali. quæris. 8.

Clericus an poſſit p epm cogi tranſire ad maiorẽ eccleſiam.

1 Et male. in prædica. c. geſta. ſm H & L. ſed cõpelli põt a Papa ſolũ vt ſ. dr ſm L. & H.

b EPiſcopi.] ¶In gradu.] Id eſt, honore.

c ¶Inuitentur.] Aliàs nõ licet. 9. q. 2. nullus. & 6. q. 3. ſcriptum.

SIcut alterius vxor.] CASVS. Hoc c. diuiditur in tres partes. In prima dr̄, q̄ ſicut uxor alicuius non debet cognoſci uel diſponi niſi à proprio uiro; ita eccleſia, vel parochia epiſcopi nõ debet iudicari uel diſponi niſi à proprio epiſcopo: & ſicut vxor (vt dicit Apoſtolus) mortuo uiro ſuo poteſt nubere cui vult; ita defuncto epiſcopo eccleſia poteſt alteri concedi. In ſecunda parte dicitur, q̄ ſi epiſcopus non põt permanere in ſua eccleſia, fugiat ad aliam. hoc probat auctoritate Chriſti. In tertia parte dicitur, q̄ epiſcopus cauſa vtilitatis & fratribus inuitantibus poteſt mutari: ſed hoc cum auctoritate ſedis Apoſtolicæ fiat. Secunda pars incipit ibi, [Si vos perſecuti.] Tertia ibi, [Si autem vtilitatis.]

d ¶Iudicari.] ff. de iuriſdi. omn. iud. qui iuriſdictioni. contra ubi dicitur, q̄ nullus ſibi vel ſuis ius dicere poteſt. Reſpon. iudicare poteſt maritus vxorem corrigendo eam. 23. q. 4. duo iſta. ſed nõ uerberando eam, vt C. de repu. conſenſu. quia illa aliena ſunt ab ingenuis, ut ibi dicitur; ſed temperate poteſt eam caſtigare; quia eſt de familia ſua. 33. quæſt. 5. hæc imago. ſicut dominus ſeruum. inſtitu. de ijs qui ſui uel alieni iuris ſunt. §. fina. & etiam mercenarium ſuum. ff. de pœnis. reſpiciendum. non autem in forma iudicij poteſt eam iudicare.

Maritus vxorẽ caſtigare poteſt.

e ¶Regulariter.] Id eſt, homini ſuæ profeſſionis. 28. q. prima, caue. Vel ſine ſuſpicione turpitudinis. 32. quæſtio. 1. ſi quis uxorem.

HOC

HOC NON SOLVM. Hæc eſt 6 pars q. in qua reprehendit eos, qui occupant locum uiuentis, cum duo ſimul eſſe non poſſint. Io. de Faut.

CASVS. Dictum eſt ſ. in c. ſicut ꝙ epiſcopo viuente ſua eccleſia non dēt alteri nubere. Nūc dicit idem eſſe in

q ¶ Imperator.] Argum. quòd omnes reges coronabit Imperator, ut dixi. 63. diſtin. Hadrianus 2. cum plures ſunt reges, ut 6. q. 3. c. 10.

c ¶ Vnus.] Tamen quandoque fuerunt duo Imperatores de facto, vt 21. diſt. nūc autem. Quid ergo dicemus de græculo 2, uidetur, ꝙ iſte ſit imperator: quia Conſtantinus illuc tranſtulit imperium, ut 96. diſtin. Conſtantinus. & Imperator appellatur, ut extra de maio. & obed. c. ſolitæ. ſed nō eſt ita, quia Romana eccleſia tranſtulit Imperium ad Alemannos ab oriente. extra de electio. c. uenerabilem. Ioan.

a Dic ꝙ nō eſt verus nec uniuerſalis Imperator, ſecūdum Alex. in l. quicunque. coll. 5. ff. d of. eius cui mād. eſt iuriſdi.

a ¶ Aut neceſſitatis.] *Hæc non ſunt in ipſa epiſtola ſed habentur apud Anſelmum. Neceſſitas autem præbet iuſtam cauſam translationi ſupra ead. c. ſcias.*

6 Hoc non ſolum de epiſcopis, verumetiam de quibuslibet eccleſiæ miniſtris intelligitur, ne videlicet in locum uiuentis alter obrepat.

Vnde beatus Gregorius ſcribit Natali Salonitano epiſcopo de eo, qui in archidiaconatum alterius ſe promoueri conſenſerat, libro ſecundo, indictio. 10. epiſt. 14. & 16.

¶ Deponatur, qui locum alterius inuadere non timet. C. XL.

Iuo p. 6. c. 342.

EVm, qui contra iuſtitiæ regulā in archidiaconatū [a] alterius ſe prouehi conſenſit, ab eiuſdem archidiaconatus honore deponimus. Qui, ſi ulterius in loco eodem miniſtrare præſumpſerit; ſe participatione communionis ſacræ nouerit eſſe priuatum.

Item Hieronymus ad Ruſticum monachum, epiſt. 4.

¶ In vna eccleſia duo prælati eſſe non debent. C. XLI.

Iuo. p. 5. c. 156.

† *principes ſunt.*] orig.

Gen. 25.

IN apibus princeps † vnus eſt, grues unā ſequuntur ordine litterario: Imperator [b] vnus [c], iudex unus [d] prouinciæ † Roma [e], ut condita eſt, duos fratres ſimul habere reges non potuit, & parricidio [f] dedicatur. In Rebeccæ utero Eſau & Iacob bella geſſerunt: ſinguli eccleſiarum epiſcopi, ſinguli archipresbyteri, ſinguli archidiaconi [g] & omnis ordo eccleſiaſticus ſuis rectoribus nititur.

7 Ecce in quibus caſibus epiſcopo viuente, alius poteſt ei ſubſtitui: quamquam ſecundum rei veritatem nō viuente epiſcopo talis probetur ſuccedere. Translatus enim ab vna ciuitate ad aliam deſinit [h] eſſe epiſcopus illius ciuitatis, à qua transfertur: atque ideo qui huic ſuccedit, non viuente, ſed defuncto [i] quodammodo epiſcopo, probatur ſubſtitui. Sed inter eum qui hoſtilitatis neceſſitate, & eum, qui utilitatis cauſa transfertur, hoc intereſt; quòd ille, qui metu hoſtilitatis ad aliam tranſit, ſi priorem contigerit aliquando ab hoſtibus liberam fieri, ad eandem illum redire oportet.

† *al. Squillaceno*

Vnde Gregorius Papa ſcribit Ioanni epiſcopo Scyllatino† lib. 2 indict. 10. epiſt. 25.

Ioan. diac. l. 3. c. 15.

d ¶ Iudex unus.] Sed immo decem ſunt iudices prouinciæ, vt 6. quæſtio. 2 ſcitote. ſed hic appellat iudicem regem: alibi tamen videtur, ꝙ unus ſit iudex prouinciæ præter regem, ut 23. qō. 4. duo iſta.

e ¶ Roma.] ff. de rer. diui. l. ulti. contra ibi dicitur, ꝙ ideo Romulus interfecit Remū, quia muros trāſilijt: Reſpondeo. Nam potuit hoc idem feciſſe ex inuidia.

f ¶ Parricidio.] Large ſumpto nomine, ut ff. ad legem Pompeiā de parricidijs. l. 1.

g ¶ Archidiaconi.] Id eſt, in quolibet archidiaconatu erit unus archidiaconus. non autem prohibet quin in unā eccleſia poſſint eſſe plures archidiaconi, ut 93. diſtin. diaconi.

ECCE IN QVIBVS. Hæc eſt 7. pars q. in qua probatur de mutatione cauſa neceſſitatis, & leuitatis. Io. de Faut.

CASVS. Oſtendit ſ. Gratia. in quibus caſibus uiuenti prælato alius poteſt ſubſtitui. Nunc oſtendit, ꝙ ſi ueritatem inſpiciamus, ſupradictis caſibus non ſuccedit quis viuo, ſed mortuo. Nam ex quo quis renunciat eccleſiæ, uel transfertur in aliam ciuitatem, quodammodo dicitur eſſe mortuus quo ad eccleſiam primam: quia in ea deſinit eſſe prelatus. Ideoque qui ſuccedit huic, non dicitur ſuccedere viuo, ſed defuncto. Et oſtendit differentiam inter iſtum qui neceſſitate hoſtilitatis, & illū, qui vtilitate transfertur: quoniam, qui in hoſtilitate trāsfertur: hoſtilitate recedente redit ad eccleſiam ſuam quā dimiſit: ſecus ſi utilitate.

h ¶ Deſinit.] 21. q. 2. ſi quis iam translatus.

i ¶ Defuncto.] Cum enim loco eius ſuccedit, pro mortuo habetur ff. pro ſoc. l. actione. §. publicatione.

† Circa iſtud c. poſſet q̄ri, an Papa & Imperator ſint ſuperilluſtres, dic ꝙ non; immo ſunt i. ſuper oēs gradus ſm Cy. & Ray. in l. fi. C. vbi ſena. uel cla. & Io. And. in ad. ad Spe. in tit. de iuriſ. om. iud. & Alber. de Roſa, in l. Imperiū. ff. de iuri. om. iu. & Alc. de Im. in l. quecūque. coll. 1. ff. de offi. eius cui mā. eſt iur.

1 Hanc rationem hic ꝓbat Hug. dicēs, ꝙ iō excuſatur & diſpēſatur cum eo. & idem L.

intelligendū de quibuslibet miniſtris eccleſię, ſicut de archidiacono, ut in c. proxi.

EVm qui contra.] CASVS. Natalis epiſcopus Salonitanus iniuſte repulit Honoratum ab archidiaconatu, & eo uiuēte alterū ſibi ſubſtituit. ſed Gre. depoſuit illū ſubſtitutū, & ſi ꝑſumeret in eodē loco vlterius miniſtrare, ſacra communione ſe nouerit eſſe priuatum.

a ¶ Archidiaconatum.] Sed nonne iſte debuit deponi ut 3. q. 2. audiuimus. & 2. q. 1. in primis? Sed iſte excuſabatur auctoritate maioris 1, qui hoc fecerat 14 q. 5. dixit Dominus & 28. diſt. diaconi.

IN apibus.] CASVS. Hieronymus ꝓbat hic ſex ſimilitudinibus plures prælatos nō debere eſſe in eadē eccleſia: ſed ſinguli prælati debēt eſſe in ſingulis eccleſijs,

PAſtoralis.] CASVS. Ioannes Liſſitanæ ciuitatis eṗs ab hoſtibus eſt repulſus, & ideo Gre. dedit eccleſiã Scyllatinam ei hac conditione, ut ceſſante hoſtilitate ad ſuam eccleſiam reuertatur. Si vero continua prameretur captiuitate: perpetuo ibi permaneret.

vldnatus eſt ſacris miniſterijs. Ciuitas autẽ deſinit eſſe inductione aratri ff. qui, mo. vſusfru. amitt. l. ſi uſusfructus. & collegium tranſlatis perſonis. ff. de coll. illicitis l. 3. Sed pone econuerſo quòd epiſcopus ſit captus, & nõ ciuitas tũc bene conſtituetur alius, ut dicũt qui-

¶ Qui metu hoſtilitatis ad alium locum tranſierit, poſtea ad ſuam eccleſiam redire oportet. C. XLII.

PAſtoralis officij cura nos admonet, deſtitutis eccleſijs proprios conſtituere ſacerdotes, qui gregem Domini cum debeant paſtorali ſolicitudine gubernare [a]. Propterea te Ioannem ab hoſtibus captiuatæ Liſſitanæ ciuitatis epiſcopum in Scyllatina eccleſia cardinalem neceſſe duximus conſtituere ſacerdotem: ut ſuſceptam ſemel animarum curam intuitu futuræ retributionis impleas: & licet à tua eccleſia ſis hoſte imminente depulſus, aliam quæ paſtore uacat, eccleſiam debes gubernare: ita tamen, vt ſi ciuitatem illam ab hoſtibus liberam effici, & Domino protegente ad priorem ſtatum contigerit reuocari [b]; ad eam in qua prius es ordinatus, eccleſiam reuertaris [c]: ſin autem prædicta ciuitas continua captiuitatis calamitate premitur; in hac in qua à nobis incardinatus α es, debeas eccleſia permanere.

Poly. l. 1. ti. 8. & l. 2. tit. ñ. Anſ. l. 6. c. 99. Burc. l. 1. c. 123. Iuo p. 5. c. 223.

α ¶ Incardinatus] *ſupra diſt. 71. c* fraternitatem. *de huius vocis notione eſt adnotatum.*

Qui uero utilitatis cauſa transfertur, nequaquam ad priorem redire cogitur. Eſt etiam alius caſus, in quo epiſcopus viuenti epiſcopo ſubſtituitur. Cum enim aliquis relicta priori cathedra, ſua auctoritate ad aliã transierit; ſi alius ei ſubſtitutus fuerit, licet ille prioris eccleſiæ epiſcopus eſſe non deſierit; ſubſtitutus tamen epiſcopatum habebit.

Vnde Damaſus vrbis Romæ epiſcopus ſcribit ad Paulinum Antiochenum, dicens.

¶ De ſacerdotibus, qui relictis ſuis eccleſijs ad alias migrarunt. C. XLIII.

EOs ſacerdotes, qui ab eccleſijs ad eccleſias migrauerunt, tamdiu a noſtra communione habemus alienos, quãdiu ad eas redierint ciuitates, in quibus primitus ſunt

Poly. l. 1. tit. 9. Anſ. l. 6. c. 95.

1 Verũ eſt à iure reprobata, & ſic loquitur ca. quam pio. & extra de pactis. c. ſi. cum ſimilib. Hic autem loquitur quãdo eſt tacita conditio à iure inducta. Arch.

Beneficia ſub conditione non dantur.

a ¶ Gubernare.] Videtur, quod iſte eṗs ſub conditione 1, uel ad certũ tẽpus fuerit inſtitutus: ſed beneficia ſub conditione non dantur. 1. q. 2. quàm pio. nec ad tẽpus, ut s. e. quamuis 70. diſt. ſanctorum. nec cõuenit moribus noſtris temporales filios habere. ff. de adoptionibus, quæſitũ. ſic ff. de reg. iu. actus: ſicut nec libertas ad tẽpus datur. ff. de manu. teſta. libertas. nec hereditas: inſtitu. de hered. inſti. §. heres. nec matrimoniũ. 32. q. 2. ſolet Poteſt dici puram eſſe inſtitutionẽ, ſed ſub conditione reſoluitur, ut ff. de in diem addic. l. 2. ſimile extra de fil. presbyt. ueniens. & ſimile extra de pignoribus. c. illo. vel dic, quod iure poſtliminij reſtituitur ei prior epiſcopatus, ſic 16. q. 3. prima. non enim poteſt dici, quod maneat eṗs prioris eccleſiæ. Sic enim eſſet epiſcopus utriuſq; contra illud quod eſt 21. q. 1. relatio. & eſt ſimile C. de cu. fur. cũ alijs. & tunc dices, quod prior locus deſinit eſſe religioſus, ut ff. de relig. cum loca. ſed poſtea eũ repetit iure poſtliminij, vt 24. q. 1. cum per bellicã. Vel dic, quod Papa ſub conditione, vel ad certum tempus poteſt aliquem inſtituere prælatum: ſicut miles ſub conditione, & ad certum tempus inſtituit hęredem. ff. de mili. teſta. in fraudem. §. ſi miles. Io.

2 Arg. cõtra 10. q. 7. & & hic diximus vbi de hoc extra de uer. ſig. abbate. l ñ.

Eṗs duarũ eccleſiarũ an poſſit aliquis eſſe.

b ¶ Reuocari.] Arg. quod reſtituta re in priſtinum ſtatũ, omnia iura reſtituuntur 2. ut extra de elect. quia diligenti, 16. q. 3. prima. & ſi quis peruenerit ad meliorẽ fortunam, tenetur ad priſtinam obligationem. 26. q. 7. ab infirmis. ff. quemadmodum ſer. amit. ſi locus. & C. qui bo. cedere poſ. l. 2.

c ¶ Reuertaris.] cũ ergo teneatur redire, nõ ergo deſinit eſſe epiſcopus primæ eccleſiæ. & ſic epiſcopus eſt duarũ eccleſiarũ. contra illud 21. q. 1. relatio Baz. vero dicit, quod eſt epiſcopus utriuſque, ſicut in matrimonio carnali dixit, quod aliquis põt eſſe maritus duarũ, ſi vxor intrat religionem. Sed contra. nã ille locus deſijt eſſe eccleſia per captiuitatem, vt ff de reli. cum loca. Sed nõ eſt ita: quia ipſa ſacramẽta eccleſiæ uera dicimus eſſe apud hoſtes, ut prima quæſtione prima, quod quidam. & quod dicit lex, quod deſinit eſſe ſacer locus, intellige quoad quidam, quia ſi tutor eſt captus ab hoſtibus, alius dandus eſt; & tamẽ ſi captus redierit, omnia recuperat iure poſtliminij, & ille alius deſinit eſſe tutor: ut inſtitu. de Attilia. tuto. §. ab hoſtibus. quod non concedo 3. quia ſic offenderetur illa regula. 16. quæſt. 1. inuentum.

3 Et bene, ut ſatis colligitur extra h. 6. de ſup. neglig. præl. ſi epiſcopus. Archid.

QVI VERO CASVS. Dictum eſt ſ. quid iuris ſit, ſi cauſa neceſſitatis transfertur. Nunc vero oſtẽdit, quod ſi cauſa utilitatis transfertur, non poteſt ad priorem eccleſiam redire. Eſt etiã alius caſus, in uiuente epiſcopo ſubſtituitur alius, ſcilicet cum eccleſia ſua derelicta eſt cauſa ambitionis, & ſua auctoritate tranſit ad aliam quo caſu licet deſinat eſſe prælatus prioris eccleſiæ, tamen ſubſtitutus eam habebit.

EOs ſacerdotes.] CASVS. Dicitur in hoc ca. quod ſacerdotes auctoritate propria de eccleſia ſua migrantes ad aliam, tamdiu à cõmunione remoueantur, quãdiu ad ſuas redierint ciuitates. ſed ſi alius iam eſt ſibi ſubſtitutus: tamdiu uacet qui deſeruit ſuam ciuita-

tatem, donec ſubſtitutus quieſcat in Domino.
a ¶ Ordinatus.] Argum. q̄ re integra poteſt repeti eccleſia, quæ habita eſt pro derelicto. nam ſi ceſſit q̄s bonis rebus nondum diſtractis, pôt eas repetere, ut arg. C. de repu. here. l. ult. & arg. ff. de ceſ. bono. is qui ſimi le. ff.

Eccleſia p̄ derelicto habita, an poſſit repeti re integra.

miſſa. extra de conceſ. præben. & eccle. non vacan. cap. litteras.
b ¶ Tādiu vacet.] Et ſic uidetur, quòd eo mortuo poſſit repetere eccleſiam; ſed non eſt uerū. ſic ergo quod hic dicitur, in fauorem eccleſiæ dr̄? quia cum nō uult repetere. Vel ideo q eccleſia poſt mortem huius cum poteſt repetere. Sed pone, moritur ſubſtitutus, eccleſia repetit primū, ille non uult redire, poteſt ne compelli? Non uidetur. uidetur enim eccleſia renunciaſſe iuri ſuo non repetendo, cum potuit eum repetere, & noluit, ſed alium prælegit: immo uidetur, quòd ipſe repetere poſſit eccleſiam uiuo ſecundo. & ſi objicitur ei, quòd habuerit eccleſiam pro derelicto, replicabit, q̄ illa alij adhæſit. ut extra de diuor. ſignificaſti. quod non credo, vt 22. q. 6. nihil. ff. ne quid in loco pub. l. 2. §. ibidem ait. Ioan.

Subſtitutio mortuo, an poſſit q̄ renunciauit ab eccleſia repeti.

conſtituti. Quòd ſi quis alius tranſmigrante, in locum viuentis ordinatus [a] eſt; tamdiu uacet [b] ſacerdotij dignitate, qui ſuam deſeruit ciuitatem, donec ſucceſſor eius quieſcat in Domino.

Epiſcopalium etiam ſedium mutationes, metu hoſtilitatis interueniente nonnunquam fieri ſolent.

Vnde Gregorius ſcribit Ioanni epiſcopo Vellitrano, libro ſecundo, epiſt. 11.

¶ Neceſſitate temporis epiſcopalium ſedium mutationes fieri poſſunt. C. XLIIII.

Io Diac. in vita B. Gre. l. 3. c. 17. Anſ. l. 6. c. 98. Burc. l. 3. c. 89. Iuo p. 3. c. 179. Pann. l. 2. c. 37.

† al. ſecure.

† al. quē Harenata ad S. Andreā apoſtolum dicunt

TEmporis qualitas admonet, epiſcoporum ſedes antiquitus certis ciuitatibus conſtitutas ad alia, quæ ſecuriora putamus, eiuſdem diœceſis loca trāſponere [c]; quo & habitatores nunc † degere, & barbaricum poſſint periculum facilius declinare. Propterea te Ioannem fratrem coepiſcopum noſtrum Vellitrenſis ciuitatis, ſedemq; tuā in loco quondam † Arenata ad ſanctum Andream apoſtolum præcipimus exinde tranſmigrari: quatenus ab hoſtilitatis incurſu liberior exiſtere ualeas, & illic conſuetudinem α ſolennium feſtiue diſponas.

α ¶ Conſuetudinem.] *Apud Ioannem Diaconum legitur*, conſuetudine ſolenni feſta diſponas *Apud Burchardum & Iuonem*, conſuetudinem ſolennium feſtorum *In varijs B Gregorij epiſtolarum editionibus*, conſuetudinem ſolennium feſta diſponas.

8 *Item cum aliquis cauſa humilitatis Apoſtolica conceſſione de epiſcopali ſede ad monachalem deſcenderit ſubiectionem, alius loco eius ſubrogari poterit; ille uero ad pontificatum reſurgere nequaquam vlterius valebit. Vnde in quinta* β *actione Conſtantinopolitanæ ſynodi cccLxxxiij. Patrū, ſub Ioanne Papa octauo, cui præfuit Petrus presbyter Cardinalis, & Paulus Anconitanus epiſcopus, & Eugenius Oſtienſis epiſcopus Apocriſarij Papæ dixerunt.*

β ¶ In quinta.] *Apud Ioannem par. 7 cap.* 149. *pro indice huius capituli leguntur hæc*, Ex actione quintæ ſynodi Conſtantinopolitanæ trecentorum & octoginta trium Patrum ſub Ioanne Papa octauo, cui præfuit Petrus presbyter Cardinalis, & Paulus Anconitanus epiſcopus, & Eugenius Oſtienſis epiſcopus *Initium vero ipſius capitis eſt*, Apocriſarii Papæ dixerunt, Hoc nequaquam, &c.

EPISCOPALIVM. CASVS. oſtendit Gratianus de mutatione epiſcoporum. Nunc vult oſtendere. quòd eccleſia epiſcopalis mutari poteſt hoſtilitatis metu. & hoc p̄bat ſeq. cap.

TEmporis.] CASVS. Ciuitas Vellitrenſis multas patiebatur anguſtias à Barbaris, & ideo Grego. Papa præcepit Ioanni epiſcopo, ut ſedem epiſcopalem transferret ad ſanctum Andream apoſtolum, vt barbaricum periculum facilius poſſet declinari, & diuina officia celebrēt feſtiue.
c ¶ Trāſponere.] Ī. de conſec. diſt 1. tribus. inf. 16. q. vlt. ſi q̄s. & q. 1. & tēporis. ubi de hoc notaui plene.
ITEM. Hæc eſt 8. pars q. in qua quæritur de illis, qui cauſa pœnitentiæ relinquūt

1 Sub. contra id ī. ea. eum q cū ſimi. Arch.
2 De hoc no. ī. ea. §. ambitionis & uide q̄d no 92 diſt. ſi qui epiſcopi in gl. i. in quo Archid.

le. ff. de decu. qui ad tempus. Sed quæro, cū iſte ſubſtituebatur, aut vacabat epiſcopatus, aut non: ſi nō uacabat, qualiter ſucceſſit in loco viuentis 1? ar. ff. de uerb. oblig. l 1. Non poteſt etiam dici, quòd uacabat, quia non fuit eccleſia adiudicata, maxime cum dicatur, q̄ non ipſo receſſu perdat quis eccleſiam 2. Sed breuiter poteſt dici, quòd ille fuit admonitus, & per ſententiam fuit eccleſia adiudicata. Vel dic, quòd cum de iure debuit uacare, licet ſuper hoc non eſſet lata ſententia, poteſt alij adiudicari, ut extra de renun. ex trāſ

epiſcopatum, utrum poſſint fieri epiſcopi. Quid iuris ſit, habes extra de renun. poſt tranſlationem. Dicas tamen breuibus, quod ſi fuerint poſtulati, poterunt fieri epiſcopi, niſi pro crimine dimiſerint epiſcopatum. Et hoc probat per 5. c. Io. de Fan.
CASVS. Oſtendit Grat. alium caſum, in quo uiuente prælato poteſt alius ſubſtitui epiſcopus, ſcilicet quando ingreditur monaſterium cauſa humilitatis de licētia Papæ, quia de cętero non poteſt ad epiſcopatum reſurgere. & ad hoc inducit ſequens cap.

¶Epiſcopus, qui cauſa humilitatis monachus efficitur, ad Pontificatum redire non valet. C. XLV.

Iuo p.7.c.149.

HOc nequaquam apud nos habetur, ut quicumque de pontificali ordine ad monachorum, id eſt pœnitentium deſcenderit vitam, vlterius [a] poſſit ad pontificatum reuerti. *Item.* ¶Præcepit ſancta ſynodus, ut quicumque de pontificali dignitate ad monachorum uitam, & ad pęnitentiæ deſcenderit locum, nequaquam iam ad pontificatum reſurgat. Monachorum enim vita ſubiectionis habet † verbum, & diſcipulatus, non docendi, uel præſidendi, vel paſcendi alios.

† λόγον ἔχει

¶Hac ſynodus ſub Ioanne octauo extat Græca in Vaticana bibliotheca. Cuius ſynodi tres tantum canones cum explanatione Blaſamonis editi ſunt Lutetiæ, & apud ipſum inſcribitur, Synodus in templo ſapientiæ habita ſub Photio Patriarcha. In ſecundo autem trium illorum capitulo habetur ſententia huius capitis. Viſum autem eſt, vt omnia melius percipiantur, locum hunc græce, & cum noua interpretatione eſſe adſcribendum.

Φώτιος ὁ πατριάρχης εἶπε, πῶς ὑμῖν δοκεῖ περὶ τῶν ἀπὸ τοῦ ἀρχιερατικοῦ τάγματος ἑαυτοὺς εἰς τὴν τῶν μοναχῶν καταλεγόντων χώραν, ἆρα εἰς ὑποταγὴν ἑαυτοὺς παραδόντες δύνανται ἔτι οἱ αὐτοὶ τῆς αὐτῆς ποιμνιαρχίας ἔχεσθαι; οἱ ἁγιώτατοι τοποτηρηταὶ τῆς πρεσβυτέρας ῥώμης εἶπον, τοῦτο παρ' ἡμῖν οὐκ ἔστιν, οὐδὲν σώζεται: ὅστις γὰρ ἐὰν ἀπὸ ἀρχιερατικοῦ τάγματος εἰς τὴν τῶν μοναχῶν, τουτέστι τῶν μετανοούντων καταριθμηθῇ χώραν, οὐ δύναται ἔτι τὸ τῆς ἀρχιερωσύνης ἑαυτῷ διεκδικεῖν ἀξίωμα. Βασίλειος καὶ ἠλίας οἱ τοποτηρηταὶ τῶν ἀνατολικῶν θρόνων εἶπον, οὐδὲ παρ' ἡμῖν ἐφωράθη τοῦτο ποτὲ γινόμενον, τοὐναντίον μὲν οὖν μονάζοντες πρόεισιν εἰς ἀρχιερέας, ἀπὸ δὲ ἀρχιερέων εἰς μοναχοὺς κατερχόμενοι ἀρχιερεῖς μένειν οὐ δύνανται. ἡ ἁγία σύνοδος εἶπεν, ὁρισθήτω καὶ περὶ τούτου κανὼν, πολλάκις γὰρ καὶ ἐν ἡμῖν ἀμφιβολίαι γίνονται περὶ τῆς ὑποθέσεως ταύτης, τῶν μὲν λεγόντων μὴ κωλύεσθαι τοὺς ἀρχιερεῖς μοναχοὺς γινομένους τὰ τῶν ἀρχιερέων τελεῖν, τῶν δὲ οὐ συνδοκούντων ἐπὶ τούτῳ. οἱ ἁγιώτατοι τοποτηρηταὶ εἶπον, ἐκτεθήτω κανών. ἁγία σύνοδος εἶπεν, ἔτι δὲ ἀξιοῦμεν ἐκτεθῆναι κανόνας περὶ τῶν εἰς τοῦτο μανίας, καὶ ἀπονοίας ἐλθόντων λαϊκῶν, ὥστε ἀρ-

HOc nequaquam.] CASVS. Statutum fuit in ſynodo Conſtantinopolitana, ut quicumque epiſcopus deſcenderit ad vitam monachorum, decreto non poſſit ad pontificatum reuerti, quia monachus diſcere debet, & nō docere. Sed credo quod Grat. melius dixiſſet, ſi dixiſſet pp conſcientiam criminis ad agendam pęnitentiam, ubi dixit cauſa humilitatis. quia tunc reſurgere poſſet. Sed ſi vis eum ſaluare, dicas, quòd cā humilitatis tranſiuit, & ideo nō poteſt redire ad epiſcopatū per ſe, ſed de licentia Papæ. Idem eſt caſus ſequentis c. Hoc ſcilicet ingredi monaſterium, quibuſdam conceditur ad agendam pœnitentiam, ſed nō ad quietem ſeruandam.

a ¶Vlterius.] Tamen monachus qui nunquam fuit epiſcopus, bene poteſt eſſe epiſcopus. vt 16. quęſt. 1. vos autem. & 8. q. 1. in ſcripturis. & 18. q. 1. c. unico. Item ſi plebanus aliquis ſit monachus, poſtea poteſt fieri plebanus, ut 16. q. 1. ſi quos à clericatu. Dicunt quidam quòd cum quis dimittit epiſcopatum vbi plus proficere potuit, præſumitur ꝙ propter cōſcientiam criminis hoc fecerit: ſed hoc non eſt uerum: quia ſæpe ingreditur quis monaſterium propter merita augenda, ut 29. q. 2. ſunt qui dicunt. Intelligo ergo hoc cap. de eo, qui conuictus eſt de crimine, & detruditur in monaſterium propter hoc 1. ut extra de renun. poſt tranſlationem. Vel intellige de eo ꝗ humilitatis cauſa trāſiuit, & de licentia Papæ. & talis ꝑ ſe nō poteſt redire ad ep̄atū, ſed de licētia ſuperioris. Sed nunquid talis pōt eſſe abbas; nō vr̄, quia maioribus honoribus functo nō licet īferiores recipere, vt C. de ijs ꝗ ad ciuilia munera uocātur. l. maiorib. lib. x. Secus tamē credo, quia etiam poteſt eſſe plebanus, ut extra de renun. ad ſupplicationem. & 16. q. 1. ſi quos. & c. in parochia. Ioan.

Ep̄s ſemel, monaſterium īgreſſus, an poſſit iterum redire ad ep̄atum.

1Sub. vnde repellitur ſicut quilibet pęnitēs 50. diſtin. ſi ille. aliàs ſecus, ut extra, &c. ut ſequitur.

Sugge

χειρεῖς ἢ ἱερεῖς Θεοῦ τύπτειν, ἢ φυλακίζειν. καὶ τὰ λοιπά.

Φώτιος ὁ πατριάρχης εἶπεν, εἰ κελεύει ἡ ὑμετέρα ἁγιωσύνη, ἀναγνωσθήτωσαν οἱ κανόνες: καὶ λαβὼν Πέτρος ὁ θεοφιλέστατος διάκονος, καὶ πρωτονοτάριος ἀνέγνω, εἰ καὶ μέχρι νῦν ἔνιοι τῶν ἀρχιερέων εἰς τὸ τῶν μοναχῶν κατιόντες σχῆμα ἐπὶ τῷ τῆς ἀρχιερωσύνης ἐβιάζοντο διαμένειν ὕψει, καὶ τοῦτο πράττοντες παρεωρῶντο, ἀλλ' οὖν ἡ ἁγία καὶ οἰκουμενικὴ αὕτη σύνοδος καὶ τοῦτο ῥυθμίζουσα τὸ παρόραμα, καὶ πρὸς τοὺς τῆς ἐκκλησιαστικῆς καταστάσεως θεσμοὺς τὴν ἄτακτον ταύτην ἐπανάγουσα πρᾶξιν ὥρισεν, ἵνα εἴ τις ἐπίσκοπος ἢ ἄλλος τοῦ ἀρχιερατικοῦ ἀξιώματος πρὸς τὸν μοναδικὸν θελήσειε κατελθεῖν βίον, καὶ τὸν τῆς μετανοίας τόπον ἀναπληρῶσαι, μηκέτι τοῦτον τῆς ἀρχιερατικῆς ἀντιποιεῖσθαι ἀξίας. αἱ γὰρ τῶν μοναχῶν συνθῆκαι ὑποταγῆς ἔχουσι λόγον καὶ μαθητείας, ἀλλ' οὐχὶ διδασκαλίας ἢ προεδρίας, οὐδὲ ποιμαίνειν ἄλλους, ἀλλὰ ποιμαίνεσθαι ὑπαγγέλλονται. διὸ καθὰ προείρηται, θεσπίζομεν, μηκέτι τινὰ τῶν ἐν ἀρχιερατικῷ καταλόγῳ, καὶ ποιμένων ἐξεταζομένων εἰς τὴν τῶν ποιμαινομένων, καὶ μετανοούντων χώραν ἑαυτὸν μεταβιβάζειν. εἰ δέ τις τοῦτο τολμήσας πράξει μετὰ τὴν ἐκφώνησιν, καὶ διάγνωσιν τῆς νῦν ἐκπεφωνημένης ψήφου, αὐτὸς ἑαυτὸν ἀρχιερατικοῦ ἀποστερήσας βαθμοῦ, οὐκ ἔτι πρὸς τὸ πρότερον, ὅπερ διὰ τῶν ἔργων ἠθέτησεν, ἀξίωμα ἐπαναστρέψει. *id eſt,*

Photius Patriarcha dixit. Quid cenſetis de ijs, qui ex antiſtitum ordine ſeipſos in monachorum locum conferunt? Num qui ſeipſos ſubiectos eſſe voluerunt, poſſunt adhuc ijdem idem in gregem imperium tenere? Sanctiſſimi locum tenentes antiquioris Romæ dixerunt. Id apud nos minime fit, neque in more eſt poſitum. Quicunque enim ex antiſtitum ordine, monachorum, id eſt pœnitentium ordini adnumeratus fuerit, is antiſtitis dignitatẽ non poteſt ſibi amplius uendicare. Baſilius, & Helias locum tenentes orientalium ſedium dixerunt: neque apud nos id unquam eueniſſe obſeruatum eſt. Nam contra quidem monachi ad antiſtitum ordinem prouehuntur; at qui ex antiſtibus ad monachos deſcendunt, hi antiſtites manere non poſſunt. *Sancta ſynodus* dixit, de hac etiam re canon conſtituatur. Nã & apud nos ſæpe de hac cauſa dubitationes exoriuntur, nonnullis quidem ita dicentibus, non prohiberi antiſtites, quo minus cum monachi facti fuerint, antiſtitum muneribus fungantur: nonnullis uero hanc ſententiam minime probantibus. *Sanctiſſimi* locum tenentes dixerunt, feratur canon *Sancta ſynodus* dixit. Præterea uero æquum ducimus ferri canones de laicis illis, qui eo inſaniæ, ac ſuperbiæ deuenerunt, ut antiſtites uel ſacerdotes Dei uerberent, aut cuſtodiæ tradant, & reliqua.

¶Photius Patriarcha dixit, ſi ueſtra ſanctitas iubet, legantur canones, eoſque in manus ſumens Petrus Deo amiciſſimus Diaconus, & protonotarius legit. Quamuis hucuſque nonnulli antiſtites ad monachorum habitum deſcendentes conati ſint in antiſtitũ faſtigio manere, cumque id facerent, ea res neglecta eſt: Sancta tamen, & œcumenica hęc ſynodus hãc quoque negligentiam corrigens, atque inordinatam hanc actionem ad leges, quæ de ſtatu eccleſiaſtico ſunt, reuocans, ſtatuit; ut ſi quis epiſcopus, ſiue quis alius antiſtitis dignitatem obtinens, ad vitam monaſticam deſcendere, & pęnitẽtiæ locum implere uoluerit, hic antiſtitis dignitatẽ amplius non retineat. Monachorum enim inſtituta ad obedientiæ, ad diſciplinę rationem pertinent, minime uero ad magiſterij, uel præfecturę: atque eorum ſunt, qui nõ alios paſcere, ſed paſci profiteantur. Quocirca quemadmodum dictum eſt, decernimus, ne quis poſthac eorum, qui in antiſtitum catalogo ſunt, atque in paſtorum numero cenſentur, in eorum, qui paſcuntur, ac pęnitentiam agũt, locum ſe transferat. Quòd ſi quis poſt promulgationem, ac notitiam huius, quæ nunc pronũciatur, ſententiæ, id facere auſus fuerit: quãdo ipſe ſeipſum antiſtitis gradu priuauit, priſtinam, quam factis contempſit, dignitatem amplius non recuperabit.

Hoc ad pœnitentiam agendam, non ad quietem ſeruandam quibuſdam conceditur.

Vnde Liberius Papa ſcribit omnibus epiſcopis epiſt. ſecunda.

¶Pro infeſtationibus malorum non licet epiſcopo gregem relinquere. C. XLVI.

SVggeſtum nobis eſt, quòd pro præteritis laboribus, & infeſtationibus nonnulli veſtrum aſſignatas ſibimet, & Deo cõmiſſas relinquant plebes, & in futuro plures relinquere uelint, eas, quas tueri debent, eccleſias, & pro ouibus ſibi commiſſis laborare negligant, et monaſteriorũ ſe quieti contradere feſtinent, & uacationẽ ab epiſcopatus laboribus eligere, & ſilentio, atq; otio uitã degere magis appetãt, quàm in his, quę ſibi commiſſa ſunt, permanere, dicẽte Domino: [Beatus, qui perſeuerauerit vſq; in finẽ.] Vnde namq; eſt beata perſeuerantia, niſi de virtute patientię? quoniam ſecundum Apoſtolicã prædicationem: [Omnes, qui uolũt in Chriſto pie viuere, perſecutionem patiũtur.] Ideo fratres chariſſimi, non uos afflictionum amaritudo à pio mentis ueſtræ propoſito coarctet recedere. Cõſiderate namque, quanta pro abſolutione noſtra, & liberatione creator dominuſque, & redemptor noſter pertulerit, quibuſve ſe contumelijs afficiendum tradiderit, vt nos à uinculis poteſtatis diabolicæ liberaret. Attendite itaque uobis, & omni gregi, in quo vos ſpiritus ſanctus conſtituit epiſcopos, regere eccleſiam Dei, quam acquiſiuit proprio ſanguine: ut non ſit, qui uos decipiat [a], aut ſeducat in ſubtilitate ſermonis, ut plebes uobis commiſſas relinquatis, & alicui propter malorum opprobrium hominum quieti uos traditis, & vt uos ſolummodo ſaluetis, & filios orphanos relinquatis.

Poly. l. 4. tit. 15.
Matth 10.
2 *Tim.* 3.
Act. 20.

Item Nicolaus Papa Humifrido Morinenſis eccleſiæ epiſcopo.

¶In perſecutionibus epiſcopus eccleſiam ſuam non deſerat. C. XLVII.

SCiſcitaris itaq; per Gualdagariũ presbyterũ, vtrum, cũ à Normãnis de epiſcopio depellaris, debeas de cætero in monaſterio conuerſari. In quo ſcias chariſſime frater, quòd, ſi pernicioſum eſt proretam [b] in tranquillitate nauim deſerere, quanto magis in fluctibus? Vbi [c] non dicimus, quòd perſecutorum non fugiamus [d] (maxime paganorum) inſidias, cum ad tempus ſæuiunt, & ob multitudinem delictorũ noſtrorũ nocendi facultatem diuinitus [e] aſſequuntur: præſertim cum eis prodire [f] ultro non debeamus, & multos prophetas, & Apoſtolos, ipſumque Dñm huiuſmodi fugiſſe inſecutores luce clarius conſtet. ſed quòd præcipue nos, qui tanquam arietes [g] ducatum gregibus prębemus, immo qui et horũ paſtores ſumus, Deo auctore cũ eis in periculis pro uiribus perſiſtere pro certo cõueniat: & cũ tranquillitas reddita diuina fuerit pietate ſopitaq; furentiũ infeſtatio; mox gregem requirere, & in

Io. 8.

SVggeſtum.] CASVS. Multi epiſcopi propter tribulationes extrinſecas monaſterij quiete appetẽtes, greges ſibi cõmiſſos relinquebãt, & plures in futuro relinquere volebãt: quod cum audiſſet Liberius Papa, ſcribit omnibus epĩs hortãs eos, ne greges ſibi cõmiſſos derelinquant propter laborem vitandum, & quietem appetendam: ſed potius perſeuerent humiliter tribulationes ſuſtinẽdo. Et hoc ꝓbat duabus auctoritatib., ſcilicet Domini, & Pauli, & exemplo Chriſti, qui ꝓ nobis redimendis paſſionem ſuſtinuit in cruce.

a ¶Decipiat.] Argu. ꝙ ſi quis dolo renunciet, quod tenet renũciatio: quod non eſt uerum, ut 7 q. 1. redintegranda.

SCiſcitaris.] CASVS. Humifridus epĩs expellebatᷣ à Normãnis à ſuo epiſcopatu: ideoque ut tribulationes declinaret, volebat in monaſterio conuerſari: & interrogauit Nicolaum Papam, vtrum hoc facere poſſet: Et reſpõdet ꝙ non, quia periculoſum eſt in tribulationibus gregẽ deſerere: ſicut periculoſum eſt, ſi nauta nauem in fluctibus derelinquat: ſed dicit ei, ꝙ fugiat perſecutorũ inſidias, & maxime Paganorum, exẽplo Apoſtolorum, Prophetarũ, & Chriſti, & reddita trãquillitate gregem requirat, & colligat in vnum; & doceat, ut quamuis bona temporalia perdant, tamẽ ſperent gaudia percipere ſempiterna.

Proreta eſt nauis rector.

b ¶Proretam.] id eſt, rectorẽ nauis, à prora, quæ eſt anterior pars nauis.

c ¶Vbi] i. quo exemplo nõ dicimus, &c.

Perſecutiones ꝓpter peccata mittuntur.

d ¶Nõ fugimus.] Id eſt, fugere debeamus.

e ¶Diuinitus.] Deus propter peccata hominũ mittit flagella & perſecutiones. 56. diſt. ſi gens 16. q. 1. reuertimini, & 23. q. 4. ſi quos. & ſecundum quoſdam poteſtatem nocendi dat Deus qñ pmittit quoſdã nocere, eo ipſo ꝙ ſe nõ obijcit. ſcd̃m aliqs ꝓprie dat põtatẽ, ſed ipſe ex ſe habet põtatẽ nocendi. vnde Satanæ poteſtas nocẽdi Iob data fuit. Omnia enim, quæ fiunt in ciuitate, aut iuſto Dei iudicio, aut eo permittente fiunt vt 26. q. 5. nec mirum. Ioan.

f ¶Prodire.] Pugnãdo cũ eis, quod in nullo caſu poſſunt clerici, ſi aliàs poſſunt euadere. 50 diſ. de clericis. Sed poſſunt alios hortari ad pugnam iuſtã, & etiã in tei, tereſſe, vt 23. q. 8. igitur. & c. vt pridem.

g ¶Arietes.] Alibi dicuntur epiſcopi canes 1. 2. q. 7. qui nec regiminis.

3 Ad hoc 38 diſt. nemo.

ADuerſitas.] CASVS. Gregorius docet, ꝙ in tribulationib. non debet quis perturbari: quia ipſa tribulatio eſt probatio uirtutis, & nõ eſt iudiciũ reprobationis: & ꝙ quis non debet perturbari propter aduerſitatem, probatur exemplo Pauli, qui cum ueniebat in Italiam [1] naufragium paſſus eſt. & tamen in corde nõ fuerat turbatus.

vnum colligere, & eius animos cęleſtis patriæ pace, ac potiſſimum ſecuritate prędicata ſurſum erigere debemus. Et tamdiu ſuper eorum cautela oportet nos eſſe ſolicitos; ut ſi Dei iudicio præſentis temporis commoda fortaſſis amittunt, futuræ uitæ ſe ſperent gaudia abſque ambiguitate percipere ſempiterna.

Item Gregorius lib. 7. epiſt. 126. ad Recaredum regem.

¶Non eſt reprobatio, ſed virtutis probatio, bonorum aduerſitas. C. XLVIII.

† *al. indicium*

Act. 27.

ADuerſitas, quæ bonis votis [a] obijcitur, probatio [b] virtutis eſt, non iudicium † reprobationis. Quis enim neſciat, quàm proſperum fuit, quòd beatus Paulus apoſtolus prædicaturus ad Italiam ueniebat? & tamen ueniens naufragium pertulit: ſed nauis cordis [c] in maris fluctibus integra ſtetit.

Ioan 10. — *Matt.* 2. — *Act.* 9. — Gloſſa ord. ad c. 11. ad Corin. in fine, ex Aug. epiſt. 180. ad Honoratum. — *Matt.* 10. — *Io.* 8. — Gloſſa ordi. ex Caſſiodoro.

9 *Hoc* [d] *tunc ſeruandum intelligitur, quando inter ſubditos aliqui inueniuntur, quibus prælatorum uita proficiat: quando nec ſpecialiter prælatus quæritur, nec per alios tuta poteſt eſſe eccleſiæ ſalus; ne ſi deſerere incipiat, quibus prodeſſe poteſt, dicatur de eo:* [*Mercenarius autem, & qui nõ eſt paſtor, cuius non ſunt oues propriæ, videt lupũ uenientem, & deſerit oues, & fugit.*] *Cum vero ſpecialiter quæritur, fugiat exemplo Chriſti, qui à facie Herodis fugit in Aegyptum: fugiat exẽplo Pauli, qui à fratribus per murũ ſubmiſſus eſt in ſporta. Vnde Auguſtinus ait:* [*Fugiat miniſter Chriſti, ſicut ipſe Chriſtus in Aegyptũ fugit: fugiat & qui ſpecialiter quæritur, dum per alios firma eſt eccleſiæ ſalus.*] *Hinc etiã ait Dominus diſcipulis:* [*Si uos perſecuti fuerint in vna ciuitate fugite in aliã*] *Hinc etiã idem abſcondit ſe, & exiuit de tẽplo quãdo Iudæi lapides tulerũt, vt iacerent in eum. Hinc etiã Auguſtinus ait de eodem in pſ.* [e] *54.* [*Ecce elongaui fugiens. illud tangit, quòd Chriſtus vitabat perſequentes, vt occaſionem* [f] *iræ demeret, & manebat in deſertis orans: in quo docebat nos in ſecreto conſciẽtia orare, & quieſcere, cum à malis premimur.*] *Cum vero non prælatorum tantum, ſed totius eccleſiæ ſalus* [g] *quæ-*

Perſecutio eſt duplex.

Prælatus an pp perſecutionẽ licite poſſit eccleſiã deſerere.

tur, & prælatus non quæritur ſpecialiter, nec per alios eſt tuta ſalus eccleſiæ, in quo caſu ſi gregem ſibi commiſſum deſerat, diceř mercenarius. Si vero perſona p̃lati ſpecialiter quæritur, & ſalus eccleſiæ tuta eſt per alios; fugiat tunc prælatus. & hoc probat duobus exẽplis, ſcilicet Chriſti, & Pauli: & tribus auctoritatib., ſcilicet Aug. Chriſti, & Dauid. Cũ autem quæritur non ſolum prælatus, ſed tota eccleſia: tunc non debet recedere, ſed opponere ſe debet pro populo ſuo. & animam ſuam ponere pro ouibus ſuis: & hoc de extrinſeca perſecutione. Eſt & alia perſecutio intrinſeca, quæ fit à ſubditis in occulto, quãdo prȩlatus cõpati debet pro peccatis aliorũ: & hoc ,pbat quatuor auctoritatibus.

d ¶Hoc.] ſ. ꝙ p̃latus maneat cum ſubditis ſuis.

d ¶Hoc.] In hoc §. diſtinguitur quod iuris ſit in extrinſeca ſiue intrinſeca perſecutione. Extrinſeca enim perſecutio conſiſtit in manifeſtis inimicis eccleſiæ, intrinſeca in eis, q adhuc non ſunt p̃ciſi. In exteriori perſecutione diſtinguitur: aut ſolus prælatus quæritur, aut totus clerus. Si ſolus p̃latus: aut eo recedente tuta eſt ſalus eccleſiæ. & tunc fugiet. & hoc probat exemplo Chriſti & Pauli, & tribus auctoritatibus, Auguſt. Domini, & Dauid. Si nõ eſt tuta, tunc ponet animam ſuam ꝑ ouibus ſuis. Si totus clerus quæritur, indiſtincte ſe pro eis hoſtibus opponet, vt 43 diſt. ſit rector. ſed ſi aliàs poteſt conſuli eccleſiæ, totus clerus fugiat cũ p̃lato. Si non poteſt, remaneãt cũ p̃lato uel omnes, vel quidam ex eis. ſi eſt altercatio inter eos de remanſuris, res ſorte dirimatur. 26 q. 2. ſors. Circa intrinſecã diſtinguitur ſic: aut omnes ſunt mali, aut quidam. Si boni ſunt commiſti malis, eos non deſeret. 23. q. 4. tu bonus Si omnes mali ſunt, aut ſpes eſt de correctione, aut non. Si eſt, non ſunt deſerendi. Si non eſt ſpes, tunc ſunt deſerendi, ut inf. ea. c. vlt. Et nota quod loquitur de extrinſeca perſecutione uſque ibi. [Eſt & aliud genus.] Abinde miſtim de extrinſeca & intrinſeca uſque ibi, [Cũ ſit à vitijs.] & abinde tm̃ de intrinſeca [2].

1 Sub. in qua & per quã trãſire debemus tribulationes & pericula huius ſeculi, ſicut in naui mare trãſimus ad littora. iuxta illud Hoc mare magnum, et ſpatioſũ. & ſequitur ibi, naues per tranſibunt. Pſal. 103. Arch.

a ¶Bonis uotis.] Id eſt, propoſitis.

b ¶Probatio.] Sup. ead. cum percuſſio.

ADDITIO. Et dic ,pbatio, id eſt, examinatio, & experimentum virtutis, id eſt, conſtantiæ. Vel probatio virtutis, ſcilicet ut probatione melior qs efficiatur, & ita appareat, ut in prædicto cap. cum percuſſio. ſm Hug.

c ¶Nauis cordis.] Id eſt, conſtantia fidei [1].

HOC ETIAM. Hæc eſt 9. pars quæſtio. in qua dicitur quando debet prælatus relinquere ſubditos, & qñ non. Io. de Fant.

CASVS. Dictum eſt ſ. in c. ſuggeſtum. & c. ſciſcitaris. ꝙ prælatus perſeuerare debet cum ſubditis in tp̃e tribulationis, licet poſſit quandoque recedere ad tempus & fugere. Nunc vero oſtendit hic tempus ſeruandum eſſe, quando inter ſubditos aliqui boni repeciun-

e ¶In pſalmo.] Exaudi Deus orationem.

f ¶Vt occaſionẽ.] Et ita peccat qs eo ꝙ dat alijs occaſionẽ peccãdi, ut 55. diſt ſi Euãgelica. & 22. q 4. iter.

g ¶Salus.] Ergo videtur ꝓ pro rebus temporalib. nõ debeat prælatus mori, ut 23. q. 5. non eſt noſtrum.

2 De hac materia plene no. Inn. extra de renuncia. niſi cum pridẽ. §. 1. ub i po ſita eſt iſta gl ſicut hic iacet multa addit. & ibi de hoc per Hoſt.

a ¶Fides.] Per hæreſim aliquam.
b ¶Perſecutionis.] Id eſt, compaſſionis.
c ¶Non vror.] Compatiendo.
d ¶In pſalmo.] Dñe exaudi, ibi: Quia defecerũt ſicut fumus dies mei, & oſſa mea ſicut ĩ frixorio ꝯfrixa ſũt.

omnes mali, & obſtinati. Si ſũt ibi aliqui boni, nõ debet prælatus deſerere bonos propter malos, ſed tolerare debet patiẽter. & hoc probat quatuor auctoritatib. Si autem omnes ſunt mali & obſtinati, tunc licet prælato ab eis recedere, exemplo beati Benedicti, qui monachos

a Dic, id eſt, fortes, Fortes enim & robuſtiores in fide dicũtur oſſa: q̃a portant carnes id eſt, infirmos ſecũdũ Hug.

e ¶Frigitur.] id eſt, confligitur, id eſt, tantum dolet de malorũ interitu, quantum ſalutem eorum diligit.
f ¶Xxx.] Te Domine ſperaui, uſque, Miſerere mei Deus, quoniã tribulor, & conturbatus eſt in ira oculus meus, anima mea & venter meus: quoniã deficit, &c.
g ¶Palearũ.] Id eſt, malorum, qui ſunt ſine fructu.
h ¶Odit.] Supple id in quo ſcilicet odio extingueretur a oculus rationis, ſi haberet illud odium. Vel dic, non odit homines, ſed peccata eorum. 86. diſt. odio.
i ¶Oculus.] id eſt, intellectus.
K ¶Venter.] id eſt, prælatus qui quandoque ventroſus eſt.
l ¶Pro interiorib.] Id eſt, ſubditis.
m ¶Nõ clamat.] Alte, ſed itus ingemiſcẽdo.
n ¶Defecit.] Dicens, ſupple: quia defecit quaſi dicat; omnino conturbatus eſt oculus meus: quia defecit in dolore uita mea ex magna iniquitate malorum. & quare dicat hoc occulte ſubdit, videns non poſſe proficere, &c.
o ¶Lxix.] Scilicet, Deus in adiutorium meum intende.
p ¶Tribulatorum.] id eſt, illa uox, Deus ĩ adiutorium meum, eſt uox martyrum in manifeſta perſecutione, & etiam vox iuſtorum in occulta & intrinſeca.

a Scilicet p mortale peccatum, id eſt, ſi odit paleas, id eſt, malos in quãtum homines ſunt ſecundum Hug.

ritur, fides [a] *impugnatur; neceſſe eſt, ut ex aduerſo aſcendant, & in die belli ſeipſos murum opponant pro domo Domini, & animas ſuas ponant pro ouibus ſuis: ut exẽplo ſuæ paſſionis accedant, quos ſermone doctrinæ diutius confirmare non valent. Et hoc quidem de manifeſtis perſecutionibus. Eſt & aliud genus perſecutionis* [b]*, in quo Apoſtolus laborabat dicens: [Quis infirmatur, & ego non infirmor? quis ſcandalizatur, & ego non vror* [c]*? &c.] Hinc Auguſtinus in pſ.* [d] 101. *[Oſſa, id eſt, fortes, quorum frixorium ſunt, qui ſcandalizantur: tantum enim frigitur* [e] *bonus, quantum amat.] ¶ Hinc idem in pſ.* 30. [f] *] Iraſcitur iuſtus pro peccatis palearum* [g]*, non tamen odit* [h]*, in quo extingueretur oculus* [i]*: venter* [k] *pro interioribus* [l]*, quæ turbantur, quando nec corripi poſſunt impij, quibus non † clamat* [m]*,* quia defecit [n], in dolore vita, *videns non proficere quod prædicat.] ¶ Hinc idem ait in pſ.* 69. [o] *vtrumque hoc genus perſecutionis diſtinguens: [Vox tribulatorum* [p] *Chriſto, id eſt, martyrum inter paſſiones periclitantium, ſed de capite* [q] *præſumentium* [r]*. Cum illis* [ſ] *vox omnis iuſti: cui ex charitate, abundans iniquitas etiã Chriſtianorum eſt paſſio: ut Lot corporalem perſecutionem à nullo in Sodomis ſuſtinuit, ſed à malis factis eorum, cum † quibus habitabat. Eſt ergo perſecutio iuſti, vel à leone* [t] *in impetu, vel à dracone* [u] *in inſidijs, vnde omnes* [x] *clament* Deus in adiutorium meum intende.] *¶ Cum autem* [y] *vitijs ſubditorum prælatus affligitur, aliquando omnium eſt vna & inſatiabilis obſtinatio, aliquando mali inueniuntur bonis admiſti. Quando boni ſimul cum malis habitant, non ſunt deſerendi boni propter malos: ne peruerſe malos euitando vincamus* [z]*, quos fugimus, ad gehennam †, ſed potius mali tolerentur propter bonos. Vnde Gregorius: [Abel* [a] *eſſe renuit, quem Cain* [b] *malitia non exercet* [c]*.]ferrum quippe noſtræ mentis ad acumen non poteſt peruenire veritatis, niſi hoc alterius eraſerit lima* [d] *prauitatis. Hinc etiam Auguſtinus: [Tu bonus* [e] *tolera malum, &c. infra de tolerandis malis in prima cauſa § hæreticorum.] Idẽ ait: [Maius malũ in ſeparatione bonorũ* [f] *cõmittimus, quàm*

Ezech. 13.
Io. 10.
2. Cor. 11.
Gloſſa ordi. ex Aug. ad ver. [& oſſa mea, ſicut in frixorio] & Beda 2. Cor. 12.
Eadem ex Auguſt. ad verſi. [Miſerere mei Domine.]
† *non clamat clare, ſed intus ĩgemiſcit.*] gloſſa ordi. Eadem ex eodem in præfatione pſal.
† *cui non fuit dictum, Vt nõ ibi habitaret*] glo. ordi.
† *al. ueniamus ad gehennam*
l. 20. Mor. c. 29. & l. 9. re. epi. 39. 23. q. 4. tu bonus. Gloſſa ordi. in ca. 6 2. ad Corin. ĩ fine ex Aug. ſermo. 18. de ver. Domini.

q ¶Sed de capite.] Id eſt, Chriſto.
r ¶Præſumentium.] Id eſt, confidentium.
ſ ¶Cum illis.] Id eſt, martyribus. & hic innuitur intrinſeca perſecutio.
t ¶Vel à leone.] id eſt, à diabolo aperte ſæuiendo.
ADDITIO. Sicut per Saracenos & apertos hæreticos. Archidia.
u ¶Dracone.] Id eſt, à diabolo occulte perſequendo, vel à falſis fratribus.
x ¶Omnes.] Id eſt, tam illi qui extrinſecam, quàm qui intrinſecam perſecutionem patiuntur.
CVM AVTEM CASVS. Supra in §. proximo tractatum eſt qualiter fiat perſecutio intrinſeca. ſcilicet à ſubditis malis, & per compaſſionem: Nũc uero diſtinguitur ſic. Aut inter ſubiectos ſunt aliqui boni, aut ſũt

nachos ſuos deſeruit: quia conſpirauerãt in necẽ eius.
y ¶Cum autẽ.] Hic §. loqt̃ de intrinſeca pſecutione.
z ¶Vincamus.] Id eſt magis ſumus digni gehenna, quàm ij quos fugimus.
a ¶Abel.] Id eſt, ſimilis Abel in patientia non uult eſſe, qui non poteſt tolerare conſortium malorum. nam quiſquis malos non tolerat, ipſe ſibi per intolerantiã teſtis eſt, quòd bonus non eſt, ut 23. q. 4. hæc autem. & c. tu bonus.
b ¶Cain.] Id eſt, fratris Abel.
c ¶Non exercet.] Id eſt, malos non allicit. ſignificat, ut illos corrigat.
d ¶Lima.] Id eſt, perſecutio.
e ¶Tu bonus.] Infra 23. q. quarta, hæc autem. c. tu bonus.
f ¶Bonorum.] Arg. q̃ ſi per aliquem non ſtat quo minus faciat, idem eſt ac ſi feciſſet. 43. diſtin. Epheſijs.

Bonus non eſt qui malos non tolerat.

a ¶Coniun-

in coniunctione [a] *malorum fugimus.*] *& infra.* ¶ *Tali non imputat Deus ſua peccata, quia non fecit; non aliena, quia non approbauit; non negligentiam, quia non tacuit nõ ſuperbiam, quia in vnitate permanſit.*] ¶ *Hinc idem in pſal.*

Gloſſa ordi. ex Aug.

54. [Quis dabit mihi pennas, ſicut columbæ? *non ait, ſicut coruo. Columba à moleſtijs quærit auolare, ſed dilectionem non amittit, & ſemper gemit. Sic bonus vult ſeparare ſe corpore, non amore, ab his, quibus non poteſt prodeſſe:*] *& infra.* ¶ [*Sed aliquando ligatur, nõ uiſco cupiditatis, ſed cura, et officio, ut deſerere nõ poſſit* [b], *niſi ſoluatur. Quòd ſi non ſoluitur, tunc dicat,* Cupio diſſolui, & eſſe cum Chriſto: Sed manere in carne neceſſe eſt propter uos; *& ſic eſt meritũ ex deſiderio.* ¶ Ecce elongaui fugiens; *non loco, ne rumpatur charitas bonorum, ne perdatur exercitiũ malorũ, quos Deus admiſcet, vt Iudam Apoſtolis:*] *quem quãuis ſciret furem eſſe, tamen ad prædicandum miſit, & ei Euchariſtiam dedit, docens in eccleſia tolerari malos, nec obeſſe bonis malorum conſortia. Quando uero omnium ſubditorum eſt obſtinata malitia, nec prodeſt eis prælatorum præſentia; tũc etiã corpore licet ab eis recedere: ne & illorum nequitia ſemper in deterius proficiat, & iſti quidẽ fructum amittant, quem de aliorum profectu poſſent inuenire. Sic beatus Benedictus deſeruiſſe legitur, quos in necem ſuam vnanimiter viderat conſpiraſſe.*

Philip. 1.

Gloſſa interlinearis ex Aug. in pſal. 54.

23. q. 4. ut bon⁹

Hinc etiam B. Gregorius Petro diacono interroganti, an liceat prælato gregem ſemel ſuſceptum deſerere, lib. 2. Dial. c. 3. reſpondit dicens.

α ¶ Vnde Auguſtinus.] *Multa in hac diſputatione citat Gratianus ex Auguſtino, quorum ſententia quidem apud illum habetur, ſed verba ipſa ſunt in gloſſa ordinaria locis indicatis. De hac uero quæſtione, quando liceat epiſcopo recedere ab eccleſia ſua, diſſerit B. Auguſtinus epiſt 180. Honorato epiſcopo ſcripta.*

β ¶ In prima cauſa.] *Indicat cauſam vigeſimamtertiam, in qua primum de hæreticis ex propoſito agitur: qui mos citandi habetur, etiam 1. q. 7. neceſſaria. & alibi.*

¶ Quando liceat prælatis ſubditos deſerere, uel non.

C. XLIX.

IBi adunati æquanimiter portandi ſunt mali, ubi inueniuntur aliqui, qui adiuuentur, boni. Nã ubi omnimodo de bonis fructus deeſt; fit aliquando de malis labor ſuperuacuus †: maximè ſi è vicino cauſæ ſuppetant, quæ fructum Deo ferre valeant meliorem. *& paulo poſt.* ¶ Sæpè agitur in animo perfectorum, quod ſilentio prætereundum non eſt, quia cum laborem [c] ſuum ſine fructu eſſe conſiderent, in locum alium ad laborẽ cum fructu migrant. Vnde ille quoque egregius prædicator, qui diſſolui cupit, & cum Chriſto eſſe, cui uiuere Chriſtus eſt, & mori lucrum, qui paſſionũ certamina non ſolum ipſe appetijt, ſed ad toleranda hæc, & alios accendit; Damaſci perſecutionem paſſus, ut poſſit euadere, murum, funem, ſportamq; quæſiuit, ſeque latenter deponi voluit. Nunquid † Paulum mortem dicimus timuiſſe, quam ſe ipſe pro amore Ieſu teſtatur appetere? Sed cum in eodem loco minorem ſibi fructum adeſſe conſpiceret; ad grauem † laborem ſe alibi [d] cum fructu ſeruauit, fortis etenim præliator Dei, teneri intra clauſtra noluit, certaminis campum quæſiuit.

† *vacuus*] ori.

Philip. 1.

2. *Cor.* 11.

Act. 9.

† *al. Num nõ*

† *& graui labore ad laborem*] orig.

Multorum auctoritatibus apparet, quando viuentibus epiſcopis alij poſſint ſubſtitui, & quando non.

a ¶ Coniunctione.] Fugimus enim malũ in hoc, ꝙ non coniungimur malis: quia ſi eſſemus cũ eis, poſſemus corrumpi cum eis: tamen maius malum committimus, ex hoc ꝙ ſeparamur à bonis: quia ſeparando nos à bonis committimus ſchiſma, qđ facere maximum malum eſt, ut 24. q. 1. non afferamus.

Schiſma cõmittit q ſe à bonis ſeparat.

b ¶ Non poſſit.] Id eſt, non debeat propter hos quibus poteſt proficere. Ioan.

IBi adunati.] CASVS. Petrus diaconus quæſiuit à Gregorio, an liceret prælato deſerere gregem ſemel ſuſceptum: qui reſpondit dicens, ꝙ ſi ſubditi ſunt boni malis admixti, tolerandi ſunt mali propter bonos. ſi vero omnes ſunt mali & incorrigibiles, recedere poteſt prælatus ad alium locum, exemplo Pauli, qui de Damaſco fugit, ut alibi magis proficeret. Sequens §. patet.

c ¶ Laborem.] Nota ꝙ labor non debet eſſe ſine mercede, vt 12. q. 2. charitatem. & in auth. de iud. §. ne autem. coll. 6. vbi dicitur, ꝙ labor nõ debet eſſe ſine fructu. vnde verſus:

Labor eſt remunerãdus.

Cum labor in damno ẽ, creſcit mortalis egeſtas. iuxta illud.

Optat præmia quiſque labor.

d ¶ Alibi.] Idẽ facit Cypria. vt 24. q. 1. aduocauit. §. multorũ.

Quòd

QVAESTIO II.

Vod autem [a] *iſte valetudine recepta ſuam poſſit repetere cathedram; nulla auctoritate ratū habetur. Celebrationem vero ſacrificiorum, ſi infirmitatis cauſa dimiſerit, valetudine recuperata exequi non prohibetur.* †al. quam

Vnde Alexander ſecundus ſcribit Gebonardo Viuarienſi† archiepiſcopo. †al. Vienneñſi

¶De quodam presbytero, qui caduco morbo laborabat. C. I.

IN tuis literis continebatur ſic. Hic clericus ordinem habet presbyterij; ſed quia caduco morbo laborat, & ipſi in præſentiarum hoc agnouimus, non auſi fuimus concedere ſibi ut offerret, vel Miſſam celebraret. Quia vero languor in culpa non eſt, ſuper hac re auctoritatis noſtrę decreto conſulendo deliberauimus. Conſulimus itaque, ut ſi frequenter [b] hoc morbo tangitur, ab oblatione, & Miſſarum celebratione modis omnibus prohibeatur. Indecens enim eſt, & periculoſum, ut in conſecratione Euchariſtię morbo victus epileptico cadat. Si vero Dei miſericordia conualuerit† (quādoquidem non culpa, ſed infirmitas eſt in cauſa) eum ſacrificare iam non interdicimus [c]. Iuo p. 6. c. 405.

Idem Gelaſius Ruſtico, & Fortunato epiſcopis.

¶A regimine ſuſpendatur eccleſiæ, qui in terram frequenter eliditur. C. II.

NVper Foropopulenſis † eccleſiæ clericis, vnà cū Sabino epiſcopo & Pelagio, & laicis propria ſuggeſtione reſerarunt, præſulem ſuum graui quadam neceſſitate vexari, cuius eū dicerent incurſione frequēter eliſum. Qđ ne ſcandalum fidelibus videretur ingerere, & eccleſiam Dei ubique poſitam hac offenſione turbare, præcipuè, cū eodem ipſo volente huc ſe perrexiſſe firmarent, ad dilectionē ueſtram ſcripta direximus, ut eccleſiæ, cuius rector tali caſu tenetur adſtrictus, uiſitationem congruam reddatis. Verum, quia nunc idem ipſe venit huc pontifex, falſaque oīa de ſe iactata diſſeminat, ſub diuini cōtemplatione iudicij, veſtræq; cōſcientiæ, exiſtimationiſq; reſpectu, † al. Foropopilienſis

Q Vod autem.] CASVS. Hæc eſt q. 2. qua quæritur, vtrum recuperata ſanitate poſſit qs repetere cathedram cui renunciauit. Et reſpondet ꝙ non: & transfert ſe G. ad aliam queſtionem incidentem, ſcilicet vtrum ſacerdos, qui dimiſit celebrationem Miſſæ propter morbum caducum: recuperata ſanitate poſſit celebrare? & reſpondet cum diſtinctione, ſcilicet utrum quis uexetur morbo epileptico uel caduco frequēter, aut raro. ſi frequēter, omnino dēt ceſſare à celebratione Miſſarū, ut infra ead. c. 1. Si raro, aut vexaĩ cum ſpumæ iactatione, & vocis confuſæ emiſſione: & tūc nullo modo celebrare poteſt, ut infra ead. c. 2. aut uexaĩ ſine ſpumæ iactatione, & ſine uocis cōfuſæ emiſſione: & tunc celebrare poteſt: ita tamen ut habeat iuxta ſe uicini ſolaminis adiutorem, ut ſupra ead. q. 1. illud. ſi plenè eſt liberatus, non eſt quæſtio quin poſſit celebrare.

a ¶Quòd autem.] Si quis de licentia Papę renunciauit, & ad preces eius alter ſubſtitutus eſt: certum eſt ꝙ ille non poteſt repetere eam, licet conualeſcat, ut ſupra ead. q. 1. hoc nequaquam. Et ideo magiſter aliam quæſtionem tractat. utrum ille qui abſtinuerit à Miſſa pro ægritudine, recuperata ſanitate poſſit celebrare [1]? Et certum eſt ꝙ poteſt 1. infra ead. c. 1. dummodo certū ſit eū eſſe ſanatum. Si autem fuit dæmoniacus vel epilepticus, debeĩ prius per annū eſſe liberatus. 33 diſt. cōiter. 55. diſ. præcepta. & arg. ff. de redhibit. actio. quod ita. In ægritudine cōſtituti Miſſas celebrare poſſunt ſupra ea. q 1. c. illud. niſi ita debiles ſint, ꝙ cęptū officiū nequeāt adimplere: & niſi habeant morbum caducū. 33. diſt. cōiter. Tñ cum diſtinctione an morbus iſte ſit cū ſpuma & clamore, ut tūc nō poſſint uel ſine ſpuma & clamore, & tunc poſſint, ut ibi not. ut ſed quidam [2] indiſtinctè dicunt, ꝙ non debent celebrare infirmi.

1 Sub. nec diſtinguendū eſt ꝗ fuerit ægritudo dummodo, &c. vt ſequitur Epilepticus an poſſit celebrare.

2 Vt Rayn.

IN tuis litteris.] CASVS. Quidam presbyter morbū patiebatur caducum: quare Gebonardus Viuarien. archieps ei celebrationem Miſſe interdixit: & per illū presbyterum conſuluit Alexandrum dictus archiepiſcopus an iſte presbyter poſſet Miſſarum ſolennia celebrare. Nunc Papa reſcribit dicens, quomodo ei conſtitit ꝙ iſte cadebat. vnde mandat ei, ꝙ ſi iſte presbyter frequenter cadit, & vexetur morbo caduco, non debet celebrare. ſi autem conualuerit, non prohibeatur.

b ¶Frequenter.] Ideo quidam [3] dicunt ꝙ ſi raro accidit poteſt celebrare, dummodo habeat ſocium ſupra e. q. 1. c. illud. vel ſupple, maximè. vel diſtingue, ut 33. diſt. communiter.

3 Laur. & H.

c ¶Interdicimus.] Sic ergo propter infirmitatem non repellitur quis ab officio diuino, vel à perceptione ſacramentorum, ut ſupra diſt. 5. ad eius vero.

Infirmitas nō repellit ab officio diui no.

NVper Foro.] CASVS. Clerici Foropopulēſis eccleſiæ vnà cum Sabino & Pelagio & laicis Romam venerunt, & dixerunt Gelaſio, ꝙ epiſcopus eorum ledebaĩ morbo caduco frequenter, aſſerentes ſe de eius voluntate veniſſe. quare Papa illi eccleſiæ duos dedit uiſitatores, ſ. Ruſticū & Fortunatū. ſed quia idem epiſcopus

ſcopus poſtea Romam pergens dixit omnia, quę de eo dicta fuerunt, falſa eſſe: ideo Papa præcipit eiſdem uiſitatoribus narrãdo prædicta, vt veritatem perquirant: & ſi prædictum epiſcopũ inuenerint fuiſſe repente prolapſum cum uoce confuſa, & ſpumæ iactatione, eum celebrare prohibeant. Si autem hoc inueniri non poteſt: præcipit Ruſtic[o], ut faciat eum carnibus uti xxx. diebus indifferenter.

a ¶Segnius.] Not. ꝙ in magnis rebus diligentior inquiſitio eſt facienda, ut 43 diſtin. quieſcamus. & 61 diſtin. miramur. Et ideo hic actore non probante, reo indici tur purgatio, ut extra de cauſa poſ. & proprie. cum ecclesia. in fin.

b ¶Triginta.] Cõtra 33. diſt. cõmuniter. Sed ibi certũ fuit eũ eſſe dęmoniacũ, ſed hic dubiũ. & omnes cibos ideo iubetur comedere, ne morbus poſſit occultari. quod phyſicũ eſt. unde ſignatur contrarii. ĩ. de conſ. di. 5. ꝯtria 1 ideo autẽ hic dãtur omnes carnes iſti præter hœdinas, quæ prouocant dæmones.

rerum fide ſolertiſſime perquiſita, ſi aliquãdo ſcilicet, uel in domo, vel in proceſſione, vel in alio quocumque loco probatur repente collapſus, voceſque dediſſe confuſas, & ſpumas ore iactaſſe; quãta fieri poteſt examinatione quæratur. Quod tamen, ſiue non poſſit aliquorum factum teſtificatione firmari, ſiue nunquam contigiſſe dicatur; non putandum eſt poſſe ſufficere, ſed certum, manifeſtumque documentum, quia de tanta re non ſegnius [a] agẽdum eſt. Faciat rem tua dilectio frater Ruſtice ſui moris, & aptam magno pontifici; vt cum triginta [b] α diebus tecũ eſſe conſtituas, eumque carnibus indifferenter vti neceſſaria probatione compellas.

Carnes hœdinæ prouocant dæmones.

1 Nõ eſt cõtra, q̃a hic loq̃r de experimentis medicinæ, quæ bona ſunt & neceſſaria, ut hic. ibi aũt loq̃tur de nimio uſu medicinæ, qui eſt ꝓhibitus, ut ꝙ nõ ieiunet: uel aliud ſimile, qđ eſt ꝯ legem diuinã. Arch.

α ¶Triginta.] *In duobus codicibus uetuſtis legitur.* octuaginta.

CAVSA OCTAVA.

Q Vidam epiſcopus agens in extremis ſucceſſorem ſibi ex teſtamento inſtituit: inde ſuorum amicorum patrocinio in eundem epiſcopatum eligitur: poſt electionem pro indemnitate eccleſiæ canonicis iuramentum præbuit: accuſatur de ſimonia, tanquam munus ab obſequio præſtiterit: ante tempus ſententiæ à clericis ſuis derelinquitur: ſine litteris Apoſtolicis † ad eccleſiam ſuam reuertitur epiſcopus.

† al. Apoſtolicis.

1 *Hic primum quæritur, an liceat epiſcopo ſibi ſucceſſorem inſtituere.*

2 *Secundo, an amicorum patrocinia in electione debeant conualeſcere*

3 *Tertio, an ſit habendus ſimoniacus, qui poſt electionem huiuſmodi iuramentum canonicis præſtat.*

4 *Quarto, an liceat clericis ante ſententiæ tempus ab epiſcopo ſuo diſcedere.*

5 *Quinto, an ſine litteris Apoſtolicis † debeat redire ad propriam eccleſiam.*

† al. Apoſtolicis.

Q Vidã epiſcopus. CASVS. Quia in ſuperiori cã in illo c. petiſti. fuit conceſſum priuilegium Moguntino de eligendo ſibi ſucceſſorem: ne aliquis dubitaret hoc eſſe licitum de iure communi, ideo Grat. hanc 8. cauſam ſupponit. in qua oſtendit. ꝙ nulli licet eligere ſucceſſorem, & quod amicorũ patrocinia in electionibus conualeſcere non debent: & ꝙ non eſt ſimoniacus, qui poſt electionem præſtat canonicis iuramentũ de indẽnitate eccleſiæ: & alia plura, quę omnia ut plenius eluceſcant, ponit thema, de quo quinque elicit quæſtiones.

QVAESTIO PRIMA.

ĩ 7. q. 1. c. petiſti.

1 *Q Vod autem [c] epiſcopo ſucceſſorem ſibi inſtituere liceat, ex uerbis Zachariæ Papæ conijcitur, quibus Moguntino archiepiſcopo permiſit adiutorem ſibi ſtatuere,*

Q Vòd autem.] Hęc q̃ſtio diuidit in quattuor partes: in quarum prima probat magiſter per 4. auctori. ſanctorum patrum, quòd poteſt eps̃ ſeu prælatus ſibi eligere ſucceſſorem: & hoc vſq; ad §. [His omnibus.] ubi dat ſolutionẽ. poſtea quædam adiungit ad electionem pertinentia. Secunda ibi, [Olim.] Tertia ibi, [Oportet eum.] Quarta ibi, [Audacter.] Io. de Fant.

CASVS. Hæc eſt 1. q. qua quæritur an liceat epiſcopo ſibi eligere ſucceſſorẽ: & certum eſt: ꝙ non, niſi per priuilegiũ hoc habeat. Primo tamẽ probat Gra. ꝙ ſic exẽplo Moguntini, & auctoritate Symmachi à cõtrario ſenſu, & exẽplo Petri. Poſtea probat contrarium in §. [ſed in Antiocheno.] & in §. [His auctoritatibus.] dat ſolutionem.

Succeſſorẽ ſibi iſtituere nulli licet.

c ¶Quod autem.] Certũ eſt ꝙ nõ licet 2 niſi cui hoc ſpecialiter permittitur, vt Moguntino. 7. qõ. 1. petiſti. nec

2 Sed cõtra uidetur ex ꝑſſe 16. q. vlt. c. ult.

nec obſtat 79.diſt.ſi tranſitus. ubi innuitur ꝙ Papæ licet ſibi inſtituere ſucceſſorem. ſed dicitur ibi ꝙ poteſt cum fratribus deliberare de ſucceſſore 1.

a ¶Decernere.] Id eſt deliberare.

SI Petrus.] CASVS. Petrus apoſtolus cum inſtare vellet uerbo prædicationis & orationi, in temporalibus Linum & Cletum præfecit: ſed ſolum Clementem ſibi ſucceſſorem elegit, cui poteſtatem tradidit ligādi & ſoluendi.

b ¶Si Petrus.] Si, id eſt, quamuis.

c ¶Aut ligandi.] Non intellige ꝙ iſti prius non habuerint poteſtatē ligandi: ſed hoc vult dicere, ꝙ iſtis nō dedit Papa plenā poteſtatē: ne ſit contra 2. q.1.nemo. 24.quæſt.1. quodcunque. ubi dicit, quod omnes presbyteri hanc habent poteſtatem. Habuerunt ergo prius hanc poteſtatem, ſed non tantam. Iſti autē duo temporalia pauperibus erogabant: ad quod officium Apoſtoli diaconos elegerant. 93.diſt. legimus. quod hodie habet camerarius Papæ. & patet ꝙ Linus & Cletus non fuerunt Apoſtolici. & hoc eſt uerum, quod poſt Petrum ſtatim non fuerunt Apoſtolici, ſed Clemens fuit poſt eum Apoſtolicus. uidēs autem Clemens ꝙ hoc eſſet pernicioſum exēplo, quod aliqs ſibi eligeret ſucceſſorem, renūciauit Papatui: & tūc electus fuit Linus: eo mortuo electus ē Cletus: quo mortuo denuo fuit Clemens electus: & ſic Clemens ſecundum unam computationem fuit ſecundus: & ſecundum aliam fuit quartus. unde uerſus. [Diſputat hic mundus, quartus fueritve ſecundus.]

d ¶Tradēte.] Ad hoc inducitur capitulum.

VNde.] SED IN ANTIOCHENO. CASVS. Hucuſque probauit Gratia. ſuperficialiter epiſcopo licere ſibi eligere ſucceſſorem: nunc autem probat contrarium.

EPiſcopo.] CASVS. Statutum fuit in Antiocheno cōcilio, ut nullus eligat ſibi ſucceſſorem: & ſi factum fuerit, irritum ſit: ſed eligatur à clericis epiſcoporum iudicio, Idem eſt caſus ſequentis c.

e ¶Succeſſorem.] Verum eſt quod non poteſt de iure com-

1 Sub. ꝙ aliud eſt q̄ ſibi ſucceſſorē eligere, nā illud eſt licitum, ut ibi, illud vero illicitū, ut hic. nam deliberare licet cuilibet prælato de ſuo ſucceſſore cū uidet ſibi mortē imminere. unde ibi dicit decernere, id eſt, deliberare: non eligere, ſm Hug.

Clemēs nō fuit eſſe Papa ſtatim poſt Petrū,

qui ei defuncto in plenitudinem poteſtatis ſuccederet. ¶*Itē ex uerbis Symmachi Papæ dicentis: [Si tranſitus Papæ inopinatus euenerit, ut de ſui electione ſucceſſoris non poſſit ante decernere* [a], *&c.] apparet, quòd epiſcopi ſucceſſores ſibi inſtituere poſſunt.* ¶*Item exemplo beati Petri illud idem probatur, qui beatum Clementem ſibi ſucceſſorem inſtituit.* Diſt.79.ſi tranſitus.

Vnde Ioannes tertius ſcribit epiſcopis Germaniæ, & Galliæ, epiſtola unica, c.2.

¶Quòd Petrus Linum & Cletum adiutores ſibi aſciuit, ſed Clementem ſucceſſorem. C. I.

SI Petrus [b] princeps Apoſtolorū adiutores ſibi aſciuit Linum & Cletum; non tamen poteſtatem pōtificij, aut ſoluendi, aut ligandi [c] eis normam tradidit; ſed ſucceſſori ſuo ſancto Clemēti: qui ſedem Apoſtolicam poſt eum, & poteſtatem pontificalem, tradente [d] ſibi beato Petro, tenere promeruit. Linus vero, & Cletus miniſtrabant exteriora, princeps autem apoſtolorum Petrus uerbo & orationi inſiſtebat. Anſ.l.1.c.55. Poly.l.1.tit.1.

PALEA. C. II.

VNde ipſe Clemens in epiſtola ad Iacobum Hieroſolymitanum miſſa, inter cætera ſcribit, quòd Petrus adhuc viuens Clementem in epiſcopum elegit. ¶Simon Petrus in ipſis diebus, quibus uitæ fine ſibi præſenſit, apprehenſa manu mea repente conſurgens in auribus totius eccleſiæ, hæc protulit uerba, Clementem hunc epiſcopum uobis ordino; cui ſoli meæ prædicationis, & doctrinæ cathedram trado; quem præ cæteris expertus ſum Deum colentem, homines diligentem, caſtum, diſcendi ſtudijs deditum, ſobrium, benignum, iuſtum, patientem, & ſcientem ferre nonnullorum, etiam ex his, qui in verbo Dei inſtituuntur, iniurias. Anſ.l.1.c.3. Clemens ep.1. Omittitur hic aliquot verba.

Sed in Antiocheno concilio hoc omnino fieri prohibetur: in quo c.23. ſic ſtatutum legitur.

¶Epiſcopo ſucceſſorem ſibi conſtituere non licet. C. III.

j EPiſcopo non licere pro ſe alterum ſucceſſorem [e] ſibi conſtituere, licet ad exitum vitæ perueniat. Quòd, ſi tale aliquid factum fuerit, irritum ſit huiuſmodi conſtitutum. Seruetur autem ius eccleſiaſticum id continens, non oportere aliter fieri, niſi cum ſynodo, & iudicio epiſcoporum [æ], qui poſt obitum quieſcētis poteſtatem habent, eum, qui dignus extiterit, promouere. Poly.l.2.tit.17. Anſ.l.6.c.57. Burc.l.1.c.185. Iuo p.5.c. 302.

æ ¶Epiſcoporum.] *In codicibus Gratiani etiam manuſcriptis ſequebatur,* & electione clericorum: *quæ ſunt expuncta, quia neque in originali, neque apud cæteros collectores leguntur.*

Item ex concilio Martini Papæ, c.8. Id eſt, in capitulis Martini Bracharenſis, c.8.

communi, ſed de diſpenſatione Papæ. 7. q. 1. petiſti. nec obſt. 20. q. 3. pns. ubi pr uolebat q eo mortuo filius eius fieret monachus: ſed ibi non erat ſucceſſio iuris.

a Epiſcopo.] ¶Epiſcoporum.] Hoc requiritur in ordinatione, ſed non in electione. 64. diſt. per totũ. Ne.

in principatu, ſed noluit; immo extraneum, & de alia tribu elegit, ſcilicet Ieſum, qui Ioſue, & Ieſus Naue dictus eſt.

d ¶Facie.] Id eſt familiariter.

e ¶Deus locutus eſt.] Secundum quoſdam apparuerat per Angelum in ſpecie uiſibili, ſicut dicitur deſcendiſſe p Angelos. 2. q. 1. Deus. Ioan. autem dicit in canonica epiſtola: Deũ nemo uidit unquam. tamen ex eo qd dicitur Moſem uidiſſe poſteriora Dei: dñt quidam eũ uidiſſe in ſpecie uiſibili. — *Deũ nemo vidit unquã*

f ¶Potuit.] Quia adhuc non erat prohibitum hoc ſimile 33. q. 4. obijciuntur.

g ¶De alia tribu.] Moyſes enim erat de tribu Leui: Ieſus naue ſiue Ioſue fuit de tribu Effraim. de his tribubus habes 7. q. 1. denique. — *Moyſes fuit de tribu Leui.*

h ¶Non ſanguini.] Arg. q reges dẽt fieri per electionem 93. diſt. legimus. & j. ea. ſi ergo. niſi habeant ex priuilegio conſtituere ſucceſſorem ſibi, ut 63. diſt. in ſynodo. aliàs etiam de iure omnes ſæculares poteſtates non debẽt ſuccedere, ut C. ut omnes tam ciui. quã mili. iud. l. unica, in prin. quòd autem Dauid in uita ſua Salomonem ſibi ſucceſſorem inſtituit, inſtinctu ſpiritus ſancti eſt factũ. Arg. tamen contra 7. q. 1. denique. — *Reges eligendi ſunt.*

i ¶Sed uitæ.] Supra 40. diſt. nos qui.

k ¶Rogauerit.] Ergo videtur q preces inducant ſimoniam. vt hic. & 1. q. 1. ſunt nonnulli. Et dici conſueuit, quòd ſi preces fiant pro digno, nõ inducunt ſimoniam, vt 1. q. 1. quibuſdam. in fi. hoc verum eſt ſi nõ — *Preces an inducant ſimoniam.*

¶De eodem. C. IIII.

Burc. l. 1. c. 187. Iuo p. 5. c. 303. vtrique ex concilio Spalenſi.

Epiſcopo non liceat ante finem vitæ alium in loco ſuo cõſtituere ſucceſſorem. Si quis autem hoc vſurpare tentauerit, talis conſtitutio irrita erit. Non ergo aliter fieri oportet, niſi cum conſilio, & iudicatu epiſcoporum [a], qui poſt exitum prædeceſſoris poteſtatem habent dignum eligere.

Item Hilarius Papa in ſynodo Romana, c. 5.

¶De eodem. C. V.

Poly l. 2. tit. 18. Anſ. l. 6. c. 56. Iuo p. 5. c. 104.

Plerique ſacerdotes in mortis confinio conſtituti in locum ſuum feruntur alios deſignatis nominibus ſubrogare: ut ſcilicet non legitima expectetur electio; ſed defuncti gratificatio pro populi habeatur aſſenſu. Quòd, quàm graue ſit, æſtimare. Atque ideo α, ſi placet; etiã hãc licentiam generaliter de eccleſijs auferamus: ne, quod turpe dictum eſt, homini quiſquam putet deberi, quod Dei eſt. Ab vniuerſis acclamatum eſt [b]. Hæc præſumptio nunquam fiat. Quæ Dei ſunt [c], ab homine dari non poſſunt.

α ¶Atque ideo.] *Hac vſque ad verſ.* Ab uniuerſis. *addita ſunt ex ipſo concilio, Anſelmo, Polycarpo, & Iuone.*

Item Hieronymus ad Titum, c. 1.

In commen. ad ea verba [& cõſtituas per ciuitates presbyteros] Exo. 33. Num. 27.

¶De eodem. C. VI.

Moyſes amicus Dei, cui facie [d] ad faciẽ Deus locutus eſt [e], potuit [f] vtiq; ſucceſſores principatus filios ſuos facere, & poſteris propriam relinquere dignitatẽ: ſed extraneus de alia tribu [g] eligitur Ieſus, ut ſciremus principatum in populos, non ſanguini [h] deferendum eſſe, ſed uitæ [i]. At nunc cernimus plures hanc rem beneficium facere, ut non quærant eos in eccleſia erigere columnas, quos plus cognoſcant eccleſiæ prodeſſe, ſed quos, uel ipſi amant, uel quorum ſunt obſequijs deliniti, uel pro quibus maiorum quiſpiam rogauerit [k], & (ut deteriora [l] taceã) qui, ut clerici fierent, muneribus impetrarunt.

Item Innocentius Papa II. in concilio Romano, c. 16.

¶De eodem. C. VII.

Pann. l. 8. c. 152. † al. capellas.

Apoſtolica auctoritate prohibemus, ne quis eccleſias, & præbendas [m], præpoſituras, capellanias †, aut aliqua eccleſiaſtica officia hæreditario iure valeat uendica-

Plerique.] CASVS. Quidam epiſcopi in mortis articulo conſtituti deſignabant ſibi nominatim ſucceſſores, ut non legitima electio expectaretur: ſed hoc phibet Hilarius Papa in ſynodo: quia iura ſpiritualia nõ poſſunt aliquo hæreditario iure concedi.

b ¶Acclamatum eſt.] Ab vniuerſis.

c ¶Quæ Dei ſunt.] Vt eccleſiaſticæ dignitates 1. vt 16. q. 1. in canonibus. & 23. q. 8. conuenior. Io. — *17. q. 5. remoto. in fi.*

Moyſes.] CASVS. Hieronymus reprehendit hic illos epiſcopos, qui inſtituebant ſibi ſucceſſores cõſanguineos, vel amicos: uel illos q vt clerici fierẽt, muneribus impetrabant. & docet hoc non eſſe faciendũ, exẽplo Moyſi: qui filios potuit inſtituere ſucceſſores

ſint cõſanguinei ſui, ut extra de gra. & qual. tuam. in fi. lo. Nõ credo q preces conſanguineorum inducant ſimoni. ſi fiant pro digno, ut 1. q. 1. latorẽ. & maximè cũ qs poſſit p ſe rogare ſi dignus eſt, ut extra de ſim. tua. nec illa decre tuam contradicit ſi bene inſpiciatur. B.

l ¶Vt deteriora.] Color eſt rhetoricus, quando dicit quod dicit ſe velle tacere: & dicitur præoccupatio.

Apoſtolica.] CASVS. Statuitur in hoc c. ne qs iure hæreditario ſibi vendicet vel poſtulet eccleſias, pbendas, præpoſituras, capellanias, uel aliqua eccleſiaſtica officia: quod ſi quis præſumpſerit, careat eiſdem in perpetuum.

m ¶Præbendas.] Epiſcopo non licet filios inſtituere in — *Filius ſacerdotis eccleſiã paternã hẽre nõ pt.*

in paternis eccleſijs.extra de fi.presby.pręſentium.niſi per mediam perſonam,ut extra eo.ex tranſmiſſa.præbendam autem poteſt habere in eadem eccleſia, ſi eſt legitimus.extra eo.ti.ad hæc.ſed licet ſit legitimus,beneficium tñ paternum non poteſt habere: ſicut hic dicit. ſed illegitimus in eadem eccleſia ſæculari eſſe non poteſt canonicus, ut extra eod.tit. ad abolendã. tamen per illam conſtitutionem vr̃ ꝙ etiã legitimus non poſſit habere beneficium cum patre.& hoc intelligas de omnibus deſcendentibus. argu. extra de iure pat. conſuluit 1. extra de inſti. ad decora. & ff. de verbo. ſignifi. filij. Forte aliud in collateralibus & aſcẽdentibus.arg.de pœn. diſt. 1.pœnæ.licet ſit ar.cõtra extra de inſti. ad decorem. Ioan. ſed certè poteſt probabiliter dici, ꝙ hoc non extenditur ad nepotes: quia pœnæ ſunt reſtringendæ. ff.de libe & poſthum. cum quidã. in fi. nec ſemper nomine filiorum nepotes intelligũtur, ut inſti. qui dare tut. poſ.in fi.tit. B Sed quid de illo qui renũciat, ut dei alij fortè conſanguineo; Hanc renunciationem Papa approbat extra de offic. deleg. ex parte 1. Sed dic quod ibi fuit pura renunciatio.

a Vbi ſm veterẽ cõpilationẽ erat illud verbũ, nepotũ, qđ hodie eſt ſublatũ. Ar.

HIS OMNIBVS. CASVS. Soluit Grat. dictam contrarietatem,dicens ꝙ tractare cum fratribus de electione ſucceſſoris licet, ſed eligere non licet. Exemplum uero Petri nõ debet trahi ad conſequentiã. niſi ab his qui talem vellent eligere ſucceſſorẽ, qualis fuit Clemens.uerum quia cõſueuerant eligere conſanguineos & malos,conſtiturum eſt ut clerici. uel patroni eligant prælatos tales,qui Deo dignè ſeruire ualeant.quod ſi facere recuſauerint:iure ab eccleſia repudientur quod probat per ſeq.cap.

vxorẽ fratris ſui defuncti, ut ei ſobolẽ ſuſcitaret. quæ ſoboles defuncti fratris diceretur:quod ſi recuſabat,in faciem eius conſpuebatur, & ſcalceabatur uno pede. Ex inde domus eius uocabatur domus diſcalceati.Sic vnuſquiſq; p̃dicator dẽt Chriſto, qui pro nobis mortuus eſt,

re,aut expoſtulare præſumat. Quod ſi quis improbus,aut ambitionis reus attentare præſumpſerit,debita pęna mulctabitur, & poſtulatis carebit.

His omnibus auctoritatibus prohibentur epiſcopi, ſucceſſores ſibi inſtituere. Sed aliud eſt de ſui ſucceſſoris electione cum fratribus deliberare: aliud eſt ex teſtamento, tanquã ſuæ dignitatis hæredem ſibi quærere. Illud fieri permittitur, hoc autem penitus prohibetur. Illud autem beati Petri apoſtoli ab illis valet in argumentum aſſumi, qui tales ſibi ſubſtituunt, qualem ſibi ſucceſſorem beatus [a] *Petrus quæſiuit. Verum, quia officium non vitæ, ſed ſanguini cœpit deferri, atque ad epiſcopatum tales quiſque ſibi ſucceſſores quærere cœpit, qui vel odioſi populis, vel a plebe docendi inuenirentur; idcirco ſacris canonibus ſtatutum eſt, ne quiſquam ſibi ſui officij quærat ſucceſſorem: ſed populi electione quæratur, qui eorum utilitati digne deſeruiat; qui illorum utilitatẽ, non ſua lucra quærat; qui Chriſto ſemen uelit ſuſcitare, non ſibi diuitias congregare. Quod qui facere contempſerit, iure ab eccleſia repudiatur.*

Vnde Auguſtinus contra Fauſtum Manichæum, libr. 32. cap 10.

¶ Qui ſibi & eccleſiæ prodeſt, vtroque pede calceatus intelligitur. C. VIII.

2 OLim iuſſus eſt frater præmortui fratris vxorem ducere, ut non ſibi, ſed illi ſobolem [b] ſuſcitaret, eiuſque uocaret nomine [c], quod inde naſceretur. Quod ſi recuſaret; diſcalceatus uno pede conſpui ſolebat in faciem. Nunc Euangelij quiſque prædicator ita debet in eccleſia laborare, ut defuncto fratri, id eſt Chriſto, ſuſcitet ſemen, qui pro nobis mortuus eſt: & quod ſuſcitatum fuerit, eius nomen accipiat. At vero qui electus ab eccleſia miniſteriũ euangelizandi renuerit; ab eccleſia ipſa merito, dignèque contemnitur. Qui enim & ſibi prodeſt, & eccleſię, bene intelligitur utroq; pede [d] calceatur. Vnde illud. [Quã ſpecioſi pedes euangelizantium pacem, euangelizantiũ bona.] Qui autem curam lucrandorum refugit aliorum, diſcalceati illius non figuratum [e] ſignificauit, ſed in ſe impletum portabit opprobrium.

Deuter.25.

Eſa.52. Rom. 10.

a ¶ Beatus.] Sed nunquid adhuc Papa poſſet facere ſibi ſucceſſorem? Non: quia hoc eſſet immutare ſtatutũ eccleſię, ut 25.q.1.quę ad perpetuam & quia ſtatutum facit in id tempus, in quo non eſt futurus iudex. ff.de iuriſd om iudi.eum qui.

OLim.] Hæc eſt 2.pars q.in qua redarguit electos & dignos, qui nolunt recipere prelationem: & hoc facit per 4.auctor. Io.de Fan.

CASVS. In veteri lege præcipiebatur, ꝙ frater duceret

eſt, filios ſuſcitare: qui Chriſtiani à Chriſto vocentur. Quod ſi recuſet, reſpuitur ab eccleſia tãquam vno pede diſcalceatus: & portabit opprobrium illius non figuratum, ſed figurans: quia hoc ſignificat opprobrium illius. qui uero hoc adimplet, utroq; pede dr̃ calceatus.

Chriſti patres fuerũt duplices.

b ¶ Sobolem.] Tamen illius erat carnalis filius. ſed erat filius mortui legalis, ut 56 diſt. Iſmael & Matthæus ponit carnales patres ubi dicit, qui genuit. Et lucas ponit legales, cum dicit, qui fuit. duos enim habebat patres huiuſmod. filius carnalem & legalem.

c ¶ Nomine.] Id eſt, filium mortui.

d ¶ Vtroq; pede.] Quia & de ſe curat, & de proximo.

e ¶ Non figuratũ.] Sed ẽt ſignũ & figuram, & hoc eſt dicere,

1 Sn. q a factū iſtius ē res & ſignificatum; factū illius ſigura & ſignās, & factū iſtius, &c. ut ſequitur.

dicere, factum iſtius 1 ſignum eſt & figuræ & figurati. Vel hoc vult dicere, ꝙ factum illius nō ſignificat factū illius, ſed factū iſtius ſignificat factū illius. Vel ideo dicit hoc, quia in facto iſtius completur illa figura.

IN ſcripturis.] CASVS. Quidam cum eligebantur ad prælaturas, recuſabant eas, dicentes ſe uelle eſſe in cōtēplatione. Sed Greg. dicit, ꝙ ex hoc ſe magis eſſe dignos oſtēdūt: q a ſicut ambientibus magis eſt dignitas denegāda: ſic eſt renuentibus concedenda. Et docet ꝙ qui eliguntur ad dignitates, & ad officium prædicandi, non debent renuere, ſi digni ſunt. Quod tribus rōnibus vel auctoritatibus probat: & hęc in prima parte. In ſecunda parte oſtendit ꝙ quietem cōtemplationis debemus deſiderare: ſed cum neceſſe eſt, poſtponēda eſt propter multorum utilitatem. Quod probat duobus exemplis, ſcilicet exemplo Hieremiæ, qui cum inuitaretur ad prædicādum dixit: A, a, a, Domine neſcio loqui, quia puer ego ſum. Et exemplo Eſaiæ, qui de cōtemplatione obtulit ſe dicens: Ecce ego mitte me. Sed ſciendum, quod iſti non fuerunt contrarij: q a Hieremias non ex toto recuſauit, ſed timuit ſubire officium prædicandi. Nec Eſaias ante miſſus eſt, q ſe per altaris calculū purgatū vidit, id eſt, p carbonem ſumptum de altari, ubi erat ignis perpetuus ad opus ſacrificij. Prima auctoritas uel ratio eſt ibi, [Et ſicut ſcriptum eſt,] &c. Secunda ibi, [Et rurſus.] Tertia ibi, [Et paſtori.] Secunda pars incipit ibi, [Quies itaque, &c.]

¶ Hic Verba B. Auguſtini, et in ſummam reducta, et interdum mutata ſunt: quod alijs etiam locis eſt adnotatum.

a ¶ Euangelizandi.] *Sequebatur in vulgatis,* & baptizādi: *quæ ſunt expuncta, quia in manuſcriptis non leguntur, ſicut neque in originali.*

Item Gregorius Papa in regeſto, lib. 6. epiſt. 5. ſiue capite 169. Cyriaco epiſcopo.

Iuo p. 5. c. 350.

¶ Locus regiminis ſicut deſiderantibus eſt negandus, ita fugientibus eſt offerendus. C. IX.

†al. ſcriptis

IN ſcripturis † veſtris vos magnopere requiem quæſiſſe narratis, ſed per hoc ad paſtoralem ſolicitudinem uos congruè ueniſſe [a] oſtenditis, quia, ſicut locus regiminis deſiderantibus negandus eſt, ita fugientibus [b] offerendus. ¶ Et ſicut ſcriptum eſt [c]. [Nec quiſquā ſibi ſumit honorem, ſed qui uocatur à Deo, tanquam Aaron,] † & rurſus [d] idem prædicator egregius dicit, [Si unus pro omnibus mortuus eſt, ergo omnes mortui ſunt, & pro omnibus mortuus eſt Chriſtus, ut & qui uiuunt, iam non ſibi uiuant, ſed ei, qui pro ipſis mortuus eſt, & reſurrexit,] & paſtori ſanctæ eccleſię dicitur, [Simon Ioannis amas me? Paſce oues meas,] ex quibus uerbis colligitur, quia ſi is, qui ualet, omnipotentis Dei oues renuit paſcere, oſtendit ſe paſtorem ſummum minimè [e] amare. Si enim unigenitus patris pro explenda utilitate omnium de ſecreto patris egreſſus eſt ad publicum noſtrum, nos quid dicturi ſumus, ſi ſecretū noſtrum præponimus utilitati proximorū? ¶ Quies itaque nobis ex corde appetenda eſt, & tamē pro multorum lucro aliquando poſtponenda. Nam, ſicut toto deſiderio debemus occupationem fugere, ita, ſi deſit, qui prædicet, occupationis onus libenti neceſſe eſt humero † ſubire. Quod ex duorum prophetarum opere [f] docemur, quorum vnus prædicationis officium uitare conatus eſt, & alter appetijt. Nam mittenti ſe Domino Hieremias reſpondit dicens. [A, a, a, Domine Deus neſcio loqui, quia puer ego ſum.] Et cum omnipotens Deus perſonam ad prædicādum quæreret dicés, [Quem mittam, & quis ibit nobis?] vltro ſe obtulit Eſaias dicens, [Ecce ego, mitte me.] En ab utriſque exterius diuerſa vox prodijt, ſed non à diuerſo dilectionis fonte manauit. Duo quippe ſunt præcepta charitatis, Dei uidelicet amor, & proximi. Per actiuam igitur uitam prodeſſe proximis cupiens Eſaias officium prædicationis appetijt †. Per contemplatiuam

† Concor. tex. in ſimili. in l. item eorum. § ſi decuriones ff. qd cuiuſq; uniuer.

Heb. 5. Num. 25. 2. Cor. 5. Io. 21.

†al. animo

Hier. 1.

Eſa. 6.

† Concor. tex. in l. 3. §. fin. C. de principi. li. 12. & l. 2. ff. ad municip.

a ¶ Veniſſe.] Per electionem. uel forte uolebant recuſare.

b ¶ Fugientibus.] Sic 40. diſt. ante omnia. C. ā epiſ. & cle. ſi quē quam. & ī. 74. diſ. epiſcopus contra. Sed illud de penitus inuito: ſed ab initio aliq s debet cogi ut conſentiat: nam nullius eligendus eſt niſi ab initio diſſentiat. 1. q. 6. c. ult. tepidè tñ debet diſſentire. ſicut fœmina. 32. q. 2. honorantur. aliàs ſi diceret, nolo, cum fortè vellet: faceret contra conſcientiam. extra de præſumptio. ca. ult. uel ſi fortè diceret, nō ſum dignus. licet H. dixerit quod poſſit ſimulare ſe non eſſe idoneum. arg. 22. q. 2. utilem.

Electioni qualiter cōſentiēdū eſt

c ¶ Scriptum eſt.] In epiſtola ad Hebræos.

d ¶ Et rurſus.] In ſecunda epiſtola ad Corinthios.

e ¶ Minimè.] Ergo qui ſe dignū credit, & prælaturam ſibi oblatam non recipit, mortaliter peccat, ut ī. ea. c. proxi. & ĵ. c. qui epiſcopatum.

f ¶ Opere.] Arg. diuerſarū perſonarū ſnīam utrāq; tenere. 22. q. 2. beatus. & de cōſec. diſt. 2. quotidie & 35. q. 5. ad ſedē. Itē arg. pro diuerſis conſuetudinibus. 12. diſt. illud. 31 diſt. aliter. & de conſecr. diſtin. 4. de trina. Itē arg. pro diuerſitate teſtium, extra de verb. ſign. nihil obeſt. & de pœni. diſt. 1. periculoſe. 23. q. 7. quicunque ſupra diſt. 5. ad eius. & extra de teſti. cum tu fili.

a ¶ Ple-

Electus per quæ uerba conſentire debet.

a ¶Plene.] Ecce reſponſio illius, qui ad epiſcopatũ petitur, non dicet expreſſe nolo: quia tũc mentiretur. 22. q. 2. cũ humilitatis, nec debet ſe ſtatim ingerere: ſed dicat vt dixit Mutinenſis epiſcopus. Nolens uolo, & uolens nolo. 16. q. 1. nos autem.

h ¶Ex aduerſo.] Id eſt, ex eo ꝙ vnum contrarium cõmẽdatur, aliud vituperatur, vt ĩ. de pœn. diſt. 2. §. econtrario. & no. hic ꝙ optima eſt probatio, quæ fit per ſuũ contrarium, ut hic, & 1. q. c. 1. & 13. q. 2. animæ. & ff. de of. eius cui manda. eſt iuriſdic. l. 1.

Probatio ꝙ fit per ſuũ contrariũ. eſt optima.

l ¶Sola

Promouendus crimẽ ſuum confiteri debet.

a ¶Purgatum.] Arg. pro H. ꝙ promouendus debet epiſcopo confiteri crimen, & epiſcopus debet eum purgare, id eſt, ſecum diſpenſare. Eſaias em̃ adhuc immundus obtulit ſe: & poſtea fuit purgatus. Item eſt hic argu. ꝙ ſi aliquis eligitur, qui adhuc eſt in mortali peccato, ꝙ ideo non eſt uitioſa electio ſi ipſe uelit corrigi, ut ſ. 50. diſt. quid eſt. Item eſt hic argum. quòd duo ſimul poſſunt eligi, ut ſi unus ſuccumbat, alter obtineat, ut dixi ſ. 61. diſt. ſtudij.

Ar. ad hoc 50. diſ. quid eſt. 24. q. 3. dixit.

vere Hieremias amori conditoris ſui ſedulo inhærere deſiderans, ne mitti ad prædicandum debeat, contradicit. Quod ergo laudabiliter unus appetijt; hoc laudabiliter alter expauit: iſte, ne tacitæ contemplationis lucra loquẽdo perderet: ille, ne damna ſtudioſi operis tacendo ſentiret. ſed hoc in vtriſq; eſt ſubtiliter intuendum; & quia is, qui recuſauit, plene [a] nõ reſtitit: & is, qui mitti uoluit, ante ſe per altaris calculum purgatum [b] uidit: ne, aut non purgatus adire quiſquam ſacra miniſteria audeat; aut quem ſuperna gratia elegit, ſub humilitatis ſpecie ſuperbe contradicat.

Idem in Moralibus, lib. 35. c. 13. ad c. 42. Iob.

Et Aug. ſerm. 5. ad fratres in heremo.

¶Locus deiectionis in uoto dignitatis, ſemper ſit in neceſſitate. C. X.

Poly. l. 6. tit. 22.

SCiendum ſummopere eſt, quòd obedientia aliquãdo ſi de ſuo [c] aliquid habeat, nulla eſt: aliquãdo autem, ſi de ſuo aliquid non habuerit † [d], minima. Nam cum huius mundi ſucceſſus præcipitur, cum locus ſuperior imperatur; is, qui ad percipienda hæc obedit, obedientiæ ſibi uirtutem euacuat, ſi ad hæc etiam ex proprio deſiderio anhelat. Neque enim ſe ſub obedientia dirigit, qui ad accipienda huius vitæ proſpera libidini propriæ [e] ambitionis ſeruit. Rurſus, cum mundi deſpectus præcipitur, cum probra adipiſci, & contumeliæ iubentur; niſi ex ſe ipſo animus hæc appetat, obediẽtiæ ſibi meritum minuit: quia ad ea, quæ in hac vita deſpecta ſunt, inuitus [f] nolenſque deſcendit. *& paulo ſuperius*. ¶Obedientia quippe uictimis iure præponitur: quia per uictimas aliena caro, per obedientiam uero uoluntas propria mactatur. Tanto igitur quiſque Deum citius placat, quanto ante eius occulos repreſſa arbitrij ſui ſuperbia, gladio præcepti ſe immolat. Quo contra, ariolãdi peccatum inobedientia [g] dicitur, vt quanta ſit uirtus obedientiæ, demonſtretur. Ex aduerſo [h] igitur melius oſtenditur, quid de eius laude ſentiatur. Si enim: [Quaſi ariolandi peccatum eſt repugnare, & quaſi ſcelus idololatriæ nolle acquieſcere,] ſola eſt [i], quæ fidei meritum poſſidet, obedientia †: ſine qua quiſque infidelis eſſe conuincitur, etiam ſi fidelis eſſe uideatur.

† al. habeat

C. 12.

1. Reg. 15.

Ibidem.

† abeſt ab orig.

Sciendũ.] CASVS. Hoc c. diuidiť in duas partes. In prima parte dicitur ꝙ cum quis inuitatur ad dignitatẽ & ad proſpera, & obediat, ſi anhelanter aſpiret, nulla eſt talis obedientia, quæ non habet meritum: quia de ſuo proprio motu habet, & de ambitione. Si uero incitatur ad opprobria & contumelias, & non obedit libenter, nullum habet meritum ex obedientia. In ſecunda parte commendat Greg. obediẽtiam, eam uictimis uitæ præponendo, & uituperat inobedientiam, eam idololatriæ comparando. Secunda pars incipit ibi,] Et paulo ſuperius.]

c ¶Si de ſuo.] Id eſt, ex ambitione. ponitur enim in mala ſignificatione, ut 3. qõ. 5. pura.

d ¶Non habuerit.] De propria uoluntate.

Item Auguſtinus lib. 19. de ciuitate Dei, c. 19.

¶Qui præeſſe, & non prodeſſe deſiderat, epiſcopari non debet. C. XI.

QVi epiſco-

Anſ. l. 6. c. 28.

1. Timo. 3.

e ¶Propriæ.] Hic patet ratio quare epiſcopo inuito non poteſt clericus eius uocari ad epiſcopatum, ut 63 diſ. litteras. ſed inuito eo fit monachus. 19. q. 2. duæ. quia iſte præſumitur facere ex ambitione, & facit ad ſuum commodum: ille nequaquam.

Clericus inuito ep̃o nõ ſit ep̃s, ſed bene monachus.

f ¶Inuitus.] Arg. quòd remunerari non debemus de eo quod inuiti facimus, ut 13. q. 2. quàm præpoſterum. 20. q. 1. illud. & 32. q. 5. ille.

g ¶Inobedientia.] In hoc patet quòd inobedientia æquiparatur hæreſi, ut dixi 4. q. 1. in ſum.

i ¶Sola eſt.] Id eſt, neceſſaria, ſic ſ. diſt. 8. c. ſi ſolus.

QVi epiſcopatum.] CASVS. Hoc c. diuidiť in duas partes. In prima parte ponit Aug. litteram Apoſtoli, Qui epiſcopatum deſiderat, &c. & dicit quòd epiſcopatus eſt nomen laboris, & non honoris tãtum, ut ille, qui præficitur, pro ſubiectis debeat laborare: & ſi præeſſe voluerit, & non prodeſſe, epiſcopum ſe putare non debet. In ſecunda parte dicitur ꝙ otiũ contemplationis eſt deſiderandum: dignitas autem nõ eſt pe-

petenda. ſed ſi propter neceſſitatẽ imponitur, eſt ſuſcipienda pro plurimorum vtilitate: ita tamen, ut ex toto contemplatio non deſeratur. Secunda pars incipit ibi, [Itaque à ſtudio cognoſcendæ.]

a ¶Qui epiſcopatũ.] Id eſt, epiſcopari, id eſt, præeſſe vt proſit, nõ ut præſit, vt 40. diſt. multi. ſperare ergo & deſiderare poſſumus epiſcopatum ut 59. diſtin. ſi officia. 72. diſt. in ſingulis. & 1. q. 1. non eſt putanda.

b ¶Itaque.] Dixit ꝙ quis poteſt deſiderare epiſcopatum; modo dicit qualiter, ſcilicet ut non ingerat ſe. ff. de procu. l. quæ omnia.

Epiſcopatũ deſiderare poſſumus.

patum a deſiderat, bonum opus deſiderat.] Exponere uoluit, quid ſit epiſcopatus: quia nomen eſt operis, non honoris. Græcum eſt enim atque inde ductum uocabulum, quòd ille, qui præficitur eis, quibus præficitur, ſuperintendit, curam eorum ſcilicet gerens. ἐπὶ, quippe, ſuper; σκόπος uero, intentio, eſt. Ergo epiſcopos α, ſi uelimus, latine ſuperintendentes poſſumus dicere: ut intelligat nõ ſe eſſe epiſcopum, qui præeſſe dilexerit, non prodeſſe. Itaque b à ſtudio cognoſcendæ veritatis non prohibetur, quo ad laudabile pertinet otium. Locus vero ſuperior, ſine quo regi populus non poteſt, & ſi ita teneatur, atque adminiſtretur, ut decet; tamen non decenter appetitur c. Quamobrem otium ſanctum quærit charitas veritatis: negotium iuſtum ſuſcipit neceſſitas charitatis: quam ſarcinam ſi nullus imponit percipiendæ, atque intuendæ vacãdum eſt ueritati: ſi autem imponitur; ſuſcipienda eſt propter charitatis neceſſitatem: ſed nec ſi omnimodo ueritatis delectatio deſerenda eſt; ne ſubtrahatur illa ſuauitas d, & opprimatur β e iuſta neceſſitas.

α ¶Epiſcopos.] *Apud ſanctum Auguſtinum, & Anſelmum legitur*, ἐπισκοπεῖν, ſi uelimus latine, ſuperintendere poſſumus dicere.

β ¶Opprimatur.] *In originali eſt*, & opprimat iſta neceſſitas: *ſed ob gloſſam non eſt emendatum.*

c ¶Appetitur.] Argu. ꝙ aliquis ſeipſum nõ debet eligere ſi poteſtas in eum ſit tranſlata ſup. e. in ſcripturis. & 16. q. 1. uos autẽ qa inter conferentem & eũ cui confertur, erit diſtantia, ut extra de bapt. debitum. ſimile extra de iure patro. per noſtras, & extra de inſtitu. cum ad noſtram. tamẽ poteſt ſe coeligere, ut extra de elec. cum in iure.

Eligere ſeipſum nemo poteſt.

d ¶Suauitas.] Contẽplationis.

e ¶Et opprimatur.] Id eſt, ut cõtemplatio eum penitus non impediat, q forte nimis vult eſſe intentus contemplationi.

OPortet.] Hæc eſt tertia pars qõ. in qua oſtẽdit magiſter quales debẽt eſſe, qui eliguntur ut præſint alijs, ſcilicet tales, ꝙ ad eorum comparationem cæteri grex dicantur. & hoc probat per ſex auctoritates. Ioan. de Fant.

CASVS. Petrus elegit Clementem ſibi ſucceſſorem: & docuit ꝙ prelatus debet eſſe doctus, & irreprehenſibilis ad inſtar Clementis, ut animas rudes docendo pro capacitate audiẽtium poſſit inſtruere. Sequentia duo cap. plana ſunt.

Item Petrus.

In epiſt. 1. Clementis ad Iacobum.

¶Pro ingenio diſcentium doctor moderetur verba doctrinæ. C. XII.

3 OPortet eum, qui docet, et inſtruit animas rudes, eſſe talem, vt pro ingenio f diſcentium ſemetipſum poſſit aptare, & verbi ordinem pro audientis capacitate dirigere. Debet ergo ipſe præcipue apprime g eſſe eruditus, & doctus h, irreprehenſibilis, maturus, pauidus † i: ſicut ipſi probaſtis † fore k hunc Clementem poſt me.

† *al. impauidus*
† *al. probabitis*

f ¶Pro ingenio.] Simile 43. diſt. ſi rector.

g ¶Apprime.] Id eſt, ualde.

h ¶Et doctus.] Quæ ſacerdotes uel epiſcopi ſcire debeãt, habes 38. diſtinct. nulli. & c. ſeq. ſufficit tamẽ mediocris ſcientia, vt extra de electio. cum nobis.

i ¶Pauidus.] Id eſt, timens peccare.

K ¶Fore.] Id eſt, futurum eſſe.

Item eiuſdem.

In eadem epiſt.

¶Qui omnibus præeſt, ſingulos releuare contendat. C. XIII.

CLemens, tanquam qui omnibus preeſſe te noueris ſingulos, prout potueris, iuua l; & ſingulos releua m qui & ſingulorum onus & ſolicitudinem portas.

l CLemẽs.] ¶Iuua.] largus enim erit. 86. diſt fratrem.

m ¶Releua.] Ar. iudicẽ potius debere ſeruare

Item Hieronymus ad Titum, c. 1.

In commẽt. ad ea uerba [& cõſtituas per ciuitates.]

¶Contra Chriſtum faciunt, qui gratia, non meritis gradum eccleſiaſticum tribuunt. C. XIIII.

Luc. 10.

QVi uos ſpernit, me ſpernit. Ex quo manifeſtũ eſt eos, qui Apoſtoli lege cõtempta, eccleſiaſticum gradum non merito uoluerint alicui deferre, ſed gratia; contra Chriſtum facere: qui qualis in eccleſia presbyter conſtituendus ſit, per Apoſtolum ſuum in ſequentibus executus eſt.

uare

1 Ad hoc facit quod le. & no. ꝯ.22. q.4. innocẽs, in fine.

uare miſericordiam, q̃ rigorem 1, vt 45. diſtin. licet. & 50. diſt. ponderet. in fin. quia ſtatim non debet puniri, ſed tenetur ſæpius remittere, ut 45. diſt. licet. & 26. q.7. alligant. naſterium. vbi dicitur, ſufficit ꝙ non ſit malus, quia illud intelligunt cum alius ibi melior nõ eſt. in monachis etiã obtinet quod ſp melior eſt eligẽdus. in auth. de mona. §. ult. coll. 1. ego magis adhęreo opinioni H. nam cum non ſit uitium in eligentibus, nec in electo, quare

Licet.] CASVS. Hoc cap. diuidĩ in duas partes. In prima parte dicitur, ꝙ electio prælati fieri debet in præſentia populi, ne aliqua poſtea retractatio fiat, & ut ſciãt omnes q̃s ſanctior & melior ad epiſcopatũ eligitur. Et hoc probatur exẽplo Moyſi, qui in electione Ioſue totã cõgregauit ſynagogã, & auctoritate Pauli. In ſecunda parte dicitur, ꝙ congregare ſynagogam ſiue populum eſt, qñ prælatus & electus congregat oẽs virtutes animi ſimul & ſenſus, & bonas cogitationes, ſcientiã & bonos mores, ut ille electus intra ſe conferens intelligere poſſit quid ſit pontifex, quid unctio, quid indumenta epiſcopi. Secunda pars incipit ibi, [Ego tamen.]

a ¶ Pręcepiſſet.] Arg. ꝙ qñque licet iudici excedere fines mandati, dum tamẽ aliàs ſententia nihil contineat iniqui. arg. extra de ſent. & re iudi. cauſam. Nam qui datur ad eligendum, poteſt poſtulare, ut extra de elec. in cauſis 2. & de renun. poſt trãſlationẽ. in princ. Et procurator datus ad rẽ vẽdicãdã, põt agere ad exhibendũ. ff. de procur. ad rem mobilẽ. ſufficit. n. quòd fiat id quod eſt uicinũ mandato; licet ipſum non ſit mãdatum, ut. ff. ind. ſol. iam tamen. §. vlti. ff. mand. l. vlti. Item argum. quod licet ꝯdicere reſcripto uel mandato principis qñq;. extra de of. deleg. ex parte. quia licet mandet ſoli epõ, ꝙ det alicui præbendam: tamen non facit hoc ſine conſenſu canonicorum, vt not. 7. q. 1. petiſti.

2 Vbi ꝯ hoc & 61. diſtin. nullus. ſ gl. 2. in fin. & 22. q. 4. innocens, in fine.

Principis mandato. contradicere licet.

b ¶ Præſentia populi.] Sup. diſt. 63. plebs Diotrenſis. & c. noſſe. & c. ult. & ſup. 1. q. 1. ordinationes.

c ¶ Qui præſtantior.] Hic cõparatiua temperat H. ſecundum cum ſufficit ꝙ bonus eligatur. eſt autẽ aliq̃s bonus eo ipſo ꝙ nõ eſt malus, ut ex. de ꝑſump. dudũ. & ff. de leg. 2. cum pater. § rogo. nec enim maior bonitas unius alijs debet facere ꝑiudicium, ut 3. q. 9. neceſſe. & 1. q. 1. tenuimus, & C. de ſtat. & imag. l. vlt. Si aũt aliq̃s de alia eccleſia eligiĩ, ipſe dẽt optimus eſſe: ſicut ſi tutor de eadẽ ciuitate ſumiĩ, ſatis eſt ſi eſt bonus: ſi de alia, tunc erit optimus. ff. de tuto. & cur. dat. diuus. Alij dicũt 3 meliorẽ ſp eſſe præferendũ. vñ ſi pauciores volunt eligere optimũ, maior pars minus bonum, ſi minor pars appellat, tenet eorũ appellatio. nam iuſtam cauſam aſſignant, ut extra de his quæ fiũt à maio. parte c. cũ in cũctis. ſed ſi illi elegerint, caſſanda eſt eorũ electio, cum ſemper optimũ debuerunt eligere, ut 63. di. metropolitano. 61. diſ. nec emeritis. 75. diſt. cap. vlt. 74. diſt. epiſcoporum. nõ obſt. 16. q. vlt. monaſterium. [cont. above]

Electio facta de bono an ualeat ubi melior eſt.

3 Secundũ L. cuius fuit tota iſta gl. uſq;. ibi, magis, &c.

quare erit electio caſſanda? nam appellatio non dẽt caſſare niſi ea quæ iniuſte facta ſũt. ex. de reſtit. ſpoli. audita. & extra de elec. cũ nobis. Itẽ ſi bonus iuſte poteſt eligi, ergo ꝯ illam electionem non admittitur appellatio: quia contra ea quæ perpetuo decreto ſancita vel ſtatuta ſunt, non admittitur appellatio. ff. de appel. reci. uel non. l. pen. & uit. non enim eſt q̃rendũ de meritis perſonę, cũ maior ſit numerus ex una parte q̃ ex altera, ut extra de elec. dudum. ſic uides in ſimili. nam ſemper de eadẽ eccleſia debet prælatus eligi. ſi tñ maior pars eligat de eccleſia aliena, licet poſt appellationẽ præualet electio maioris partis, cum altera pars neminẽ eligit, ut ex. de elect. cũ inter R. immo ex aliorũ opinione ſequeretur, ꝙ quilibet peccaret bene faciendo, quia bene poſſet meliorẽ rẽ facere: & magiſter peccat in legendo, q̃a poſſet melius facere, ſcilicet orare.

d ¶ Populo.] Ergo in his quæ publicæ facta ſunt non poteſt contradici. 54. diſt. nulli. 87. diſt. ſi expoſitus. 16. diſt. quod dicitis. & cum in principio electionis quis conſenſit, poſtea non auditur contradicens. ſup. diſ. 4. in iſtis. & infr. ead. q. 2. dilectiſſimi.

e ¶ Retractatio.] Per hoc uidetur, ꝙ populus poſſit retractare electionem, quæ fit in eius abſentia, cum excipere poſſit contra electum, ut 23. diſt. illud. cum eis inuitis non ſit dandus epiſcopus, ut 63. diſt. c. ult. Sed hoc non concedo, ut dixi 61. diſt. cap. 1.

Electioni an poſſit populus ꝯdicere.

f ¶ Pontifex.] Vel eius officium. 36. diſt. ſi quis uult.

g ¶ Quid indumenta.] 43. diſt. ſit, rector diſcretus.

Item Hieronymus in libro Leuitici. Origenes hom. 6. ad ca. 8. Leuitici.

¶ In hoc & duobus ſequentibus capitibus pro Origine citatur B. Hieronymus harum homiliarum interpres. Quod cur fieri potuerit ſupra diſt. 36. c. ſi quis eſt adnotatum.

¶ Ad ſacerdotium non eligatur, niſi qui cęteris & ſanctior, & doctior habetur. C. XV.

Licet ergo Dominus de conſtituendo principe præcepiſſet [a], & Dominus elegiſſet; tamen cõuocatur etiã ſynagoga. Requiritur enim in ordinando ſacerdote, & ꝑſentia populi [b]: ut ſciant omnes, & certi ſint, quia qui ꝑſtantior [c] eſt ex omni populo, qui doctior, qui ſanctior, qui in omni uirtute eminentior, ille eligitur ad ſacerdotium, & hoc aſtante † populo [d]: ne qua poſtmodum retractatio [e] cuiquam, ne quis ſcrupulus reſiderit. Hoc eſt autem, quod & Apoſtolus præcepit in ordinatione ſacerdotis dicens: [Oportet autem illum, & teſtimonium habere bonum ab his, qui foris ſunt.] Ego tamẽ, & amplius aliquid uideo in eo, quod dicit, [quia conuocauit Moyſes omnem ſynagogam:] & puto, quòd conuocare ſynagogam hoc ſit, colligere omnes animi, & in unum congregare uirtutes: ut cum ſermo de ſacerdotalibus ſacramentis habetur, uigilent omnes animi uirtutes, & intẽtæ ſint, ut nihil in eis ſapientiæ, nihil ſcientiæ, nihil deſit induſtriæ: ſed adſit omnis multitudo ſenſuum, adſit omnis cõgregatio ſanctarum cogitationum: ut quid ſit pontifex [f], quid vnctio, quid † indumenta [g] eius, conferens intra ſacrarium cordis ſui, poſſit aduertere.

Leui. 8.

† *al. atteſtante*

1 Tim. 3.

† *al. quæ*

SI ergo.]CASVS.Probat Hiero.in hoc c.ꝙ nulli licet ſibi eligere ſucceſſorem.arg.à minori quia ſi non licuit Moyſi,qui tantus erat, multo minus licebit alijs,niſi Deus alicui aliquid reuelaret,ſicut fecit Moyſi, qui de præcepto Domini Ioſue coram populo ſibi ſuc-

a ¶Quis erit.] Arg.ꝙ non licet minori quod maiorī non licet.22.q.5 ſi Paulus.

b ¶Clamoribus.] Sic ergo electio,quæ fit ad clamorē populi,non valet,ut hic,& extra de elect.Oſius. & eſt ſimile.C.de pœ.l.decurionum.ſic 22. q. 4. vnuſquiſq; 1. qui enim ad clamorem populi manumittit aliquē, vř coactus manumittere. C. qui manumit. nō poſ.l.2. & ff. qui & à quib. ſi priuatus.Quandoque ad uocem populi aliquid ñt.28 diſt.de Syracuſanæ.50. diſt.cōuerteretur. attamen ad clamorem populi remittitur alicui pœna. ff.de ſica.l penult.De hoc not.61.diſt.miramur.

Electio ad clamorē populi nō debet fieri.

1 Vbi de hoc.&7.q.5.ſunt qui opes,l prin. ibi uideas.

Origenes hom. 22.ad c.27. Nū.

Item ex libro Numerorum.

¶Populi gubernatio diuina electione præſtetur. C. XVI.

SI ergo tantus ille, ac talis Moyſes non permittit † iudicio ſuo de eligendo principe populi, de conſtituendo ſucceſſore;quis erit[a], qui audeat,uel ex plebe, quæ ſæpè clamoribus[b] † gratiam, aut ad pretium fortaſſe excitatis moueri ſolet,uel ex ipſis etiam ſacerdotibus,quis erit,qui ſe idoneum[c] ad hoc iudicet,niſi ſi cui oranti,& petenti à Domino reueletur?ſicut & Deus dicit ad Moyſem [Aſſume ad temetipſum Ieſum filium Naue hominem, qui habet ſpiritum Dei in ſemetipſo, & impones manus tuas ſuper eum:& ſtatues eum coram Eleazaro ſacerdote:& præcepta ei dato in conſpectu potius ſynagogæ, & præcipe de ipſo coram eis: & dabis claritatem tuam ſuper illum, vt audiant illum filij Iſrael.]Audis euidenter ordinationē principis populi tam manifeſtè deſcriptam,ut penè expoſitione non egeat?Nulla hic populi acclamatio[d], nulla cōſanguinitatis ratio, nulla propinquitatis habita contemplatio eſt. Propinquis agrorum, & prædiorum relinquatur hæreditas. Gubernatio populi illi tradatur,quē Deus elegerit;homini ſcilicet tali,qui habet, ſicut ſcriptum audiſtis,in ſemetipſo ſpiritum Dei, & præcepta Dei in conſpectu eius ſunt, & qui Moyſi valde notus, & familiaris ſit:id eſt,in quo ſit claritas legis,& ſciētia, ut poſſint eum audire filij Iſrael.

† al. permittitur

† al. aut gratia, aut pretio fortaſſe excitata

Num.27.

c ¶Qui ſe idoneū.] Ar. nullus pt ſe eligere ſ.ca. in ſcripturis.

d ¶Acclamatio.] ſ. c.proxi ȷ. Sed ibi bonum teſtimoniū populi auditur: hic vero ſtrepitus negatur.5.q.4.in loco.

Item Gregorius clero,& ciuibus Neapolitanis,lib.8.epiſto.40.

¶Non ex fauore,ſed ex iudicio debet venire electio. C. XVII.

Anſ.l 6.c.9. Poly.l.2. tit.1.

NEc nouum[e],nec reprehenſibile[f] eſt in eligendo epiſcopo populi ſe vota in duas partes diuidere:ſed graue eſt quando in huiſmodi cauſis non ex iudicio,ſed ex ſolo fauore venit electio.

NEc nouum]CASVS. Neapolitani non ſolum diſcordabāt in electione archiepiſcopi ſed etiam eligebant aliquos nō cōſiderata bonitate, ſed potius amore & cōſāguinitate. quare Greg.ſcribit eis dicēs nō eſſe nouū nec reprehenſibile vota eligentium ſe in duas partes diuidere: ſed tunc eſt reprehēſibile cum electio non prouenit ex iudicio, ſed ex fauore.

e ¶Nec nouum.] Simile 63.diſt.noſſe.q a quot ſunt homines, tot ſunt ſententiæ, quot ſunt ſententiæ: tot ſunt opiniones,ȷ. de conſecr.diſtin.4. ſicut in ſacramentis.& ff de recep.arbi. item ſi unus. §. principaliter.

ſ.ſi ergo.

Cum autem gubernatio populi ei tradi iubetur, quem Deus elegerit; datur intelligi, quòd aliquando quibuſdam traditur,quos Deus non elegit.

Origenes hom. 4.in lib.Iudicū. & gloſſa ordi. ad.c.4. Iudic.

Vnde Hieronymus.

¶Non ex arbitrio Dei aliquando datur princeps eccleſiæ. C. XVIII.

4 AVdacter fortaſſis aliquid dicimus:tamen quod ſcriptum eſt,dicimus.Non ſemper princeps populi †,

†al.populo

f ¶Nec reprehenſibile.] Si non eſt reprehenſibile, quare ergo caſſatur electio, quæ fit in ſchiſmate;ut extra de elec.quia 2.

2 Dic ꝙ tūc nō eſt reprehēſibile cū vtraq; pars mouet bono zelo. ar. 65.diſt.c.1. 70. diſtin.ſi duo.Arch.

CVM AVTEM. CASVS. Supra in hoc c. ſi ergo.dictum eſt, ꝙ gubernatio populi traditur illi, quem Deus elegit, de quo colligit à ſenſu contrario: quod aliquando traditur dignitas illis,quos nō elegit Deus,ut ȷ.c proxi.

ſibi ſucceſſorem elegit. Et hoc in prima parte.In ſecūda parte dicitur, ꝙ gubernatio populi tali debet concedi,qui ſpiritum Dei in ſe habeat,& præcepta Dei in conſpectu ſuo, & qui ſit notus & familiaris Moyſi, id eſt, Deo,& inſtructus in lege Dei, Secunda pars incipit ibi,[Gubernatio populi.]

AVdacter.]Hæc eſt 4.pars q.in qua dicitur ꝙ quandoque dat Deus malos plātos propter peccata populi.& hoc probat per cap.iſtud & ſequens.10.de Fan.

CASVS. Hieronymus docet in hoc c. ꝙ prælatus eccleſiæ quandoque datur bonus: quãque malus pro meritis ſubditorum. Et probat exemplo Saulis, qui nõ fuit electus Deo iubẽte, ſed prout mala merita populi exigebantur, fuit electus Deo permittẽte. Elegerát ꝑmittendo, & elegerat ꝑ Samuelem ad inſtantiam populi petẽtis. Fieri iuſſerat, non ſecundum uoluntatem Dei ſpontaneam, ſed extortam.

& eccleſiæ iudex per Dei arbitrium [a] datur: ſed prout merita noſtra depoſcunt. Si mali ſunt actus noſtri, & operamur malignum in conſpectu Domini; dantur nobis principes ſecundum cor noſtrum. Et hoc tibi de ſcripturis probabo. Audi namque quod Dominus dixit: [Fecerunt ſibi regem, & non per me [b]: principem, & non per conſiliũ [c] meum.] Et hoc dictum uidetur de Saul illo: quem utique ipſe Dominus elegerat, & regem fieri iuſſerat. Sed quoniã non ſecundum uoluntatem Dei, ſed ſecundum peccatoris populi meritum fuerat electus; negat eum cum ſua uoluntate, uel conſilio conſtitutum. Tale ergo aliquid intelligamus etiam in eccleſijs fieri: quòd pro meritis populi, aut in verbo, & opere potens à Deo tribuitur rector eccleſiæ: aut malignum faciat populus, in conſpectu Domini α; talis eccleſiæ iudex datur, ſub quo famem & ſitim populus patiatur; non famem panis, neque ſitim aquæ, ſed famem audiendi uerbum Domini.

Oſea 8. *Amos 8.*

α ¶Domini] *In Vulgatis ſequebatur*, & tales perſeuerent, *quæ ſunt inducta auctoritate manuſcriptorum, homiliæ ipſius, & gloſſæ ordinariæ. In vno autem manuſcripto ſunt gloſſa interlinearis.*

Item Auguſtinus tractatu 46. ad c. 10. Ioannis.

¶Non ſunt filij, ſed mercenarij, qui honorem ab hominibus appetunt. C. XIX.

SVnt in eccleſia quidam præpoſiti, de quibus Paulus apoſtolus dicit: [Sua quærentes, non quæ Ieſu Chriſti.] Quid eſt, [ſua quærentes?] non Chriſtum gratis diligentes, non Deum propter Deum quærentes, temporalia cõmoda ſectantes, lucris inhiantes, honores ab hominibus appetentes. Hæc quando amantur à præpoſito, & propter hæc [d] ſeruitur Deo; quiſquis talis eſt, mercenarius eſt; inter filios ſe non computet.

Anſ. l. 7. c. 146. *Phil. 2.*

Non ergo qui præficiuntur, ſemper cæteris meliores intelliguntur.

Vnde Hieronymus ad Titum, c. 1.

In cõm. ad eũ locũ] Siquis eſt ſine crimine.]

¶Ex electione non præficiuntur epiſcopi, ſed comprobantur. C. XX.

ILlud inferendum eſt aduerſum eos, qui de epiſcopatu intumeſcunt, & putant ſe non diſpẽſationem Chriſti, ſed imperium conſecutos: quia non ſtatim omnibus his meliores [e] ſint, quicumque epiſcopi non fuerint ordinati, & ex eo, quòd ipſi electi ſunt, ſe magis exiſtiment comprobatos: ſed intelligant propterea quoſdã à ſacerdotio remotos; quia eos uitia liberorum impedierint. ſi autem peccata filiorum iuſtum ab epiſcopatu prohibent [f]; quan

a ¶Arbitrium.] Approbatũ, ne ſit contra ſ. 23. q. 1. q d culpatur. vbi dicitur, ꝙ non eſt poteſtas niſi à Deo iubente uel ſinente, 26. q. 5. nec mirũ. ſed non approbat 1, ſed ꝑmittit eos regnare. ſi 6. q. 1. ex merito.

1 Scilicet omnem poteſtatẽ: qa aliqua eſt mala. ſed tñ permittit Deus regnare eã ꝓpter peccata populi Vnde Iob. Facit Deus regnare hypocritã ꝑꝑ proteruitatem populi, ſubintelligitur puniendã uel vindicandã ſm H. & Lau.

b ¶Et non per me.] comprobantem, ſed tamen iubentem. Et ita eſt argu. ꝙ quãque aliquid iubemus qđ non approbamus. & eſt argu. ꝯ ea quæ per improbitatem obtinentur, ꝙ illa dicunt fieri inuito dante, vt extra de reſcrip. ſi quando & C. de pe. ho. ſubla. l. 1. & 7. q. 1. ſcias. vbi habes, ꝙ qui inuitus aliq d facit, potius dici t pati quàm facere, ut ſ. diſt. 6. teſtamentum.

c ¶Per cõſilium] Id eſt, approbationem.

SVnt in eccleſia.] CASVS. Auguſtinus dicit, ꝙ quidam prælati ſunt in eccleſia, qui ſeruiunt Deo non propter Deum, ſed propter temporalia commoda, qui magis dicendi ſunt mercenarij, quàm prælati. Et ita datur intelligi, quòd Deo tantum promittente tales eliguntur. Sequẽs §. per ſe patet.

d ¶Propter hæc.] Argu. pro re temporali nõ eſſe ſeruiendũ alicui, niſi ſecundario, vt 75. diſt. c. vlt. & 61. diſt. q d ꝓderit. & 74. diſt. conſuluit. & 59. diſt. c. ſi officia.

ILlud.] CASVS. Quidam putabãt ſe eſſe uel effici meliores eo ipſo ꝙ eligebantur ad epiſcopatum: ſed Hieronymus dicit, ꝙ propter hoc non ſunt meliores. & oſtendit, ꝙ ſi quis ſcit ſe eſſe indignum, non debet recipere dignitatem: quia quanto potentior eſt, tanto magis punietur. Et quòd indignus dignitatem recipere non debeas probatur exẽplo patris, qui propter delicta filiorum repellitur à dignitate.

e ¶Meliores.] Arg. ꝙ non plus debet pro aliquo præſumi ideo quia habet dignitatem. 40. diſt. non loca. & c. multi. & 2. q. 7. quæritur. & diſt. 9. ergo ſolus. argu. contra 11. q. 3. abſit & 61. diſt. miramur. in fi.

f ¶Prohibẽt.] ꝑꝑ negligẽtiã 2, ut ĩ 47. diſt. §. neceſſe,

2 Sub. quæ facit peccatũ propriũ. argu. 7. q. 1. §. cum ſiſt ver. tali.

Qua-

QValis.] CASVS. Dicitur hic, ꝙ nõ ſolum epiſcopi, presbyteri, & diaconi, ſed etiam quilibet clericus inferioris ordinis debet præcellere laicos in ſermone, & vitæ conuerſatione: quia ubi laici ſunt meliores, nulla poteſt eſſe ædificatio.

a ¶ Maio- re, ut C. de profeſ. & medi. magiſtros. lib. 10. & erit talis magiſter cuius comparatione ſui diſcipuli paleæ dicantur, ut 25. diſt. §. criminis.

b ¶ Meliores. &c.] Id eſt clericos eſſe deteriores quàm laicos. ſufficit enim clerico, ſi eſt bonus.

Sap. 6.

to magis unuſquiſque ſe conſiderans, & ſciens, quia potentes potenter tormenta patienter, retrahet ſe ab hoc, nõ tam honore, qnàm onere, & aliorum locum, qui magis digni ſunt, non ambiet occupare?

In comm. ad locum [Nemo te contemnat.]

Item eiuſdem ad Titum, c. 2.

¶ Pro gradu ſui officij quemque meliorem eſſe oportet. C. XXI.

QValis enim ædificatio erit diſcipuli, ſi ſe intelligat magiſtro eſſe maiorem [a]? Vnde non ſolum epiſcopi, presbyteri, & diaconi debent magnopere prouidere, ut cunctum populum, cui præſident, cõuerſatione, ſermone, & ſcientia præcedant; verum etiam, & inferior gradus, exorciſtæ, lectores, æditui, acolythi [α], & omnes omnino, qui domui Dei ſeruiunt: Quia uehementer eccleſiã Chriſti deſtituit meliores [b] laicos eſſe, quàm clericos.

α ¶ Acolythi.] *Eſt hac dictio in omnibus uetuſtis Gratiani exemplaribus, quæ tamen apud B. Hieronymum non legitur.*

In cõm. ad ea verba [Sed hoſpitalem.]

Item ad Titum, c. 1.

¶ Populus iudicabit epiſcopum ſua officia non agentem. C. XXII.

Matth. 12.

VEreor [c], ne quomodo Regina Auſtri ueniens à finibus terræ audire ſapientiam Salomonis iudicatura [d] eſt homines temporis ſui, & viri Niniuitæ acta pœnitentis ad prædicationẽ Ionæ condemnabunt [e] eos [f], qui maiorem Iona ſaluatorem audire contempſerunt; ſic plurimi in populis epiſcopos iudicent [g] ſubtrahentes ſe ab eccleſiaſtico gradu, & ea, quæ epiſcopo non conueniunt exercentes.

Item Ambroſius in increpatione ad populum, ſerm. 83.

¶ Qui clericos ſuos non corrigit, populum corrigere non valet. C. XXIII.

QVid autem ego vos arguo, cum poſſitis me uno ſermone conuincere [h]? cõuincor enim, cum in hac parte clericos vobis magis video negligentes. Quomodo enim poſſum corrigere filios, cum fratres [i] emendare non poſſim? aut qua fiducia ſuccenſeam [k] laicis, cum à conſortibus pudoris verecundia conticeſcam? Ego autẽ fratres non de omnibus loquor: ſunt certe quidam deuoti, ſunt & alij negligentes. Ego neminem [l] nomino: conſcientia ſua unumquemque conueniat.

Simile quidam auctor operis imperf. in Matth. hom. 40.

Item Beda ſuper Matthaeum.

VEreor.] CASVS. Dicit Hieron. ſe timere ne plures laicorum iudicent epiſcopos male ſue officia exercentes per cõparationem melioris uitæ, ſicut regina Auſtri, quæ uenit de finibus terræ audire ſapientiam Salomonis, iudicatura eſt homines ſui temporis in die iudicij comparatione melioris uitæ, & Niniuitæ conuerſi ad prædicationem Ionæ, iudicaturi ſunt illos Iudæos, q Chriſtũ maiorem Iona cõtempſerunt.

c ¶ Vereor.] Id eſt, uerecundor.

d ¶ Iudicatura.] Non poteſtate iudicij 1, qa illud fœminæ non habẽt. 3. q. 7. §. tria. ff. de regulis iur. l. 2.

1 Dicas iudicaturã in die iudicij cõparatione melioris uitæ.

e ¶ Condemnabunt.] melius uiuendo.

f ¶ Eos.] ſ. Iudæos.

g ¶ Iudicent.] ĩ. diſt. 28. c. ult. cõtra ĩ. diſt. 21. nolite. cõtra 6. q. 1. oues. contra. ſed nõ dicũtur ſubditi corrigere ſiue iudicare prælatos poteſtate officij: ſed uitæ comparatione, vt 11, q. 3. nonne.

QVid autem.] CASVS. Ambr. cũ increparet populum delinquentem, dixit, ꝙ populus poterat eum conuincere uno ſermone. & ſibi pudorẽ inferre, cũ clericos habeat incorrigibiles, quos emendare non poſſit, nec eos vult nominare, cum peccata eorum ſint latentia, ſed unuſquiſque conſulat ſuam conſcientiam.

h ¶ Conuincere] Et ruborem incutere ex hoc, ꝙ laici meliores ſunt clericis. non eñ poſſet ob hoc reprehendi. 47. diſtin. quod.

a ¶ Maiorem.] Sic ĩ. 96. diſtinct. ſi quis dubitet & ĩ. diſtin. 61. ſtatuimus. & c. quid proderit. unde quidam diſcipuli in hoc decepti nimis feſtinant ad cathedram, & dum delectantur in loco gloriæ, fiunt alijs auctores ruinæ, ut 48. diſt. quoniam. cum magiſter faciat cathedrã, non cathedra magiſtrum, ut 40. diſ. c. vlt. magiſtri enim moribus, & ſcientia, & facunda debent alios præcede- ad nos. quia non criminis relatione, ſed innocentia reus purgatur. ff. de pub. iudicijs qui.

Cathedra non facit magiſtru.

Reus innocentia purgatur.

i ¶ Cum fratres.] Aliàs ſocij dicunt. 10. q. 3. cauendũ

k ¶ Succenſeam.] Id eſt, iraſcar.

l ¶ Neminẽ.] Cõtra, ĩ. 5. q. 5. non uos. ſed hic loquitur qñ crimẽ nõ põt probari, ibi qñ põt. occulta. n. crimina nõ habent vindictam. 6. q. 1. ſi omnia. 22. diſt. erubeſcant.

¶Epiſcopo ad ſalutem non ſufficit moribus, & uita populo adæquari. C. XXIIII.

NEc ſufficere nobis ad ſalutem arbitremur, ſi turbis negligentium, uel quorumlibet inductorum, fide, uel actibus adęquemur; quibus, ſacris litteris unica eſt credendi [a] pariter & uiuendi regula præſcripta.

Ne ergo (ut ſupra dictum eſt) tales ſui officij ſucceſſores aliquis ſibi quæreret; prohibentur epiſcopi alterum pro ſe ſucceſſorem ſibi ſtatuere ac deſignatis nominibus in locum ſuum alium ſubrogare. ſ. Apoſtolica.

QVAESTIO II.

QVod aũt amicorum patrocinia [b] in aliquorũ electione conualeſcere non debeant, auctoritate beati Gregorij Papæ probatur, qui in ſecundo libro Regeſti, indict. 11. epiſt. 22. ſeu ca. 61. ſcribit Antonio ſubdiacono dicens.

¶In electione epiſcopi non munerum datio, uel aliquorum patrocinia conualeſcant. C. I.

ILlud quidẽ præ omnibus tibi curæ ſit, ut in hac electione nec datio quibuſcumque modis interueniat premiorum, nec quarumlibet perſonarum patrocinia [c] conualeſcant. Nam, ſi quorumdam patrocinio [d] fuerit quiſquam electus, uoluntatibus eorum, cum fuerit ordinatus, obedire, reuerentia exigente, compellitur [e]: ſicq. fit, ut & res illius minuantur eccleſiæ, & ordo eccleſiaſticus non ſeruetur. Talem ergo, te admonente, perſonam debent ſibi eligere, quæ nullius incongruæ uoluntati deſeruiat; ſed uita, ac moribus decorata, tanto ordine digna ualeat inueniri. Poly. l. 2. titu. 3. Iuo p. 5. c. 129.

Idem ad clerum Mediolanenſem, lib. 2. Indict. 11. epiſtola 29. ſeu. c. 68.

¶In electione antiſtitis communi vtilitati, non ſuo lucro quiſque proſpiciat. C. II.

DIlectiſſimi filij, officij noſtri cenſura commoniti ſuademus, ut in hac ſuſcipiendi antiſtitis cauſa nullus ueſtrum, neglecta utilitate cõmuni, ſuo lucro proſpiciat; ne, ſi quiſquam propria cõmoda appetit, friuola æſtimatione Polyc. ibid. Iuo p. 5. c. 130.

NEc ſufficere. CASVS. Quidam prælati putabant ſufficere ſi adæquarentur laicis, & negligentibus in fide, vel in operibus: ſed dicit Beda hoc nõ ſufficere, niſi præcellant eos ſcientia & doctrina.

a ¶Credendi.] Quantum ad articulos fidei. laicis tñ ſufficit pictura pro doctrina. de conſ. diſ. 3. perlatum.

NE ERGO. CASVS. Cõcludit Gratianus ex ſupradictis dicẽs: ne prælati malos ſibi eligerent ſucceſſores, ideo ſtatutũ eſt, vt nemo ſibi eligat ſucceſſorem.

QVod autẽ.] CASVS. Hic ponit ſecunda q̃ſtio, vbi quæritur an amicorũ patrocinia conualeſcere debeãt in electione aliquorum. Et certe ſi conſiſtant in pecunia uel obſeqo, ſimonia eſt, vt ſ. 1. q. 1. ſunt nonnulli. In precibus diſtinguitur. aut enim ſunt carnales, aut ſpirituales. Carnales pro digno non inducunt ſimoniã, ut 1. q. 1. quibuſdam. pro indigno ſic, ut prima quæſtione prima, de ordinationibus. Spirituales vero ualent, nec per eas inducitur ſimonia, ut prima quæſtione prima, latorem. In obſequio etiam conſueuit diſtingui, utrũ ſit honeſtum uel nõ: & ſi honeſtum, utrum exprimatur, vel deducatur in pactũ, quòd ſeruiat ut præbenda ſibi conferatur.

b ¶Patrocinia.] Patrocinia aut conſiſtunt in pecunia, uel obſequio; & tunc fit ſimonia: aut in precibus; & tũc aut sũt carnales, aut ſpirituales. ſi ſpirituales, ualent: nec per eas ſimonia committitur 1, ut prima quæſtione prima, latorem. carnales etiam pro digno ſunt recipiendæ, vt 1. q. 1. qubuſdam. in fi. ſed preces carnales pro indigno factæ, inducunt ſimoniam. 1. q. 1. de ordinationibus. & dic ut ſup. c. Moyſes.

Simonia an inducat per amicorum patrocinia.

1 Ad idẽ 50. diſ. clerico vbi de hoc.

c ¶Patrocinia.] Niſi dignus ſit ille pro quo petitur, ut ſ. 1. q. 1. nullus itaque. & c. pueri. & c. quibuſdam. in fi.

d ¶Patrocinio.] Sed nonne ſuffragium patris prodeſt filio. ff. quod cuiuſque vniuer. illud. ſed illud quantum ad numerum eligentium.

e ¶Compellitur.] Quia ad antidora tenetur, ut ff. de peti hęre. ſed & ſi §. conſuluit. & 83. diſt. nihil. & extra de teſta. cum in officijs. humanum enim eſt, ut quis exhibeat ei reuerentiam à quo percepit beneficium, vt 16. q. 2. uiſis.

Beneficij collatori reuerẽtia debetur.

ILlud.] CASVS. Præcepit Gregorius Antonio ſubdiacono, cum quædam epiſcopalis eccleſia uacaret, ut nullam perſonam eligi permittat per pecuniam vel p preces carnales amicorum: quia qui taliter ſublimatur, illis cõpellũtur obedire quorũ preces, uel pecunia interuenerunt: & ſic per eos res eccleſiæ dilapidãtur. Talis ergo in illa eccleſia eligatur perſona, quæ ſit uita & moribus decorata: & tanto ordine digna.

DIlectiſſimi filij.] CASVS. Vacante eccleſia Mediolanen. vnuſquiſq; clericorum nitebatur amicum ſuum præficere inſpecta tãtum utilitate propria, & neglect. cõmuni. ſed docet Gregorius, ut hoc nõ faciãt ne friuola æſtimatione fraudentur, ſiue fallãtur: quia mens quam cupiditas ligat, perſonam præferendam nõ examinat iudicio recto: quare præcipit, ut ante electionem

ctionem ſubtiliter iudicantes talem eligant, cui debeāt ſemper obedire: quia poſt electionem non poterunt iudicare de ipſo.

a ¶Libero.] Sic 83. diſt. nihil. ſic 11. q. 3. quattuor. ADDITIO. Et c. pauper. per quæ iura & hic habet arg. quod iu-

pepigit, quòd poſt electionē pręſtaret iurūm, ut ĩ. ea. Artaldus. Si uero ante electionē iuret, uel pactū faciat, ſimonia eſt, ut inf. ea. c. talia. & hæc uera ſunt, cum minoribus & ſubiectis p̄ſtatur iuramentum. pręſtare autem ſuperiori ante electionem, non uidetur ſimonia: arg. ſup. 100. diſt. optatum.

fallatur: quia nec libero [a] iudicio præferendam ſibi perſonam examinat mens, quam cupiditas ligat. Penſantes igitur, quæ cunctis expediunt, ei, quem uobis diuina gratia prætulerit integerrimam ſemper in omnibus obedientiam præbete. Iudicari [b] namque à uobis ultra non debet ſemel prælatus: ſed tanto nunc ſubtiliter iudicandus eſt, quanto poſtmodum iudicandus non eſt.

QVAESTIO III.

QVod autem [c] ſimoniacus habēdus non ſit qui poſt electionē pro indemnitate eccleſiæ iuramentū præſtitit; facile probatur. Aliud eſt enim ante electionem iuramentū facere, vel ſe facturum paciſci ad hoc ut eligatur: aliud eſt, nulla præcedente conuentione poſt electionem huiuſcemodi iuramentum offerre. Illud ab officio tamquam munus impenſum deijcit: hoc autem conſecrando nullum impedimentum generat.

De priori caſu ſcribit Pelagius Papa clero Catinenſi.

¶Qui in epiſcopum eligitur, de rebus eccleſiaſticis aliquam ſecuritatem nulli faciat. C. I.

Anſ. l. 6. c. 40. Poly. l. 2. tit. 3.

TAlia quidem iam dudum ad fratrem, & coepiſcopū noſtrum Eucarpum de uiſitatione Catinenſis eccleſiæ ſcripta direximus, ut in eis iudicium noſtrum potuiſſetis agnoſcere. Verumtamen, quia quoſdam ibi non ſana intentione, ſed prauis ſtudijs diſſenſiones ſuſcitare, ueſtra etiam relatione cognouimus, qui ſcientes ſe ad epiſcopatum nec ætate, nec ſcientia, nec uitæ meritis poſſe perduci, ad hoc tantummodo inquietare eccleſiam uolunt, vt ſibi de his, quæ ex ipſa præſumpta ſunt, impunitatem [d]

c ¶Quod autem.] & ante & poſt electionem licite ſecundum quoſdam petitur cautio, quæ habetur ex iure uel conſuetudine. 63. diſt. quia. 1. q. 3. q̄ſitum. extra de præben. ſignificatum. A ſuperiore uero quælibet cautio peti poteſt. 28. diſt. de Syracuſanæ 10. q. 3. c. ult. 18. q. 2. Eleutherius. 100. diſtin. optatum. & c. contra morem. Quidam tñ dicunt, quod ante electionem nulla cautio poteſt peti: & ſi præſtetur, ſimonia eſt? quia uidetur eā facere, ut eligatur. inf. ea. cap. 14. Idē eſt ſi promittat ante electionem ſe iuraturū poſt electionem, ut 1. q. 2. quàm pro. ſed poſt electionem bene poteſt 2. quia tunc nihil ſperat ab eis: ſed à ſuperiore, ut dixi, poteſt peti, & ei præſtari tale iuramentum, ſiue ante electionem ſiue poſt. 100. diſtin. optatum. 28. diſ. de Syracuſanæ. & 23. diſt. quamquam. tamen id quod prius dixi uerius uidetur, maxime ſi quilibet canonicorum ita iurat: Ego iuro, quòd ſi fuero factus epiſcopus, nihil alienabo de rebus eccleſiæ: quia tutor eligitur ſub tali conditione, ſi ſatis dederit, ut ff. de tute. muto. §. 1 extra de elect. ſignificaſti. nec tñ videtur eſſe conditio, ſed potius admonitio quędam, ut dicit illa l. muto. tñ ex perſona ꝯhentium præſumi debet contractū ſiue promiſſionem eſſe ſimoniacam, uel non: ſicut & præſumitur circa uſurarium contractum ex perſona contrahentis, ut extra de pig. c. illo. in fi.

Cautio iuratoria an poſſit peti ab eligēdo vel electo.

2 Scilicet præſtari iuramentum ſubditus, nec tūc peccat, nec ipſi poſſunt uenire cōtra electionem ſiue ſit confirmatus ſiue non, ſm H. B. & La. extra de ele. publicato. Arch.

quòd iudex pecunia vel alia affectione corruptus non poteſt recte iudicare ſecundum Hugo.

Electus ſemel approbatus, an poſſit poſtea reprobari.

b ¶Iudicari.] Arg. ꝙ electum quem ſemel comprobaſti, non potes poſtea reprobare 1, ut ĩ. 32. q. 5. horrendus. arg. extra de his, quę fi à maio. parte cap. ex ore. in fi. ſup. di. 4. erit. & c. in iſtis. ſup. e. q. proxi. c. licet. ſimile ff. de decur. l. pe. in fi. & arg. ff. de pact. dot. conuenire. ff. de neg. geſt. Pomponius. arg. ĩ. C. de lib. cauſa. non idcirco. & l. non mutant. & C. de profeſ. & medi. l. grāmaticos. lib. 10. extra de elect. cum dilectus ĩ ubi patientia non æquiualet electioni, contra id quod e t ff. de pup. ſi ego. §. 1. Sol. electus ſemel approbatus non poteſt amplius reprobari ab eligentibus, niſi ex cauſa noua, vel de nouo ad eorum notitiam ueniente. tunc enim bene poteſt ab eis reprobari, ut extra de offic. deleg. inſinuante. & extra de excep. paſtoralis. & ff. de munc. & ho. ut gradatim. §. reprobari. & ita intelligitur illa decre. & illa lex, grammaticos.

1 Argu. ad hoc ex̃ de ſpon, impu. de illis ij. §. vlt. vbi de hoc. & extra de reg. ad noſtrā. ibi uideas ĩ glo. 1. Ad idem extra li. 6. de ele. nulli. Arch.

QVod autem.] Hic intitulatur tertia q̄ſtio, qua quæritur, utrū ſit ſimoniacū pręſtare canonicis iuramentū poſt electionē ꝓ indemnitate rerū eccleſię. Et reſpondet quòd nō, niſi ante electionē pepigit, …

TAlia.] CASVS. Pelagius facit Eucarpum uiſitatorem Catinēſis eccleſiæ, & ei ſignificauit q̄d deberet fieri circa electionem epiſcopi: ſed poſtea Elpidius diaconus electus eſt fere ab omnib. pauci tñ eius electioni conſentiebant niſi iuraret ſe illi præſtare impunitatem de rebus eccleſiæ, quas uſurpauerant. quod totum cum audiſſet Papa relatione clericorū, & Leonis uiri magnifici, de cuius teſtimonio non erat dubitandum, præcepit Pelagius clericis Catinēſibus, ut Elpidium diaconum cum decreto electionis & cū uiſitatoris epiſtola Romā perducāt, & monet eū, ut clericis reſiſtentibus ſibi, nec iuramētum nec promiſſionē faciat aliquā; quia ſi fecerit, tamquā indignus repellet.

d ¶Impunitatem.] Vt remitteret eis ea, quæ abſtulerant. illud enim eſt ſimonia. remittere enim eſt dare,

vt extra de teſtibus veniens 1. ff. de calum. quinetiam. a ¶Viri.] Argu. teſtimonio vnius credi, ut ff. de dote præle. Teopompus. ſupra 97. diſt. nobiliſſimus. ſup. diſt. 86. tãta. & 23. q. 4. inter que relas. 20. q. 3. præſens. arg. contra, 33. q. 1. ad monere 1.

b ¶Iudicij.] Id eſt, quod circa eum fecimus, nos mutabimus.

c ¶Damno.] Quia retractabimus quod fecimus.

ARtaldus.] CASVS. Artaldus fuit electus in epm Arelaten. eccleſiæ, poſt electionem præſtitit iuramentum canonicis de indemnitate rerum eccleſiæ, propter quod archiepiſcopus Narbonen. noluit eum conſecrare, ideoque Romam iuit, & cõſecratus eſt ab Vrbano: prius tamen præſtito iuramento, quòd nullam conuentionem fecerat ante electionem ad hoc ut eligeretur, & q propter nullum aliud crimen ipſum repellebat Et ſunt verba notarij ſcribentis geſta Vrbani.

d Iuramento.] Argumentum, q ſolus epiſcopus ſola manu ſe expurgat, ut 2. q. 5. quanto. ſed iſtud obtinet cum non habet compurgatores.

e ¶Vt eligerer.] Arg. contra, 28. diſtin. de Syracuſanæ.

f ¶Nullius.] Ex hoc verbo dixi Ioan. Fan. quòd infamatus de vno crimine, expurgabit ſe de omnibus alijs. ſed certe hic non fuit generale iuramẽtum, ſed ſolum iurauit, quòd nullus criminis conſcius erat, & quòd archiepiſcopus ei aliud crimen non obiecerat. Sed quare Papa conſecrauit iſtum pendẽte adhuc obiectione archiepiſcopi? Sed dic, quòd archiepiſcopus in forma iudicij nihil obiecit ei.

h ¶Me ſciente.] Arbonum ad interpretandum negatiue dicta teſtium, ut cum teſtis iurat ſe non ui-

diſſe tale quid, intelligendum eſt, q ipſe ſciat 2. ſic in Auth. de hære. & fal §. ſãcimus. in fi. §. ſi uero. in fi. coll. 1. Quod

1 Obtinet vbi aliter non lædit: vel in forma iudicij non agitur ſecundum Hu. Vel dic vt not. in gl. unde nõ tenet, &c. de hoc 18. diſtin. placuit. & 80. diſt. tanta. Arch.

Negatiua teſtis depoſito eſt benigne interpretanda.

a Ad hoc facit quod not. extra de ele. bonæ memoriæ, in glo. ſi ceſſet, &c. in prin.

futurus promittat epiſcopus, & fiat rapinæ ſecuritas, epiſcopatus ambitio; hoc etiam uos diximus commonẽdos, vt decretum in Elpidium diaconum factum, & ſubſcriptũ ab omnibus, quos ueſtra relatio deſignauit, ad nos cum prædicti viſitatoris epiſtola, & cum eodem diacono maturetis, Deo propitiante, perducere, *& poſt pauca*. Cum igitur huc filius noſter magnificus uir Leo prætor ueniſſet, retulit nobis de ſingulis, quæ ibi mota ſunt, & quomodo uota prope totius ciuitatis in Elpidio diacono concordarent. Vnde quia de memorati viri [a] teſtimonio dubitare omnino non poſſumus; idcirco, ſicut dictum eſt, Elpidium diaconum ad nos facite properare: nec expectetis vlterius, ut admonitio ad eum noſtra debeat deſtinari. † Quem tamen hoc per ueſtram dilectionem in præſenti iuſſione ſpecialiter admonemus, ne cui ſe aliquid dare, uel daturum eſſe promittat; ſed neque de eccleſiaſticis præteritis cauſis aliquam ſecuritatem cuiquam audeat facere ſiue promittere, aut quaſi factus epiſcopus ea quę direpta ſunt non repetat; ſed apud eos, à quibus direpta ſunt, permanere libere patiatur: ſciens, quòd ſi tale aliquid fecit, vel fecerit, nec à nobis omnino permittitur valere ipſa promiſſio, & cum iudicij [b] noſtri, quod de ipſo habuimus damno [c], paſtoralis conſecrationis ordinem promereri non poterit.

† *al. iterari.*

Emendatus, eſt hic locus ex Anſelmo, & Polycarpo.

De ſecundo vero caſu in geſtis Vrbani ſecundi legitur.

¶Poſt electionem pro indemnitate eccleſiæ licet electo iuramentum præſtare. C. II.

ARtaldus Arelatenſis α epiſcopus, Narbonenſis eccleſiæ ſuffraganeus Romam conſecrandus ad dominum Papam Vrbanum uenit: ſuus quippe archiepiſcopus eum conſecrare nolebat, quoniam poſt electionem ſuam propter bona eccleſiæ conſeruanda canonicis iurauit. Conſecratus itaque eſt à domino Papa Vrbano, ante purgatus huiuſmodi iuramento [d]. De iuramento, quod canonicis noſtræ eccleſiæ feci poſt electionem, nullam conuentionem ante, ut eligerer [e], feci. Narbonenſis vero archiepiſcopus, nullius [f], præter id, criminis cauſa, conſecrationem noſtram omiſit: me ſciente [g]; neque mihi criminis conſcius ſum, propter quod à ſacra † me unctione repellat.

† *al. ſacerdotio me repellat.*

α ¶Arelatenſis. *In manuſcriptis etiam ſic habetur. Sed viſum eſt ſubeſſe mendum, quia hic epiſcopus uocatur ſuffraganeus archiepiſcopi Narbonenſis: in cõcilio autem ſecundo Arelatenſi Arelate refertur ad prouinciam Viennenſem Et quamuis Gulielmus Durandi in ſpeculo de auctor & uſu pallij hoc citet, vt oſtendat Arelatenſem archiepiſcopum ſubeſſe Narbonenſi; tamen Ioannes Andreæ in notis ad illum locum expreſſè ſcribit in hoc capitulo nõ agi de Arelatenſi archiepiſcopo. Et valde probabile eſt pro Electenſi, ſeu Elatenſi, qui uere eſt ſuffraganeus archiepiſcopi Narbonenſis, corrupte ſcriptum fuiſſe,* Arelatenſe.

Q Vòd autē.] CASVS. Hic intitulatur quarta quæſtio, qua quæritᵉ an prælatus ſit deferēdus ante ſnīam condemnationis: ſiue feratur ſnīa ab hoīe uel à canone. Et dᵉ. ꝙ nō, ut inf. c. vno. & iſ. 17. q. 4. ſi q̄s ſuadēte.

a ¶Quod

QVAESTIO IIII.

QVòd autem [a] clericis ante ſententiæ tempus ab epiſcopo ſuo diſcedere non liceat, probatur auctoritate Symmachi α Papæ dicentis.

α ¶Symmachi] *Citatur libellus Ennodij nomine Symmachi Papæ, cuius rei reddita eſt ratio ſupra diſt. 31. c. omnino. & 40. c. non nos.*

¶Ante tempus ſententiæ non licet clericis ab epiſcopo ſuo diſcedere. C. I.

Iuo p. 6. c. 340. & 341.

NOnne directa ſunt verba canonum β: [Quicunq; clericorum ab epiſcopo ſuo ante ſententiæ [b] tempus ꝓ dubia ſuſpicione diſceſſerit, manifeſtam eum manere cenſuram?] & *infra.* ¶Lex eccleſiaſtica pontificem ab alijs accuſatum, priuſquam [c] ſub luce obiecta conſtiterint, exigit non relinqui.

β ¶Canonum.] *Sic emendatum eſt ex vetuſtis codicibus, Ennodio ipſo, & Iuone, cum prius legeretur;* Decreti. *Citare autem Ennodius voluit canones, qui ante Symmachum de hac re editi erāt. Qui vero in gloſſa citantur ſunt ex epiſtolis Pontificum Symmacho poſteriorum. In Carthaginenſi quidem concilio inſerto in codice canonū eſt vndecimus canon; qui citatur infra 11. q. 3. ſi quis presbyter: & decimus nonus relatus ſupra 4. q. 5. c. quiſquis epiſcoporum: & vigeſimus quartus citatus ibidem. c. placuit ad quos & præcipuè ad primum videtur ſpectaſſe Ennodius.*

QVAESTIO V.

† al. Apoſtolici

SIne litteris Apoſtolicis † epiſcopus accuſatus, & à ſancta ſede vocatus, ad ſuam non reuertatur eccleſiam.

Vnde Sixtus Papa I. *ait epiſt. 2. c. 2.*

¶A ſede Apoſtolica vocatus epiſcopus ad domum non reuertatur, niſi purgatus, & Apoſtolicis litteris inſtructus. C. I.

Anſ. l. 2. c. 8.

QVilibet fratrum pulſatus, atq; ab hac ſancta ſede uocatus, cum ſe nobis repræſentauerit [d], ad eccleſiam tamen ſuam non prius reuertatur, quàm litteris Apoſtoli-

a ¶Quòd autem.] Clerici ante ſuſpenſionem uel depoſitionem prælati non negabunt ei obedientiā. 16. q. 4. uolumus. 15. q. vlt. c. vl. Nec obſtat 32. diſt. nullus. 81. diſtin. ſi quis. & 16 q. vlt. ſanè. quia ibi de ſuſpenſis à canone loquitur. nam in illis tribus criminibus eſt ſpeciale, ſcilicet in ſimonia, & in hæreſi, & in notorio fornicatore 1. ſed de ſimonia occulta vᵉ correctū eē de temp. ordi c. vlt. Sed nunquid ſtatim poſt ſnīam recedent ab ipſo, cum adhuc poſſit appellare, et appellatio extinguit ꝓnunciatū: itē quia ſnīa nō eſt ſtatim executioni mādanda, ut extra de ſent. & re iud. quod ad cōſulationē. Ecōtra vᵉ. ꝙ ſtatim per ſnīam amittit dignitatem. ff. de pœ. qui ultimo. & l. quod ad ſtatū. Itē quid ſi pendente appellatione excōicat ſubditū ſuū, an eſt ille excōicatus? Diſtingue qa ſi eſt ꝓſecutus appellationē ſuā, tūc licet appellatio ſit pronūciata iniuſta, excommunicatio tenet quam fecit. ſed ſi tempora appellationis ſunt lapſa. & non eſt proſecutus appellationem, idem eſt ac ſi non appellaſſet: & ſecundū hoc nō eſt excōicatus, ut diſtinguitur ff. de his qui not. infa. furti. §. 1. & ff. de iniuſto rup. teſt. ſi quis. §. antepen. Io. Ego credo, ꝙ pendēte appellatione clerici debeant ei obedire, cum pendente appellatione, uel lite nihil ſit innouandum, ut ī 2. q. 6. appellatione interpoſita. & extra vt lite pen. nihil innouetur, per totū. ff. ad Turpil. l. 1. in fi. & excōmunicatio tenet, cum ſtatim trahat ſecum ſuam executionem, ut extra de ap. paſtoralis. Bar.

1 Ad hoc ēt no. 2. q̄ō. 7. ſacerdotes. ibi vide.

Prælatus ſnīaliter depoſit^9 ſi appellauit, an interim poſſit ſubditū excōicare.

NOnne.] CASVS. Symmachus Papa docet in hoc ca. ꝙ nullus clericus debet deſerere ſuum prælatum ante ſnīam, quāuis ſit accuſatus: & q contra fecerit, pœnam patietur.

b ¶Sententiæ.] Sola ergo accuſatio nō cōſtituit aliquē reū uel criminoſū, vt 15. q. vl. c. vlt. vnde reo accuſato poteſt ſolui id qđ ei debeᵉ, ut ff. de ſol. reo. ſola. n. nominatio non ſufficit, ut 2. q. 1. multi. & lex dicit, ꝙ ſi condemnatus appellauit, ſtatus eius integer eſt. ff. nil inno. pen. ap. l. vnica. nec inter infames interim habendus. de his qui no. infa. furti. impeditur tamen interim ab honoribus. ut 81. diſt. tantis 2. & extra de accu. Deus omnipotēs. nec procurator eſſe poteſt. C. de procur. reum.

Solui pōt reo accuſato 2.

2 Adde adhoc gl. opp. in §. ſi quis aūt in gl. 1. inſti. de ſuſpe. tu.

c ¶Priuſquam.] Sic extra ut lite pend. c. 2. ſi. 33 q. 2. ſæculares. & 35. q. 6. multorum. & 15. q. vlt. c. vlt.

SIne.] CASVS. Hic poniᵉ 5. q̄ō, qua quæritur vtrū ep̄s accuſatus uocatus ad ſedem Apoſtolicam ſi ſnīa pro eo feratur, debeat ad eccleſiam ſuam ſine litteris Papę reuerti. Et reſpondetur, quod non, ut inf. c. ſeq.

QVilibet.] CASVS. Sixtus Papa docet hic, ꝙ ſi epiſcopus accuſatur corā Papa, ſi nō poteſt ſibi crimen probari, non debet ad eccleſiam ſuā reuerti ſine litteris Apoſtolicis, in quibus cōtineaᵉ qualiter ſuam cauſam finierit, & poſt reuerſionem ſuam uicini epiſcopi hoc cognoſcere poſſint: quoniam epiſcopi ſicut ab Apoſtolis ſunt inſtituti domino diſponente, ita à ſancta ſede Apoſtolica debent defendi, diſpoſitioni cuius omnia maiora ſunt iudicia reſeruata.

d ¶Repræſentauerit.] Clericus etiā ſe nō repræſentabit Papę ſine litteris ſui epiſcopi, ut C. de epiſc. & cler. ſi qua

ſi qua per calumniam. & in Auth. quomodo oportet epiſcopos.§.non aliter.coll.1.
a ¶Ambiguitate.] Si. ext.de of.ord.ex parte.extra de ſi.inſt.quod ſuper.
b ¶Eorum.]Id eſt, Apoſtolorum.

vt infra ea.ordinationes.Rufinus tñ & Ioan. Fauentinus dicebant, ꝙ epiſcopus, qui recepit vltimã manus impoſitionem extra eccleſiam,id eſt,ordinem epiſcopalem,quia poſt illum nullus eſt ordo, ordinem conferre non poteſt,& qui ordinatur a tali, nihil recipit: ſe-

licis,vel formatis,pleniter inſtructus, atque purgatus ſit; ſi fuerit vnde: vt poſtquam domum reuerſus fuerit,cognoſcant uicini ſui,qualiter ſuam, aliorumq; cauſam hic finierit: quatenus eam abſque ambiguitate [a] vlla nunciare, & prædicare omnibus poſſit. Ab hac enim ſancta ſede à ſanctis Apoſtolis tueri, defendi, & liberari epiſcopi iuſſi ſunt: ut ſicut eorum [d] diſpoſitione, ordinante Domino, primitus ſunt conſtitui: ſic huius ſanctæ ſedis(cuius diſpoſitioni,eorum cauſas, & iudicia ſeruauerunt) protectione futuris temporibus ſint ab omnibus peruerſitatibus ſemper liberi. Vnde culpantur ij, qui aliter circa fratres egerint, quàm huius ſedis rectoribus placere cognouerint.

CAVSA NONA.

Sententia excommunicationis [c] notatus quidam archiepiſcopus aliquot clericos alterius metropolitani ordinauit: quendam capellanum ſui ſuffraganei,illo inconſulto, depoſuit,atque alium in loco eius ordinauit.

1 *Hic primum quaritur, an ordinatio, quæ ab excommunicatis facta eſt,aliquo modo poſſit rata haberi.*

2 *Secundo,an liceat epiſcopo,archiepiſcopo,primati, uel patriarchæ clericos alterius ſine proprijs litteris ordinare.*

3 *Tertio, an archiepiſcopus clericos ſuffraganei ſui, illo inconſulto, damnare valeat, vel damnatos abſoluere.*

QVAESTIO I.

Qvod ordinatio [f], quæ ab excommunicatis celebratur, nullas omnino vires obtineat, nec etiam conſecratio appellanda ſit,teſtatur Gregorius lib.3.epiſt.20. dicens.

Sententia excommunicationis.] CASVS. Suprà in viij cauſa oſtenſum eſt de epiſcopis qui vſurpant ſibi eligere ſucceſſores. Nunc vero vult tractare de epiſcopis excõmunicatis,qui præſumunt clericos ordinare, & de archiepiſcopis, qui damnant clericos ſui ſuffraganei inconſulto illo; quæ omnia vt competentius oſtendat, thema proponit, & tres inde elicit quæſtiones.
c ¶Sententia excommunicationis.] In ſuperiori cauſa dictum eſt, ꝙ epiſcopi quandoque vſurpant ſibi aliquid de iure ſuorũ clericorum, quandoque ſibi conſtituunt ſucceſſorem: hic agit qualiter vſurpãt quãdoq; de iure uicinorum epiſcoporum, & oſtendit hic ꝙ nemo ordinabit clericos alterius epĩ eo non requiſito, nec ẽt indicabit, & ꝙ metropolitanus clericos ſui ſuffraganei non poteſt iudicare. & ut hæc & alia,&c.
Qvòd ordinatio.] CASVS. Hic intitulaẽ prima quæſtio, qua quæritur, vtrum ordinatio facta ab excõmunicatis poſſit rata hẽri. Et certe de hoc ita dicit H. ꝙ qlibet epĩs ſiue excõicatus, ſiue nõ; ſiue catholicus ſiue nõ, ſiue ultimam manus impoſitionẽ recepit in eccleſia,ſiue ex͂ ordinẽ cõfert,& ordinati ab eo ordines recipiũt,dummodo in forma eccleſiæ hoc fiat;& ſi illi alios ordinauerint,ordinati erunt,& ſic in infinitum,vt 1.q 1.quod quidam.& ĩ.c.ordinationes. idem dicit de corpore Chriſti. arg.de conſec. diſtin.4. oſtenditur.ſicut in ſacramentis.1.q.1.Dñs declarauit. Sed in hoc eſt differentia quia ordinati ab eo q recepit vltimã manus impoſitionẽ in eccleſia,ſiue ſciẽter, ſiue ignoranter, ſi digni ſunt toleranẽ ex miſericordia vt ĩ.c.2.& 3.niſi in quatuor caſibus notatis in apparatu.Sed ſi ab eo qui nõ recipit in eccleſia,ſi ſcienter,nõ tolerantur,ſi ignoranter,& hoc probauerint, toleranẽ. ſecus ſi intra eccleſiam recipiat ultimam manus impoſitionem.De corpore Chriſti dicebant, ꝙ nullus extra eccleſiam conſtitutus conficiebat.arg.24 q.1. ſchiſma.& fortè Gratia.fuit huius opinionis,ut infra ea.§. ſed excõicati.& 1.q.1.§.ſed opponitur.Ibi tamen poſt hanc opinionem ponit Gratianus catholicam veritatem.Et videtur hic primo probare Grat.quod talis ordinatio non valet.
d ¶Quòd ordinatio.]Hic quęritur an ordinatio facta ab excommunicato ſit rata. Excommunicatus hic dicitur præciſus ab eccleſia propter hæreſim,vel ſchiſma, uel aliquam aliam cauſam.Dicit Ioan. Fa. & Rufinus. Excõicatus p̃latus. an poſſit ordines ꝯferre.

ꝙ qui

ꝙ qui recepit vltimam manus impoſitionem.id eſt,ordinem epiſcopalē in eccleſia,ordines confert,ſed non executionem ordinis. Si autem extra, nihil cõfert nec ordinem nec executionem, cum tales nihil habeant: argu.1.q.7.Daibertum.19.diſtin.cap.propter.1.qõ.1.ſi quis rint ordinari ab eis 2,ut 1.q.7.conuenientibus. Si autē ſunt ordinati ab epiſcopo, qui extra eccleſiam recipit manus impoſitionem,ſi ſcienter, nunquam tolerãtur. ſi ignorãter,& hoc ꝓbauerint, tolerãtur.vt j.e.ordinationes.Hæc ergo ſit fides tua,ꝙ hæretici & excõmunicati & depoſiti uera ſacramenta conferũt, & uerum corpus Chriſti conficiũt, ut not.1.q.1. dominus declarauit.Io. Quod Io.dicit de depoſito, non credo eſſe uerum, ut 50.diſt c.accedens.B.

2 Cum poſſint ordinari à fidelib. & iſtũ caſũ ponit H. penitus alienum à ſuperiori c. ſ. ſi ad ſubuerſionem, & c.ut dicit H.1.q.7. cõuenietibus & q. 1.ſi qs hæreticæ, vbi hoc notauit.

¶Non poteſt appellari conſecratio, quæ fit ab excommunicatis. C I.

Poly.l.2.tit.37. Iuo p.14 c.74. & p.5.c.134.

NOs conſecrationem [a] dicere nullo modo poſſumus, quę ab excommunicatis [b] hominibus eſt celebrata [c].

PALEA. C. II.

EXcommunicati illicite manus imponunt: quia poteſtatem ordinandi non habent. Vbi autem illicita eſt manus impoſitio, vulnus infligitur. Vnde reiterari neceſſe eſt, quod minime probatur eſſe collatum.

¶Hac & ſequens Palea abſunt à pleriſque uetuſtis exemplaribus: habentur tamen in uno valde emendato, in quo pauca haberi ſolent. Prior autem hac videtur eſſe ſumma quædam ſequentis.

[Vnde Damaſus Papa epiſt 4.ait.]

PALEA. C. III.

ſ.1.q.7.per illicitum.

PEr illicitam manus impoſitionem vulneratum caput illi, qui uidebantur aliquid accepiſſe, habebant: & vbi vulnus infixum eſt, neceſſe eſt medicinam adhibere, qua infixa ſanetur, macula, id eſt, reiterari neceſſum eſt, quod legitime actum, aut collatum minime probatur; ſi perfectum eſſe debebit. Nam quomodo honorem poſſit retrinere, qui ab illo acceperit, qui poteſtatem dare legitime non habuit, inuenire non poſſum.

ſ.c. nos conſecrationem.

Sed excommunicati hic intelligendi ſunt, qui in ipſa ſua ordinatione pœnam excommunicationis contraxerunt; qui nunquam in numero catholicorum fuerunt. Cæterum, qui inter catholicos prius deputati ſunt, ſi poſtea excommunicationis ſententia notati fuerint; ordinationes tamen eorum ab eccleſia miſericorditer tolerantur.

Vnde Vrbanus Papa ſecundus ſcribit dicens.

¶Ordinationes ab excommunicatis non ſimoniace factę, ex miſericordia toleratur. C. IIII.

Anſ.l.12.c.74. Iuo p.6.c.406.

AB excommunicatis, quondam [d] tamen catholicis epiſcopis ordinatos, ſi quidem non ſimoniace ordines ipſos acceperunt, & ſi ipſos epiſcopos ſimoniacos non

NOS.] CASVS. Iſtius capituli patet, & intelligitur de eo qui pręter formam eccleſiæ ordinem confert, uel in odium conſecrantium ſicut dictum eſt. uel ſecundum Rufinum & Io. Fauen.& Grat.intelligitur de eo qui ultimam manus impoſitionem recipit extra eccleſiam.

a ¶Nos conſecrationem.] ſ.1.q.7.conuenientibus.& cap.Daibertum.

b ¶Ab excommunicatis.] Id eſt, hæreticis uel ſchiſmaticis. tales enim ipſo iure ſunt excommunicati.

c ¶Celebrata.] Pręter formam eccleſiæ. Vel dic quod in odiũ eorum hoc dictum eſt, ſicut eccleſia per pactionem cõſecrata potius dicitur execrata quam conſecrata, ut 1.q.4. eccleſia. 24.q.1.pudenda.

SED EXCOMMVNICATI.CASVS. Videtur hic Gra. ponere opinionem Rufi.& Io. Fauentini, dicens quòd ordinationes eorum qui nũquam fuerunt catholici, irritæ ſunt; ſed ordinationes eorum q fuerunt epiſcopi catholici. licet poſtea fuerint excommunicati, miſericorditer ab eccleſia tolerantur, & ad hoc inducit ſequens c.

3 Vnde dicit Hug. ꝙ illud uerbum, quondã & c. addiť potius ut oſtendatur dĩa in diſpoſitione. nã cum ordinatis ſcienter ab illis q nunquam fuerunt catholici, epi nõ diſpenſant, vt j. c. ꝓx. ſm Hug.

quis confugerit.ſed hæc opinio reprobať.1.q.7. conuenientibus.j.ea.ordinationes 1. Dicas ergo, ꝙ ſiue quis recipiat ultimam manus impoſitionē in eccleſia, ſiue extra dum tamen forma eccleſiæ ſeruetur in ordinando, ſemper ordinem confert, ſed non ſemper executionem: & hoc ſiue ſcienter ſiue ignoranter ordinẽtur ab eo. Sed in hoc ſolo eſt differentia, ꝙ ordinati ab epis, qui recipiunt ultimam manus impoſitionem in eccleſia ſiue ignoranter ſiue ſcienter, ſi aliàs digni fuerint, poſſunt tolerari, ut inf.ea.c.2. & 3.niſi in quatuor caſibus. Si ſunt maculati iterata unctione, ut 1.q.7.ſaluberrimum. in fi. Vel ſi ſunt ordinati ſimoniace à ſimoniaco, ut inf.ea. ab excõmunicatis. vel ſi ſunt rebaptizati. vt de conſe.diſt.4.eos. Vel ſi ad ſubuerſionem fidei adhæſerint hæreticis. & in contemptum eccleſiæ uolue-

1 Quod leg. & not. ſ.1. q. 1.§. opponitur.

AB excommunicatis.] CASVS. Quidam catholici epiſcopi excommunicati fuerũt, & in tempore ſuæ excommunicationis quoſdam clericos ordinauerunt. Quæſitum fuit ab Vrbano utrum poſſent in ſuis ordinibus tolerari. Et reſpondet, quòd ſic, ſi ſint bonæ vitę & non ſunt ordinati ſimoniace, uel non conſtat epiſcopos eſſe ſimoniacos: ſed de cætero nõ aſcendant ad ordines ſuperiores, niſi neceſſitas vel utilitas exegerit.

d ¶Quondam.] Hic habuit Io.Fan.fomentum ſui erroris, & pro ſe inducit.1.q.1.ſi qs inquit.& 1.q.7. Daibertum, & extra de ſchiſma.c.1. & 2.ſed hoc ideo dicitur, quia facilius diſpenſatur cum ordinatis à talibus 3 qui ultimam manus impoſitionem receperũt in eccleſia.& ca-

ſia.& capitula quæ inducit, intelligo cum non fuit forma ſeruata,& cōtra eum expreſſe eſt ꝟ.de conſec.diſt. 4.oſtēditur.& c.quomodo.& 1.q.1.quod quidam. Vř autem hic quòd ſiue ſcienter ſiue ignoranter ordine quis ab hæretico, præciſo,& ſimoniaco, non debeat cū eo diſpenſari: quod uerum eſt, nec obſtat 1.quæſt.prima, ſi qui à ſimoniacis. ubi innuitur ſi ignoranter à talibus qui ordinatur, quòd poſſit ſecū diſpenſari. ſed illud intelligimus cum G. de prælato tolerato ab eccleſia, hic de præciſo. uel ibi non fuit ſimoniacus & hæreticus, hic aūt ſimoniacus & hæreticus. Siqs ergo eſt ordinatus à ſimoniaco etiā ignoranter, executionem non recipit, cum ſimoniacus ſit ſuſpenſus ipſo iure, ut 1.qō.1.reperiuntur. extra de ſim.tāta. Sed quid faciendum eſt huic, ſi ſuus epiſcopus quē ſcit eſſe ſimoniacum, vult ipſum promouere.H.dicit ꝙ qui promouetur à ſimoniaco p̄lato ſuo adhuc tolerato, non peccat, & libere poteſt ſuum officium exequi. ſed cōtrarium legitur extra de ſimo.per tuas. De hoc dixi ſupra 1.quæſtio.prima, ſi qui à ſimoniacis.

Ordinatus à ſimoniaco caret executione.

præciſi.Vel forte Romæ à Papa fuerant præciſi, & antequàm fama crebreſceret; fuerunt aliqui ordinati ab eis, aliàs in his quæ publice fiunt, nō poteſt quis ignorantiam allegare.16.diſt.ꝙ dicitis.Et eſt hic arg.ꝙ qui allegat ignorātiā, ipsā probabit.3.q.9.indicas.1.q.1.ſi qui à

Ignorātiā allegās, illā ꝓbare dēt.

fuiſſe conſtiterit; ad hæc, ſi eorum religioſior vita, & doctrinæ prærogatiua viſa fuerit promereri, pœnitentia indicta, quam congruam duxeris, in ipſis, quos acceperunt, ordinibus permanere permittas. Ad ſuperiores autem cōſcendere non concedimus, niſi neceſſitas, uel utilitas maxima flagitauerit, & ipſorum ſancta conuerſatio promeruerit.

Sed & illud Gregorij de nominatim excommunicatis intelligitur: quorum ordinationes ſunt irritæ, ſi eorū damnatio non erat ordinandis incognita.

ꝟ.c.nos. conſecrationem.

Vnde idem Vrbanus ait in ſynodo Placentina, c.9. & ſequentibus.

¶ Qui nominatim excommunicati ſunt, & qui aliorum ſedes inuadunt, alios ordinare non poſſunt. C. V.

Poly.l.7.tit.16. & l.2.tit.38. C.9.& 10.

ORdinationes, quæ ab hæreſiarchis [a] nominatim excommunicatis factæ ſunt, & ab eis, qui catholicorū adhuc uiuentium epiſcoporum ſedes inuaſerunt irritas eſſe iudicamus; niſi probare [b] ualuerint, ſe cum ordinarētur, eos neſciſſe [c] dānatos. ¶ Qui uero ab epiſcopis quondam catholice ordinatis, ſed in ſchiſmate à Romana eccleſia ſeparatis conſecrati ſunt; eos, nimirum, cum ad eccleſiæ unitatem redierint, ſeruatis proprijs ordinibus miſericorditer ſuſcipi iubemus: ſi tamen uita, & ſcientia eos commendat. ¶ Amodo vero, quicunque à prædictis ſchiſmaticis, ſanctæque Romanæ eccleſiæ aduerſarijs ſe ordinari permiſerit, nullatenus hac uenia dignus habeatur. ¶ Quamuis autem miſericordiæ intuitu, magnaque neceſſitate cogere hanc in ſacris ordinibus diſpenſationem conſtituerimus; nullum tamen præiudicium ſacris canonibus fieri uolumus: ſed obtineant proprium robur, & ceſſante neceſſitate illud quoque, ceſſet, quod pro neceſſitate † factum eſt. Vbi enim multorum [c] ſtrages iacet, ibi ſubtrahendum eſt aliquid ſeueritati, vt α addatur amplius charitati.

C.11.

C.12.

C.13.

† Concor tex. in li. liberorū. cū gl. ff. de his qui no. inf. & tex. in l.1. in princ. C. de cad. tol.

α ¶ Vt addatur, &c.] *Hæc ſunt addita ex concilio ipſo.*

Electio quoque, niſi à catholicis facta fuerit, irrita eſſe probatur.

SED ET ILLVD. CASVS. Supra in §. ſed excommunicati. dř, ꝙ illud c.nos conſecrationem, intelligitur de his qui nunquam fuerunt de numero catholicorum. Nunc vero oſtendit, ꝙ poteſt intelligi de nominatim excommunicatis, quorum ordinationes ſcienter receptæ non tolerantur quo ad executionem.

ORdinationes.] CASVS. Hoc c diuiditur in duas partes. In prima parte dř, ꝙ illi qui receperunt ordines ab epiſcopis ordinatis in hæreſi, uel ab intruſis, non tolerantur in ſuis ordinibus quo ad executionem, niſi probent ſe neſciuiſſe in tempore ordinationis eos fuiſſe damnatos. In ſecunda parte dicitur, quòd illi qui receperunt ordines à ſchiſmaticis quondam tamen catholicis epiſcopis, ex miſericordia in ſuis ordinibus tolerantur, ſi boni ſunt, propter neceſſitatem, ſed ceſſante neceſſitate ſacri canones proprium robur obtineant. Secunda pars incipit ibi, [Qui uero.]

a ¶ Hæreſiarchis.] Id eſt præciſis ab eccleſia, qui nunquam catholici epī fuerunt. De alijs habes ꝟ.cap.ꝓxi.

b ¶ Niſi probare.] Iſti forte erant pueri, cum illi erant qui à ſimoniacis.extra de ele.innotuit. 82.diſt.propoſuiſti.& hic manifeſte reprobatř diſtinctio Io. & Ruſi. hic enim diſtinguitur inter ordinatos ab illis, qui recepērūt ultimam manus impoſitionem in eccleſia, & ordinatos ab illis, qui receperunt ultimam manus impoſitionem extra eccleſiam, & tam hi, quàm illi recipiūt ordinem, ſcilicet characterem, ſed non executionem.

b ¶ Neſciſſe.] ff.de probat.verius.contra. Sed hic præſumebatur eos ſcire.ſic 82.diſt.propoſuiſti.in fi.

c ¶ Multorum.] Simile ꝟ.44.diſt. comeſſationes.& ꝟ. diſt.50.vt conſtitueretur.

ELECTIO. CASVS. Dictū eſt ꝟ.ꝙ ordinatio hæreticorū irrita eſt. Nūc dicit G.ꝙ electio facta à nō catholicis irrita eſt, ſicut habetur in ſeq.c. cuius caſus planus eſt.

Nos

a NOs.] Simile 24.q.1.apertè.& c.miramur.
b ¶Eligitur.] Conſtat ꝙ ſuſpenſus non poteſt eligere, ut extra de conſue cum dilectus. & extra de ætate & qual. cũ bonæ. Sed quid ſi maior pars fuerit excõicata, an poſſint alij eligere ſine caſat. ꝙ non. ex de cõceſ. præ.

Vnde Gregorius ſcribit Mediolanenſibus, lib. 8. epiſt. 65.

¶Irrita ſit electio, quæ non à catholicis facta probatur. C. VI.

Poly. l. 2. tit. 1.
† *catholicis & maximè à Lãgobardis*] ori.

NOs [a] in hominem, qui non à catholicis † eligitur [b], nulla præbemus ratione conſenſum: nec, ſi alicuius præſumptionis vſurpatione factus fuerit, in locum uel ordinem, illum ſacerdotis ſuſcipimus.

QVAESTIO II.

1 P. *QVod autem [c] epiſcopus, vel quilibet ſuperiorũ clericos alterius ſine proprijs litteris ordinare non debeat;*

Calixtus Papa ſcribit epiſt. 2. ad epiſcopos Galliæ dicens.

¶Alterius eccleſiæ parochianum nullus iudicare præſumat. C. I.

Anſ. l. 6. c. 120. Iuo p. 14. c. 72. & p. 5. c. 236.
† abeſt ab orig.

NVllus alterius terminos vſurpet, nec alterius parochianum iudicare [d], [vel ordinare †, aut excommunicare præſumat: quia talis iudicatio, uel ordinatio, aut excommunicatio, uel dãnatio nec rata [e] erit, nec uires ullas habebit: quoniam nullus alterius iudicis, niſi ſui, ſententia tenebitur, aut damnabitur. Vnde & Dominus loquitur dicens: [Ne transgrediaris terminos antiquos, quos poſuerunt patres tui.]

Deut. 19.
Prou. 22.

[*Vnde a Vrbanus Papa.*]

a ¶Vnde.] *Antea erat, Idem, hoc eſt Calixtus: quia, cum Palea hæc nondum eſſet inſerta, ſequebatur* c. nullus primas. *quod eſt Calixti. Hanc autem paleam citat Gratianus ex Vrbano ſecundo, infra de pœnit. diſt. 6. c. fin.*

præ.& ec. non va. quia diuerſitatem. Item quid ſi vnus eſt excommunicatus, & eligit cum alijs, an tota electio 1. vitietur? non, niſi ipſi communicẽt conſentiendo. extra de ſenten. & re iudi. ad probandum. vbi caſſatur ſententia iudicum; quia vnus iudicum fuit excõicatus. Et arg. ad hoc extra de offic. dele. cum ſuper & ff. de recep. at. Prædius. arg. contra ff quod cũ fal. tu. l. 1. §. 1. vbi dicitur, ꝙ non obeſt. ſi tutor falſus interponit auctoritatem ſuam cum tutore vero. quia tenet quod actum eſt. ſuſpenſus autem hodie eligit, ut extra de cle. excommu. mi. ſi celebrat.

1 Tota. dicitur per Pan. c. vl. de pc.

QVod aũt] Hæc q diuiditur in duas partes, in prima quarũ quæritur ſi quis debet ordinari ab extraneo ẽpo ſine litteris? & rñdet, ꝙ non: & hoc probat 6. auctorit. Scđa ibi, [His auctoritatibus.] Ioan. de Fant.

CASVS. Hic ponitur 2. q. qua quæritur an epiſcopus uel archiepiſcopus poſſit ordinare clericos alterius epiſcopi ſine proprijs litteris. Et reſpondet, quòd non, vt probatur per ſequentia cap.

c ¶Quòd autem.] Certum eſt, quòd nullus epiſcopus debet ordinare, uel recipere clericos alterius epiſcopi ſine litteris ſui epiſcopi, ut 71. diſt. per totum. nec ſuffi ciunt ad hoc litteræ archidiaconi, ut extra de offic. archi. ſignificaſti.

Ep̃s clericũ alterius ẽpi nõ ordinet.

NVllus.] CASVS. Calixtus Papa docet hic, ꝙ nullus epiſcopus debet terminos alterius vſurpare, uel alterius parochianum ordinare, damnare uel excõicare: quia talis, ordinatio, damnatio, & excommunicatio irrita erit: & quod hoc fieri non debeat, probatur auctoritate Deut. & Prou. dicẽtis: Ne tranſgrediaris, &c.

d ¶Iudicare.] Niſi in caſibus, vt de pœ. diſ. 6. placuit. ſ. 6. qõ. 3 c. vlt. ſ. 3. qõ. 6. peregrina. & c. 1. & 10 qõ. 3. nec numerus. 2. qõ. 5. Mẽnã & q. 7. nos ſi incompetenter. & in caſibus ubi quis ſortitur forum 2. & cum quis negligit ſuum locum conuertere ad fidem. 16. quæſt. 3. placuit 2. & cum epiſcopus ſolus eſt in una prouincia, ut 65. diſt. ſi fortè. in fine.

2 Qui no. 3. q. 6. in prin.

e ¶Rata.] Sed quæritur ſi unus iudex ſententiam excommunicationis latã ab alio, ratam habere poſſit? ar. quod ſic ſ. ea. Lugdunen. & 3. qõ. 6 hæc quippe 63. diſt. Salonitanæ. nam factum falſi procuratoris poſſum ratum habere, extra de offic. deleg. cum olim. ff. de iudi. licet. & electionẽ quæ nulla eſt, poſſum ratã habere. extra de elec. quòd ſicut. Item adoptio iniuſta poteſt cõfirmari. ff. de adop. adoptio. Item ſententia fœminæ & ſerui cõfirmatur, licet nulla ſit, vt 3. qõ. 7. infamis. §. tria in princ. & ff. de offic. præto. Barbarius. extra de arbit. dilecti. & eſt ar. ad hoc inſti. de teſta. milit. §. ſed ſi quis. nam & per appellationem poteſt confirmari quod nullum eſt. ff. rem ratam habe. l. 3 §. falſus. Sed contra ext. de cõſue. ad noſtram. Item quod meo nomine geſtum nõ eſt, ratum habere non poſſum, ut ff. de neg. geſ. ſi pupillis. §. ſed & ſi ego. Item cuius præſentia deſideratur, eius ratihabitione non poteſt confirmari, ut inſtit. de aucto. tut. in fi. Item ſi ſñia excommunicationis confirmaretur, retro eſſet quis excommunicatus, quod eſſet abſonum. Dicas ergo, ꝙ ſententia quæ nulla eſt, non põt ratihabitione cõfirmari: quia ſententia plus habet iuris, ꝗ facti. & in illa l. ff. rẽ ratam habe. fuit ſententia lata à ſuo iudice, ſed ꝯ ius. & ſufficit quòd litigator credat ſe condemnatum, ad hoc ut teneat iudicium. ff famil. erciſcun. cum putarem. ſolus tñ princeps poteſt ſententiam, quæ nulla eſt, confirmare, ut 2. q. 1. in primis. & 3. q. 9 hæc quippe. quia & ipſe mutat ſubſtantialia rei. C. de rei vxo. act. in princ. ſic intellige 3. q. 6. hæc quippe. Alia autem quæ plus habent facti, quàm iuris, ut emtio, locatio, & traditio, poſſunt confirmari. ff. de cura. fur. conſilio. §. ult. vnde donationem factam à laico, & non nomine epiſcopi poteſt ẽps confirmare, ut 16. qõ. 1. c. vlt. & extra de iure patro. cura paſtoralis. Si autem aliquis ordinat clericos alterius credẽs ſuũ ẽpm ratã ha-

Sñia nulla an poſſit ratihabitione cõfirmari.

PALEA. C. II.

Placuit, vt deinceps nulli ſacerdotum licet quemlibet commiſſum alteri ſacerdoti recipere ad pœnitentiam ſine eius conſenſu, cui prius ſe cōmiſit, niſi per ignorātiā† illius, cui pœnitens prius confeſſus eſt. Qui vero contra hæc ſtatuta facere præſumpſerit, gradus ſui periculo ſubiacebit.

Sent. 4. diſt. 21. De pœnitentia diſt. 6. c. ſi. †*al. pro ignorātia*

Item Calixtus epiſt 2.

¶In alterius parochia, niſi eo vocante, nulli aliquid agere licet. C. III.

NVllus primas, nullus metropolitanus [a], nulluſq; reliquorum ep̄orum, alerius adeat ciuitatem, aut ad poſſeſſionem accedat (quæ ad eum non pertinet, & alterius ep̄i eſt parochiæ) ſuper cuiuſquam diſpoſitione, niſi uocatus ab eo, cuius iuris eſſe dignoſcitur, aut quidquā ibi diſponat, uel ordinet, aut iudicet, ſi ſui gradus honore potiri uoluerit. Sin aliter præſumpſerit; damnabitur, & non ſolum illi, ſed cooperatores, eique conſentientes: quia ſicut ordinatio, ita eis & iudicatio, & aliarum rerum diſpoſitio prohibetur. Nam qui ordinare [b] non poterit, qualiter iudicabit? nullatenus proculdubio iudicabit [c], aut iudicare poterit.

Poly l. 2. tit. 24. Burc. l. 1. c. 66. Anſ. l. 6. c. 119. Iuo p. 5. c. 101. Pann. l. 4. c. 28.

῀J. epiſcopum. ver. nam ſi.

Item ex concilio Nannetenſi, c. 1.

¶De eodem. C. IIII.

IN Dominicis, vel feſtis diebus presbyteri, antequam Miſſas celebrent, plebem interrogent, ſi alterius parochianus in eccleſia ſit, qui proprio contēpto presbytero ibi Miſſam uelit audire. Quem ſi inuenerint; ſtatim ab eccleſia abijciant, & ad ſuam parochiam redire compellant.

ext. de paro. c. 2. Burc. l. 2. c. 92. Iuo p. 2. c. 122.

¶*Hoc & ſequens caput abſunt à ſex vetuſtioribus & emendatioribus Gratiani exemplaribus. In cæteris autem habentur ſine nomine Palea quemadmodum & in excuſis. Extat autem vtrumq; in concilio Nannetenſi, & ex eo citatur hoc primum in Decretalibus tit. de paroch. c. 2. & a Burchardo, & Iuone ſic que emendatum eſt, cum antea citaretur ex concilio Meldenſi.*

Item ex concilio Nannetenſi, c. 2.

¶De eodem. C. V.

NVllus presbyter, aut diaconus [α] alterius plebanum† (niſi in itinere fuerit, uel placitum ibi habuerit) ad Miſſam recipere audeat.

Et in capitul. l. 1. c. 153. Burc. l. 2. c. 91. † *al. plebeſanum*] *al. parochianum*

α ¶Aut diaconus.] *Iſta dua uoces neque in concilio, neque in capitularibus neque apud Burchardum leguntur.*

Item ex concilio Antiocheno, c. 13.

¶Ad ordinationem clericorum, uel eccleſiarum alterius epiſcopi, niſi ab eodem inuitatus, non accedat epiſcopus. C. VI.

NVllum epiſcoporum audere debere ex alia prouincia ad aliam tranſitū facere, & ordinare aliquos in eccleſijs, aut proferre ad ſacrum miniſterium. Nec† ab alijs illuc trahatur epiſcopis: niſi fortè per litteras rogatus abierit, non ſolum à metropolitano [d], ſed & ab his, qui

Burc. l. 1. c. 108. Iuo p. 5. c. 210. & ſimile p. 5. c. 180. ex epiſtola Bonifacij. †*al. Nec alios illud attrahat epiſcopus.*

---

habiturum; tunc poteſt talis ordinatio cōfirmari per ratihabitionem, ut infra ead. Lugdunenſi. ſecus ſi non poneret ſpem in ratihabitione illius, vt ff. de ſolu. ſi quis offerenti. in ſententia aūt dici pōt, ꝙ ſi aliquis nomine alterius tulit ſniam, ꝙ tunc poſſit ratificari. Io. Quid iuris ſit de hoc & de ſen ten. excom. notaui in quæſtionibus. B.

NVllus primas.] CASVS. Cœleſtinus prohibet in hoc c. ꝙ nullus patriarcha uel archiepiſcopus uel epiſcopus iudicet, uel ordinet uel diſponat aliquid in parochia alterius niſi fuerit inuitatus. Si vero præſumpſerit, damnabitur cum cooperātibus & conſentientibus ei. Nam ſi ordinare non poteſt, nec iudicare poterit. idē dicitur de epiſcopo in duobus ſequentibus cap. ſ. quod irrita erit talis ordinatio, & ipſe damnabitur.

a ¶Metropolitanus.] Si metropolitanus nō poteſt intrare diœceſim ſuffraganei ſui, niſi uocatus, ut hic dicitur, qualiter ergo uiſitat diœceſim, & recipit ibi procurationes. ut extra de cenſibus, ſopitæ. ext. de præter. cū ex officij? Sed illud intelligo in eo caſu qñ per negligentiam deuoluitur ius ad metropolitanum, uel etiā per appellationē.

b ¶Ordinare.] Ar. ex quo minus non licet, nec maius, ut 44. diſt. nulli, 16. q. 2. viſis. & ſm hoc minus eſt ordinare, quàm iudicare: quia ſolus pōt ordinare, ſed non ſolus iudicare ad depoſitionē, ῀J. 15. q. 7. ſi autem. & c. Fœlix. & c. vlti.

Maius non licet, cui nō licet minus

c ¶Iudicabit.] Sæpè tamen iudicat q non poteſt ordinare, ut archidiaconus, ut 25. diſtin. perlectis. & extra de tempo. ord. cum in diſtribuendis.

d NVllū.] ¶A metropolitano.] Hoc intelligas in arduis

cum eo ſunt, omnibus ipſius prouinciæ epiſcopis. Quòd ſi nullo inuitante inordinate ſuperueniat, & aliquos, uel ordinare præſumpſerit, uel quoslibet actus illi eccleſiæ competentes, qui ad ſe minime pertinent, uſurpare tentauerit; uacua [a] quidem & inania erunt omnia, quæ geſſerit: ipſe uero huius indiſciplinati auſus, & irrationabilis cœpti dignas cauſas expendat †, tanquam depoſitus à ſancta ſynodo, & propter huiuſmodi præſumptionem iam prædamnatus.

† al. excipiat

¶ Hac eſt priſca verſio. Dionyſii autem interpretatio, qua & conciliorum tomis eſt inſerta, & à Burchardo, & Iuone affertur, aptius exprimit ſententiam canonis Graci. Tamen, quoniam neque ipſa omnibus locis omnino reſpondet, viſum eſt verba graca noua cum uerſione apponere.

Μηδένα ἐπίσκοπον τολμᾶν ἀφ' ἑτέρας ἐπαρχίας εἰς ἑτέραν μεταβαίνειν καὶ χειροτονεῖν ἐν ἐκκλησίᾳ τινὰς εἰς προαγωγὴν λειτουργίας, μὴ δὲ εἰ συνεπάγοιτο ἑαυτῷ ἑτέρους, εἰ μὴ παρακληθεὶς ἀφήκοιτο διὰ γραμμάτων τοῦ τε μητροπολίτου καὶ τῶν σὺν αὐτῷ ἐπισκόπων, ὧν εἰς τὴν χῶραν παρέρχοιτο. εἰ δὲ μηδενὸς καλοῦντος ἀπέλθοι ἀτάκτως ἐπὶ χειροθεσίᾳ τινῶν, καὶ καταστάσει τῶν ἐκκλησιαστικῶν πραγμάτων μὴ προσηκόντων αὐτῷ, ἄκυρα μὲν τὰ ὑπ' αὐτοῦ πεπραγμένα τυγχάνειν, καὶ αὐτὸν δὲ ὑπέρχειν τῆς ἀταξίας αὐτοῦ καὶ τῆς παραλόγου ἐπιχειρήσεως προσήκουσαν δίκην, καθῃρημένον ἐντεῦθεν ἤδη ὑπὸ τῆς ἁγίας συνόδου.

Nullus epiſcopus audeat ab vna prouincia in aliã tranſire, & in eccleſia aliquos ordinare ad ꝓmotionẽ liturgię †, nec ſi alios vnà ſecum adducat; niſi accitus venerit per litteras metropolitani, & eorum, qui cum illo, epiſcoporum, in quorum regionem accedat. Quod ſi nemine uocante inordinate aduenerit, ut aliquos ordinet, ac negotia eccleſiaſtica ad ſe minime pertinentia conficiat: irrita quidem ſunto, quæ ab eo geſta fuerint: uerum & ipſe ſuæ impudentiæ, & iniqui incœpti iuſtam pœnam ſubeat, hinc iam à ſancta ſynodo depoſitus.

† id eſt, ſacri miniſterij

Item ex eodem Antiocheno c. 22.

¶ Ad ordinationem eccleſiæ, quæ ſibi commiſſa non fuerit minime accedat epiſcopus. C. VII.

Burc. l. 1. c. 71. Iuo p. 5. c. 171.

EPiſcopum non debere in alienam irruere ciuitatem, quæ illi probatur non eſſe ſubiecta, neque in regionem, quæ ad eius curam minime noſcitur pertinere, ad aliquid α ordinandum [b], neque presbyteros, aut diaconos conſtituere, ad alios epiſcopos β pertinentes, niſi forte cum uoluntate, & teſtimonio [c] γ propriæ regionis epiſcopi. Quòd ſi quiſpiam, horum quid tale facere uoluerit; irrita quidem erit huiuſmodi ordinatio: & quæ male δ vſurpauerit, à ſynodo arguantur. Nam ſi ε ordinare non potuerit; nullatenus ad alios pertinentes iudicare præſumat.

ε nullus primas.

α ¶ Ad aliquid.] *In hoc etiam canone Dionyſii verſio purior eſt: hic autem habet*, ſuper ordinatione cuiuſquã: *quod Grace eſt*, ἐπὶ χειροτονίᾳ τινός, *id eſt*, vt quẽpiã ordinet.

duis negotijs 1, aliter ſufficit uoluntas epiſcopi, ut ſ. c. proxi.

1 Et totam prouinciã contingentibus, ut dixi ĩ littera.

a ¶ Vacua.] Quãtum ad executionem altaris, tamen conſecratio manebit, ut 7. q. 1. epiſcopus in diœceſi.

b EPiſcopũ.] ¶ Ordinandum.] ſi tamen ſuum ſubditum alibi excommunicaret, uidetur, ꝙ teneat. 11. q. 3. ſi epiſcopus. ſicut Paulus abſens excommunicauit Corinthium. & facit ad hoc 7. qõ. 1. ſi quis presbyter. & c. ſi quis uero. ſine reſpectu tamen pro tribunali non poteſt ibi ferre ſententiam, ut argum. extra de offic. leg. nouit. ff. de offic. præ. l. 3. ff. de iuriſdic. om. iud. l. ulti. ff. de offi. procõſ. & leg. l. 2. De hoc plenius dixi extra de offic. leg. nouit.

c ¶ Et teſtimonio.] Nunquid hoc teſtimonium ſufficit illi ut non iterum examinetur ab illo epiſcopo? Arg. ꝙ ſic 19. q. 2. duæ. 47. diſt. de Petro. & 16. qõ. 1. ſi quis epiſcoporum. ſicut tutor dato in teſtamento ſufficit teſtimoniũ patris, ut inſtitu. de ſatiſ. tut. §. 1. Argu. contra 73. diſt. in ſanctiſſimo. ſed ibi de collocando in eccleſia ſecunda. Item nunquid ſufficiunt litteræ archidiaconi: non ut extra de officio. archi. ſignificaſti. ſed hoc verum eſt, ubi non eſt, conſuetudo præſcripta j. ca. q. 3. conqueſtus.

Tutor teſtamentarius nõ tenetur ſatiſdare.

Epiſco-

NEc ſufficere. CASVS. Quidam prælati putabant ſufficere ſi adæquarentur laicis, & negligentibus in fide, vel in operibus: ſed dicit Beda hoc nō ſufficere, niſi præcellant eos ſcientia & doctrina.

a ¶Credendi.] Quantum ad articulos fidei. laicis ſat ſufficit pictura pro doctrina. de conſ. diſ. 3. perlatum.

NE ERGO. CASVS. Cōcludit Gratianus ex ſupradictis dicēs: ne prælati malos ſibi eligerent ſucceſſores, ideo ſtatutū eſt, vt nemo ſibi eligat ſucceſſorem.

QVod autē.] CASVS. Hic ponit ſecunda q̄ſtio, vbi quæritur an amicorū patrocinia conualeſcere debeāt in electione aliquorum. Et certe ſi conſiſtant in pecunia uel obſeqo, ſimonia eſt, vt ſ. 1. q. 1. ſunt nonnulli. In precibus diſtinguitur. aut enim ſunt carnales, aut ſpirituales. Carnales pro digno non inducunt ſimoniā, ut 1. q. 1. quibuſdam. pro indigno ſic, ut prima quæſtione prima, de ordinationibus. Spirituales vero ualent, nec per eas inducitur ſimonia, ut prima quæſtione prima, latorem. In obſequio etiam conſueuit diſtingui, utrū ſit honeſtum uel nō: & ſi honeſtum, utrum exprimatur, vel deducatur in pactū, quòd ſeruiat ut præbenda ſibi conferatur.

b ¶Patrocinia.] Patrocinia aut conſiſtunt in pecunia, uel obſequio; & tunc fit ſimonia: aut in precibus; & tūc aut ſūt carnales, aut ſpirituales. ſi ſpirituales, ualent: nec per eas ſimonia committitur 1, ut prima quæſtione prima, latorem. carnales etiam pro digno ſunt recipiendæ, vt 1. q. 1. qubuſdam. in fi. ſed preces carnales pro indigno factæ, inducunt ſimoniam. 1. q. 1. de ordinationibus. & dic ut ſup. c. Moyſes.

Simonia an inducat per amicorum patrocinia.

1 Ad idē 50. diſ. clerico vbi de hoc.

c ¶Patrocinia.] Niſi dignus ſit ille pro quo petitur, ut ſ. 1. q. 1. nullus itaque. & c. pueri. & c. quibuſdam. in fi.

EPiſcopi, qui extra diœceſim [a] ſunt, [β] ad eccleſias, quæ extra terminos eorum ſunt, non accedant, neque confundant & permiſceant eccleſias. Secundum [ζ] regulas ſtatutas, Alexandriæ quidem epiſcopi ea, quæ ſunt in Aegypto tantummodo gubernent. Orientales autem epiſcopi ſolius orientis curam gerant; ſeruatis tamen honoribus primatus eccleſiæ Antiochenæ, qui in regulis Nicænæ ſynodi continentur. Sed & Aſianę diœceſis epiſcopi, ea, quę ſunt in Aſia, & quæ ad Aſianam tantummodo diœceſim pertinent, gubernent. Ponti autem epiſcopi Ponticæ tantum diœceſis habeant curam. Thraciæ uero, ipſius tantummodo Thraciæ.

ζ ¶Secundum.] *Mutata eſt interpunctio, ut magis reſpondeat Græco canoni,* ἀλλὰ κατὰ τοὺς κανόνας τὸν μὲν Ἀλεξανδρείας, *& c. quod Dionyſius vertit,* ſed iuxta canones Alexādrinus antiſtes, &c. *In editione autem conciliorum in tribus tomis deerant hæc verba,* ea quæ ſunt in Aegypto tantummodo gubernent. Orientales autem epiſcopi.

Item ex eodem, c. 3.

¶De eodem. C. IX.

NOn inuitati epiſcopi ultra diœceſim accedere non debent ſuper ordinādis aliquibus, uel quibuſcunque diſponendis eccleſiaſticis cauſis, ſeruata regula [η], quæ ſupra ſcripta eſt de vnaquaque diœceſi. Manifeſtum namque eſt, quòd per ſingulas quaſque prouincias prouincialis ſynodus adminiſtrare, & gubernare omnia debeat, ſecundum ea, quę ſunt in Nicæa definita.

η ¶Seruata regula] *Ita in omnibus editionibus huius priſcæ verſionis: ſed in Græco canone hic eſt initium periodi, & quæ ſequuntur ex ipſo pendent; quemadmodum Dionyſius vertit,* ſeruata uero quæ ſcripta eſt de gubernationibus † regula manifeſtum eſt, quòd illa, quæ ſunt per vnamquamque prouinciam, ipſius prouinciæ ſynodus diſpenſet, &c. † περὶ τῶν διοικήσεων

a *His auctoritatibus prohibentur quilibet epiſcopi clericos alterius ordinare. Sed quæritur, ſi contingat eos aliquibus ſacros ordines diſtribuere, an ordinati ab epiſcopis ſuis in proprijs ordinibus recipi poſſint.*

De his ita ſcribit Vrbanus Papa Hugoni Lugdunenſi archiepiſcopo.

LVgdunẽſis.] CASVS. Hu Ludunen. archiepiſcopus quęſiuit ab Vrbano virum in ſuis ordinibus poſſet tolerare quoſdam clericos ſuos ab alijs epiſcopis ordinatos, cum eis diſpenſando. Et reſpondet quod ſic, ex miſericordia, ſi bonæ uitæ ſint: & ſi ſine prauitate fuerint ordinati: iniuncta eis pœnitentia competenti. Et hoc probat exemplo Ioan. Chryſoſt. qui clericos ſuos ordinatos à ſancto Ephiphanio tolerauit: & in ſuis ordinibus recepit: quod non feciſſet ſi ſciret eos non recepiſſe ordines.

¶Clerici ab epiſcopo alterius parochiæ ordinati à proprio ſuis ordinibus recipi poſſunt. C. X.

† al. eccleſiæ

Iuo p.6. c. 412.

LVgdunenſis parochiæ † clericos, quos contra ſtatuta canonũ ab alterius parochiæ epiſcopis ordinatos litterarum tuarum ſignificatione monſtraſti, cum graduum ſuorũ honore recipere religionis tuę prudentia poterit [a], ſi eos aliàs canonice, & ſine prauitate aliqua ordinatos conſtiterit: ſi tamen eorum probabilem uitam id indulgẽtiæ proſpexeris promereri. Legimus quippe ſanctum Epiphanium epiſcopum ex diœceſi ſancti Ioannis Chryſoſtomi quoſdam clericos ordinaſſe: quod ſanctus vir [b] omnino non feciſſet, ſi ei † detrimentũ fore perpenderet. Quos igitur recipiendos moderatio tua [c] arbitrata fuerit; iniuncta, et ſatisfactionis gratia, propter eccleſiam, quam offenderunt, congrua pęnitentia, miſerationis intuitu in ſuo quemque honore recipies, ſalua in omnibus ſanctorum canonum diſciplina.

Socrates l.6 Hiſto. c. 12. & 13. Triper. l.10. c.11. Nice. l. 13. c.13.

† al eis

QVAESTIO III.

QVòd autem [d] archiepiſcopus clericos ſui ſuffraganei illo inconſulto damnare ualeat, uel abſoluere; ſic uidetur poſſe probari. Sicut totius epiſcopatus eccleſiæ in poteſtate ſunt epiſcopi; ſic & eccleſiæ totius archiepiſcopatus ad diœceſim pertinent archiepiſcopi. Vocantur enim epiſcopi à metropolitano in partem ſolicitudinis, non in plenitudinem poteſtatis. Sic quippe uices eis impertit, ut poteſtatem ſuam ſibi non adimat. Vnde & ſine eius conſilio nihil eis agere licet. ſicut in concilio Martini Papæ legitur, c 4.

In capitulis Martini Bracharenſis, c.4.

¶Nec epiſcopi ſine metropolitani conſenſu, nec ille ſine eorum conſenſu aliquid agere debet. C. I.

j. PEr ſingulas prouincias oportet epiſcopos cogno-

QVòd autẽ.] CASVS. Hic intitulatur 3. quęſtio, qua quęritur, an archiepũs poſſit abſoluere uel damnare clericos ſui ſuffraganei illo inconſulto: & certũ eſt ꝙ nõ, niſi cum appellatur ad eũ: vel habetur de conſuetudine, vel ſi epũs decederet, & res arbitrio archiepiſcopi diſpenſari uoluerint clerici, vt ĩ. e. conqueſtus. uel niſi epiſcopus ſit negligens, vt ĩ. e. cum ſimus. uel niſi cõtrouerſia ſit inter epiſcopũ & ſuum clericum, ut ĩ. 11 q. 1. ſi clericus. vel niſi diſſenſio eſt de electione epĩ, ut ſ̃. 13. diſt. ſi forte. Sed hoc hodie corrigitur per conſtitutionẽ Innocẽtij Papæ. Sed quia cõmunia negotia prouinciæ, ut ſynodũ congregare, epiſcopũ examinare poteſt facere: non tamen ſine conſenſu aliorum, ut ĩ. c. 1 2. 3. 4. & 5. Et procedit hoc ordine. Primo probat ſuperficialiter, quòd archiepiſcopus poteſt abſoluere & dãnare parochianos ſui ſuffraganei illo inconſulto, uſq; ad § [Sed contra.] deinde probat ꝯtrium uſq; ad §. [Sola.] in quo tractat de excellentia Papæ: & hoc uſque ad §. [ultimum.] in quo ſoluit contrarietatẽ. Dicit ergo ꝙ ſicut eccleſiæ totius epiſcopatus ſunt in poteſtate epiſcopi, ſic eccleſiæ totius archiepiſcopatus ſunt in poteſtate archiepĩ: ita ꝙ epõ non licet aliquid agere ſine conſilio metropolitani ſed intellige in ijs, quæ pertinent ad generalem ſtatum prouinciæ totius epiſcopatus.

a ¶Poterit.] Argum. ꝙ ſequens ratihabitio confirmat quod primo fuit inutile, ut 63. diſt. Salonitanæ. & 16. q. 1. cap. vlt.

b ¶Quod ſanctus vir.] Sic ſ̃. 37. diſt. qui de menſa. 7. q. 1. omnis. Sed nonne iſte epiſcopus deliquit ordinando clericos alterius; quomodo ergo ſanctus fuit? Omiſſis multis ſolutionibus dic: ꝙ excuſatur ideo quia vtiliter geſſit: & quia credebat hoc Io. placere 1: ſicut non facit furtũ qui credit hoc placere domino, ut inſtitu de obl. quæ ex qua. delic. naſcuntur. §. 1. 2

1 Quod no. ſ̃ e. c. 1. ĩ gl. 2. in fi.

2 Idẽ tenet Bar. in l. inter omnes. §. recte. ff de fur.

c ¶Moderatio tua.] Permittitur hic epõ diſpenſatio canonis uel criminis pęnalis. ſi. eſt ſ̃. 1. q. 5. c. vlt. in ſing. ſed nõ permitteretur ſi ſimoniace fuiſſent ordinati. 1. q. 1. erga. de penitentialibus non eſt dubium, quia hoc põt quilibet ſacerdos: ut 26 q 7. tempora pęnitudinis.

d ¶Quod autem.] Metropolitanus epiſcopo inconſulto non poteſt iudicare clericos ſuos, niſi in caſibus ſpecialibus, ſcilicet quando cauſa per appellationem defertur ad ipſum, vt infra ea. conqueſtus. vel niſi cã ſit inter epũm & clericum, vt 11. q. 1. ſi clericus Item cum diſſenſio eſt de electione epiſcopi, ut 63. diſt. c. vlti. hoc vero non tenet hodie per id quod eſt extra de elec. quia propter 3, item cum ſuffraganeus eſt negligẽs, ut ĩ ea. cum ſimus. Item omnia male acta poteſt punire & retractare, ut 26. q. 5. quicunque. & 12. diſt. de his. Item ſi de conſuetudine aliquid obtinuit: aut ſi epiſcopus deceſſit, ut ĩ. ea. cõqueſtus. Aliter de ſpecialibus negotijs epiſcopatuũ ſe non poteſt metropolitanus intromittere. ſed communia negotia, quæ non magis pertinẽt ad unum, quàm ad alium: ſed ad ſtatũ totius prouinciæ, ut congregare ſynodũ, examinare epiſcopum & ordinare: hoc poteſt: non tamen ſine conſilio aliorũ epiſcoporum, ut infra ead. c. 1. 2. 3 4. & 5.

Metropolitanus clericos ſuffraganei iudicare nõ p̃t 3 Verſi. ut is collatione habita eligatur, &c. quaſi dicat licet cognitio electionum & electorũ pertineat ad metropolitanũ: non tñ gratificatio: ſed cũ eliget ĩ quẽ oẽs, & c. ut ibi Arch.

PEr ſingulas.] CASVS. Dicitur hic ꝙ epiſcopi in ſingulis

gulis prouincijs debent recognoſcere ſuum metropolitanum, ſibi obediendo: & nihil agere de communibus negotijs ſine metropolitani conſilio. Similiter nec metropolitano licet ſine conſilio epiſcoporũ aliquid facere de negotijs communibus.

tenet.ut ibi innuitur. H.dicit non tenere talem ſententiam, cum metropolitanus fert in ſubditos ſuffraganei; quia metropolitanus iudex alienus eſt reſpectu ſubditorum ſuffraganeorum, ut 6 quęſt.3.ſcitote.& 3.quęſt. 6 peregrina. ſicut abſoluere non poteſt niſi appelletur ad

ſcere [a] metropolitanum † ſuum; & ipſum primatus curam ſuſcipere: nihil autem agere [b] reliquos epiſcopos præter eum; ſecundum quòd antiquitus à patribus noſtris conſtitutum continetur in canone. Propter quod metropolitanus epiſcopus nihil præſumptiue aſſumat † abſque conſilio cæterorum.

† *al. primatũ metropolitani epiſcopi*

Apoſt.can.34.

† *al. ſibi aſſumat*

Item ex concilio.

¶ Sine metropolitani conſcientia extra ſuam diœceſim nihil agat epiſcopus. C. II.

ij PEr ſingulas [c] prouincias epiſcopos ſingulos ſcire oportet, epiſcopum metropolitanum, qui præeſt, curam & ſolicitudinem totius prouinciæ [d] ſuſcepiſſe. Propter quod ad metropolitanã ciuitatem ab his, qui cauſas habent, concurratur. Quapropter placuit eum, & honore præcellere, & nihil ultra ſine ipſo reliquos epiſcopos agere ſecundum antiquum patrum noſtrorũ canonem, niſi hoc tantum, quod vnicuique eccleſiæ per ſuam diœceſim competit. Vnumquemque enim epiſcopum oportet habere ſuæ diœceſis poteſtatem, ut regat, & gubernet ſecundum competentem ſingulis [e] reuerentiam, & prouidentiam gerat omnis regionis, quæ ſub ipſius eſt ciuitate: ita ut etiam ordinare ei presbyteros, & diaconos probabili iudicio liceat, & de ſingulis ipſius regionis cauſis cum moderatione & pondere diſceptare. Vltra autem nihil agere permittitur citra metropolitani epiſcopi conſcientiam α: nec metropolitanus ſine cæterorum aliquid gerat conſilio ſacerdotum.

Apoſt.can.34.

α ¶ Conſciẽtiam.] *Græce eſt, δίχα τοῦ μητροπόλεως ἐπισκόπου, μηδὲ αὐτὸν ἄνευ τῶν λοιπῶν γνώμης, itaque eadẽ voce, γνώμης, vtitur canon tam in conſenſu metropolitani, quàm ſuffraganeorum. Sed ob multas varietates placuit apponi verba Græca cum verſione noua.*

Τοὺς καθ' ἑκάστην ἐπαρχίαν ἐπισκόπους εἰδέναι χρὴ, τὸν ἐν τῇ μητροπόλει προεστῶτα ἐπίσκοπον, καὶ τὴν φροντίδα ἀναδέχεσθαι πάσης τῆς ἐπαρχίας, διὰ τὸ ἐν τῇ μητροπόλει πανταχόθεν συντρέχειν πάντας τοὺς τὰ πράγματα ἔχοντας ὅθεν ἔδοξε καὶ τῇ τιμῇ προηγεῖσθαι αὐτὸν, μηδέν τε πράττειν περιττὸν τοὺς λοιποὺς ἐπισκόπους ἄνευ αὐτοῦ, κατὰ τὸν ἀρχαῖον κρατήσαντα τῶν πατέρων ἡμῶν κανόνα, ἢ ταῦτα μόνα, ὅσα τῇ ἑκάστου ἐπιβάλλει παροικίᾳ, καὶ ταῖς ὑπ' αὐτὴν

a ¶ Cognoſcere.] Id eſt, reuereri, id eſt, diligere, ut ibi. Non noui uos 7.q.1. ſicut uir. in fine.

b ¶ Agere.] Quod ad ſtatum communem pertinet, ut ĩ.ead. archiepiſcopus. ſic ſ.80. diſt non debere.

PEr ſingulas.] CASVS. In Nicęno concilio fuit ſtatutum, ut archiepiſcopus per ſingulas prouincias curam gereret, & ad archiepiſcopum appelletur. ſine cuius cõſilio epiſcopi nihil agere poſſunt niſi de his, quæ ad proprias eorum parochias ſpectant: & ecõuerſo metropolitanus ſine conſilio epiſcoporum nihil agere poteſt.

c Per ſingulas.] Simile 2. quæſtio.7 metropolitanum.

d ¶ Totius prouinciç.] Hic videtur ꝙ archiepiſcopus eſt iudex ordinarius totius prouinciæ 1. nam habet procurationem & uiſitationem totius diœceſis, ut extra de præſcrip. cum ex officij. & quia unus eſt iudex prouinciæ, ut 7. qõ. 1. in apibus. ex quo enim archiepiſcopus eſt iudex epiſcopi, ergo eſt iudex diœceſis ſuę. arg. ff. de pecu. ſer. ſi ſeruus meus. Nam ex eo ꝙ uicarius eſt in peculio ordinarij, ergo & peculium uicarij, ut ibi dicitur: & præterea hic dicit, quòd omnes, q cauſas habent concurrant ad metropolitanum. Item quia determinat cauſas delatas ad ipſum per querelam, ut 10. qõ.3. quia cognouimus. Sed licet poſſet dici, quòd ſit ordinarius, ſe tñ non poteſt intromittere de cauſis ſubditorum, niſi in caſibus exceptis, ut extra de offi. ord paſtoralis. in prin. ſi tamen ferat ſententiam aliquã in ſubditos ſuffraganei ſui. bene tenet: cum ſit iudex ipſorum. argu. in auth de defen. ciui. §. & iudicare. & §. ſeq. vbi dicitur ꝙ prçſes uel maiores iudices non poſſunt ferre ſententiam ultra ſummam ccc. aureorum, ſi tamen tulerint, ad eũ. extra de ſnĩa. excõ. per tuas. extra de offi. deleg. cum contingat. Item quia dicitur quidquid fecerit, irritũ eſt, vt ĩ. c. nullus. Hoc ſcias ꝙ de cauſis epiſcopi ꝑt p ſolã querelã cognoſcere. 11.q.1. ſi clericus aduerſus. Io quod dicit H verũ eſt vt ext. de of. ord. paſtoralis. B.

e ¶ Singulis.] Poteſt ergo anathematizare aliquem inconſulto metropolitano: immo & quilibet ſacerdos in ſcio ſuo

1 Hoc uerũ eſt ſm L. vt no. 3. q 6. c. 1. in gl 2. ubi dixi de hoc Archi.

Archiepſ an ſit iudex ordinarius totius ꝓuinciæ.

ſcio ſuo epiſcopo, vel extra de of. ord. cum ab eccleſia rum. nec tenet quod legitur 11. q. 3. nemo epõrum.

NISI FORTE. CASVS. Dictum eſt ſupra, ꝙ archiepiſcopo nihil agere licet ſine conſilio epiſcoporum: qđ verum eſt, niſi epiſcopi poſt annunciationem contempſerint pſerint in ſuis eccleſijs œconomos ordinare, ut probatur ſequenti cap.

CVm ſimus.] CASVS. Statutum fuit in ſynodo Conſtantinopolitano, ut omnes regulæ ſanctorum patrum cuſtodiantur: & præcipuè illa, quæ præcipit œconomos debere eſſe in vnaquaque eccleſia: qđ ſi metropolitanus facere neglexerit, licentiam habeant epiſcopi in ſua eccleſia œconomum ordinare. & econuerſo. Idẽ ſeruandum eſt in monaſterijs.

χώραις: ἕκαστον γὰρ ἐπίσκοπον ἐξουσίαν ἔχειν τῆς ἑαυτοῦ παροικίας, διοικεῖν τε μετὰ τὴν ἑκάστῳ ἐπιβάλλουσαν εὐλάβειαν, καὶ πρόνοιαν ποιεῖσθαι πάσης τῆς χώρας τῆς ὑπὸ τὴν ἑαυτοῦ πόλιν, ὡς καὶ χειροτονεῖν πρεσβυτέρους καὶ διακόνους, καὶ μετὰ κρίσεως ἕκαστα διαλαμβάνειν. περαιτέρω δὲ μηδὲν πράττειν ἐπιχειρεῖν, δίχα τοῦ τῆς μητροπόλεως ἐπισκόπου: μὴ δὲ αὐτὸν, ἄνευ τῆς τῶν λοιπῶν γνώμης.

Epiſcopos, qui in vnaquaq; prouincia ſunt, noſſe oportet eũ, qui metropoli præeſt, vniuerſæ quoq; prouinciæ curam ſuſcipere, eo ꝙ in metropoli vndiq; cõueniunt omnes, qui cũq; negocia habent. Quapropter placuit, & honore ipſum præcellere, & reliquos epiſcopos nihil aliud † ſine ipſo facere (ſecundum veterem, qui viguit, patrum noſtrorum canonem) quàm ea ſola, quæcunque ad cuiuſque parochiam, ſubiectaſque parochiæ regiones pertinent: In cuiuſq; n. epiſcopi poteſtate eſſe propriam ipſius parochiam, ut eam adminiſtret pro ea, quæ cuiq; conuenit, integritate, & vniuerſæ regioni, quæ ſuæ ciuitati ſubiecta eſt, proſpiciat, conſulatq; : ita ut & presbyteros, diaconoſque ordinet, & ſingula quæq; cum iudicio explicet. Præterea vero nihil quidquam facere aggrediantur, ſine metropolitani epiſcopi, neque ipſe ſine reliquorum ſententia.

† περιττὸν

Niſi fortè epiſcopi ipſi œconomos in eccleſia ſua ordinare contempſerint. Vnde in ſeptima ſynodo, c. 11. legitur.

¶Metropolitanus conſtituat œconomos, quos epiſcopus habere neglexerit. C. III.

Iuo p. 5. c. 374. Cõc. Chalced. c. 26. ſupra diſt. 89. quia in quibuſdam. & inf. 16. q. 7. quoniã in quibuſdam.

CVm ſimus debitores omnes ſacras regulas cuſtodire & eam, quæ dicit in vnaquaq; eccleſia œconomos [a] eſſe debere, modis omnibus inuiolabilem cuſtodire debemus. Et, ſi quidem vnuſquique metropolitanus in ſua eccleſia conſtituerit œconomum [b]; bene vtique eſt. Sin autem ex auctoritate propria Cõſtantinopoleos epiſcopis [c] licentia eſt præponendi œconomos in eius eccleſia. Similiter & metropolitanis, ſi epiſcopi, qui ſub eis ſunt non ſategerint œconomos ſtatuere in ſuis eccleſijs. Id ipſum autem ſeruandum eſt etiam in monaſterijs.

Probatur illud idem exemplo Apoſtoli, qui fornicatorẽ Corinthium [d] impœnitentem ſatanæ tradidit: poſtea pœnitentem eccleſiæ reconciliauit, hoc tãtũm ſcribens Corinthijs in prima, & ſecũda epiſtola, vt excommunicato nõ communicarent, & reconciliatio ſocia charitate copularentur.

1 Cor 5. 2. Cor. 2.

Sed contra probatur auctoritate multorum.

Ait enim Higinus Papa, epiſt. 1. c. 2.

& Iulius c. 4.

¶Metropolitanus ſine epiſcoporum conſenſu, vel præſentia alicuius eorum non audiat cauſas. C. IIII.

Burc. l. 1. c. 65. Iuo par. 5. c. 99. & 174.

SAl-

a ¶Oeconomos.] Oeconomus dicitur cui res eccleſiæ gubernãda mandatur, vt C. de ſacroſan. eccle. iubemus.

Oeconom⁹ quid.

b ¶Oeconomũ.] Qui clericus erit: & de proprio clero debet eſſe, 89. diſtin. cap. quia. & 16. q. 7. in nona actione. De hoc notaui 16. q. 7. quoniam.

c ¶Epiſcopis.] Ergo ſicut ſuperiores inferiorum, ſic inferiores ſuperiorum ſupplent defectum, ut extra de conceſ. præben. & eccle. non uacan. nulla. & 89. diſt. volumus.

PROBATVR. CASVS. Adhuc probat, ꝙ archiepiſcopus inconſulto ſuffraganeo ſuum poſſit parochianum abſoluere, exẽplo Pauli metropolitani Corinthiorum, qui Corinthium fornicatorem tradidit ſatanæ: & poſtea reconciliauit.

d ¶Corinthium.] Et in hoc ſuppleuit negligẽtiam Apollinis, vt infra ead capit. ultim.

SED CONTRA. Nũc probat Gratianus cõtrarium ſcilicet quòd metropolitanus non poteſt diſponere de negocijs epiſcoporũ ſine conſenſu ipſorũ & omnia cap vſque ad [§. ſola.] intelliguntur de communibus negocijs uel de ſpecialibus, cum epiſcopi non ſunt negligentes, ſed diligenter agunt quæ debent. H.

SAluo.] CASVS. Quæſitũ fuit ab Eugenio utrũ archiepũs poſſit cognoſcere de cauſis criminalibus epõrum ſine conſenſu alio-

ſu aliorum epiſcoporum. & reſpondetur ꝙ non: ſaluo Romanæ eccleſiæ priuilegio.

a ¶Saluo.] Debet quis ius ſuum proteſtari, ne fiat ei præiudiciũ. ſic 28. diſt. diaconi. & 7. q. 1. põtifices. ff. q. bus mo. pig. uel hypo. ſol. l. ſi debitor. §. ſi in uẽditione.

ergo in prima, ꝙ nullus primas uel metropolitanus debet ſe intromittere de ſpecialibus negocijs ſui ſuffraganei abſq; eius licẽtia uel voluntate: qđ ſi fecerit, irritum erit quidquid fiet, & ipſe deponetur. In ſecunda parte dicitur, quòd primas uel metropolitanus non debet

uo [a] in omnibus Romanæ eccleſiæ priuilegio, nullus metropolitanus abſque cæterorum omnium comprouincialium epiſcoporum inſtantia [b], aliquorum [c] audiat cauſas † [d]: quia irritæ erunt aliter actæ, quàm in conſpectu eorum omnium uentilatæ, & ipſe, ſi fecerit, coerceatur à fratribus. †*al. cauſas eorum*

Item Anicetus Papa epiſcopis Galliæ, c. 1.

¶De eodem. C. V.

Can. Apoſt. 34.

ARchiepiſcopus [e] nihil de epiſcoporum cauſis, aut de aliis communibus, iuxta ſtatuta Apoſtolorum, abſq; cunctorum illorum agat conſilio, nec ille, niſi quantum ad ſuas parochias pertinet, ſine ſuo: quoniam tali gaudet concordia altiſſimus, & gloriatur in membris ſuis.

Item in eadem epiſtola, c. 3.

¶De eodem. C. VI.

Poly. l. 2. tit. 24. Burch. l. 1. c. 63. Pann. l. 4. c. 26.

SI autem aliquis metropolitanorum inflatus fuerit, & ſine omnium comprouincialium præſentia, uel conſilio epiſcoporum, aut eorum, aut alias cauſas, (niſi eas tantum, quæ ad propriam ſuam parochiam pertinent) agere, aut eos grauare voluerit, ab omnibus diſtrictè corrigatur, ne talia deinceps præſumere audeat. Si uero incorrigibilis, eiſque inobediens [f] apparuerit: ad hanc Apoſtolicam ſedem, cui omnia epiſcoporũ iudicia referri † præcepta ſunt, eius contumacia referatur, ut uindicta de eo fiat, & cæteri timorem habeant. † *al. terminare*

Item Calixtus Papa epiſcopis Galliæ, epiſt. 2. c. 3.

Concor. Lucius epiſt. 1. c. 3.

¶De eodem. C. VII.

Po'y. ibidẽ c. 6. Burc. l. 1. c. 66. Iuo p. 5. c. 100. & p. 14. c. 72. Pan. l. 4. c. 27.

NVllus primas, uel metropolitanus diœceſani eccleſiã vel parochiam, aut aliquem [g] de eius parochia præſumat excommunicare, uel iudicare, uel aliquid [h] agere abſque eius conſilio, uel iudicio: ſed hoc obſeruet, quod ab Apoſtolis, ac patribus, & prædeceſſoribus noſtris eſt ſtatutum, & à nobis confirmatum: id eſt, ſi quis me

ADDITIO. Ad hoc facit C. de his q ſpon. munc. ſub. l. 1. lib. 10. ſed ar. contra. ff. de cond. inſt. quod quis. ff. de act. & oblig. obligationum. §. placet. de hoc le. & no. 28. diſtin. c. 1.

b ¶Inſtantia.] Id eſt, præſentia.

c ¶Aliquorum.] Scilicet epiſcoporum.

d ¶Cauſas.] Scilicet criminales, ut 3. q. 8. ſuggero. Et not. ꝙ cũ cauſa eſt inter clericũ & epiſcopum, quòd metropolitanus in ſynodo cõprouinciali tractabit cauſam. 11. q. 1. ſi clericus. niſi velis dicere, ꝙ hodie ſolus metropolitanus obtinet uicem ſynodi quãtum ad iſtud. 18. diſt. c. 1. & 10. q. 3. q. 2. De hoc dixi 6. q. 2. epiſcopus.

Cã inter epiſcopũ & clericũ corã quo dẽat tractari.

ARchiepiſcopus.] CASVS. Anicetꝰ Papa ſtatuit ut archiepiſcopus de cauſis epiſcoporum aut cõmunibus. ſ. criminalibus nihil agat ſine cõſilio ſuorum ſuffraganeorum, nec epiſcopi ſine conſenſu archiepiſcopi aliquid agant, niſi quantum ad ſuas parochias pertinet.

e ¶Archiepiſcopus.] Hoc cap. exponit præmiſſa.

SI autem &c.] CASVS. Quæſitum fuit ſi archiepiſcopus ſuperbe uult de cauſis criminalibus uel ciuilibus epiſcoporum cognoſcere ſine eorum voluntate, uel eos in aliquo grauare, quid ſit faciendum: & reſpondetur, ꝙ corrigi debet à ſuffraganeis: & ſi fuerit incorrigibilis, ſignificetur Papæ, quatenus per ipſum ſic puniatur, ut cæteri timorem habeant.

f ¶Inobediens.] Hic habemus ꝙ metropolitanus poteſt coerceri à ſuffraganeis. ſic ſupra ea. ſaluo, in fin. ſimile 63. diſt. Salonitanæ. Sed qualiter ſubditi poſſunt eum coercere? Reſpondeſ, reprehendere 1. poſſunt ex charitate. 2. q. 7. præſumunt. & c. ſecuti. Iſte autem qui defert querelam ad metropolitanum, ſine appellatione patiatur diſpendium litis. arg. in auth. coll. 3. de defen. ciui. circa medium. §. non habente. in fin. hoc ideo quia traxit aduerſarium ſuum ad alienum iudicem, vt 11. q. 1. inolita. Io.

Metropolitanus à ſuffraganeis reprehendi poteſt.

1 Dic ꝙ eſt triplex reprehenſio; vt no. ſupra 21. diſt. nolite. in fi.

NVllus.] CASVS. Hoc cap diuiditur in duas partes. Prima pars loquitur de ſpecialibus negocijs ſuffraganeorum. Secũda pars de commmunibus. Dicitur bet agere cauſas criminales, uel communia negocia ſine conſenſu epiſcoporum, nec ipſi ſine conſenſu metropolitani vel primatis debent aliquid agere, niſi de his quæ pertinet ad propriam parochiam, ut omnia cõcorditer fiãt. Secunda pars incipit ibi, [Sed quidqd.

g ¶Aliquem.] Licet nõ poſſit iudicare de eccleſia ſuffraganei, poteſt tamen de epiſcopo iudicare. 11. q. 1. ſi clericus. Et ſic fallit illa regula Si uinco uincentem te, multo fortius uinco te. ff. de diuer. & tempor. præſcrip. de acceſſionibus. §. 1. Item fallit. ff. qui potio. in pigno. habean. Claudius. etiam libertus liberti mei, nõ meus libertus. ut ff. de verb. ſignifi. Modeſtinus. & non omnes quæ ſunt cum ſorore mea, ſorores meæ ſunt. 81. diſtin. legitur.

Si uinco uincẽtẽ te, uinco te, qñq; fallit.

h ¶Vel aliquid.] Ergo nec abſoluere poteſt excõmunicatum à ſuffraganeo ſuo. extra de ſent. exc. per tuas. epiſcopus tamen abſoluere poteſt excommunicatum ab archidiacono: quia archidiaconus eſt uicarius epiſcopi,

Excõicatũ ab epõ, non abſoluit archiepſ.

epiſcopi, ut extra de offi. archid. c. 1. ſed epiſcopus non eſt archiepiſcopi uicarius. Quid de hoc iuris ſit, dixi 25. diſt. perlectis.

a ¶Irritum.] Id eſt, irritãdum. ſi dicas ꝙ habet iuirſdi ctionem ordinariam prouinciæ. ſed ſi ſtet proprie, tũc erit

eſſet ibi principium capituli, ut dicit Hug. Dicit ergo Beda exponẽs verba Ioãnis, & dicit ꝙ Io. ſcribit illi epiſcopo de cuius manu Ioannes requirebat peccata ſubditorum eius, ut eſſet diligens: ne ſine eius cõſilio de ſuis ſubditis iudicaret, niſi eſſet negligens.

Anſ. l. 3. c. 88.

tropolitanus epiſcopus (niſi quo ad ſuam ſolummodo propriam pertinet parochiam) ſine conſilio, & uoluntate omnium comprouincialium epiſcoporum extra aliquid agere tentauerit; gradus ſui periculo ſubiacebit; & quod egerit, irritum [a] habeatur, & vacuũ. Sed quidquid de prouincialium coepiſcoporum cauſis, eorumq; eccleſiarum, & clericorum; atque ſæcularium neceſſitatibus agere, aut diſponere neceſſe fuerit, hoc cõmuni† conſenſu comprouincialium agatur pontificum; nec aliquo dominationis faſtu, ſed humillima atque con ordi adminiſtratione, ſicut Dominus ait: [Non ueni miniſtrari, ſed miniſtrare & alibi: [Qui maior eſt ueſtrum, erit miniſter ueſter.] Similiter, & ipſi comprouinciales epiſcopi cuncta cum eius cõſilio (niſi quantum ad parochias proprias pertinet) agant, iuxta ſanctorum conſtituta patrum. *& infra.* ¶Vt uno animo, uno ore concorditer ſancta glorificetur Trinitas in ſæcula.

† *al. cum omnium*

Matt. 20.
Matth. 23.

Item Nicolaus Papa Rodulpho Bituricenſi archiepiſcopo.

¶In ſuffraganei parochia nihil abſque eius conſilio metropolitanus agat. C. VIII.

Iuo p. 5. c. 56.
Pann. l. 4. c. 29.

CONqueſtus eſt Apoſtolatui noſtro frater noſter Sigedodus archiepiſcopus [b] Narbonenſis, quòd clericos ſuos eo inuito ad iudicium tuum uenire compellas, & de rebus ad eccleſiã ſuam pertinentibus, eo inconſulto, quaſi iure patriarchatus tui diſponas: cum hoc nec antiquitas (cui patres ſanxerunt reuerentiam) habeat; & auctoritas ſacrorum canonum penitus interdicat: niſi forte pro cauſis, quæ apud ſe terminare non poſſunt, ad te quaſi ad patriarcham ſuum prouocauerint [c]; uel ſi epiſcopus ſuus deceſſerit, res eccleſiæ ſuæ iudicio tuo [d] diſpenſare uoluerint. Primates enim uel patriarchas nihil priuilegij habere præ cæteris epiſcopis, niſi quantũ ſacri canones [e] cõcedunt, & priſca cõſuetudo [f] illis antiquitus contulit, definimus: ita ut ſecundum Nicœnas regulas ſua priuilegia ſeruentur eccleſijs: præterquam ſi Apoſtolica ſedes ali-

b ¶Archiepiſcopus.] Hic patet quod archiepiſcopi ſubſunt primatibus & patriarchis, ut 21. diſtinct. c. 1. & 65. diſtin. de perſona. 17. diſtinct. multis.

Archiepĩ ſubſunt patriarchis.

c ¶Prouocauerint.] Hic patet quod nec archiepiſcopus, nec primas poteſt cognoſcere de cauſis ſubditorum epiſcoporum, niſi per appellationẽ deuoluantur ad ipſum. 11. q. 1. peruenit. & extra de off. delega. cum non ignoretis. Idem dico in legato Papæ, ut dixi 2. q. 6. c. 3. præter hoc caſus eſt alter 12. diſtin. de his. Item cũ 1 abſolutus ab archiepõ non vult parere epiſcopo. extra de of. ord. ad reprimendam. Itẽ cum eſt cauſa inter epiſcopum & clericũ. 11. qõ. 1. ſi clericus. & ſ̃ 6. qõ. 2. cap. 2. & hoc cum epiſcopus eſt reus. ſed ſi eſt actor, non uidetur ꝙ archiepiſcopus ſit iudex rei, ut ext. de off. ord. paſtoralis. Item cum epiſcopus non vult abſoluere excommunicatum, ut extra de appel. qua fronte. Item cum archiepiſcopus prouinciam uiſitat. extra de præſcrip. cum ex officij. ſed illud non dico eſſe generale, niſi ut dixi ſ. ead. quæſt. 2. nullus primas. Item cum euidens eſt ſententiam epiſcopi iniuſtam eſſe. extra de appel. ſolicitudinem.

Archiepŝ de cauſis ſubditorũ epĩ cognoſcere non poteſt.

1 Iſtud, itẽ, reſpicit textũ. nam in iſto caſu & ſequẽtibus archiepŝ ẽ iudex competens.

erit hic argu. ꝙ metropolitanus non habet iuriſdictionem ordinariam totius prouinciæ. Quid iuris ſit de hoc, notaui ſup. c. 2.

CONqueſtus eſt.] CASVS. Archiepiſcopus Narbonẽſis conquerebatur de Rodulpho patriarcha Bituricen. qui erat ſuus patriarcha, ꝙ ipſe compellebat clericos ſuos eo inuito ad ſuum iudiciũ uenire; & res ad ſuam eccleſiam pertinentes eo incõſulto diſponebat. Præcipit ergo ſibi Nicolaus vt de cętero hoc nõ faciat, niſi fuerit ad ipſum appellatũ: vel niſi mortuo epiſcopo clerici uoluerint res eccleſiæ diſpenſari per ipſum: quia primates nil priuilegiꝭ ſuper epiſcopos habẽt, niſi quantũ canones concedunt, uel conſuetudo antiqua: vel niſi Romana eccleſia aliquem uoluerit ſuo priuilegio decorare. [Epiſcopo ſcribit.] hæc ſunt uerba Bedæ. [Ecangelo Epheſi,] &c. ſunt uerba Ioannis. Vñ melius

d ¶Iudicio tuo.] Aliter enim non poteſt. 12. quæſt. 2. non liceat.

e ¶Canones.] Sic 18. q. 2. hoc tantum.

f ¶Conſuetudo.] Ergo ratione conſuetudinis poteſt aliquid peti, ut 18. q. 2. ſeruitiũ. ff. de pub. & vect. licitatio. §. earum. ff. communia prædi. venditor. Argu. contra 10. quæſt. 3. quia. Item ratione diuturnitatis ꝓbatur negatiua: quia aliter non probatur. ff. de proba. ſi arbiter. Itẽ diuturnitas cõſtituit ius. ff. de aqua quo. & æſti. l. hoc iure. §. ductus aquæ. & extra de his quæ fi. à præla. ſi. conſen. c. ea noſcitur. & argu. 3. quęſt. 6. hoc quippe. Item conſuetudo dat iuriſdictionem, ut C. de eman. li. l. ult. & ext. de arb. dilecti. Item conſuetudo dat priuilegium 2, ut hic, & 64. diſtin. quia. Arg. contra. 93. diſtin. illud. 100. diſtin. contra morem. hoc proſecutus ſum ſup. diſt. 8. fruſtra.

Conſuetudo multa tribuit.

2 Aliàs, conſuetudo parificaẽ priuilegio extra de iudi. nouit. ubi de hoc.

a ¶Speciali.] Ergo Papa in totum poteſt auferre priuilegium uni eccleſiæ, & alij concedere. ut 16.q.1. frater noſter.

b ¶Et angelo.] Hæc ſunt verba Ioan. in Apoc. & deberet eſſe initium cap.

h ¶Iniuſte.] Et iuſte. 35.q.9. Gregorius.

ANtiquis.] CASVS. In regulis antiquis fuit conſtitutum, vt ſiue in prouincia remota ſiue in uicina quis appellet in cauſa ciuili uel criminali, nihil debeat innouari antequam cauſa ad Apoſtolicum deferatur, ut

quam eccleſiam, uel ipſius rectorem quolibet ſpeciali [a] priuilegio decreuerit honorare.

Item Beda ſuper Apocalypſim, [& Angelo [b] eccleſiæ Epheſi ſcribe.] Glo.ordi.ad eũ locum Apoc.2.

¶De eodem. C. IX.

EPiſcopo [c] ſcribit, de cuius manu peccata ſubditorum requirit: ne ſine eius conſenſu ſubditos iudicare debeat.

¶*In gloſſa ordinaria ſic legitur*, Et Angelo,] Id eſt epiſcopo ſcribit: de manu cuius peccata ſubditorum requirit, & ſine cuius conſenſu ſubditos iudicare non præſumit ipſe Ioannes.

Sola enim Romana eccleſia ſua auctoritate valet iudicare de omnibus: de ea vero nulli iudicare permittitur.

Vnde Nicolaus Papa ad Michaelem Imperatorem in epiſtola, cuius initium [Propoſueramus.]

¶Apoſtolicæ ſedis iudicium à nemine eſt retractandum. C. X.

PAtet [d] profecto ſedis Apoſtolicæ (cuius auctoritate maior non eſt) iudicium à nemine fore retractãdum: neque cuiquam de eius licere iudicare [e] iudicio: iuxta quod Innocentius [α] [f] Papa Ruffo, & cæteris epiſcopis per Theſſaliam conſtitutis ſcibens ait: [Nemo vmquam Apoſtolico culmini (de cuius iudicio nõ licet retractare) manus obuias audacter intulit [g]: nemo in hoc rebellis extitit, niſi qui de ſe voluit iudicari] & beatus Papa Gelaſius. [Nec de eius iudicio: (id eſt Romanæ eccleſiæ) canones vnquam præceperunt iudicari: ſententiamque illius conſtituerunt non oportere diſſolui: cuius potius ſequenda decreta mandarunt.]

Anſ.l.2. ca.75. Iuo p.5.c.19. Pann.l.4. c.11.

ſ.ead ipſi ſunt §. nec de eius.

¶*Capus hoc apud cæteros etiam collectores, multis verbis omiſſis in ſummam quandam redactum eſt.*

α ¶Innocentius.] *In epiſtola Nicolai, & apud reliquos collectores eſt,* Bonifacius. *Verum neque in Bonifacij, neque in Innocentij epiſtolis inuentum eſt quod hic affertur. In ea vero epiſtola Nicolaus refert etiam alia quadam ex epiſtola Bonifacij ad epiſcopos per Theſſaliam.*

Item Athanaſius patriarcha Papæ Fœlici ſecundo. In tomis conc.

¶Ab alijs damnatos, uel excommunicatos Apoſtolica ſoluit auctoritas. C. XI.

FVit ſemper ueſtræ ſanctæ Apoſtolicæ ſedi licentia iniuſte [h] damnatos, uel excommunicatos poteſtatiue ſua auctoritate reſtituere, & ſua eis omnia reddere, & illos, qui eos condemnauerunt, aut excommunicauerunt, Apoſtolico punire priuilegio: ſicut etiam noſtris, & anterioribus cognouimus actum temporibus. Iuo p.5.c.13.

Item ibidem paulo inferius.

¶De eodem. C. XII.

ANtiquis regulis ſancitum † eſt, ut quid- Iuo ibidem. † al. cenſitum

c EPiſcopo.] Hæc ſũt verba Bedę SOLA. CASVS. Hactenus oſtenſum eſt ꝙ archiepiſcopi & primates ſubiectos ſuffraganeorũ ſuorũ iudicare non poſſunt illis inconſultis, niſi in caſibus conceſſis. ne autem credatur idem eſſe in Papa, dicit nunc aliud eſſe in eo. Sola enim Ro.ecc. poteſt de omnibus iudicare: ſed nullus de ea poteſt iudicare: & ad hoc inducatur. ca. ſeq.

PAtet.] CASVS. Dicitur in hoc c. ꝙ nullus debet tractare vel iudicare de iudicio ſe. Apo. quia firmum debet eſſe quod ipſa iudicat. Et hoc probat Nicolaus duobus exemplis. ſcilicet. Inn. & Gelaſij.

d ¶Patet.] Ab hoc loco uſque in finẽ agitur de excellentia Papæ & omnia cap. quaſi idem dicunt.

e ¶Iudicare.] Nam talis crimen ſacrilegij incurrit, ut 17.q.4.§.qui autem.

f ¶Innocentius.] Familiaris eſt hæc probatio, ꝙ vnus Papa inducit alium in teſtẽ: ſed hoc ideo, quia de ipſorum teſtimonio non eſt dubitandũ 1: ſicut Dominus mala Sodomæ per angelos probauit. 2. quæſt. 1. Deus.

Papa Papã inducit in teſtem.

1 Ad hoc, 8. q.1. talia.

g ¶Intulit.] Qui manus intulit præpoſito vel contumax eſt erga ducem vel præſidem, capite punitur. ff. de re. mi. l. omne. §. 1. & 2. irreuerens miles, & contumelia parentis capite punitur. 86. diſt. non ſatis in fi.

FVit.] CASVS. Dicitur in hoc c. quod ſemper fuit licẽtia ſedi Apo. iniuſte damnatos uel excommunicatos reſtituere; & eos qui iniuſte damnat uel excommunicat punire.

tur, vt per ipſum ſententia confirmetur vel infirmetur. Seq. cap. patet.

a ¶Vt quidquid.] Id eſt, vt ſi appellatur Romam, vel à remotis vel a viciuis partibus: nil attentaretur ante ſententiam Papæ. ſupra, diſt. 17. multis.

b ¶Ne quid [a] (quamuis in remotis, aut in longinquo poſitis prouincijs) ſuper epiſcoporum querelis, aut accuſationibus ageretur, non prius tractandum, vel accipiendum eſſet, quàm ad notitiam almæ ſedis veſtræ fuiſſet deductum, vt huius auctoritate iuxta quod α fuiſſet faciendum, pronunciatio infirmaretur, aut firmaretur.

α ¶Iuxta quod.] *Ivo legit.* iuxt a quod fuiſſet pronunciatio, infirmaretur, aut firmaretur, *In corpore conciliorum*, iuſta quæ fuiſſet pronunciatio, &c.

Silueſter I cõc. Romano, c. 20.

Item Innocentius Papa.

Poly. l. 1. tit. 16. Deuſdedit. p. 3. Anſ. l. 1. c. 19. & l. 4. c. 39. Pann. l. 4. c. 5.

¶Prima ſedes nullius iudicio ſubiaceat. C. XIII.

NEmo [b] iudicabit primam ſedem iuſtitiam temperare deſiderantem β. Neq; enim ab Auguſto, neque ab omni clero, [c] neque à regibus, neque à populo iudex iudicabitur.

¶*In omnibus vetuſtis Gratiani exemplaribus citatur ex Innocentio. Sed fere eadem habentur in concilio Romano ſub Sylueſtro, ca. 20. & ex ipſo citant indicati collectores.*

β ¶Iuſtitiam temperare deſiderantem.] *Sic etiam in Pannormia ex Sylueſtro. Sed in vulgata concilij editione eſt,* quoniã omnes ſedes à prima ſede iuſtitiam deſiderant temperari.

In lib. Ennodij

Item Symmachus Papa.

Poly. ibidem. Anſ. l. 1. c. 24. Iuo p. 5. c. 10. Pann. l. 4. c. 8.

¶De eodem. C. XIIII.

ALiorum hominum cauſas Deus voluit homines terminare; ſed ſedis iſtius præſulis † ſuo ſine quæſtione reſeruauit arbitrio. Voluit B. Petri apoſtoli ſucceſſores cęlo tantum debere innocentiam, & ſubtiliſſimi diſcuſſoris indagini inuiolatam exhibere conſcientiam. Nolite æſtimare eas animas inquiſitionis † non habere formidinẽ [d], quas Deus præ cæteris ſuo reſeruauit examini. Non hẽt apud illum reus de allegationis nitore ſubſidium, quando ipſorum factorum vtitur eo teſte, quo iudice. Dicas forſitan, omnium animarum talis erit in illa diſceptatione cõditio: replicabo [e], vni dictum: [Tu es Petrus, & ſuper hãc petram ædificabo eccleſiam meam; & quæcunq; ſolueris ſuper terram, erunt ſoluta & in cœlis.] Et rurſus ſanctorum [f] voce patet, Pontificum dignitatem ſedis eius[1], factã toto orbe uenerabilem: dum illi, quidquid fidelium eſt vbiq̃e, ſubmittitur: dũ totius corporis caput eſſe deſignatur. De hac mihi videtur dictum per prophetam [g]: [Si hęc humiliatur [h], ad cuius confugietis auxilium? & ubi relinquetis gloriam ueſtram?]

† al. præſulem

† al. de inquiſitoribus

Matth. 16.

Eſa. 10.

1 De iſta hẽ ſ. 32. diſ. §. ecce 2. q. 7. §. de his ẽt. 24. q̃. 1. qua ĩ qua ſignificab:r ſedes Romana.

Item Anterus Papa ad epiſcopos prouinciarum Baitcæ & Toletanæ.

b NEmo.] Niſi ſe alicuius iudicio ſubmittat, vt 2. q. 7. nos ſi. & in cauſa hæreſis. 40. diſt. ſi Papa. & cum ſubmittit ſe confeſſori ſuo, tenetur ei parere: & ligabit eum ſententia illius. Arg. cõtra eſt quod dicitur de dedicatione eccleſiarum, extra de pœn. & remiſ. q̃d autem. Item cum Papa peccat, poteſt eius peccatum etiam eccleſiæ denũciari ſecũdum admonitionem Euangelij, ut ſ. 2. q. 1. ſi peccauerit. hoc determinaui 40. diſt. ſi Papa.

Papa cõfeſſori ſuo parere debet.

c ¶Neque ab omni clero.] Arg. ꝙ concilium non poteſt Papã iudicare, ut extra de ele. ſignificaſti. vnde ſi totus mundus ſentẽtiaret in aliquo negocio contra Papam, videtur ꝙ ſententiæ Papæ ſtandum eſſet, vt 24. q̃. 1. hæc eſt fides. Arg. contra: quia orbis maior eſt vrbe. 93. diſt. legimus.

ALiorũ.] CASVS. Quæſitum fuit à Symmacho vtrum cã ſedis apoſto. poſſit ab homine iudicari. Qui reſpondet dicens ꝙ Deus aliorum cauſas voluit per homines terminari: ſed Romanum Pontificem ſuo examini reſeruauit: apud quem non habebit aliquis de allegatiõis nitore ſubſidiũ: quia idem ſcilicet Deus erit iudex & teſtis. ſed alij omnes à Papa iudicãtur, cui ꝑ Petrum datæ ſunt claues ligandi & ſoluendi: cum ipſe ſit caput omnium, & auxilium omnium, vt dicitur ꝑ Eſaiam prophetam. Seq. duo capit. plana ſunt.

d ¶Formidinem.] Immo ſine venia debet puniri, ſicut diabolus, qui maximus comparatione aliorũ creatus eſt, vt infra de pœn. diſtinct. 2. principium.

Papa delinquẽs dẽt ſine venia puniri.

e ¶Replicabo.] Hoc eſt, dicere, cum ipſe ſit maior omnibus. grauius punitur cum peccat. 11. quæſtio. 3. præcipuè.

f ¶Sanctorum.] Id eſt, in ſanctis cõcilijs confirmantur.

g ¶Prophetã.] Eſaiã.

h ¶Si hæc humiliatur.] De archa ſ fęde

ris loquitur propheta quàm Iudæi ferebant ad bella.

a Facta.] Corrumpunt. ſup. 6. q. 1. ex merito, &c. deteriores.

b Ipſi ſunt canones.] Sicut Imperator eſt lex animata in terris, ut in auth. de conſulibus, in fi. coll. 4.

Cuncta.] CASVS. Hoc c. diuiditur in duas partes. In prima parte dicitur, quod eccleſia Romana de omnibus iudicat; ipſa vero à nemine iudicatur. Item quod ad Papã de omni parte mundi appellatur: ab eo vero nullus appellat. In ſecunda parte dicitur, quod eccleſia Romana ſemper habuit poteſtatem, & habebit quoslibet abſoluere & damnare nulla ſynodo congregata. Secunda pars incipit ibi, [Sed nec illa.] Sequ. c. planum eſt.

c De qualibet.] Ergo à legato appellatur, ut extra de ſen. & re iudic. c. vlt. & extra de of. leg. licet. Sed nunquid à laico appellatur ad Papam? Non, niſi in his quæ ſpectãt ad iuriſdictionem eccleſiæ, ut extra de ap. ſi duobus.

d Nemo.] A principe enim & à ſenatu appellari non ualet, vt ff. à quibus ap. non li. l. 1.

Fratres.] CASVS. Epiſcopi Hiſpaniæ auctoritate regũ quoſdam iniuſte damnauerant, quos Sixtus Papa reſtituit, & præcepit epiſcopis, vt omnia eis integre reddant, niſi ipſi & principes eorum velint ab eccleſia ſeparari.

Nunc

De eodem. C. XV.

Facta ſubditorum iudicantur à nobis: noſtra vero iudicat Deus. *& infra.* ¶Deteriores ſunt qui vitam, moreſque bonorum corrumpunt [a], his, qui ſubſtantias aliorum prædiaque diripiunt. Poly. ibidem. Anſ. l. 1. c. 53. 2. q. 6. q. 1. ca. ex merito, cũ ſeq.

Item Gelaſius Papa ad Fauſtum legatum. Nicolaus ad Michaelem, epiſt. 7.

¶De eodem. C. XVI.

Ipſi ſunt canones [b], qui appellationes totius eccleſię ad huius ſedis examen voluere deferri. Ab ipſa uero nuſquam prorſus appellari debere ſanxerunt: ac per hoc illam de tota eccleſia iudicare; ipſam ad nullius commeare iudicium: nec de eius vnquam præceperunt iudicio iudicari, ſententiamque illius conſtituerunt non oportere diſſolui, cuius potius decreta ſequenda mandarunt. Anſ. l. 2. c. 56. Iuo p. 5. c. 9. 2. e. patet in fi.

Idem omnibus epiſcopis. In epi. ad epõs per Dardaniã conſtitutos.

¶De eodem. C. XVII.

Cuncta per mundum nouit eccleſia, quòd ſacroſancta Romana eccleſia fas de omnibus habeat iudicandi: neque cuiquam de eius liceat iudicare iudicio. Si quidem ad illam de qualibet [c] mundi parte appellandum eſt: ab illa autem nemo [d] eſt appellare permiſſus. ¶Sed nec illa præterimus, quòd Apoſtolica ſedes ſine vlla ſynodo præcedente: & ſoluendi, quos ſynodus inique dãnauerat, & damnandi, nulla exiſtente ſynodo quos opportuit, habuit facultatem: & hoc nimirum pro ſuo principiatu, quẽ beatus Petrus apoſtolus Domini uoce & tenuit ſemper, & tenebit. Poly. l. 1. tit. 8. Anſ. l. 1. c. 47 & l. 2. c. 16. & 24. Pann. l. 4. c. 9.

¶Omnia, quæ in hoc capite leguntur, habentur in epiſtola Gelaſij ad epiſcopos per Dardaniam ſed non eodem ordine compoſita. Caput autem ſequens, in quo multa huius ipſius capitis verba continẽtur, in eadem epiſtola eodem prorſus modo habetur. Itaque fieri poteſt, vt ex alia epiſtola caput hoc ſumptum ſit, quæ non extet: aut Gratianus hæc duo tanquam diuerſa capitula referat, quòd apud antiquiores etiam collectores diſtincta repererit. in epiſtola etiam Nicolai ad epiſcopos Galliæ, quæ nuper eſt impreſſa in appendice bibliothecæ, hoc citatur ex Gelaſio.

Idem epiſcopis per Dardaniam conſtitutis.

¶De eodem. C. XVIII.

Cuncta per mundum nouit eccleſia, quoniam quorumlibet ſententijs ligata Pontificum, ſedes beati Petri apoſtoli ius habeat reſoluendi; utpote, quæ de omni eccleſia fas habeat iudicandi, &c.

Item Xixtus Papa ſecundus Hiſpanorum epiſcopis, epiſtola ſecunda, c. 4.

¶De eodem. C. XIX.

Fratres, quos timore terreno iniuſte damnaſtis, ſcitote à nobis iuſte eſſe reſtitutos: quibus ex ſancti Petri & Apoſtolica auctoritate omnia, quæ eis ablata ſunt, integerrime reddi præcipimus, ſi non uultis & uos, & principes veſtri à collegio noſtro, & membris eccleſiæ ſeparari. Anſ. l. 2. c. 25. Poly. l. 1 titu. 8. Burc. l. 1. c. 192. Iuo p. 5. c. 247.

Item Stephanus epiſcopus Gualberto Patriarchæ.

NVnc vero.] CASVS. Gualbertus patriarcha antiſtitem Cumẽſis eccleſiæ cõſecrare nolebat. ſed Stephanus ſcripſit ei ut eũ cõſecraret, & quia eum adhuc non conſecrabat, iterum ſcribit ei præcipiens ut eum debeat conſecrare: & ſi non fecerit dicit ꝙ ſi Romam venerit, conſecrabit eum.

a ¶Priuilegium.] Reſcriptum Apoſtolicum ſic interpretaberis, ut nulli afferat præiudicium, ut hic, & extra de conſue. cum olim. in fi. 63. diſt. quanto. ſic 99. diſt. ecce. C. de eman. nec auus ſ.

PEr principalem.] CASVS. Dicitur in hoc c. ꝙ Apoſtolicus habet poteſtatem de qualibet parte mũdi monachos vel clericos ſęculares ad ſe vocare & opportunitatibus exigentibus inuitare ad ordinẽ, vel dignitatem, vel officium aliquod.

b ¶Per principalem.] Hoc c. eſt ſ. 1. q. 1. c. per principalem, poſt principium.

c ¶Ad nos.] Sicut Papa priuat aliquem clerico ſuo, eadem ratione poteſt Imperator aliquem priuare ſeruo ſuo, C. q. ex cau. ſerui. ꝓ præ. liber. accipi. l. 1. Item alicui põt rẽ ſuam auferre, ut C. de quadr. præ. bene. Similiter auferre põt & Papa beneficium. 19. diſt. in memoriã. Item põt alicui auferre ius præſentandi, ẽt legatus Papæ, ut extra de offic. leg. dilectus. & extra de conceſſ. pręben. & ec. non vacan. quia diuerſitatem. & epiſcopum deponere. Sed nunquid omnes ſimul? Non, quia ſic uniuerſalem eccleſiam turbaret, quod eſſe non debet. 1. quæſtio. 7. & ſi illa.

Beneficiũ poteſt auferre Papa.

¶Cuiuſlibet eccleſiæ clericos Papa valet ordinare. C. XX.

Anſ. l. 6. c. 31. Iuo par. 5. c. 13.

NVnc vero iterato tibi ſcribimus, nolentes alicuius eccleſię priuilegiũ [a] infringere, licet Apoſtolica prerogatiua poſſimus de qualibet eccleſia clericũ ordinare: deſine iam cuiuſpiam zelo Cumenſis [α] eccleſię antiſtitẽ protelare: quia ſi protelaueris, & eum conſecrare iam toties monitus non maturaueris; proculdubio ad nos veniens, conſecratus abibit.

α ¶Cumenſis.] *Sic etiam Anſelmus, ſed apud Iuonem plenius,* Deſine iam cuiuſpiam zelo electum à clero, & expetitum à populo Lintuardum Cumẽſ eccleſiæ antiſtitem protelare.

Item Nicolaus Papa Michaeli Imperatori in epiſtola, cuius initium [Propoſueramus.]

¶De eodem. C. XXI.

ſ. 1. q. 1. Anſ. l. 1. c. 72. & l. 2. c. 14.

PEr principalem [b] Beatorũ Apoſtolorum Petri & Pauli, de qua ſupra partim expoſuimus, poteſtatem, ius habemus, non ſolum monachos, verum etiam quoſlibet clericos de quacunque diœceſi, cum neceſſe fuerit, ad nos [c] conuocare: atque eccleſiaſticis exigentibus opportunitatibus inuitare.

Sed aliud eſt, quod ex temeritate aſſumitur præſumptionis: aliud quod ex neceſſitate geritur charitatis. Cum ſuffraganei archiepiſcoporũ ſubditis ſuis ad malum fauere cœperit, atque circa eorum correctiones, negligentes [d] extiterint; tunc licet metropolitanis præter illorum voluntatem; & ligandos damnare, & reconciliandos abſoluere. Cum vero epiſcopi zelo diuinæ charitatis accenſi, bonos verbo & exemplo ædificant, & malorum vitia aſpera increpatione redarguunt: abſq; talium conſilio non licet metropolitanis in eorũ parochia aliquid agere, uel diſponere. Vnde in fine capituli Martini Papæ non ſimpliciter dictum eſt [nihil agat.] ſed cum determinatione, [nil præſumptiue aſſumat abſq; eorum conſilio,] vt vitium præſumptionis uideatur improbatum, non officium charitatis. Sic & Apoſtolus, quia Corinthios uidit negligenter circa correctionem fornicatoris, ſua auctoritate illum damnauit. Ioannes vero, quia epiſcopum Epheſiorum vidit paratum ad corrigenda uitia ſubditorũ, ſine eius auctoritate illos corrigere noluit: ſed illum tantum de eorum correctione admonuit.

ſ. ead. per ſingulas 1.

ſ. cũ ſimus §. probatur.

ſ. epiſcopi.

SED ALIVD CASVS. Supra probauit Gratia. quod archiepiſcopus poteſt iudicare parochianum ſui ſuffraganei eo inconſulto: poſtea probauit contrarium. Nũc autem ſoluit dicens, quòd quando ſuffraganei fauẽt ſubditis ſuis ad malum, & circa eos ſunt negligentes in corrigendo, poteſt tunc archiepiſcopus ſoluere uel ligare inuitis ſuffraganeis. quando vero ſunt ſoliciti circa ſubiectos, non poteſt tunc eis inconſultis. Et hanc ſolutionem probat auctoritate Martini & duobus exemplis, ſcilicet Pauli & Ioan.

d ¶Neglıgẽtes.] Magiſter dicit, quòd quã cito negligens eſt pręlatus in corrigendo, ſine omni admonitione auferetur ei iudicium 2. vel iuriſdictio ſic ſupra ead. cum ſimus. ſic extra de acc. ſicut olim. & ex eo ꝙ non vult iudex procedere, videtur quòd ſtatim expirauit ſua poteſtas. ut extra de offic. deleg. cum ſuper. & C. de appe. ex eo. & C. de offic. præfec. orien. ſi quos. & extra de foro compet. ex tranſmiſſa. Argu. contra ſupra ead. nunc vero. & extra de ſtat. mona. in ſingulis.

Prælato negligenti auferatur iuriſdictio.

2 Sed H. ſtelligit poſt admonitionẽ.

1 Ad idem 85. diſt. c. 1. in fi. ubi de hoc. & 25. q. 2. ſeruatis. in prin. ibi uideas.

CAVSA DECIMA.

QVidam laicus [a] baſilicam à ſe factã à diœceſana lege ſegregare quærit: epiſcopus eccleſiam cum omni dote ſua ad ſuam diſpoſitionem pertinere contendit: tandem euincit epiſcopus, & per parochias militibus comitatus crudeliter deſæuit: quæ eccleſiæ ſunt, tanquam ſibi debita, vſurpare contendit.

1 Modo primum quæritur, an baſilica cum omni dote ſua ad epiſcopi ordinationem pertineat.

2 Secundo an res eccleſiarum epiſcopis vſurpare liceat.

3 Tertio, quid nomine cathedratici à ſuis ſacerdotibus exigere valeat.

QVAESTIO PRIMA.

DE prima quæſtione ſic definitur in concilio Ilerdenſi, c.3.

¶Baſilica, quæ conſecratur, à diœceſana lege non ſegregatur. C. I.

SI ex laicis quiſpiam à ſe factam baſilicam conſecrari deſiderat; nequaquam eam ſub monaſterij [b] ſpecie vbi cõgregatio [c] nõ colligit[a]; à diœceſana lege audeat ſegregare.

a ¶Colligitur.] *In concilio impreſſo, ac manuſcripto ſequitur.* uel regula ab epiſcopo non conſtituitur.

Et I Vormaciẽ. c. 6. & 55. & in Mogũtino ſub Arnulpho, c.4. In Troſl.c.6. Burch.l.3.c.20. Iuo p.3.c.23. Pann.l.2.c.12.

Item ex concilio Toletano 3.c.19.

¶Eccleſiæ cum dotibus ſuis in epiſcopi poteſtate conſiſtant. C. II.

SIc, quidam contra omnem † auctoritatem eccleſias,

† *al. canonum*

QVidam laicus.] CASVS. In ſuperiori cauſa dictum eſt quid iuris habet archiep̃s ſup̃ ſuffraganeis ſuis. Nunc vero ſupponit x. cauſam, in qua oſtendit Gratia quid iuris hẽat ep̃s in eccleſijs ſui ep̃atus. Et vt hoc cõpetentius agat, proponit thema, de quo tres elicit q̃ſtiones.

Lex diœceſana & iuriſdictionis in quibus conſiſtunt.

a ¶Quidam laicus.] Lex diœceſana conſiſtit in recipiendo vel cathedraticum, uel tertiam partem decimarum, vel quartam, uel hoſpitium. Lex iuriſdictionis conſiſtit in conferendo, poteſt enim conferre ſacramenta, coercere delicta, de cauſis cognoſcere. Quandoque lex diœceſana comprehẽdit etiam legem iuriſdictionis, ut extra de præſcri. auditis quantum ad legem iuriſdictionis ſubſunt epiſcopo & eccleſiæ, & monaſteria omnia. 18.q.2.hoc tantum.& c.monaſteria.& c.cognouimus.& 16. q.1. interdicimus. quantum ad legem diœceſanam ſolę ſęculares, ut infra eo de his, & c.antiquos.2.q.2.ſtatuimus. ſed regulares eccleſiæ uel monaſteria non, ut hic.& c.2.& 16.q.1. cum pro utilitate.& 18.q.2.q̃ ſit neceſſarium. cathedraticum.n. non ſoluunt. infra ea q.3. inter cætera. nec partem decimarum. 16.q.1.cum pro utilitate c.queſti.&c.decimas. nec epiſcopũ ad miſſas publicas recipiũt. 18.q.2.luminoſo.& c. dudũ. p̃ſtant tñ ſeruitium ep̃o. uel ex prima inſtitutione, ut 18.q.2.Eleutherius.uel ẽt rõne uiſitationis, ut extra de pręſcr.cũ ex officij.vel qđ debetur ex conſuetudine, ut 18.q.2.ſeruitium. Capellæ vero monachorum ſubſunt epiſcopo quantum ad vtramq; legem.16.q.2.ſanè.& extra de priu.cum & plãtare. in eccleſijs. niſi pleno iure fuerint monaſterijs collatæ. ſed de hoc dicemus 16.q.2.in prin.

DE prima quæſtione.] Hæc q. diuiditur in 4. partes, in quarum prima probat magiſter per 2. aucto. ꝙ eccleſia cum omnibus ſuis rebus debet eſſe ſub poteſtate epiſcopi; & de reb. eccleſiæ, ſ. decimis, & primitijs, & de talibus debet epiſcopus habere tertiam uel quartã, vel mediam ſecundum diuerſas conſuetudines. Secũda ibi, [Si autem.] Tertia ibi, [Viſitantes.] Quarta ibi, [Quia ſacerdos.] Ioan. de Fan.

CASVS. Hic intitulatur prima quæſtio, in qua quarit, an eccleſia cum omni dote ſua pertineat ad diſpoſitionem epiſcopi. Et eſt dicendum, ꝙ omnes eccleſiæ præter monaſteria ſubſunt epiſcopo quo ad legem diœceſanam, & quo ad legem iuriſdictionis, ut inf ea.q. ferè p̃ totũ. & 16.q.7.omnes baſilicæ, ſed monaſteria exempta ſunt à lege diœceſana, ut inf. ea.c.1.& q.3.inter.& 16.q.1.cũ pro vtilitate.& hoc in fauorẽ religionis. ſed nõ ſunt exẽpta à lege iuriſdictionis, vt 16.q.1. interdicimus. Idem eſt de capellis monaſteriorum. Eſt autẽ lex diœceſana, qua ep̃s recipit [1] cathedraticum ſ. tertiã ſ.vel quartam partem decimationum ſecũdum diuerſas conſuetudines. & qua vocat clericos ad ſynodum vel exequias. Lex iuriſdictionis eſt qua ep̃s põt clericos ordinare, altaria & eccleſias & virgines cõſecrare, corrigere, ſuſpẽdere, cognoſcere de cauſis ciuilibus & criminalibus, & generaliter ad ſuam iuriſdictionem pertinet omnia ſacramenta conferre.

α ¶Aut in epiſcopi ſui]*In concilio Matiſconenſi legitur,*aut in epiſcopi ſui,aut in presbyteri,aut in archidiaconi præſentia finiatur *verum in prima collectione Deretalium Bernardi, tit de foro competenti,c.2.caput hoc refertur eodem modo atq; in hac palea.*

Item Marcellinus β epiſt.2.ad epiſcopos Orientales.

β ¶Item Marcellinus.] *In vulgatis citabatur ex Bonifacio ad epiſcopos Galliæ,ſed in aliquot uetuſtis legitur,* Marcel. *Eſt enim hoc caput in ſecunda epiſtola Marcellini, & ipſi tribuit Iuo: ſequens autem eſt,quod in vetuſtis Gratiani exemplaribus,et à Burchardo & Iuone citatur ex Bonifacio ad epiſcopos Galliæ;ut ibi etiam dicetur.*

¶De eodem. PALEA. C. VII.

QVæcunq; contentiones inter Chriſtianos ortæ fuerint, ad eccleſiam deferantur, & ab eccleſiaſticis viris terminentur. Et ſi obedire γ noluerint, quouſque obediant, à liminibus eccleſiæ excludantur. Burc.l.3.c.139. Iuo p.3. c.205.

γ ¶Et ſi obedire.] *Hinc uſque ad finem non leguntur in ipſa epiſtola;ſunt tamen apud Burchardum & Iuonem.*

Item Bonifacius ad epiſcopos Galliæ.

¶*Hoc adſcribebatur Marcello,ſed ut dictum eſt in proxima ſuperiore notatione,in uetuſtis codicibus Gratiani, & apud Burchardum,& Iuonem parte 5.c.278.tribuitur Bonifacio: & ſic eſt mutatum. Fere eadem habentur apud Iulianum anteceſſorem nouel. 123.c.10.quod in alijs,quæ nomine Bonifacij citantur, ſolet euenire. Et Iuo eadem parte,c.369 hoc ipſum caput citat ex libro conſtitutionum,additis nonnullis uerbis,quæ ſunt apud Iulianum.*

¶Neque pro ciuili, neque pro criminali cauſa epiſcopus apud ciuilem iudicem producatur. C. VIII.

iij NVllus epiſcopus neque pro ciuili, neq; pro criminali cauſa apud quēuis iudicem ſiue ciuilem,ſiue militarem producatur,uel exhibeatur [a]. Magiſtratus enim,qui hoc iubere auſus fuerit, amiſsionis cinguli [b] condemnatione plectetur. Authen. nullus eps. Co.de epiſcopis, & clericis. Burc.l.1.c.168. Iuo p.5.c. 278. & 369.

Item Syluester Papa in ſynodo Romana,c.14.

¶Quilibet clericus non eſt in publico examinandus. C. IX. † al etiam

TEſtimonium clerici aduerſus laicum nemo recipiat [c]: nemo enim† clericum quemlibet in publico [d] examinare prçſumat,niſi in eccleſia. Burc.l.2. c.204. Iuo p 6.c.278. Pann.l.4.c.19.

¶*In ſynodo Romana ſub Syluestro c.14.& in Pannormia legitur eodem modo atq; apud Gratianum,ac propterea nihil eſt mutatum Verum in epilogo eiuſdem concilij habetur,* Teſtimoniū laici aduerſus clericū nemo recipiat.*Et eodē modo legitur in capitulis*

NVllus eps.] CASVS. Statuit Bonifacius Papa:ut nullus epiſcopus producat in ciuili vel criminali cauſa ad ciuilem iudicem uel militarem. ſi vero iudex hoc iubere audeat, amittet omnia bona ſua, & à dignitate repelletur ſiue deponetur. Quæ autem ſequuntur, plena ſunt vſque ibi,[Epiſcopus non flagitetur. Honore,] id eſt, iure prætorio: uel honore iudicis, uel litigatoris,[Excepta,] id eſt, priuilegiata, uel excepta ab hac neceſſitate per leges.

Citatio nulla nō arctat citatum.

a ¶Vel exhibeatur.] Sed nunquid tenetur venire, & allegare forum, ut extra de app. cum parati? non:quia citatio nulla eſt. Nam vbi quis citari nō poteſt uel ratione perſonę,vel ratione temporis uel cauſæ: non tenetur uenire, ut nota ui 3 q.2.ſi epiſcopus. & q.1.c.2.& ff.de fer. l.1.

b ¶Cinguli.] Nota ꝙ eccleſiaſticus iudex priuat etiam laicum ſua dignitate,ut 32.qō.5.pceptū.in fi.

TEſtimonium.] c ¶Recipiat.]In cauſa criminali,ut extra de teſti. de cætero.

d ¶In publico.] Scilicet foro i. ſæculari: ne ſit contra diſt. 23. c.illud ꝫ.15.q.5.c.1.

1 Præcipuè; cū iſta c.de ſe expurgāte loquanē, hæc ſūt de teſte loquūtur. Arch.

a ¶Nec

a ¶Nec honore.] Id eſt, iure prætorio.
b. ¶Ad teſtimonium.] à iudice ſæculari.
c. ¶Excepta.] Ab hac neceſſitate.
d. ¶Iureiurando.] Hæc ſunt verba Gratiani: nec dicit uerũ, nam epiſcopi bene tenentur iurare, ut 2. quæſt. 4. nullam.

de ſuis miniſtris ad epiſcopum, vt propoſitis ſacroſanctis Euangelijs dicat veritatem prout nouerit. ſecundum quod decet ſacerdotes. Et à principio uſque ibi, [Sed iudex.] verba ſunt Gratiani: qui credidit ꝙ epiſcopus non debet iurare. ſed certe iurat, ſed librũ non tangit manibus: ſed manibus extẽſis ſup librum iurat; ſicut feci fieri in cauſa patriarchæ Graden. & epiſcopi Venetorum, qui iurauerunt de ueritate dicenda: in qua aſſeſſor fui.

Hadriani, c. 72. in concilio Triburienſi, c. 4. & ex ipſo apud Burchardum & Iuonem.

Tit. 3. le. 7. & in cod. Theodoſ libro 11. tit. 39. Ibidem.

Item codicis lib. primo, titulo de epiſcopis & clericis Imperator Theodoſius: [*Nec honore* [a], *nec legibus epiſcopus ad teſtimonium dicendum flagitetur.*] ¶*Item dixit. Epiſcopum ad teſtimonium* [b] *dicẽdum admitti non decet. Nam & perſona dehonoratur* †, *& dignitas ſacerdotis excepta* † [c] *confunditur.*]

† *al. inhonoratur* † *al. exempta*

Nouella conſtitutio.

Nouella 123 §. præterea nulli] apud Iulianũ nouel. 123. c. 9. Iuo p. 5. c. 369. Aut. ſed iudex cod. de epiſc. & clericis.

[*Epiſcopus non flagitetur ad teſtimonium iureiurando* a [d], *ſed Euangelijs tantum coram poſitis.*] ¶*Item:* [*Sed iudex mittat* [e] *ad eum ex ſuis miniſtris vt propoſitis ſacroſanctis Euangeliis, ſecundum quid decet ſacerdotes, dicat quæ nouerit.*]

a ¶Iureiurando.] *Dictio hæc non eſt in nouella. Et uerba Græca, quæ ad hoc faciũt ſunt hæc:* οὐδενὶ δὲ τῶν ἀρχόντον ἐξέϛαι τοὺς θεοφιλεϛάτους ἐπισκόπους ἀναγκάζειν εἰς δικαϛήριον παραγγέλεσθαι ἐπὶ τῷ νεῖμαι μαρτυρίαν, *id eſt*, Præterea nulli magiſtratum licebit Dei amantiſſimos epiſcopos cogere, ut præbendi teſtimonii cauſa in ius prodeant.

Item Silueſter in epilogo concilij Romani.

¶Clericus ad ciuilem iudicem clericum perducens anathema ſit. C. X.

SI quis clericus accuſans clericum in curiam introierit, anathema ſit.

Subaudiendum eſt, ſi publicorum iudiciorum cognitionem petierit: epiſcopale namque iudicium nihil obeſt ab Imperatore poſtulare.

In Mileuitano c. 19. & I Afric. c. 71.

¶*In antiquis etiam codicibus citatur Carthaginenſe octauum. quo nomine refertur ſignificari concilium Mileuitanum, in quo caput hoc extat c. 19.*

¶Proprio priuetur honore publici iudicij cognitionem ab Imperatore poſtulans. C. XI.

PLacuit, ut quicumque ab Imperatore cognitionem publicorum iudiciorum petierit [f], honore proprio priuetur. Si autem epiſcopale [g] iudicium ab Imperatore poſtulauerit, nihil ei obſit.

Sic & ſequentes [h] *auctoritates intelligendæ ſunt, quibus clericorum cauſas non niſi clerici cognoſcere iubentur.*

Vnde Gelaſius Papa ſcribit Ezechiæ † *comiti.*

† *al. Zeia*

¶A ſæculari iudice clericus non eſt audiendus. C. XII.

CHriſtianis gratum ſemper debet eſſe quod ab eorum poſcitur dignitate præſtandum: quia Deo ſeruien-

e ¶Iudex mittat.] Extra, de teſti. qui teſtiũ. ſt de iureiur. ad perſonas,

PLacuit.] CASVS. Dicitur hic, ꝙ ſi aliquis ingreditur ad Imperatorem ut ibi contra aliquem clericum cauſam tractet criminalem, deponi debet: ſi uero rogat Imperatorem ut ſcribat epiſcopo ꝙ ibi iuſtitiam ſeruet, non punitur.

f ¶Petierit.] Ergo ex ſola correctione libelli perdit quis cauſã 1 & ſic eſt contra. ff. de in ius uo. ſi libertas. & ff. rem ra. ha. l. amplius. ubi habes ꝙ nõ incidit in pœnã ſi deſiſtat ab agendo. Sic ergo uidetur ꝙ quandoque confugitur ad ſæcularem iudicem propter deſidiam eccleſiaſtici iudicis, ut 16. q. 7. filius. ſicut ecõuerſo recurritur ad eccleſiaſticum iudicem à ſæculari, vt inf. 23. q. ult. ſæpe. & c. his. & c. ſi vobis. & extra de foro comp. licet. & c. ex tranſmiſſa. ſed non eſt hoc uerum, ut extra de iudic. qualiter. in fine.

1 Quod pcedit non bñ colligit̃ ex textu, licet dicat ꝙ priuet̃ honore: & fm hoc nõ ob. qđ ſequit̃.

Iudice eccleſiaſtico negligente non recurrit̃ ad ſæcularem.

g ¶Epiſcopale.] In his quæ ſpectant ad iudicium Imperatoris, ut extra de foro compe. verum. Vel intellige quod Imperator rogat epiſcopum cognoſcere de cauſa.

SIC ET SEQVENTES. CASVS. Superiores auctoritates prohibent clericum ante iudicem ſæcularẽ protrahendum, ſic & ſequentes auctoritates ſunt intelligendæ.

h ¶Sic & ſequẽtes.] Id eſt ſicut præmiſſæ auctoritates dicunt, quòd non niſi coram clericis ſint conueniendi clerici, ſic, &c.

CHriſtianis.] CASVS. Hoc c. & ſequens de eadem materia loquunt̃. Quidã manumiſit duos ſeruos ſcilicet

4. nullam. & 3. quæſt. 9. hortamur. ſed hoc eſt priuilegium eius, quod non tangit Euangelium, ſed tantum à longe manus eleuat verſus ipſum, uidetur tamen ꝙ ſecũdum canones tenetur tangere Euangelium, ut 1. q. 7. quoties. Ioan. Quod non debeat tangere, hodie determinatur extra de iur. calu. c. vlt. B.

Epiſcopus iurans non tenetur ſacra tãgere.

EPISCOPVS NON FLAGITETVR. CASVS. Statuit Iuſtinianus in hoc cap. ut iudex mittat aliquẽ

ſcilicet Fauſtinianum & Silueſtrum in pueritia ſua, & eo uiuente facti ſunt clerici, poſt mortem cuius manumiſſoris Theodora & filij ſui conabantur trahere illos ante iudicem ſæcularem per archidiconum Grumentinum, qui hoc à rege impetrauerat, ut in ſeruitutem redigerentur, ſuper quo cum conqueſti fuiſſent, præcepit Pa. Ezec comiti in hoc c. Chriſtianis. ut ſi aduerſarij eorum ad iudices delegatos à Pa. venire cōtempſerint, eos à violētia tueatur. [Depenſo.] Id eſt, trāſmiſſo. In ca. ſequenti delegat cauſam Criſpino & Sabino epiſcopis, narrando eis totum factum, & præcepit eis, ut citent ad ſuum iudicium quiſquis illos uoluerit cōuenire.] Per eorum abſentiam.] Id eſt, dū eſſent abſentes. [Moderatoris.] id eſt, iudicis ſęcularis. Promiſit iſte archidiaconus ꝙ ipſi ſtarent iudicio ſæculari. [Calcatis.] id eſt, ſpreto iure eccleſiaſtico & humano.

gitima, vt C. de fideicom. authen. amplius. & forte lex præualet in hoc caſu huic canoni. Inn. tamen idem dicit quod hic dicitur. extra de vot. & vo. redem. licet in fi. unde poteſt dici ꝙ canon iſte corrigat authenticam. f ¶In veſtro.] Auctoritate enim epiſcopi uoluntas defuncto-

functo-

tius beneficium negare non conuenit. Silueſter itaque atque Fauſtinianus, qui ſe à cunabulis clericos confitentur, à Theodora ſe opprimi per uiolentiam conqueruntur: quia dicunt ſe ingenuos, atque Deo auctore, priſtinæ conditionis nexibus abſolutos, in ſortem deterrimæ iterum ſeruitutis addici, & per auctoritatem regiam contra leges publicas, cum clericali cingulo tenerentur adſtricti per archidiaconum vrbis Grumentinæ eſſe conuentos; cum conſtet eum, qui cæleſtem militem [a] pulſat, non niſi eius forum debere ſectari. Et ideo dilecte fili diſpenſo ſalutationis affatu, ſupradictos clericos tibi commendo, ut ſi ad delegatorum iudicium, eorum aduerſarij † venire contempſerint [b], ſublimitatis tuæ tuitione vallentur: ne quid illis, aut ſurreptio, aut inimica legibus uiolentia neceſſitatis imponat: quia, qui iudicium refugit [c], apparet eum de iuſtitia diffiſum.

§. ead. Silueſter

† al. aduerſarius uenire contempſerit

Idem Criſpino †, & Sabino epiſcopis.

† al. Criſpo

¶Non niſi ad epiſcoporum iudicium clericus vocetur. C. XIII.

Iuo p. 6. c. 108.

SIlueſter, & Fauſtinianus eccleſiæ Grumentinæ clerici lacrymoſa nobis inſinuatione conqueſti ſunt, libertatē ſibi domini ſui benignitate conceſſam, hæredum eius oppreſſione pulſari, ſibique in clericatus officio pene à cunabulis ſeruientibus, etiam manumiſſore uiuente [d] in eodem actu nihilo minus cōſtitutis, diuinis miniſterijs † impendere ſeruitium non licere, cum (ſi petitionem ueritas ſubſequatur) contra patris [e], & auctoris ſui factum uenientibus vt indignis, hęreditas legibus auferatur: nec eis liceat hæreditatem capientibus contra auctoris ſui proſilire iudicium. Et ideo, fratres chariſſimi, quoniam ſe etiam ab archidiacono dictæ eccleſię queruntur oppreſſos, qui per eorum abſentiam moderatoris iudicium promiſit eos eſſe ſecuturos, calcatis omnibus [rationibus †, & contra leges diuinas, & publicas pulſatis, forum ſuum putauit auferri; in ueſtro [f] iudicio, quiſquis ille eſt qui clericum laceſſit, adueniat: ut eccleſiæ iura, quæ uetuſti principes aſſidua ſanctione firmauerunt, impetitis clericis non negentur.

† al. myſterijs

§. ead. Chriſtianis.

† abeſt à multis

Item Alexander omnibus orthodoxis per diuerſas prouincias Chriſto Domino famulantibus, epiſt. 1. c. 1.

¶Ante iudicem ciuilem ſacerdotes non accuſentur. C. XIIII.

REl atum eſt ad huius ſanctæ & Apoſtolicę ſedis apicem (cui ſummarum diſpoſitiones cauſarum, & om-

Poly. l. 1 tit. 2.

a ¶Cęleſtem militē.] Clerici enim milites Chriſti ſunt 1. 23. qō. ulti. reprehenſibile. b ¶Contempſerint.] ſi non ueniunt ad iudicium illi actores, in optione rei eſt an uelit ut circumducatur edictum, vel quòd admittantur probationes 2 ſuæ. ſed iudex auditis ꝓbationibus ſuis non pronunciabit eum liberum, ſed ſeruum illius non eſſe, niſi euidentiſſimas probationes habeat, vt ff. de li. cau. diui fratres. uel iudex poteſt imponere actoribus perpetuum ſilētium. C. de ing. ma. l. diffamari. c ¶Refugit] Sic 74. diſt. in honoratus. & 3. quæſt. 9. decreuimus. d SIlueſter.] ¶Viuente.] Hoc multum facit pro eis cum pater eos non reuocauit, ut filij non poſſint reuocare, ut ff. de prob. Procula. e ¶Patris.] Secūdum legem antiquam hæres qui non adimplebat volūtatem defuncti, omni ſucceſſione priuabatur. C. de fideic. l. ult. hodie autē hoc tenet in extraneo hærede; ſed ſi filius inſtitutus hęres non implet uoluntatem defuncti, priuetur ſucceſſione, relicta tamē ſibi le

1 Vel eccleſiæ. 50 diſt. clericum.

2 Quibus ſe probarēt ingenuos. ff. de li. cau. ordinata. ſecundū L.

Hæres nō adimplens defuncti volūtatem qualiter puniatur.

functorū mandaṫ executioni. ex de teſta. ſi hęredes §.

REl atum.] CASVS. Apoſtolus præcepit cauſas Chriſtianorum ad eccleſias deferri: ſed relatum fuit ad Apoſtolicam ſedem, ꝙ quidā æmuli Chriſti, & inſidiatores ec-

3 Vbi de hoc intelligunt ꝙ dā hoc tm̄ in relictis ad pias cauſas, vt patet in eo quod legi. & not. extra eo. ti. c. tua. verſi. cum igiṫ & c. nos ꝙ dē. in fi. Arch.

ſores eccleſiæ ſacerdotes apud ſæculares iudices accu-ſabant, quare etiam Papa ſcripſit omnibus Chriſtianis, quòd tales accuſatores præuaricantur in Deum, & nõ obediunt præcepis eius.

a ¶Chriſtianorum.] Hoc obtinuit ſecundum primitiuum

nium negotia eccleſiarum ab ipſo Domino tradita ſunt, quaſi ad caput ipſo dicente principi apoſtolorum Petro: [Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo eccleſiam meam.]) quòd quidam æmuli Chriſti, eiuſque ſanctæ eccleſiæ inſidiatores, ſacerdotes Dei ad iudices publicos accuſare prǽſumant: cum magis Apoſtolus Chriſtianorum [a] cauſas ad eccleſias deferri, & ibidem terminari præcipiat. Taliter præuaricantes præuaricati ſunt in Deũ ſuum, & non obediunt præceptis eius.

Matth. 16.
1. Cor. 6.

Item Pelagius Benegeſto Defenſori.

¶Actor rei forum ſequatur. C. XV.

EXperientiæ tuæ præſenti auctoritate mandamus, ut in caſis, in quibus quælibet eccleſiaſtici officij perſona loco petitoris exiſtit, quemquam laicum pulſatura apud ſuæ prouinciæ iudicem ſuas proponere actiones non deſerat †. In ijs vero negotijs, in quibus eccleſiaſtici officij perſona pulſatur, totius ſubmoto pulſationis obſtaculo, ad epiſcopi, vel presbyterorum [b] in loco, vbi quæſtio uertitur, conſtitutorum occurat indifferenter examen.

† Tex eſt, p hoc in l. 1. & l. in crimi nali. C. de iuriſd. om. iud. & l. fin. C. ubi in rẽ act. nõ deć.

Item † Sergio cancellario.

† al. Idem

¶De eodem. C. XVI.

SI quiſquam clericus, ſiue inferioris, ſiue potioris gradus petitor exiſtat, & contra laicam perſonam ſuas dirigat actiones; iſte modis omnibus non alibi, quàm apud prouinciæ iudicem negotium ſuum dicturus occurrat. Si quis autem laicus clericum cuiuſcumque gradus duxerit eſſe pulſandum, ad epiſcoporum iudicium in eadem ciuitate, vel territorio conſtitutorum proponat eas, quas ſe habere exiſtimat, actiones. Quem ordinem legibus per omnia conuenientem, atque conſentaneum demonſtrari illa regula [c] manifeſtat, quæ præcepit actorem forum ſemper ſequi pulſati. Clericis vero pulſatis in epiſcopali iudicio forum competere, principalium quoque ſanctionum deſignat auctoritas.

ꝶ. 3. q. 6. neminem.

Item ex concilio Agathenſi, c. 32. legitur.

¶Epiſcopo non permittente apud ſæcularem iudicem clericus pulſari non debet. C. XVII.

ij CLericum nullus præſumat apud ſæcularem [d] iudicem, epiſcopo non permittente, pulſare: ſed ſi pulſatus fuerit, non reſpondeat, vel † proponat [e]: nec audeat criminale negotium in ſæculari iudicio proponere.

Iuo p. 6. c. 367. ꝶ. ead. clericum nullus.
† al. nec

EXperientia.] CASVS. Dicitur in hoc cap. ꝙ ſi aliquis clericus vult laicum conuenire, apud iudicẽ prouinciæ ſæcularem, ſuas accuſationes proponat. & ſi laicus vult clericum conuenire, ad epiſcopum propriũ recurrat, uel ad ſynodum conſtitutam, vbi quæſtio uertitur, l. ubi eſt res de qua agitur uel ubi crimen quod intẽditur. eſt commiſſum. Item dicitur in ſequenti c. in quo ſupradicta probãtur per regulam legis præcipientis actorem ſequi forum rei.

b ¶Presbyterorum.] Hoc intelligit H. cum cauſa his delegatur ab epiſcopo: aliàs epiſcopus ſolus iudex eſt ordinarius, ut ſ. eadẽ perſona. Vel expone, uel pro &, ut 15. q. 7. epiſcopus. uel dic ꝙ prælatus quilibet, qui ex electione habet prælaturam, habet etiam iuriſdictionem, ut extra de offi. ordi. cum ab eccleſiarum. extra de elect. c. 1. ſed qui non eſt electus ab uniuerſitate uel collegio, non eſt iudex ordinarius. iudicem enim facit aut conſenſus populi, ut 93. diſt. legimus. in fi. & in authen. de defen. ciui. §. interim. collat. 3. aut conſuetudo, ut 9. quæſtio. 3. conqueſtus. C. de eman. l. 1. & l. fi.

c SI quiſquam.] ¶Regula.] Quæ eſt ſupra 3. quæſtio. 6. neminem. C. de iuriſdictione omnium iudicum. iuris ordinem.

CLericum. CASVS. Statutum fuit in concil. Agathen. ut nullus conueniat clericum apud iudicem ſæcularem: & ſi conuentus fuerit, non reſpondeat uel proponat excipiendo, nec cauſam criminalem criminaliter agendo coram iudice ſæculari proponat clericus.

d ¶Sæcularem.] Niſi in caſibus exceptis in ſumma. Item excipitur ſi Papa delegat laico cauſam ſpiritualẽ, ut 10. quæſtio. 3. illud.

Clericus corã ſæculari qñque conuenitur.

1 Illius. Immo licet nõ ſit reus principalis, tñ quia eũ in eodẽ foro defendit, fit de illius foro q̃ tũ ad hoc. Adde Pet. Anc. repet. ca. ea q̃, de reg. iu. i 6.

tiuum ſtatũ eccleſiæ, ut 2. q. 5. ſi quis presbyter. & 95. diſt. ecce. Vnde adhuc ſecundum legẽ ſi iudex ſæcularis eſt ſuſpectus, epiſcopus ei adiungitur, uel cã transfertur ad iudicem eccleſiaſticum, ut in auth. ut diff. iu. § ſi tamẽ. coll 9 in criminalibus cauſis tamen ſcilicet ſanguinis, non ſunt clerici iudices. 23. q. vlt. his à q̃bus.

Item forte cum ſuccedit clericus laico, ut ſi de iud. hæres abſens. quòd falſum eſt. Item ſecundum quoſdam cum tenetur de euictione, ſequit forũ emptoris. ſ. de iud. venditor. ſed hoc non eſt verum 1: quia per hoc nõ fit de foro illius, licet præſtet ei auctoritatem.

e ¶Vel proponat.] Id eſt, excipiat.

Si quis ſacerdotum.] CASVS. Quia fecit ſ. mentionem de clerico non conueniendo coram iudice ſæculari: ideo Grat. ponit caſũ in his tribus capitulis, in quib. poteſt à laico iudicari, ſcilicet cũ eſt incorrigibilis. Eſt ergo caſus huius cap. Quinq; maleficia enumerat Papa in hoc cap. ſuper quibus ſi ſacerdos uel clericus cõuictus fuerit, deponi debet, & curiæ tradi, id eſt, à ſæculari poteſtate capi permittitur, vt recipiat pœnam ꝓ ut inique geſſit.

a ¶Si quis.] In his tribus cap. ponit ꝙ clericus à laico poteſt iudicari, cum eſt incorrigibilis.

b ¶Contumeliam.] ſi illa non tantũ epiſcopũ, ſed etiã eccleſiã eius tangat, aliàs non poſſet eum pro ſua contumelia excommunicare 1. 23. q.4. inter.

1 Etiam de hoc not. 2. q.7. ſi q̃s ab epiſcopo.

c ¶Mox depoſitus.] ſi ſit de nouo contumax, ut extra de iu. cũ non ab homine. Vel dic ꝙ iſte caſus eſt ſpecialis ubi aliquis ſtatim tradit̃ curiæ, ſicut eſt in falſario, vt extra de fal. ad falſariorum. Vel dic, traditur curiæ, id eſt, permittitur tradi, ita ꝙ eccleſia non tenet̃ eum defendere. Item in tertio caſu, traditur curiæ, ſcilicet in crimine hęreſis, ut in conſtitutione Innocentij, excommunicamus. Qualiter hoc verbum exponatur, habes extra de verb. ſig. nouimus.

Clericus ſtatim tradit̃ curię ſęculari in aliq. bus caſib.

titur in poſſeſſionem, & aduerſarius eum non admittat, qui nec attendit excõicationẽ, vr̃, ꝙ manu militari ei poſſit auferri res, ut 23. q. 5. principes. 24. q. 3. de illicita. 17. diſt. nec licuit. & eſt expreſſum. ff. ne uis fiat ei, qui in poſſeſ. ſi quis miſſus. ff. de rei vendi. qui reſtituere. hodie tamen talis efficitur poſſeſſor poſt annũ, vt extra de do. & contu. contingit. & concordat legi. ff. de bo. auƈto iud. poſ. quamuis.

Militari manu põt qñque alicui res auferri.

¶*In concilio Agatenſi c. 32. in prima parte legitur*, clericus nec quemquam præſumat, &c *& poſterior eiuſdẽ capitis pars (quæ habetur ſupra 5. q. 6. c. fin.) in qua quaſi ex aduerſo agitur de laicis, qui eccleſiam, uel clerum vexant, oſtendit in priore dictum eſſe de clericis, qui ſine permiſſu epiſcopi ſui laicos pulſarent, & cum originali concordat Iuo.*

Item Pius Papa epiſtola ſecunda.

¶Clericus ſuo inobediens epiſcopo depoſitus curię tradatur. C. XVIII.

ij SI quis [a] ſacerdotum, uel reliquorum clericorum ſuo epiſcopo inobediens fuerit, aut inſidias ei parauerit, aut contumeliam [b]; aut calumniam, aut conuicia α intulerit, & conuinci potuerit; mox depoſitus [c] β curię tradatur, & recipiat γ quod inique geſſit.

Poly. l. 4. tit. 34. Anſ. l. 8. c. 17. Iuo p. 5. c. 243.

α ¶Aut conuicia intulerit.] *Sic etiam in uetuſtis, & apud Anſelmum & Polycarpum: ſed in epiſtola, & apud Iuonem non habentur iſta verba.*

β ¶Depoſitus] *abeſt iſta dictio ab originali, & Iuone.*

γ ¶Et recipiat] *In epiſtola, Polycarpo, & apud Anſelmum legitur.* Qui autem facit iniuriam, recipiat hoc, quod inique geſſit.

Item ex concilio Carthaginenſi 3. c. 38.

Et in Africano c. 15.

¶Principali cogatur auƈtoritate, qui plebem inuaſam non vult deſerere. C. XIX.

PEtimus, vt dignemini dare fiduciam [d], qua † neceſsitate ipſa cogente liberum ſit nobis rectorem prouincię ſecundum ſtatuta glorioſiſſimorum principium aduerſus illum adire, qui plebem, α quam inuaſerat, uſque hodie commonitus, ſecũdum quod ſtatutum fuerat, relinquere contemnit: ut qui miti admonitioni ſanctitatis veſtrę acquieſcere noluit, & emendare illicitum; auƈtoritate iudiciaria protinus excludatur [e]. Aurelius epiſcopus dixit. Seruata forma diſciplinæ, non ęſtimabitur appetitus [f], ſi à ueſtra charitate modeſte † conuentus, recedere detrectauerit; cum fuerit, ſuo contemptu & contumacia faciente, etiam auƈtoritate iudiciaria conuentus. Honoratus & Vrbanus epiſcopi dixerunt. Hoc enim omnibus placet. Ab uniuerſis epiſcopis dictum eſt: Iuſtum eſt, Placet.

† *al. quoniam*

† *al. modeſtius.*

α ¶Qui plebem.] *Hac uſque ad* ver. contemnit, *ſunt à collectore ex uerbis in eodem capite præcedentibus huc comportata, ne illa omnia referenda eſſent.*

Item Gregorius Papa.

PEtimus.] CASVS. Quidam epiſcopus multoties monitus nolebat reddere plebem, quam inuaſerat: quare quidam epiſcopi petebant in concilio Carthaginenſi, ut per rectorem ꝓuinciæ expellatur. Et reſpondet Aurelius epiſcopus: Nulla fit ei iniuria ſi per ſæcularem poteſtatem expellat̃, ex quo admonitus nõ deſiſtit. Poſtea Honoratus & Vrbanus epĩ dixerunt: Hoc omnibus placet. [Fiduciã.] i. licentiam & auƈtoritatẽ. [Appetitus,] Id eſt, iniuſte expulſus, uel appetitus nomen, id eſt, cupiditas nocendi.

d ¶Fiduciam] Id eſt, auƈtoritatem.

e ¶Excludatur.] Arg. ꝙ ſi q̃s auƈtoritate iudicis mit

f ¶Appetitus.] Id eſt, iniuria laceſſitus.

Illud

¶A principibus corrigantur, quos eccleſia corrigere non valet. C. XX.

Anſ.l. 12.c. 42. Poly.l.1. tit.15.

IStud eſt [a], quod à vobis popoſcimus, & nunc iterum poſtulamus; vt Paulinum Aquileienſem, pſeudoepiſcopum, & illum Mediolanenſem epiſcopum ad clementiſſimum principem ſub digna cuſtodia dirigatis; vt & iſte, qui epiſcopus eſſe nullatenus poteſt, quia contra omnem canonicam conſuetudinem factus eſt, alius ultra non perdat; & ille, qui contra morem antiquum eum ordinare præſumpſit, canonum vindictæ ſubiacet.

¶Hoc capitulum Polycarpo refertur ſine auctoris nomine. In libro autem ſeptimo, titulo quinto ſimile quiddam refertur ex Gelaſio ad Ioannem magiſtrum militum: ſed in eo libro ſæpe pro Pelagio ſcribitur Gelaſius. Anſelmus quidem integram epiſtolam Pelagij refert, cuius prior pars eſt hoc caput, poſterior vero cap. nec licuit. ſupra diſt. 17.

Et in Vormacienſi, c 74.

Item in concilio Chalcedonenſi, c. 18.

¶Proprium gradum amittant clerici coniurantes, uel conſpirantes. C. XXI.

CONiurationum [b], & conſpirationum crimen (quod apud Græcos dicitur φρατρία [c],) publicis etiam legibus certum eſt penitus inhiberi. Hoc multo magis in ſancta Dei eccleſia ne fiat, conuenit abdicari. Si qui uero clerici, uel monachi inuenti fuerint coniurantes, aut conſpirantes, aut phratrias, uel factiones componentes aliquas ſuis epiſcopis, aut clericis alijs, omnino cadant de proprio gradu.

inf. ea. ſi q clerici

Item Calixtus Papa epiſcopis Galliæ, epiſt. 2.

¶Clerici conſpirantes, proprio amiſſo gradu, retrudantur in carcerem, cęteri excommunicentur. C. XXII.

Poly.l.4.tit. 30. Anſ.l.8 c.18. Burc.l.10.c.64. Iuo p. 12.c. 85. & p.9.c. 346.

COnſpirationum crimina ueſtris in partibus uigere audiuimus, & plebes contra epiſcopos ſuos conſpirare nobis manifeſtum eſt: cuius criminis aſtutia non ſolum inter Chriſtianos abominabilis eſt, ſed etiam inter ethnicos, & ab exteris legibus prohibita. Et idcirco huius criminis reos non ſolum eccleſiaſticæ, ſed etiam ſæculi damnant leges: & non ſolum conſpirantes, ſed etiam conſentientes eis. Anteceſſores vero noſtri cum plurima turba epiſcoporum, quicumque eorum in ſacerdotali honore ſunt poſiti, aut exiſtunt clerici, honore quo vtuntur, carere † præceperunt: cęteros uero communione priuari, & ab eccleſia extorres fieri iuſſerunt, omneſque ſimul utriuſque ordinis uiros infames eſſe conſueuerunt; & non ſolum facientes, ſed & eis conſentientes.

† al. cadere

Item ex concilio Chalcedonenſi, c. 18.

¶Clerici aut monachi coniurantes, proprio priuentur honore. C XXIII.

T. ead. coniurationum. Poly.l.4.tit. 34. Burc.l.10.c.68. Iuo p.12. c. 87.

j SI qui clerici, aut monachi reperti fuerint coniurantes, aut conſpirantes, aut inſidias ponentes epiſcopis, aut clericis †; gradu proprio penitus abijciantur.

† al. conclericis

¶Hic canon eſt pars canonis 18. concilij Chalcedonenſis, qui paulo ante c. coniurationum, integer ex alia refertur verſione.

IStud eſt.] CASVS. Medolan. & Aquilegien. olim ſe adinuicem conſecrabant, ita quod ordinator ſemp deberet ire ad eccleſiam ordinandi, & ibi eum ordinare, & cum uterque eſſet ſchiſmaticus, Mediolanenſis Aquilegien. ordinauit contra conſuetudinem antiquã & comprobatam à Papa; qui eum ad ſe vocauit. quare Greg. pręcepit cuidam nobili, ut utrumque illorum capiat, & ad pijſsimũ principem ſub digna cuſtodia dirigat puniendos.

a ¶Iſtud eſt.] Caſum huius cap. etiam habes. 24 q. 1. pudenda.

COniurationum.] CASVS. In hoc c. prohibetur per leges ſæculares, & multo fortius per eccleſiaſticas, ne coniuratio vel conſpiratio fiat contra ſuos prælatos, uel alios: & qui fecerit, ſi clericus eſt, deponatur.

b ¶Coniurationum. hæc quatuor c. idem dicunt, ꝙ coniuratores deponuntur ſi clerici ſunt: ſi laici, excõmunicantur.

c ¶Phratria.] A phares, quod eſt diuiſio: inde phariſæi. ſup. 46. diſtinc. ſeditionarios. & 3. q. 4. conſpiratores. & 7. q. 1. denique.

COnſpirationum. CASVS. Dicitur in hoc c. quod conſpirationes abominabiles ſunt: non ſolum inter Chriſtianos, ſed etiam inter ethnicos; quas leges ſæculi & eccleſiaſticæ dãnant, & eis conſentientibus. Sequens c. planũ eſt. Similiter illud c. ſi qui clericorum. de eadem materia loquitur, & per te videbis caſum, qui planus eſt. Et eandem pœnam imponit Beneuen. etiam in illis quatuor cap. unum pro omnibus. & breuem ponit caſum. [Labatur.] Id eſt, elidatur, uel inulta relinquatur. Supra ſacras leges, id eſt, contra ſacras.

Cõiuratio an ſit licita
1 Adde an & quales coniurationes, vel conſpirationes prohibeantur, not. in l. non dubito. ff. de capti. & in l. 1. ff. de col. illic. Bar. in l. hac ediƈtali. §. cõuenticulas. de pa. te. col. 9.
2 Hanc opinio. iſti colligunt ex eo, quod j. in tex. dicitur; quia ſi charitas, & c. & ex uerbo interdicente. Arc.

a ¶SI qui clericorum.] ¶ Aut ſacramenta. [Coniurationes, quæ fiũt ſuper licita re, licitæ ſunt ad probandum malum, & illicitum, ut 16. q. 7 ſane. 1. q. 1. con cuſſionis. 22. q. 1. c 1. ſed ſuper re illicita nõ tenent 1, vt hic. Quidam tamen dicunt ꝙ omnis coniuratio ſi eſt occulta, eſt illicita 2: prohibentur ergo fraternitates, quæ ſunt ad malum. ſic C. de monopo. l. vnica. ſed bonę fraternitates ad mittuntur 42. diſt. ſi quis deſpicit.
b ¶Præſumptio.] Id eſt, temeritas. Quidã tamẽ hic ſcripſerũt, ꝙ hæc præſumptio ſit iuris, contra quam non admittitur probatio. ſecus ſi præſũptio ſit facti.
SI quæ cauſæ.] CASVS. Dicitur in hoc c. ꝙ ſi cauſa uel contentio uertitur inter laicos actores, & clericos reos, recurrẽdũ eſt ad ſynodũ epo rũ; ut ibi terminet, ſi cut ſynodus Nicæna diffinit, & hoc intellige cũ cauſæ ſunt difficiles, vel itellige hoc de cauſis ſpiritualib., vel de crimine eccleſiaſtico, vbi quilibet dẽt cõueniri corã iudice eccleſiaſtico tm.
c ¶Si quæ cauſæ.] hoc c. loquitur de crimine eccleſiaſtico, vel de reb. ſpiritualibus, & de cauſis gñalibus ad totã prouinciam pertinẽtibus 3.
CVM ERGO HIS. CASVS. Vſque ad locum iſtum probauit, quòd clerici ſunt conueniendi ſub iudice eccleſiaſtico. Nunc vero cõcludit quòd clerici ad ſæcularia iudicia non ſunt pertrahendi, cum prędiƈta auctoritates negent eos ante ciuilẽ iudicem conueniendos; nec ſunt tradendi curiæ, niſi depoſiti ſint primo. Poſtea ſ fidei ſophiſtice, ſ. ꝙ clerici q̃ ex poſſeſſionibus ſunt Imperatori ſubieƈti: ex ſpiritualibus debent ẽpo reſpondere: & ad hoc probandum inducit auctoritatem Auguſtini. & ad hoc etiam inducit ſequentia capitula, quorum primum patet.
HIS ITA. Hæc

3 9. q. 3. archiepiſcopus cum c. ſeq.

eſt 2. pars q. in qua probat magiſter ſuperficialiter, ſcilicet allegando ꝙ in ſpiritualibus cauſis debet tantũ clericus corã clerico rñdere: in alijs autẽ ciuilib. corã iudice ſæculari. & hoc ꝓbare vr̃ g 5. canones 1. de F. d ¶Clerici.] Allegando hoc dicit.

a ¶Si tri-

Item ex concilio Toletano.

¶De eodem. C. XXIIII.

SI clerici, aut monachi inuenti fuerint conſpirantes, aut per coniurationem calumniam machinantes epiſcopis, uel clericis; proprium amittant gradum.

Poly. ibidem. Burc. l. 10. c. 69 Iuo p 12. c. 18. Anſ. l. 8. c. 18.

¶*Iuo etiam & auctor Polycarpi citant ex Toletano. ſed in nullo eſt inuentum, & eſt idem canon cum priore, uerbis tantum mutatis.*

Item ex concilio Aurelianenſi 3. c. 21.

¶De eodem. C. XXV.

ij SI qui clericorum (vt nuper multis locis per ſuperbiã, diabolo inſtigante, actum fuiſſe perpatuit) rebelli auƈtoritate ſe in unum coniuratione intercedente collegerint, & aut ſacramenta [d] inter ſe data, aut chartulam conſcriptam fuiſſe patuerit; nullius excuſationibus hæc præſumptio [b] elabatur †: ſed re detecta, cum in ſynodum ventum fuerit, in præſumptores iuxta perſonarum & ordinũ qualitatem, à pontificibus, qui tunc in unum collecti fuerint, vindicetur: quia ſicut charitas ex præceptis diuinis † corde, non chartulæ conſcriptione, vel coniurationibus eſt exhibenda; ita quæ† ſupra ſacras admittuntur ſcripturas, auctoritate & diſtrictione pontificali ſunt reprimenda.

† *al. præualeat*] *al præueletur*
† *al. Dominicis.*
† *al. quod admittitur, eſt repimendum*

Item Innocentius Papa ad Victricium Rhothomagẽſem, epiſt. 2. c. 3.

Capi l. 6. c 287.

¶Inter clericos & laicos cauſæ exortæ ab epiſcopis audiantur. C. XXVI.

SI quæ cauſæ [c], vel contentiones inter clericos, uel α inter laicos & clericos, tam ſuperioris ordinis, quàm etiam inferioris fuerint exortæ; placuit, ut ſecũdum ſynodum Nicenam congregatis [omnibus † eiuſdem prouinciæ epiſcopis iudicium β terminetur.

Anſ. l. 2. c. 53.
C. 5. conc. Ni.
† abeſt à nonnullis conciliorum editionibus.

α ¶Vel inter.] *Sic in editione conciliorum tribus tomis. In illa autem quatuor tomorum abſunt hæc*, vel inter laicos & clericos. *In Gratiani codicibus legebatur*, contentiones inter clericos & laicos.
β ¶Iudicium *In aliquot editionibus ipſius epiſtolæ, apud Anſelmum, in capitularibus, & in epiſtola Nicolai epiſcopi Galliæ in appendice bibliothecæ ſanctorum Patrum, in qua caput hoc refertur, legitur*, iurgium.

Cum ergo his omnibus auctoritatibus clerici ante ciuilem iudicem denegentur producendi, cum (niſi prius depoſiti, vel nudati fuerint) curiæ non ſint repreſentandi; patet, quòd ad ſæcularia iudicia clerici non ſunt pertrahendi.

2 *His ita reſpondetur. Clerici* [d] *ex officio, epiſcopo ſunt ſuppoſiti: ex poſſeſſionibus prædiorũ, Imperatori ſunt obnoxij. Ab epiſcopo vnctionem, decimationes, & primitias accipiunt: ab Imperatore vero prædiorum poſſeſſiones nanciſcuntur. Vnde Auguſtinus ait ſuper Ioannem;* [Quo iure

diſt. 8. quo iure

villas defendis? diuino, an humano?] require in principio: vbi differentia ſignatur inter ius naturale, & ius conſtitutionis. Quia ergo, ut prædia poſſideantur, Imperiali lege factum eſt; patet, quòd clerici ex prædiorum poſſeſſionibus Imperatori ſunt obnoxij.

l.5.epiſtolarum poſt epiſt.32.

Item Ambroſius contra Auxentium oratione de tradendis baſilicis.

¶Imperatori tributum eccleſia denegare non debet. C. XXVII.

†al. ſoluant

SI tributum petit Imperator, non negamus; agri [a] eccleſiæ ſoluunt † tributum. Si agros deſiderat Imperator, poteſtatem [b] habet vendicãdorum. *Ac paucis interiectis.* ¶Tollant eos, ſi libitum eſt: Imperatori non dono, ſed non nego [c].

Idem in commentarijs ad c. 5. Lucæ, libr. 4. cap. penultimo.

¶Poteſtatibus tributa non ſunt deneganda. C. XXVIII.

MAgnum quidem eſt, & ſpiritale documentum, quo Chriſtiani uiri ſublimioribus poteſtatibus docentur debere eſſe ſubiecti [d]: ne quis conſtitutionem terreni regis putet eſſe ſoluendam. Si enim cenſum Dei filius ſoluit [e], quis tu tantus es, qui non putes eſſe ſoluendum?

Matth. 17.

Rom. 13.

Item Apoſtolus: [Omnis anima [f] ſublimioribus poteſtatibus ſubdita ſit.] item Petrus apoſtolus generaliter omnibus fidelibus ſcribit: [Eſtote ſubditi dominis ueſtris, regi [g], quaſi præcellenti, ſiue ducibus, tanquam ab eo miſſis ad uindictam malefactorum, laudem uero bonorum.]

1.

Item ex epiſtola prima Clementis [h] ad Iacobum fratrem Domini.

¶De ſæcularibus negotijs epiſcopus cognoſcere non debet. XXIX.

Inducit Petrus loquens Clementi.

TE quidem oportet irreprehenſibiliter uiuere, & ſummo ſtudio niti, ut omnes uitæ huius occupationes abijcias; ne fideiuſſor exiſtas, ne aduoca-

Eccleſię pdia de quibus tributũ non ſoluit, an poſſint ab Imperatore uendicari.

a SI tributum.] ¶Agri.] J. 23. q. ulti. ſecundum. contra. Sed ibi loquitur de his prædijs, in quibus fundata eſt eccleſia uel officinæ eius, quæ debent eſſe liberæ, ut extra de cenſi. ſancitum.

b ¶Poteſtatem.] De facto, non de iure: nam ſi ſine auctoritate principis uel alterius quis detineat res eccleſiæ, ſacrilegus eſt, niſi reſtituat. 12. q. 2 quiſquis 16. q. 1. in canonibus. Videtur tamen, quòd ſi agri eccleſiæ nõ ſoluant tributum, ꝙ poſſit Imperator vendicare agros illos, ut hic, & C. de epiſco. & cle. de his. nam omnia bona illorum, qui tenentur alicui ſoluere tributum, ſunt illi iure pignoris obligata. C. in quib. cau. pig. ta. cõtra. l. 1. 1 Sed illud non eſt verum: quia tantum intelligitur de proprijs prædijs patrimonialibus aliquorum, uel clericoum, uel laicorum. Licet enim prædia eccleſiæ eſſent à tributo, non ideo poſſunt uendicari, ut 16. q. 1. §. nouarum.

1 Et uideas, quod dicã in prædic. l. 16. q. 1. placet. Arch.

c ¶Non nego.] Corporaliter me opponẽdo: quia pro temporalibus me morti opponere non debeo: pro altaribus libenter immolabor. 23. q. vlt. conuenior.

MAgnum.] CASVS. Ambro. in hoc c. oſtendit, ꝙ tributum eſt ſoluendum ſublimoribus poteſtatib. exemplo Chriſti, & duabus auctoritatibus, una ſcilicet Apoſtoli, & alia Petri.

d ¶Subiecti.] Tributum eſt probatio ſubiectionis. extra de cenſib c. 2. Sed ar. contra extra de priuil. recepimus. verum eſt, ꝙ eſt ſignum ſubiectionis, licet nõ plena probatio.

e ¶Soluit.] Nõ ex debito, ſed ne ſcandalizaret alios, ut 28. q. 1. iam nunc.

f ¶Omnis anima.] ſubdita peccato. Chriſtus eum nemini fuit ſubiectus. 23. quæſt. 3. in prin.

Chriſtus nemini fuit ſubiectus.

g ¶Siue regi.] Hæc uerba interpretatur Innocen. extra de malo. & obed. ſolitæ.

h ¶Epiſtola prima Clemẽtis.] Id eſt, miſſa Clementi à Petro 1 ſicut dicitur inſtrumentum meũ, quod mei cauſa factum eſt. ff. de eden. prætor. §. 1. & dicitur etiam epiſtola illius cui eſt miſſa: tamen. cum diſt. ff. de fur. eum. §. ult.

1 Quod ſequẽat exponi ex ſeq. ubi Petrus loquit Clementi & ſt de eadem epiſtola ſm Hug.

TE quidem.] CASVS. Caſum hũc ſic intelligit Hugo: Petrus miſit epiſtolã ad Clementem, in qua docet eum, ut irreprehenſibiliter uiuat, & ut ſæcularia negotia uitet, non fideiuſſor, non litium aduocatus, non iudex ſæcularium negotiorum fiat; ſed tantum inſiſtat uerbo Dei: laici uero ſæcularia negotia trectent, vnde H. ſic exponit illud uerbum, [Ex epiſtola Clemẽtis.] id eſt, miſſa ad Clemẽtem. Alij dicunt, ꝙ miſſa fuit ad aliquem epiſcopũ: unde Beneuent. ſic ponit hunc caſum. Clemens Papa miſit ad Iacobum Hieroſolymitanum archiepiſcopum quandam epiſtolam, cuius pars eſt hoc c. in qua Clemens oſtendit qualiter Petrus ſibi Clemẽti loquebatur ſ. vt irreprehenſibiliter viueret: & ſæcularia negotia vitaret, nõ fideiuſſor, non aduocatus, non iudex ſæculariũ negotiorum eſſet: ſed tantum inſiſteret verbo Dei: laici vero ſæcularia negotia expedirent.

i ¶Ne fideiuſſor.] Clericus regulariter nõ debet fideiubere, vt hic, & extra de fideiuſ. clericus. niſi neceſſitas ſit. tunc enim ex pietate tenetur ſubuenire alij, ut 86. diſt. non ſatis. Item clerici poſſunt fideiubere ꝓ eccleſijs ſuis, ut in auth. de ſanc. epiſc. §. alium autem. coll. 9. Item inter ſe mutuo fideiubent cũ conueniuntur, vt C de epiſ. & cle. l. oẽs. §. in hãc Itẽ nec adſtrictus curię põt fideiubere. C. loc. curialis. & ſi clericus fideiuberet põt dici, ꝙ non tenet fideiuſſio, niſi tali priuilegio ſuo renunciet: nã fideiuſſor pro nõ dato hr̃, niſi priuilegio ſuo renũciet: vt ff. ſi quis in ius voc. nõ ierit. l. 1. Vel dic,

Clericus an poſſit fideiubere.

ꝙ licet non debeat fideiubere, ſi tñ fideiuſſerit, tenet obligatio, vt extra de fideiuſ. c. peruenit. & c. cõſtitutus.
a ¶Ne aduocatus.] Quod prohibetur ſacerdotib. ut infr. 14. q. 5. denique & 15. q. 2. c. 1.
b ¶Iudicem.] Contra infr. 23. q. ult. 2. ſæpe. & c. his à q bus. ſed dic, ꝙ poſſũt tractare de illis tẽporalibus, quæ ſpectant ad eccleſiam.

uinciæ. ff. de app. ab executore ſimiliter cõſuetudo interpretatur legẽ, ut extra de uerb. ſig. abbate. Interpretatio quædã eſt ꝓbabilis & nõ neceſſaria, ut magiſtri, vt C. de profeſ. qui in urbe Conſtãtinop. l. vnica. Quædam eſt neceſſaria. ſed nõ generalis, ut iudices, vt ff. de legi.

tus [a] litium fias: neue in ulla aliqua occupatione prorſus inueniaris mundialis negotij occaſionem perplexus. Neque enim iudicem [b], aut cognitorem ſæcularium negotiorum hodie te ordinare vult Chriſtus: ne profocatus p̄ſentibus hominum curis non poſſis uerbo Dei vacare, & ſecundum veritatis regulam ſecernere bonos à malis. Iſta namque opera, quæ tibi minus congruere ſuperius expoſuimus, exibeant ſibi inuicem vacantes laici: α & te nemo occupet ab his ſtudijs, per quæ ſalus omnibus datur.

α ¶Vacantes laici] *In epiſtola Clementis legitur*, dicentes, id eſt, laici. *ſed Gratianus etiam infra poſt paleam*, clericus nullum *eodem modo legit atque hic.*

Item ibidem continenter.

¶In his, quæ ad communis uitæ uſum pertinent, laici ſibi inuicem operam dent. C. XXX.

SIcut enim tibi impietatis crimẽ eſt, neglectis verbi Dei ſtudijs, ſolicitudines ſuſcipere ſæculares; & ita & vnicuique laicorum peccatum eſt; niſi inuicem ſibi etiam in his, quæ ad communis uitę vſum [c] pertinent operam fideliter dederint. Te vero ſecurum facere ex his [d], quibus nõ debes inſtare † [e], omnes communiter elaborent. Quòd ſi forte à ſemetipſis hoc laici nõ intelligunt; per diaconos [f] edocendi ſunt, ut tibi ſolius eccleſię ſolicitudines derelinquant. † *vacare*] oti.

Ex his omnibus datur intelligi, quòd in ciuili cauſa clericus ante ciuilem iudicem conueniendus eſt. Sicut enim eccleſiaſticarum legum eccleſiaſticus iudex eſt administrator; ita & ciuilium nõ niſi ciuilis debet eſſe executor. Sicut enim ille ſolus [g] habet ius interpretandi canones, qui habet poteſtatem condendi eos; ita ille ſolus ciuilium legum debet eſſe interpres, qui eis ius, & auctoritatẽ impertitur. In criminali vero cauſa non niſi ante epiſcopum eſt clericus examinandus. Et hoc eſt illud, quod legibus & canonibus ſupra definitum eſt: vt in criminali videlicet cauſa ante ciuilem iudicem nullus clericus producatur, niſi forte cum conſenſu epiſcopi ſui: ueluti quando incorrigibiles inueniũtur; tunc detracto eis officio, curæ tradendi ſunt.

Vnde Fabianus Papa ait epiſt. 2. epiſcopis Orientalibus.

¶Qui epiſcopo inſidiatur, ſemotus à clero curiæ tradatur. C. XXXI.

STatuimus, ut ſi quis clericorum ſuis epiſcopis infeſtus, aut inſidiator fuerit, eoſque criminari uoluerit, aut Anſ. l. 7. c. 159. Poly. l. 4. tit. 31.

SIcut enim.] CASVS. Docet Petrus ꝙ ſicut impiũ eſt ſi Clemens neglecta p̄dicatione ſuſcipiat curas ſæculares: ita peccatum eſt ſi in ſæcularibus laici viciſſim ſibi non ſubueniant: quod ſi per ſe nõ intelligãt, per diaconos edoceantur.
c ¶Vſum.] Arg. quòd peccat, qui non recipit arbitrium 1, & qui non componit inter partes. 90. diſt. præcipimus.
d ¶Ex his.] Id eſt, ab his.
e ¶Inſtare.] Id eſt, intereſſe. ſup. 90. diſtin. præcipimus.
f ¶Per diaconos.] Arg. ꝙ diaconi debẽt laicis exponere, & inſtruere modum uiuẽdi. 25. diſt. audire.
EX HIS OMNIBVS. CASVS. Cõcludit Grat. ex ſupradictis, ꝙ clericus in ciuili cauſa coram ſæculari iudice eſt conueniendus; quia ſicut iudex eccleſiaſticus legũ eccleſiaſticarum eſt executor, & eas ſolus facit, condit & interpretatur; ſic iudex ciuilis leges ciuiles exequitur, & eas ſolus facit & interpretatur. In criminali uero cauſa clericus apud eccleſiaſticum iudicem eſt tantum cõueniendus, niſi de cõſenſu epiſcopi ſui ad ſæcularem iudicem pertrahatur cum incorrigibilis reperitur: & hoc allegando dicit Gratianus, niſi forte hoc ultimum, ad qđ, inducit ſequens capitulum.
g ¶Sicut enim ille ſolus.] Nam vnde ius prodijt, ab eo interpretatio requiritur, ut extra de ſẽt. excom. inter. quandoque legatus Papæ interpretatꝰ reſcriptum Papæ. extra de poſtu. prælato. ad hęc, ultra medium. & extra de ſequeſtra. ad hoc, iudex etiam interpretatur legem ut. ff. de legi. nam vt ait. ſed non poteſt interpretari ſententiam ſuam niſi ſit pręſes pro-

1 Fortè nõ eſt uerũ in ſeruo, qui non põt eſſe arbiter. vt 3. q. 7. ſi q. 5 uero. & idem forte in monacho, cũ ſeruus dicaꝛ, vt no. 12. q. 1. non dicatis. in gl. nũ quid pauper, &c.

Interpretatio eſt triplex.

legi. nam ut ait. Quædã eſt probabilis, neceſſaria & generalis; ſed non eſt in ſcriptis redigenda, ut cõſuetudinis, ut ff. de leg. ſi de interpretatione. & extra de verb. ſig abbate. Quędã probabilis, neceſſaria & in ſcriptis redigenda, ut principis, ut C. de legi. l. 2. & l. vlt.

STatuimus.] CASVS. Quęſitum eſt à Fabiano quam

quam pœnam debet pati clericus, ſi infeſtus fuerit epiſcopo ſuo, vel inſidiator? Et reſpondet, ꝙ ante examinantem iudicem debet deponi, & cunctis diebus uitæ ſuæ curiæ tradi ſeruiturus, & infamis permaneat abſq; ulla ſpe reſtitutionis. Vel ante examinatum iudicium, id

ſcere debet. In ſecunda parte dat veram ſolutionem dicens, ꝙ ea quæ dicta ſunt pro actore, quamuis uideantur ueriſimilia, tamen pondere carent, cum ſecundum canones & leges ſæculares, clericus nec in ciuili nec in criminali cauſa ad ſæcularem iudicẽ ſit pertrahendus.

conſpirator fuerit; mox ante [a] examinatum iudicium ſubmotus à clero, curiæ tradatur; cui diebus vitæ ſuæ deſeruiat, & infamis abſq; vlla reſtitutionis ſpe permaneat.

Quia ergo iſte non in criminali, ſed in ciuili cauſa clericum ante ciuilem iudicem produxit; non eſt iudicandus tranſgreſſor canonum, nec eſt dicendus pertraxiſſe reum ad iudicem non ſuum; quia de ciuili cauſa non niſi iudex ciuilis cognoſcere debet.

† al. pondere ueritatis

3 *Econtra ea, quæ in actoris defenſione dicta ſunt, ueriſimilia quidem videntur; ſed pondere † carent. Satis enim canonibus, & forenſibus legibus, tam in ciuili, quàm in criminali cauſa clericus ad ciuilem iudicem pertrahendus negatur.*

Vnde in epiſtola prima Clementis ad Iacobum legitur.

¶Fratres apud presbyteros iudicentur. C. XXXII.

Po'y.l.5.tit.1. Iuo p.6.c.345. Anſ.l.6.c.158.

iij SI qui ex fratribus [b] negocia habent inter ſe, apud cognitores ſæculi non iudicentur: ſed apud presbyteros eccleſiæ, quidquid illud eſt, dirimatur.

Et in concilio ipſo, c.16.

Item Sylueſter Papa in epilogo concilij Romani.

¶Nullus clericus propter aliquam cauſam intret curiam. C. XXXIII.

Pann.l.4.c.30.

iiij NVllus clericus, vel diaconus, vel presbyter propter quamlibet cauſam intret in curiam, nec ante iudicem ciuilem α cauſam dicere præſumat.

α ¶Ciuilem] *In epilogo ſynodi Romanæ ſub Sylueſtro, Vnde hoc videtur ſumptum legitur:* cinctum: *cingulo enim milites: ac magiſtratus ab Imperatore donabantur.*

Item Leo Papa ad Ruſticum, epiſt. 90. al. 92. c. 9.

¶Eccleſiaſticum, non forenſe iudicium pœnitens expetat. C. XXXIIII.

J de pœn. diſt. 1. c. aliud.

ALiud quidem eſt, debita iuſtè repoſcere; aliud, propria perfectionis amore contemnere. Sed illicitorum veniam poſtulantem [c] oportet etiam à multis licitis abſtinere, dicente Apoſtolo: [Omnia mihi licent [d], ſed nõ omnia expediunt.] Vnde ſi quis pœnitens [e] habet cauſam, quam negligere fortè non debeat, melius expetit eccleſiaſticum [f], quàm forenſe iudicium.

1. Cor. 6.

quod probat per omnia ſequẽtia cap. vſq; ad §. [Ex his omnib.] Secunda pars incipit ibi, [Eccleſia.] Sequẽtia duo cap. patent.

ECONTRA. Hæc eſt tertia pars quæſtio. in qua probatur, ꝙ in omni cã, ſiue ciuili ſiue criminali per proprium epm̃ clericus iudicetur. & hoc probat per 14. ca. in quibus punit etiam contemptores. Io. de Fã.

b SI qui ex fratribus.] Fratres hic uocat clericos, uel ẽt omnes Chriſtianos 2. & loqu'r ſm antiqua tpa, ut s. ea. relatum.

2 Infra ead. q. 3. ad menſam.

ALiud quidem.] CASVS. Quidam laicus ſolenniter pœnitens cãm habebat cum alio laico. Quæſitum eſt à Leone Papa utrum petere debet iudicem eccleſiaſticum, uel ſæcularem. Et rñdet, qui vult de illicitis ueniam poſtulare, ut perfectus, debet à multis illicitis abſtinere: ueruntamen ſi cauſam non vult negligere, melius recurret ad eccleſiaſticũ iudicem, quàm forenſem. Intellige ſi reus conſentit, uel intellige cũ pœnitẽs ſolenniter cõueniebat.

c ¶Poſtulantem.] Pœnitentes. n. ſub regula eccleſiaſtica uiuere debẽt, ut hic, & J. ea. de pſona. & J de pę. diſt. 5. ſriũ. & c. falſas.

Oĩa licent ſed non expediunt.

d ¶Omnia mihi licent.] Tunc non expẽdit id, quod licitum eſt, quãdo uſus ipſius alijs infert impedimẽtum, ut 28 q. 1. ſic enim. Licet quod fidelis diſcedat ab infideli, ſed non expedit, ut ibi dicitur. Vel aliter, mihi licet mea repetere, ſed non expedit ad vitam conſequendam, quia ſcandalizantur illi à quibus repetuntur 3 vel ſic: Omnes cibi liciti ſunt, ſed non expediunt propter infirmos fratres, qui tunc quoſdam cibos reprobabãt: uel ſic, licitũ eſt prædicatori ſumere ſumptus ab illis quibus prædicat, ſed non expedit p p Corinthios, qui auari erant.

3 Ar. ad hoc 14. q. 1. §. 1.

e ¶Pœnitens] Scilicet ſolenniter, & loquitur de actore pœnitente, & cum eſt de uoluntate rei, uel loquitur cum ipſe pœnites conuenitur.

f ¶Eccleſiaſticum.] Supple uel reus: quia de actore minus uidebatur.

id eſt, ante quam cauſa examinetur. & hoc quando notorium erat.

a ¶Mox ante.] Non intelligas, ꝙ hæc dictio, ante, ibi notet aliquod tempus: ſed eſt ſenſus, ante, id eſt, ante examinantem iudicem, ſiue coram examinante 1. Vel loquitur cum eſt notorium crimen. ſic. C de defen. ciui. defenſores.

1 Sic ſumit ibi: procidamus ante Deũ. i. corã Deo ſm H.

QVIA ERGO. CASVS. Iſte § diuiditur in duas partes. In prima parte concludit Gratia. ſophiſticè oſtendens, ꝙ ille clericus, de quo facta eſt mẽtio in themate, non eſt trangreſſor canonum, ſi & alium clericum non in criminali, ſed in ciuili ad iudicem trahat ſæcularem: nam tantum ciuilis iudex de ciuili cauſa cogno

a ¶Quamlibet.] Sup. in c nullus epiſcopus.

QVicumque.] CASVS. Hæc lex diuiditur in tres partes. In prima parte dicitur, ꝙ quicumque litẽ habet ſiue actor, ſiue reus poteſt appellare à iudice ſæculari ad epiſcopum ante litem conteſtatam vel ſententiam, etiam aduerſario refragante, cui debent Apoſtoli dari cum geſtis cauſæ. In ſecunda parte dicitur, ꝙ cauſæ terminatæ per epiſcopos retractari non debẽt. In tertia parte dicitur, ꝙ vbi unus ſolus epiſcopus fert teſtimonium, alius contra ipſum non audiatur: ſed habeatur firmum & incorruptũ quod per os epiſcopale profertur. Secunda pars ẽ ibi, [Omnes.] Tertia ibi, [Teſtimonium.] [Et not. ꝙ hæc lex eſt tota abrogata, nec habet locũ hodie.

b ¶Quicumque.] ſ. in hac lege quinque notantur. Primum, ꝙ à iudice ſæculari appellatur ad epiſcopũ. Secundum ꝙ ante ſẽtentiam appellatur. Tertium, ꝙ ab epiſcoporum ſententia non appellatur. Quartum ꝙ vnius epiſcopi teſtimonio fides adhibetur. Quintum, ꝙ alij non audiuntur poſt teſtimonium epiſcopi. Prima pars tollitur per id extra de appel. ſi duobus. Secunda per id. 2. q. 6. non ita. Tertia per id. 2. q. 6. omnis oppreſſus. Quarta per id 6. q. 2. ſi tantum, & cap. placuit. Quinta per id quod teſtimoniũ ſolius epiſcopi non valet. 4. q. 3. §. iuſiurandũ. Et licet hæc lex ſit abrogata, tamen Inno. arg. ex ea, extra de iud. nouit. non vt confirmet eam, ſed ut oſtendat quantam affectionem Imperatores habuerũt erga ſacerdotium.

c ¶Decurſis.] Id eſt, poſt litem conteſtatam 1.

d ¶Cum ſermone.] id eſt allegationibus.

1 Sub. ante concluſionem ſecundum In vel ante diffinitiuã, ſẽtentiã quã decumque ſecundum Hug.

g ¶Interpellet.] Secundum hæc iura quilibet excommunicatus audiebatur, q volebat ſe probare iniuſte excommunicatu: hodie ſecus, niſi ſit poſt appellationem excommunicatus. vel niſi dicat errorem expreſſum in ſententia. vt extra eod. titul per tuas. Si quis ergo cōqueritur metropolitano de iniuſta excōmunicatione, aut appellauit ad eum, aut non. Si appellauit, primo præſtabit cautionem abſoluendus ꝙ ſtabit iuri: deinde in optione habet, an velit eum abſoluere, vel remittere abſoluēdum et à quo appellauit, vt extra de ſenten. excom.

t Hic dicil lo. de Fā. ꝙ ex iſta littera datur intelligi, ꝙ vbi dictum eſt, ſi peccauerit in te frater tu[*], & c. dictū eſſe de notorijs. Nam prout ipſe nc. 2 q. 1. ſi peccauerit. delictum iſtius erat notoriū, vt e. q. 2. Lotharius. Ar.

Excōicatus coquerens metropolitano, an poſſit ab eo abſolui.

excom. per tuas. Si nō appellauit ad eum: ſecundum priora iura debet remittere abſoluendum: & ſi ille noluerit abſoluere, tunc metropolitanus poterit eum abſoluere, vt extra de offic. ord. ad reprimēdam. ſi tamen viderit ſententiam excommunicationis euidenter iniuſtā, poteſt pronūtiare ipſam iniuſtam, licet nō ſit appellatum ad eū, vt extra de app. ſolicitudinē. Itē econuerſo, ſi eſt appellatū ad eum, & viderit iuſtā eſſe cauſam excōicationis: tenetur eum remittere abſoluēdū, vt extra de ſen. excō. per tuas. in fi. hodie aūt licet nō appelletur ad ſuperiorē: ſi tñ eſt periculū in mora, pōt eum ſtatim abſoluere, vt extra ea. ſacro.

SI quis presbyter.] CASVS. Quidam epiſcopus ſuſpendit quendam ſuum presbyterū ab officio & ſacramentis: quæſitū fuit qualiter ſuper hoc ſit procedendū? Et reſpondet q̃ ſuſpēſus apud vicinos epiſcopos conqueri debet, vt per eos ſuo epiſcopo reconcilietur. ſi vero inflammatus ſchiſma faciens diuina cōtra ſuſpenſionē præſumpſerit celebrare, anathematizetur, & poſtea deponatur. a ¶Correptus. Id eſt ſuſpenſus vel excōicatus minori excōicatione, vt patet per id quod ſequitur, anathematizetur.

SI quis epiſcopus.] CASVS. Dicitur in hoc

ὁ δικαίως ἢ ἀδίκως ἐκβαλὼν τὸν τοιοῦτον, γενναίως φέρειν ὀφείλει, ἵνα ἡ ἐξέτασις τοῦ πράγματος γένηται, καὶ ἢ κυρωθῇ αὐτοῦ ἡ ἀπόφασις, ἢ διορθώσεως τύχῃ. πρὶν δὲ ἐπιμελῶς καὶ μετὰ πίστεως ἕκαστα ἐξετασθῇ, ὁ μὴ ἔχων τὴν κοινωνίαν πρὸ τῆς διαγνώσεως τοῦ πράγματος ἑαυτῷ οὐκ ὀφείλει ἐκδικεῖν ἐκδικεῖν τὴν κοινωνίαν.

Oſius epiſcopus dixit. Quod autem me vndequaque commouet, tacere non debeo. Si quis epiſcopus exiſtat ad iracundiam procliuis (quod quidem à tali viro lōge abeſſe debet) & cito aduerſus presbyterum, vel diaconum commotus, ex eccleſia quemlibet eijcere voluerit; prouidendum eſt, ne is repente condemnetur, & communione priuetur. Omnes dixerunt. Qui eijcitur, facultatem habeat confugiendi ad epiſcopum metropolis eiuſdem prouinciæ: ſin autē metropolitanos abſit, finitimum adeundi, ac rogandi, vt ipſius cauſa diligenter cognoſcatur. Minime enim decet aures non præbere rogantibus. Et ille vero epiſcopus, qui iure, vel iniuria iſtum eiecit, generoſe ferre debet cauſam cognoſci, ipſiuſq; ſententiam vel confirmari, vel corrigi. Verum priuſquam diligenter, ac fideliter ſingula quæque examinata fuerint, qui communionem non habet, ante cauſæ cognitionem non debet ſuo ſibi iure communionem vendicare.

Item ex concilio Carthaginenſi ſecundo, c. 8.

¶De eodem. C. V.

ij SI quis presbyter ab epiſcopo α ſuo correptus [a] fuerit; debet vtiq. apud vicinos epiſcopos conqueri, vt ab ipſis eius cauſa poſſit audiri, ac per ipſos ſuo epiſcopo reconciliari. Quod niſi fecerit, ſed ſuperbia (quod abſit) inflatus ſecernendū ſe ab epiſcopi ſui cōione dixerit, ac ſeparatim cū aliquibus ſchiſma faciens, ſacrificiū Deo obtulerit; anathema habeatur, & locū amittat. At ſi β querimoniā γ iuſtā habuerit aduerſus epiſcopū, inquirendū eſt †. Burc. l. 2. c. 194. Iuo p. 6. c. 239. Anſ. l. 12. c. 33. Poly. l. 7. tit. 1. † al. erit

α ¶Epiſcopo.] *In ſecundo Carthaginenſi, c. 8. cum Alipius proponit, ita legitur,* Si quis forte presbyter ab epiſcopo ſuo correptus, aut excommunicatus, &c. *Sed cum ab vniuerſis epiſcopis canon fertur, loco epiſcopi affertur nomen præpoſiti, & ita in Carthaginenſi codicis canonum, c. 11. legitur,* à præpoſito ſuo correptꝰ. *Græce eſt,* ἐν τῇ διαγωγῇ αὐτοῦ καταγνωσθῇ. *id eſt,* in † ſua vitæ agendæ ratione condemnatus fuerit. *Burchardo autem & Iuoni conuenit cum Gratiano.* † al. in ſua cōuerſatione cōdemnatus

β At ſi] *In codice canonum, & Carthaginenſi græco, & apud collectores nihil hic eſt interiectum: Verum in exemplaribus cōcilij impreſſis, et manuſcriptis ante iſtam clauſulam, hæc inſeruntur.* Nihilominus, & de ciuitate, & de cōgregatione, in qua fuerit, longius repellatur: ne vel ignorātes, vel ſimpliciter viuētes ſerpētina fraude decipiat: q̃m ſecūdū Apoſtolū eccleſia vna eſt, vna fides, vnū baptiſma. Et ſi q̃rimoniā, &c. Epheſ. 4.

γ ¶At ſi querimoniam] *Locus hic ita habet apud Burchardum, & Iuonem,* Si querimoniam iuſtam aduerſus epiſcopum non habuerit, inquirendum erit. *Græce eſt.* σκοπουμένου μήποτε κατὰ τοῦ ἐπισκόπου μέμψιν ἔχοι δικαίαν. *id eſt,* hoc cōſiderato, nunquid aduerſus epiſcopum iuſtam habeat expoſtulationem.

Item ex concilio Antiocheno, c. 4.

¶De his, qui damnati à ſynodo ſacra miniſteria contingunt. C. VI.

iij SI quis epiſcopus damnatus α à ſynodo, vel presbyter, aut diaconus à ſuo epiſcopo auſi fuerint aliquid de miniſterio ſacro contingere, ſiue

Ex Aquiſgran. c. 47. extra de cler. exc. depo. c. 1. & 2. Nic Par. [illegible] Polyc. [illegible] Burc. l. 2. c. 199. Iuo p. 5. c. 362. Anſ. l. 12. c. 28.

hoc c. ꝙ ſi epiſcopus presbyter, vel diaconus fuerint excõicati, non audeant in excõicatione manẽtes diuina officia celebrare: quod ſi præſumpſerint, ſpẽ reſtitutionis non habeant. communicantes uero cum eis ſciẽter, debent ab eccleſia ſeparari. Idem eſt caſus ſequẽtis c. ſed

ſa. poſſet tamen dici, ꝙ epiſcopus cum talibus poſſet diſpenſare: & expone ꝙ ſpem, &c. i. ipſi ſic delinquentes non debeant habere ſpem reſtitutionis: quia ſibi incluſerunt. ſic 7. q. 1. ſi quis presbyter, ſupr. 82. diſt. plurimos. in fi. conſtat tamen ꝙ ipſe poteſt in caſibus talibus diſpenſare.

epiſcopus iuxta præcedentem conſuetudinem, ſiue preſbyter, aut diaconus; nullo modo liceat ei, nec in alia [a] ſynodo, reſtitutionis ſpem, aut locum habere ſatisfactionis: ſed & communicantes ei omnes abijci de eccleſia [oportet †; & maxime [b], ſi poſtquam didicerint aduerſum memoratos prolatam fuiſſe ſententiam, eiſdem communicare tentauerint.

† abeſt à multis.

α ¶Damnatus.] *Græce eſt*, καθαιρεθεὶς, *id eſt*, Depoſitus.

In capitulis Martini Bracharenſis.

Item ex concilio Martini Papæ, c. 37.

¶Sine ſpe ſit reconciliationis, qui excommunicatis communicare præſumit. C. VII.

iiij SI quis [c] epiſcopus in concilio excommunicatus fuerit, ſiue presbyter, aut diaconus à ſuo epiſcopo, & poſt excommunicationem præſumpſerit, ſiue epiſcopus ille aut presbyter, aut diaconus facere oblationẽ, vel matutinum, aut veſpertinum ſacrificium, quaſi in officio ſuo agere ſicut prius; non liceat ei nec in alio concilio ſpem reconciliationis habere, nec vltra recolligi †: ſed etiã eos, qui ei communicauerint, omnes ab eccleſia reſpui; maxime eos, qui ſciebant eum eſſe deiectum. Si autem permanſerit turbans, & concitans eccleſiam per forinſecam β [d] poteſtatem; oportet eum ſicut ſeditionarium ab omni plebe expelli.

† al. reconciliari

β ¶Forinſecam.] *In aliquot Gratiani & concilij codicibus eſt*, foraſticam. *In canone quinto concilij Antiocheni, vnde hoc ſumptum eſt. legitur*, διὰ τῆς ἔξωθεν ἐξουσίας *qua Dionyſius vertit* per poteſtates exteras.

Et in Vormac. c. 14.

Item ex concilio Agathenſi c. 3.

¶De epiſcopis, qui innocentes, aut minimis cauſis culpabiles excommunicant. C. VIII.

Burc. l. 11. c. 11. Iuo p. 14. c. 16. & 81. Pann. l. 5. c. 128.

EPiſcopi, ſi ſacerdotali moderatione poſtpoſita innocẽtes, aut minimis [e] cauſis culpabiles excommunicare præſumpſerint, aut ad gratiam baptiſmatis γ feſtinantes fortaſſe recipere noluerint vicinis epiſcopis eiuſdẽ † prouinciæ, litteris moneantur: & ſi parere † noluerint; cõio illis vſque ad tempus ſynodi à reliquis epiſcopis denegetur δ: ne forte propter excõicationis † peccatum [f] excõmunicati longo tempore morte præueniantur.

† al. cuiuslibet

6. q. 2. c. fi. paulo aliter apud Burch. & Iuonem, c. 81.

† al. parcere

† al. excommunicatoris] vera lectio.

γ ¶Baptiſmatis,] *Sic etiam in manuſcriptis: & doctores eam vocem agnoſcunt. Verum ab omnibus editionibus conciliorum, & duobus codicibus Vaticanis, tam in concilio Agathenſi, quàm in*

b ¶Maxime.] Id eſt tantum. ſic 12. diſt. illud. 18. diſt. peruenit. 16 q. 13. per ſingulas.

c SI quis.] Videtur quòd iſti clerici, qui communicant excõmunicato in diuinis officijs, pari excommunicatione ligẽtur, vt extra de ſententia excommunicationis, ſignificauit.

d ¶Per forinſecam.] Id eſt, manu laicali. ſ. ſupra. 17. diſtin. nec licuit.

EPiſcopi ſi ſacerdotali.] CASVS. Quidam epiſcopi quoſdã innocentes vel pro minimis cauſis culpabiles excommunicauerunt: & ad baptiſmum feſtinantes recipere neglexerũt; quæſitum fuit quam pœnam propter hoc, patiantur? Et reſpondetur, ꝙ ſi à vicinis epiſcopis commoniti parere noluerint, ab aliorũ ep̃orum cõione vſq; ad tempus ſynodi ſeparentur: & non maiori tempore: ne in excommunicatione diu manẽtes, morte præueniantur. Sequens cap. patet.

e ¶Minimis.] Ergo pro minoribus cauſis non eſt quis excommunicãdus: quod verum eſt, vt inf. ea. nullus. Sed contra: nõne pro ſola contumacia eſt quis excommunicandus, vt infr. ea. certum [1]. ergo ſiue crimen ſit magnum, ſiue paruum numquã eſt excõicandus aliquis niſi ſit cõtumax? Ad hoc dicunt quidam, ꝙ ab homine non ſit aliquis excõicandus niſi pro contumacia, ſed à canone bene, vt 17. q. 4. ſi quis ſuadente. hoc non eſt verum: quia

Excõicatio an pro ſola cõtumacia fertur.

1 Et ſupra 5. q. 2. c. 2. ſed forte hic loquitur de excõicatione, q̃ pro diuerſis cauſis infertur, arg. 26. diſt. tanta.

c. ſed in eo additur, ꝙ ſi talis incorrigibilis mãſerit eccleſiam concitando, expelli debet per ſecularem poteſtatem tanquam ſeditionarius ab omni plebe & intellige, maxime; id eſt tantum.

a ¶In alia.] Ergo epiſcopi non poſſunt diſpenſare cũ talibus, qui poſt excommunicationem celebrant, cum nec concilium hoc poſſit. Arg. cõtra 2. q. 5. quæ de cau-

Excõicatũ celebrãtem nõ abſoluit epiſcopus,

quandoq; excommunicatur aliquis pro contumacia: quandoq; pro crimine, vt extra de verbo. ſigni. ex parte. Ioan. Sed certe illa decre. dicit, ꝙ pro oſtenſa ſit aliquis excõicandus, cum non vult ſatisfacere: & ita pro contumacia. quare alia diſtinctio eſt melior.

f ¶Peccatum.] Arg. ꝙ citius moritur quis propter peccatũ, vt 12. q. 3. c. 2. & tollit Deus malos de medio [2], ne

Moriuntur boni & mali.

2 Id eſt de hac vita 23. q. 4. hæc autem vita.

Vormacienſi,c.14. (vbi caput hoc repetitur) & à Burchardo, & Iuo ne abeſt ea dictio Et cum hic de excommunicatio agatur, videtur eſſe locus ijs tantum, qui ſunt baptizati, & ad gratiam. id eſt, ad reconciliationem cum ſuo epiſcopo feſtinant.

δ ¶Denegetur] *Sic habet Iuo, & Pannormia, & antiquiores conciliorum editiones, & duo Vaticana exemplaria: videturque huic ſimile, quod legitur ſupra.6.q.2.c fin. ſed in recentioribus editionibus eſt,* non denegetur.

Item ex concilio Africano.

¶De his qui tempore ſuæ excommunicationis communicare præſumunt. C. IX.

PLacuit vniuerſo concilio, vt qui excommunicatus fuerit pro ſuo neglectu [a], ſiue epiſcopus, ſiue quilibet clericus, & tempore excommunicationis ſuæ ante audientiã communicare † præſumpſerit; ipſe in ſe damnationis iudicetur ſententiam protuliſſe.

Burc.l.1.c.200. Iuo p.5 c.314. Anſ.l.12.c.27. Poly.l.7. tit.1.

† *al. communicauerit*

¶In concilio, quod hodie inſcribitur Africanum, caput hoc non habetur: ſed in Carthaginenſi inſerto in codice canonum, & in Græco.c.29. & refertur in quinta ſynodo, ſeſſ.7. in epiſt. Vigilij.

Item Nicolaus Papa.

In ſynodo Romana, c.2.

¶Deponantur epiſcopi, qui excommunicatis communicant. C. X.

TEugualdum † Treuerenſem, & primatem Belgicæ prouinciæ, & Gunthariũ Agrippinæ Coloniæ archiepiſcopos, nunc coram nobis, & ſancta ſynodo ſub geſtorum † inſinuatione, qualiter cauſam Lotharij regis, & duarum mulierum eius, Theibergæ ſcilicet, & Gualdradæ, recognouerint, & iudicauerint [b], ſcriptum ſuper hoc proprijs manibus roboratum offerentes; nihil ſe plus, vel minus, aut aliter egiſſe ore proprio multis coram poſitis affirmãtes, & ſententiam, quàm à ſede Apoſtolica in Engeltrudem vxorem Buſonis ſanctiſſimus frater noſter Mediolanenſis archiepiſcopus Thado, & cæteri coepiſcopi noſtri petiuerant emittẽdam, & nos diuino ſuccenſi zelo ſub anathematis atteſtatione canonice protuleramus, publice ſe viua † voce uiolaſſe cõfitentes, in quibus omnibus inuenimus eos Apoſtolicas, atq; canonicas ſanctiones in pluribus exceſſiſſe, & æquitatis normã nequiter temeraſſe, omni iudicamus ſacerdotij officio manere penitus alienos, ſancti ſpiritus iudicio, & B. Petri per nos auctoritate, epiſcopatus exutos regimine conſiſtere α definientes. Prædictis aũt depoſitis licentiam concedimus eccleſiam ingrediendi, & cõicandi, ſicut laici, & loquẽdi ſuas vtilitates [c], non autem turbas concitandi, vel ſcandalum ſolicitandi, illis tribuimus facultatem. Quantum aũt ad epãle miniſterium ſpecialiter pertinet, nulla eis ſit licentia contingendi: ſicut nos cum ſancta ſynodo iam decreuiſſe conſtat.

† *al. Thietgandum*

Iuo p.8.c.226.

† *al. ſuggeſtorum*

† *al. ſua*

¶Caput hoc Iuo citat ex Nicolao epiſcopis & archiepiſcopis per Galliam, Italiam, Germaniam, atq; per vniuerſas prouincias conſtitutes. In qua epiſtola videtur retuliſſe, quid in concilio à ſe Roma habito de Metenſi ſynodo penitus abolenda, & depoſitione Thietgandi, & Guntharij ſtatutum fuerit. De quo quidem concilio, & horum epiſcoporũ depoſitione Rhegino lib.2. chronicorũ accurate hæc ſcribit. Interea Thietgãdus, & Gũtharius archiepiſcopi Romã ꝓfecti ſunt, ea animi intẽtione, vt Regẽ innoxiũ in ꝑdicto

peccatum eorum augeatur. 23.q.4. ea vindicta. & tollit bonos ne malitia malorum immutet intellectum eorum. de pœ. diſt.4. ſi ex bono.

a PLacuit.] ¶Neglectu.] videt ergo ꝙ pro negligentia aliquis excommunicetur, ſicut pro negligentia aliquis deponitur 1, vt 81. diſt. dictum eſt.

1 Sic neglectus culpã geminat. 27. q.1. ſi cuſtos. in fin.

TEugualdum Treuerenſem.] CASVS. Nicolaus Papa delegauit cauſam inter Lotharium & Teibergam & Gualdradradam Teugualdo & Gunthario archiepiſcopis; qui amore Lotharij corrupti Gualdradam pellicẽ adiudicauerunt legitimam vxorem eius eſſe, & à petitione Theibergæ eundem Lotharium abſoluerunt: & Engeltrudam excommunicatam, quia fauebat Gualdradæ contra Theibergam, iniuſte abſoluerunt. poſtea cum citati à Papa Romam veniſſent, hæc omnia proprio ore coram ſynodo ſunt confeſſi: & quia Nicolaus Papa dictos archiepiſcopos inuenit in hoc & in alijs pluribus exceſſiſſe: ideo eos ab epiſcopali depoſuit officio; ita tamen, ꝙ eis liceat eccleſiam ingredi, & communicare ſicut laici: ſed nõ liceat eis eccleſiã perturbare: & debes ſic ordinare conſtructionem. Nos iudicamus Teugualdum & Guntharium archiepiſcopos, &c.

b ¶Iudicauerint.] ſic patet quod punitur iudex qui male iudicat, vt dixi 2. quæſt.6. hoc etiam.

c ¶Vtilitates.] quod nulli prohibetur, vt 4. q.6. omnibus.

Si

facto demonſtrarent, ac ſe cum cæteris coepiſcopis Eccleſiaſtica, atque Apoſtolica exercuiſſe decreta: ſtultitiæ quidē elogio decorandi, qui illam Petri ſedem aliquo prauo dogmate fallere poſſe arbitrati ſunt, quæ nec ſe fefellit, nec ab aliqua hæreſi unquam falli potuit. Itaque cum in præſentiā Nicolai Papæ ueniſſent, libellum obtulerunt, in quo continebantur geſta ſynodalia, quæ in Mediomatrico Vrbe, & Aquis ab eis ſtatuta fuerāt. Qui cum à notario coram omnibus recitatus eſſet, interrogauit Pontifex, ſi hæc ſcripta uerbis conſumarent? Reſponderunt inconueniens uideri, vt qđ proprijs manibus roborauerant, uerbis infirmare mallēt. Et ſic nec repulſa, nec admiſſa eorum aſſertioni iuſſi ſunt ire ad hoſpitia ſua, quouſque reuocarentur. Paucis interpoſitis diebus ad ſynodum, quam Papa congregauerat, ſunt accerſiti: ubi eorum damnata, & anathematizata ſunt ſcripta, & ipſi omnibus adiudicantibus epiſcopis, presbyteris, & diaconis, ſunt depoſiti, & omni eccleſiaſtica dignitate priuati.

a ¶Conſiſtere.] *In ſecundo capite concilij locus hic ita habet*, conſiſtere: Diffinientes, quòd ſi iuxta præcedentem conſuetudinem tanquam epiſcopi auſi fuerint aliquid de ſacro miniſterio contingere, nullo modo liceat eis, nec in alia ſynodo reſtitutionis ſpem, aut locum habere ſatisfactionis. Sed & communicantes eis omnes abijci de eccleſia: & maxime, ſi poſteaquam didicerint aduerſus memoratos prolatam fuiſſe ſententiam, eiſdem communicare tentauerint, *& ſunt verba ſumpta ex capite, ſi quis epiſcopus damnatus. ſupra eadem ex concilio Antiocheno.*

Item Clemens epiſtola tertia omnibus coepiſcopis.

¶Clerici & laici, qui non obediunt epiſcopis, infames efficiuntur. C. XI.

SI autem vobis epiſcopis non obedierint omnes presbyteri, diaconi, ac ſubdiaconi, & reliqui clerici, omneſque principes [a] tam maioris ordinis, quàm inferioris, atque reliqui populi; non ſolum infames, ſed & extorres à regno Dei, & conſortio fidelium, ac a liminibus ſanctæ Dei eccleſiæ alieni erunt.

Clemens epiſt. ad Iacobum. & Alexāder epi. 1.

Item Petrus in ordinatione Clementis.

¶In Chriſtum peccat, qui ueritatis doctorem contriſtat. C. XII.

QVicumque contriſtauerit doctorem veritatis, peccat in Chriſtum, & patrem omnium exacerbat Deum; propter quod & uita carebit.

Et in cōc. Aqſgran. c. 9.

Item Ambroſius libro ſecundo de officijs, c. 24.

¶Simulata virtutum affectione †, obedientia epiſcopo non denegetur. C. XIII.

† *al. affectatione*

SI quis vero non obediat epiſcopo, extollere atque exaltare ſeſe deſiderans, quærens etiam obumbrare merita epiſcopi ſimulata affectione † doctrinæ aut humilitatis, aut miſericordiæ; is a vero deuius ſuperbit: quoniam veritatis ea eſt regula, ut nihil facias commendandi [b] tui cauſa †, quò minor alius fiat: neque ſi quid boni habeas, id ad deformationem [c] alterius, & uituperationem exerceas. ¶Non defendas improbum, & ſancta in-

† *al. affectatione*

† Cōcor. cū hoc tex. iuncta ſua gl. 1. l. nam hoc. ff. de cond. indebi. & l. nec auus. C. đ emā. li.

SI autem.] CASVS. Docet hic Clemēs, ꝙ oēs clerici & principes & populi ſi epīs non obediāt, infames erunt: & ab eccleſia repelluntur. Sequens c. patet.

a ¶Principes.] Ergo Imperatores ſubſunt epiſcopis, & ab eis poſſunt excommunicari 96. diſtin. duo mitius tamen cum eis 1 agēdum eſt, quàm cum alijs, vt 12. q. 2. de rebus. & ſi in pluribus epōpatibus habet Imperator domicilium: quilibet pōt eum excommunicare. ff. ad muni. aſſumptio.

Imperator ab epō excōmunicari poteſt.

1 Adde arg. ꝫ. ſ. c. 4 præcipue. uer. deterius & 25. q. 1. nulli. Arch.

SI quis.] CASVS. Hoc c. diuiditur in tres partes. In prima parte dicit, ꝙ nullus debet ſuperbire cōtra ſuum epm̄ ſe exaltando: nec aliquid facere ſimulando, ut eius auctoritatem obumbret quia regula ueritatis eſt, vt nullus faciat aliquid commendandi ſui cauſa, ut alius uituperetur. In ſecunda parte dicitur, ꝙ improbus defendi non debet, nec improbo ſancta debent cōmitti. In tertia parte dicit, ꝙ iterū redargui & impugnari non debet, cuius crimen eſt incognitū. Scđa pars incipit ibi, [Nō defendas improbū.] Tertia ibi, [Neque iterum.]

b ¶Cōmēdandi.] Nā aliorū honores alijs nō debēt eſſe occaſio nocēdi, ut C. de ſta. & ima. l. ult. nec aliquis debet illud appetere, per quod honor aliorū minuat, ut 99. diſt. nullus nec tibi debes conſulere cū alterius iniuria. 22. queſt. 3 primum. nec aliquid facias in domo tua, qđ uicino noceat. ut ff. đ reg. iur. domum. ſi tamē facias aliquid eo propoſito, ut tibi proſit, licet alij noceat: non peccas. arg. ff. de aqua pluuia arcen. l. 1. §. [Denique.] ff. de dāno infecto. fluminū. §. ult. & l. ſeq.

c ¶Ad deformationem.] C. de ſta. & ima. l. ult.

a ¶Iterum arguas.] Id eſt, multoties.

ABſit.] CASVS. Quidam ſubditi propter ſuſpicionẽ delictorum ſuis epiſcopis non obediebant. vnde quæſitum fuit ab Antero Papa, quam pœnam pati deberent. Et reſponſum eſt, quod in veteri lege tales lapidabantur vel decapitabantur. ſed in nouo teſtamento debẽt anathematizari.

qui ſcelerate quãq; infligitur à ſacerdote loco pœnæ cũ vult pœnitere, quãq; à canone, ſ. cũ quis excõicat excõicato. in his duobus caſibus eſt neceſſaria recõciliatio, ut ĩ. ea. excellẽtiſſimus. 50. diſt. in capite. Si ergo quis ſit excõmunicatus, ſ. à ſuo excõicatore eſt abſoluendus,

Excõicatus à quo ẽ abſoluendus.

digno committenda † non arbitreris. ¶Neque iterum [a] arguas †, & impugnes eum, cuius crimen non deprehenderis.

† al. cõmittenda arbitreris

† al. vrgeas

Item Anterus Papa epiſcopis Hiſpaniæ.

Hieronym⁹ ad Heliodorum.

¶Epiſcopo non obediens, dæmonum ore diſcerpitur. C. XIIII.

ABſit, ut quidquam ſiniſtrum [b] de his arbitremur †, qui Apoſtolico gradui ſuccedentes, Chriſti corpus ſacro ore conficiunt: per quos nos etiã Chriſtiani ſumus: qui claues regni cęlorum habentes, ante † iudicij diem iudicant. Veteri quidem lege habetur: quicumque ſacerdotibus non obtemperaſſet, aut extra caſtra poſitus lapidabatur à populo, aut gladio [c] ceruice ſubiecta contemptum expiabat cruore †. Nunc vero inobediens ſpiritali animaduerſione † truncatur, & eiectus ab eccleſia rabido dæmonum [d] ore diſcerpitur.

† loquar] ori.

† quodãmodo ante] Hiero.

Deut. 17.

† mucrone] Hiero.

† Adde ad hoc tex. in l. 3 §. q ſtationis. & §. in bello. ff. de re milita ri.

Item Petrus in ordinatione Clementis.

Clemens epi. 1.

¶Quibus Papa eſt inimicus, his nec loqui debemus. C. XV.

SI inimicus [e] eſt iſte Clemẽs alicui pro actibus ſuis; vos nolite expectare, vt ipſe uobis dicat, &c. *vt ſupra in tractatu ordinandorum: vbi agitur de obedientia minorum erga maiores.*

Anſ. l. 1. c. 6. Iuo p. 14. c. 22. diſ. 93. ſi inimicus.

Item Fabianus epiſcopus, epiſt. prima.

¶Excommunicatus eſt, qui excommunicatis communicat. C. XVI.

SIcut Apoſtoli [f] ſtatuerunt dicentes: [Cum excommunicatis nõ eſt communicandum: & ſi quis cum excommunicatis, auerſando † [g] regulas, ſcienter ſaltem [h] in domo [i] ſimul locutus fuerit, uel orauerit [k], ille communione [l] priuetur.]

can. Apoſt. 11. Burc. l. 11. c. 35. Pann. l. 5. c. 95.

† al. auertendo

b ¶Siniſtrũ.] Hoc eſt verum in his quæ poſſunt trahi ad bonum & ad malum: ubi ſ. in meliorem partem eſt interpretãdum, vt 41. diſt. cap. 1. & extra de reg. iur. eſtote. Si ergo clericus amplectitur mulierẽ, interpretabitur quod cauſa bened. cẽdi eã hoc faciat, ut 96. diſ. ſi ſcripturis. tamen quandoq; canon ſolam cõfabulationem interpretatur in deteriorẽ partem, ut 27. q. 1. nec aliqua.

Clericus amplectens mulierẽ ꝓ ſumitur be ne agere.

c ¶Aut gladio.] Hic habes quod olim inobedientia capite puniebatur: ergo & hodie repelleret à ꝓmotione. 54. diſ. multos. non tamen quælibet inobedientia capite puniebatur: ſed ſola illa, quæ ſchiſma inducebat, ut 7. q. 1. denique. & in fin. & de hoc notaui 4. q. 1. in princ.

Inobedientia an ſit capite punienda.

d ¶Dæmonũ.] Hoc olim fiebat ad litteram [1]. hodie tamen Satanæ traditur ut citius conuertatur, ut ĩ. c. audi. in princi. & capi. omnis Chriſtianus.

1 Vt 45. diſ. §. Salomon.

SI inimicus.] CASVS. Dicitur hic, quod ſi Papa eſt alicui inimicus, omnes debent eum uitare, nec debent expectare ut ipſi moneantur à Papa. Hoc c planius habetur ſupra 93. diſtin. ſi inimicus.

e ¶Si inimicus.] Ab hoc loco incipit tractare de d ipli ci excommunicatione. Et no. quod quædam excõmunicatio eſt ſimplex ſiue minor, quæ ſeparat à ſacramẽtis, & ab ingreſſu eccleſiæ. Alia ſolẽnis, quæ proprie dicitur anathema, quæ ſeparat etiam à cõione fidelium. De utraq; iſtarũ hẽs 3. q. 4. Engeltrudã. Maior excõicatio imponitur vel pro maiori crimine, uel ꝓ contumacia. Minor infligitur ꝓ quolibet mortali, ut ĩ. ea. audi. & imponitur ſiue pœnitẽti, ſiue nõ pęnitẽti: uel à ſeipſo [2]. vel à ſuo ſacerdote loco pœnæ: ꝑnitẽs tñ melius facit ſi auctoritate ſacerdotis abſtinet à ſacramentis, ut de pœ. diſt. 1. in actione. Impœnitenti autem imponitur quandoq; à Deo: ſ. quando eſt in mortali peccato tunc. n. quantũ ad Deum priuatus eſt ſacris, ut infra ea. audi. quãq; à ſeipſo, & male, ſ. cum non uult pœnitere, & ceſſat à ſacramentis, q̃a hoc ſibi putat ſufficere pœnam ſine pœnitentia, ut de pœ. diſt. 1. ſunt qui arbitrantur. ſed ſi non putat ſibi ſufficere, ſed abſtinet quia putat ſe indignum, bene facit, ut de conſe. diſt. 2.

Excõicatio duas habet ſpecies.

2 Vt de pœ. diſt. 1. porro. alias incipit. facilius. infra e. §. euidenter. Arch.

dus, niſi uel ſit appellatũ ab eo, uel ipſe ſit negligẽs, vt dixi ſ. ea. ſi epiſcopus fortè. Sed ſi à canone eſt excommunicatus, poteſt abſolui à ſuo ſacerdote, ſecundum diſtinctionem, extra de ſent. exc. nuper. Hæc autem pęna eſt non ſeruantis excommunicationem. Si clericus eſt, deponitur, ut ſ. ead. ſi quis presbyter. ſi laicus, tardius abſoluitur, infra ea. qui iubente.

SIcut Apoſtoli.] CASVS. In hoc c. & tribus ſequentibus ferè idem eſt, ſ. quòd cum excõicatis ſcienter non cõicetur. ſi q̃s uero eis cõicauerit vel palam, uel occultè, ſi clericus eſt, deponat̃, ſi laicus eſt, excõicet̃.

f ¶Sicut Apoſtoli.] Paulus ſtatuit 2. q. 1. multi. & Ioã. 24. q. 1. omnis.

g ¶Auerſando.] Id eſt, contemnendo.

h ¶Saltem.] Nedum alibi.

i ¶Domo.] Id eſt, ſub eodẽ tecto, vt 35. q. 6. epiſcopus in ſynodo. largius ſumitur domus. ff. ad Si. l. l. 1. §. e.

K ¶Vel orauerit.] Si ergo excommunicatus intrat eccleſiam, omnes exibunt, vt 24. q. 1. omnes, qui. ſacerdos tamen ſi incepit Miſſam, non exibit, quia nõ relinquet officium inexpletum, ut 7. q. 1. nihil.

Excõicatus non intret eccleſiam.

l ¶Communione.] Scilicet maiori, quia iam incidetat in minorem, ſupra ea. q. ſi quis presbyter.

Excom-

Excõicatus an poſſit abſolui aduerſario ignorante.

a EXcommunicatos.] Vtriuſq.] Scilicet, excommunicantis & excommunicati Per hoc cap. dixerũt quidam, quod ignorante aduerſario non poſſet excommunicatus abſolui: quod falſum eſt, ut extra de ap. qua fronte, niſi pro crimine ſit excommunicatus. tunc enim oportet vt primo ei ſatisfaciat, ut extra de verb. ſig. ex parte 2. in fi. Vel dic, quòd ſi iudex ad querelam alicuius excommunicauit aliquem: tunc non abſoluet eum antequam ab aduerſario intelligat, an ſit pro manifeſto delicto excõicatus, uel nõ, vt ĩ. e. ſeruetur. ſi autem iudex non ad alicuius querelam excommunicauit aliquem; tunc ſuperior ipſum ſtatim poteſt abſoluere, vt in conſti. Inno. extra de app. cum ſpeciali.

1 Ar. ad hoc extra, lib. 6. de appel. Romana. §. ſnĩa. quia merita cauſarum, &c. extra de in integ. reſt. tum ex literis, Arch.

α ¶Saltem.] *In epiſtola Fabiani eſt*, ſcienter pſallat in domo, aut ſimul locutus, &c *Sed lectio Gratiani videtur magis conſentire cum canone Apoſtolico*, εἴτις ἀκοινωνήτῳ, κἂν ἐν οἴκῳ συνεύξηται, οὗτος ἀφοριζέσθω, *quæ Dionyſius vertit*, Si quis cum excommunicato, ſaltem in domo ſimul orauerit, iſte communione priuetur.

Item Calixtus Papa epiſtola ſecunda, c. 2.

¶De eodem. C. XVII.

† al. quaſque

Polyc. l. 7 tit. 1. Anſ. l. 12. c. 14. Burc. l. 11. c. 38. Iuo par. 14. c. 23. & 102. Pann. l. 5. c. 94. can Apoſt. 11.

EXcommunicatos quoſcumque † a ſacerdotibus nullus recipiat ante vtriuſque [a] partis iuſtam examinationẽ: nec cum eis in oratione, aut cibo, aut potu, aut oſculo cõmunicet; nec aue [b] eis dicat: quia quicunque in his, uel alijs prohibitis, ſcienter excommunicatis communicauerit; iuxta Apoſtolorum inſtitutionem, & ipſe ſimili excõmunicationi ſubiacebit.

Item Iſidorus in regula monachorum, c. 18.

¶De eodem. C. XVIII.

Polyc ibidem. Burch. l. 11. ca. 31 & 32. Anſ. l. 12. c. 16. Iuo p 14. c. 95. & 96.

CVm excommunicato neque orare, neque loqui (niſi q̃ ad eandem excommunicationem pertinent) nec veſci liceat. Si quis enim β cum eo aut palam, aut abſconſe locutus fuerit; ſtatim [c] cum eo communem excommunicationis contrahet pœnam.

¶*Prior pars huius capituli vſque ad verſ.* Si quis enim. *habetur in regula ſancti Iſidori (quæ miſſa eſt ex Hiſpania) c. 18. ex qua citat hoc Smaragdus in expoſitione regulæ ſancti Benedicti, c 26. excepta tamen iſta clauſula*, niſi quæ ad eandem excommunicationem pertinent, *quæ neque in regula B. Iſidori legitur, neq; apud Smaragdum. Eſt tamen apud Burchardum, & Iuonem.*

β ¶Si quis enim.] *Hæc vſque a finem refert Smaragdus ex quodã magiſtro monachorũ, quod notabitur infra ea. c. ſi quis frater.*

Item ex concilio Carthaginenſi 4. c. 73.

¶De eodem. C. XIX.

Polyc. ibidem Anſ. l. 14. c. 18. Burc. l. 11. c. 44. Iuo par. 14. ca. 28. & 108. Pann. l. 5. c. 99.

QVi communicauerit, vel orauerit cum excommunicato; ſi laicus γ eſt, excommunicetur [d]; ſi clericus, deponatur.

γ ¶Si laicus.] *Ita apud Burchardum, & Iuonem par. 14. c. 108. & in Pannormia. Sed in concilio ipſo cum varijs codicibus collato, & apud Iuonem eadem parte. c. 28. legitur*, ſiue clericus, ſiue laicus, excommunicetur

Item ex decreto Honorij Papæ.

¶*Burchardus etiam, Anſelmus, & Iuo par. 14. c. 113. citant ex decretis Honorij Sed idem Iuo eadem parte, c. 65. hoc ipſum tribuit Ioanni octauo in concilio apud Rauennam.*

¶Excommunicatorum nomina vicinis omnibus palam, & publice annuncientur. C. XX.

Polyc. ibidem. Anſ. l. 12. c. 32. Burc. l. 11. c. 49. Iuo p. 14. c. 65. & 118.

† al. omnium

CVræ ſit omnibus epiſcopis [e] excommunicatorum omnino † nomina tam epiſcopis uicinis, quàm ſuis pa-

b ¶Nec aue.] 24. q. 1. omnis qui recedit.

c CVm excommunicato. ¶Stati.] Ergo eſt canõ iſte latæ ſententiæ minoris excommuniationis 2. præterea ſi non corrigit ſe, excommunicatur per ſententiam, vt inf. ea. c. proxi.

2 Sic ĩ. ſi quis frater. Arch.

d QVi communicauerit. ¶Excõmunicetũ.] Si communicat in crimine & criminoſo, eſt pari excommunicatione cum ipſo ligatus, nec põt abſolui niſi ab excõicatore: ſed ſi communicat ei, ſed non in crimine; tunc poteſt à ſolo ſacerdote abſolui. extra ca. nuper.

CVræ.] CASVS. Dr̃ hic ꝙ ep̃i nomina excõmunicatorũ debent tam uicinis ep̃is q̃ ſuis parochianis indicare, ut eis nõ cõmunicent: debent etiam ea præ foribus eccleſiæ ponere, ut nec ſui parochiani nec extranei poſſint aliquo modo prætendere ignorantiam, & excommunicati eccleſiaſtico aditu excludantur.

Litteris ep̃i an ſit credendum.

e ¶Epiſcopis.] Hic habes ꝙ litteris ep̃i creditur, & habes expreſſe extra de proba. poſt ceſſionem. & inſtrumentis aliorum principum creditur, ſi conſuetudo regionis hoc habet, vt extra de fi. inſtru. cum dilectus. Sed obijcitur cum viua vox potior ſit quàm mortua, quare non creditur verbo ep̃i in talibus, ut 6. qõ. 2. ſi tantũ. & cap placuit. nec Papa ep̃o credit, qui dicit ſe excõicaſſe alium, ut extra de teſti. cum

tu fili.qñq; n.elogia ex mala fide ſcribũtur vt ff.de cu-ſto.& exhi.re.diuus nec ſcripturæ tabellionis creditur, niſi habeat teſtiũ ſubſcriptionem,vt in authen. de hæ-re.& fal.§. ſancimus.coll.1.nec inſtrumento procura-toris. extra de procu. cap. 1. nec inſtrumento iudicis, ut extra de teſtibus, cum à nobis 1. Et H. dicit ꝙ ſemper ſtatur ſigillo epi, quia obti-net uicem publici in-ſtrumenti.extra de fi-de inſtrum.ſcripta.& de fideiuſ. peruenit. Alij dicunt, ꝙ nõ cre ditur ei niſi redactũ ſit in publicam for-mam,vt in authen. vt nulli iud. §.ſi uero. colla.9.& C.de dona. in donationibus. Vel niſi habeat ſuſcriptio nem teſtium, & ſi nõ ſit per publicam ma-num factum:quia for tè ibi non ſunt publi-cæ perſonæ, vt 26.q 2. §.poteſt.Hodie expe-ditum eſt circa ordi-nem iudiciorũ, quòd non præſumitur pro iudice niſi quantum aliàs probari poteſt. extra de proba. quo-niam contra.in omni bus alijs præſumo ꝓ ſententia iudicis, i. quòd ſit iuſta ex ani-mo & ex cauſa,& quã tũ ad ius litigatoris, vt in conſtitutione,cũ ſpeciali. extra de ap-pel.

1 Hæc dec. loquitur in ciuitate Be-neuentana, ubi notarij dñr iudices & hoc ẽ ve-ritas ſm In nocen.

Primo qñ quis anathematizatur.ſicut fecit Paulus de fornicatore Corinthio,quem tradidit ſatanæ in inte-ritum carnis,vt ſpiritus eius in die iudicij ſaluaretur, quod non ſolum per Apoſtolos, ſed per eos qui in ec cleſia præſident,fit quotidie:& dñr homines tradi ſa-tanæ,

rochianis pariter indicare †, eaque celebri loco poſita præ † foribus eccleſiæ cunctis conuenientibus inculcare: quatenus in vtraq; diligentia, & excommunicatis [a] vbi-que eccleſiaſticus aditus excludatur, & excuſationis cau-ſa omnibus auferatur.

† al. pro

† Concor. tex.in l. mo numẽtorũ. cũ gl. C. de religio. & ſump fu. & l.inſi fa. & l. rõnes. C.de probatio.

2 *Verum hoc de nominatim excommunicatis intelligitur. Excõmunicationis enim pœnam dupliciter ſubimus. & dũ reatum incurrimus & dum ſententia notamur.*

Vnde Hieronymus in librum Iudicum, homilia ſecunda.

Origenes hom. 2.ad c. 2. Iudi-cum.

¶*In hoc et ſequenti capite citatur B.Hieronymus,quod ipſe has Origenis homilias Latinas fecit,ſicut etiam ſupra diſt.36.c. ſi quis. eſt adnotatum.*

¶Duobus modis aliquis ſatanæ traditur. C. XXI.

AVdi denique Apoſtolum dicentem de eo, qui pecca-uerat:[Tradidi,inquit, huiuſmodi hominem ſatanæ in interitum carnis,vt ſpiritus ſaluus fiat.] Vides ergo, qa non ſolum per Apoſtolos ſuos tradidit Deus delinquen-tes in manus inimicorum;ſed & per eos,qui eccleſiæ præ ſident, & poteſtatem habent non ſolum ſoluendi, ſed ẽt ligandi,traduntur peccatores in interitum carnis, cũ pro delictis ſuis à Chriſti corpore ſeparantur. Et ut mihi vide tur, dupliciter etiam nunc traduntur homines de eccleſia in poteſtatem zabuli. Vno mudo quo ſuperius diximus, cum delictum eius manifeſtum fit eccleſiæ, & per ſacerdo tes de eccleſia pellitur,ut notatus ab omnibus erubeſcat: & conuerſo cõueniat illi illud,quod ſequitur, [vt ſpiritus ſaluus fiat in die Domini noſtri Ieſu Chriſti]Alio aũt mõ quis traditur zabulo, cum peccatum eius manifeſtum nõ ſit hominibus: Deus autem qui uidet in occulto, perſpi-ciens eius mentem, & animam, uitijs ac paſſionibus ſer-uientem, & in corde eius non † ſe diligi,ſed aut auaritiã aut libidinem,aut iactantiam,vel alia huiuſmodi;iſtum ta lem ipſe Dominus tradit ſatanæ [b]. Quomodo eum tradit ſatanæ?Diſcedit à mente eius, & auertit ſe,& refugit à co gitationibus eius malis, & deſiderijs indignis, & relin-quit domum cordis eius uacuam.

1.Cor.5.

Ibidem.

† nõ ſolũ amo rẽ ſaculi,ſed] orig.

Cum ergo per ſententiam quis nominatus fuerit; cum eo communicare non debemus.Cum autem ſolo reatu, occultè excomunicationis contraxerit pœnam;non eſt ab eius com munione ceſſandum.Vnde Dominus in Euangelio tunc de-mum peccatorem dixit habendum ſicut ethnicum & publi

Matth.18.

a ¶Excommunica-tis.]Arg. quòd ꝯ eaq̃ publicè facta ſunt, ne mo poſtmodum au-diendus eſt,ut 8. q. 1. licet.54 diſt.nulli, 16. diſt. quod dicitis. 12. qõ 2. qui & humanis. Arg.contra 82.diſt.ꝓ poſuiſti.in fi.

VERVM. Hæc eſt ſecũda pars q. in qua vult probare,quòd nõ tenemur uitare oẽs excõicatos, ſed illos ſolos, qui ſunt excõi-cati nominatim;& po nit multos modos ex cõicationis, & hoc ꝓ bat per 7. auctorita-tes ſanctorũ patrum. Ioan.de Fant.

CASVS. Dictum eſt ſ.quòd excõicatis non eſt cõicandum. Nunc vero di-cit hoc eſſe intelligendum de nominatim excõicatis, qbus non eſt cõicandũ. Et oſtẽdit Gra. quòd duplici-ter quis excõicatus ſit,ſ. à communione fidelium, cui nunquam eſt cõicandum,& à corpore Chriſti propter mortale peccatũ quod egit, cui quãdiu toleratur ſine peccato communicamus, quod probat per ſequens c.

AVdi deniq;.]CASVS.Oſtendit Hieron. in hoc cap. quòd dupliciter dr̃ quis excõicari,& tradi ſatanę. tanæ,cum à tota eccleſia ſeparantur. Secundo mõ ex-communicatur quis uel traditur diabolo,cum per oc-cultum peccatum, quod ſolus Deus in abſcondito ui-det ſeparatur a Deo.] Vacuam. à gratia Dei.

b ¶Satanæ.]Satanæ dicitur tradi, quia diabolus in eo habet poteſtatem quaſi in pecore ſuo,ut 24.q.1.§.his auctoriatibus.in fine.

CVM ERGO.CASVS. Concludit Grat ex ſupradi-ctis c.quod cum nominatim excõicato communicare non

non debemus.quod probat duabus auctoritaibus,ſcilicet Euangelii, & Pauli apoſtoli.cum eo vero, qui propter mortale delictũ quod commiſit eſt excommunicatu',poſſumus communicare: & hoc probat auctoritate Vrbani. ſiue de terra promiſſionis vſque ad hodiernum diem, qui ſpiritualiter ſignificant malos Chriſtianos,quibus eccleſia communicat. Et auctoritate Euãgelij, vbi dr̃, ꝙ zizania non ſunt eradicãda vel eruenda à frumẽto, ne ſimul eradicetur & triticum, ꝑ quam zizaniam deſignaĩ, ꝙ occulti peccatores debent ab eccleſia tolerari, de quibus dicitur: Nolite mittere ſanctum canibus, neque margaritas ante porcos. Manifeſti autẽ peccatores ſi incorrigibiles ſunt, non debent in eccleſia tolerari. [Patiamini.] tolerando malos manifeſtos. [Faciatis] eijciẽdo malos occultos. Beneuent. tamen dixit in caſu ſuo, ꝙ occulti & manifeſti peccatores ſũt tolerandi, ſed littera contradicit Beneuẽt.

a ¶Qui-

1.Cor.5.

Vide inf. ea. c. ad mẽſam.] in notatione. 24.q.2.ſanè quã.

canum,cum eccleſiam audire contẽpſerit. Apoſtolus quoq; non ait: ſi quis frater eſt fornicator, ſed: [ſi quis frater nominatur fornicator, &c.] ſententiæ nominationem intelligens Hinc etiam Vrbanus Papa II. Guitmundo epiſcopo: [Sane quod ſuper Ricardo.] Require in cauſa: [Quidam[a] epiſcopus in hæreſim lapſus.] Hinc etiam Chriſtus in Euangelio zizania dixit eſſe toleranda vſque ad meſſem.

Matt.13.

Hinc etiam Hieronymus.

Origenes hom. 21. ad c. 15. Io.

¶Mali à bonis penitus ſeparari non poſſunt.
C. XXII.

† al. uſque in hodiernũ diẽ

NOlite recedere, à Domino in hodierno † die.] hoc eſt, donec ſæculum ſtat: oſtendat[b] ergo mihi, quomodo Hiebuſæus, donec ſæculum ſtat, habitet cum filijs Iuda in Hieruſalem: quippe cum ne ipſi quidem filij Iuda habitẽt in Hieruſalẽ. Ideo ergo nec iſtud verum eſſe poterit, quòd Hiebuſęi cum Iudæis habitent in Hieruſalem, quandoquidem ne ipſi quidem habitant in ea. Sed nos intelligamus hæc ſpiritaliter, aſſumentes Euangelij parabolam, quæ dicit de zizanijs[c]: [Sinite utraque creſcere:[d] ne forte cum vultis eradicare zizania, eradicetis ſimul cũ ipſis etiam triticum[e]]. *& infra.* ¶Audi ergo ſcripturam dicentem; quia non potuerunt filij Iuda diſperdere Hiebuſæos: ſed habitauerunt cum ipſis vſque in hodiernum diem in Hieruſalem. Vnde deprecor vos, qui fideles eſtis, ut ita uitam ueſtram, & conuerſationem ſeruetis, ne in aliquo uel ipſi ſcandalũ patiamini, uel alijs ſcandalum faciatis: ſed ſit uobis ſummi ſtudij, ſummæque cautelę; ne quis in hanc ſanctã congregationẽ veſtram pollutus introeat: ne quis Hiebuſæus habitet uobiſcum. Vides ergo, quia dicit ſcriptura, quòd non potuerũt eijcere filij Iuda Hiebuſæos de Hieruſalem. Hiebuſæus autem interpretatur conculcatio. Ergo, quia non poſſumus eijcere iſtos, qui nos conculcant; eos ſaltem, quos poſſumus, quorum peccata manifeſta ſunt, eijciamus. Vbi enim peccatum non eſt euidens, eijcere de eccleſia neminem poſſumus; ne forte eradicãtes zizania, eradicemus ſimul cum ipſis etiã triticum. Mouet me tamẽ quod dixit; quia non potuerunt eijcere Hiebuſæos, id eſt eos, qui interpretantur cõculcatio: & ideo videamus, qui ſunt in eccleſia cõculcãtes. Illi ſine dubio, de quibus dicit Dñs in Euãgelijs: [Nolite mittere ſãctũ canibus, neq; margaritas[f] veſtras ante porcos, ne forte cõculcẽt eas pedibus ſuis, & cõuerſi elidãt vos.] Iſte eſt ergo Hiebuſæus cõculcatio: qui indigni † audiunt verbũ Dei; & cum audierint, neq; vt infideles diſcedunt, neq; ꝑmanẽt ut fideles: ſed percepta myſteriorũ notitia, & fidei noſtræ ſecretioribus ſcrutatis, conuerſi poſtmodũ

Matt.13.

Ieſ.15.

Matt.7.

† al. indigne

b ¶Oſtendat.] Supple qui hoc ad litterã vult intelligere.

ADDITIO. Nec ſemper etiam ad litteram intelligendæ ſunt auctoritates. de conſecr. diſtin. 2. acceſſerunt. 37. diſtin. relatum. 33. quęſt. 4. ecce. argumẽ. extra de verbo. ſignifi. præterea. ff. de lega. 1. non aliter 26. q. 5. nec mirum. Archid.

c ¶De zizanijs.] Id eſt de occultis peccatoribus.

d ¶Vtraq; creſcere.] Id eſt, malos eſſe cum bonis.

e ¶Triticum.] Argu. ad quæſtionem ubi unus interfectus eſt ab uno de tribus. ſi dubitatur à quo: qđ ratione dubitationis omnes debeant promoueri: quia ratione dubitationis uitioſa & ſuperflua tolerantur. 13. quæſtio. ſecunda, non æſtimemus. extra de ſepul. ſacris. ſimile 14. quæſt. 5. denique. & ſanctius eſt impunitum, &c. ff. de pœn. abſentem. argumen. contra de pœn. diſtinct. 5. ſi quis vero. ff. ad leg. Aquil. ita vulneratus. 6. q. 2. ſi tantum & cap. placuit. Item eſt hic argumen. quòd ratione connexionis permittitur, quod aliàs non licet. ſic 81. diſt. tantis. & c. eum omnibus. & ff. de mi. denique. & l. verum. & l. etiam. & quid iuris ſit de hoc, in quæſtionibus notaui. B.

Dubitatio facit uitioſa tolerari.

a ¶Quidam] Infra 24.q.2.c.3.

NOlite recedere. CASVS. Hiero. oſtẽdit in hoc c. ꝙ peccatores occultos non poſſumus euitare: & probat hoc auctoritate veteris teſtamenti, vbi legitur, ꝙ filij Iuda nõ potuerũt eijcere Hiebuſæos de Hieruſalẽ,

f ¶Neque margaritas.] ſ. 43. diſt. in mandatis.

Quando

impugnant nos, & contradictionibus ſuis corda noſtra di rumpunt, conculcantes verbi Dominici margaritas, & or namenta fidei maculantes. De illis ergo dicitur; quia non potuerunt filij Iuda eijcere Hiebuſæum de Hieruſalem vſ que in hodiernum diem.

Item idem ſuper duodecim prophetas. — Hiero. ĩ Amos prophetã, c. 5. circa medium.

¶Porcis & canibus ſancta, non ſunt committenda. C. XXIII.

QVando [a] ergo vir eccleſiaſticus, & prudens, atque intelligens multas impietates in ea, quæ uocat domus Dei, eſſe cognouerit, & non ſolum multas, ſed & fortes, & quæ opprimere poſſint iuſtitiam, & in tantum doctorũ rabiem proceſſiſſe, ut accipiãt [b] pretium in iudicio, & omnia pro muneribus faciant, pauperes quoque deuitent in portis, & audire contemnant; taceat in illo tẽpore, ne det ſanctum canibus, & ne mittat margaritas ante porcos; q conuerſi conculcent eas, & imitetur Hieremiam dicentẽ: [Solus ſedebam, quia amaritudine repletus ſum:] & illud in pſ. [Singulariter ſum ego, donec tranſeam.] — Matth 7. — Hier. 15. — Pſal. 149.

Item Ioannes Chryſoſtomus hom. 25. ad c. 11. epiſt. ad Hebræos.

¶Cum pagano comedere, ſed cum excommunicato minimè licet. C. XXIIII.

AD menſam quippe paganorum ſi volueris ire, ſine vlla prohibitione permittimus [c]. *& infra.* [¶Si enim q̃s frater, inquit, nominatur inter vos.] fratrem in hoc loco omnem fidelem ſimpliciter intellige, non monachum tantum. Quid autem eſt quod facit fraternitatem, niſi lauacrũ regenerationis, quod facit poſſe uocari Deum patrem? *& infra.* [¶Si quis, inquit, nominatus α fuerit frater fornicator, aut auarus, aut ebrioſus; cum huiuſmodi nec cibum ſumere.] Cum autem de paganis ageret; non ita: ſed [Si quis vos vocauerit ex infidelibus (paganos ſignificans,) & vultis ire; omne, quod apponitur vobis, comedite. Si quis frater nominatur ebrioſus, &c.] O quanta integritas †. Nos autem non ſolum non fugimus ebrioſos; ſed etiam imus ad eos, participantes cum eis. — 1. Cor. 5. — † al diligẽtia, ἀκρίβεια

α ¶Nominatus.] *Gratianus putauit Chryſoſtomum eo modo interpretari iſtam vocem, quo ferè interpretatus eſt Auguſtinus ſupra 2. q. 1. c. multi. Locus integer Græcè ſic habet.*

Καὶ οὐδὲ τὸν Παῦλον δέδοικας, εἰς μὲν ἑλλήνων τράπεζαν, εἰ βουλοίμεθα, ἀκωλύτως συγχωροῦντα ἀπελθεῖν, εἰς δὲ τὰς τῶν πλεονεκτῶν οὐδὲ βουλομένους ἐῶντα; ἐὰν γάρ τις ἀδελφὸς ὀνομαζόμενος ᾖ φησι. ἀδελφὸν ἐν ταῦθα λέγων πάντα τὸν πιστὸν ἁπλῶς, οὐ τὸν μονάζοντα. τί γάρ ἐστι τὸ ποιοῦν τὴν ἀδελφότητα; τὸ λουτρὸν τῆς παλιγγενεσίας, τὸ δυνηθῆναι καλέσαι πατέρα τὸν θεόν. ὥστε ὁ μὲν κατηχούμενος, κἂν μοναχὸς ᾖ, οὐκ ἀδελφός. ὁ δὲ πιστός, κἂν κοσμικὸς ᾖ, ἀδελφός ἐστιν. εἴ τις φησὶν ἀδελφὸς ὀνομαζόμενος. οὐδὲ γὰρ ἴχνος τότε μονάζοντος ἦν, ἀλλὰ πάντα πρὸς κοσμικοὺς διελέ-

QVãdo.] CASVS. Docet Hieron. in hoc c. q̃ qñ multitudo eſt in ſcelere, ita ut ẽt iudices pro pretio iudicẽt, & pauperes uitẽt, & audire cõtemnãt, quia non hñt quid offerant; taceat tunc prælatus, ne det ſanctũ canibus, & mittat margaritas ante porcos: ſed imitet̃ potius Hiere. dicẽtẽ, Solus ſedebã: quia amaritudine repletus erã.
a ¶Quando.] Arg. ex hoc c. q̃ nõ nocet taciturnitas, qñ nõ prodeſt ꝯdictio, ut notatur 21. diſt. diaconi.
b ¶Accipiant.] ſ̃. 43. diſt. in mandatis.

AD menſam.] CASVS. Ioã Chryſoſtomus oſtẽdit hic, q̃ cũ paganis, licet ſint peccatores, & à Deo ſeparati, comedere poſſumus, & aliàs cõicare: ſed cũ Chriſtianis anathematizatis nõ poſſumus. & hoc utrunq; ꝓbat auctoritate Apoſtoli. [O quãta,] ironice loquitur.
c ¶Permittimus.] ad hoc, ut eos lucremur. 23. q. 4. infideles. cum Iudæis tñ non poſſumus comedere, ut 28. q. 1. oẽs. ſed nec hodie cũ paganis licitũ eſt comedere, cum & ipſi diſcernant cibos ſicut Iudæi. Hæc ergo eſt cã, quare poſſumus cõicare paganis & nõ excommunicatis; cũ tñ & illi [1] ſint membrum diaboli, ut eos lucri faciamus: tamẽ ideo quia non multũ curarent, licet eos uitaremus: ſed excommunicati erubeſcũt, ſi non communicatur eis, vt ſupra e. c. audi denique.

1 Scilicet pagani. Excõicatis cõicare nõ poſſumus, ſed bene paganis.

EVI-

γετο ὁ μακάριος τῦτος. ἐάν τις φησὶν ἀδελφὸς ὀνομαζόμενος, ἢ πόρνος, ἢ πλεονέκτης, ἢ μέθυσος, τῷ τοιῦτῳ μὴ δὲ συνεσθίειν, ἀλλ' ὐκ ἐπὶ τῶν ἑλλήνων οὕτως, ἀλλ' ἐάν τις ὑμᾶς καλέσῃ τῶν ἀπίστων (τοὺς ἕλλήνας λέγων) καὶ θέλετε πορεύεσθαι, πᾶν τὸ παρατιθέμενον ὑμῖν ἐσθίετε. ἐάν τις ἀδελφὸς ὀνομαζόμενος ἦ φησι μέθυσος. βαβαὶ πόση ἡ ἀκρίβεια. ἡμεῖς δὲ ὐ μόνον οὐ φεύγομεν τοὺς μεθύσους, ἀλλὰ καὶ ἀπερχόμεθα πρὸς αὐτοὺς, μεθέξοντες τῶν παρ' † αὐτῶν. id eſt,

† In Veronēſi eſt πρὸς

Et neque Paulum ueritus es ; ad menſam quidem græcorum ſi uoluerimus ire, non prohibentem: ad menſam autem auarorum, & aliena auferētium ne uolentes quidem permittētem: [Nam ſi quis, inquit, qui frater nominatur inter uos] fratrem hoc loco dicens omnem fidelē ſimpliciter, non monachum tantum. Quod autem eſt, quòd facit fraternitatem? lauacrum regenerationis, id quòd poſſumus Deum uocare patrem. Proinde, qui cathecumenus eſt, etiam ſi monachus ſit, non eſt frater: qui vero fidelis eſt, etiam ſi ſæcularis ſit, frater eſt: [ſi quis, inquit, q frater nominatur.] Neque enim veſtigium tūc monachi erat: ſed omnia ad ſæculares loquebatur tunc beatus Paulus: [Si quis, inquit, qui frater nominatur, fuerit fornicator, aut auarus, aut ebrioſus, cum huiuſmodi nec cibum ſumere]Cum autem de græcis ageret; non ita, ſed: [Si quis uocat uos infidelium] græcos ſignificans: [& vultis ire: omne quod uobis apponitur, manducate.] [Si quis, inquit, qui frater nominatur, ſit ebrioſus]Papè quanta diligentia. Nos autem non ſolum non fugimus ebrioſos, ſed etiam abimus ad eos, unà ſumpturi quæ ab ipſis.

1. Corin 5.

1. Corinth. 10.

Euidenter itaque ex præmiſſis apparet, quòd eorum communionē vitare non cogimur, qui ſententia notati nō ſunt. Sed ipſius ſentētiæ notatio multipliciter intelligitur. ¶ *Aliquando enim arcetur quis à liminibus eccleſiæ, & à communione corporis & ſanguinis Chriſti, uel teſte* [a] *conſcientia, iuxta illud Apoſtoli:* [*Probet ſe homo, & ſic de pane illo edat, & de calice bibat: quia qui indigne manducat & bibit, iudicium ſibi manducat & bibit.*] *Item illud Proſperi:* [*Facilius ſibi Deum placabunt, &c.*] *require infra cauſa 33. Maleficus impeditus, quæſtione* [b] *prima de pœnitentia* [c]. *Vel ſententia eccleſiaſtica: ſicut pœnitentes, quibus tempore præfinito* [d] *beneficium reconciliationis impenditur. Hæc ſententia* [e] *excommunicatio uocatur: quia à communione corporis & ſanguinis Chriſti notatum prohibet: ſicut & ab Adam eſu ligni vitæ excōmunicatus eſt, Domino dicente:* [*Videte, ne forte ſumatis de ligno uitæ.*] *Qua ſententia non ſeparatur quis à conſortio fidelium. Eſt & alia ſententia, quæ anathema vocatur: qua quiſque ſeparatur à conſortio fidelium, de qua ſupra:* [*Cum excommunicatis nolite communicare.*] ¶ *Hanc diſtinctionē licet cuique aduertere ex auctoritate Ioannis Papæ:* [*Engeltrudem* [f] *uxorem Boſonis, &c.*] *require ſupra in cauſa:* [*Quidam epiſcopus à propria ſede deiectus.*] *Item ex auctoritate*

1 Corin. 11.

Gen. 3.

ſ ex multis capitibus habei ſententia. 3. q. 4 c. fin.

EVIDENTER ITAQVE. CASVS. cōcludit Grat. ex ſ. dictis, ꝙ eorū peccatorū cōmunionem uitare non cogimur, qui non ſunt ſententia notati. Et oſtendit, ꝙ notatio tribus modis intelligitur. Primus modus qū aliquis committit mortale delictum ꝑ quod ſentit ſe indignum cōmunione corporis & ſanguinis Chriſti: iſte notatus eſt conſciētia teſte. Secundus modus eſt, quādo iniungitur alicui pænitenti, ut uſq; ad certum tempus à corpore Chriſti abſtineat, ut poſtea recōcilieť: & cū iſtis duobus generibus hominum poſſumus cōicare. Tertius modus eſt, qū aliquis anathematizať, cum quo nō eſt cōicādū: & hanc triplicem ſentētiam excommunicationis ſiue notationis probandam inducunt quædam capitula, q̄ iā habuimus, & quædam quæ infra habentur. Si autem ab omnibus excōmunicatis abſtineamus, iam eſſet falsū quod dicitur ſ. 6. q 2. c. ſi tātum. & c. placuit. Primus incipit ibi, [Aliquando enim.] Secundus ibi, [Vel ſnia] Tertius ibi, [Eſt & alia.]

a ¶Vel teſte.] Ergo aliquis contra ſeipſum fert ſententiam, vt 21. diſt. nunc autem. arg. cōtra quia nemo ſibi imperare poteſt, vt ff. de arbit. l pen. melius tamē eſt, ſi hoc faciat auctoritate ſuperioris ſ. de pæ. diſtin. 1. in actione. B.

Imperare ſibi nemo poteſt.

b ¶Quæſtione.] Id eſt diſtinctione. nam tractatus de pæ. per diſtinctiones diuiditur.

c ¶De pœnitentia.] ſ. de pæ. diſtin. 1. §. item ſicut.

d ¶Tēpore pꝛ̄finito.] in cœna Domini. 1.

e ¶Sententia.] Sic iudex ſæcularis poteſt aliquē excommunicare, id eſt, à legitimis actibus prohibere, ut ff. de pœ. l. minoris.

1 Vt 50. diſt. in capite. de conſec. diſt. 2. in cœna. alias incipit, à quibuſdā. Arc.

f ¶Engeltrudem.] ſ. 3. q. 4 ca. vlt.

a ¶Si quis domum.] 17.q.4. quiſquis. §. ſi quis domum. ſup.5.q 2.1.
h ¶Sanctificabitur.] id eſt, ſanctus apparebit, ut ibi, [Sanctificetur nomen tuum.]

tianus ꝙ prælatus non debet abſoluere delinquẽtem, niſi prius videat à Domino peccatum ſibi eſſe remiſſum. Et hoc probat exẽplo Lazari mortui quatriduani: quem diſcipuli nõ abſoluerunt prius quã viderũt ipſum à Chriſto viuificatum. Seq. duo cap. patent.

l ¶In-

¶Chriſtum violat, qui ſanctum non ſanctum vel non ſanctum ſanctum eſſe crediderit. C. LVIII.

ix SI quis hominem, qui ſanctus nõ eſt, ſanctum eſſe crediderit[a], & Dei eum iunxerit ſocietati; Chriſtum uiolat, cuius corporis omnes membra ſumus. *& infra.* ¶Omnes credentes, ſecundum Apoſtolum, Chriſti corpus efficiuntur. Qui in Chriſti corpore errat[b] & labitur, aſſerens membrum eius uel ſanctum eſſe, cum non ſit, vel non ſanctum eſſe, cum ſit, uide quali crimini obnoxius fiat. [Væ (ait Eſaias) qui dicunt dulce amarum, & amarum dulce, ponentes tenebras lucem & lucem tenebras.] Dulce puto eſſe ſanctimoniam, amarum, quod ſanctimoniæ contrarium eſt. *Rom. 12. 1. Cor. 6. Eſa. 5.*

Item Eſaias, c. 5.

¶Aeternum væ maledictionis inueniet, qui bonos malos, & malos bonos dixerit. C. LIX.

VAe qui dicitis malum bonum, & bonum malum, ponentes tenebras lucem, & lucem tenebras. *& paulo ſuperius.* ¶Propterea captiuus ductus eſt populus meus, quia non habuit ſcientiam, & nobiles eius[c] interierunt fame, & multitudo eius ſiti exaruit. Propterea dilatauit[d] infernus animam ſuam, & aperuit os ſuum abſq. ullo termino, & deſcenderunt fortes eius, & populus eius, & ſublimes, glorioſique eius ad eum, & incuruabitur homo[e], & humiliabitur uir[f], & oculi ſublimium deprimentur, & exaltabitur[g] Dominus exercituum in iudicio, & Deus ſanctus ſanctificabitur[h] in iuſtitia. *Eod. c.*

Item Gregorius homilia 26. in Euang.

¶Ligandi ſoluendique poteſtate ſe priuat, qui hanc iniuſte exercet. C. LX.

IPſe ligandi atque ſoluendi poteſtate ſe priuat[i], qui hãc pro ſuis uoluntatibus, & non pro ſubiectorum moribus exercet. *ĩ. ca. plerumq; Poly. l. 7. tit. 1. Iuo p. 14. c. 3. Pann. l. 5. c. 79.*

Idem ibidem paulo inferius.

¶De eodem. C. LXI.

IVdicare de ſubditis digne nequeunt, qui in ſubditorũ cauſis ſua[k] vel odia, uel gratiam ſequuntur. *Iuo Ibidem. Pan. l. 5. c. 80.*

Idem ibidem paulo inferius.

¶Non eſt vera præſidentis abſolutio, niſi ſequatur arbitrium interni † iudicis. C. LXII. *† al. æterni.*

TVnc uera eſt abſolutio præſidentis, cum interni †[l] ſequitur arbitrium iudicis[m]. Quod bene quatri- *ĩ. ca. plerumq; Iuo ibidem. Pann. l. 5. c. 81.* *† æterni] orig.*

i IPſe.] ¶Priuat.] Id eſt, meretur priuari i. ſic 12. quæſt. 2. ſæpe ſit, uel proprie, quia priuilegium nõ conceditur ad abuſum. i Id eſt, facit propter qđ dẽt priuari. & eſt ſi. 55. diſ. pœnitẽs, in ſi. 82. diſt. plurimos. iuxta ſi. 4. q. 5. qs quis.

k IVdicare.] ¶Sua.] Vt inf. ca. quatuor.

TVnc vera eſt.] CASVS. Inducit hoc c Gratianus, ꝙ ẽt iniuſta abſolutio non prodeſt: & à contrario ſẽ ſuũ nec iuſta condemnatio. Eſt ergo caſus. Oſtẽdit Gratianus ...

l ¶Interni.] Id eſt, conſcientiæ, uel Dei.

m ¶Iudicis.] Id eſt, Dei. hic vult dicere, quòd ſacerdos neminem abſoluet, niſi præceſſerit abſolutio Dei, id eſt, contritio.

Pri-

Priuilegium.] Hæc eſt pars illius ꝫ.diſt.74. vbi iſta & cap.geſta.
a ¶Priuilegium.] Perditur priuilegium propter abuſum,ut hic 1. Propter delictum 25.q.2.ita nos. Itē propter contrarium factum.extra de priuile.ſi de terra.& extra

1 Concor. tex.in l. libe rī.ff. de pecu.& in l. q fine. ff. de neg.geſt.

b Non debet.] ¶Pęnam.] Si ergo conſtet ibi, q ſentẽtia iudicis eſt iniqua, potes iudici uiolenter reſiſtere.extra de appel.ſignificauerūt.61.diſt cap.nullus inuitis. Eſt ergo hic arg. q ſi quis celebrat poſt excōicationē iniuſte latā, q non debet ſuſtinere aliquam pœnā: q̄a qui probat ſnīam excōicationis eſſe iniuſtā, nō eſt cogendus ad aliquam ſatisfactionem. extra off ord.ad reprimendam.argu.ꝫ. ead cui eſt. ſed hoc nō eſt verum,ut ꝫ ea.ſi epiſcopus fortè. & c. ſeq 2.

Excōicatus iniuſtè celebrās an ſit puniendus.

duani mortui reſuſcitatio illa ſignificat, quæ videlicet demonſtrat, quia prius mortuum Dominus ſuſcitauit, & viuificauit dicens: [Lazare veni foras.] & poſtmodū is, qui viuens fuerat egreſſus: à diſcipulis eſt ſolutus, ſicut ſcriptum eſt.

Io. 11.

Simplicius Papa.epiſt.2.

Idem in regeſto.

¶Priuilegio meretur exui, qui eodem abutitur.

C. LXIII.

Anſ.l.4.c.3. Burc.l.1.c.29. Iuo p.5. c.140.

† Concor.l. Chriſtianos C. de paga. ſac & tēp. & l. liberā. §. de pec.

Priuilegium [a] omnino meretur amittere, qui permiſſa ſibi abutitur poteſtate †.

¶ In regeſto B.Gregorij. ex quo citatur, non eſt inuentum. Habetur autem in epiſtola ſecunda Simplicij Papa, cui etiam Nicolaus primus in epiſtola ad Hincmarum cuius initium eſt, Epiſtolā beatitudinis tuæ, *& Burchardus & Iuo. & aliquot vetuſta Gratiani exemplaria tribuunt: ſupra etiam diſt 74.c.vbi.§.nam priuilegium citatur ex eodē Simplicio. Simile eſt quod B. Auguſtinus ſermone de tempore 247 ſcribit* Iudicio .u. legum, iure ab obtenta dignitate deiicitur, qui priuilegio ſibi conceſſo abutitur.

Item Gregorius Antonio ſubdiacono, lib.2.indict.11.epiſtola 9.

¶Is, in quem canonica non fertur ſententia, pœnam non debet ferre canonicam. C. LXIIII.

Non debet is pęnam [b] ſuſtinere canonicam, in cuius damnatione non eſt canonica prolata ſententia.

ꝫ ead.cui eſt.

Ex his datur intelligi, quòd iniuſta ſententia nullū alligat apud Deum; nec apud eccleſiam eius aliquis grauatur iniqua ſententia, ſicut ex Gelaſij [c] capite habetur. Nō ergo ab eius communione abſtinendum eſt, nec ei ab officio ceſſandum, in quem cognoſcitur iniqua prolata ſententia. Cur ergo capitula Carthaginenſis [d], & Africani [e], atque aliorum conciliorum, prohibent iniuſtè damnatum in communione recipi ante iudicij examinationem? cur & illud in concilio Moguntinenſi ſtatutum eſt †?

ꝫ ead ſi epiſcopus.] & [Placuit.]

† In Toletano 4.c.27.

EX HIS. CASVS. Concludit Grat. ex ꝫ. dictis, q iniuſta ſnīa nec apud Deum, nec apud eccleſiā quēquā ligare pōt. Et ad hoc ꝓbandum ſophiſticè inducit c. Gelaſij Papæ.ꝫ ea. cui eſt illata. & ideo dicit ab eius communione non eſſe abſtinendum. Sed poſtea huic ſolutioni objicit duo c. ſcilicet Carthaginenſis concilij, & Africani. ꝫ.c. clericus & c. placuit. objicit etiam c. Moguntinen.concilij, ut infra ea.c. proxi.

2 Sed hoc ſophiſticū ē: q̄a illud ca. cui eſt.intelligit de ſnīa q̄ ipſo iure nulla ē: q̄a data à non ſuo iudice: q̄a ab hæretico damnato Hug.

c ¶Ex Gelaſij.] Supra ead cui eſt.
d ¶Carthaginenſis.] Supra ea.ſi epiſcopus.
e ¶Et Africani.] Supra ea.cap placuit.

¶Qui damnatur a ſynodo, quomodo in ſecunda innocens reparetur. C. LXV.

Burc.l.2.c.192. Anſ.l.8.c.27. Poly.l.2.tit.36. Iuo p.5. c.367. & p 6.c.237. Pann.l.3.c.10.

† *inueniatur*

Epiſcopus, presbyter, aut diaconus à gradu ſuo iniuſtè deiectus, ſi in ſecūda ſynodo [f] innocens reperiatur †, non poteſt eſſe quod fuerat, niſi gradus amiſſos recipiat coram altari de manibus epiſcoporum: ſi epiſcopus eſt, horarium [g], annulum, & baculū; ſi presbyter horarium, &

Epiſcopus.] CASVS Quidā epiſcopus uel presbyter vel diaconus iniuſtè fuit degradatus.quæſitum fuit in concil. Moguntin vtrum poſſit exercere officium ſuum ſicut prius faciebat? Et reſpondetur q non, niſi inſignia graduū recipiat coram altari de manu epiſcoporū, ſicut prius amiſerat. Idem eſt ꝺ reliquis clericis. hodie ſolus Papa reſtituit depoſitos, ut ꝫ.2. q 6.ideo 2. vn̄ hoc c. eſt correctū. vel loq̄ſ ſm antiqua tp̄a: uel de delegatis à dn̄o Papa.
f ¶Synodo.] Hodie concilū non deponit

extra de conſti.cum acceſſiſſent. Item propter negligētiam.ff.de nundinis.l.1. Item propter enorme damnū ſuperueniens.extra de deci.ſuggeſtum. Sed nunquid eccleſia perdit priuilegium ſi delinquant canonici vel monachi? Videtur quod ſic: q̄a & ciuitas perdit ſi deliquerint ciues 25.q.2.ita nos. Item rauis eccleſiæ publicatur propter delictum.C.de ſacroſ.eccl.iubemus. argu.extra de pri.l. c im & plantare.in fin. Sed dicas quod non.arg. extra de arbi.capit.cum tempore.

epiſcopū, ſed ſolus Papa, nec concilium reſtituit ep̄m, ſed ſolus Papa, vt 2.q 6.ideo Et hic eſt ar. q ep̄s poteſt reſtituere clericum depoſitum: q̄d verū eſt cū dicit de poſitionē nullā: quia per falſos teſtes, vel per allegationes eſt conuictus: licet ſit ar. ꝫ ff.de quæſt.l.1. in fine. ADDITIO. Vbi hr̄ q præſes prouinciæ illum, quem dānauit, reſtituere non pōt: ſed illud intellige cū peti ur reſtitutio officio iudicis: ſecus vbi iure actionis. Acc.
g ¶Horarium.] Id eſt, ſtolam.

Ep̄s deponitur & reſtituitur à ſolo Papa.

a ¶ Planetam.] Id eſt, caſulam.
b ¶ Reliqui.] Hic patet, ꝙ æque deponiē aliquis à minoribus ordinibus ſicut a maioribus, ut 24. diſt. c. vlti. & 26. q. 1. ſi q̄s epiſcopus. licet ſit ar. 5̄. 25. diſt. ep̄s.
SI ERGO. Hæc eſt 5 pars, in qua facit diſtinctionem, & c. Io de Fan.

cat tamen qui expectat remunerationē, ſicut fœnerator, ut 14. q. 3. c. 1. Sed nunquid peccat qui indici dat pecuniā vt iuſte iudicet? Dicūt quidam: ſi dans hoc exprimit, ꝙ iō det pecuniā ut ꝓ eo ferat ſniā, turpiter facit nec tūc repetet qđ dedit. ſed ſi ſimpliciter det ei vt iuſte

Iudici dās pecuniā vt iuſte iudicet an peccet.

CASVS. Concludit Gra. ex c. 5̄. prox. dicēs ꝙ ſi iniuſte degradati non poſſunt eſſe quod fuerunt, niſi de manibus epiſcoporū recipiāt quod iniuſte amiſerunt, apparet ꝙ iniqua ſententia excommunicationis ligat. Sed ſtatim reſpōdendo facit trimēbrē diuiſionem iniuſtæ ſniæ: dicens ꝙ ſententia qñque iniuſta eſt tantum ex animo: qñque tantum ex ordine: qñque tantum ex cauſa. Et ad probandum iſtam diuiſionem ſequentia cap inducit: & dicit; quòd in omnib. caſib. iſtis eſt parendum ſententiæ.
c ¶ Ex cauſa.] ff de li. & poſthu. ſed etſi. & l. ſi poſthumus. §. vl. & l. idē. & ff. de condi. & demō. cū tale. §. falsū. & § ſe. & l falſa.
IRA. CASVS. Quidam ſeruato ordine iudiciario quendam delinquentem ex odio condemnauit: q̄ſitum fuit an recte iudicauerit? Et reſpondetur quod ſic quantum ad condemnatum: ſed tamen condemnans Dei iuſtitiā non imitabitur, in quem non cadit perturbatio, cum hoc ex odio fecerit.
d ¶ Quantum ad ſe.] Not. ſententiam quo ad vnum tenere, quo ad alium non, ut 23. q. 5. miles. & ca. cum minister. ſic 49 diſt. c. ulti.
QVi recte.] CASVS. Quidam iudex ordine iudiciario ſeruato iuſtā tulit ſniam pro precio tñ. quæſitū fuit à Greg vtrum talis iudex debeat dici bonus? Et reſpō ꝙ ñ:

planetam [a]; ſi diaconus, orariū, & albam; ſi ſubdiaconus, patenam, & calicem. Sic & reliqui [b] gradus in reparatione ſua recipiant ea, quæ cum ordinarentur, perceperant.

¶ Hoc habetur in concilio Toletano 4. c. 27. ex quo citant Iuo par. 5. c. 367 & Polycarpus l. 2. tit. 36. Idem tamen Iuo par. 6 c. 237. & Burchardus tribuunt concilio Moguntino: auctor autem Pannormiæ & Moguntino, & Toletano.

5 *Si ergo iniuſte deiecti, nec etiam per epiſcopos reparari poſſunt, niſi de manibus eorum recipiant quæ amiſerant; quomodo ſua auctoritate cuiq; licet iniuſte ligatis communicare, & eis, non petita abſolutione, ſua celebrare officia, ſicut Gelaſius videtur ſentire? Ad hoc reſpondendum eſt, quòd ſententia aliquando eſt iniuſta ex animo proferentis, iuſta vero ex ordine & cauſa: aliquando eſt iuſta ex animo & cauſa, ſed non ex ordine: aliquando iuſta ex animo & ordine, ſed non ex cauſa [c]. Cum autem ex cauſa iniuſta fuerit, aliquando nullum in eo omnino, qui accuſatur, delictum eſt, quod ſit damnatione dignum: aliquando non eſt in eo illud, ſupra quod fertur ſententia: ſed ex alio notandus eſt. Ex animo eſt iniuſta, cum aliquis ſeruata integritate iudiciarij ordinis in adulterum, vel in quemlibet crimino ſum, non amore iuſtitiæ, ſed liuore odij, uel pretio, aut fauore aduerſariorum inductus ſententiam profert. Vnde Beda ſuper epiſtolam Iacobi ait. ¶ [Ira enim viri iuſtitiā Dei non operatur.] quia qui iratus in aliquem ſententiam profert, & ſi ille, quantum ad ſe [d] iuſtam reportet ſententiam; iſte tamen, qui non amore iuſtitiæ ſed liuore odij in eum ſententiam dedit, iuſtitiam Dei, in quem perturbatio non cadit, non imitabitur.*

Mutatis uerbis ſed ſalua ſententia.

Iac. 1.

Item Gregorius.

¶ Sententia iuſtitiæ non eſt pro præmio ferenda. C. LXVI.

Iſidorus ſentētiarū de ſūmo bono, l. 3. c. 58. Beda in ſcintil lis, c. 71. Burc. l. 16. c. 28.

QVi recte iudicat, & præmium inde remunerationis expectat [e]; fraudem in deum ꝑpetrat: quia iuſtitiā, quam gratis impertiri debuit, acceptione pecuniæ vēdit. Bonis male utuntur, qui iuſte pro temporali lucro iudicant. Tales quippe ad veritatem non iuſtitiæ defenſio, ſed amor præmij † prouocat: quibus ſi ſpes nummi ſubtrahitur, confeſtim à iuſtitiæ defenſione recedunt. Acceptio nummorum †, præuaricatio ueritatis eſt. Vnde & pro iuſto dicitur: [Qui excutit manus ſuas ab omni [f] munere, iſte in excelſis habitabit.]

† *al. pecuniæ*

† *al. munerū*

Eſa. 33.

¶ Apud B Gregorium non eſt inuentum: ſed apud Iſidorum lib 3. de ſum. bono, c. 58. quem citant Burchardus, & Beda in ſcintillis.

quia no amor iuſtitiæ, ſed pecunia illud ad ueritatem prouocauit; cui ſi ſpes nummi nō aderit, a iuſtitiæ tramite deuiauit: ſed bonus iudex ab omni munere excutit manus ſuas: qui pro recto iudicio vitam accipiet ſempiternam.
e ¶ Expectat.] Arg. ꝙ licet non interceſſit pactio, pec-

iuſte iudicet, uel ut iuſte teſtet, nō peccat: & tūc repetet qđ dedit 1. 14 q. 5. nō ſane. Plerīq; doctores legū dicūt: qualitercumque det, non repetit: quia uoluit corrumpere iudicem, ut ff. de condi. ob tur. cauſam. l. 1. & venales ſententiæ nullæ ſunt 2. q. 6 §. venales.
f ¶ Ab omni.] Sup. 1. q. 1. ſunt nonnulli.

† Ad hoc ff. de cond. ob turpem cau l 3 & l. ſi ob turpem. Arch.

Illa-

ILla.] CASVS. Mauritius Imperator furioſè delinquentes feriebat quandoque. quare Greg. ex hoc eũ redarguit: quia tempore commotionis iudex putat eſſe iuſtum quod facit, & tñ eſt iniuſtum. vnde iudex iudicare non dẽt, niſi mente tota tranquilla & pacifica. a ¶Com-

b ¶Coercere.] Iudex non debet plus iuſto incãdeſcere in eos, quos malos putat. ff. de offi. pręſi. obſeruãdũ. c ¶Vindicantes.] Repercutiẽdo. 23. q. 1. §. 1. aliàs poſſumus vim vi repellere. ff. de iuſt. & iur. vt vi. & C. vnde vi. l. 1. 1.

Item Gregorius lib. 8. epiſt. 12. ad Guidiſcalcum.

¶In præpoſitorum operibus ſibi totum ratio vendicet. C. LXVII.

Burc. l. 15. c. 29. Iuo p. 16. c. 30.

ILla præpoſitorum ſolicitudo vtilis, illa eſt cautela laudabilis; in qua totum ratio agit, & furor ſibi nihil vẽdicat. Reſtringenda ſub ratione poteſtas eſt: nec quidquam agendum prius, quàm concitata ad tranquillitatem mens redeat. Nam commotionis [a] tempore iuſtum omne † putat, quod fecerit.

†al. ira

Item Ambroſius libro de S. Ioſeph, c. 13.

¶Grauiter delinquit, qui ex ira ſententiam profert. C. LXVIII.

IRa ſæpè etiam innocentes in crimẽ abducit: quia, dum iuſto amplius iraſcimur, et volumus alienum coercere [b] peccatum, grauiora peccata committimus. Ideo Apoſtolus ait:] Non vos ipſos vindicantes [c] chariſſimi: ſed date locum iræ.] hoc eſt, declinemus eam: ne nos illa corripiat. Vnde Dominus Ieſus dimittens ad Euangelizandum diſcipulos, miſit eos ſine auro, ſine argento, ſine pecunia, ſine virga: id eſt, ut & incentiua litis, & inſtrumenta eriperet vltionis.

Rom. 12.

Lu. 9.

Item ex libro vndecimo eccleſiaſticæ hiſtoriæ Rufini, c. 18.

¶Ratio debet corrigere, quod furore promulgatum eſt. C. LXIX.

CVm apud Theſſalonicam ſeditione exorta quidã vir ex militaribus impetu fuiſſet populi furentis extinctus, Theodoſius repentini nuncij atrocitate ſuccenſus ad ludos Circenſes imitari populum, eique ex improuiſo circumfundi milites, atque obtruncari paſſim ut quiſque occurriſſet, gladio iubet, & uindictam dari non crimini, ſed furori; ob hoc, cum à ſacerdotibus Italiæ argueretur, agnouit delictum, culpamq; cum lachrymis profeſſus, publicam pœnitentiam in conſpectu totius eccleſiæ egit † [1] & in hoc ſibi tempus adſcriptum abſq; regali faſtigio patienter impleuit. Quibus omnibus illud quoque mirabiliter adiecit. Lege ſanxit in poſterum, út ſententiæ principũ ſuper animaduerſione [d] prolatæ, in diem uigeſimum ab executoribus differrentur; quo locus miſericordiæ, vel, ſi res tuliſſet, pœnitentiæ non periret.

†al. exegit

† al. Gregorius.

Item ex † dictis Gregorij.

CVm apud.] CASVS. Quidam miles impetu furentis populi apud Theſſalonicã fuit interfectus: quo audito Theodoſius Imperator, atrocitate ſceleris cõmotus, ad ludos Circenſes iuſſit populũ conuocari: & præcepit militibus vt populum indifferenter obtrũcarent. Super quo facto cum ab epiſcopis Italiæ redargueretur, in conſpectu eccleſiæ, indumentis regalibus depoſitis publicam pœnitentiam egit: & ſtatuit vt ſententiæ principum ſuper capitali cauſa prolatæ, ab executoribus vſque ad dies triginta differantur, vt locus eſſet miſericordiæ, ſi videretur expedire, vel æquitati conſonare.

d ¶Animaduerſione.] In ciuilibus cauſis ſi actio eſt perſonalis, vſque ad quatuor menſes non mandatur ſententia executioni. extra de offi. de leg. quærenti. ſi eſt realis, ſtatim mandatur executioni, vt inſtit. de offic. iud. §. 1. Sed ſi ſñia ſit lata ſup crimine, ſtatim mãdatur executioni, ut 2. q. 1. ſicut. C. de pęnis, cum reis. niſi in caſibus, ſcilicet, cum princeps ex iracũdia tulit ſententiam, ut hic, & C. de pœnis. ſi vindicari. Item cum ſñia lata eſt cõtra mulierẽ pgnantẽ, differt executio vſq; ad tps partus. ff. de pe. pgnãtis. Itẽ ſi eſt lata in ſeruum, differt executio quouſq; dño reddiderit ratiocinia. C. de bo. præſcri. l. 1. Itẽ differtur qñ inſula eſt aſſignanda à principe. 2. q. 6. biduũ. §. ſi quidem. Item differtur cũ quis eſt cõfeſſus de crimine [2]. donec appareat an velit in confeſſione perſeuerare. C. de cõfeſ. re. l. 2. Hæc habentur in his verbus:

In perſonali poſt menſes, quatuor in re
Protinus eſt omnis ſententia perficienda.
Sic in criminibus: ſed caſus excipe quinque;
Confeſſus, pregnans, iratus, & inſula, ſeruus.

1 Vt ſup. 1. diſt. ius naturale. & ſic hoc verbum Apoſtoli eſt conſilium: ſed ſubtilius in inẽtibus vẽ eſſe præceptum, ſecũdum Lau.

Sñia intra qđ tps mãdetur executioni.

Sñia ſuper crimine lata ſtatim mãdatur executioni p̄terquàm in caſib[9] quinque.

2 Hoc ideo quia nõ ſtatur confeſſioni, niſi cõtĩtẽs perſeueret. ff. đ qõ. l. 1 §. diuus. & §. ſi quis vltro. Archid.

a ¶Commotionis.] Iudex ergo cum offenditur, debet dare inducias, argu. 23. q. 5. c. 2. & 5. q. 2. relatum, in fin. & q. 5. qui ambulat.

IRa.] CASVS. Docet hic Ambr. q̄ prælatus in corrigendo delinquentes, iram debet à ſe remouere. Et hoc probat duabus auctoritatibus, ſcilicet Chriſti, & Pauli.

Sum-

SVmmopere.] CASVS. Quidam rectores eccleſiæ vel ſæculares iudices ex leuitate vel furore ſententias proferebant. Sed Greg docet hoc non eſſe faciendum: ſed re pleniter inueſtigata, ſine acceptione perſonarũ ſecundum leges & canones dicit eſſe definiendum: & hoc probat exemplo Moyſi, qui querelas populi ad Deum referens iuxta Domini præceptũ iudicabat: inſtruens ut non ex corde noſtro, ſed ex præcepto Dei condẽdemnationis & abſolutionis ſententiam proferamus. Seq. duo cap. plana ſunt.

a ¶Qui publica.] Id eſt, ſæcularia.

b ¶Aut furore.] 2. q. 1. Deus omnipotens. ȷ. 30. q. 5. iudicãtem.

c ¶Reſoluatur.] Id eſt, aperiatur.

Iudex an ſm conſciẽtiam dẽat iudicare.

d ¶Et tunc ſecundum.] Tamen bene tenetur iudex iudicare ſecundum quod ſibi vr̃, ut in auth iuſiurãn. quod præſtatur ab his. §. 2. coll. 1 ff. de arb. qualem Et eſt arg. ꝙ ſm allegationes potius quàm ſecundum conſcientiã ſit procedendum, ut ſupra 3. q 7. iudicet.

NOn licet.]

e ¶Iuſtũ.] Multo magis iniuſtũ 14. q 5 non ſanè. Gan. dixit ꝙ aduocatus uel iuriſperitus non dẽt vendere uel conſiliũ uel patrocinium: quia ſi cauſa eſt iniuſta, nõ debet iudex eam aſſumere: immo ſemper acceptam uel aſſumptam deſerere debet. C. de iudi. rem non nouam. ſi eſt iuſta, gratis tenetur conſulere uel patrocinari. & dicit Auguſtinum hic loqui ſecundum leges. Sed tu dicas quòd tales operas bene poteſt locare quis 1. nemo enim de ſuo cogitur facere beneficium. 10. quæſ. 2. precariæ. Tamen dico, quod ſi ſine labore poſſunt dare conſilium, nõ reuoluendo libros, nec laborando in perlegẽdis allegationibus: tunc gratis 2. tenentur ſubuenire. De iudice delegato dicas, ꝙ nihil pt̃ petere niſi expenſas. extra de vi. & hone. cleri. cum ab omni modica tamen xenia poteſt petere vel accipere: dum tamen talia ſint, quæ iudicantis animam non immutent argu. extra de ſimo. & ſi quæſtiones. quia illa non computantur inter lucra. ff. de offic. proconſul. l. ſolet. §. vl. nec huiuſmodi xenia debent excedere in anno 100. aureos. ff. ad l. Iuliam. repetun. l. ea. in ſin. teſtis etiam ſumptus petit. ut 4. q. 3. uenturis. Ordinarius autem iudex non poteſt expenſas petere, cum ei certi ſunt reditus ſtatuti. 23. q. 1. militare 3.

Aduocatus an poſſit operas ſuas locare.

1 Adde an & quã aduocatus poſſit paciſci d̃ ſalario. gl. 2. ſl ſumptus. ff. de pac. & l ſi q aduocatorum. & ibi Cyn. C. de poſt.

2 Contrariũ tenet Ioan. An. in Mercur. Fr. Purpur. in l. ſi me & Titiũ. in princi ſi cer. pe. Hic. Cagn. char. 46. col. 2. de offic. aſſeſſ. niſi pauperi. Albe. l. 1. C. d̃ poſtu.

3 Si vis de iſta materia plenam hr̃e notitiã videas q̃d no. in Spec. lib. 1. de ſalarijs. §. 1. & de aſſeſ. §. ſalariũ. Ar.

f PAuper.] 23. q 4 ne amiſſo.

g ¶Exiſtimat.] Simile diſt. 50. ſi lapſis.

¶In dictandis ſententijs rectores nullo furore ducantur. C. LXX.

Burch l. 16. c. 1. Anſ. l. 13. c. 25.

SVmmopere præcauere debent rectores eccleſiarum, & qui publica [a] iudicia exercent, vt in dictandis ſententijs nullatenus leuitate, aut furore [b] ducti ſint præcipites, ſed cauſis prius diligenter uentilatis, cum res, quæ ignorabatur, pleniter ad notitiam venerit, tunc diuina, & humana lex reſoluatur † [c], & tunc ſecundũ [d] quod ibi cõſtitutum eſt, remota perſonarũ acceptione, definitiua proferatur ſententia. Hinc eſt, quòd Moyſes querelas populi ſemper ad Dominum tabernaculum ingreſſus referebat, & iuxta quod Dominus imperabat, iudicia proponebat, nimirum nos inſtruẽs, ut non ex corde noſtro, ſed ex præcepto diuino condemnationis, vel iuſtificationis ſententiam proferamus.

† *reuoluatur*

Exo. 33.

¶*De non præcipitanda ſententia leguntur nonnulla apud B. Gregorium lib. 19. Mor. cap. 23. ad ea uerba Iob.* Cauſam, quam neſciebam, diligentiſſimè inueſtigabam *& lib. 12. regeſti, epiſt. 26. & alibi.*

Item Auguſtinus ad Macedonium, epiſt. 54.

¶Iuſtum iudicium vendi non poteſt. C. LXXI.

ȷ. 14. q. 5. c. fin.

NOn licet iudici vẽdere iuſtum [e] iudicium, & ſi liceat aduocato vendere iuſtum patrocinium, & iuriſconſulto rectum conſilium.

¶*Propria verba B. Auguſtini referuntur infra 14. q. 5. c. fin. verſ. ſed non ideo.*

Item Iſidorus lib. 3. de ſummo bono, c. 58.

¶De eodem. C. LXXII.

Burch. l. 16. c. 28

PAuper [f] dum non habet quod offerat, non ſolum audiri contemnitur, ſed etiam contra veritatem opprimitur †. Cito violatur auro iuſtitia, nullamque reus pertimeſcit culpam, quam redimere nummis exiſtimat [g].

† Adde an pauperi teneatur aduocatus impẽdere gratuitũ patrociniũ: & dic ꝙ ſic, vt no. Alb. de Roſa in l. 1. C. de poſt.

Huic itaque ſententiæ, quæ non amore iuſtitiæ, ſed ex alia qualibet cauſa fertur in quenquam, humiliter obediendum eſt.

HINC ITAQVE CASVS. Concludit Gratianus ex ſupradictis cap. dicens ꝙ quamuis ſententia non feratur amore iuſtitiæ, tamen ei humiliter eſt obediendũ.

Vnde in Nicæno concilio, c. 5.

Et in Aquiſgr. c. 42.

¶Non recipiantur ab alijs, qui ſuorum epiſcoporum contrahunt offenſam. C. LXXIII.

Burc. l. 11. c. 36. Iuo p. 14 c. 100. Poly. l. 7. tit. 1.

SEruetur iſta ſententia, vt hi, qui ab alijs excõmunican-

SEruetur.] CASVS. Quæſitum fuit in Nicæno concilio, vtrum illi, qui ſunt excommunicati ab ep̃is ſuis, ſint ab alijs epiſcopis recipiendi? Et reſpon. ꝙ non, ſed requirendum eſt utrum iuſtè uel iniuſtè ſint excõicati, ut ſi iniuſtè fuerint excommunicati, abſoluantur. Illi uero qui iuſte fuerint excommunicati à cæteris epiſcopis habeantur excommunicati quouſq; reſipiſcãt.

a ¶Ab

a ¶Ab alijs.] Licet etiã priuilegiati ſint aliqui,tamen tenentur uitare excommunicatos.
b ¶Epiſcopi.] Extra de ſen.excom.nulli.
c ¶Abſtenti ſint.] Id eſt, excommunicati ſunt.

ADDITIO. ſic ſ. ead ſi quis laicus: in princ.
d ¶Epiſcoporum.] Ergo ſi ex iuſta cauſa epiſcopus aliquẽ excõicauit, ſuperior non debet abſoluere eũ: ſed debet eum remittere abſoluẽdum ad epiſcopum, etiã ſi appellatũ ſit ad ipſum: qđ uerũ eſt, cum euidens eſt ipsã ſentẽtiã eſſe iuſtã, extra de ſen. excõ. c. per tuas, in fine. alioquin ſecus, ut eadẽ decre. ſ. ea. ſi epiſcopus forte.

† μικροψυχία
† ανδία.
† al. excommunicati ἀκοινώνητοι

Adtur, ab alijs [a] ad communionem non recipiantur. Requiratur ſane, ſi forte ex aliqua indignatione † animi, aut cõtẽtione, aut qualibet de tali communione † epiſcopi [b] ſui abſtenti † ſint [c]. *& infra.* ¶Vt ita demum hi, qui ob culpas ſuas epiſcoporum [d] ſuorum offenſas merito contraxerunt, digne etiam à cęteris excommunicati ſimiliter habeantur, quouſque epiſcopo ſuo *a* uiſum fuerit humaniorem circa eos ferre ſententiam.

a ¶Epiſcopo ſuo.] *In priſca verſione, quæ eſt in collectione Iſidori & huic ualde ſimilis eſt, legitur,* quouſque in communi, uel ipſi epiſcopo ſuo: *nec multo aliter in altera vulgata verſione. Græce eſt μέχρις ἄν τῇ κοινῇ τῶν ἐπισκόπων δόξῃ. id eſt,* quouſque communi epiſcoporum uideatur.

ITEM SENTENTIA. CASVS. Hic Gra. oſtendit ſecundum membrum diſtin. ſ. q̄ ſententia tunc eſt iniuſta ex ordine, quando iudiciario ordine nõ ſeruato aliquis ꝓpter culpã ſuã condẽnatur; quod nõ eſt faciendũ: & hoc probat per ſeq. ca. Duo ſequẽtia cap. plana ſunt.

Item ſententia eſt iniuſta ex ordine, quando non ſeruato iudiciali ordine quilibet pro ſua culpa damnatur.

Vnde Gregorius ſcribit Conſtantino Mediolanenſi epiſcopo, lib. 8. epiſt. 30.

¶Res dubia non definiatur certa ſententia.

C. LXXIIII.

† al dicatur

GRaue [e] ſatis eſt, & indecens, ut in re dubia certa detur † ſententia.

e GRaue.] ſ. diſt. 33. cap. ulti. de hoc notatum eſt ſed ubi ius dubiũ eſt, bene fertur ſentẽtia certa 30. q. 3. c. vl quãque ẽt in dubio facto certũ ius ſtatuitur. extra de ſpon. iuuenis.

† al. pœnitẽtia medicina

Item Auguſtinus in libro de pœnitentia †, c. 3.

Iuo p. 5. c. 247. Pann. l. 4. c. 114.

¶Non credantur quæ certis indicijs non demonſtrantur. C. LXXV.

30 q. 5. ſi qs diuinis.] ex Sixto.

† *facile ſunt.*] orig.

QVamuis vera ſint quædam, non tamen iudici [f] ſunt † credenda, niſi certis indicijs demonſtrentur.

Aliquot uerbis mutatis.

f QVamuis] ¶Iudici.] Ar. q̄ iudicandum eſt ſecundum allegata, & nõ ſecundum opinionem iudicis.

Item Damaſus Papa epiſtola ſexta.

Anſ. l. 3. c. 51.

¶Antequam examinentur, aliqui non iudicentur. C. LXXVI.

EOrum, qui accuſantur, cauſas diſcutere nõ licet, priuſquam canonice uocati ad ſynodum ueniãt, & pręſens per præſentem agnoſcat veraciter †, & intelligat [g] quæ ei objciuntur. Quod bene, & per ſapiẽtiam Salomonis *a* dicitur: [Antequam ſcruteris, ne reprehendas. Intellige [h] prius, & tunc increpa. Antequam audieris, ne reſpõdeas.] Et licet apertiſſima [i] ſit contrariorum [k] reprehenſio, ueruntamen oportet ab his, qui dati † ſunt ad eorum examinationem, ordinem ſeruari.

† al. veritatẽ

Eccl. 11 ſecundum 70.

† al. deputati

EOrum.] CASVS. Queſitũ fuit à Damaſo Papa, utrum crimina aliquorum ſint examinanda uel puniẽda antequã canonice uocentur ad ſynodum. Et reſpondet q̄ non, qđ probat auctoritate Salomonis: & quãuis obiecta crimina ſint manifeſta, non tamen iudici tanquam iudici, & ideo ſemper examinatio facienda.

g ¶Intelligat.] Nã niſi intelligat, non dicitur fieri eo pręſente. ff. de uerb. ſignific. coram.

h ¶Intellige.] Aliàs dicitur: ſicut praue intellexiſti, ſic praue reſpondes. de conſecra. diſt. 2 c. 1.

i ¶Apertiſſima.] Id eſt, aperta & manifeſta: non tñ ut iudici notoria. Vel intellige cũ iudici eſt manifeſta.

k ¶Contrariorum.] Id eſt, aduerſariorũ.

a ¶Salomonis] *Citat librum ſapientiæ Sirach, id eſt Eccleſiaſticum, nomine Salomonis Et ſic citatur etiam à B. Gregorio 1. q. 1. non eſt putanda. & à Cypriano libro 3. ad Quirinum, c. 20. & à Clemente Alexandrino Stromatũ lib. 7. & ab Origene hom. 18. in Numeros. & ab Hilario in pſal. 67. & ab alijs patribus: cuius rationem reddidit B. Auguſtinus l. 2. de doctr. Chriſtiana, c. 8. & alibi.*

Iſidorus l. 3. de ſum. bono c. 59.

Item ex octaua ſynodo.

¶Qui falſum de alio profert, & is qui crimina credit, vterque reus eſt. C. LXXVII.

NOn ſolum [l] ille reus eſt, qui falſum de alio profert; ſed & is, qui aurem cito criminibus præbet.

l NOn ſolũ.] Supra 86. diſt. ſi quid ſ. ca.

ſ.ea.q.c.in cunctis.& cap.ſi quis dixerit.

CVM ERGO. Hæc eſt ſexta pars q.in qua probat, ꝙ ſi ſententia excommunicationis ex ordine nulla fuerit: tamen ſeruanda eſt, etiam ſi ſit ex cauſa iniuſta: q a ligatur propter contemptum. & hoc probat per 22. auctor. Ioan. de Fant.

c ¶Quattuor.] Eſt & quintus modus, quando iudex pauperibus miſeretur, ut 23. quæſt. 4. eſt iniuſta. & cap. ne amiſſo. Item ſunt alij duo modi: nimia ſeueritas: & nimia remiſſio, ut 45. diſtinct. diſciplina. non enim eſt conſtans iudex cuius animi motum uultus detegit. ff. de offi. præſi. obſeruandum. Item eſt & alius modus quando per imprudentiam male iudicat. inſtitut. de obli. quæ ex quaſi deli. naſ. §. 1.

¶De hac inſcriptione octauæ ſynodi notatum eſt ſupra eadem q. 3. ſi quis frater.

6 Cum ergo ſententia ex ordine iniuſta eſt; nec tunc ab ea recedendum eſt: quia etiam, antequam ſententia daretur in eum; pro qualitate reatus ſui ligatus apud Deum tenebatur. Contingit aliquando, ut adulter ſententiam pro ſacrilegio [a] reportet, cuius reatum in conſcientia non habet [b]. Hæc ſententia & ſi iniuſta ſit, quia non eſt in eo crimen, ſuper quod lata eſt ſententia; tamen iuſte ab eo reportata eſt, quia ex reatu adulterij iamdiu apud Deum excommunicatus fuerat. Et in hoc caſu intelligenda eſt illa auctoritas Gregorij: [Sententia paſtoris, &c.] Iuſtam ſententiam uocat, quando crimen ſubeſt, ſuper quod fertur: iniuſtam, quando illud non ſubeſt: quæ tamen timenda, uel ſeruanda eſt: quia ex alio iam dudum damnandus erat. Unde, cum præmiſiſſet Gregorius: [Utrum iuſte an iniuſte obliget paſtor, paſtoris tamen ſententia gregi timenda eſt,] ſubſecutus adiecit: [Ne is, qui ſubeſt. & cum iniuſte forſitan ligatur, ipſam obligationis ſuæ ſententiam ex alia culpa mereatur. Paſtor ergo uel abſoluere indiſcrete timeat, uel ligare. Is autem, qui ſub manu paſtoris eſt, ligari timeat uel iniuſte; nec paſtoris ſui iudicium temere reprehendat: ne, & ſi iniuſte ligatus eſt, ex ipſa tumidæ reprehenſionis ſuperbia, culpa, quæ non erat, fiat.] ſ.ead.c.1. Hom.26.ſ Eua.

[c] Aliquando nullum ſubeſt crimen: & tamen uel odio iudicis, uel factione inimicorum oppoſitam ſibi ſententiam damnationis in ſe excipit.

Unde Gregorius ait.

¶Quot modis humanum iudicium peruertitur. C. LXXVIII. Iſidorus l. 3. de ſum. bono, c. 58

QUattuor [c] modis peruertitur humanum iudicium: timore [d], dum metu poteſtatis alicuius ueritatem loqui pertimeſcimus: cupiditate, dum præmio animum † alicuius corrumpimus: odio, dum contra quemlibet aduerſarium † molimur: amore, dum amico [e], uel propinquo complacere contendimus. Burc. l. 16. c. 28. † al. muneris alicuius corrumpimur] Iſid. † al. aduerſa

¶Apud Gregorium non eſt inuentum: ſed apud Iſidorum (quem citat Burchardus) & paulo etiam plenius: & ſequitur nonnullis interiectis poſt capue qui recte ſupra ead.

Quàm vero graue ſit uel odio, vel amicitia, uel me-

CASVS. Concludit Gratia. ex ſupradictis, ꝙ licet ſententia ſit iniuſta ex ordine: ei tamen eſt obediendũ. & allegando quandã falſam rationem aſſignat, dicens aliquãdo contingere, quod aliqs ligatus eſt apud Deum pro alieno reatu: & tamen pro reatu alio, quem non fecit, condemnatur: uelut ſi adulter de crimine ſacrilegii quod non fecit, non ſeruato ordine iudiciario condemnatur: quæ tamen ſententia tenet non ſacrilegij ratione quod nõ fecit, ſed rõne adulterij, ꝓ quo iamdiu apud Deum fuerat excõicatus. Et ad hoc probãdum inducit c. Greg. ſup. e. ſẽtentiã. & exponit cap. illud qualiter intelligi debeat.

a ¶Pro ſacrilegio.] G. male intelligit illud c. ſ. e. c. 1. innuit enim hic, ꝙ etiam eſt tunc timenda ſententia paſtoris quando uel illud crimen pro quo eſt excõicatus, uel aliud eſt in eo: aliàs ſi nullum eſt in eo crimen, nulla eſt uel nõ eſt timenda ſentẽtia, & fuit deceptus ex illo uerbo, ſiue ex alia culpa mereatur. ſed Grego. uocat aliã culpam, quam de nouo quærit, contemnendo ſcilicet excommunicationem 1, Vel dicas eum allegando 2 hoc dicere.

1 Et hoc patet in ſi. §. ibi fiat culpa.
2 Ad hoc dictũ facit ſ. ea. §. hęc & ſi. &c. ubi patet ꝙ ita intellexerit ut dictũ eſt. Arch.

b ¶Non habet.] Sic 24 q. 3. notandum. in fine: ubi dicitur, quod iniuſta excõicatio nõ nocet niſi contemnatur. ſic extra de ſen. excõ. per tuas, ſic nec denunciatio iniuſta eſt contemnenda, extra de noui operis nunciatione cap. ex iniuncto.

ALIQVANDO. CASVS. Hic proſequitur tertium membrum, ſcilicet quãdo ſententia eſt iniuſta ex cauſa: ſcilicet nullum crimẽ ſubeſt: ſed odio iudicis uel machinatione aduerſariorum ſeruato ordine iudiciario condemnatur, quod probat ſequenti cap.

QVattuor. [CASVS. Docet hic Greg. quód quattuor ſunt, quibus humana iudicia peruertuntur: ſcilicet timor, cupiditas, odium, & amor: & de quolibet ponit exemplum.

d ¶Timore.] Sed nunquid tenet ſententia, quam iudex per metum tulit? ſic: ſed elidi poteſt per exceptionem 3. 25. quæſt. 1. omne. ff. de furt. interdum. §. 1. Arg. contra. ff. de acqui. hære. l. 6. § ult. ſententia autem quę per præmium lata eſt, nulla eſt, ut 2. q. 9. §. uenales. ſed ſi odio uel amore lata eſt: bene tenet, ſed irritatur. ff. ad Trebel. l. ſeruo. §. eum prætor. 1o.

3 Subau. & ſic debet intelligi. ſ. e. iniuſtũ. ubi de hoc ſm Io. de Fant.

e ¶Dum amico.] De hac amicitia uel inimicitia nota. 3. quæſt. 5 c. 1.

Qui-

a QVicunq;]¶ Inimicitijs.] Vr̃ ꝙ iudex æquè poſſit recuſari ꝑ non capitales ſicut ꝑ capitales inimicitias, ut 3.q.7. iudices. ex̃ de ap. ad hoc. unde patet ꝙ pro minori cauſa recuſatur iudex q̃ teſtis, ut dixi 3.q.5. accuſatores. ſed ideo, quia facilius

Recuſatur iudex facilius quàm teſtis.

ritatem occultat, & qui mendacium dicit: quia ille prodeſſe non vult: & iſte nocere deſiderat.

b ¶Occultat.] Tunc ſcilicet cum inducitur in teſtem: aliàs bene poteſt: & etiam debet quandoque quis occultare veritatem, ut 22.q.2. primum. ver. ſeptimũ. & c. ne quis. & 43. diſt. in mandatis. & cum à Chriſto quæreret̃ q̃d eſt ueritas, non reſpondit 1.

tu, uel munere, uel quolibet modo iudicium peruertere, teſtatur Hieronymus in Amos, cap. 6. dicens.

Similia apud Iſidorum eod. l. 3. c. 57 & apud B. Hie. i Amos, c. 6. ad illud [Qm̃ conuertiſtis in amaritudinẽ iudiciũ.]

¶De ijs, qui aliquo modo iudicium peruertunt.

C. LXXIX.

QVicunque aut conſanguinitate, aut amicitia, & econtrario vel hoſtili odio, vel inimicitijs [a] in iudicãdo ducitur; peruertit iudicium Chriſti, qui eſt iuſtitia, & fructum illius vertit in amaritudinem.

Iſid. ibid. c 59.

Item Auguſtinus ad Caſulanum.

¶De ijs, qui metu poteſtatis veritatem occultant.

C. LXXX.

QViſquis metu cuiuſlibet poteſtatis veritatem occultat [b], iram Dei ſuper ſe prouocat, quia magis timet hominem, quàm Deum. *& poſt pauca.* ¶ Vterq; reus eſt, et qui ueritatem occultat [c], & qui mendacium dicit, quia & ille prodeſſe [d] non vult, & iſte nocere deſiderat.

Deuſdedit p. 1. Burc. l. 16. c. 12. Extra de crim. falſi. c. 1.

¶Caput hoc non eſt inuentum apud B. Auguſtinum, cuius poſteriorem partem citat etiam Burchardus ex dictis Auguſtini. Simillima leguntur in eodem libro tertio Iſidori, c 59.

Item.

¶De eodem. C. LXXXI.

iij NEmo peritorum, aut prudẽtium putet, ꝙ minus ſit periculum in verbis, linga [e] mentiendo, quàm manibus ſanguinem fundendo. Melius [f] eſt autem pro ueritate pati ſupplicium, quàm pro adulatione recipere beneficium.

Item Pelagius Papa II. epiſt. 2. Benigno archiepiſcopo.

¶De eodem. C. LXXXII.

VNicuique prouidendum eſt, ne aliquem iniuſtè perſequatur, iudicet, uel puniat; ne Ieſum [g] perſequatur, iudicet, uel puniat.

Hic quoq;, qui veritatem pro pecunia negat, vel falſum teſtimonium contra aliquem dicit: Deum negare, uel vendere probatur.

Vnde Beda ad c. 14. Marci.

Et ad c. 26. Matthæi.

¶Qui falſum teſtimonium dicunt, & ueritatem pro pecunia negant, ſceleris Iudæ participes ſunt.

C. LXXXIII.

Mar. 14. Matt. 26.

ABijt Iudas ad ſummos ſacerdotes, & conſtituerunt ei pecuniam ſe daturos.] ¶Multi hodie ſcelus Iudę, quia Dominum, ac magiſtrum, Deumq́ue ſuum pecunia uendiderit, velut immane, & nefarium exhorrent; nec tamen cauent. Nam cum pro muneribus falſum contra quemlibet teſtimonium dicunt; profecto, quia ueritatem pro pe-

c ¶Occultat.] ff. de fal. ſi quis obrepſerit.

1 Adde hoc q̃d dicã 22. q. 2. §. item quod dicit. Archid.

c ¶Occultat.] Cõtra 22. q. 2. ſi quis arbitretur.

d ¶Prodeſſe.] Aliqs ergo cogitur alij prodeſſe, cum ſibi non obeſt. ff. de aqua pluuia arcen. l. 2. §. Item Varus.

NEmo.] CASVS. Quæritur quis magis peccet, an qui mentitur, an qui ſanguinem effundit; Et reſpondit, ꝙ æqualiter peccant. vnde non debet aliquis mentiri: ſed melius eſt pro veritate pati ſuppliciũ: quàm pro mendacio beneficium. [Melius.] electiuè ponit. Sequẽs cap. planũ eſt.

e ¶Lingua.] Mentiẽdo de aliquo propter quod ipſe perdit vitã. talis enim dr̃ homicida. ĩ. de pœ. diſt. 1. periculosè 50. diſtinc. ſi quis uiduam.

f ¶Melius.] Electiuè, ut ĩ. ea. iniuſtum. 22. q. 1. conſiderat.

g VNicuiq;.] ¶ Ne Ieſum.] 7. q. 1. omnis qui gemebat.

HIC QVOQVE. CASVS. dictum eſt ſ. in præcedenti cap. ꝙ qui iniuſtè aliquem cõdemnat, Deum negat. dicit nunc Gratianus, quòd ſic Deum negat, qui veritatẽ occultat ꝑ pecunia, uel falſum teſtimonium dicit quod probat per ſeq. cap.

ABijt Iudas.] CASVS. Beda in hoc cap. primo ponit verba Marci Euãgeliſtæ, quæ durant vſq; ibi, [Multi.] Poſtea dicit, quòd multi hodie abhorrent ſcelus Iudæ, qui Deum pro pecunia uẽdidit: & tñ idẽ cõmittunt. Nam qui dicit falſum teſtimonium ꝑ pecunia, Deum negat, q̃ eſt ueritas. Similiter q̃ fraternã ſocietatẽ diſcordat & commaculat, Deũ q̃ charitas eſt ꝓdit, maximè cũ nõ ex infirmitate vel ignorãtia hoc facit, imo faciẽdi opportunitatẽ q̃rit.

cilius habentur mille iudices quàm vnus teſtis. extra de ap. poſtremo.

QViſquis]CASVS. Docet Aug. quòd excuſari non debet qui metu alicuius poteſtatis celat in iudicio veritatem: quia vterq; reus eſt, & qui ue-

a ¶Ven-

cunia negant, Deum pecunia uendunt [a]. Ipſe enim dixit: [Ego ſum veritas.] Cum ſocietatem fraternitatis aliqua diſcordiæ peſte commaculant; Deum produnt, quia Deus charitas eſt. Qui ergo charitatis, & ueritatis iuſſa ſpernũt, Deum utiq;, qui charitas eſt & ueritas, produnt, maximè cum non infirmitate [b], uel ignorantia peccant, ſed in ſimilitudinem Iudæ quærunt opportunitatem, qualiter arbitris [c] abſentibus mendacio ueritatem, virtutem crimine mutent.

Io.14. *1.Io 4.* *Matth.26.*

Item Hieronymus in epiſtolam ad Titum, cap. 1. in extremo.

¶Chriſtum negat, qui peruerſis ſe ſocium facit.
C. LXXXIIII.

EXiſtimant quidam in eo tantum Chriſtum negari, ſi in perſecutione quis à gentilibus cõprehenſus, ſe renuerit eſſe Chriſtianum. Sed ecce Apoſtolus omnibus, quę peruerſa ſunt, factis [d], Deum aſſerit denegari. Chriſtus ſapientia eſt, iuſtitia, ueritas, ſanctitas, fortitudo. Negatur per inſipientiam ſapientia, per iniquitatem iuſtitia, per mendacium veritas, per turpitudinem ſanctitas, per imbecillitatem animi, fortitudo. Et quotieſcunq; vincimur à uitijs atque peccatis, toties Deum negamus: & ecõtrario, quoties bene quid agimus, Deum confitemur. Nec arbitrandũ eſt in die iudicij, illos tantum à Dei filio denegandos, qui in martyrio Chriſtum denegarunt, ſed † & illos omnes, quorum opere, uel ſermone, uel cogitatione Chriſtus negatus negat [e], uel confeſſus confitetur. De hac puto confeſſione, & diſcipulis præcepit dicens: [Eritis mihi teſtes in Hieruſalem, & in omni Iudæa, & Samaria, & vſque ad extremum terræ.]

Tit. 1. *Matt. 1.* *† al. ſed & oĩa opera, ſermones, cogitationes Chriſtus vel negatus, &c.* *Act. 1.*

Item Auguſtinus tractatu 113. ad c. 18. Ioannis.

¶Qui Chriſtianum ſe negat, Chriſtum negare conuincitur. C. LXXXV.

ij NOn ſolum abnegat Chriſtum, qui dicit eum non eſſe Chriſtum; ſed ille etiam, qui cum ſit, negat ſe eſſe Chriſtianum. Dominus enim non ait [f] Petro, diſcipulum meum te negabis: ſed [me negabis.] Negauit ergo ipſum; cum ſe negauit eſſe eius diſcipulum. Quid aũt aliud iſto modo, quàm ſe negauit eſſe Chriſtianum? *Item a tractatu 66.* Timendo mortem carnis tuæ, mortem dabis animæ tuæ. Quanta enim uita eſt confiteri Chriſtum; tanta mors eſt negare Chriſtum [g]. An Apoſtolus Petrus (ſicut eum quidam fauore peruerſo excuſare nituntur) Chriſtũ non negauit; quia interrogatus ab ancilla, hominem ſe nę ſcire reſpondit?

Luc. 22. *Luc. 11.*

Deus uẽdi non poteſt. a ¶Vendunt.] Quantum in ſe eſt. nam ipſe uendi non põt. 1. q. 3. Saluator. Vel vendunt, id eſt, à ſe ſeparent ſicut venditor rem uenditam a ſe ſeparat & alienat pretio accepto: ita iſti Deum à ſe alienant pretio accepto. & ſic dicitur per ſimilitudinem.

b ¶Infirmitate.] Corporis 1. nam infirmus neſcit quid faciat. 17. q. 2. cap. Gonſaldus. *† Vt 15. q. 1. §. itaque.*

c ¶Arbitris.] Id eſt, bonis uiris, ſicut Iudas captauit abſentiã Apoſtolorum.

EXiſtimant.] CASVS. Quidam putant ꝙ Chriſtus tunc tm̃ negaret, cum à paganis quis captus ſe negauit Chriſtianum eſſe. ſed probat Hier. auctoritate Apoſtoli, ꝙ non ſolum Dñs verbis negatur, ſed etiã prauis factis, ſicut ẽt bonis factis Deum cõfitemur. & oſtendit quòd non ſolum illi ſunt à Deo reprobandi, qui in martyrio ipſum negant, ſed & illi quorum ſermone, opere, & cogitatione Chriſtus negatur. & omnes illos confitebitur Chriſtus coram patre, quorum opere bono & ſermone Chriſtus eſt confeſſus. Paſſiuè ponitur hæc dictio [Confeſſus,] & Vel, ponitur pro id eſt. poteſt etiã propriè poni.

d ¶Factis.] No. quòd ipſo facto negamus Chriſtum, ut hic 2. ipſo facto mentimur. 22. q. 5. cauete. Ipſo facto appellamus. extra de ap. dilecti. Ipſo facto habemus ratum. ff. de inoffi. teſt. ſi proponas. §. 1. ff rem. ra. hab. l. 5. ipſo facto eligimus. extra de ijs q̃ fiunt à maio. par. cap. ex ore.

Ipſo facto multa fiũt. 2 Et ſic habes hic ar. quòd quis ope negat, loquitur, cõfitetẽ, prædicat 24. q. 5. cauete. 46. diſ. hẽt hoc. & 1. q. 1. cũ annis. Arc.

e ¶Negat.] Quidam habent, negatus negat, ut hic.

NOn ſolum.] CASVS. Quæſitum eſt ab Auguſt. utrum ille, qui timore mortis negat ſe eſſe Chriſtianum, Chriſtum negare dicatur; Et reſpõdet quod ſic, quia nõ ſolum negat ille Chriſtum, qui dicit eum non eſſe, ſed etiam qui negat ſe Chriſtianum, quod probatur exemplo Petri, qui Chriſtum negauit eo ipſo, quòd ſe eius diſcipulum eſſe negauit.

f ¶Non ait.] Ar. hic & ex pcedẽti c. ꝙ qui unũ dicit, & omne id quod ſequitur ex illo dicit, ut 7. diſt. 8. quo iure. extra de do. & cõtu. cum dilecti, in fin. extra de offic. dele. cum ſuper. ff. quod met. cau. l. 1.

g ¶Negare Chriſtũ.] Sed quid ſi aliquis coactus negat Chriſtum ore, ſed corde non negat? non videtur peccare: nam ex corde pcedunt uitia. 15. q. 6. c. 1. & Deus cor interrogat. 14. q. 5. ſi quid. tamen dico quod mortaliter peccat: q2 nulla conditione dẽt ad hoc adduci. 12. q. 2. primum. Nam etſi non vult negare Chriſtum, uult tñ illud propter qd̃ negat, ſcilicet uitã. 15. q. 1. merito.

Chriſtum negans etiã ſolo ore, peccat.

Noli-

a ¶ Item.] *In duobus uetuſtis Gratiani exemplaribus hoc eſt aliud caput & rubricam habet*, De eodem. *eſt enim ex tractatu 66. in Ioannem.*

Item Ioannes Chryſoſtomus, [*id eſt, Auctor operis imperfecti, in Matth. hom. 25.*]

¶Veritatem prodit non ſolum qui pro veritate mendaciũ loquitur, ſed etiam, qui veritatem non libere prædicat. C. LXXXVI.

Matth 10.

NOlite timere [a] eos, qui occidũt corpus:] ne forte propter timorem mortis nõ libere dicatis quod audiſtis, nec fiducialiter prædicetis omnibus, quod in aure ſoli audiſtis. Sic ergo ex his uerbis oſtenditur, quod non ſolum ille proditor [b] eſt veritatis, qui tranſgrediens ueritatem, palam pro ueritate mendacium loquitur, ſed etiam ille, qui non libere ueritatem pronunciat, quam libere pronũciare oportet, aut non libere veritatem defendit, quam libere defendere conuenit, proditor eſt ueritatis. Nã ſicut ſacerdos debitor eſt, ut ueritatem, quam audiuit à Deo, libere prædicet; ſic laicus debitor eſt, vt ueritatem quam audiuit quidam à ſacerdotibus probatam in ſcripturis, defendat fiducialiter. Quod ſi non fecerit, proditor eſt ueritatis, [Corde enim creditur ad iuſtitiam, ore autem confeſſio fit ad ſalutem.]

Rom 10.

Hæc ſententia potius iudicem lædit, quàm eum, in quem temere fertur.

Vnde Auguſtinus ait.

¶Iniuſte aliquem anathematizans ſibi, non alijs nocet. C. LXXXVII.

Anſ. l. 12. c. 67. Poly. l. 7. tit. 1. ſine auctoris nomine.

ILlud plane non temere dixerim, quod ſi quiſquam fidelium fuerit anathematizatus iniuſte, potius ei oberit, qui facit, quàm qui hãc patitur iniuriam [c]. Spiritus enim ſanctus habitans in ſanctis, per quem quiſque ligatur, aut ſoluitur, immeritam [d] nulli ingerit pœnam. Per eum quippe diffunditur charitas in cordibus noſtris, quæ non agit perperam. Pax a [e] eccleſię dimittit peccata, & ab eccleſię pace alienatio tenet peccata, non ſecundum arbitrium hominum, ſed ſecundum arbitrium Dei. Petra [f] enim tenet, petra dimittit, columba [g] tenet, columba dimittit, vnitas tenet, unitas dimittit.

Rom. 5. Aug. de baptiſmo contra Donatiſtas l. 3. ca. 18.

a ¶Pax.] *Hæc pars (nam ſuperior non eſt inuenta apud B. Auguſtinum) ex ipſo eſt emendata, & nonnihil aucta.*

NOlite timere eos.] CASVS. Hoc c. diuidit̃ in duas partes. In prima dicitur, ꝙ timore mortis nõ dẽt aliquis veritatem tacere. In ſecunda parte tractatur de tribus proditoribus veritatis, ſcilicet de eo, qui pro veritate mendacium loquitur. & de eo qui per timorem negligit veritatem prędicare, & de eo qui veritatem auditam non defendit: Nam ſicut ſacerdos ueritatem quam audiuit à Deo debet libere prædicare: ſic laicus veritatem quam audiuit a ſacerdotibus, debet libere defendere.

a ¶Nolite timere.] Non remouet naturalem timorem mortis. naturale enim eſt quemlibet timere & horrere mortẽ, vnde Ieſus eã timuit, ſicut legitur: Cœpit Ieſus pauere & tędere. & alibi. Pater ſi poſſibile eſt, trãſeat à me calix iſte. ſed dicit ne in tantum timeamus eam, ut per eius timorem aliquid cõtra iuſtitiam agamus, vel quod nobis per ſcripturam, uel magiſtros, vel per reuelationem diuinam reuelatum eſt, ſubſtineamus. unde ſubdit quaſi exponendo, ne forte, &c.

Mortem timere naturale eſt.

b ¶Proditor.] Proditor eſt qui loquit̃ mẽdaciũ, uel non libere pronunciat ueritatẽ, ut hic, qui ſibi crimẽ cognitũ malitioſe publicat 2. qõ. 1. ſi peccauerit. qui alium circũuenit, & eũ in periculum trahit. ut 24. q. 3. transferũt. qui res uel munitiones hoſtibus tradunt. 22. q. 5. de forma. qui ſecreta ſibi commiſſa reuelat. de pæ. diſt. 6. ſacerdos.

HÆC SENTENTIA. CASVS. Supra in §. aliquando. dictũ eſt, quod iudex quandoque ex odio condẽnat non delinquentẽ. Nunc uero dicit G. ꝙ talis ſententia potius iudicem lædit, quàm condemnatum, quod probat ſequenti capitulo.

ILlud.] CASVS Quidam prælatus iniuſte quẽdam ſuum parochianum excommunicauit quęſitum fuit ab Auguſtino cui talis ſñia potius obſit. Et rñdet quod prę lato. Et hoc probatur una ratione, ſ. quia ſpiritus ſanctus nullĩ ingerit pœnã immeritã; & peccata tenet, uel dimittit ſecũdum arbitrium Dei, & non hominum. Similiter probat una ſimilitudine. Salomonis dicẽtis, ꝙ ſicut paſſer uel auis alia redit illuc vnde uolauit: ſic maledictũ, iniuſte prolatũ reuertit̃ ſup̃ maledicẽtẽ. Et expone, [tenet,] i. non dimittit.

c ¶Iniuriã.] Põt ergo agere contra excõicatorẽ actione iniuriarũ; qđ verũ eſt cũ dolo excõicauit, aliàs non. ff. ui bo. rap. l. 2. § ſi publicanus. Lau. Immo ſemper põt eum conuenire ad intereſſe, niſi iudex probabiliter errauerit. & ẽt agere vt alias puniatur. extra de ſen. excom. ſacro. 2. q. 1. nemo. Et ſi temerarie excommunicat, puniatur. ſup. ea temeratum.

d ¶Immeritam.] Id eſt, ſine cauſa. nam ſine culpa ſępe aliquis punitur temporaliter. 45. diſt. ſed illud 1.

1 Ad idẽ de cõſ. diſ. 1. in ſancta. ubi de hoc ſ̃. 1. q. 4. in prin.

e ¶Pax.] Id eſt, ſpiritusſanctus,

f Petra.] Id eſt, Chriſtus,

g ¶Columba.] Id eſt, eccleſia.

a ¶Vo-

a ¶Volans.] Supple reuertitur quandoque.

PLerũque.] CASVS. Hoc c. diuiditur in duas partes. In prima parte reprehendit Greg. illos prælatos, q iniuſte uel indiſcrete ſubiectos ligant uel abſoluũt. In ſecunda parte oſtendit, ꝙ prælatus debet cauſas conſiderare, quibus peccator ſit ligãdus uel abſoluendus. Vnde ſi uiderit peccatorẽ interius, id eſt, in mẽte à domino uiuificatũ, abſoluat eũ exterius: quod ꝓbat exemplo Lazari. Si uero uiderit illũ impænitentẽ, non abſoluat eum, nec remedium ei conferat. Secunda pars incipit ibi, [Cauſæ ergo.] Hæc ſolutionis uerba ſunt Grego. & non Grat.

b ¶Vt ipſe.] Repetit hic tenorem illorum cap. ſ. ead. ipſe. & cap. iudicare. & capi. tunc uera.

c ¶Per prophetam.] Ezechielem 13. cap.

INiuſtum.] CASVS. Hoc c. diuiditur in treſ partes. In prima dicitur, ꝙ ſententia lata per metum regis uel alterius, non ualet. In ſcd̃a parte dicitur, ꝙ parum eſt religioſo homini inimicitias non exercere, niſi eas extinguere conetur. In tertia parte dicit, quòd melius eſt mala humiliter confiteri, quàm de bonis ſuperbe gloriari. Secũda eſt ibi, [Homini religioſo.] Tertia ibi, [Melior eſt in malis factis.] Seq. cap. per ſe patet.

d ¶Non ualeat.] Arg. quod ſnĩa per metũ lata, nulla [1] eſt ipſo iure, ut hic, & 31. q. 2. Lotharius 25 q. 1. omne. Sed dic. ꝙ tenet niſi elidatur per exceptionem.

1.q.7 conuenientibus. contra, vbi dicitur, de futuris inquiramus: & futuris caſibus debemus occurrere, 23. diſt. in nomine, Solutio. cautela non prohibetur, ſed ſolicitudo nimia, per quam cultus diuinus minuatur. 47. diſt. cap. omnes huius. & cap. ſicut hi.

f ¶Cadere.] id eſt, non aſſumere.

g ¶Sanctitatem.] id eſt, minus periculum eſt eſſe manifeſtum q̃ occultum. & ſic non eſt contra 32.q. 4. nemo. vbi dicitur quòd tolerabilior eſt culpa, ſi lateat.

ECONTRA. CASVS. Amodo vult Gratianus, q̃ clerici quòd clerici poſſint habere propria. quod verum eſt ijs qui non renunciauerunt proprijs: in quo caſu loquitur vſque ad §. De rebus.

HIS OMNIBVS. Hæc eſt ſecunda pars quæſt. in qua probat, quòd poſſunt habere proprium tam clerici, quàm epiſcopi, & eccleſiæ. & hoc probat per 11. auctor. Io. de Fant.

2 *His omnibus auctoritatibus claret, quòd clericis nullo modo licet habere quid proprium: quod ſi habuerint, non clerici erunt; non tamen clericatus eis tollendus eſt.*

Vnde Auguſtinus in ſermone 2. de communi vita clericorum. al. 52. ad fratres in heremo.

¶Clericatus non tollitur eis, qui volunt habere aliquid proprium. C. XVIII.

CErte ergo ſum, qui ſtatueram, ſicut noſtis, nullum ordinare clericum, niſi qui mecum vellet manere: aut ſi vellet recedere [a] à propoſito; recte illi tollerem [b] clericatum: quia deſereret ſanctæ ſocietatis promiſſum, cęptumque conſortium. Ecce [c] in conſpectu Dei, & veſtro muto conſilium. Qui volunt habere aliquid proprium, quibus non ſufficit Deus, & eccleſia ſua; maneant vbi volunt, & vbi poſſunt: non eis aufero clericatum: nolo habere hypocritas. Malum [d] enim eſſe quis neſciat? Malum [e] eſt cadere [f] à propoſito: ſed peius eſt ſimulare propoſitum. *& poſt pauca.* ¶Si non † ſeruat ſanctitatem [g] foris; dimidius cecidit: ſi vero intus habuerit ſimulationem; totus cecidit. Nolo vt habeat neceſſitatem ſimulandi. Scio quomodo homines ament clericatum. Nemini eum tollo nolenti mecum communiter viuere.

Aug. l.7.c.8.

† Si ſeruat] orig.

CErte.] CASVS. Aug. fecerat conſtitutionem quandã, ſcilicet, quòd nullum ordinaret clericum niſi communiter viueret, & proprijs renunciaret. & ſi inueniretur tranſgreſſor, deponeretur. Poſtea clerici renunciabant, & fiebant tranſgreſſores. quare Aug. conuocatis omnibus clericis ſuis mutauit conſtitutionem, quam fecerat, volens potius habere claudos, i. propria habentes, quàm hypocritas, id eſt trãſgreſſores: quia ſi habet propria, dimidius cadit, id eſt, imperfectus eſt: ſed ſi renunciat proprijs, & habet poſtea propria, totus cadit: quia perfectionem non ſeruat exterius nec interius in anima.

Econtra ſunt alia auctoritates, quibus conceditur propria habere, non ſolum alijs, ſed etiam epiſcopis.

Vnde in concilio Agathenſi, c. 48. legitur.

¶De rebus proprijs, vel acquiſitis epiſcopi hæredibus ſuis derelinquant. C. XIX.

EPiſcopi de rebus proprijs, vel acquiſitis [h], vel quidquid de proprio habent [i], hęredibus ſuis, ſi voluerint, derelinquant. Quidquid vero de prouiſione [k] ſuæ eccleſiæ fuerit, ſiue de agris, ſiue de fructibus † [l], ſiue de oblationibus; omnia † in iure eccleſiæ reſeruare cenſuimus.

† *al. frugibus*
† *al. omnia iure.*

a Non habet proprietas. non. n. inde cadit qui non ſuſcipit ſecũdum Hug.

a ¶Recedere.] id eſt non aſſumere propoſitum 1. renunciandi vt ibi: Cadent à latere tuo.

b ¶Tollerem.] id eſt, non admitterem.

Facto proprio poteſt quis cõtrauenire.

c ¶Ecce.] arg. aliquẽ venire contra factum ſuum. 17.q.2. Gonſaldus. 35.q.9. quod quis 22. q.4. in malis. & c. iurauit. 55. diſt. pœnitentes. ff. de ijs quibus vt indig. tutorem. Contra, 32.q.5. horrendus. Argu. contra, 7.q.1. quàm periculoſum 8 q.2. dilectiſſimi. 17.q. 4. ſunt qui opes. C. de tranſa. ex cauſa. C. de cap. & poſtli. re. nec nos. C. de remiſſio. pig. debitum. ff. de acqui. hære. qui ſuperſtitis. ff. de adopt. poſt mortem. contra. ff. de ſeru. ruſtic. præ. per fundum. Ioan. Solu. quilibet poteſt venire contra factum ſuum, vbi eſt expreſſum in iure, aliàs non. 55. diſt. pœnitentes B.

Hypocrita plus peccat quàm manifeſte delinquẽs.

d ¶Malum.] id eſt, occaſio mali: quia rei familiaris cura ſine peccato vix poteſt exerceri. 25. diſt. qualis. Vel intellige proprie, peius enim eſt per hypocriſim peccare, quàm manifeſte, vt extra de hęre. cum ex iniuncto. ff. de ritu nup. palã, & plus eſt veneno occidere quàm gladio: C. de maleſi. l. vnica. & plus eſt perſuadere quã compellere. ff. de ſer. corrup. l. 1. §. vlt. & ſic non obſtat 32.q.4. nemo.

e ¶Malum.] hoc ſcilicet.

EPiſcopi.] CASVS. Statuitur in hoc c. q̃ ſi epiſcopi habent aliquid de rebus proprijs, poſſunt relinquere cui velint. ſed quidquid de rebus eccleſiæ habuerunt, totum eccleſiæ reſeruent.

h ¶Acquiſitis.] de proprio. Vel dic, acquiſitis nõ occaſione eccleſiæ, vt extra de teſta. quia nos.

i ¶Habent. de hoc dicemus infra ea. q. 4. cap. 1.

k ¶De prouiſione.] clerici de rebus mobilibus nihil in vltima voluntate poſſunt dare, niſi talis ſit eccleſiæ cõſuetudo, vt extra de teſta. ad hæc. & c. relatũ. §. licet.

Clerici nihil poſſunt dare in vltima voluntate.

l ¶De fructibus.] nondum perceptis, arg. ff. quemadmodum vſusfruc. amit. ſi vſusfructuarius, in fine. immo etiam de perceptis non poſſunt cõdere teſtamentum. extra de teſta. quia nos admonet.

Manife-

Manifeſta.] CASVS. Dicitur, ꝙ manifeſtum debet eſſe ijs, qui circa epiſcopos morantur, quæ ſunt res eccleſiæ, & quæ ſunt res propriæ epiſcoporum, ne ſi tranſitus inopinatus emergat, propter confuſionem res epiſcopi pro rebus eccleſiæ, uel econuerſo detrimẽtum pa-

Sint manifeſtæ.] CASVS. Dicitur ꝙ res propriæ epiſcopi, & res eccleſiæ debent eſſe ſeparatæ, vt epiſcopus in obitu ſuo ſine interdictione vel cõtradictione quibus voluerit, propria relinquere poſſit: iuſtum enim eſt, ut nec eccleſia nec propinqui epiſcopi detrimentũ patiantur, & in cauſas incidant uel lites. Sequens ca. planum eſt, & indicitur à contrario ſenſu, quaſi non ſufficiant ei ſua propria.

In capitul. Martini Brachuren. ex can. 4. conc. Antiocheni mutatis verbis, ſed ſalua ſentẽtia.

Item ex concilio Martini Papæ, c. 15.

¶De eodem. C. XX.

Manifeſta [a] autem debent eſſe, quæ ad eccleſiam pertinent, his qui circa [b] ipſos ſunt, presbyteris, & diaconis; vt ſi epiſcopo contigerit inopinatus tranſitus, res eccleſiæ nullo modo poſſint minui, & perire; neque res propriæ epiſcopi importunitatem patiantur pro rebus eccleſiæ: ut nec eccleſia incurrat damnum, nec epiſcopus in ſuis rebus pro rebus eccleſiæ proſcribatur.

Idem ſtatutum eſt in canonibus Apoſtolorum, c. 40. ubi legitur.

¶De eodem. C. XXI.

Anſ. l. 9. c. 167.

Sint manifeſtæ [c] res propriæ epiſcopi (ſi tamen habet proprias) & manifeſtæ Dominicæ [d]: ut poteſtatem habeat de proprijs moriens epiſcopus ſicut voluerit, & quibus voluerit, derelinquere: nec ſub occaſione eccleſiaſticarum rerum ea, quæ epiſcopi eſſe probantur [e], intercidant. Fortaſſis enim aut vxorem habet, aut filios [f], aut propinquos, aut ſeruos [g]. Et iuſtum eſt hoc apud Deum & homines; ut nec eccleſia detrimentum patiatur ignoratione rerum pontificis; nec epiſcopus, uel eius propinqui ſub obtentu eccleſiæ proſcribantur, & in cauſas incidant, [h] qui ad eum pertinent, morſque eius α iniurijs malæ famæ ſubijciatur.

α ¶Morſque eius.] *Antea legebatur*, mortiſque eius iniurijs infamentur *Reſtitutus eſt locus ex priſca verſione, cui totum reliquum caput conuenit. Græce eſt*, ϗ τὸν αὐτου θανατον δυσφημίαις † περιβάλλεσθαι. *id eſt*, & eius mors maledictis undique appetatur.

† al. δυσφημία

Item in eiſdem canonibus, c. 41.

¶Ex rebus eccleſiæ epiſcopus ſi indiget, ſibi, & ſuis neceſſaria ſumat. C. XXI.

Ex his autem, quibus epiſcopus indiget (ſi tamen indiget [i]) ad ſuas neceſſitates, & peregrinorum fratrum vſus & ipſe percipiat, ut nihil ei poſſit β omnino deeſſe. Lex enim Dei præcipit, ut qui altario deſeruiunt, paſcantur de ipſo.

1. Cor. 9.

β ¶Ei poſſit.] *Legitur etiam*, eis poſſit. *Nam & in græcis codicibus partim eſt* αὐτοῦ, *partim* αὐτοὺς.

Item ex concilio Antiocheno, c. 25.

Et in Pariſienſi conc. l. 1. c. 15.

Clericorum bona an p̄ſumant cũ de bonis eccleſiæ.

c ¶Sint manifeſtæ.] Id eſt, diſtinctæ.
d ¶Dñicæ.] i. eccleſię.
e ¶Probantur.] Ex hoc c. & in authen. de eccl. titu. §. interdicimus. colla. 9. ff. de dona. inter uirũ & uxo. Quintus Mutius C. e. titu. etiam uidetur ꝙ ſemper res acquiſitæ præſumuntur eſſe de bonis eccleſiæ, niſi ꝓbetur contrarium. Argu. contra. C. arbit. tut ſi defunctus. ibi. n. dicitur, quod tutor q. nihil ante habebat, poſtea per induſtriam ſuã multa potuit fuiſſe lucratus. unde pupillus cogitur probare illas ſuas eſſe. Tu dicas, ꝙ ſi epiſcopus, vel alius prælatus permiſtim utitur rebus ſuis & eccleſiæ, cum nõ ſit facta diſtinctio, cogentur hæredes epiſcopi probare illas res non eſſe eccleſiæ: ſicut uxor cogitur probare res aliquas nõ eſſe mariti, quia promiſcue vtitur rebus mariti ut ſuis. Vel aliter diſtinguas. Si certum eſt, ꝙ epiſcopus ante epiſcopatum habuit proprium; tunc incumbit eccleſiæ onus probandi res acquiſitas eſſe tãtum de rebus eccleſiæ. argu. infr. q. 4. c. 1. & 2. Vel dic quod ſi poſt mortem epiſcopi eccleſia inuenitur in poſſeſſione rerum, tũc hæredibus incumbit probatio. Sed ſi hæredes ſunt in poſſeſſione, tunc eccleſia probabit, ut ĩ. e. quæſt. 5. c. 1. in fine.
f ¶Aut filios.] ſ. 28. diſt. de Syracuſanę. contra. Sed hoc permittebatur tempore Apoſtolorum, quorum 1 canon iſte eſt.

† Ar. contra ſ. e. q. c. 2. & ſeq. Dic ꝙ licet illo tẽpore primitiuo non liceret clericis habere propria: tñ Apoſtoli inſtinctu ſpiritus ſancti preuiderũt eccleſiã & clericos poſſeſſiones habituram ſ. e. futurã & ſic potuit eſſe iſte canon Apoſtolorũ. Arch.

a ¶Manifeſta.] Facit ergo inuentarium, ut 28. diſtin. de Syracuſanæ.
b ¶His qui circa.] Id eſt, vicedominis, ut 89. diſt. uolumus. & cap. ſequenti. qui erit teſtis adminiſtrationis ſuæ alij erunt teſtes vitæ ſuæ. ſupra 2. quæſt. 7. cum paſtoris.
g ¶Aut ſeruos.] quos poteſt facere & liberos.
h ¶In cauſas incidant.] Id eſt, litigare cogantur.
i Ex his] ¶Indiget.] Quia de reb. eccle. non debet quis paciſci, ſi habet propria, ut 1. q. 2. clericos. & c. paſtor.

EPiſcopus.] CASVS. In concilio Antiocheno ſuper quatuor querimonia facta fuit de epiſcopis. Primo ꝙ res eccleſiæ uertebãt in ſuos uſus. Scdo, ꝙ res eccleſiæ ſine cõſcientia clericorũ pertractabãt. Tertio, ꝙ domeſticis & cõſanguineis & pro pinquis de rebus eccleſiæ poteſtatem dabant, vt per huiuſmodi perſonas res eccleſiæ læderent. Quarto, ꝙ quidam ex eis pauperibus alimoniã ſubtrahebant. unde ſermo prædicationis, & hi qui res eccleſiæ diſpenſabant, infamabantur: quare ſtatutum fuit in concilio Anthiocheno, ut epi habeãt rerum eccleſiaſticarum poteſtatẽ ad ſui & fratrum ſuorum uictũ & ueſtitũ, ſi indigent. ſi uero ſuper pdictis quatuor accuſati & conuicti fuerint, pœnas ſuſtineant.

a ¶Epiſcopus.] Hoc c habes 10 q. 2. eps.

b ¶Vſibus.] Hinc oſtẽditur qua neceſſitate clerici debent eſſe cõtenti, ſc. licet ut habeãt uictũ & ueſtitũ; & ita refertur hic neceſſitas ad naturæ neceſſitatẽ. & eſt arg. cõtra illos, qui dicunt ſe ppter neceſſitatẽ habere plures eccleſias.

c ¶Fructus.] Ergo res mobiles non poteſt dare ſine cõſciẽtia 1 cleri ſui. extra de do. cap. 2.

1 Hoc non videtur uerũ. extra de dona. cęterũ. ubi de hoc. & j. e. c ult. 16 q. 1. poſſeſſiones. in gl. in fi. Arch.

d ¶Cõſcientia.] Infr. ea. q. 1. fine. & c. alienationes.

e ¶Propinquis.] Infr. 89. diſt. decenter.

PRæcipimus.] CASVS. Quæſitũ fuit an epi debent habere poteſtatẽ de rebus eccleſiæ. Et rñdetur ꝙ ſic ad diſpenſandum eas per præbyteros & diaconos cũ timore & ſolicitudine. Et hoc probat argumento à maiori, quia animæ hominum multo pretioſiores rebus sũt illic commiſſis.

f ¶Pretioſiores.] Sic infr. 16. q. 7. c. 1.

¶Res eccleſiaſticas epiſcopus diſpenſet. C. XXIII.

EPiſcopus [a] eccleſiaſticarum rerum habeat poteſtatẽ ad diſpenſandum erga omnes, qui indigent, cum ſumma reuerentia, & timore Dei Participet autem & ipſe quibus indiget (ſi tamen indiget) tam in ſuis, quàm in fratrum, qui ab eo ſuſcipiuntur, neceſſarijs vſibus [b] profuturis: ita ut in nullo qualibe occaſione fraudentur, iuxta sãctum Apoſtolum ſic dicentem: [Habentes uictum, & tegumentum, his contenti ſumus.] Quòd ſi contentus iſtis minime fuerit, conuertat autem res eccleſiæ in ſuos uſus domeſticos, & eius commoda, uel agrorum fructus [c], nõ cum presbyterorum conſcientia [d], diaconorumque pertractet, ſed horum poteſtatem domeſticis ſuis, aut propinquis [e] aut fratribus, filijsque committat, ut per huiuſmodi perſonas occultè res [α] lædantur eccleſiæ; ſynodo prouinciæ pœnas iſte perſoluat. Si autem & aliter accuſetur epiſcopus, aut presbyteri, qui cum ipſo ſunt, quòd ea, quæ pertinent ad eccleſiam, uel ex agris, uel ex alia qualibet eccleſiaſtica facultate ſibimet vſurpent; ita ut ex hoc affligantur quidem pauperes; criminationi uero, & blaſphemijs tam ſermo prædicationis, quàm ij, qui diſpẽſant, taliter exponantur; & hos oportet corrigi, ſancta ſynodo id quod condecet, approbante.

Anſ. l. 6. c. 159.

1. *Tim.* 6.

α ¶Occultè res] *In verſione Dioniſii legitur*, vt per huiuſmodi perſonas occultè cæteri † lædantur fratres eccleſiæ, *& concordat cum alia antiqua verſione, quæ & ipſa eſt in tomis conciliorum*, vt per eorum ſecretam diligentiam eccleſiaſtici lædi videantur. *Græce in codicibus, qui lecti ſunt, habetur*, εἰς τὸ διὰ τῶν τοιούτων λεληθότως βλάπτεσθαι τοὺς λόγους τῆς ἐκκλησίας, *id eſt*, vt ex his rationes eccleſiæ latenter lædãtur.

† al. cetera lædantur eccleſiæ

Item in canonibus Apoſtolorum, c. 41.

¶Res eccleſiæ ſint in epiſcopi poteſtate. C. XXIIII.

PRæcipimus, ut in poteſtate ſua epiſcopus eccleſiæ res habeat. Si enim animæ hominum pretioſiores † [f] illi ſunt creditæ †, multo magis [g] oportet eum curam pecuniarum gerere, ita ut poteſtate eius, indigentibus omnia diſpenſentur per presbyteros [h], & diaconos, & cum Dei timore, & omni ſolicitudine † miniſtrentur. Ex his autẽ, quibus indiget, &c. *vt ſupra*.

Anſ. l. 6. c. 160.

† *pretioſæ*] or.

† πιστευτέον i. credendæ

† εὐλαβείας i. integritate

2. ead. c. et his autem.

Cum ergo in concilio [i] *Agathenſi, & Martini, & canonibus Apoſtolorum dicatur: [Sint manifeſtæ res propriæ epiſcopi,] cũ in eiſdẽ canonibus, & in concilio Antiocheno*

g ¶Multo magis.] Simile eſt qđ oſtendit ius, ex quo mulier credit ſe uiro de corpore, dignũ eſt ut credat de dote reſtituẽda, vñ nõ tenet vir dare fideiuſſorẽ de dote reſtituẽda, niſi uir laberet in facultatibus, ex de don. int. uir. & vxo. per ueſtras. C. ne fideiuſ. do. den. l. 1.

Vir pro dote nõ tenet fideiuſſorẽ dare.

h Presbyteros.] Sup. 89. diſt. cap. volumus.

CVM ERGO CASVS. Concludit Gra. ex c. epi, & ex c. manifeſta. & ex c. ſit manifeſtæ. & ex c. eps, ꝙ epiſcopis licet habere propria. ſed ex hoc mouet quandã quæſtionem, cum epiſcopus habeat propria, quare dẽ ſup. in c. nolo, ꝙ clericus habens propria non erit clericus? cui quæſtioni reſpõdet Gratia. pro ſuo arbitrio, dicens quoſdã epiſcopos in oriente habere uxores & filios, & quoſdam clericos in occidente in minoribus ordinibus habere vxores & filios, quibus licet habere propria: alij vero clericis, qui ab infantia clerici facti ſunt, non licet habere propria niſi retinendo ſua, à ſũptibus eccleſiæ abſtineant: & ad hoc inducit ſequens capitulum.

i ¶Cum ergo in concilio] Concludit ꝙ clerici poſſunt habere propria.

a ¶Quomo-

a ¶Quomodo ergo.] Modo quærit de contrarietate illorum capitu.ſup.cap.nolo: & ſup. ea.expedit.
b ¶Sed notandum eſt. [Male ſoluitur 1.Sed dic ut dixi ſup.ea.in princip. quæſtionis.

ILli autem.] CASVS. Quidam clerici proprijs renunciare nolebant.quæſitum eſt à Proſpero, an ſine peccato poſſint hoc facere? Et reſpondet ꝙ ſic,ſi præbendã diſpenſatori relinquant: qui quodammodo ſua relinquunt quando contenti rebus proprijs nihil de rebus eccleſiæ accipiunt.

1 Quod nulla nititur ratione, nulla fulcitur veritate, Lau. Na.

† al. rebus

præcipiatur, ut epiſcopus participet res † eccleſiæ, ſi tamen indiget; nonne patenter oſtenditur, quòd epiſcopus habeat libere propria? Dicendo enim: [ſi indiget rebus eccleſiæ.] notat eum habere propria, quæ fortaſſe ſuis neceſſitatibus non ſufficiunt. Quomodo ergo [a] clericus, ſi proprium habere voluerit, clericus non erit? & epiſcopus habens propria non ſolum non deſinit eſſe epiſcopus, uerumetiam cunctas eccleſiaſticas facultates in ſua iubetur habere poteſtate? ¶ Sed notandum eſt [b], epiſcopos orientales vxores habere & filios: quoſdam autem ex noſtris partibus, cum in laicatu, ſiue in minoribus ordinibus conſtituti habeant vxores & filios, ſiue morte vxoris interueniente, ſiue continentia pari voto ſeruata, ad ſacros ordines accedere. His omnibus conceditur habere propria ad ſuos, & ſuorum vſus. Qui autem ab infantia ſacræ militiæ traditi ſunt, nullo modo eis permittitur habere propria: quia nulla eſt eis excuſatio proprietatis: niſi fortaſſe retinendo ſua, à ſumptibus eccleſiæ abſtineant. Quod fieri poſſe Proſper de uita contemplatiua, l.2.c.12.teſtatur dicens.

¶De ijs, qui tam infirmi ſunt, vt ſuis rebus renunciare non poſſint. C. XXV.

ILli autem, qui tam infirmi [c] ſunt, ut poſſeſſionib. ſuis renunciare non poſſint; ſi ea, quæ accepturi erant diſpẽſatori [d] relinquant nihil habentibus [e] conferenda, ſine peccato [f] poſſident ſua: quia & ipſi quodammodo ſua relinquunt; quando proprijs contenti rebus, nihil eorum, quæ labori, uel ordini ſuo deberi arbitrantur, accipiunt.

De rebus vero eccleſiæ quæritur, an liceat eas per præbendas diuidi, ut annuos reditus quiſque ſibi ſpecialiter vendicet. Hoc non poſſe fieri, argumento, & auctoritate probatur: clerici ſucceſſores eorum ſunt, de quibus dicitur: Act. 4. *[Multitudinis autem credentium erat cor vnum, & anima vna.] Neceſſe eſt ergo, ut eorum ſequantur vitam, quorum in eccleſia gradum adminiſtrant. Non ergo aliquid propriũ ſibi vendicabunt, ſed erunt eis omnia communia.*

Item Vrbanus Papa ait in epiſtola vnica, c.2.

¶Res eccleſiæ quaſi communes epiſcopus diſpenſet. C. XXVI.

Anſ.l.5.c.35. Poly.l.9.tit.15.

RES eccleſiæ non quaſi propriæ [g], ſed ut communes & Domino oblatæ, cum ſummo timore non in alios q̃ in præfatos uſus ſunt fideliter diſpenſandæ.

Item ex ſynodo habita Romæ ab Eugenio Papa II. c.16.

¶Non liceat epiſcopo res eccleſiarum in proprios uſus conuertere. C. XXVII.

NVlli epiſcoporum liceat res mobiles, aut immobiles de ſubiectis plebibus, alijſque pijs locis in pro-

c ¶Infirmi.] Scilicet animo.
d ¶Diſpenſatori.] ſcilicet ſuo: uel diſpenſatori, id eſt, epiſcopo.
e ¶Nihil habentib.] Id eſt, pauperibus.16. q.1.c.fi.
f ¶Sine peccato.] patet, ꝙ ſi clerico ſufficiant propria, non habebit eccleſiaſtica, vt 16. q. 1. quoniam quidquid.1.q.2.clericos & c.paſtor.& j.e. ſi priuatum. 10. q 3. cauendum. Sed ſ,nemo ſuis ſtipendijs cogitur militare. extra de ſimo. cum ſit Romana. & qui altario deſeruit, & c.vt ſ.ead. ex his. Solu. hoc c. de conſilio loquitur: uel de clericis vagabũdis vel loquitur de oblationibus, quæ illis nõ ſunt communicandæ, vel poſſunt habere dona eccleſiaſtica. non ut ibi reſeruent, ſed ut diſtribuant pauperibus.16.quæſt.1.cap.fin.

DE REBVS. CASVS. Hic Grat. mouet quãdam quæſtionem incidentẽ, an poſſeſſiones eccleſiæ poſſint diuidi per præbẽdas. Et primo probat, ꝙ non, exemplo apoſtolorum, & duobus c. ſeq. Sequens cap. patet.

Clerici que bona hẽat.

g RES eccleſiæ.] ¶Propriæ.] Si ergo de reb. eccleſiæ emiſti equũ vel aliqd illud non eſt tuum: ſed dicas, ꝙ illud ſolum clericorum eſt, quod probabili ratione conſumunt 2, ut ſ.ea.expedit. & j. ea. ſi priuatum. & j. c.q. 2. ſine exceptione. Quidquid enim habes ſupra illud quod ſufficit tibi, illud violenter detines, ut ſupra diſt.37 ſicut.

2 Ad hoc facit quod leg. & no. 44. diſt. in prin.uer. ſi ſacerdos & 47.diſt.c.ſicut hi. uer. proprium. & ſup.c.epiſcopi. ver. quidquid. ubi de hoc Arch.

NVlli.] CASVS. Præcepit Eugenius in ſynodo habita Romæ, ut nullus epiſcopus res mobiles vel immobiles de eccleſijs

eccleſijs ſibi ſubiectis in proprios vſus aſſumat, ne maiores eccleſiæ locupletētur, & minores pauperes fiāt. & qui contra hoc fecerit, canonica ſententia feriatur.

a ¶ Enormiter.] Arg. q̄ epiſcopus de iure unius eccleſiæ poteſt detrahere, & alij conferre. dummodo alij eccleſiæ grauia damna non infligat, ut infra. ea. q. 2. bonæ. Quid iuris ſit, dicemus ibi, & 16 quæſt. 1. §. quod autem.

SI ERGO. CASVS. Concludit Grat. ex ſupradictis duob. cap dicens: ſi res eccleſiæ ſint habendæ tamquam communes, & non tamquam propriæ, cum de communi nullus dicat. hoc eſt meum ergo de rebus eccleſiæ non poteſt quis dicere, hęc eſt mea: quia ſi diceret, nō uideretur imitari Apoſtolos, quib. nihil proprij erat, ſed omnia communiter poſſidebant. Poſtea huic concluſioni reſpondet, dicens quod ſicut poſſeſsiones diuiſæ ſunt per uniuerſum orbem, & aliæ ſunt aſsignatæ uni eccleſiæ, & aliæ alij: ex quibus licet res eccleſiæ debeant eſſe, communes omnibus, diſpenſator tamen eccleſiæ ſibi & ſuis primo neceſſaria miniſtrabit, & reliqua quæ ſuperſunt, fidelibus miniſtrentur: ita & præbendę & prædia eccleſiarum inter canonicos diuidi poſſunt, ut ex his non tanquam proprijs, ſed communibus primo ſibi neceſſaria percipiant, & reſidua in communes vſus eccleſiæ expendant.

d SI priuatum.] Poteſt intelligi ſi, id eſt, quamuis priuatum, ſeparatim aliquid eccleſiaſticum poſſidemus: non tamen illud eſt noſtrorum quorū procurationem, id eſt, quia tantum illius procuratio nobis eſt commiſſa. Vel dic priuatum, id eſt, proprium.

prio vſu habere: ne maiores enormiter [a] locupletentur, & minores tali facto pauperes inueniantur. Contra agens canonica auctoritate coarctatus exiſtat.

Si ergo res eccleſiæ, non quaſi propriæ, ſed quaſi communes habendæ ſunt; cum de communi nullus dicat, hoc meum eſt [b]; nec de rebus eccleſiæ, hæc eſt mea: poteſt aliquis dicere: ne videatur non imitari charitatem illorum, in qua nulli aliquid erat proprium; ſed eſſent illis omnia communia. Act. 4. *His ita reſpondetur. Sicut perfectione charitatis manente, ſecundum diſcretionem eccleſiarum, diſtributio ſit eccleſiaſticarum facultatum, dum alijs poſſeſſiones huius eccleſiæ ad diſpenſandum committuntur, ex quibus, licet res eccleſiæ omnibus debeant eſſe communes, primum tamen ſibi, & ſuæ eccleſiæ deſeruientibus neceſſaria ſubminiſtret †, reliqua, quæ ſuperſunt, fidelium vſibus miniſtraturus; ita & præbendæ eccleſiarum eadem charitate manente pie & religioſe poſſunt diſtribui: nec tunc rebus eccleſiæ, ut proprijs, ſed vt communibus utilitatibus deſeruituris: vt ex his, quæ ſibi aſſignata ſunt, proprium ſibi neceſſaria percipiat: ſi quæ uero ſuis neceſſitatibus ſuperſunt, in communes uſus eccleſiæ expendat [c].*

† *al. ep̄s ſubminiſtret.*

Vnde Auguſtinus ad Bonifacium comitem, epiſtola. 50.

¶ De eodem. C. XXVIII.

SI priuatum † [d] poſſidemus, quod nobis ſufficiant; non illa noſtra ſunt [e], ſed pauperum: quorum procurationem [f] quodammodo gerimus, non proprietatem nobis vſurpatione damnabili vendicamus.

† *priuatim, q̄ nobis ſufficiāt, poſſidemus.*] orig. & j̄. 23. q. 7. q autē.] §. ſi aūt priuatum.

Oſtenſum eſt, quomodo liceat clericis habere proprium, & quomodo non. Item, quomodo res eccleſiæ per præbendas diuidi poſſint.

QVAESTIO II.

NVnc quæri-

b ¶ Hoc meum eſt.] falſum dicit. nam res quæ communis eſt aliquibus, omnium illorum eſt [1], ut ff. de ritu. nupt. illud. vnde hoc uerbum, ſuum, ambiguum eſt pro toto & pro parte. & qui iurat ſuum non eſſe, iurabit etiam ſibi commune non eſſe ff. de ver. ſign. pupillus. §. ult. & cū quis legat ſeruos ſuos, tā illi, qui ex toto ſui ſunt, quàm qui pro parte, intelliguntur legati, ut ff. de leg. 3. ſi quis ſeruos. Si autem eſt aliquid vniuerſitatis uel ciuitatis, illud non eſt cuiuſlibet. infra ea. q. 2. qui manumittitur.

1 Ar. extra de uſu pal. c. 1 & de p̄ben. pro illorum. in prin. & de priuileg. paſtoralis. in prin. arg. ff. de cōtrah. empt. q tabulas, Arc.

c ¶ Expendat.] Mirum eſt quare Gratianus non inducit cap. quòd poſſeſsiones eccleſiæ poſſunt diuidi, quę longe melius faciunt ad propoſitum, ut j̄. q. 2. quiſq; & cap. ſæpe ſit. 10. q. 2. caſellas. in fin. & 16. quæſtio. 1. poſſeſsiones. & quæſt. 3. clerici. argum. contra: inf. quęſtio. 2. nobis. 10. q. 3. unio. & ſupra ead. quia tua. & cap. neceſſaria.

e ¶ Non illa noſtra ſunt.] Id eſt, à nobis recipienda & retinenda.

f Procurationem.] Ergo prælati dicuntur procuratores rerum eccleſiaſticarum, ut hic, & 14. q. 1. §. 1. quādoque domini dicuntur. 16. q. 1. & temporis. quādoque defenſores 16. q. 1. in canonibus; quandoque patres, vt 68. diſt. quorum uices. non tamen habent liberam & generalem adminiſtrationem ſicut procurator Cæſaris, ut ff. de officio proc. Cæſaris. l. 1. modicum tamen donare poſſunt. extra de donat. cæterum. tamen loco domini habentur, cum bene adminiſtrant; loco prædonis, cum male, vt ff. pro empto. qui fundum. § ſi tutor.

Prælati dicuntur procuratores rerū eccleſiaſticarum.

NVnc quæritur.] Hæc quæſtio diuiditur in nouem partes: in quarum prima probat magiſter per ſexdecim canones, quod

tur [a], *ſi ſacerdotes aliqua de rebus eccleſiæ dediſſe noſcūtur, an his, qui eas acceperunt, aliqua firmitate conſtabunt. Qđ res eccleſiæ nullo modo diſtrahi poſſunt, & diſtractæ poſſideri, multis auctoritatibus probatur.*

Anacletus epi. 1. c. 2. Lucius. cap. 6. In conc. Trib. c. 7.

Ait enim Stephanus Papa.

¶Eccleſiæ pecunias auferens uelut homicida damnatur. C. I.

Burc. l. 11. c. 18. Iuo p. 14. c. 18.

QVi Chriſti pecunias [b], & eccleſiæ aufert, fraudat [c] & rapit [d]; ut homicida [e] in conſpectu iudicis deputabitur.

¶In epiſtolis Stephani primi, quæ extant, caput hoc non habetur: ſed in epiſtola prima Anacleti ex quo citatur à Burchardo, & Iuone, & in concilio Triburienſi, & infra ead. c. qui abſtulerit. Idem etiam legitur apud Lucium Papam.

Item Pelagius Hoſtilio epiſcopo.

¶Quidquid de ſacratis vaſis, uel miniſterijs à quolibet clerico vſurpatū fuerit, eccleſiæ reſtituatur. C. II.

AVguſtino [f] noſtræ ſedis notario ſuggerente didicimus, quòd ei dilectio tua directis apicibus indicaſſet quoſdam de clero tuo, & maximè parochiarum ad te pertinentium non pauca ſacrata vaſa, uel miniſteria diſtraxiſſe, & aliqua huiuſmodi perpetraſſe, quæ à religioſo aliena ſunt propoſito. Charitatem uero tuam (vt hoc competenti ſolicitudine debeat inſequi, uel ulciſci) noſtræ præceptionis auctoritate cupis communiri [g]. Qua de re præſentibus mandamus affatibus; ut competentis viuacitatis inſtantia, quidquid de ſacratis uaſis, uel miniſterijs à quolibet clericorum vſurpatum, uel diſtractum fuiſſe comperis; ſine cuiuſquam moræ interuentu exigere non dimittas, & eccleſiaſticis uſibus reformare.

6. cap. c 301.

†al. ex decretis Bonifacij Papa.

Item Bonifacius † Papa.

res eccleſiæ vendi non debent, vel alienari in caſu nō conceſſo. & ponit pœnas diuerſas alienantibus, & uendentibus eas quoquo modo. Secūda ibi, [Quæ vero.] Tertia ibi, [Monemus.] Quarta ibi, [Vobis enim.] Quinta ibi, [Statuimus.] Sexta ibi, Terrullas. [Septima ibi, [Item ſi rectores.] Octaua ibi, [Item ſi ſeruos.] Nona ibi, [Ne vero.] Ioan. de Fant.

CASVS. Supra dictum eſt, quomodo liceat clericis habere proprium, & quomodo non, & qualiter res eccleſiæ poſſint diuidi per præbendas. Nunc autem in hac 2. q. q̄ritur, an res eccleſiæ alienatæ poſſint apud alios remanere quibus alienatæ ſunt. & certum eſt, ꝙ nō, niſi ſint alienatæ in caſibus cōceſſis à iure, ut j̄. ea. aurū. & c. ſine exceptione. in quo c. dicitur, ꝙ pro utilitate poſſunt res eccleſiæ alienari, ut 10. q. 2. hoc ius porrectum. & procedit hoc ordine Gra. primo probat, ꝙ res alienari non poſſunt, nec alienatæ poſſideri. vſq; ad §. his omnibus auctoritatibus. poſtea ſupponit quoſdā caſus ſpeciales, in quibus licitè res eccleſiæ alienātur. Primum autem ca. huius quæſtionis planum eſt.

Alienatio qđ comprehendit.

a ¶Nūc quæritur.] Alienatio eſt omnis contractus ꝑ quem dominium transfertur, ut C. de fun. do. l. 1. ſed hic largius ſumitur alienatio ꝗ ꝗa nec obligari pñt res eccleſiæ. Quid autē ſub ſe contineat hoc nomē, alienatio, dicitur extrā de reb. ec. non alie. c. nulli. in auth. de non alie. uel permu. coll. 2. §. nos igitur. prohibētur res eccleſię alienari, ut j̄. e. ſine. 10. q. 2. hoc ius. & res Cęla ris. ff. de leg. 1. apud Iulianum. §. vlt. Sed excipiuntur quatuor caſus, Cauſa neceſſitatis; ut ſi debitum vrget, ut in illa l. hoc ius. Cauſa pietatis pro redemptione captiuorū, vel alimonia pauperum, ut j̄. e. aurum. Cauſa neceſſitatis uel utilitatis, ut j̄. e. ſine exceptione. Cā incōmmoditatis, uel minoris utilitatis, ut j̄. ea terrulas. aliæ cauſæ poſſunt aſſignari: ſed ad has poſſunt omnes canones reduci: res tamen eccleſię, quæ ſeruando ſeruari non poſſunt, citra aliquam ſolenitatem alienantur, ut C. de admini. tut. l. lex, quæ. §. vlt. C. quando decre. non eſt opus. l. vlti. & 96. diſt. bene. Sed aliæ res eccleſiæ cum ſolēnitate alienandæ ſunt 1. & olim quidē duo de vicinis epiſcopis intererant, & de cauſa alienationis cognoſcebant, & ſubſcribebant, vt 10 q 2. caſellas. in fi. j̄. e. quicunque ſuffragio. & 17. q. 4. nullus. ſed hodie ſufficit cōſenſus capituli & epiſcopi, ut j̄. e. cap. ſine. & ſi res ſit modica, & neceſſitas magna, nō eſt neceſſarius conſenſus capituli, ut j̄. ea. terrulas. In rebus monaſteriorū alienandis requiritur conſenſus abbatis & capituli & epi. j̄. ead. abbatibus. 17. qō. 4. in uenditionibus. Idem in eccleſijs parochialibus, ubi etiam cōſenſus ſacerdotis requiritur, infra ea. placuit. 10. q. 2. ſi quis epiſcopus. Facta alienatio ꝯ dictam formam, eſt nulla, licet ſit in caſu licito 2. vt infra e. ſine. ſed cum pręſcripta forma facta, & etiam in caſu non conceſſo, tenet ipſo iure. arg. extra de his quæ fi. à præl. ſine conſenſu c. cum nos. extra de emp. & ven. cum dilecti. ſed ſi damnoſa fuerit eccleſiæ, reſtituitur, extra de reſtit. in integ. c. 1.

Eccleſiaſticę res ī quatuor caſib. licitè alienātur.

Eccleſiæ bona cū qua ſolemnitate ſint alienanda.

1 Adde ꝗ ſolēnitates requirūtur in alienatione rerum eccleſiæ no. I authē. hoc ius porrectū. ꝗ eſt canonizata 10. qō. 2 C. de ſac. ſan. ecc.

2 Licito. Cōtrarium ex diametro ad hāc glo. no. doct. in l. cū his. §. eam tranſactionē. de tranſ. vide Anto. Corſ. ī fin. ver. alienatio. & qđ melius tenet gloſ. pen. j̄. e. q. c. ſine exceptione.

b QVi Chriſti pecunias.] Large ſumitur, ut infra q. 3. per totum.

c ¶Fraudat.] Occultè.

d ¶Et rapit.] Vi.

e ¶Homicida.] Etiam eſt ſacrilegus, ut infra c. prox. & 16. q. 1. decimas.

AVguſtino.] CASVS. Hoſtilius ep̄s ſignificauit Auguſtino notario Papę, ꝙ ꝗdā clerici ſui diſtraxerāt illicitè multa ſacra vaſa, vel miniſteria ſuarū eccleſiarū, ꝑꝑ ꝗ reuocāda cupiebat auctoritate Apoſtolica communiri. Auguſt. ergo illud Papæ ſignauit. quo audito Pelagius ſcripſit Hoſtilio ep̄o, vt Apoſtolica functus auctoritate, ſine mora omnia reuocet ad vſus eccleſiarum, per quemcunque clericum fuerint alienata.

f ¶Auguſtino.] Alias incipit, Notario noſtræ ſedis Auguſtino ſuggerente. &c.

g ¶Cōmuniri.] Cū tā & illud de iure cōi poſſet face-

1 Simi. eſt huic extra de off. ord. licet. & ca. graue. 11. diſt. c. ſi. in fi. Archid.

re 1. & ſic eſt cōtra id quod dicit lex, ſuperfluum eſt poſtulare quod lex indulſit. C. de theſau. l. 1. ſed fit ideo, quia plus timetur quod ſingulariter pollicetur, quàm quod generali ſponſione fit, vt 23. diſt. quanquam.

NVlli.] CASVS. Docet Bonifacius Papa in hoc c. quòd quidquid fuerit ſemel eccleſiæ oblatū, Domini eſt, & ad ius pertinet ſacerdotum. vnde quicunque illud inuaſerit vel vſurpauerit, ſacrilegiū committit: & ſi non emendauerit, debet excommunicari. [Cōſecratur.] id eſt datur vel deputatur uel offertur. [Sanctum.] id eſt, eccleſiæ deputatū erit. [Sanctorum.] id eſt, ſacerdotum. & [Domino.] id eſt, ad honorē Domini. ſic conſtrue, quòd omne ſanctum quod conſecratur Domino, erit ſanctum.

i ¶ Rectoribus.] Inuitis.

K ¶ Conſenſu.] Conſenſus enim prælati nō obſtat eccleſijs repetētibus res eccleſiæ, ut ī. ea nō liceat. Sed quare non eſt ille tutus q ab Imperatore poſſidet. C. de quadri. præſcrip. bene. cū iſte poſſidet q auctore ꝑtore poſ-

¶ Quidquid Domino conſecratur, ad ius pertinet ſacerdotum. C. III.

NVlli [a] liceat ignorare, omne quod Domino conſecratur [b], ſiue fuerit homo, ſiue animal [c], ſiue ager, uel quidquid ſemel fuerit conſecratum, ſanctum ſanctorum [d] Domino erit, & ad ius pertinebit ſacerdotum. Propter quod inexcuſabilis erit omnis, qui à Domino, & eccleſia cui competunt, aufert, vaſtat, inuadit [e], uel eripit, & vſq; ad emendationem, eccleſiæq; ſatiſfactioné, ut ſacrilegus iudicetur: & ſi emendare noluerit, excommunicetur [f].

Poly. l. 6. tit. 15. Burc. l. 11. c. 17. Iuo p. 14. c. 87. Pann. l. 5. c. 11.

Item Gregorius vij. lib. 6. Regeſti, in concilio, c. 1.

¶ Excommunicationi ſubiaceat, qui eccleſiaſtica prædia inuadit. C. IIII.

QVicunque militum, vel cuiuſcunq; ordinis: uel profeſſionis perſona prædia eccleſiaſtica à quocunq; [g] rege, ſeu ſæculari principe, vel ab epiſcopis inuitis, ſeu abbatibus [h], aut aliquibus eccleſiarum rectoribus [i] ſuſceperit, uel inuaſerit, uel de rectorum deprauato, ſeu uitioſo conſenſu [k] tenuerit; niſi eadem prædia eccleſijs reſtituerit, excommunicationi ſubiaceat.

Poly. l. 6. tit. 15.

Item Pius Papa, epiſt. 2.

¶ Sacrilegij crimen incurrit, qui prædia eccleſiaſtica vexat. C. V.

PRædia diuinis vſibus tradita quidam humanis applicant uſibus, & Domino, cui tradita ſunt, ea ſubtrahūt, ut ſibi † inſeruiāt. Quapropter ab omnibus illius vſurpationis contumelia depellennda eſt; ne prædia vſibus ſecretorū cœleſtiū [l] dicata, à quibuſdā irruētib. uexentur [m]. Quod ſi quiſquā præſumpſerit, vt ſacrilegus [n] habeatur.

Poly. ibidem. Anſ. l. 5. c. 36. Iuo p. 13. c. 19. † al. ſuis uſib.

Item Anacletus Papa, epiſt. 1.

¶ De eodem. C. VI.

QVi abſtulerit aliquid

Et in epiſt. Lucij, c. 6. Poly ibidem. Burc. l. 11. c. 18. Iuo p. 14. c. 88.

a ¶ Nulli.] Quod ſemel eſt conſecratum Deo etiam, licet ſit alienū, poſtea non fiet profanū, vt ī. 17. q. 4. q̄ſtio ff. de re. diui. in tantum argu. contra. ſupra diſt. 54 ex antiquis. & c. frequens.

b ¶ Conſecratur.] Id eſt, datur.

c ¶ Siue animal.] Aliud ab homine. aliàs ſequeretur quòd homo non eſſet animal.

d ¶ Sanctum ſanctorum.] Id eſt, ad vſum ſanctorum ſacerdotum pertinet.

e ¶ Inuadit.] Ergo q ſeruum eccleſiæ inuadit, ſacrilegus eſt. ſed fortè non eſt, ſed reputatur. ſi. ī. ea. c. 1.

f ¶ Excommunicetur.] Ergo non omnis ſacrilegus ipſo iure eſt excommunicatus, ut infra capit. proxi. De hoc dixi 11. q. 3. canonica.

QVicunq;] CASVS. In hoc c. dicitur, quòd quicūq; prædia eccleſiaſtica à rege, vel ab alio principe ſæculari ſuſceperit, niſi reſtituat, debet excommunicari. Idem ſtatuitur de eo, qui ab inuitis prælatis bona eccleſiæ ſuſceperit, vel inuaſerit, uel de conſenſu eorum retinuerit.

g ¶ A quocunq;.] Ille ergo conueniendus eſt, qui rem eccleſiæ qualemcunq; detinet, licet exhibeat auctoré ſuum, ut ī. 16. q. 1. in canonibus. Sed diſtingue, an rem mobilem detineat, vel immobilē, vt C. vbi in rē act. l. 2. extra vt lit. non conte. quoniam. & hoc intelligas qn̄ quis ſuo nomine aliquid poſſidet, vt tūc ſemper poſſeſſor ſit conueniendus. & tunc non eſt neceſſe uocare illū cuius auctoritate poſſidet. ſecus ſi alieno noīe, vt extra vt lit. non conteſt. qm̄ Item hoc ſcias, quod licet conuentus rei uendicatione poſſet dominum nominare, non tū conuentus poſſeſſorio iudicio, ut hic.

h ¶ Seu abbatibus.] Inuitis.

Poſſidēs rē eccleſiæ ſiue ſuo ſiue alieno nomine, an ſē per ſit conueniendus. Poſſidēs ab Imperatore non eſt ſemper tutus.

poſſidet, ut ff. de acq. poſſ. iuſtè. Sed dicas 1 iſtud obtinere in reb. priuatorū: q̄a nec eccleſia tuta eſt, ſi rē recipit ab Imꝑatore niſi eā ꝑſcripſerit, ut 16. q. 3. placuit.

PRædia.] CASVS. Significatū fuit Pio Papæ, quòd quidā prædia eccleſiarum vſurpabant, & Deo cui tradita ſunt ſubtrahunt. quare Pius Papa ſtatuit, vt quicunq; hoc præſumpſerit, debeat vt ſacrilegus iudicari.

l ¶ Secretorum cœleſtium.] Id eſt, eccleſiæ.

ADDITIO. Vbi tractantur ſecreta cœleſtia. de conſec. diſt 1. c. cap 1.

m ¶ Vexentur.] Iniuſtè. nam ab tributa & ſeruitia tenentur. 11. q. 1. ſi tributum, vel expone, ut ibi dixi.

n ¶ Sacrilegus.] Alia pœna ſacrilegij eſt ſecundum legem. ff. ad leg. Iuliam pecul. ſacrilegij. Alia ſecundum canones. 17. q. 4. per totum.

QVi abſtulerit.] CASVS. Dicit Anacletus in hoc c. quòd Deus eſt pater noſter, & eccleſia mater: & ideo qui Dei, & eccleſiæ pecuniam aufert, vſurpat & fraudat, homicida eſt, ſicut ille qui patri vel matri carnali abſtulit aliquid inuite, dicitur homicida a.

1 Dicit gl. ſing. ſm La dou. Rom. ſin. 612. li. 7. Alexā. col. 52. li. 7. Fely. c. quæ in eccleſiarū. col. 13. de conſtitu.

a ¶ Patri.

patri [a], vel matri, dicitque hoc peccatum non eſſe; homicidæ particeps eſt. Pater noſter ſine dubio Deus eſt, qui nos creauit *: mater uero noſtra, eccleſia, quæ nos in baptiſmo ſpiritaliter regenerauit. Ergo, qui Chriſti pecunias, & eccleſiæ rapit, aufert, uel fraudat; homicida eſt.

*Concord. Alexãd. de Imo. in l. cũ alienam. C. de lega.

ſ. ea. q. Chriſti.

Item Ioannes Papa primus ad Zachariam archiepiſcopum.

Et in epiſ. 2 Euſebij Papæ ad Aegyptios. & ĩ decre. Iulij. c. 1. & Symmachus in 5. ſynodo.

¶ Quadruplum reſtituat, qui res eccleſiæ inuadit. C. VII.

Burch. l. 11. c. 25. Iuo p. 3. c. 149. & 13. c. 1. & p. 5. c. 249.

IN antiquis eccleſiæ ſtatutis decretum eſt, ut qui aliena inuadit, nõ exeat impunitus: ſed cum multiplicatione [b] omnia reſtituat. Vnde in Euangelio ſcriptũ eſt: [Quòd ſi aliquid defraudaui, reddo quadruplum.] Et in legibus ſæculi cautum habetur: [Qui rem ſurripit alienam, &c.] *vt infra in auctoritate* [c] *Euſebij Papæ.*

Luc. 19.

ſ. e. in legibus.

Item Gregorius ad Conſtantiam reginam Galliæ, lib. 4. epiſt. 33. ſeu. c. 77.

Burc. l. 11. c. 26. Iuo 2. 13. c. 36.

¶ Pro tenore ſæcularium legum puniantur inuaſores rerum eccleſiaſticarum. C. VIII.

CVm deuotiſſimam † [d] dominam ſciam de cęleſti uita †, atque remedio animæ ſuæ ſedulo cogitare; culpam me committere uehementer exiſtimo, ſi ea, quæ pro timore omnipotentis Domini ſunt ſuggerẽda, ſiluero: & te ſanctiſſimam de eccleſiaſtica pace ſedulo non commonuero. Nimis me Iuliani fratris, & coepiſcopi noſtri proclamatio nuper contriſtauit, maxime cum uillæ ſuæ, uidelicet eccleſiæ à nequiſsimis prædonibus ſint deprædatæ, atque nocturnis incendijs more furum combuſtę: et dum ijdem maligni iuxta noſtri prædeceſſoris Bonifacij decreta pro uiolata a emunitate [e] illud emendare noluerint: dum & ſæculi leges [f] hæc eadem ita ſe habere uoluerint, lege vulgari [g] teſte, in qua ſic ſcribitur: [Si quis manu armata uſque ad quattuor homines in uicum alterius ad male faciendum venerit; ille, qui prior eſt [h], pro illicita præſumptione componat [i] ſolidos nongentos: ſequaces uero eius, vnuſquiſque ſolidos octuaginta. Si uero incendium [k] fecerint, ibi nonies tãtum componant: ſi prędam uero, in quadruplum reſtituant.

†ſereniſſimã] orig.

† al. patriæ atque aiæ ſuæ uitæ ſedulo

lib. 1. lẽgũ Longobard. tit. de aggreſſ. in uic. fact. leg. 1.

Emunitas eccleſiæ q̃ eſt.

Arg. q̃ iſta ſ. 93. diſ. diaconi ſunt, in prin. ſed ibi aliter exponitur.

a ¶ Patri.] Homicida enim eſt, qui non paſcit patrem vel matrem 1, vt 22. quæſt. 4. inter cætera. & 86. diſtinct. non ſatis in fin.

IN antiquis.] CASVS. Quæſitum fuit à Ioã Papa. quã pœnam debeat pati, qui inuadit aliena. & reſpondet quod ſecundum antiqua ſtatuta quadruplum debet reddere. Idem probat duabus auctoritatibus, ſcilicet Euãgelij & Euſebij Papæ.

Pœnæ pecuniaria an poſſit infligi ab eccleſia.

b ¶ Multiplicatione.] Arg. pœnam pecuniariam poſſe ab eccleſia infligi. 21. quæſt. 5. ſi quis cuiuſlibet. 22. diſ. quamquam. extra de arbi. dilecti. in fin. extra de relig. domi. conſtituimus. in fin. argum. contra infra ead. fraternitas. ubi de hoc dicitur. & extra de pęnis. ſuam 2. Sed illud poteſt intelligi de æquitate canonica, hoc de rigore iuris.

a Et c licet vbi de hoc 14. q. 1. q̃ dẽt. in ; ri. a. vbi de hoc. Arch.

c ¶ In auctoritate.] ſ. ead. in legibus.

CVm deuotiſſimã.] CASVS. Iulianus epiſcopus conqueſtus eſt Papæ de quibuſdam, qui de nocte quaſdam villas ſuæ eccleſiæ cõbuſſerunt, & prædã inde exportauerũt. tñ ſæpe admoniti damnum emendare noluerunt. Scribit ergo Papa Conſtantiæ Reginæ Galliæ, & ei primo applaudit commẽdando ipſam, & hoc in prima parte. In ſecunda parte oſtendit, q̃ dãnũ illud debẽt cũ multiplicatione pœnæ reſtituere. & hoc probat per legẽ Lõbardã, & per exemplum Zachæi dicentis in p̃ſentia Chriſti ſe uelle reſtituere quadruplum ſi aliquẽ defraudauit, ut continetur in Euangelio ſecundum Lucã. In tertia parte inſinuat ei, q̃ in menſe Nouembris præſentis anni, mittet in Galliam Petrũ epiſcopum, & monet ipſam Reginam, ut cum eo, & cũ alijs epiſcopis eiuſdẽ prouinciæ cõgregatis ſic faciat damnum emẽdari, ut cæteri terreantur. Secunda pars incipit ibi,] Dum & ſæculi.] Tertia ibi,] Ea propter.]

d ¶ Cum deuotiſſimam.] Intercedit Papa pro eccleſia apud Reginam, ſicut alibi apud principẽ, ut 97. diſt. eccleſiæ.

e ¶ Pro uiolata emunitate.] Et dicit emunitas priuilegiũ quo gaudet eccleſia, ut in ambitu ſuo non fiat pugna uel inſultus, uel rapina per quadraginta uel triginta paſſus, ut 17. q. 4 ſicut antiquitus. Quæ autẽ pœna pro emunitate eccleſię læſa ſit ſoluẽda, habes 17. q. 4 ſi q̃s contumax.

f ¶ Leges.] Scilicet Lombardæ.

g ¶ Vulgari.] Scilicet Lombardæ. 23 q. 8. ſi quis membrorũ. & c. peſſimam.

h ¶ Qui prior eſt.] Nã tot ſunt iniuriæ, quot ſunt iniuriantes, ut ff. de iniur. ſi plures, & ideo pœna unius non liberat alios. ff. ad legem Aquil. item Mela. § ſed ſi plures.

Pœna an poſſit excedere quadruplum.

i ¶ Componat.] Inſt. de actio § omnes. contra. ubi dicitur, q̃ nulla pęna debet excedere quadruplũ. Sol. quidam dicunt, q̃ pęna legalis non poteſt excedere quadruplum, ſed conuentionalis poteſt: melius dicas, q̃ legalis & conuentionalis in infinitum poteſt extendi ſecundum qualitatem negotij uel delicti. ſed ſi habetur reſpectus pure ad rem ipſam, tunc ſufficit pœna quadrupli. ar. C. de ſer. fug. quicunque. & l. ſi quis ſeruum. & licet hæc lex non teneat, tamen ex ea argumentatur hic Grego. ſic extra de iud. nouit.

Incendiarius an ſit ipſo iure excõicatus.

k ¶ Si vero incendium.] Incendiarius eſt ipſo iure excom-

cõmunicatus, nec prius abſoluitur, quàm ſatisfaciat, & iuret ſe id amodo non facturum. 23. q. 8. ſi qs membrorũ. & cap. peſſimam. & ſi fuerit denunciatus, amõ nõ põt abſolui niſi à Papa, vt extra de ſent. excommu. tua ſecundum leges capite punitur. ff. de pęna capitalium. §. nonnunquã. vbi dicitur, quod ſi qs intra oppidũ uel propter inimicitias, uel ob prędã aliquid exuſſerit, igne crematᷓ. ſed ſi villã cõbuſſit, leuius punitur. ff. de inceu rui. nau qui ædes. Io. non inuenio, quòd incendiarius ſit ipſo iure excõicatus, niſi incẽdiarius eccleſiæ, ut extra de rap. ca. in litteris.

a ¶ Iuſtitiam colere.] inſti. de iuſt. & iur. §. præcepta iuris.

b ¶ Regia.] Ergo fęmina poteſt eſſe iudex 1, ut hic, & 23. q. 4. ſi quos. & 15. qõ. 3. c. 1 argum. contra 33. quæſt. ult. mulierem. C. de arbitr. l. ult. Sed dic vbi conſuetudo eſt, bene poſſunt iudicare. extra de arbit. dilecti.

1 Hoc fuit ex cõmiſſione Papę.

ADDITIO. Vbi not. Inno. ꝙ ſi fęmina habet regimen uel comitatum, de iure poteſt iudicare, ut hic patet. Arch.

IN legib.] CASVS. Quæſitum fuit ab Euſebio, quantam pęnam debeat pati raptor rerum eccleſiaſtarum: & reſpondet, ꝙ ſecundum leges ſæculi, ſcilicet Goticam & Salicam, in decuplum debet emendare. dicit enim in fin. cap. ut ſacrilegus iudicetur, & quadruplum reſtituat, & canonicæ pęnitentiæ ſubijciatur.

c ¶ In legibus ſæculi.] In Lombarda & Gotica, & Salica, non in Romana.

d ¶ Terminos.] Secundum leges punitur talis pœna quinquaginta aureorum, vt ff. de termi. moto. l. 1. & 2.

e ¶ Quadruplũ.] Vt in illo quadruplo rei perſecutio cõputetur, ut inſt. ui bon. rap. in princ. ſed in furto eſt rei perſecutio præter pœnã furti. vt inſti. de oblig. quæ ex delic. in fi. & eſt ſimile 79. diſt. decenter.

CONTRA GREGORIVS. CASVS. Supra in quibuſdam c. dictum eſt, quòd res eccleſiæ uſurpatæ cum pœna debent reſtitui. Nunc vero probat contrarium per ſequens cap.

FRaternitas tua.] CASVS. Augu. Anglorum epiſcopus de duobus quęſiuit à Greg. Primo qua pęna ſit punien-

¶ *Initium huius capitis vſque ad uer.* ſiluero, *eſt acceptum ex epiſtola indicata. Reliqua non ſunt inuenta.*

α ¶ Violata.] *Hac dictio abeſt à pleriſque vetuſtis & hic, & in ſequenti capite, ubi in vulgatis eſt,* emunitas uiolata.

Item.

¶ De eodem. C. IX.

SI ſęculi leges talem iuſtitiam habere uoluerunt; lex diuina cur inferior eſſe debebit? cum in ipſius ueritatis præſentia à Zachæo collaudatum ſit, ut ſi aliquem defraudarat, in quadruplum reſtitueret? Et quia ſummum in rebus bonum eſt iuſtitiam colere [a], ac ſua cuique iura ſeruare, & in ſubiectos non ſinere quod poteſtatis eſt, fieri, ſed quod æquum eſt, cuſtodiri (quod & uos diligere, & omnino confidimus ſtudere;) eapropter excellentiæ ueſtræ, menſe Nouembri pręſentis anni, ſecunda indictione, Petrum fratrem & coepiſcopum noſtrum à gremio ſanctæ Romanæ eccleſiæ tranſmittemus, ut fratribus eiuſdem prouinciæ in unum cõgregatis, emunitas uiolata, & præſumptio, & ſacrilegium canonica auctoritate, & ueſtra regia [b] dignitate talem terminum accipiant; ne poſthac membra diaboli, filij nequam, in ſancta eccleſia, te etiam ibi regnante, talia præſumant.

Bur. & Iuo ibi.

Luc. 19.

¶ *In pleriſque vetuſtis codicibus, & apud Burchardum, & Iuonẽ caput hoc eſt coniunctum ſuperiori.*

Item Euſebius Papa epiſt. 2.

¶ Eccleſiæ res ſurripiens in decuplum reſtituat, quod abſtulit. C. X.

Et Symmachus in 5. ſynodo, & Ioãnes 1 epi. 1. ĩ. ca. in antiq. s.

IN legibus ſæculi [c] cautum habetur: [Qui rem ſurripit alienam, illi, cuius res direpta eſt, in undecuplum†, quę ſublata ſunt, reſtituat.] Et in lege diuina legitur: [Maledictus omnis, qui transfert terminos [d] proximi ſui, & dicet omnis populus, Amen] Talia ergo non præſumantur abſque vltione, nec exerceantur abſque ſua damnatione. Proinde β, ſi quis eccleſiaſticas oblationes, & quod Deo conſecratum eſt rapuerit, uel conſenſerit facientibus; ut ſacrilegus diiudicetur, & damnum in quadruplum [e] reſtituat, & canonice pęniteat.

Polyc. l. 8. ti. 15. Anſ. l. 5. c. 41. Burc. l. 11. c. 27. Iuo p. 13. c. 37. & p. 5. c. 249. & p. 3. c. 149. Pann. l. 4. c. 47.

† al. decuplum

Deut. 27.

In decret. Iulij. c. 1.

β ¶ Proinde.] *Hinc vſque ad finem non ſunt in epiſtola Euſebij, neque apud Ioannem, aut Symmachum. Habentur tamen apud Burchardum, & Iuonem par. 13. c. 37. & in Polycarpo interpoſitis etiam aliquot verbis, quæ in epiſtola habentur poſt uer.* damnatione.

Contra Gregorius ſcribit, c. 4 reſponſionum ad Auguſtinum Anglorum epiſcopum de his, qui furtim auferunt aliquid de eccleſia.

¶ Sine augmento ſibi ablata eccleſiam recipere oportet. C. XI.

FRaternitas tua ex perſona furis penſare poteſt, qua-

Poly. l. 6. tit. 16. Iuo p. 13. c. 5.

niendus fur: reſpondet dicens, quòd quidam furantur propter cupiditatem, quidā propter inopiam: & ideo qui cupiditate furantur, dānis; qui inopia, verberibus ſunt corrigendi. & cum diſtrictius agitur, in verberibus ex charitate agendū eſt. Secūdo quæſiuit ſub quo augmen-

ne ſit contra ſupr. diſt. 89. decēter. 17. q. 4. qui ſquis infra ea. q. c. 5. pen. & ſupra ea. q. 1. in antiquis. Ad hoc reſpondent quidam, ſi vult libere fur vel prædo reſtituere rem ante quam conueniatur, pœnam euitat: hoc falſum eſt quia non ſufficit raptori reſtituere rem ad cuitandam pœnam, vt ff. vi. bon. rap. l. non prodeſt. Vel dic quòd eccleſia non petet pœnam, ſed iudex ex officio ſuo eam infliget, & dabit eccleſiæ, cui ſanctitas ignoſcēdi gloriā dereliquit. C. de epiſco. & cler. ſi quis. & eſt ad hoc bonum. arg. 23. q. 3. §. 1. in fi. Vel dic q̄ poteſt petere naturale augmentum, id eſt, intereſſe. ſed innaturale non poteſt. Vel dic, q̄ non poteſt petere intereſſe quod eſt extra rem: vel ſi forte occaſione rei ſublatæ familia vel pecora mortua ſunt, illud non poteſt petere, ſicut nec emptor, vt ff. de act. emp. & ven. ſi ſterilis. §. cum per venditorem. vel ponas caſum ſic. Quæſitum fuit ſi aliquis confeſſus fuit ſe furtum feciſſe ſacerdoti ſuo, an in pœnitentia debet ei iniūgi, vt illam rem reſtituat cum pena 1; Reſpondeo q̄ nō; 2 & ſic contraria non tangūt caſum.

VERVM. CASVS. Determinat Gratia. in hoc §. qualiter intelliguntur duo proxima præcedentia cap. dicens q̄ primum ex rigore, ſecundum ex manſuetudine intelligitur. Sequens cap. patet.

d R Es ¶ Acquiſitas.] occaſione eccleſiæ, vt infra ea. q. 5. §. fixum.

A Apoſtolicos.] CASVS. Hoc c. diuiditur in duas partes. In prima parte ſtatuitur, q̄ ſi quis clericus alienat quocūq; titulo alienationis poſſeſſiones, vel reditus, vel vaſa eccleſiæ in caſu nō conceſſo, deponi dēt, alienatione reſciſſa: ſiue ſit facta in ſcriptis, ſiue non: & emptor debet rem reſtituere & chartā ad incidendum: quod ſi non fecerit, excōicetur. In ſecunda parte dr̄, q̄ ſi eps conſtruxerit monaſterium de reditibus eccleſiæ, eidem eccleſiæ monaſterium ſubijciat. Secunda pars incipit ibi, [Si aūt eps, Salaria.] i. reditus. Iterum habeat ſicut prius habebat, Et interſerit Grat. tria ſequentia cap. præter principale propoſitum, vt oſtendat caſum in quo licite res eccleſiæ poſſunt alienari, quorum primum patet.

Eccleſia an poſſit petere rem ſuā cum augmento.

1 Iſtam gl. dicit eſſe ſing. Alexā. de Imo. in l. ſi pœna. ff. de cō di. indebi.

2 Tenetur tñ dānū reſtituere, vt extra de iniu. ſi læſerit. & duobus c. ſeq. & extra de rap. c. 1. 2. & 3. & c. in litteris. in fine.

liter valeat corrigi. Sunt enim quidam, qui habentes ſubſidia, furtum perpetrant & ſunt alij, qui hac in re ex inopia [a] delinquunt. Vnde neceſſe eſt, vt quidam damnis, quidam vero verberibus [b], & quidam diſtrictius, quidam vero leuius corrigantur. Et cum paulo diſtrictius agitur; ex charitate agendum eſt, & non ex furore; quia ipſi hoc præſtatur, qui corrigitur, ne gehennæ ignibus tradatur. *& infra.* ¶ Addis etiam quo augmento ea, quæ furto de eccleſijs abſtulerunt, reddere debeant. Sed abſit, vt eccleſia cū augmento [c] recipiat, quod de terrenis rebus videtur amittere, & lucra damnis quærat.

† al. iſtud

Verum illud Euſebij de legum ſeueritate: illud † Gregorij de eccleſiaſtica manſuetudine dictum intelligitur.

† al. Deodato

Idem Gregorius lib. 10. epiſt. 42. Deuſdedit † epiſcopo Mediolanenſi

¶ Non ſunt alienanda in epiſcopatu acquiſita. C XII.

infra. ea. q. 5. c. nulli

RES in epiſcopatu acquiſitas [d] ſacerdotibus nulla eſt alienandi licentia.

Item ex octaua a ſynodo vniuerſali, c. 15.

a ¶ Octaua.] *Sic eſt emendatum ex Anſelmo, cum antea legeretur,* ſexta *Eſt autem canon decimuſquintus ſynodi octaua habita tempore Hadriani Papa ſecundi contra Photium, ex verſione Anaſtaſii bibliothecarij.*

¶ Vaſa ſacra, niſi pro redemptione captiuorum, non ſunt alienanda. C. XIII.

Anſ. l. 6. c. 171.

APoſtolicos, & [e] paternos canones renouans hæc ſancta, & vniuerſalis ſynodus diffiniuit, neminem prorſus epiſcopum vendere, uel utcumque alienare cimelia †, & uaſa [f] ſacrata, excepta cauſa olim ab antiquis canonibus ordinata, videlicet pro redemptione captiuorum [g]: ſed nec tradere ſalaria eccleſiarum in emphyteutica pacta, nec alias ruſticas poſſeſſiones venūdare, ac per hoc eccleſiaſticos reditus lædere: quos ad propriam vtilitatem, & ob eſcam pauperum, & peregrinorum ſuſtenta-

† κειμήλια, Græce theſauri dñr, opes, pecuniæ repoſitæ, inſtrumenta pretioſa, aurea vaſa, clinodia. inde cimeliarch'. C. de agri. & cenſi. l. litibus. li. 11.

Paupertas in delictis nō excuſat.

augmento eccleſia ſuum debeat recipere. Et rñdet ſub nullo augmento. Secunda pars incipit ibi, [Addis ēt.]

a ¶ Ex inopia.] in delictis non excuſat inopia, vt hic. & 32. q. 4. ſicut ſatius. ff. de rit. nupt. l. palam. 32. q. 5. ita ne. 22. q. 2. faciat. Arg. contra de cōſe. diſt. 5. diſcipulos. & di. 1. ſicut contra. extra de furt. ſi quis propter neceſſitatem, quidam dicunt, q̄ potius debet homo mori quàm furari. Humanius eſt dicere, q̄ ſumma neceſſitas excuſat. extra de reg. iur. c. quod non eſt. vnde hic non fuit tanta neceſſitas, quæ poſſet excuſare.

b ¶ Verberibus.] hoc generale eſt, vt uerberibus caſtigentur qui ſunt inopes, vt ff. de iuriſ. om. iud. ſi quis id §. in ſeruos. & ff. de in ius vocan. l. vlt. infr. ea. q. §. libertus. 14. q. 6. ſi res aliena. Alio etiam modo puniuntur nobiles quàm ignobiles, vt 24. q. 1. qui contra.

c ¶ Cum augmento.] ſcilicet in naturali & illegitimo,

e ¶ Et.] pro, id eſt.

f ¶ Vaſa.] ſupr. 10. q. 2. hoc ius. contra.

g ¶ Captiuorum.] & alijs cauſis.

a ¶ Depo-

tionem eſſe decernimus *β. & paulo poſt.* ¶ Quiſquis autem apparuerit poſt hanc diffinitionem noſtram contrarium quid huic ſanctæ, ac vniuerſali ſynodo agere; deponatur [a] vt præuaricator diuinarum legum, & præceptorum: caſſata videlicet omnino, quæ facta eſt in ſcriptis, vel ſine ſcriptis ab epiſcopo, venditione, vel emphyteutica traditione, vel alia qualibet alienatione, cimeliorum ſcilicet, & ſalariorum locorum. Qui vero emerit, aut perceperit aliquid ex prædictis cimelijs, vel ſalarijs, & non reſtituerit eccleſiæ iterum, quæ eccleſiæ ſunt, vel non reddiderit ad incidendum chartam venditionis, vel emphyteuſeos; ſit anathema vſque dum fecerit: quod ab hac ſancta, & vniuerſali ſynodo confirmatum eſt. ¶ Si autem epiſcopus conuictus fuerit conſtruxiſſe [b] monaſterium de reditibus eccleſiaſticis, tradat [c] ipſum eidem eccleſiæ monaſterium.

α ¶ Videlicet pro redemptione.] *In concilio ipſo, & apud Anſelmum legitur,* quæ accipiuntur in redemptionē captiuorū.
β ¶ Decernimus] *In ipſo canone ſequuntur hæc.* Omnem vero eccleſiaſticarum rerum poteſtatem habentem, & has meliorare, ac dilatare, prout oportuerit: eccleſiaſtica loca, quę per reditus fiunt, & inſuper propriam rerum diſpoſitionem diſtribuere, ac committere, ſeu conferre quibuſcumque voluerit; & iudicauerit, iuxta propriam poteſtatem, ac dominatū. Quiſquis autem apparuerit, &c.

Item Gregorius lib.6. epiſt.35. ſen.c. 199. domino epiſcopo Meſſanenſi.

¶ Pro redemptione captiuorum ſacra vaſa non prohibentur alienari. C. XIIII.

Le. Sancimus, Cod. de ſacroſ. eccl. Anſ. l. 5. c. 48.

ET ſacrorum canonum, & legalia ſtatuta permittunt miniſteria eccleſiæ pro captiuorum eſſe redemptione vendenda.

Idem Demetrio, & Valeriano clericis Firmanis, libr.7. indict.2. epiſt.14.

¶ Res eccleſiæ licite impenduntur pro redemptione captiuorum. C. XV.

Iuo. p. 3. c. 145.

SAcrorum canonum ſtatuta, & legalis permittit auctoritas licite res eccleſiaſticas in redemptionem captiuorum impendi. Et ideo, quia edocti à vobis ſumus ante annos fere xviij. virum reuerentiſſimum quendam Fabium epiſcopum eccleſiæ Firmanæ libras xi. argenti de eadem eccleſia pro redemptione veſtra, ac patris veſtri Paſſiui, fratris & coepiſcopi noſtri, tunc vero clerici, necnon ma-

Eccleſiaſticas res male alienans qualiter puniatur.

1 Et c. diaconi. 17. q. 4 poteſt tñ eps diſpenſare cū prælato ſibi ſubdito, vt non deponatur, vt 50. diſt. ſi quis presbyter. Arc.

a ¶ Deponatur.] Hæc eſt pęna male alienantis res eccleſiæ, vt infra ea. qui quis. & c. non liceat. & c. ſtatuimus 1. Sed contra extra de reb. eccl. non alie. ſi qs preſbyterorū. de elec. ꝙ ſicut. in fi. ff. de alie. iud. mut. cau. l. ex hoc edicto. §. ſi quis alienauerit. Ex quibus omnibus habes, ꝙ ſufficit ſi ſtatim reddat eccleſiam indemnem. Poſſet dici hoc verum eſſe, quo ad hoc vt exinde non poſſit vlterius conueniri: ſed non quo ad hoc, ne pro huiuſmodi mala electione ab adminiſtratione remoueatur. Arg. contra. ff vi bon. rap. non prodeſt. vbi habes quòd non ſufficit prædoni ad pœnam euitandam rem reſtituere. Item ſufficit ſemel dolum commiſiſſe, vt de depo. l. 1. § ſi rem depoſitam. Ioan. Ego ſto illi decret. ſi quis presbyterorū. B.
b ¶ Conſtruxiſſe.] lędendo eccleſiam priorem. poteſt tamen cōſtruere, dum tamen non lædat eccleſiam, infra. c. ſi epiſcopus. & cap. bonæ rei. Tradetur ergo eccleſiæ, vt habeat in ipſa ius patronatus, quod habetur ex ædificatione ſeu fundatione. 16. q. 7. quicumque. & cap. decernimus. & c. filijs. extra de eccle. ædi. ad audientiam. vel aliquod honeſtū ſeruitium. extra de iure pat. præterea. vel ob alia tēporalia. extra de capel. mo. in eccleſij. 16. q. 2. ſane. Et eſt arg. quod acquiſita de rebus eccleſiæ poteſt eccleſia vendicare. inf. ea. q. 4. ſacerdotes. & q. vl. fixum. Sed qđ ſi clericus de peculio eccleſiæ in proprio ſolo ędificat? tunc vr̃ ædificium ſolo cedere. ff. de re. diui. in tantum. Sed dicas 2. in fauorem eccleſiæ ſolum ædificio cedere. 17. q. 4. c. quæſtio. & hoc eſt ſpeciale in eccleſia, ꝙ ſi res comparatur, de bonis eccleſiæ, ſtatim eſt facta eccleſiæ, vt hic, & extra de pecu. cle. c. 1. ſi quis. Idem eſt in milite. C. de rei vend. ſi vt proponis. & in pupillo. C. arbi. tut. l. 3. & in vxore. ff. de dona. inter vir. & vxo. vxor.
c ¶ Tradat.] id eſt, ſubijciat. infr. 14. q. 6. cōperimus. 17. q. 4. quæſt. contra. vbi hēs ꝙ res conſecrata nō dēat reſtitui. ſed ſupple laicis, & ad profanos vſus. & licet hic dicatur ꝙ debet ſubijci priori eccleſiæ: nihilominus tamen epiſcopus poteſt vnam eccleſiam alij ſubijcere cui vult: arg. extra de exceſſ. prælat. ſicut vnire.

Ædificiū de pecunia eccleſiæ factum an acquiratur ipſi eccleſiæ.

2 Dicas hāc gl. ſeq. Spe. de empt. & ven. §. tertio loco, in 2. verſic. qđ ſi clericus. & ibi per Ioan. And. in additio. Bald. in l. in tantum. de rerum diu. ſ. Philip. Franc. in c. ſ. mel. de r. g. iur. 16.

SAcrorum.] CASVS. Fabius Firmanæ ciuitatis eps dedit xj. libras argenti de ſua eccleſia pro redēptione quatuor perſonarum, ſ. Paſſiui tūc clerici. & vxoris, & duorum ſuorum filiorum, ſcilicet Demetrij & Valeriani, quo præfato ēpo mortuo Paſſiuus factus eſt ēps, poſt cuius obitum filij timebant ne illæ xi. libræ argenti ab eis, vel heredib. eorū repeterētur. & ideo à Papa

ſuper

ſuper hoc poſtulauerũt ſecuritatẽ. Papa igitur eis plenam ſecuritatẽ cõcedit, ita vt de cętero ſuper hoc nulla quæſtio eis moueatur. Sequens cap. patet.

a ¶Repetitionis.] Quia quod ex cauſa pietatis impẽdit, nõ repetit. C. de nego. geſt. alimẽta, niſi forte fuerit proteſtatus. ff. de reli. ſi q̃s. § hæc actio. & i alio caſu. C. de nupt. patrẽ. hic tñ no va. et proteſtatio: q̃a eccleſia tenet redimere, vt ĩ. c. proxi. ſi vero priuatus redemiſſet, pretiũ datũ repeteret ſine diſtinctione, ſecundum quoſdã. Et hic redẽptus operas præſtabit eccleſię p q̃nquenniũ: ſi nõ poſſit ſoluere. C. de cap. l. 2. & vlt. Ite nũquid hoc de quolibet capto verũ eſt? ita. Sed nunquid de capto in maleficijs? q̃d videt 86. diſ. nõ ſatis. 23. q. 5. c. 1. & c. reos. & 14 quæſt. 6. ſi res. Argum. cõtra 1. q. 1. iubemus. Tamen ſi priuatus det pecuniã pro redemptione alicuius, bene eam repetit, vt C. de cap. l. vlt.

b Sicut. ¶Suis.] Suis potius q̃ alienis ſubueniat, ſubueniat tñ & extraneis. 86. diſt. nõ ſatis. 42. diſ. quieſcamus. Sed qui dicunt hic captiui? Dic q̃ ſi ab hęreticis vel gentilibus capti ſunt, vel à talibus vbi timetur periculum corporis 2 vel animæ, tales tenet redimere eccleſia, & etiã quilibet priuatus, vt 86. diſt. nõ ſatis. ĩ. ea. aurum. 23 q. 3. non inferenda. c. ſignificauit, de Iudęis. Ph. li. Dec. in c. q̃ in eccleſiarum. de cõſtit. Ludo. Gomes ſuper 6. cha. Ioe. in parnis.

Redẽptio q̃nque eſt neceſſaria.

2 Id eſt mortis, vt leg. & not. ĩ. c. aurum ver. cur tot. Arch.

tris veſtræ, hoſtibus impendiſſe, atq. ex hoc quandam formidinem vos habere, ne hoc, quod datũ eſt, à vobis quolibet tempore repetatur; huius præcepti auctoritate ſuſpicionem veſtram præuidimus auferendam; conſtituentes nullam vos exinde, hæredeſque veſtros quolibet tempore repetitionis [a] moleſtiam ſubſtinere: nec à quoquam vobis aliquam obijci quæſtionem.

Item libro 6. epiſt. 35. ad Domnum epiſcopum.

¶Res eccleſiæ deſolatæ non præponantur captiuis. C. XVI.

Iuo p. 3. c. 176.

SIcut omnino graue eſt fruſtra eccleſiaſtica miniſteria venundare; ſic iterum culpa eſt, imminente huiuſmodi neceſſitate res maxime deſolatæ eccleſiæ captiuis ſuis [b] præponere, & in eorum redemptione ceſſare.

2 *Quæ vero pœnitentia huiuſmodi inuaſoribus, atque prædonibus, qui vaſa ſacra, & reliqua diuino cultui dedicata arripiunt, & quaſi profana contrectant, ſit indicenda; Nicolaus Papa definit ſcribens Frontario archiepiſcopo Burdegalenſi.*

¶Inuaſoribus rerum eccleſiaſticarum quæ pęnitentia ſit imponenda. C. XVII.

DE viro nefando, Burgando nomine, qui rabie inſana commotus diabolicis ſe irretire laqueis non dubitauit, atque gentilium more per abrupta itinera, & compita [c] inſidians vobis in veſtræ eccleſiæ uilla, vnà cum clericis veſtris manentibus, & populum ſalubribus inſtruere dogmatum monitis decertantibus, paneque ſpiritualis verbi vacua hominum corda reficientibus, atque laudabile propriæ ſalutis deſiderium habentibus, ſancta apoſtolorum Petri & Pauli limina viſitare, collectis malitiæ ſuæ ſequacibus, & iniquitatis complicibus nefarias inuaſiones, & deprædationes violentas inferre dæmoniaco auſu præſumpſit: &, vt epiſtolæ veſtræ textus eloquitur, ſacrum altare, ſacraque Dominici corporis & ſanguinis vaſa, inſuper & ſanctum chriſma pollutis arripere manibus, quaſi uilia, & ad vſum communem apta præſumpſit; dilectio nos ueſtra conſuluit [d], ſi ipſe, uel qui cum eo in tam impio, & iniquo ſcelere fuerunt, ad pęnitentiã quandoq. gratia tracti † diuina, uenire uoluerint, quo eos pęnitentiæ uinculo conſtringatis, noſtræ inſtitutionis cenſuram

† al. tacti

QVAE VERO. Hæc eſt ſecunda pars quæſtio. in qua ponit pœnam ſacrilegij, & hoc per capit. ſequen. Ioan. de Fant.

CASVS. Supra facta eſt mentio de inuaſoribus rerum eccleſiæ, Nũc vero docet Gratia. quæ pęnitentia ſit huiuſmodi inuaſoribus imponenda, qui ſacra vaſa & alia Deo dedicata pollutis manibus quaſi profana rapiunt, & contrectant.

DE viro.] CASVS. Frontarius Burdegalen. archieps cũ vellet beati Petri limina viſitare, & in quadam villa ſuæ eccleſiæ celebraret diuina, & populum ſaluberrimis dogmatibus erudiret, quidam nomine Burgandus vir nefandus inſidiãs ei, cum complicibus ſuæ malitiæ venit ad villam præfatam, & ſacra vaſa dominici corporis, & ſanctum chriſma pollutis manibus accipere præſumpſit. quare dictus Frontarius quæſiuit à Nicolao, ſi aliquo tempore ad gremium matris eccleſiæ redierint, quæ pœnitentia ſit eis indicenda. Qui reſpondet dicens, quod primo debent iurare, quod talia non faciãt de cętero, & poſtea pœniteant iuxta modum in c. expreſſum.

c ¶Et compita.] Compitum eſt locus vbi plures viæ concurrunt. 48. diſt. ſicut.

ADDITIO. Et dicitur à con, quod eſt ſimul, & pita, quod eſt via, ſecundum Hug. & Lau.

d ¶Conſuluit.] quæ ſit pœna taliũ, qui inferunt iniuriam clericis dum inſiſtũt diuinis officijs & obſequijs, habes 17. q. 4. §. qui autem. & c. ſi quis ſuadente. C. de epi. & cle. ſi quis in hoc genus.

Redẽptus b eccleſia, [i]lli ſeruiat [p]er quinquenniũ.

Quod vĩ. de Fely. in

a ¶Ante

a ¶ Ante fores.] Sed nonne in primo anno eſt extra eccleſiam? Sed dic quod in primo anno ſtet extra cœmiteriũ qđ violauit, & ſecũdo anno iuxta fores eccleſiæ.
b ¶ Audientes.] Non communicantes, vt 33. quæſt. 2. latorem.

ut ſ. e. cum deuotiſſimã, ſi agit ad intereſſe, non põt.[a] Item quæritur ſi eccleſia conſecuta eſt ſuum ius à poſſeſſore, an teneatur cedere actionẽ, quam habet cõtra alienantẽ? Reſpõdeo, ꝙ nõ: q̃a qua frõte põt petere ceſſionẽ qui ex contumacia ſua condemnatur, vt ff. de adminiſt.

a Hoc ideo quia iã ſuũ conſecutus eſt, & ita intereſſe deſijt. ff. de eo per quẽ factũ eſt. l. 1. §. plures.

expoſcere curaſtis. De quibus (ſi tamen ita eſt) iubemus, cum ad penitentiam reuerti accelerauerint, vno anno extra eccleſiam Dei conſiſtere, cuius ſacratiſsima uaſa, extra ritum fidei Chriſtianæ, diripiendo auferre non dubitauerunt. Secundo vero anno ante fores [a] eccleſiæ ſine communione maneant. Tertio vero anno eccleſiam Dei ingrediantur, & inter audientes [b] adſtent ſine oblatione, non manducantes carnem, neque bibentes vinum, præter Natalis, & Reſurrectionis Dominicæ dies. Quarto præterea anno (ſi his prioribus tribus eorum fructuoſus fuerit pęnitentiæ labor) communioni fidelium reſtituantur: totaque mentis intentione ſpondentes [c] talia ſe ulterius nunquam facturos, corpus & ſanguinem Domini ſuſcipere mereantur, & vſque ad ſeptimum annum tribus in hebdomada diebus ſine eſu carnium, & uini potatione maneant pœnitentes.

¶ *Caput hoc alibi non eſt inuentum, quàm in collectione canonum incerti auctoris.*

Item in concilio Leonis Papæ quarti.

Res eccleſiæ epiſcopus vſurpare, vel alienare non præſumat. C. XVIII.

3 Monemus, & irrefragabiliter affirmamus, vt nullus epiſcoporum, vel ſacerdotum, rem tituli [d] ſui vſurpare præſumat: ſed neque ſalarium à Chriſtianis, ſanctis locis oblatum cauſa amicitię, uel timoris, aut muneris pertentet auferre: ne eccleſia Dei ad nihilum redigatur. Quod qui facere pręſumpſerit epiſcopus, uel ſacerdos; canonicam ſine dubio ſubeat ultionem, & quod eccleſię iniuſte ablatum eſt, reddere [e] compellatur; ita ut deinceps nullas uires pro his ad litigandum [f], uel poſsidendum habere poſsit. — Deuſdedit p. 4. Pol. l. 4. tit. 19.

Item ex ſeptima ſynodo, c. 12.

¶ *Apud Gratianum, quemadmodum & apud Anſelmum citabatur*, ex hiſtoria Euſebij epiſcopi Cæſarienſis. *Iuo verum auctorem citauit. Verſio autem eſt Anaſtaſii Bibliothecarij, ex cuius codicibus manuſcriptis nonnulla ſunt emendata.*

¶ Epiſcopo, uel abbati res eccleſię alienare non licet. C. XIX.

Quiſquis epiſcopus, uel abbas inuentus fuerit de ſalarijs epiſcopij, uel monaſterij transferre quidquã in principum manus, uel etiam alij perſonę conferre; — Poly. l. 6. tit. 15. Anſ. l. 6. c. 184. Iuo p. 5. c. 375.

c ¶ Spondentes.] Sacrilegos argue promittere cogendos ſe nunquam ſimile facturos, ſic 23. q. 8. peſſimã. & ca. ſi quis mẽbrorum, vt dixi 11. q. 3. cum aliquis.

Monemus.] Hæc eſt tertia parsq. in qua reuertitur ad principale, & probat per v. c. ꝙ res eccleſiæ non ſunt alienandæ in caſu non conceſſo. Io. de Fant.

CASVS. Quæſitũ fuit à Leone Papa quam pœnam pati debeat ẽpũs, vel ſacerdos, qui cauſa amicitiæ, timoris, vel muneris rem ſuæ eccleſiæ vel ſalariũ à Chriſtianis oblatum auferre vel uſurpare præſumit. Et reſpondet, ꝙ debet deponi, & qđ iniuſte abſtulit, reddere compellatur, & pro his nullas deinceps vires habeat ad litigandũ vel poſſidendum.

d ¶ Rem tituli.] Id eſt, ſpectantem ad eccleſiã ſuam non aufert alij propria auctoritate [1]. Nam & tutor & curator puniẽ, qui aufert alij rẽ pupilli ſui, vt C. vnde vi. meminerint. in fi.

1 Nã pro tali exceſſu videt deponendus. L

e ¶ Reddere.] Ipſe ergo, qui alienauit, poteſt cõueniri, vt hic, & ĩ. ead. ſtatuimus. & duobus c. ſequentibus. Item & poſſeſſor poteſt conueniri, ut ſ. c. Auguſtino. & no. ſ. ead. quicunque. & ſ. ea. Apoſtolicos. cũ. enim eccleſia habet in optione quẽ velit conuenire, ſi primo cœpit vnũ cõuenire, & poſtea velit alium conuenire, nõ fiet ei præiudiciũ aliquod ꝑ electionẽ, vt C. ſi tutor vel curator. l vlt. Sed quid ſi eccleſia eſt conſecuta ius ſuum à poſſeſſore, nunquid adhuc poteſt cõuenire ipſum, qui alienauit? non videtur: quia bona fides non patiẽ, vt bis idẽ exigaẽ. ff. de reg. iur. bona fides. Quod autem poſſet ipſum conuenire. ad hoc eſt arg. ĩ. c. Vulteranæ. & c. ſtatuimus. & c. quicunque. & ff. de peti. here. nec vllam §. vlt. Reſpondeo, aut eccleſia agit ad pœnam, aut ad intereſſe. ſi ad pœnam, poteſt agere adhuc contra alienantem: quia pœna vnius non liberat aliũ, miniſt. tuto. ſi plures. & ff. de tuto. ſi plures. & ff. de tute & ratio. diſtra. l. 1. § nunc tractemus.

Eccleſia ſi ab vno ſuũ ius cõſecuta ẽ, an poſſit aliũ cõuenire?

f ¶ Litigandum.] Arg. eſt hic, ꝙ qui male alienauit rẽ eccleſiæ, non poteſt eam repetere.

Quiſquis.] CASVS. Hoc c. diuiditur in tres partes. In prima parte dr̃, ꝙ epiſcopus, vel abbas de ſalarijs epiſcopij, vel monaſterij principi uel aliæ perſonæ in caſu non conceſſo nil dare debeat; & ſi dederit, irritetur. Et ad hoc probandum inducitur canon

Apo-

Apoſtolorum, qui dicit, ꝙ de rebus eccleſiæ non debet aliquid defraudari. In ſecunda parte dicitur, ꝙ ſi epiſcopus dicat agrum nullum fructũ eccleſię reddere, imo potius damnum, propter hoc principi cõcedere nõ debet, ſed clericis uel colonis. In tertia parte dicitur, ꝙ ſi prin-

Non liceat.] CASVS. Symmachus Papa ſtatuit in hoc c. vt Papæ non liceat prædia eccleſię alienare, quo ad proprietatem uel uſumfructum, niſi tantum domos quæ in vrbibus modica impenſa non ſuſtentantur, ſub qua lege oẽs prælati eccleſiarum conſtringantur. Contra quam conſtitutionem ſi aliquid fuerit alienatũ, donator uel uẽditor, & mediator deponantur. Subſcribentes ſint anathematizati cum eo, qui dedit, & cum eo, qui recipit, niſi reſtituat quod alienatum eſt. Sit licentia cuilibet eccleſiaſticæ perſonæ contradicendi, & repoſcere cum fructibus alienata. hoc intellige, niſi alienatio facta eſſet in caſu licito & conceſſo.

c. Apoſtolicos. ſm Hu. illæ intelliguntur cum actũ fuit ab initio cũ toto clero ipſius eccleſiæ. Arch.

Can. Apoſt. 39.

irritum ſit, quod datum eſſe conſtiterit, ſecundum canonem ſanctorum Apoſtolorum, qui dicit; [Omnium eccleſiaſticarum rerum epiſcopus habeat ſolicitudinem, & diſpenſet eas, tanquam Deo contemplante. Non liceat autem ei fraudare β quidquam ex illis, uel cognatis [a] proprijs donare, quæ Dei ſunt. Quòd ſi pauperes fuerint, vt pauperibus largiatur: ſed non ſub horum occaſione, quæ ſunt eccleſiæ, defraudentur.] ¶ Quòd ſi excuſationem prætenderit damnum facere, & nihil ad profectum agrum exiſtere; nec ſic principibus, qui per loca illa ſunt, tribuatur ager, uel locus: ſed clericis, uel agricultoribus. ¶ Quòd ſi calliditate vſus fuerit, & à colono [b], uel à clerico emerit princeps agrum; irrita ſit uenditio, & reſtituatur epiſcopio, uel monaſterio: & epiſcopus, uel abbas hoc faciens abijciatur [c]: epiſcopus quidem ab epiſcopio; abbas autem à monaſterio γ, tanquam qui diſpergit, quæ non collegit.

α ¶ Salarijs] *Græce eſt.* ἐκ τῶν αὐτουργιῶν, *pro qua uoce in Pariſienſi græcorum canonum editione legitur in rubrica*, ἐκ τῶν προαστείων, *id eſt*, ex ſuburbanis, *quaſi ſuburbana uocentur auturgia, quod ipſius poſſeſſoris manibus colantur. Balſamon tamen eos agros interpretatur, qui per ſe ipſi ſine magna cultura fructum ferre poſſunt, ut ſilua, & alia huiuſmodi*

β ¶ Fraudare.] ὑφστερίζεσθαι, *id eſt*, ſibi uendicare, & ſuum facere.

γ ¶ Epiſcopus quidẽ ab epiſcopio, abbas autem à monaſterio.] *Hæc ad ſententiæ integritatem addita ſunt ex ipſo canone.*

Et in conc. Pariſienſi, l. 1. c. 17.

Item Symmachus Papa in ſynodo tertia, c. 4. & ſequentibus vſque ad nonum.

¶ Prædia eccleſiæ non liceat Papę alienare. C. XX.

Anſ. l. 4. c. 29.

Non liceat Papæ [d] prædium eccleſiæ alienare aliquo modo pro aliqua neceſſitate, nec in uſumfructum α rura dare: niſi tantummò domos, quæ in quibuslibet [e] urbibus non modica impenſa ſuſtentantur. Qua lege omnes cuſtodes adſtringantur; ut donator, accenſator, uenditor honorem perdat. Et qui ſubſcripſerit, anathema, ſit cum eo, qui dedit, uel qui recepit, niſi reſtituatur. Liceat etiam quibuslibet eccleſiaſticis perſonis contradicere, & cum fructibus [f] alienata repoſcere. Quod non modo β in Apoſtolica ſeruandum eſt eccleſia, uerumetiam uniuerſis eccleſijs per prouincias quidem dicitur conuenire.

d ¶ Papæ.] Symmachus Papa ſucceſſori ſuo legem imponit ut Imperator ſuo. ĩ. 16. qõ. 1. quia iuxta. Sed qualiter hoc potuit, cum nullus mortalium Papam poſſit iudicare. extra de elect. innotuit. 40. diſtinct. ſi Papa. nec inferior ſuperiorem. 21. diſtin. inferior? ſed certe licet ſit ſolutus legibus, tamen ſecundum leges uiuere debet ff. de legi. princeps.

Papam nullus mortaliũ iudicare poteſt.

e ¶ Quibuslibet.] Videtur ergo ꝙ ad hanc accuſationẽ quilibet admittatur. extra de reb. eccl. non aliena. ſi qs. & Auth. de nõ alie. aut permu. in fi. coll. 3. & not. 16. quęſtio. 7. filijs & quęſt. 1. conſtitutum.

f ¶ Et cum fructibus.] Hic auerte, ꝙ fructus poſſunt peti. Sciendum eſt, quod ſi agitur per interdictũ aliquod ad petẽdum rem cum fructibus, tunc reſtituentur omnes fructus percepti à tempore eo quo eſt propoſitum interdictum, niſi interdicto unde ui: in quo ueniunt fructus omnes percepti a tempore deiectionis, ut ff. de interdic. l. interdictis. ff. de vi, & vi arma. l. 1. §. ex die. Si autẽ agiẽ rei uendicatione aut poſſeſſor fuit bonæ fidei, aut malæ. Si bonæ reſtituet omnes fructus perceptos a tpe litis conteſt. uel qui culpa ſua non ſunt percepti, ſed ante litem conteſtatam perceptos nõ tenetur reſtituere, ſed tantum extantes, vt C. de rei vendi. certum eſt. Inſtit. de offi. iud. § poſt inchoatã Si fuerit poſſeſſor malę fidei, tam perceptos, quam quos percipere potuit, teneẽ reſtituere, vt ext. de reſt. ſpo. grauis. & ff. de rei vẽdi. ſi nauis. §. gñaliter. & C. de rei vend. certum eſt. Si vero malę

Fructus an ab omni poſſeſſore ſint reſtituendi.

ſi princeps callide à colono uel clero agrum eccleſiæ emerit, uenditione reſciſſa ager reſtituatur epiſcopio vel monaſterio. Epiſcopus autem uel abbas hoc faciẽs deponatur. Secunda pars incipit ibi, [Quòd ſi excuſationem.] Tertia ibi, [Quòd ſi calliditate.]

a ¶ Cognatis.] Niſi victum & veſtitum, ut 86. diſt. non ſatis & 16. q. 1. ſi cupis. in fi.

b ¶ A colono.] Licet enim colonus tradat alij poſſeſſionem, non ideo perdit eccleſia poſſeſſionem. C. de acq. poſſ. l. vlt.

1 De hoc legi. & not. ſ.

c ¶ Abijciatur.] Mitius cum eo agitur, inf. ca. ſi quis quilibet, & q. 5. ſi epiſcopus 1.

malæ fidei poſſeſſor titulum habuit, tunc excuſatur à percipiendis propter titulum, ut C de rei vend. ſi fundum, niſi ita ſit, quod ille titulus habeatur pro nō titulo 1, ut cum quis emit contra interdicta legis, ut C. de agric. & cēſi. quemadmodum. lib. 11. & alios habes notatos. ff. qđ met. cau. ſed & parius.

1 Nā tūc ēt de percipiē dis tenet. ff de his q̄ i frau. cred. ait prætor. §. per hanc. Laur.

INdigne.] CASVS. In hoc ca. notantur tria genera hominū, qui contrectant res eccleſiarū, ſcilicet inuaſor, & iniuſte poſſidens ſua auctoritate, & qui iniuſte poſſidet auctoritate alterius: & iſti oēs niſi cito ſe correxerint male ablata reſtituendo, debent anathematizari etiam cum admonitione. Valde enim iniquum eſt, ut ab aliquo maxime Chriſtiano vſurpetur qđ eccleſiæ relinquitur uel confertur.

a ¶ Ad altare.] Quia nec oblatio eius recipitur, vt ſ. c. de viro. & ēt à ſacramētis eccleſiæ ſuſpenſus eſt, ut 17. q. 4 quiſquis.

b ¶ Admonitio.] Ar. ꝙ admonitio ſemper præcedat uindictam, ut hic, & 2. qō. 7 accuſatio. & c. ſequent. 11. q. 1. petimus. Sed verū eſt cum agitur ad pœnam excommunicationis: qa nemo excō municandus eſt niſi præcedat admonitio trina 2, ut 16. q. 7. omnes decimæ. & 17. qō. 4 presbyterorum. & extra de ſentent. excommu c. ſacro. Item & in illis criminibus præcedet admonitio ubi ad brachium ſæculare eſt recurrendū, ut 1. q. 7. patet. Itē ubicumque non agitur ad depoſitionem. Et generaliter ubicūque agitur ad denunciationem, ut extra de ſimon. licet H. ly. ſed ubicumque agetur ad depoſitionem, nō præcedat admonitio. extra de accuſat. qualiter. ad quid enim admoneretur tūc, cum ſufficit ad depoſitionem ꝙ homo ſemel deliquerit 25. diſt. primum. Non ob. extra de accuſ. ſi quis, quia loquitur in denunciatione. Item non obſt. 2 qō. 7. ſi quis erga. quia loquitur ibi de alijs cauſis, quæ non inducunt depoſitionem, ut 5. quæſt 4. in loco.

Admonitio ſemper vindictam præcedat.

2 Sed ꝯ 24. q. 1. c ſane. ver. imperiū. vbi de hoc ī gl. ſed dicitur, &c.

c ¶ Maturata.] Id eſt, mature prolata. ꝯ. 16. quæſt. 1. in canonibus.

d ¶ Et inſtitutæ.] Id eſt, deſtinatæ à talibus.

DE rebus.] CASVS. Quidam inuadebant vel rapiebāt res eccleſiarū, & dicebāt ſe habere a principibus cōceſſionem, quare Adon Vienen. archiepiſcopus quæſiuit à Nicolao quid eſſet ſuper hoc faciēdum, qui reſpondet dicens, quod ſi princeps conceſſit, redarguatur ſuper hoc: Si autem inuaſor ſua auctoritate facere

¶ *Caput hoc collectum eſt ex pluribus capitibus ſynodi Romanæ tertiæ ſub Symmacho, in epitomen tamen redactis.*

α ¶ In vſumfructum.] *In conciliorū editionibus partim legitur,* ſed nec in uſufructuario iure aliquibus dare liceat. *partim,* ſed nec in uſumfructum iura aliquibus, &c *quemadmodum et in codice canonum impreſſo. Nam in vetuſto manuſcripto eſt* ſed nec uſufructuario aliquibus dare liceat. *Idem vero ſignificare vſufructuarium & vſufructum ſcribit Smaragdus in expoſitione regulæ B. Benedicti c. 59. his uerbis.* uſumfructum dicit, quod nos dicimus uſufructuarium.

β ¶ Quod non modo.] *In ipſa ſynodo longe aliter habetur.* Huius autem conſtitutionis legem in Apoſtolica tantum uolumus ſede ſeruari, uniuerſis eccleſijs per prouincias ſecundū animarum conſiderationem, quem propoſito religionis conuenire rectores earum uiderint, more ſeruato.

Idem in ſynodo ſexta.

¶ Qui res eccleſiaſticas uendit, ad altare non audeat accedere. C. XXI.

INdigne ad altare [a] Dei properare permittitur; qui res eccleſiaſticas audet inuadere, aut iniuſte α poſſidere, aut iniqua, uel iniuſta defenſione in eis perdurat. *& paulo poſt.* ¶ Debet tamen eſſe prouiſio, ut uindictam admonitio β [b] præcedat, & res vſurpatas iniuſte qui abſtulit, aut iniuſte ablatas retinet, æquitate patrocinante legibus reſtituat. Quod ſi neglexerit, & neceſſitas compulerit: demum prędonem ſacerdotalis diſtrictio maturata [c] percellat. *& infra.* ¶ Valde iniquum ergo & ingens ſacrilegium eſt, ut quæcumque uel pro remedio peccatorum, uel ſalute, uel requie animarum ſuarum unuſquiſque uenerabili eccleſiæ contulerit, aut certe reliquerit; ab ijs, quibus hæc maxime ſeruari conuenit, id eſt, Chriſtianis, & Deum timentibus hominibus γ, & ſuper omnia à principibus, & primis regionum in aliud transferri, uel conuerti permittatur. Propterea, qui hæc non præuiderit, & aliter quàm ſcriptum eſt, prædia eccleſiis tradita petierit, uel acceperit, aut poſſederit, uel δ iniuſte defenderit, aut retinuerit; niſi cito ſe correxerit, quo iratus Deus animas percutit, anathemate feriatur: ſitque accipiēti & danti, & poſſidenti anathema, & inſtitutę [d] penæ cōtubernium aſſiduum. Nec aliquo ſe ante tribunal Chriſti obſtaculo muniat, qui à religioſis animabus ad ſubſtantiam pauperum derelicta, contra fas ſine aliqua pietatis conſideratione diſpergit.

Iuo p.3. c. 182.

16. q. 1. in canonibus. §. ualde.

α ¶ Aut iniuſte.] *In ſynodo legitur,* aut iniuſte, id eſt, ſine licentia epiſcopi poſſidere.

β ¶ Admonitio.] *In ſynodo additur,* manifeſta.

cere præſumpſerit, excõmunicetᷣ donec reſipiſcat.
a ¶Vt prius.] Et hoc arg. 1. ꝙ auctoritas maioris excu ſat. 28. diſt diaconi. & 63. diſt. Salonitanæ. ſed non eſt hoc verum, vt ī ea. quicumque. & licet hoc dicatur, ꝙ princeps ſit redarguendus; bene tamen poteſt excom muni-

bat ꝙ eccleſiæ facultates debēt diuidi in quatuor par tes; & hoc probat per 9. auctorit. Ioan. de Fan.

CASVS. Quidam epiſcopus ſuſpectus remotus fuit ab adminiſtratione rerum eccleſię: remanſit tamē in officio & adminiſtratione ſpiritualium. committit ergo Gelaſius curam rerū eccleſiaſticarum duobus, ſcilicet archidiacono Iuſtino, & Fauſtino defenſori: & ne epiſcopus iſte infametur, pręcepit Gelaſius, ut ab ipſo epiſcopo tertius eligatur: qui nomine epiſcopi uniuerſa diſponat, & ut omnia prædia praue alienata ad vſū eccleſiæ reuocent: nec alicui clerico pro ſua portione aliquod prædium aſſignent: & omnem penſionem prædiorum vrbanorum uel ruſticorum ad epiſcopum deferant, ut ſequeſtrando de medio quod ad cauſas & expenſas ſuperuenientium neceſſitatum eſſe opus proſpicitur, de reliquo, & de fidelium oblatione quatuor inde fiant portiones. Primam habebit epiſcopus. Secundam canonici. Tertiam pauperes. De quarta eccleſiæ fabrica reparetur: & ſi aliquid fuerit reſiduum, idoneo cuſtodi ab vtraque parte electo tradatur. uel inde in futuro fabrica reparetur, uel ematur inde poſſeſſio pro utilitate communi. [Ad noſtrum ſtudium,] Id eſt, per noſtrum ſtudium.

1 Hoc arg. ſumitur ex eo quod dixit textus: ipſe princeps ſit redarguēdus q. d. non ille qui eius auctoritate accipit ſm Hug. Maioris auctoritas nō ſemper excuſat.

γ ¶Hominibus] *Quæ ſequuntur vſque ad ver.* in aliud. *addita ſunt ex ſynodo.*

δ ¶Vel iniuſte dederint, aut retinuerint.] *Addita ſunt & iſta. ſicque omnia, quæ in vſurpatione huiuſmodi rerum accidere ſolent, exponuntur.*

Item Nicolaus Papa Adoni Vinnenſi archiepiſcopo in epiſtola, cuius initium: [Quia ſanctitatis veſtræ.]

¶Excommunicentur, qui principum auctoritate res inuadunt eccleſiæ. C. XXII.

Ivo p. 3. c. 152. DE rebus, quæ ſemel Deo contributæ, atque dicatæ ſunt, & poſtea ſub occaſione cõceſſionis principum à quibuſdam inuaduntur, atque diripiuntur; ſancimus, vt prius [a] conſulatis principem ad reſecandam tam præſũptiuam factionem, & cognoſcendum, utrum illius ſit conceſſio, an inuaſoris præſumptio. Quod ſi principis inordinata fuerit largitio; ipſe ſit princeps pro emendatione redarguendus. Si autem inuaſoris declaratur præſumptio; vſque ad emendationem, excommunicationis ſit uindicta coercendus.

¶Extat epiſtola hac in libro ſæpe citato bibliotheca Dominicana: in qua reſpondet Nicolaus ad nonnullas quæſtiones ab Adone † ſibi propoſitas.

† *al. Odone*

Item Gelaſius Iuſtino archidiacono, & Fauſtino † defenſori.

† *al. Fauſto*

¶De rebus eccleſiæ non eſt aliquid alienandum. C. XXIII.

Deuſdedit p. 3. c. 98. 4 VObis enim, & famæ veſtræ conſultum duximus, ut pontificis veſtri [b] loco, vobiſcum ab eodem [c] aliqs ſubrogetur, qui eius nomine pariter vniuerſa diſponat: quatenus omnia prædia ad ueſtrum reuocetis ſtudium, nec cuiquam clerico pro portione ſua aliquod ſolum eccleſiæ putetis eſſe deputandum: ne per incuriam, & negligentiam minuatur: ſed omnis penſionis ſummam ex omnib. prædijs ruſticis, vrbaniſque collectam ad antiſtitem deferatis. Ex qua tamen collectione habeatur ratio, quid ad cauſas [d], uel expenſas accidentium neceſſitatum opus eſſe perſpicitur, ut de medio ſequeſtretur: & quatuor portiones [e] uel de fidelium oblatione, uel de hac fiant modis omnibus penſione: ita, ut unam ſibi tollat antiſtes, aliam clericis pro ſuo iudicio, & electione diſpertiat, tertiam

b ¶Pontificis veſtri.] Epiſcopus iſte remotus fuit ab adminiſtratione 1 temporaliũ: ſed nõ ſpiritualiũ.
c ¶Ab eodem.] Illo enim remoto ab adminiſtratione reſeruatur ut ipſius auctoritate adminiſtratores eligantur.
d ¶Quid ad cauſas.] Scilicet, ut expenſę prius deducātur, quæ factæ ſunt in colligendis fructibus, quod ius deductionis nullus caſus põt ĩpedire. ff. fami. erci. fundus. ff. de petit hære. ſi à domino § fructus. in decimis ſecus, ut extra de deci. cum homines. ſed cum diſtinctione, quam habes extra de deci. paſtoralis.
e ¶Portiones.] Ar. ꝙ prædia eccleſiarum non debent diuidi per præbendas, ut not. ſ. q. proxi. §. ult. hoc non eſt uerũ: hic autem prohibentur diuidi iõ quia clerici fue-

2 Intelliges non omni: & hoc colligitur infr. vbi dicit ꝙ omnes reditus debent ad ipſum deferri, uel ab eo diuidi. Ar. Expenſæ ſemꝑ ſunt deducēdę.

municari. 11. q. 3. ſi autem nobis. Sed qualiter agi põt contra illum, qui recipit poſſeſſionem uel à principe, vel ab alio: cũ ſcriptũ ſit in lege, Non videor ui poſſidere ſi recipio poſſeſſionē ab illo quē ſcio eſſe in poſſeſſione. ff. uti poſſi. ſi duo. § non uideor. & arg. extra de reſti. ſpol. cũ ad ſedē. Sed hæc qõ hodie exſufflata eſt per id qđ eſt hodie ex̄ de reſti ſpol. ſæpe contingit.

VObis.] Hæc eſt quarta pars quæſtionis, in qua pro-

r Hoc colligitur ex illa littera, ne p ĩ curiã, &c. vñ ibi ĩnui vr à ꝯrio, ꝙ ſi illa cã ceſſaret. ſ. ꝙ eſſent diligẽtes c'erici : ꝙ pñt diuidi ſ.in H & Laur.

fuerunt ſuſpecti r. ſed ubi non ſunt ſuſpecti, bene diuidentur ut meliorentur per eos poſſeſſiones, ut ĩ. ea. ſæpè fit. nam diligentius tractantur res propriæ quàm communes, ut 47. diſ. § neceſſe eſt, &c. quando & qui. quarta pars debe l ult. lib. 10.

a ¶Vt ſi maior.] Optimum argu ꝯ prælatos eccleſiarũ, ut non poſſint allegare ſterilitatem temporis, uel incurſum hoſtium, ſi præcedentibus annis fuerunt uberes anni ſicut nec colonus. ſi. ff. loca. ex conducto. §. ſi uno. huic contrarium ſignatur. 10 qõ. 3. unio. ſed ibi ſoluitur.

ſe? Reſpondeo, probabit ꝙ fuit in alia prouincia, ut extra de teſti. ex tenore. & C. de cõtrah. ſtipu. optimam. uel etiam proprio iuramento, ut 34. q. 2. in lectum.

VVlteranæ.] CASVS. Poſt damnationẽ epiſcopi Eucharitti quantum ad adminiſtrationem temporalium,

pauperibus ſub omni† conſcientia faciat erogari: fabricis vero quartam, quæ competit, ad ordinationem pontificis erogatione veſtra decernimus eſſe penſandam. Si quid fortè ſub annua remanebit expenſa; electo idoneo ab vtraq; parte cuſtode tradatur enthecis: vt ſi maior [a] emerſerit fabrica; ſit ſubſidio quod ex diuerſi temporis diligentia potuerit cuſtodiri: aut certè ematur poſſeſſio, quæ vtilitates reſpiciat communes.

†al. omnium

Idem Maiorico, Seceno, & Ioanni epiſcopis.

¶Diuini muneris participatione priuetur, qui eccleſiaſtica priuilegia calcat. C. XXIIII.

QVi & † diuinis, & humanis legibus inciuili [b] damnatione calcatis, & reuerentia religionis abiecta, vel eccleſiaſtica priuilegia calcare contendunt, vel vbilibet in pauperum proſilire diſpendium, nec huiuſmodi, ſaltem cõmoniti, conuictiq;, nequitiam ſopire conſentiunt, atq; illata ſacris rebus detrimenta ſarcire; merito diuini muneris par[ti]cipatione ſunt priuandi: vt huius perceptione careant, quod ſacrilegis auſibus habuere deſpectui. Cœleſtinus vero presbyter fratris, & coepiſcopi noſtri Sereni, qui contra pontificale iudicium, contraque Apoſtolicæ ſedis mandata prorumpens, ſupradictis communionem ſacrã miniſtrare præſumpſit, cum non potuerit ignorare [c] ſententiam proprij ſacerdotis, ab officio protinus eccleſiaſtico pellatur: vt nullus eccleſiæ miniſtrorum contra pontificalia inſtituta venire contendat.

Iuo p. 3. c. 150. & p. 4. c. 185.

† *Qui &* humanis] pleraque exemp. & Iuo.

Idem eiſdẽ Iuſtino a archidiacono, & Fauſto defenſori.

a ¶Iuſtino, &c.] *Antea legebatur,* Idem eiſdem *Emendatum eſt & poſita iſtorum virorum nomina ex Iuone, ad quos etiam ſcriptum eſt ſuperius penultimũ caput, vobis enim. Nec vero hæc, quæ nunc afferentur, pertinere poſſe ad epiſcopos, quibus proximè præcedens caput ſcribebatur, indicant non modo quæ à Gratiano hic referuntur, ſed etiam apertius verba, quæ apud Iuonem poſt vltima huius capitis ſequuntur.* Si quis vero in eccleſiæ veſtræ damnũ, aut in his, quæ ſunt præceptionis noſtræ prohibita, pontificem veſtrum videritis admittere, &c.

¶De eodem. C. XXV.

VVlteranæ † eccleſiæ actus, vel patrimonium, quod hactenus comperimus deſtitutum, poſt damnationem Euchariſti, quo fuerat deprauante deſperſum, curę veſtræ decreuimus eſſe delegandum: vt diligentia (qua vos pro vtilitatibus eccleſiæ exiſtimamus eſſe vigilantes) prædia culturæ reſtituatis antiquæ, & reuocetis, ſi qua ſunt vendita, aut donata mancipia. Poſſeſſiones etiam, quas ab Eumancio, & Opilione epiſcopis, vel cæteris quouis iure videritis teneri (quia contra conſtituta ſynodi ab epiſcopis prędia alienari nullo potuerunt commẽto;) nihilo minus

Iuo p. 3. c. 151.

†al. Volaterranæ

QVi & diuinis.] CASVS. Serenus ep̃s conqueſtus eſt de quibuſdã, ꝙ contemptis diuinis & humanis legibus eccleſiaſtica priuilegia deprimebant, ſi ue deſtruebant, pauperes opprimentes: nec commoniti res eccleſiæ ablatas reſtituere uolebant: quos à communione corporis Chriſti ſuſpenderat ꝓpter hoc: quibus ſupradictus Cœleſtinus presbyter cõtra interdictum proprij ep̃i ſacram ꝓbuit cõionẽ. Cõmiſit ergo Gelaſius Maiorico, & Sereno, & Ioanni epiſcopis, mãdans eis, ut illos uſurpatores participatione corporis Chriſti priuent. Cœleſtinus uero presbyter, qui ſentẽtiam ſui epiſcopi, nec debuit nec potuit ignorare, ab eccleſiaſtico repellatur officio. ut cæteri metum habeant. Ego Bartho. ſic puto caſum ponendum: licet Beneu. aliquantulum minus dixerit. [Inciuili,] id eſt, non ciuili, ſed praua & incongrua.

b ¶Inciuili.] i. impia.

c ¶Ignorare.] Sic ſupra 16. diſt. quod dicitis. ĩ. 1. q. 1. ſi quis à ſimoniacis. & 36. qõ. 2. nullus ĩ. diſt. 70. ſi decreta ĩ. 87. diſt. c. ult. & 17. q. 2. cap. ult. audiretur tamen iſte ſi uellet ꝓbare ſe ignoraſſe 82. diſt. ꝓpoſuiſti. in ſi. & 1. q. 1. ſi qs à ſimoniacis & extra de ele. innotuit. in ſi. Sed qualiter probabit ſe ignoraſ-

ignorantia ꝓbatur dupliciter.

lium, qui patrimoniũ eccleſiæ Vulteranæ diſſipauerat, commi-

committit Papa quibuſdam epiſcopis vt reuocet prędia & mancipia male alienata. ſimiliter poſſeſſiones quas Eumancius & Opilio epiſcopi, vel cęteri quocunq; modo detinent, reuocent, & emptores recurſum habeant ad venditores. Penſiones uero uel oblationes deferant ad epi- uero res. Sed contra 16. q. 3. vniuerſas. C. de euic. ſi fundus. Solu. hoc c. loquitur de poſſeſſore bonæ fidei: contraria de poſſeſſore malæ fidei. ſed ad hęc obijcit: malę fidei dicitur, qui contra legum interdicta mercatur. C. de agri. & cenſi. quemadmodum l. 11. Rñdeo. quãtum ad hoc eſt malæ fidei poſſeſſor, qa non uſucapit: ſed quãtum ad hoc eſt bonæ fidei poſſeſſor, quod habet recurſum contra ſuũ uenditorem.

reuocentur [a]. Sit emptoribus [b] ad eum recurſus, qui præſumpſit aliquid de eccleſiæ rebus illicita uenditione diſtrahere: ita vt penſiones annuas ad pontificem deferatis: cuj priuilegia ſua integra conuenit omni ratione ſeruari, vt eius diſpenſatione portiones proueniant conſuetæ: ita ut portionem quartam, quæ ad eos pertinet, ſua pontifex ordinatione diſtribuat, prout cuiuſque locum [c] meritũq; cognoſcit. Pariter etiam ex fidelium oblatione faciendum eſt, ut clericis quartam eroget pro conſideratione ſuæ electionis antiſtes. Fabricarum etiam portio epiſcopo ſciente, & diſponente, veſtra erogatione pendatur: quatenus nihil penitus in detrimentum alicuius rei patiamini generari.

Idem clero, & ordini, & plebi Brunduſii.

¶Redituum, & oblationum duæ portiones clericis committantur. C. XXVI.

Anſ. l. 6. c. 43.

CONceſſo vobis, quem petiſtis, antiſtite fratre iam & coepiſcopo meo Iuliano, neceſſarium fuit (eodem ad eccleſiam ſuam mox remiſſo) ad uos noſtra ſcripta pariter deſtinari: quibus agnoſceretis eidem fuiſſe præceptũ, ne unquam ordinationes præſumat illicitas. *& infra:* ¶Reditus, & oblationes fidelium in quattuor partes diuidat: quarum unam ſibi ipſe retineat: alteram clericis pro officiorum ſuorum ſedulitate [d] diſtribuat: fabricis tertiã; quartã pauperibus, & peregrinis habeat fideliter erogandam. quarum rationem diuino eſt redditurus examini.

¶Epiſtolæ Gelaſii, in qua eſt hoc caput, miſſa eſt cum alijs ex Hiſpania. Eadem vero inter epiſtolas Gregorij II. impreſſas eſt tertia clero, et plebi Turingiæ ſcripta. Talis quædam epiſtola, ſed breuior, refertur in libro, qui inſcribitur Ordo Romanus, & formata epiſcopo danda nuncupatur.

Et in cõc. Pariſienſi, l. 1. c. 15.

Idem in epiſtola ad epiſcopos per Lucaniam, & Brutios, cap. 21.

¶De oblationibus fidelium quot portiones fiant, & quæ cuique proueniat. C. XXVII.

Poly. l. 3. tit. 13.
Anſ. l. 5. c. 61.
Burc. l. 3. c. 137.
Iuo p. 3. c. 203.
Pann. l. 2. c. 7.

QVattuor autem tam de reditu, quàm de oblatione fidelium, prout cuiuslibet eccleſię facultas admittit (ſicut dudum rationabiliter eſt decretum) conuenit fieri portiones: quarum ſit una põtificis, altera clericorum, tertia pauperum quarta fabricis applicanda. De quibus ſicut ſacerdotis intererit integram miniſtris eccleſiæ memoratam dependere quantitatem; ſic clerus ultra delegatam ſibi ſummã nihil inſolẽter nouerit expetendum. Ea uero, quę eccleſiaſticis ædificijs attributa ſunt, huic operi, uera

c ¶Locũ.] Argu. q̃ ſecundum priorem locum & maius meritũ conferendę ſunt dignitates, ut j. c. prox. & ſ. diſt. 1. ius militare. & 1. q. 2. clerici. & 75. diſt. c. ult. & ille gradus cęteros antecedat, quem ſtipendia lõgiora & labor prolixiora fecerũt anteire, ut C. de of. ma. offi. l. nemo. 61. diſt. c. 1. & c. miramur. & ſtipendiorũ ratio habenda eſt ut ff. de re mili. l. non omnes. in princ. Arg. contra 16. queſt. 7. omnes decimæ. & ca. 1. in fin. & extra de conſti. cum omnes [2].

Dignitates cõferantur ſm merita.
1 Al. 74.

COnceſſo.] CASVS. Clerus & populus Brunduſij petierũt a Gelaſio epm Iulianum, quem eis conceſſit: & cum eũ illis deſtinaret, ſignificauit eis per ſcripta ſua, q̃ duo ſibi præceperat, ſcilicet, quod nunquam faceret illicitas ordinationes: & reditus & oblationes in quattuor diuideret portiones. Primam haberet antiſtes: ſecundam clerici: tertiam fabrica: quartam pauperes.

2 Vbi ſ̃ hoc ẽt & plenius ex̃ de ma. & obe ſtatuimus. Archid.

d ¶Sedulitate.] Arg. cõtra clericos exiſtentes in ſcholis, ut non debeant percipere eccleſiaſtica ſtipendia, ut 16. q. 1. generaliter & inf. eo. charitatem. Arg. contra 32. diſt. ſi qui uero.

QVattuor.] CASVS. In hoc c. ſtatuitur, ut de reditibus & oblationibus eccleſię quattuor fiant portiones, quarum vna ſit epi, ſecunda clericorum, ter-

epiſcopum: de quibus fiant quattuor portiones, vt dictum eſt in c. ſupradicto, uobis.
a ¶Reuocen ur.] C. ſi tu uel cu. inter. l. vlt.
b ¶Emptoribus.] ſ. 10 q. 2. hoc ius porrectũ. in ſi § q.

tia pauperum: quarta vero fabricę applicanda. et q̃ clerici ultra quartã nõ expetant. & manifeſtũ ut quamuis duæ quartæ ſint in vſum pauperũ, & in vſum fabricæ conuerſę, ut de hoc bona fama inter homines oriatur.

citer prærogata, locorum doceat [a] inſtauratio manifeſta ſanctorum: quia nefas eſt, ſi ſacris ædibus deſtitutis, in lucrum ſuum præſul impendia his deputata conuertat. Ipſam nihilominus adſcriptam pauperibus portionem, quã quam diuinis rationibus ſe diſpenſaſſe monſtraturus eſſe uideatur; tamen iuxta quod ſcriptum eſt: [Vt videant opera ueſtra bona, & glorificent patrem ueſtrum, qui in cœlis eſt] oportet etiam præſenti teſtificatione [b] prædicari, & bonæ famæ præconijs non taceri. Quapropter nec clericorum quiſpiam, &c.

Matth. 5.

1. q. 7. quapropter.

Item Simplicius Papa Florentio, & Equititio, & Seuero epiſcopis, epiſt. 3.

¶De reditibus oblationum, & redituum eccleſiæ quatuor portiones presbytero diſpenſandæ credantur. C. XXVIII.

DE reditibus eccleſię, uel oblatione fidelium quid deceat neſcienti licere permittat: ſed ſola epiſcopo ex his vna portio remittatur. duę eccleſiaſticis fabricis, & erogationi peregrinorum, & pauperum profuturę, à Bonagro † presbytero ſub periculo ſui ordinis miniſtrentur: vltima inter ſe clericis pro ſingulorum meritis diuidatur. *& infra.* ¶Cui, *id eſt Gaudentio*, hoc ſpecialiter præcipimus, ut tres illas portiones, quas triennio † [c] dicitur ſibi tantummodo vendicaſſe, reſtituat.

Anſ. l. 5. c. 69.

† *al. ab Onagro*

† *al. per triennium*

¶*Addita ſunt in hoc capite aliquot verba ex originali, quæ ad ſententiam facere aliquid videbantur.*

Item Gregorius Maximiano epiſcopo Syracuſano, lib. 3. epiſt. 11.

Ioannes diac. l. 4. num. 34.

¶De reditibus eccleſię etiam nouiter quęſitis quarta pars clericis erogetur. C. XXIX.

COgnouimus de reditibus eccleſię nouiter acquiſitis canonicam diſpoſitionem quartarum minime prouenire: ſed epiſcopos locorũ diſtribuere tantummodo quartam antiquorum redituum; nunc uero quęſita ſuis uſibus retinere. Quam rem † prauam ſubintroductamq; conſuetudinem fraternitas tua viuaciter emendare feſtinet: ut ſiue de pręteritis reditibus, ſiue de his, quę obuenient † [d], uel obuenientibus quartę ſecundum diſtributionem canonicam diſpenſentur. Incongruum namq; eſt unam, eandemq; eccleſię ſubſtantiam duplici [e] quodammodo iure cenſeri, id eſt † uſurpationis, & canonum.

Anſ. l. 5. c. 70.

† *al. ob rem*

† *al. nunc obuenerunt, vel obuenerint*

† addita ex or.

Idem Auguſtino epiſcopo Anglorum in reſpon. ad primam interrogationem.

¶De ſtipendio eccleſię quatuor debent fieri portiones. C. XXX.

MOs eſt Apoſtolicę ſedis ordinatis epiſcopis præceptum tradere, ut de omni ſtipendio, quod accedit,

Anſ. l. 5. c. 64. Pann. l. 2. c. 8.

a ¶Doceat.] Arg. per unum factum probari aliud: & cauſam probari per effectum: quia per reparationem fabricarum probatur, quod bene ſit expenſa quarta fabricæ: & ſic 18. diſt. peruenit. ſic C. de admi. tut. l. lex q. in fi. Item ex omnibus his capitulis collige laicos nõ eſſe cõpellendos ad reparationem fabricæ: ſed tantũ clericos 1. 10. q. 1. decernimus.

Clerici ſoli ad reparationẽ fabricæ compellantur.

b ¶Teſtificatione.] Ar. quod res ſemper sũt gerendæ in illorum præſentia, quorum intereſt, ut 8. q. 1. licet.

1 Arg quod ẽt prĩcipes teneantur ad hoc. 96. diſ. c. vlt. L.

DE reditib.] CASVS. Gaudentius epiſcopus non diuidebat reditus & oblationes in quatuor portiones, ſed eas ſibi uẽdicabat ex toto. quare Simplicius Papa p̃cepit Florẽtino & Equitio epiſcopis, ut unam tantummodo portionem de reditibus & oblationibus cõcedãt ep̃o: alia diuidatur clericis pro meritis ſingulorum: reliquis duabus fabricis & pauperibus profuturis: & compellãt ipſum Gaudentiũ ep̃m iſtas tres portiones reſtituere: quas per tres annos ſibi tantum illicitè & indebitè vendicauit.

c ¶Triennio.] Licet iſte ep̃s per trienniũ poſſederit res eccleſiæ mobiles, non tñ vſucapiebat eas, quia furtum commiſit in eis, ut 10. q. 2. capitu. vltim.

COgnouimus.] CASVS. Quidam ep̃i faciebãt quatuor partes tantum de antiquis reditibus: ſed nouos omnes ſibi retinebãt. præcepit Grego. Maximiano epiſcopo Syracuſano, ut tam de antiquis reditibus, quàm de nouis quatuor faciat fieri portiones: cum antiqui & noui non debeant diuerſo iure cenſeri: quia incongruum eſt eandem ſubſtantiam eccleſiæ duplici quodãmodo iure cenſeri. Sequens cap. planũ eſt. Aliud quod poſtea ſequit, eſt palea, ſcilicet ſancimus, eſt tamẽ eius caſus planus per ſe.

d ¶Obuenient.] Ar. contra ff. de iure dot. cum in fundo. §. ſi fundus. ſi. ff. de pac. do. ſi inter ſocerum. §. 2. ſi. C. de allu. l. 2.

e ¶Duplici] No. duplicitatẽ à canone reprobari. 16. q. 7. in nona. & 18. q. 2. in nullo. ſic ff. de vſuca. cum qui ædes. Item ar. quod idem iuris eſt in ueteribus quod in nouis.

Duplicitas reprobat.

uis. extra de cen. cũ olim. &c. cum in eccleſijs. Ar. ꝯ de deci. tua. nam licet veteres decimæ ſint cõceſſæ laico. nõ ideo nouæ, ut ibi dicitur, quandoq; tñ eadẽ res duplici iure cenſetur. extra de reli. domi. quia. & ff. de peculio hinc quęritur. §. 1. ubi habes ꝙ peculium quãque dupli- duplici iure cenſetur ſed iſti ſunt caſus ſpeciales 1.

a ¶ SAncimus.] ¶ Dona.] Secũdum diſtinctionem: extra de teſta. requiſiſti.

b ¶ Titulorum.] Id eſt, eccleſiarum, ad quas intitulati ſunt.

1 Quod autem hic dr regulare ē. de hoc erit le. & not. extra de deci. cum in tua, in fi.

quattuor fieri debeant portiones, una uidelicet epiſcopo, & familiæ eius propter hoſpitalitatem, & ſuſceptionem, alia clero, tertia uero pauperibus, quarta eccleſijs reparandis.

[*Item ex concilio Toletano.*]

b SI quis.] ¶ Contulerit.] Ergo ſi de ſuo tm̄ eccleſię dedit, euadit pœnam depoſitionis, & ſic eſt contra ſup. ea. monemus. & c. ſtatuimus & cap. diaconi. vbi non euadit pœnam depoſitionis: licet tm̄ de ſuo det ſed hic loquitur I eo caſu, qñ prius habitus eſt tractatus cū clericis, quod de ſuo tantum uel ei dare, ut poſſet rem illam alienare, & clerici hoc pmiſerunt †. uel dic q ſi ep̄s primo aliquid dedit eccleſiæ, ſed poſtea tantum de alienat ab eccleſia, hoc intelligitur feciſſe ex voluntate eccleſiæ. ar. ff. ſol. mat. dotem.

† Ad hoc fuit ſententia H. qui credit ſufficere conſenſum clericorum in genere. fuit etiam ſententia. L.

ITEM SI SERVOS. Hæc eſt octaua pars q. in qua ponit qd iuris ſit de libertis eccleſiæ: & hæc eſt ſnia. q ſerui benemeriti poſſunt manumitti, & de rebus eccleſiæ habere vñ viuāt, &c. Io de Fā. CASVS. Ponit hic Gra. quintū caſum. in quo prælatus poteſt aliquid de rebus eccleſiæ alienare. Nam cū manumittit ſeruū poteſt ei donare vſq; ad 20. ſolidos & nō vltra & ad hoc inducit ſequens cap.

SI quos.] CASVS. Quidā ep̄s quoſdam ſeruos ſuæ eccleſiæ benemeritos manumiſit, & eis quædā de rebus eccleſiæ donauit, quos ſucceſſor eius voluit in ſeruitutē reuocare, & ea q̄ eis donata fuerāt, quare q̄ſitū fuit, in cōcilio Agathen. vtrū hoc facere poſſit. Et rñdet, quòd nō pōt eos in ſeruitutē reuocare, nec qđ datū eſt uſq; ad 20. ſoli. poterit reuocare. vltra vero datū reuocabit.

benemeritus dicitur quicumque non demeruerit, ut ff. de manu teſta. ſeruos. ſic quilibet dicit̄ dignus, qui non eſt indignus, ut extra de præſum. dudum.

d ¶Libertatem.] Sup. ea. q. & ſi illi. ar. contra. ff. ſi quid in frau. pa. unius.

e ¶Amplius.] Et ita donatio p parte valet, & p parte non. Item

non. Item eſt hic arg. quòd utile non uitiatur per inutile ſi. C de don. ſancimus. ȝ. de conſec. diſt. 4. ſi non ſanctificatur. ȝ. 17. q. 4. queſti & inf ea q. 5. quia. Ioan.
a ¶Poſt manumiſſoris.] & ante poſſet, ſed poſtea magis commodè reuocare poſſet.
SED

ſi ſeruus eſt bonus, diligenter gerit res eccleſię & negotia, & non permittit fieri fraudem. ſi eſt malus, per eum poteſt extorqueri ueritas. hanc rationem aſſignat lex C. de admi. tut. lex quę. in prin.
c ¶Diffinitio.] Id eſt, uoluntas.

rit, poſt manumiſſoris [a] mortem eccleſiæ reuocetur.

α ¶Sibi.] *Sic etiam legitur in editionibus conciliorum, & duobus codicibus Vaticanis. Sed apud Iuonem. & in uno vetuſto Gratiani exemplari abeſt dictio,* ſibi.

Sed notandum eſt, quòd ſerui eccleſiarũ manumitti non poſſunt non retento eccleſiaſtico patrocinio: niſi forte manumiſſor duos eiuſdem meriti, & eiuſdem peculij eccleſiæ conferre voluerit.

Vnde in concilio Toletano 4. c. 67. legitur.

Poly. l. 3. tit. 13. Burc. l. 3. c. 176 Iuo p. 3. c. 237.

¶De epiſcopo, qui non retento patrocinio ſeruos eccleſiæ manumittit. C. LVIII.

EPiſcopus, qui mancipium iuris eccleſiæ non retento eccleſiaſtico patrocinio [b] manumitti deſiderat; duo meriti eiuſdem, & peculij corã concilio eccleſiæ, cui præeminet, per commutationẽ ſubſcribentibus ſacerdotibus offerat: vt rata, & iuſta inueniatur diffinitio [c] cõmutantis. Tunc enim liberã manumiſſionẽ ſine patrocinio eccleſiæ concedere poterit: quia eum, quem libertati tradere diſponit, iam iuri proprio [d] acquiſiuit. Huiuſmodi autem liberto, aduerſus eccleſiã, cuius iuris extitit, accuſandi [e], vel teſtificandi denegetur licẽtia. Quod ſi præſumpſerit; placet, vt ſtante [f] commutatione in ſeruitutem propriæ eccleſiæ reuocetur, cui nocere conatur.

Iuo p. 16. c. 65.

Libertus enim (niſi venia [g] impetrata) patronum in ius vocare non permittitur. Vnde in ſecundo libro digeſtorum, tit de in ius vocando l. fin. ¶[*Si ſine venia edictis impetrata, libertus patronum in ius vocauerit ex querela patroni, vel* † *ſupradictam pœnam, id eſt quinquaginta aureos* [h]

tit. 4. l. 5. † *al. vel quinquaginta aureorũ pœnam dat*]

d ¶Iuri proprio.] Id eſt, ſeruus ipſe proprij iuris eſt factus.
e ¶Accuſandi.] Ergo videtur, q alter quàm libertus poſſit accuſare eccleſiam, ut ſi accuſatur, q ſimoniace elegit aliquem, ut extra de ſi. ueniens. uel q metum intulit alicui, vt ff. quod met. cau. metum §. 2. Sed cõtra uniuerſitas nõ poteſt dolum committere, ut. ff. de dolo, ſed ſi ex dolo, ſic nec dicitur aliquid poſſidere. ff. de acq. poſſ. l. 1. §. ul. Nec ciuitas poteſt excommunicari, vt 24 q 3 ſi habes. Itẽ uniuerſitas per actorem uel procuratorẽ ſuum debet ſe defendere: ſed in crimine non interuenit procurator. ergo uniuerſitas non poteſt de crimine cõueniri. quod uerum eſt. Dicas ergo hic ponit uerbum accuſandi pro uerbo agendi 1. Vel intellige cum eps accuſatur de crimine, quod commiſit de conſilio uniuerſitatis 2, ut 16 q 6. placuit. Item per modũ inquiſitionis poteſt agi contra uniuerſitatẽ, prout legitur ext. de ſi. ueniens 2. Vel dic, q nõ proceditur ȝ uniuerſitatẽ. ſed potius contra ſingulos. Io. ego credo, q uniuerſitas (niſi ſint infantes & ſimiles pſonæ) accuſari põt: quia dolum committere poteſt, nec ob. lex illa. ff. de dolo, ſed ſi ex dolo. quia qđ ibi dr̃, non poteſt committere dolum, ſupple de facili. & uidemus q ſępe capitulũ accuſatur, & excõicaĩ cõcilium uniuerſitatis. Et delictũ qđ maiores de uniuerſitate cõmittũt, ad omnes refertur. ff. de re iu. l. aliud. B.

Vniuerſitas an poſſit accuſari.

1 Ad idem qđ not. C. de inoffi. teſt. l. 2. ff. eo. poſthumus. §. ſi quis.
2 Quæ deliquere poteſt ſicut & eccleſia, ut legi. & n.. ȝ 7. q. 1. ſicut vir. uer. ſi uero. Ar.

SED NOTANDVM EST. CASVS. Supra dictum eſt q ſerui eccleſiarum poſſunt manumitti quãdoque. Nunc uero docet, q ipſa manumiſſio non eſt facienda niſi retento patrocinio, niſi manumiſſor recõpenſet eccleſię alium ſeruum eiuſdem meriti, & eiuſdem peculij. tamen dicit c. de duobus.

EPiſcopus, qui mancipium.] CASVS. Quidam epiſcopus quendam ſeruum eccleſię ſuę manumittere deſiderabat nullo patrocinio in ipſo retento, quęſitum fuit in concilio Toleta. qualiter hoc fieri poſſet. Et reſpondetur, q ſi manumiſſor cõferat eccleſię duos ſeruos eiuſdem meriti & eiuſdem peculij de conſenſu canonicorum ſubſcribentium in commutatione, rata erit commutatio & manumiſſio talis: quia quẽ epiſcopus manumiſit, iam iuri proprio acquiſierat: ita tamen ut præfatus libertus non habeat licentiam accuſandi, uel teſtificandi contra eccleſiam, quod ſi præſumpſerit commutatione manente, reuocabitur in ſeruitutem.

b Patrocinio.] Tali, ſcilicet, quod conſiſtit in faciẽdo, ſcilicet in ſeruiendo: ſed patrocinium quod conſiſtit in non faciendo, ſcilicet, q cum non uocet in ius, illud non poteſt remittere, ut patet per id quod ſequitur. utrum autem patronus ex toto poſſit remittere ius patronatus, notaui 54. diſt. quicunque. Sed quæritur quare pro uno ſeruo dantur duo ſerui, & non pro una re eccleſiæ dantur duæ res, ut ȝ. ead. c. ſi quis? Rñdeo: quia

Patrociniũ à libertis dbitũ an poſſit remitti.

f ¶Vt ſtante.] Ergo pęna ſoluta remanet cõtractus in ſua firmitate. 25 q. 2. quęcunque quod alias non eſt uerum, niſi ſit hoc dictum, ut ff. de tranſa. qui fidem. Nã iniquum eſt, q ſimul habeatur pęna & res. ff. de doli excep. apud Labeo. extra de pœ. ſuam.

LIBERTVS. CASVS. Supra dictum eſt, q libertus ſuũ patronum accuſare non poteſt, uel contra ipſum teſtificari. Nunc uero docet G. q in ciuili cauſa non poteſt eum in ius uocare, niſi uenia impetrata à maiori.

g ¶Niſi uenia.] Id eſt licentia agendi.

SI SINE. CASVS. Quidã libertus licẽtia non impetrata patronũ ſuũ in ciuili cauſa in ius uocauit, quæſitũ fuit quã pœnã libertus ille pati debeat, & rñdet & ſi patronus conqueritur, punietur libertus pœna aureorũ 50. ſi fuerit diues: ſi fuerit pauper, tanquam inofficioſus uerberibus caſtigabitur.

h ¶Quinquaginta aureos] niſi pęniteat ante litis conteſta. ut ff. de in ius uoc. quamuis.

dat: vel à præfecto vrbis † *quaſi inofficioſus* [a] *caſtigatur, ſi inopia* [b] *dignoſcitur laborare.*] ¶*Si vero à collegio quis manumiſſus fuerit, an ſingulis, ſed vniuerſitati reuerentiam debet. Vnde in eodem libro, tit. eodem, le. ſed ſi hac.* † al. vrbis

¶[*Qui manumittitur à corpore aliquo, vel collegio, vel ciuitate; ſingulos* [c] *in ius vocabit. Nam non eſt illorum libertus; ſed reip. honorem habere debet.* ¶ *Et ſi aduerſus remp vel vniuerſitatem velit experiri, veniam edicti petere debet: quamuis actorem* [d] *eorum conſtitutum in ius ſit vocaturus.*] *Si vero ingenuum* [e] *princeps fecit, patrono reuerentiam non debet.* ¶*In criminali vero cauſa, ſi libertus patronum in ius vocauerit, caput eius, & fortunas petiturus; ante litis exordium capite puniendus eſt. Crimen vero læſæ maieſtatis excipitur, vel ſi patronam illicito ſerui concubitu vti deprehenderit: quo caſu, etiam ſeruo cum munere libertatis dominam accuſare permittitur: ſicut Codi. libro nono, titulo de mulieribus, quæ ſe proprijs ſeruis iunxerunt. leg. vnica Imperator Conſtantinus conſtituiſſe legitur.* [*Si qua cum ſeruo ſuo occulte rem habere detegitur; capitali* [f] *ſententiæ ſubiugetur* †, *tradendo ignibus verberone* [g]. *Sitque omnibus facultas crimen publicum arguendi: ſit officio copia nunciandi: ſit etiam ſeruo licentia deferendi: cui probato crimine libertas dabitur.*] ¶*In patronos etiam teſtificari non poſſunt, niſi in quibuſdam caſibus, in quibus etiam ſerui in dominos torqueri iubentur.*

l.10 §. qui manumittitur.

ex le. ſi quis ex familiaribus. Cod. qui accuſ. non poſſ.

tit. 11. le vnica.

Vnde in libro eo. Codicis, tit. de quæſtionibus. l. prima Impe. Antoninus & Verus. tit. 41. l. 1.

¶De eodem. C. LIX.

QVæſtionem de ſeruis contra dominos haberi non oportet, exceptis adulterij criminibus, item fraudati

a ¶Inofficioſus.] Id eſt, impius.

b ¶Si inopia.] Pauperes enim ſemper puniuntur verberibus. ī ead. fraternitas.

SI VERO. CASVS Supradictum eſt, quid iuris ſit cum ſeruus ab vno manumittitur. Nunc vero docet G. qd iuris ſit cū manumittitur à collegio: quia tunc nō ſingulis; ſed vniuerſitati reuerētiam debet.

QVI MANVMITTITVR. CASVS. Dicitur hic, ꝙ ſi quis manumittitur à corpore aliquo. i. à ſocietate cerdonū vel pelliparioꝛum, vel à collegio clericorum, vel à ciuitate, ſingulos de vniuerſitate in ius vocabit ſine venia impetrata: quia nō eſt libertus ſingulorum, ſed vniuerſitatis tantum. ſed ſi aduerſus ciuitatem vel vniuerſitatem aliam cuius eſt libertus, habeat actionem, nō poteſt in ius vocare rectores vel actorem ipſius ciuitatis vel vniuerſitatis, niſi venia impetrata. Sed ſi princeps aliquem faciat ingenuū, nullā reuerentiam debet patrono. [Corpore.] Corpus dicit ſocietas hominum non habitantium ſimul. Collegiū vero ſimul habitantium dicitur.

c ¶Singulos.] Sed cōis libertus duorum neutrū poteſt in ius vocare. ff. de in ius vo. communis libertus. quia res communis omnium eſt. ff. de ritu nuptia. illud.

d ¶Actorē.] Gloſſauerunt aūt quidam hæc in propria cauſa, non in cauſa vniuerſitatis: hæc gloſſa falſa eſt: quia bene poteſt conueniri procurator [1] patroni, licet nō ipſe patronus, vt ff. de obſeq l. licet. ff. de in ius voc. ſed & ſi. §. vlt. ſed ipſe patronus ſiue ſuo ſiue alieno nomine agat, non poteſt conueniri à liberto, vt per eandē legem probatur. ſed econuerſo eſt in liberto: quia licet libertus ſuo nomine nō poſſit conuenire patronum: tamen nomine alterius poteſt, vt ff. eod. quæſitum.

e ¶Ingenuum.] Reſtituendo eum natalibus, vt ff. de natalibus reſt. l. 2.

IN CRIMINALI CASVS Dictū eſt ſ. in l. ſi ſine. quid iuris ſit cum libertus vocat patronum in ius ſine venia in cauſa ciuili: Nunc vero docet Gra. ꝙ ſi vult patronum accuſare de crimine, de quo patronus caput & diuitias perderet ſi probaretur, ante litis conteſta. debet decapitari libertus: niſi in crimine læſæ maieſtatis, & niſi patrona cum ſeruo ſuo concubuerit, quo caſu cum munere libertatis ſeruo permittitur accuſare, & ad hoc inducit l. ſeq.

SI QVA CVM SERVO. CASVS. Quædam mulier cum ſeruo concubuit, quæſitu fuit quā pœnā debeat pati vterque? Et reſpondetur, ꝙ femina debet decapitari, ſeruus autem comburi debet, & daē licētia oībus accuſandi de hoc crimine, & officialibus copia nunciādi. Seruus ēt poterit de hoc crimine accuſare, & ſi crimen probauerit, pro munere, libertatem habebit.

f ¶Capitali.] hodie adultera verberaē, & detrudiē ī monaſteriū, vt C. de adul. auth. ſed hodie. Vel dic, ꝙ auth. intelligiē qñ nō adulteratur cū ꝓprio ſeruo. Sed nūqd ſeruus pōt accuſare dñam ſuā ſi cū alio ſeruo adulteratur? Rñ. ꝙ nō: qa hic loqtur de proprio tm̄ ſeruo. ſimiliter nec dña virū ſuū pōt accuſare, ſi cū ancilla ſua iacet uel cū aliena [2], cū hoc cauſā nō iuenio hoc ideo, qa deteſtabilius eſt hoc crimen in muliere, q̄ in viro. Ioā. Maledicit Io. quia accuſari poteſt mulier, & vir ſi cum ancilla ſua fornicetur, aut femina ſi adulterium committat vt extra de diuor. ex litteris. B.

g ¶Verberone.] Id eſt, ſeruo qui poſt verbera cōburiē.

IN PATRONOS CASVS. Supradictum eſt ꝙ liberti patronos ſuos accuſare non poſſunt. Nunc vero dicit, ꝙ contra eos teſtificari non poſſunt, niſi in caſibus quibuſdam, in quibus ſerui contra dominos, & liberti contra patronos uerberari iubentur.

QVæſtionē] CASVS. Lex iſta diuiditur in tres partes. In prima dr̄, ꝙ ſerui contra dños in criminibus non admittuntur ſine indicijs alijs, niſi in exceptis criminibus in qbus ſerui cōtra dños torquētur et ſoli, & ſi alia indicia non præcedant. In ſecunda parte dicitur, ꝙ in certis criminibus non creditur ſolis ſeruis contra dños, ſed eis fides cū alijs probationibus ad-

† Concor. tex. i l. quoniā Alex. & in l. caſtigati. cum ibi not. C. de adul.

1 Id eſt tutor uel curator & eſt ꝓ cauſa patroni, ſed ī ſimplici ꝓcuratore ſecus, ſecundum quoſdā ff. de obſeq. honori & qa tūc ſemper patronus cōuenit, & habet iurare de calumnia. C de iura calū. l. 2. Arch. Patronus à liberto nō poteſt conueniri.

Dña adultera an poſſit à ſeruo ſuo accuſari.

2 Adde qd̄ no. gl. Bar. Pe & Cy. I l. 1 C. de adul. Spec. I ti. d̄ adulꝫ. uerb. ſed nunquid.

adhibetur. In tertia parte dicitur, ꝙ in pecuniaria cauſa, nec ſoli, nec cum alijs probationibus contra dominos admittuntur. Secunda pars incipit ibi, [In cæteris autẽ.] Tertia ibi, [In pecuniarijs.] Sequẽs c. patet ꝑ ſe.
a ¶Cenſus.] reipub. vel etiam eccleſia: quia eccleſia compa-

cenſus [a] accuſationibus, & crimine maieſtatis, quod ad ſalutem principis pertinet. ¶In cæteris autem, quamquam ea, quæ ſeruus contra dominum dixit, iudicaturi ſententiam formare non debeant; tamen, ſi alijs [b] quoque probationibus fides ueritatis inueſtigetur, præſcriptionis [c] inuidia euaneſcit. ¶In pecuniarijs uero cauſis ex α inopia probationum ſeruos contra dominum poſſe interrogari [d] manifeſtum eſt.

¶In aliquot vetuſtis codicibus caput hoc coniunctum eſt ſuperiori.
α ¶Ex inopia. *In antiquis codicibus Gratiani legitur,* nec inopia. *& ſic videtur etiam legiſſe auctor gloſſa. In antiquiore etiam editione codicis Iuſtiniani tit. de quæſtionibus, le. quæſtionem. eodem modo habet, eandemque lectionem ſecutus eſt auctor illarum gloſſarum, & in Baſil. tit. 50. de quæſtio. eadem eſt lectio. Sed quia in codice ab Haloandro edito legitur,* ex inopia. *& in l. Diuus ff. de quæſt. videtur ſtatutum, ex inopia probationum etiam in cauſis pecuniarijs poſſe torqueri ſeruos, nihil eſt mutatum.*

Item ibidem. l. ſecunda.

¶De eodem. C. LX.

INſolitum eſt, & graue exemplo, audiri ſeruos aduerſus tutores, uel matrem [e] dominorum ſuorum, niſi tutelæ agatur.

Si vero libertus ſua auctoritate à patrocinio eccleſiæ receſſerit, ſi admonitus redire contempſerit, in ſeruitutem reuocabitur.

Vnde in eodem concilio Toletano quarto, c. 70. legitur.

¶De libertis eccleſiæ, qui ab eius patrocinio diſcedunt. C. LXI.

Burc. l. 3. c. 184. Iuo p. 3. c. 244.

LIberti eccleſiæ, qui ab eius patrocinio diſcedentes quibuslibet perſonis adheſerunt; ſi admoniti redire [f] contempſerint; manumiſſio eorum irrita ſit: quia per inobedientię † contemptum ingrati actione [g] tenetur.

† *al. obedientia.*

Item ex concilio Hiſpalenſi 2. c. 8.

¶Reuocentur in ſeruitutem eccleſiarum liberti, qui contra eius libertatem ſuperbiunt. C. LXII.

OCtaua diſcuſ-

cõparaſ reipub. vt C. de ſac. ſan. eccl. l. vt inter diuinũ.
b ¶Si alijs] Dicunt quidam ꝙ nec in exceptis criminibus ſeruus contra dominum admittitur, niſi aliqua præſumptio præcedat. nam ſerui & uiles perſonæ ſemper quæſtionibus ſubduntur, vt 4. q. 3. ſi autem ea rei conditio ſit.] Sed à quæſtionibus nunquam eſt incipiendum, niſi præcedant indicia, vt extra de reg. iur. cum in contemplatione. ſed litera iſta hoc non patitur 1 Dico ergo hoc ſpeciale, vt initium ſumatur à tormentis. ſimiliter cum maritus dicitur vxorem occidiſſe. C. ad le. Cor. de ſic. l. vlt. & cum agitur de occiſo domino. ff. ad Sylla. & ſi certus ſit percuſſor.

Initiũ quãdoque ſumit à tormentis.

1 Dicunt quidã ꝙ de facto hoc accidit hic.

c ¶Præſcriptionis.] id eſt, exceptionis talis, ſcilicet ille eſt ſeruus meus, & ideo non audietur contra me.
d ¶Interrogari.] niſi cum de facto ſuo interrogatur, vt 4. q. 3. item ſerui.
INſolitum.] ¶Matrem.] Nam mater quandoque gerit tutelam filiorum, vt C. quando mu. tut. officio. fungi. l. 2. & finita tutela poteſt agi contra eos, qui non habentur loco dominorum, cum pupillum ſpoliant. ff. de vſucap. pro empto re. qui fundum. §. ſi tutor.

ſ. ꝙ fortes fuerunt qui ſufficienter fuit aliàs probatum, vnde licet dñs dicat non debere torqri ſeruum cõtra eum, & verũ dicat, non tñ per hoc abſoluitur, cum aliàs inſufficienter ſit probatũ & ſic dñi exceptio nulla eſt. arg. extra de re iudi. cum Io & c. Arch.

SI VERO. CASVS. Dictum eſt ſupr. in c. epiſcopus qui. ꝙ libertus à patrocinio eccleſiæ recedere poteſt, ſi eps duos ſeruos eiuſdem meriti & peculij pro eo dederit. Nunc vero dicit Grat. ꝙ ſi ſua auctoritate à patrocinio eccleſiæ recedat, niſi admonitus reſipiſcat, reuocetur in ſeruitutem: & hoc ꝓbat per ſeq. cap.

LIberti.] CASVS. Conſtitutum fuit in Toletano concilio vt ſi liberti eccleſiæ ab eius patrocinio deceſſerint: ſi commoniti ad eccleſiam non redierint, reuocentur in ſeruitutem. [In grati actione.] i. actione intentata propter ingratitudinem. ſ. actione in factum.

f ¶Redire.] ſed quare coguntur iſti redire, cum nullæ operæ ſint eis impoſitæ: libertus enim non tenetur praſtare operas, niſi ſint eis impoſitæ. C. de ope. lib. l. 1. licet honorem eis exhibere teneatur, & etiam alere ipſum, vt C. de ope. li. l. 1. & l. mater. Sed dicas aliud eſſe in libertis eccleſiæ, vt ſupr. ea. diaconi. tamẽ licet liberti eccleſiæ, teneantur ei præſtare operas, non tamen tales quales ſerui: aliqua. n. debet eſſe differẽtia, vt ff. de ope. lib. ſi libertus.

Libertus an teneatur ad operas.

g ¶Ingrati actione.] id eſt actione in factum, quæ datur propter ingratitudinem. non enim eſt hoc propriũ nomen actionis. ſic dicitur actio oneris aduerſi, id eſt, quæ datur propter onus aduerſum, vt ff. loc. in naue.

OCtaua. [CASVS. Eliſæus ſeruus Agabren. eccleſię, ſtatim cum fuit ab epiſcopo manumiſſus, non ſolum voluit ipſum epiſcopum interficere, ſed etiam patronam eccleſiam in quadam cauſa ciuili, vbi arbiter reſidebat, iniuſte damnauit, vel eius bona propter rapinam vſurpauit: quare quæſitũ fuit de iſto in Hiſpalenſi concilio in octaua die ipſius concilij, quã pœnã debeat

ſio [a] agitata eſt de quodam Hæliſeo ex familia Agabrenſis eccleſiæ: qui ab epiſcopo ſuo traditus libertati, de libertate confeſtim ad contumaciæ morbum tranſiliuit; ſicque per ſuperbiam non ſolum eiuſdem epiſcopi veneficis † artibus ſalutem lædere voluit, ſed etiam patronam eccleſiam libertatis immemor prædamnauit [b]. Aduerſus quem ingrati actio, canonum & legum auctoritate iuſte dirigitur; ſcilicet, vt immeritæ libertatis damno mulctatus ad ſeruitutis nexum reuocetur [c]. Talium enim ſtatus, qui contra epiſcopum ſuum, vel patronam eccleſiam nituntur, decidi potius quàm conſeruari conuenit: vt quorum libertas pernicioſa eſt, fit ſalutifera ſeruitus: & qui ſuperbire nouerunt adepta [α] libertate, proditi [d], diſcant obedire ſubiecti.

† *al. maleficiis*

Iuo p. 16. c. 66.

α ¶Adepta libertate.] *Magna hoc loco eſt varietas in vetuſtis Gratiani codicibus. Nam partim concordant cum hac vulgata, partim habent*, adempta libertate proditi. *partim*, adepta libertate præditi, *vt concilium ipſum impreſſum, & manuſcriptum, etiam in codice Lucenſi regio. Apud Iuonem vero legitur*, adepta libertate elati, perdita diſcant obedire ſubiecti.

Item ex concilio Toletano 3. c. 6.

¶A patrocinio non diſcedant eccleſiæ liberti ad ſacros ordines promoti. C. LXIII.

De libertatis autem hoc præcipit ſancta ſynodus, vt ſi qui presbyteri, vel diaconi [β] ab epiſcopis facti ſunt ſecundum modum, quo canones antiqui dant licentiam; ſint liberi: & tamen à patrocinio eccleſiæ tam ipſi, quàm ab eis progeniti [e] non recedant [f]. ¶Ab alijs quoq; libertati traditi, & eccleſijs commendati patrocinio epiſcopi † colligantur: & ne cuiquam donentur, à principe hoc epiſcopus poſtulet.

† *al. epiſcopali regantur*

β ¶Presbyteri, vel diaconi.] *In concilijs Coloniæ quattuor tomis impreſſis, & in codice Lucenſi regio legitur*. De libertis autem id Dei præcipiunt ſacerdotes, vt ſi qui ab epiſcopis, &c. *nulla presbyterorum, aut diaconorum mentione facta.*

Ne vero longinquitate temporis obſcuretur conditio originis; tēpore ſuæ manumiſſionis ſcribat liberti profeſſionem,

debeat pati iſte libertus. Et reſpõdet ꝙ debet in ſeruitutẽ reuocari, vt cuius libertas erat pernicioſa, ſit ſeruitus ſalutifera: & qui adepta libertate voluit ſuperbire, diſcat obedire ſubiectus & dicit H. damnauit, id eſt, damnificauit, vel ad damnificandum eccleſiam alios inſtigauit, vocando eccleſiam in ius ſine venia.

a ¶Diſcuſſio.] id eſt, quæſtio.

b ¶Prædamnauit.] id eſt, valde damnificauit.

c ¶Reuocetur.] hic habes quòd propter ingratitudinem reuocetur libertus in ſeruitutem. & intelligas ingratitudinem grauẽ offenſam, quia non niſi pro graui offenſa reuocatur libertus in ſeruitutem, & propter eaſdem cauſas, propter quas reuocatur donatio. in auth. vt liber. de cętero. colla. 6. §. illud. ſecundũ leges veteres ſufficit leuis offenſa. C. de libe. & eorum lib. l. 2. Item hic habes quòd ſiue committat libertus eccleſiæ ingratitudinem contra eccleſiam, ſiue contra epiſcopum, reuocatur in ſeruitutem. ſecus ſi cõtra alium de eccleſia, ſupra ead. qui manumittuntur.

Libert' pp ingratitudinem reuocatur in ſeruitutem.

d ¶Proditi.] id eſt, de inobedientia cõuicti.

De libertis.] CASVS. Hoc c. diuiditur in duas partes. In prima parte dicitur, quòd ſi liberti eccleſiarum facti ſunt preſbyteri, vel diaconi, iuxta modum quem canones antiqui docent, ſint liberi, tamen à patrocinio eccleſiæ, nec ipſi, nec eorũ filij recedere debent. In ſecunda parte dicitur, quòd libertos eccleſiæ commendatos debet epiſcopus tueri, nec põt epiſcopus impetrare à principe, vt eos alieni donet. quod intelligit. Hu. ſi manumiſſi fuerant pleno iure, vel quo ad onus indebitum, vel in caſu non conceſſo. Sed ego intelligo ſicut littera ſonat, quia licet ſint eccleſiæ commendati, non tamen ſunt liberti eccleſiæ: & ideo eos epiſcopus donare non poteſt. Secunda pars, ibi, [Ab alijs quoque.]

e ¶Ab eis progeniti.] ergo filij libertorum debẽt obedientiam pſtare eccleſiæ patronæ ſuæ, ſicut & patres eorũ, vt hic, & C. de libe. & eorũ liber. libertinæ. ſed cõtra; quod ex liberta naſcitur ingenuũ eſt, vt C. de ope. liber. quod ex liberta. Sol. quidã intelligunt legem illam, libertinæ. de filijs manumiſſis cum patre & ante manumiſſionem natis. leges contrarias intelligunt de natis poſt manumiſſionem. ſed hoc ſtare non poteſt, quia hic dicitur: tam ipſi, quàm ab eis progeniti. Item ex ſequen. c. infr. ea. liberti. patet quòd intelligitur de filijs natis poſt manumiſſionem, vbi dicit de futura prole, ꝙ ab eccleſiæ patrocinio ſe non poteſt ſubtrahere. Ideo quidam dixerunt iſtud ſpeciale eſſe in libertis eccleſiæ, vt filij nati poſt manumiſſionem patrum ſuorum ſint liberti eccleſiæ. Tu dicas ꝙ filij nati poſt manumiſſionem ſunt ingenui: ſunt tamen obnoxij eccleſiæ quo ad quaſdam operas, quæ cõſiſtunt in honore in aſſurgendo, & in ſalutando: item ꝙ non vocabũt eam in ius. aliàs reuocant in ſeruitutẽ, vt in c. ſeq. Io.

Libertorũ eccleſiæ filij ſunt eccleſiæ obnoxij.

f ¶Non recedant.] hic habet locum diſtinctio decre. extra de ſer. non ord. eo libẽtius. Eſt tñ hoc ſpeciale in libertis eccleſiæ, ꝙ etiam licet facti ſint ſacerdotes, ꝙ propter ingratitudinem reuocantur in ſeruitutem, vt 54. diſt. qui ex famulis. ſecus tñ in famulis priuatorũ.

NE VERO. CASVS. Supra dictum eſt, ꝙ liberti eccleſiarũ nõ debẽt ab eorũ patrocinio recedere, ſed quia

factum

factum ſæpe longinquitate temporis obſcuratur; ideo hic dicetur, ut liberti tempore ſuæ manumiſſionis ſcribant profeſſionem, qua confiteantur ſe eſſe libertos eccleſiæ, & ab eius obſequio nunquam receſſuros: & ad hoc duo c. ſeq. inducuntur.

eccleſia eorum obedientia non careat: ſi uero hoc contemnent, reuocentur in ſeruitutem.

a ¶Longinquitate.] Quia ſi per decem ann. ſteterit in libertate, amodo liber habetur, ut extra de coniu. ſer. licet. ff. qui & à qui. ma. ſi. cum. §. Ariſt. Vel ſi mater alicuius tempore mortis eius ſe pro libera geſſerit, & filius eius per quinquennium uixerit ut liber, amodo liber erit, ut C. ne de ſta. defun. l. 2. & 3. ſed licet ſeruus fugitiuus ſe pro libero geſſerit non ideo eſt in poſſeſſione libertatis, ut C. de agric. & cenſ. cum ſimus. in fi. lib. 11. & ff. de acqui. poſ. l. per eum, in fi.

b ¶In anteriori.] Nõ determinat hic de quo dicat.

c ¶Intra annum.] Similiter ſi uaſallus intra annum non petit inueſtituram, cadit à iure feudi, ut in conſtit. Friderici, imperialis. §. præterea. de feud. nec obſtat quod legitur extra de iureiu. ueritatis. ubi dicitur ꝙ non iuratur ſucceſſori Papæ. poteſt enim dici ſpecialem ibi eſſe indulgentiam: in emphyteuta ſecus eſt, quia licet non ſoluat canonem intra annum tñ non expellitur, ut 10. q. 2. hoc ius. No. ꝙ hic excurſus anni priuat aliquem libertate, ſicut excurſus anni probat crimen. 11. q. 3. rurſus. ſic 20. q. 2. puella. ſic extra de of. ordi. paſtoralis. ſic 54. diſt. ſi ſeruus.

Anni excurſus aliqua facit.

Longin-

qua ſe profiteantur de familia eſſe eccleſiæ, & ab eius obſequio ſe nunquam receſſuros.

Vnde in concilio Toletano 5. c. 9. legitur.

¶Profeſſionem ſuæ conditionis liberti eccleſiæ faciant. C. LXIIII.

¶. c. proximo.

LOnginquitate [a] ſæpe fit temporis, ut non pateat conditio originis. Vnde iam decretum eſt in anteriori [α] [b] vniuerſalis concilij canone, ut profeſſionem ſuam liberti eccleſiæ debeant facere: qua profiteantur ſe & de familijs eccleſiæ eſſe †, & eius obſequium nunquam relicturos. Vnde his quoque nos adijcimus; ut quoties curſum uitæ ſacerdos impleuerit, & de hac uita migrauerit; mox cum ſucceſſor eius aduenerit, omnes liberti eccleſiæ, uel ab eis progeniti chartulas ſuas in conſpectu omnium debeant ipſi ſubſtituto pontifici publicare, & profeſſiones ſuas in conſpectu eccleſiæ renouare: quatenus ſtatus ſui uigorem & illi obtineant, & obedientia eorum eccleſia nõ careat. Si autem aut ſcripturas libertatis ſuæ intra annum [c] ordinationis noui pontificis manifeſtare contempſerint, aut profeſſiones renouare noluerint; vacuæ & inanes chartulæ ipſæ remaneant, & illi origini ſuæ redditi, ſint perpetuo ſerui.

† al. manumiſſi

α ¶In anteriori.] *Significatur canon 69. concilij Toletani quarti, qui proximo c. refertur. Nam quartum illud Toletanum, quod fuit pleniſſimum, in ſequentibus Toletanis uocari ſolet uniuerſale concilium, vt in quinto, c. 2 & 7. & in ſexto concilio, cap. 13. 7. & 18. Et in principio ipſius quarti concilij epiſcopi aiunt*, quoniam generale concilium agimus.

Item ex concilio Toletano 4. c. 69.

¶Nec liberti, nec eorum poſteri à patrocinio diſcedant eccleſiæ. C. LXV.

Poly. l. 3. tit. 12. Burc. l. 3 c. 185. Iuo p. 3. c. 245.

LIberti eccleſiæ (quia nunquam moritur [d] eorum patrona) à patrocinio eiuſdem nunquam diſcedãt; nec poſteritas quidem eorum: ſicut priores canones decreuerunt. Ac ne forte libertas † eorum in futura prole non pateat, ipſaque poſteritas naturali ingenuitate obnitens ſeſe ab eccleſiæ patrocinio † non ſubtrahat; neceſſe, ut tam hi liberti, quàm ab eis geniti † [e] profeſſionem epiſcopo ſuo faciãt: per quam ex familia eccleſiæ libertos effectos

† al. libertinitas
† al. patrocinio ſubtrahat
† al. progeniti

LOnginquitate.] CASVS. Statutum fuit in concil. Toletano, ut liberti eccleſiarum profeſſionem facere debeant, qua confiteantur ſe eſſe libertos eccleſiæ & ab eius obſequio non receſſuros. Sed cum idem cõcilium fuit iterum congregatum, adiecit ut cum epiſcopus eccleſiæ fuerit defunctus, & ei alius ſubſtitutus, omnes liberti eccleſiæ, uel ab eis progeniti ſubſtituto pontifici intra annum à tempore ſuæ ordinationis chartulas ſuas in cõſpectu eccleſiæ debeant publicare & renouare: quatenus illi ſuum ſtatum teneant, & ec-

LIberti.] CASVS. Statuitur in capitulo, ut liberti eccleſiæ à patrocinio eccleſiæ nũquã recedãt: q̃a eorũ patrona, ſ. eccleſia nunquã moritur, nec poſteritas eorũ, ſicut antiq. canones decreuerũt. & hoc in prima parte. In ſcda parte dr̃ ꝙ liberti & eorũ filij faciãt ꝓfeſſionẽ, qua ꝓfiteanĩ ſe eſſe libertos eccleſiæ & ꝙ ab eius patrocinio nõ recedẽt, ne libertas in futura ꝓle nõ pereat: & ipſa poſteritas à patrocinio eccleſiæ ſe non ſubtrahat.

d ¶Moritur.] Eccleſia enim non poteſt eſſe nulla [1], ut 24. q. 1. pudenda.

e ¶Geniti.] Propter hoc dixerũt quidã, ꝙ ſpeciale eſſet in eccleſia ꝙ filij libertorum eccleſiæ ſint liberti eccleſiæ: quod non eſt uerum. ſed tamẽ quò ad quid ſũt adſtricti eccleſiæ, ut ei aſſurgant, vt eam non accuſent. ꝭ. ead. epiſcopus qui. cum §. ſeq.

1 Iſtã glo. ſequitũ Alexã. & Imol. in l. pactũ, & coll. 2. C. de pact. & idem Alexan. in l. ex traneum. col. 3. de hære. inſti. ibi vide cõcor.

PRO REMVNERATIONE. CASVS. Ponit hic Grat ſextum caſum, in quo res eccleſiarum licite poſſunt alienari, ſcilicet pro remuneratione facienda.

QVicumque.] CASVS. Aliqui ſuſtinuerũt laborem pro eccleſia aliqua. prælatus illius eccleſiæ ꝓmiſit aliquid illis ꝓ remuneratione laboris ſui, terram ſ. uel aliquid: poſtea nolebat ſoluere promiſſum. unde quæſitum fuit in concilio Toletano, utrum ad hoc poſſit compelli de iure? Et reſpondetur ꝙ ſic: hoc probatur auctoritate Pauli. ita tamen, ut illa remuneratio per concilium prouinciale confirmetur.

a ¶Suffragio.] Id eſt, quia ſuffragium præſtitit eccleſię concilio vel auxilio.

b ¶Prouiderint.] Alicui.

c ¶Promiſerint.] Videt ꝙ aliquis obligeẽ nudis uerbis, licet nõ interceſſit ſtipulatio, vt extra de teſta. indicãte 2. q. 5. iuramenti. & ĩ. e. q. 5. quia Ioãnes. quod uerum eſt. & poteſt dici ꝙ cõpetit actio ex nuda promiſſione 1, ſcilicet cõdictio. ex canone illo. ĩ. 22. q. 2. iuramenti.

1 Hoc ñ habet locũ apud Cathelanos, apud quos nõ datur actio ex promiſſo. teneri tñ debet Cahelanus q vanis ꝓmiſſionibus & inutilibus iuſtationib. detinet viatorẽ, ſaltẽ de dolo. ff. ſi q̃s cau. ſi actio. ſm Vin. qui ita not. extra ĩ proœ. Rex pacificus. Arch.

ECcleſiaſticis..] CASVS. Theodorus vir eloquẽtiſſimus conſiliarius Romanę ſedis ſeruo aliquo indigebat; & ideo G. tradidit ei Acoſimũ ſeruum natione Siculum, & ut hæc donatio nullo tempore valeat retractari, ad cautelam futuri temporis ſibi fecit publicũ inſtrumentum, quod G. ſubſcriptione ſua roborauit. [Huius.] ſ. largitatis. [Futuri,] ſcilicet temporis.

d ¶Volũtarijs.] Volũtarium uocat, & tñ ipſe dicit ineſſe neceſſitatẽ, quia ab initio eſt uoluntarium: ſed poſtquam illud incepit, teneẽ illud conſũmare, vt C. đ ac. & ob. ſicut. Et habes hic, ꝙ eccleſia teneẽ ad antidora. extra de teſta. cum in officijs.

e ¶Teſtimonio.] Id eſt, inſtrumento ſuo, quod ſuit ei teſtimonium pro futurum.

MISERATIONIS QVOQVE. CASVS. Ponit hic Gratianus 7. caſum, in quo ſerui eccleſiarum miſerationis intuitu libertati donari poſſunt, & ſic quodam modo alienantur.

CVm redemptor noſter.] CASVS. Dicit in hoc c. ꝙ Greg.

ſe eſſe fateantur, eiuſque patrocinium non relinquant: ſed iuxta uirtutem ſuam obſequium ei, uel obedientiam præbeant.

Pro remuneratione etiam impenſi obſequij res eccleſiaſtica utiliter poſſunt donari.

Vnde in Toletano concilio 4. c. 36. legitur.

¶Quæ de rebus eccleſiæ in remuneratione obſequij præſtantur, rata permaneant. C. LXVI.

QVicumque epiſcopi ſuffragio [a] cuiuslibet aliquid eccleſiaſticæ utilitatis prouiderint [b], & pro eo quodcumque commodum in remunerationem promiſerint [c]; promiſſi ſolutionem eos exoluere oportebit: ita ut id ad concilium prouinciale deferatur †, ut eorum conniuentia confirmetur; quia (ſicut Paulus ait) dignus eſt operarius mercede ſua. *† al. deductũ eorum conuentũ cõfirmetur.* 1. Tim 5.

Item Gregorius lib. 2. indict. 11. epiſt. 18. Theodoro conſiliario.

¶Serui eccleſiarum in eorum dominium transferri poſſunt, qui eccleſiaſticis vtilitatibus deſeruiunt. C. LXVII.

ECcleſiaſticis vtilitatibus deſudantes, eccleſiaſtica dignum eſt remuneratione gaudere, ut qui ſe uoluntarijs [d] obſequiorum neceſſitatibus ſponte ſubijciunt, digne noſtris prouiſionibus conſolentur. Quia igitur te [α] Theodorum virum eloquentiſſimum conſiliarium noſtrũ mancipiorum cognouimus miniſterio deſtitutum; iõ puerum nomine Acoſimum natione Siculum iuri, dominioque tuo dari, tradique præcipimus: quem quoniam traditum ex noſtra uoluntate iã poſſides; huius te neceſſe fuit [ſcripti †, pro futuri temporis teſtimonio [e], ac robore largitatis, auctoritate fulciri: quatenus, Domino protegente, ſecure eum ſemper, & ſine vllius retractationis ſuſpicione quippe vt dominus, valeas poſſidere [β]. Poly. l. 3 tit. 11. *† abeſt ab ori.*

α ¶Te.] *Addita eſt vox iſta, & cætera ſunt emendata ex originali, ut intelligatur eundẽ eſſe cui ſcribitur & cui ſit donatio.*

β ¶Poſſidere.] *Apud B. Gregorium hæc ſequuntur.* Neque enim quemquam fore credimus, qui tam paruam largitatem pro tua tibi deuotione conceſſam deſiderit, uel tentet vllo modo reuocare: cum vno eodemque tempore & uerecundũ ſit à deceſſoribus bene geſta reſoluere, & uerecundum ſit docere cęteros in ſua quandoque reſolutoriam proferre largitate ſententiam.

Miſerationis quoque intuitu ſerui eccleſiarum libertati donari poſſunt.

Vnde Gregorius Montanæ †, & Thomæ lib. 5. epiſt. 12. ſeu c. 112. *† al. Montano*

¶Miſerationis, & pietatis intuitu ſerui eccleſiarum poſſunt manumitti. C. LXVIII.

CVm redem-

ptor [a] noſter totius conditor creaturę ad hoc propitiatus humanam voluerit carnem aſſumere, vt diuinitatis ſuæ gratia, dirupto, quo tenebamur captiui, vinculo ſeruitutis, priſtinæ nos reſtitueret libertati; ſalubriter agitur, ſi homines, quos ab initio natura liberos protulit, & ius gẽtium [b] iugo ſubſtituit ſeruitutis, in ea, in qua nati fuerãt, manumittentis beneficio libertate reddantur. Atq; ideo pietatis intuitu, & huius rei conſideratione permoti, vos Montanam †, atque Thomam famulos ſanctæ Romanæ eccleſiæ, cui, Deo adiutore, deſeruimus, liberos ex hac die, ciueſque Romanos efficimus; omneque veſtrum uobis relaxamus [c] ſeruitutis peculium [α]. *& infra*. ¶Hanc autem manumiſſionis paginam Paterio notario ſcribendam dictauimus, & propria manu vnà cum tribus [d] preſbyteris prioribus, & tribus diaconis pro pleniſſima firmitate ſubſcripſimus, vobiſque tradidimus. Actum in urbe Romana.

† *al. Mõtanũ*

α ¶Peculium.] *In vetuſto codice epiſtolarum B. Gregorij bibliotheca Vaticana legitur*, periculum.

Item ſerui eccleſiarum publicis angarijs non debent fatigari.

Vnde in concilio Toletano 3. c. 21. legitur.

¶Serui eccleſiarum publicis angarijs non fatigentur. C. LXIX.

lib. 7. ca. c. 290. Iuo p. 3. c. 138.

ECcleſiarum [β] ſeruos, & epiſcoporum, uel omniũ clericorum [e] à iudicibus, uel actoribus publicis in diuerſis angarijs fatigari dolemus. Propter quod omne concilium à pietate glorioſiſſimi Domini noſtri popoſcit; ut tales deinceps auſus inhibeat: ſed ſerui ſupraſcriptorũ officiorum in eorum uſibus, uel eccleſiæ laborent. Si quis vero iudicum, aut actorum, clericum, aut ſeruum clerici, vel eccleſiæ, in publicis, ac priuatis negotijs occupare voluerit, à communione eccleſiaſtica, cui impedimentum facit, efficiat ur extraneus.

β ¶Eccleſiarum.] *In cæteris huius concilij exemplaribus impreſſis, & manuſcriptis, quæ collata ſunt, & apud Iuonem legitur quẽadmodum apud Gratianum, præterquam in editione quatuor tomorum, & codice Lucenſi regio: in quibus initium capitis 21. ſic habet*. Quoniam cognouimus in multis ciuitatibus eccleſiarum ſeruos, & epiſcoporum, vel. o c a i v a p. in diuerſis angarijs fatigari, omne concilium, &c. *Et hic quidem nulla facta eſt mutatio: alia vero, in quibus omnes conciliorum codices concordant, ſunt emendata.*

Item pro alimonia pauperum, pro redempione captiuorum res ſacras diſtrahi licet.

Greg. intuitu pietatis duos ſeruos Romanæ eccleſiæ, ſ. Montanum & Thomã manumiſit, & eis omne peculium quod habebant relaxauit: & hoc fecit ad inſtar Ieſu Chriſti, qui venit in mũdum, ut uinculum diabolicę ſeruitutis rumperet, quo tenebamur adſtricti. vnde præcipit Paterio notario, ut ſcriberet inſtrumentum, cui Greg. Papa propria manu ſubſcripſit cum tribus presbyteris & tribus diaconis.

a ¶Cum redẽptor.] Hic habetur forma, ſub qua fiũt manumiſſiones, & planum eſt.

b ¶Ius gentium.] Alibi dicitur, ꝙ iure diuino eſt inducta ſeruitus. Sed de hoc dixi ſ. diſt. 1. ius gentium.

c ¶Relaxamus.] Sed nonne eo ipſo, ꝙ aliquis inter uiuos manumittitur, uidetur ei peculium datum, niſi expreſſe hoc adimatur. C. de pe. eius qui li. meruit. l. unica. Sed dicas, ꝙ aliud eſt in libertis eccleſiæ. nã eis in manumiſsione non licet dari ultra ſummam viginti ſolidorũ, ut ſ. ea. ſi quos.

d ¶Cum tribus.] Ergo non requiritur cõſenſus omnium ubi libertas datur 1, & hoc in fauorem libertatis fit, ut C. de communi ſeruo ma. l. 1. argu. contra. 54. diſt. c. 1. ſu. ead. epiſcopus qui. Itẽ uidetur hic, quod ſigillum 2 Papæ non facit chartam authenticam, niſi adſit ſubſcriptio Io.

1 Scilicet à Papa, vt hic fuit: quod non obtinet in alijs prælatis. ſecundum L. & Hug.

2 Circa iſtã materiã an notarius poſsit omittere in inſtrumentis ſuũ ſolitũ ſignum, & apponere aliud, de quo vide p Archi. hic cui add G. đ cu. in cõparatione & ibi Bal. ĩ vlt. col. C. de fide inſtru. & per Bal. in prin. C. col. 2. & Ang. ĩ Aut. de inſtru. cau. & fi. in prin.

ITEM SERVI. CASVS. Dictum eſt ſu. e. q. 2. c. prædia. ꝙ poſſeſsiones eccleſiarum non debent à laicis fatigari. Idem nunc dicit Gratianus de ſeruis eccleſiarum.

ECcleſiarum ſeruos.] CASVS. Relatum eſt in concilio Toleta. quòd quidam iudices & adminiſtratores publicorum officiorum ſeruos eccleſiarum uel epiſcoporum, uel aliorum clericorum diuerſis angarijs fatigabãt. Quare concilium poſtulauit à Greg. ut tales præſumptores prohiberet, & ſtatuit concilium, ut ſi quis de cętero talia præſumeret, ab eccleſiaſtica cõione repelleretur.

e ¶Clericorum.] Ar. ꝙ eodem priuilegio gaudent ſerui clericorum, quo eccleſiæ. infra. 16. q. 1. ſimiliter. ſu. 87. diſt. eos qui. & 89. di. indicatum Clerici enim & eorum mãcipia sũt exẽpta ab omnib. muneribus ciuitatum, niſi ſubſit magna neceſsitas. extra de immu eccle. non minus. C. de epiſc. & cler. l. 2.

Clerici sũt à muneribus ciuilib. exempti.

ITEM PRO ALIMONIA. CASVS. Ponit hic Grat. 8.

caſum in quo res eccleſiæ licitè diſtrahi poſſunt, ſ. ꝓ alimonia pauperum:& redemptione captiuorum. Et ad hæc ſequẽtia c. inducuntur vſq; ad §. itẽ largitate.

AVrum.] CASVS. Beneuen. hunc caſum ſic poſuit. Ambr. in hoc c. ponit tria genera largitionis. Primum eſt, cum res eccleſiæ pauperibus uel captiuis largiuntur. Secundum eſt, cum alienantur pro templo ædificando. Tertium eſt, cum largiuntur pro cœmiterio emendando uel ampliando. in iſtis tribus generibus docet aurum & pecuniam eccleſiæ non eſſe ſeruã dam, ſed erogandam tempore neceſſitatis: quod ſi prælatus non fecerit, aſportabit hoſtis: ſicut Aſſirij aurũ & argentum de tẽplo Dñi ſuſtulerunt. Et hoc primo debt fieri de auro & argento, quod non conſiſtit in uaſis, diuino officio deputatis. Si uero sũt uaſa diuinis officijs deputata, primo non conſecrata ſunt largienda. deinde etiam ea quæ ſunt conſecrata, in pios vſus ſunt expendenda: ita tñ, vt forma calicis in ſua forma non remaneat. niſi alij eccleſiæ diſtrahatur: laicis vero confracta & conflata. H. hunc caſum ſic ponit Ambro. intendit oſtendere, quòd res eccleſiaſticæ debent dari & alienari tempore neceſſitatis. Et ponit quinque caſus, quibus licitè alienantur res eccleſiæ, ſcilicet pro alimonia pauperum, pro redẽptione captiuorum, pro loco religioſo ædificando, ꝓ cœmiterijs ampliandis, pro ſepulturis mortuorum extruendis. In his quidẽ uaſa pretioſa & ſacrata debent alienari alij eccleſiæ in eadem forma; laicis confracta & conflata. [Tribus.] Quinque poſuit, non dicit tribus, ſed duos primos ponit ſub uno membro, & duos ultimos ſub alio, medium uero ſub tertio.

a ¶Aſſyrij.] Id eſt Babylonij, qui cum Nabuchodonoſor cœperunt Hieruſalem, & abſtulerunt vaſa de templo Domini, infra de conſecra. diſt. 1. veſtimenta.

b ¶Miniſtraſſes.] Id eſt, miniſtrare debuiſſes.

c ¶Occiſi ſunt.] Ergo tunc demum cum timeatur mors 1. redimi debent captiui, ut not. ſupra ead. ſicut omnino.

1 Scilicet corporis.

d ¶Quid.] Id eſt, ſimile illi.

e ¶Timui.] Sic fortè ſe excuſabat.

f ¶Spatia laxata.] Id eſt, ampliata.

g ¶In his tribus.] Id eſt, in alimonia pauperum, in redemptione captiuorum, in ædificatione templi, uel augmentatione cœmiterij.

h ¶Myſtici.] Id eſt, in forma calicis, in quo myſticum poculum ſanguinis Chriſti conficitur. Et quod dixi de eccleſia, intelligunt quidam de eccleſia, in qua eſt: quia cum ſit res ſacra, non poteſt vendi etiam alij eccleſiæ. Et de hoc notaui 10. quæſtione ſecunda, hoc ius.

Item ubi timetur mors animæ, ut ſ. e. c. uerſi. & vera. velut ſi cogeretur adorare idola. 23 q. 4. ipſa pietas. ſm Lau. & c. diſplicet. & 24. q. 3. ſi habes ſm H.

Vnde Ambroſius ait, lib. 2. de officijs, c. 28.

¶Res ſacræ quibus ex cauſis alienari debeant.
C. LXX.

Poly. l. 6. tit. 20. Iuo p 3. c. 180. Anſ. l. 13. c. 28.

AVrum eccleſia habet, non vt ſeruet, ſed ut eroget, & ſubueniat in neceſſitatibus. Quid opus eſt cuſtodire, quod nihil adiuuat? An ignoramus, quantum auri, atq; argenti de templo Domini Aſſyrij [a] ſuſtulerunt? (4. *Reg.* 24.) Nonne melius conflat ſacerdos propter alimoniam pauperum, ſi alia ſubſidia deſint, quàm ſacrilegus contaminata aſportet hoſtis. Nonne dicturus eſt Dominus, cur paſſus es tot inopes fame emori? Et certè habebas aurum, vnde† miniſtraſſes [b] alimoniam. Cur tot captiui deducti in commerciũ† ſunt, nec† redempti, ab hoſte occiſi ſunt [c]? Melius fuerat, ut uaſa uiuentium ſeruares, quàm metallorum. Hic non poſſet reſponſum referri. Quid [d] enim diceres? Timui [e], ne templo Dei ornatus deeſſet? Reſponderet, aurum ſacramẽta non quærunt: neque auro placent, quæ auro non emuntur. Ornatus ſacramentorum, redemptio captiuorum eſt; & verè illa ſunt uaſa pretioſa, quæ redimũt animas à morte. Ille verus theſaurus eſt Domini, qui operatur quod ſanguis eius operatus eſt. *& poſt pauca.* ¶Nemo enim poteſt dicere, cur pauper viuit? nemo poteſt queri; quia captiui redempti ſunt. Nemo poteſt accuſare, quia templum Dei ædificatum eſt. Nemo poteſt indignari, quia humanis fidelium reliquijs ſpatia laxata [f] ſunt. Nemo poteſt dolere, qua in ſepulturis Chriſtianorum requies defunctorum eſt. In his tribus [g] generibus vaſa eccleſiæ etiam initiata cõfringere, conflare, vendere licet. opus eſt, ut de eccleſia myſtici [h] poculi forma non exeat: ne ad uſus nefarios ſacri calicis miniſterium transferatur. Ideo intra eccleſiam primũ quæſita ſunt uaſa, quæ initiata non eſſent; deinde comminuta, poſtremo conflata, per minutas erogationes diſpenſata egentibus, captiuorum quoque pretijs profecerunt. Quòd ſi deſunt noua, & quæ nequaquam initiata uideantur; in huiuſmodi uſus, quos ſupra diximus, arbitror omnia pie poſſe conuerti.

† *al.* Vt
† in uulgatis legebatur, *in captiuitatẽ ducti*]
† *nec redẽpti? Cur ut ab hoſte*, orig.

Item Hieronymus ad Nepotianum de vita clericorum. epiſt. 2.

¶Non parietes templi ornare, ſed pauperibus prouidere, gloria epiſcopi eſt. C. LXXI.

GLoria epiſcopi eſt pauperũ inopiæ† prouidere; ignominia ſacerdotis eſt proprijs ſtudere diuitijs. Natus

† *al.* opibus

GLoria epiſcopi.] CASVS. Hoc c. diuiditur in quatuor partes. in prima parte Hic reprehendit epos. qui cum pauperes erant uili cibo libenter reficiebantur: cum vero facti ſunt diuites, uel delitijs incumbẽtes

ſtes, cibos delicatos abhorrent. & ut eos liberius redarguat ſemetipſum talibus connumerat. In ſecunda parte reprehendit ep̄os, qui ornant templum gemmis & lapidibus ad inſtar ſacerdotum veteris teſtamenti: ſed de clericis per quos eccleſia gubernatur, nullam curã habent.

b ¶Rugientem.] Id eſt, famelicum.
c ¶Parietes.] Id eſt, imperitos 1. ſic 46. diſtin. ſunt non nu li . . .
d ¶Columnas.] Id eſt, peritos.
e ¶Subtrahunt.] Id eſt, non recipiunt.

in paupere domo, & in tugurio ruſticano, qui uix milio, & cibario [a] pane rugientem [b] ſaturare uentrẽ poterã; nũc ſimilam, & mella faſtidio. *Item paulo inferius.* ¶Multi ædificant parietes [c], & colũnas [d] eccleſiæ ſubtrahunt † [e], marmora nitent, auro ſplendent laquearia, gemmis altare diſtinguitur: & miniſtrorum Chriſti nulla electio eſt. Neq; uero mihi aliquis opponat [f] diues in Iudæa templum, mẽſam, lucernas, thuribula, patellas, ſcyphos, mortariola, & cætera ex auro fabrefacta. Tunc hæc probabant̃ [g] à Domino; quando ſacerdotes hoſtias immolabant, & ſanguis pecudum erat remiſſio † peccatorum [h]: quanquam hæc omnia præceſſerint in figura: ſcripta autem ſunt propter nos in quos fines ſæculorum deuenerunt. Nunc uero cum paupertatem domus ſuæ pauper Dominus dedicarit; portemus † crucem [i], & diuitias lutum putabimus. *Item ibidem in extremo.* ¶Amico quidpiam rapere furtum eſt: eccleſiã fraudare, ſacrilegium eſt: accepiſſe quod pauperibus erogandum ſit; & eſuriẽtibus plurimis, uel cautum [k] eſſe velle, uel timidum [l], aut, quod, apertiſſimi ſceleris eſt, aliquid inde ſubtrahere, omniũ prędonum crudelitatem ſuperat. *Item eiuſdem ad Paulinum de inſtitutione monachi.* ¶Crates ille Thebanus homo quondam ditiſſimus, cum ad philoſophandum Athenas pergeret; magnum auri pondus abiecit: neque putauit ſe ſimul poſſe & uirtutes, & diuitias [m] poſſidere. Nos ſuffarcinati auro Chriſtum pauperem ſequimur: & ſub prætextu eleemoſynæ priſtinis opibus incubantes, quomodo poſſumus aliena [n] fideliter diſtribuere, qui noſtra timidè reſeruamus? Plenus uenter [o] facile de ieiunijs diſputat. Non Hieroſolymis [p] fuiſſe, ſed Hieroſolymis bene vixiſſe laudandum eſt.

† *ſubſtruunt*] uera lectio

† *al. redemptio*

1. *Cor.* 10.

† *al. cogitemus*

epiſt. 13.

Item largitate etiam epiſcopi ſtipendium de rebus eccleſiæ clericis dare licet: cuius profeſſio ſub precariæ nomine fieri debet.

Vnde in concilio Toletano 6. c. 5.

¶Qui beneficium ab eccleſia accepit, eius profeſſionem nomine precariæ faciat. C. LXXII.

Ido p. 6. c. 372.

SAepè fit, vt ut proprietati originis obſiſtat [q] longinquitas t̄pis. Quapropter prouidẽtes decernimus, vt ſi quis clericorũ æ, ſtipendium de rebus eccleſiæ, cuiuſquam ep̄i [r]

f ¶Opponat.] Argu. ab exemplis non eſſe argumentandum.
g ¶Hæc ꝓbabãtur.] Sed nonne hæc hodie probantur à Domino. ĩ. de conſecra. diſ. 1. & calix? ita: ſed nõ in ſuperabundantiã, ut non habeatur delectus perſonarum. 86. diſt. non ſatis. 47. diſt. ſicut.
h ¶Peccatorum.] Venialium: quia cœremonialia tollebant tm̃ venialia peccata, ſicut hodie aqua benedicta, ut ĩ. de conſec. diſt. 3. aqua.
i ¶Crucem.] Suſtinendo contumelias.
K ¶Vel cautum.] Cũ ideo fit, quia expectatur maior neceſſitas.
l ¶Timidum.] Si iõ facit, quia timet ne ſibi deficiat.
m ¶Diuitias.] Nam verè philoſophantes contemnunt a. pecuniam. ff. de vaca. mu. l. in honoribus. § penult.
n ¶Aliena.] Id eſt, res eccleſiæ.
o ¶Plenus uenter.] Id eſt, prælatus plenus diuitijs.
p ¶Non Hieroſolymis.] Id eſt, non tantum eſſe prælatũ: ſed opera prælati facere laudabile eſt. 27. q. 5. cauete.

1 Scilicet eos promouendo ad bñficia, ꝯ illud ex̃ de p̄bẽ. graue. & e. ſu p inordinata. Arc.

a Id eſt, non ponũt amorẽ, ſiue animũ in diuitijs aliàs diuites cũ bonis operib. non abijcimus, 30. di. c. pe. Arch.

ITEM LARGITATE. CASVS. Ponit Grat. nouum caſum, in quo ep̄i res eccleſiaſticas poſſunt alienare quo ad vſumfructum, dando eas clericis ſub nomine precariæ: & ad hoc probã dum inducit ſequen. cap.

habent. & dicit, ꝙ in veteri teſtamento factus fuit ex præcepto Domini ornatus in templo. In tertia parte dicit, ꝙ amico aliquid rapere, furtum eſt: eccleſiam uero fraudare, ſacrilegium eſt. & de his quæ pauperibus ſunt eroganda ſubtrahere prædonis ſuperat crudelitatem. In quarta parte inuitat nos ad contemptum diuitiarũ exẽplo Cratis, qui cum Athenas ꝑgeret ad philoſophandum, aurum proiecit quod portabat, cum non crederet ſe poſſe uirtutes ſimul & diuitias poſſidere. Sc̄da pars incipit ibi, [Multi ædificant.] Tertia ibi, [Amico rapere.] Quarta ibi, [Crates ille Thebanus.]
a ¶Cibario.] Scilicet familiæ.

fructibus ſuis:] vos autem econtra queritis? Nos ſumus agricolæ laborantes: vos primum vultis percipere de fructibus noſtris? immo non primum: quia nec ultimum[a] nobis relinquere vultis. A prioribus enim incipientes, paulatim ſerpitis: & totum vſurpare contenditis: ut pro nobis videatur dictum, fruſtatim lupus comedit agnum. Item: [Quis militat ſtipendijs ſuis vnquam? quis paſcit[b] gregem, & de lacte eius non edit?] Nos militamus: & nos ſtipendia noſtræ militiæ nobis quæritis. Nos gregem paſcimus: & uos lac eius, & lanã accipere vobis vultis. Sapere[c] eſt, de alieno labore victum quærere ſi ſapere eſt, velle quod non poſſis. ¶ Item Dominus dixit diſcipulis ſuis: [In quamcunque domum intraueritis in eadem manete, edentes, & bibentes, quæ apud illos ſunt. Cum autem intraueritis, primum dicite, pax huic domui.] Nos domum hanc ingreſſi ſumus, & ei pacem obtulimus: vos autẽ quaſi otioſi alieno cibo paſci gaudetis? Videte, ne in vos vertatur illud: [Vide, quid faciat otium, & cibus alienus.] ¶ Item propheta: [Sumite pſalmum[d], & date tympanum.] Iſti à nobis ſumunt pſalmum, & vos ab eis quæritis tympanum[e]? ¶ Item Leo quartus: [De decimis[f] non tantùm nobis, ſed etiam maioribus noſtris iuſto ordine uiſum eſt plebibus tantum, vbi ſacroſancta baptiſmata dãtur debere dari] ¶ Quibus autem plebibus debentur; illis, à quibus baptiſma accipiunt, an alijs? Nos eos baptizamus, et vos ab eis decimas ſumitis? Honeſta iſta interpretatio eſt: utinam inueniatis, qui ſic pro vobis interpretentur. Quia ergo nos rigamus populum hunc, imbrem doctrinæ ei miniſtrantes, quia colimus, eum vomere prædicationis, corda eius ad fidem aperientes; ſi non vultis ſinere[g], vel † [h] patiamini[i] nobis eum fructificare, & qualia vobis fieri non vultis, nobis inferre cauete, ne ſi pergitis dicere, quæ uultis, audiatis[k], quæ non uultis.

1. Cor 9.
Terentius
Luc. 10.
Terentius
Pſal. 80.
16. q. 1. de decimis.
† al. ſaltẽ patiamini
Tob. 4. Mat. 7. Terentius

3 ¶ Ad hæc, Callida quidem, & multiplici argumentatione iura noſtra auferre contendit, ita, vt ſi fides uerbis adhiberetur, non verba pro verbis, ſed res pro verbis reportaretis: Sed Deo propitio, ſi verba[l] dediſtis, uerba recipietis. ¶ Arguitis nos, quòd ea, quæ nobis debentur, ſubripere quærimus, quia noſtra perſequimur. Sapienti[m] quidem, & philoſophico ore prolata ſententia: ſuũ perſequi, eſt ne aliena rapere? Vnde ad nos hæc ſententia manauit, niſi quia tanto ardore noſtra concupiſcitis, ut ueſtra putetis uobis auferri, cum nos noſtra conſequimur? Vnde, cum cauſa noſtra debitum finem ſortita fuerit, exclamabitis, ah miſer, crucior tantum bolum eſſe ereptum ex faucibus.

Terentius

Decimæ pecorum ubi ſunt dãdę.

b ¶Paſcit.] Argum. bonum quod ibi dandæ ſunt decimæ, de grege, vbi grex paſtus eſt, & ubi concepit, nõ ubi moratur: nam & boues dicuntur eſſe de illo fundo vbi laborant, non vbi morantur, ut ff. de fund. inſtruct. l. cum quidam. nam ſeruitus paſcendi pecora eſt prædialis ſeruitus, cũ vſus tantũ predij conſiſtit in paſtu pecoris, ut ff. de ſer. ruſti. prædi. pecoris. & quod ſit de foro illius ubi grex ſuus paſcitur, probatur, quia ibi poteſt conſtituere tugurium, vel officinam. vt ff. de ſer. ruſti. præd. veluti. ſed ratione tugurij vel officinæ ſit quis de foro alterius, ut ff. de iud hæres. §. 2. hoc dicto ſequitur inconueniens: quia eadem ratione dabuntur decimæ ubi grex parturit, & vbi fœtus paſcitur. Prçterea coloni non dant decimas r. ubi laborant dominis ſuis, ſed ubi recipiunt ſacramenta, ut 16 q. 1. quæſti.

r Scilicet perſonales.

c ¶Sapere.] Ironicè loquitur, quaſi dicat: magna ſapientia eſt velle illud quod non potes: ſcilicet de alieno uiuere.
d ¶Pſalmum.] Id eſt, ſpiritualia.
e ¶Tympanum.] Id eſt, temporalia.
f ¶De decimis.] Inf. 16. q. 1. de decimis.
ADDITIO. Dicit L. quòd illud cap. ſophiſticè inducitur, quia loquitur de perſonalibus decimis tantum, hic autem agitur de prędialibus. &, idem hic tenet Io. de Fant. Archid.
g ¶Sinere.] Sponte.
h ¶Vel.] Id eſt, ſaltem.
i ¶Patiamini.] Scilicet coactè.
k ¶Audiatis.] Verbum eſt Terentij: Qui dicit quod vult, audiet quod non vult.
AD HÆC CALLIDA. Hæc eſt 3. pars q. in qua inducit plura argumenta, & finaliter concludit Ioan. de Fant.

perſoluantur, comparantes ipſos reos muri, igni, & ſerpenti. & ad probandum decimas priori eccleſiæ fore perſoluendas, inducunt ca. 16. quæſt. 1. ſi quis laicus.
l ¶Verba.] Res dare pro rebus, pro verbis verba ſolemus.
m ¶Sapienti.] Ironicè loquitur.

Sed videte, ne damnum effuſi vnguenti vobis recompenſare [a] *quæratis. Conſtituiſtis vos plantatores vinearum, foſſores agrorum, trituratores arearum, rigatores camporum, & multa alia huiuſmodi officia vobis aſſumpſiſtis: & debita vobis obſequia à nobis ſubtrahi conqueſti eſtis. Sed nos non negamus, quod veſtrum eſt. Boni trituranti palea, & tegumenta ſeruantur: Sint hæc vobis, & grana nobis relinquite. Paſtinatores* [b] *vinearum, foſſores agrorum, rigatores camporum, trituratores arearum, diurna mercede accepta, prouenientes fructus dominis relinquunt. Vos ergo recepta* [c] *mercede veſtri operis in quotidianis oblationibus, & alijs obſequijs, quæ pro ſpiritualibus, quæ à vobis accipiunt, quotidie deferuntur; prouenientes fructus decimationum, & primitiarum nobis relinquite. ¶Item præcepit Dominus diſcipulis ſuis, vt comederent & biberent ea, quæ apud auditores ſuos erant; ſed non iuſſit eis, vt dominos de domibus ſuis eijcerent, & rebus ſuis ſpoliarent. Non facile inuenietis, qui tales hoſpites libenter ſuſcipiant. Mus in pera, ignis in ſinu* [d]*, ſerpens in gremio male ſuos remunerant hoſpites. Vnde in prouerbijs dicitur: [Qui ſerpentem in ſinu ſuo nutrit, percutietur ab eo.] Tales inueniatis vobis* [e] *hoſpites, quales nobis eſſe vultis. Non ſufficit vobis edere, & bibere quæ in domo noſtra ſunt, dum quotidianos fructus oblationum percipitis; ex quibus victum & veſtitum habeatis: quibus cum Apoſtolo debetis eſſe contenti: ſed non vultis, quia imitatores eius non eſtis: ſed potius nos de domo noſtra expellere, & rebus noſtris nos penitus expoliare contenditis, dum nec etiam eorum decimationes nobis relinquere vultis. Vt autem vniuerſaliter omnia colligantur, cuncta, quæ pro vobis inducta ſunt, ſiue de laborante agricola ſiue deo, qui ſuis ſtipendijs non militat, ad hunc articulum deferimus, vt fructum veſtri operis, quem adeo recipere contenditis, in oblationibus, & quotidianis obſequijs iſtorum recipiatis: decimationes vero eorum, quæ nobis debentur, intactas nobis relinquite: ne dum quæritis vſurpare quod veſtrum non eſt, iuſta animaduerſione etiam illud cogamini amittere, quod vobis aliquo modo videbatur competere. Quòd autem hæ decimationes nullo iure vobis debeantur, facile probamus. Dicitur enim in quodam concilio: [Si quis laicus* [f]*, vel clericus, ſiue vtriuſque ſexus perſona proprietatis ſuæ loca, &c.] ſicut in eodem capitulo in cauſa monachorum nota inueniuntur. Si ergo laicus, vel clericus, vel qualibet perſona, loca ſua proprietatis vendens, aut donans prouentum decimationum ab eccleſia, cui legitime aſſignatus eſt, nullo modo poteſt abſtrahere; nec iſti de diœceſi ad diœceſim tranſeuntes, decimas ſuorum prædiorum, quæ intra terminos noſtræ parochiæ continentur, nobis auferre poſſunt. Quantum enim ad ius percipiendarum decimarum attinet, idem eſt poſſeſſorem de diœceſi ad diœceſim tranſire, quod poſſeſſiones de diœceſano ad diœceſanum transferre.*

extr. de Iudæis, c. etſi. citāt hoc tanquam vulgare prouerbiū. Serpēs in gremio]

1. Tim. 6.

16. q. 1. ſi quis laicus.

QVAESTIO SECVNDA.

AD hæc, † *Decimationes iſtæ, & ſi iure vobis debentur,*

a ¶Recompenſare.] hoc eſt dicere, videte ne ita contriſtemini de illa amiſſione, quod propter hæc deteriora committatis, ſ. ſuſpendatis vos, ſicut fecit Iudas qui ita triſtabatur de effuſione vnguenti, de quo propoſuerat decimā partem furari, ſicut de alijs rebus conſueuerat: vnde vt recompenſaret illud damnum, vēdidit Dominum pro xxx ꝙ ſunt decima pars trecentorum. tanti enim potuiſſet vendi vnguentum. & ad ſimilitudinem Iudæ cauent ꝗ ſemper furantur decimam partem illorum quæ dantur dominis ſuis 1.

Iudas quare ſe ſuſpendit.

1 Ad idē quod leg. & no. 1. q. 1 Chriſtus. Arch.

b ¶Paſtinatores.] Paſtinare idem eſt quod colere. ſic ponitur ff. quod vi aut clam. l. ſemper. §. 1.

c ¶Recepta.] Id eſt, ſi deberetis recipere aliquid, deberetis tantum mercedem recipere, vnde non confiterentur, quòd aliquid recipere deberent. extra de teſti. ex tenore.

d ¶In ſinu.] Hæc verba habes extra de Iudæis. & ſi Iudæos.

e ¶Vobis.] Sic 25. q. 2. ſic decet. ſimile 12. q. 3. priuilegiū. & extra de ſimo. q 1, in fi.

f ¶Laicus.] Vt 16. q. 1 ſi quis laicus.

AD hæc. Decimationes.] Hæc q. diuidit in 12 par-

† Adde quod hæc dictio. ad hæc, aduerſatiue poni ſolet, & continuatiue ponit. idē in l. 1 §. ad hæc. C. de anna. except.

teſtatur. In tertia parte obijcit Gratianus, ꝙ etiam in teſtamento non videtur libera voluntas. Et hoc probat duabus auctoritatibus: vna Auguſtini dicentis, ꝙ pro numero filiorum debet fieri diſtributio facultatū. Et alia Leonis dicentis, ꝙ quilibet debet medietatem eorum quæ

c ¶Sed non videtur.] Nunc obijcit ſolutioni ſuæ.
d ¶Medietatem.] quandoque tertiam, ſecundum conſuetudines diuerſas, vt extra eo. titu. certificari.

aliud [a] eſt ex temeritatis ſuperbia uſum antiquorum parentum non ſequi: atq; aliud, rationabili occaſione nouam ſibi ſepulturam eligere. Contra Melchiadis Papæ auctoritatem nititur, qui ſuperbia, vel odio ductus, ſiue uanis perſuaſionibus, aut uarijs munuſculis illectus, ſepulturam parētum ſuorum ſequi contemnit [α]. Secundum Gregorium autem liberam habet voluntatem; qui certæ rationis cauſa nouum ſuo corpori quærit hoſpitium. ¶Vel vt quidam [b] diſtinguunt, libera eſt vltima voluntas cuiuſque, non in ſepultura ſibi eligenda, ſed in teſtamento conficiendo. Vnde & teſtamentum appellatur: quia eo quiſque libere teſtatur, quod poſt ſuum deceſſum de proprijs rebus fieri velit. ¶Sed non videtur [c] libera teſtatoris voluntas; cum ſecundum Auguſtinū pro numero filiorum debeat fieri teſtamentaria diſtributio facultatum: veluti, ſi quis habet unum filium; Chriſtum putet alterum: ſi vero duos; Chriſtum faciat tertium: & ſic per ordinem. Et ſecundum Leonem quiſque medietatem [d] eorum, quæ Chriſto teſtatur, eccleſia iubetur relinquere, apud quam fidei ſacramenta ſuſcepit. Sed illud Auguſtini non eſt iubentis, ſed dehortantis: ne quis iratus filium ſuum exheredaret, atque totum Chriſto relinqueret. Ait enim in ſermone 2. de uita clericorum.

inf. c. proximo.

ex. tit. de ſepul. c. relatum.

Siue ſerm. 52. ad fratres in heremo: omittuntur autem verba aliquot.

α ¶Sequi contemnit.] *In duobus exemplaribus Gratiani Vaticanis ſequitur,* Ait Leo epiſcopus, &c. *& ponitur integrum caput,* relatum *extra tit. de ſepult. quod etiam refertur ab Iuone par. 7. c. 150. & ab Anſelmo l. 5. c. 55. & in Polycarpo lib. 4. tit. 34. ex Leone nono. Verum in alijs duobus vetuſtis & valde emendatis hoc idem caput ponitur poſt verſi.* Sacramenta ſuſcepit *Et certe verba iſta,* & ſecundum Leonem, &c. *indicant alicubi hanc Leonis auctoritatem à Gratiano eſſe relatam.*

¶Pro numero filiorum pars hæreditatis Deo offeratur. C. VIII.

In conc. Aquiſgran. c. 122. Iuo p. 3 c. 178.

SI quis iraſcitur [e] filio ſuo, & moriens exheredat eum; ſi viueret, non eum placarem? non ei filiū reconciliare deberem? Quomodo ergo cum filio ſuo volo vt habeat pacem, cuius appeto [f] hereditatem? Sed plane ſic faciat: quod ſæpe hortatus ſum. Vnum filium habet; putet Chriſtum alterum: duos habet, putet Chriſtum tertium: decem habet, Chriſtum vndecimum faciat; & ſuſcipio.

Hac nimirum auctoritate menſura teſtatori præfigitur, non quam cogatur exoluere, ſed quam prohibetur [g] tranſcendere.

6 Oblationes ergo defunctorum qui reddere noluerit, excommunicetur. Vnde in Carthaginenſi concilio 4. c. 95.

SI quis.] CASVS. Quidam clerici parati erant totam hæreditatem recipere, cum pater filium ſuum exheredabat, quos reprehendit Auguſtinus, cum potius debeant patri filium reconciliare, quàm hereditatem appetere. Vnde docet, quòd ſi pater vult tantum relinquere Chriſto quantum vni filiorum, paratus eſt ſuſpicere. [Non eum.] Id eſt, non ne. & ponitur interrogatiue, & littera ſequēs ſimiliter ponitur interrogatiue.

e ¶Iraſcitur.] Hodie enim non poteſt quis exheredare filiū ſuū niſi habeat iuſtam cauſam exheredationis. & illa debet ſcribi in teſtamento, vt C. de li. præte. authen. non licet. tamen ex iracundia omnia ſua dare poteſt, eccleſiæ, dum tamen relinquat legitimam filijs, vt 17. quæſtio. 4. ſunt qui opes. Item ſi quis relinquit bona ſua eccleſiæ propter defectum filiorum, honeſtum eſt, ꝙ eccleſia reſtituat ei bona ſi cœperit habere filios, 17. q. 4. c. vlti.

Pater ſine cauſa filiū exheredare non poteſt

f ¶Appeto.] ſic 22. q. 2. non enim.

HAC NIMIRVM. CASVS. Ponit hic Grat. quandā ſolutionem falſam, dicēs, ꝙ Aug. non præcipit teſtatori vt tātum Chriſto relinqueret quantum vni filiorum, ſed prohibet ne plus Chriſto relinquat quàm vni filiorum, quod falſum eſt, cum pater filijs ſuis vltra tertiā, ſi ſunt quattuor vel pauciores; vel medietatem, ſi ſunt ſex, & vltra relinquere non teneatur, vt in auth. de trien. & ſe. circa prin. In fine oſtendit, quòd qui oblationes defunctorum reddere nolunt, ſunt excōmunicandi. Primum c. quod ſequitur, planum eſt,

1 Et cap. ſi qua. quæ ſignantur ☧ contrarijs: ſed intellige, prohibetur trāſcendere ex calore iracundiæ & ex odio, vel prohibeť. i. diſſuadetur, & conſuliť ei .i. conſilio Augu. ſuadetur, & cōſulitur ei, vt non trāſcēdat eā ſecūdum H. hec vltima expoſitio vř melior ꝗ prima, vt non contra dicat. quod dic vt ſupra c. proxi. in gl. 1. Ar.

rum, quæ teſtatur eccleſiæ ſuæ relinquere. Tandem dicit ꝙ Auguſtinus loquitur exhortatiue, vel de cōſilio. ne pater iratus filium exheredet. Secunda pars incipit ibi, [Vel vt quidam.] Tertia ibi, [Sed non vř libera.]
a ¶Sed aliud.] G. hic ponit duas ſolutiones.
b ¶Vel vt quidam.] Secunda ſolutio.

g ¶Prohibetur.] Falſum dicit, quia etiam totum dare poteſt eccleſiæ, vt 19. q. 3. perlatum 1. dum tamen legitimā relinquat filijs, vt C. de inoff. teſt. auth. nouiſſima. OBLATIONES. Hæc eſt 6. pars quæ. in qua probat magiſter, quòd ille qui detinet oblationes defunctorum, quas

trono, propter ſuſpicionem: ſed patronæ ſuæ poteſt honeſte ſeruire, vt ff. de ope. lib ſicut.

a ¶In morte.] Hoc eſt cõſilium, vt extra eo. tit. de vxore. Quærit H. pone, ꝙ mulier plures viros habuit: quẽ illorũ debeat ſequi in ſepultura ſibi eligenda ſecundũ Io non eſt quæſtio, quia poteſt eligere ſepulturam vbi voluerit. H. dicit 1, ꝙ tenetur vltimum ſequi: ſicut vltima eccleſia ſuccedit clerico. 18. q. 1. c. vno. ſicut vltimũ virum ſequitur in domicilio & honore. ff. ad muni. filij §. 1.

Vxor quæ plures uiros habuit, cum quo ſepelietur.

1 Iſtam opinionem ſequit Alex. de Imo. in l. cum quædam. col. 3. ff. de iur. om. iud.

SOROR. CASVS. Probat G in hoc c ꝙ omnes de eadem parentela & coniugati oẽs ſunt in eodem ſepulchro ponendi, & hoc probat exemplis & auctoritatibus.

b ¶Viſitationis.] Id eſt, cum Deus eos viſitaret, & educeret eos de terra Aegypti. id eſt Aegyptiaca ſeruitute: & hoc petijt, q̃a ignominioſum erat tunc, ꝙ aliquis non ſepeliretur in ſepulchro patrum ſuorũ, vt ſtatim ſequitur. vel quia in ſpiritu viderat, quia dominus reſurgere deberet ibi, & præuidebat multos reſurrecturos ibi cum illo, & ipſe forte erat vnus ex illis.

Ioſeph in ſepulchro maiorũ ſepultus fuit certa ratione.

c ¶Prophetæ.] Abdo ſcilicet. hanc hiſtoriam habes 1. q. 1. ſi quis inquit.

d ¶In nouo teſtamẽto.] Id eſt, tempore noui teſtamenti. non fuit iſte Philippus Apoſtolus, ſed unus de ſeptem diaconis.

HIS OMNIBVS. CASVS. Concludunt auctores ex ſupradictis x. auctoritatibus vel exemplis, quod iſti parochiani, qui superſunt, apud eccleſiam ſuam cum parẽtibus ſunt tumulandi, quia parentes apud illam ſepulti fuerunt.

ECONTRA. CASVS. Nunc reſpondẽt rei, quòd vxores vel filij non coguntur virorum ſuorum vel parentum ſepulturas ſequi: ſed ubicunque uoluerint, ſuo corpori ſepulturã poſſunt quærere pro locorum & temporum opportunitate. hoc probant tribus exemplis, una ratione, & una auctoritate. Et omnia plana ſunt uſque ad §. [quod de libero.]

e ¶Econtra.] Reſponſio defenſorum.
f ¶Arbee.] Id eſt, Ebron.
g ¶De Cethura.] Quæ etiam Agar dicitur.
h ¶Rachel.] Vxor Iacob.
i ¶Arbitrium.] Sic extra de offic. deleg. de cauſis.

vita, ſiue in morte [a]. *Item Gregorius.* ¶Soror beati Benedicti ſepulta eſt in ſepulchro quod ipſe ſibi præparauerat: vt quorum mens vna fuit ſemper in Domino, eorum quoque corpora ſepultura non ſepararet. K ¶Vlti- B. Greg. l. 2. dialect. c. 34.

¶*In pleriſque vetuſtis caput hoc coniunctum eſt ſuperiori, nec ipſa prorſus auctorum verba afferuntur.*

Item Ioſeph moriens in Aegypto rogauit fratres ſuos, vt tempore viſitationis [b] ſua oſſa ſua ſecum deferrent, & in ſepulchro patrum ſuorum ea collocarent. Gen. 50. *¶Item. Dictum eſt prophetæ [c], qui contra præceptum Domini comederat in Bethel: [Non inferetur cadauer tuum in ſepulchrum patrum tuorum.]* 3. Reg. 13. *¶Item. De nonnullis legitur in libro Regũ: [obijt, & appoſitus eſt ad patres ſuos.] hoc eſt in ſepulchro patrum ſuorum. Item. In nouo teſtamento [d] beatus Philippus legitur ædificaſſe ſibi ſepulchrum, in quo ipſe, & filiæ eius quieuerunt.* Rufinus hiſt. eccle. l. 3. c. 31. *¶Item. Beatus Seueres Rauennatum archiepiſcopus tumulum fieri iuſſit, in quo ſe, & vxorem, & filiam collocauit.* In uit. SS. to. 1. & in pomœrio eccleſiæ Rauennatis. *¶His omnibus exemplis colligitur, quòd in ſepulchris parentum corpora filiorum collocanda ſunt. Quia ergo parentes iſtorum apud priores eccleſias ſepulti ſunt; & hi apud eaſdem debent tumulari. ¶Econtra [e], Adam, vt aſſeritis, in ciuitate Arbee [f] tumulatus eſt.* Gen. 25. *Sed nunquid omnes filij eius ſepulti ſunt ibi? tãta multitudo humani generis tam breui tumulo nõ tam facile poſſet includi. ¶Item Abraham ibi ſepultus eſt. Sed nunquid Iſmael, & Madai, & alij quos de Cethura [g] genuit, ibi ſepulti ſunt?* Gen. 35. 49. & 50. *Item Iſaac ibi ſepultus eſt. Sed nunquid Eſau cum eo tumulatus eſt? ¶Item Iacob ibi collocatus eſt. Sed nunquid aliquis filiorum eius præter Ioſeph ibi ſepultus eſt? Rachel [h] quoq; non in Ebron, ſed iuxta Bethleem † tumulata legitur.* Gen. 35. † in vulgatis legebatur, Betnel. *Exẽplo igitur iſtorum liquet, quòd liberum eſt filijs ſepeliri in ſepulchris patrum ſuorum, & liberum eſt eis alibi pro locorum & temporum opportunitate corpori ſuo hoſpitium inuenire. Non ergo hoc exemplo iſti coguntur ſepeliri in ſepulchris patrum ſuorum. ¶Item, quæ legibus definita ſunt, mutari non licet. Quæ autem legibus expreſſa non ſunt, arbitrium [i] ſequuntur humanæ voluntatis. At legibus definitũ eſt, quibus decimæ ſint perſoluendæ; & ideo danti mutare non licet. Vbi autem quiſque tumulandus ſit, legibus expreſſum non eſt; & ideo in voluntate tumulandi conſiſtit.* 16. q. 1. admonere.

Vnde beatus Gregorius ait.

¶Vltima voluntas defuncti ſeruari debet. C. IIII.

VLtima [k] voluntas defuncti modis omnibus conſeruari debet.

K VLtima.] Vltima uoluntas defuncti pro lege ſeruanda eſt, ut in Authẽ. de nupt. §. diſponat. coll. 4 & ſi quis eam non ſeruat, hoc ipſum quod ei eſt relictũ, ab eo aufertur, ut 31. q. 1. Silueſter. & hoc intelligas

Defuncti volũtas an ſit ſemper ſeruanda.

cum

cum uoluntas eſt rationabilis. nam ſi moriens exhęredare uult filium ſine cauſa, hæc uoluntas non eſt ſeruanda, ut ī. ead. ſi quis. ſimiliter ſi quis præcipiat corpus ſuum iactari in mare, ut ff. de cōd. inſti. quidā. ſed ipſe moriens bene poteſt mutare uoluntatem ſuam, nā ambulatoria

non ſerui, ſeruus enim teſtamentum condere non poteſt. & ad hoc inducit ſeq. cap. & non facit iſte §. ad principale propoſitum Gratiani.

ſit alterius ff. de ſer. quoties ſecūdū Goff. qui ita no. extra de cōſtit. exitetis. Archid.

Illud etiam.] CASVS. Ampliatus ſeruus Romanæ eccleſiæ cōduxerat quædā prædia, de quibus tertiā partem uel quartam iuxta Siciliæ prouinciæ morem Papæ reddebat: qui cum ægrotaret, condidit teſtamentum. Præcepit ergo Gelaſius Honorio epiſcopo, ut omne peculiū & omnem ſubſtantiam eius, filijs eius fideli deſcriptione faciat tradi, ut per eos eccleſia reddatur indemnis. ſic poſuit Ben. hunc caſū H. uero ponit ſic. Ampliatus ille ſeruus erat eccleſię Romanæ, & cuiuſdam patrimonij eccleſiaſtici procurationem geſſerat cum quibuſdam filijs ſuis: ex qua adminiſtratione adhuc nō reddiderat ratiocinia. Teſtamētū tñ licet eſſet ſeruus, facere uolebat. Scribit ergo Gelaſius Honorio epō mādās ei, ut non permittat illum facere teſtamētū, & ſi cōtingerit eū mori, totum patrimonium eccleſiæ ſibi cōmiſſum faciat deſcribi, & intactum apud filios ſeruari donec ipſi pro tempore ratiocinia reddāt. & eccleſiam ſeruent indemnem. Sed certe ego Barth. Brix magis approbo caſum H.

Sententia huius capituli habetur lib. 3. epiſt. 9 in verbis, quæ referuntur inf. 4. 16 q. 1, admonere itemque lib. 9 epiſt 20. Neceſſe eſt, inquit, vt ſi impletum hoc fuerit, defuncti diſpoſitio conſeruetur. *Sic enim in manuſcriptis: licet in vulgatis ſit,* depoſitio conſeruetur.

4 *Quod de libero, & non de ſeruo intelligendum eſt: Seruus enim teſtamenti paginam condere non poteſt.*

Vnde Gelaſius Papa ſcribit Honorio epiſcopo.

Seruus teſtamentum facere non poteſt. C. V.

Iuo p. 16. c. 111.

Illud etiam ſinceritatem tuam volumus non latere; ad nos fuiſſe perlatum, quòd Ampliatus conductor [a] (quē non ſolum ſeruum conſtat eſſe eccleſiæ, ſed ita eius rationibus à multis temporibus implicatum, vt etiam ſi eſſet igenuus, donec ratiocinia cūcta deduceret, modis omnibus obnoxius haberetur) auſu temerario molitus fuerit condere paginam teſtamenti; cuius omne peculium eccleſiaſtico iuri legibus non dubitetur obſtrictum [b]. Quapropter his præſumptionibus vice noſtra, tua fraternitas contradicat [c]: nec fieri prorſus aliqua ſurreptione permittat. Ac ſi eidem quidquam humanitus forte contigerit, quia grandæuus eſſe memoratur; mox eius ſine dilatione ſubſtantiam præcipiat humanitas † tua filijs eius duntaxat, quibus patrimonium probatur eſſe commiſſum, ſub fideli deſcriptione contradi; donec vniuerſis tēporibus, quibus hoc patrimonium gubernaſſe cognoſcitur, partes Dominicas reddere cogantur indemnes.

† *al. vnanimitas*

5 *Quia ergo ſecundum Gregorium vltima voluntas defuncti conſeruanda eſt; pro iſtorum voluntate corpora eorum ſunt tumulanda, non pro arbitrio veſtræ diſpoſitionis.*

Item in Triburienſi concilio legitur.

In Triburienſi impreſſo cap 15. habetur eadem ſententia ſed non iiſdem omnino verbis expreſſa.

6

Bi quiſque decimas perſoluerit, ibi ſepulturam eligere debet. C. VI.

16. q. 1 ubicūq; Bu. c. l. 5. c. 237 Iuo p. 3. c. 278.

Vbicun-

a Conductor.] Improprie dr̄ ſeruus cōductor. Nā nec ſeruus aliquid debet, nec aliquid ei debetur: ſed potius per talia uerba reſpicitur factum, q̄ ius, ut ff. de pecu. nec ſeruus.

bulatoria eſt uoluntas defuncti, ut ff. de adimen. leg. l. 2. ſed pone, ꝙ quis iurauit, ꝙ non ueniret contra uolūtatem ſuam, nunquid poteſt uenire cōtra? Videtur ꝙ non 1. quia hoc iuramentum non uergit in interitum ſalutis æternæ, ergo eſt ſeruandum, ut extra de iureiu. ſi uero. Sed contra nemo poteſt ſibi indicere legem 2. vt non liceat ſibi recedere à priori uoluntate. ut ff. de leg. 3. ſi quis in prin. & libertatem ſupremi iudicij nemo poteſt coarctare, ut ff. pro ſoc. cum duobus. §. Papinianus, in fin. argu. contra extra de iureiu. cū contingat. Ioan. hoc plene notaui in quæſtionibus. B.

1 Quod & verū eſt hic ar. C. ſi aduerſus uen. auth. ſacramenta. extra de iureiur. cū contingat. ſm Io. de Fan. 2 Dicas, ꝙ nemo poteſt ſibi imponere legem, niſi inter

QVOD DE LIBERO. Hęc eſt quarta pars q. in qua probat contraria, ſcilicet ꝙ ſeruus non poteſt facere teſtamentum & hoc probat per c. ſeq. Ioan. de Fant.

CASVS. Dictum eſt ſ. ꝙ ultima uoluntas defuncti modis omnibus eſt ſeruanda. Nunc uero dicit Gratian. ꝙ hoc intelligendum eſt de uoluntate liberi hominis, &

b Obſtrictum.] Non intellige obſtrictum. id eſt, obligatum: quia cum peculium quod ſeruus habet, ſit domini, domino non poteſt res ſuas obligare, ut ff. de regul. iur. neque.

c Contradicat.] Non tanquam hæredibus, quia ſeruus non poteſt habere hæredem ut C. commu. de ſuc. ſeruus. ſed cōſuetudo eſt plurium locorum, quod filijs relinquatur peculium, quod pater habuit.

Seruus hæredē habere nō pōt.

QVIA ERGO. Hæc eſt 5. pars, in qua dicitur, ꝙ nullus ſine cauſa debet dimittere ſepulturam patrum, & hoc probat per tres aucto. Io. de Fant.

CASVS. Hic reuertitur G. ad principale propoſitū, & concludit ex illo c. Greg. 1. ultima uoluntas, ꝙ quilibet poteſt ſibi eligere ſepulturam pro arbitrio ſuo. & non pro arbitrio prioris eccleſiæ, & ad hoc probandū inducit ſeq. cap.

Vbicunque.] CASVS. Triburien. concilium ſtatuit

ꝙ ſi quis

12.partes. In prima quæritur vtrũ p̄ſcriptione tollãtur decimæ, & probat, ꝙ ſic per c.ſeq. Secunda ibi, [Nunc autem.] Tertia ibi, [Vna quæque.] Quarta ibi, [Quòd de libero.] Quinta ibi, [Quia ergo.] Sexta ibi, [Oblationes.] Septima ibi, [Item q̃ritur.] Octaua ibi, [Quibus peccata.] Nona ibi, [De obſeruatione.] Decima ibi, [Lugere.] Vndecima ibi, [De mortuis.] Duodecima ibi, [De his autem.] Io. de Fant. CASVS. Hic intitulatur ſecũda q. qua quęritur, an præſcriptione temporis ius percipiendi decimas, & ius funerandi tollatur: & reſpondet ꝙ ſic, quadragenaria præſcriptione, vt infra 16.q.4. volumus. olim tñ præſcriptio currebat tricennalis, vt infr. c.1. & cõtinet hæc quæſtio duos articulos. Primus eſt circa ius decimandi, vt in hoc §. Sc̃dus circa ius funerãdi, vt inf. e. §. quo modo. Reſpondent ergo rei in hoc primo articulo, quòd licet iure territorij priori eccleſiæ decimæ ſint perſoluendæ, tamen à ſua actione excluditur prior eccleſia tricẽnaria, vel quadragenaria p̄ſcriptione. & ad hoc inducit ſeq. ca. [Ad hæc,] .i. contra hæc, vel præter hæc.

præſcribi, vt contra epiſcopum, vt extra de præſcrip. de quarta. Itẽ vna eccleſia poteſt præſcribere decimas intra parochiã alterius eccleſiæ, vt extra de p̄ſcrip. ad aures. ſimiliter ius funerandi præſcribitur ſecundũ leges vt C. de reli. monumentorum. ſimiliter alia ſacramẽta ec- — not. 10. q. 3. quia, i gl. 2.

vt aſſeritis [a]; tamen tricennalis [b] obiectio vobis ſilentium imponit. Omnis enim poſſeſſio tricennaria præſcriptione tollitur, vel quadragenaria (ſicut poſſeſſiones religioſorum domorum) uel centenaria, ſicut prædia ſanctæ Romanæ eccleſiæ.

Vnde Gelaſius Papa ait epiſcopis Siciliæ, epiſt. 2. c. 1.

¶ Quæ triginta annis ab epiſcopis poſſidentur, iure ab eis vendicantur. C. I.

FAcultates [c] eccleſiæ, necnon & diœceſes, ſi quæ ab aliquibus poſſidentur epiſcopis, iure ſibi vendicẽt, quod [d] tricennalis lex concluſit: quia & filiorum noſtrorum principium ita emanauit auctoritas, vt vltra xxx. [e] annos nulli licet pro eo appellare [f], quod legum tempus excluſit. — 16. q. 3. c. 2. §. illud etiam. Anſ. l. 5. c. 19. Burc. l. 3. c. 149. Pann. l. 2. c. 65.

At illi econtra. Cuius auctoritate nobis ſilentium imponitis, eiuſdem auctoritate ueſtra ora claudimus. Ait enim idem Gelaſius: [Nulla [g] præſumptione ſtatum parochia- — 16. q. 3. licet in regulis.

a ¶Vt aſſeritis.] hic de vna exceptione tranſitur ad aliam. ſi quis. n. ſuccubuerit in vna exceptione, tranſire ad aliam poteſt, & etiam ad contrariam trãſire poteſt, vt extra de præſcri. auditis. ff. de excep. nemo. ſimiliter de vna actione poteſt tranſire ad contrariam, qui in vna ſuccubuit, vt extra de iudi. examinata. & C. de inof. teſt. contra maiores. & ff. de euict. minor. Sed quid ſi iurauit, ꝙ omnes exceptiones proponeret intra certum terminum? non videtur, ꝙ poſſit vnam poſt aliam proponere, vt extra de excep. paſtoralis. Nam etiam qui vnam exceptionem propoſuit, ſi poſtmodum cũ in illa ſuccubuit, vult aliam proponere, debet hoc facere intra terminum præfixum, vt inſti. de excu. tu. §. qui aũt. Ad hoc dico, ꝙ ſi alicui competerent plures exceptiones, quæ non ſunt contrariæ: in eo caſu ſi intra præfixũ terminum non proponit omnes exceptiones; ſi in vna ſuccubuit, non auditur in altera: & ſic intelligĩ inſti. de excu. tut. §. qui aũt. & extra de exce. paſtoralis. ſi aũt ſunt contrariæ, vt ſi primo dixit ſe exemptum, tũc licet ſuccubuerit, nihilominus poſt tp̃s pręfixum poteſt aliã proponere, vt C. de inoffi. teſt. l. contra maiores. Sed in actionibus ita eſt dicendum, ꝙ ſi alicui competebant plures actiones, & poterat eligere qua vellet agere, eligendo unam, ſi in illa ſuccubuerit, non poterit tranſire ad aliam 1, vt ff. de tribu. ꝙ in hæredem. §. eligere. Item qui negat ſe aliquid debere, ſi vincatur, poteſt adhuc alia exceptione vti, niſi in caſibus à iure expreſſis, vt ff. de reg. iu. nemo ex his. Nam ſi quis neget numeratam pecuniam ſibi, ſi poſtmodum conuictus eſt, & velit dicere ſe ſoluiſſe, non audietur, vt C. de non nu. pe. in auth. contra qui. & ita non eſt inconueniens, ſi de una exceptione tranſit ad contrariã. ſic 24. q. 1. quiſquis. extra de teſtib. ex tenore. ſic extra de excep. cum venerabilis.

Actiones plures habẽs an vna electa perdat alias.

1 Adde an hoc ſit indiſtincte verũ per Cyn. in l. edita. & ibi etiam Bald. C. de eden.

Decimæ an poſſint præſcribi.

2 De hoc ẽt

b ¶Tricennalis.] hic tacite annectit ſecundam quæſt. ſ. an ius decimarum, vel etiam ius funerandi poſſit præſcribi. Et eſt expeditum. ꝙ ius, id eſt, libertas non dandi 2 decimas à clerico nomine eccleſiæ ſuæ poteſt

eccleſiaſtica præſcribuntur, vt extra de reli. do. cõſtitutus. Si quæras qualiter præſcribuntur decimæ, cum nõ continue dentur, & ſeruitutes præſcribi non poſſunt, cum non continuo poſſideãtur, vt ff. de ſer. ſeruitutes? Reſp. licet perceptio decimarum non ſit continua: tñ ius percipiendi eſt continuum. Vel aliter, licet perceptio non ſit continua, tñ cauſa percipiendi (.ſ. præceptũ Domini, quod perpetuum & continuum eſt) perpetua eſt. & naturalis. & hoc ſufficit ad præſcriptionem quòd cauſa ſit perpetua & naturalis, vt ff. de ſer. vrba. præd. foramen. ibi enim dicitur, ſi cauſam à cælo habet, continuum dicitur.

FAcultates.] CASVS. Quidam epiſcopi poſſeſſiones aliarum eccleſiarum, ſimiliter & diœceſes aliorũ epiſcoporum xxx. annis poſſederunt. Quæſitum fuit à Gelaſio, vtrum ſint tuti, vel ſecuri tanti temporis præſcriptione. Et reſpond. quod ſic, quia principum ita emanauit auctoritas, vt poſt xxx. annos nulli ſuper his liceat iudicem interpellare. [Concluſit,] Id eſt, acquiſiuit. [Excluſit,] Illas poſſeſſiones ab epiſcopis quorum erant.

c ¶Facultates.] Sic conſtrue, facultates eccleſiæ quæ ab aliquibus epiſcopis poſſidentur, ſupple ipſi epiſcopi iure ſibi vendicent, id eſt, defendant.

d ¶Quod.] Id eſt, quia tricennalis lex concluſit, id eſt, acquiſiuit illas poſſeſſiones eis. Vel pone caſum, quòd ille epiſcopus, qui præſcripſerat res alterius, cecidit à poſſeſſione illarum rerum; tunc enim licite poſſet eas vendicare à poſſeſſore, vt 16. quæſtio. 3. §. poteſt.

e ¶Xxx.] Cum eccleſia præſcribit contra priuatum 3. ſed ſi eccleſia præſcribit contra eccleſiam, & priuatus contra eccleſiam, requiruntur xl. anni, vt 16. quæſt. 3. §. poteſt in fin.

3 Argũ. ad hoc extra de pſcr. illud. vbi de hoc. Arch.

f ¶Appellare.] Id eſt, interpellare.

AT ILLI. CASVS. Per c. ſupr. dictum videbatur imponi ſilentium actoribus: & ideo actores eccleſiæ nituntur claudere os rei, eiuſdem Gelaſij auctoritate, quę eſt 16. q. 3. licet in regulis. vbi dicitur, ꝙ ſtatus parochiarum temporali præſcriptione diuelli nõ poteſt: & ideo decimationes priori eccleſiæ aſſignatas nullus ſibi debet vſurpare.

g ¶Nulla.] Infra 16. q. 3. licet in regulis.

a ¶Vendica-

a ¶Vindicabili.] Id eſt, iniuſta Io. de Fan.

QVOMODO. CASVS. Non ſoluit hic G. contrarietatem duorum præmiſſorum cap. Gelaſij: ſed ſeruat reſolutionẽ ꝟ. 16. q. 5. Poſtea aũt annectit ſecundũ articulum huius quæſt. ſcilicet, vtrum ius funerandi piæ-

in ſepulchris parentum ſuorum, vt ꝟ. ead. placuit. Ego credo, ꝗ libere poteſt quis eligere ſepulturam ubicunque voluerit 1, vt extra eo. tit. cum liberum ſit. dum tamen legitimam portionem relinquat priori eccleſiæ, ut eo. tit. nos inſtituta. etiã apud locum minus religioſum, vt extra eo. in noſtra & omnia contraria intelligas, quando eſt ſilectus, vel qñ ex contemptu vel temeritate deſerit ſuam eccleſiam, uel qñ legitimam portionem non vult relinquere eccleſiæ priori: parentes tamen non poſſunt filijs intra annos diſcretionis eligere ſepulturam, niſi hoc habeat conſuetudo, ut extra de ſepul. de uxore. & extra eo. tit. in noſtra. in fi. ſi quis autem in caſu non conceſſo receperit corpus alienum, etiam ſepultum reddere cogentur, cum omnibus quæ occaſione ipſius receperat, ut extra eo fraternitatem. in fi. & extra eo. c. 1 & 2.

Sepultuꝛæ electio unicuique libera eſt.

1 Dũmodo hoc non faciat ex odio, uel temeritate. ꝟ. ea. placuit. ſm Lau. & H.

rum, &c.] Si ergo temporalis obiectio diœceſim ſemel conſtitutam diuellere non poteſt; patet quòd nec vobis patrocinabitur, vt ſtatum parochiæ noſtræ mutantes, decimationes nobis quondam legitime aſſignatas, vindicabili [a] *vſurpatione vobis vendicetis. ¶Quomodo autem diſtinguendæ ſint hæ auctoritates; in cauſa monachorum inuenietur.*

16. q. 4.

2 *Nunc autem* [b] *quæritur de iure funerandi; quæ harũ eccleſiarum habeat ius tumulandi iſtos. Sicut Hieronymus ſcribit, coniugati in vno ſepulchro videntur eſſe ponendi.*

Ait enim.

In q. hebraicis in Geneſim, & de locis hebraicis.

¶In ſepulchro parentum ſuorum filij ſunt collocandi. C. II.

Poly. l. 8. tit. 5. Burc. l. 3. c. 160. Iuo p. 3. c. 223.

EBron dicitur eſſe ciuitas quattuor [α] virorũ; quia in ea ſepulti ſunt tres patriarchæ in ſpelunca duplici [c] cum tribus vxoribus ſuis, id eſt, Abraham & Sara Iſaac & Rebecca, Iacob & Lia, præter [d] ipſum Adam & Euam vxorem ſuam. Tobia dicit ad filium ſuum. [Cum acceperit Deus animam meam; corpus meum ſepelies, & honorem habebis matri tuæ omnibus diebus vitæ eius: & cum ipſa compleuerit tempus ſuum; ſepelias eam iuxta me in vno ſepulchro. *Ibidem.* ¶Quos coniunxit [e] vnum coniugium; coniungat vnum ſepulchrum: quia vna caro ſunt; & quos Deus coniunxit, homo non ſeparet.

Tob. 4 & 14.

Burc. l. 3. c. 161. Iuo p. 3. c. 224. *Matt. 19.*

α ¶Quattuor] *Sic emendatum eſt cum antea legeretur,* trium. *Sic enim legitur apud B. Hieronymum in quæſtionibus hebraicis in Geneſim, de locis hebraicis & in epitaphio Paulæ. Ac dictio hebraica ſignificat quattuor, & quattuor Patriarchæ hic numerantur, qui ibi ſepulti ſunt: Abraham, Iſaac, Iacob, & Adam cum vxoribus ſuis.*

EBron.] CASVS. Dicit in hoc cap. Hie. vxores eſſe ſepeliendas in ſepulchris virorum ſuorum: & hoc probat exemplo quinque uirorum ſcilicet, Abrahæ, Iſaac, & Iacob, Adæ, & Tobiæ. Seq. duo c. patent per ſe.

c ¶In ſpelunca duplici.] Id eſt, quia duo receptacula habuit: in uno recipiebantur maſculi, in alio feminæ.

d ¶Præter.] Hæc dictio, præter, hic ponitur incluſiue 2 ſic 35. q. 3. ff. de pigno. act. l. 1. in fin.

2 Sed excluſiue ponitũ 16. q. 1. adijcimur. Ar.

Aliquid ſimile 9. confeſſ. c. 11. ex ſentẽtia aliqñ matris ſuæ.

Item Auguſtinus.

Poly. ibid. Bur. l. 3. c. 162. & 163. Iuo p. 3. c. 225. & 226.

C III.

VNnaquæque mulier ſequatur [f] virum ſuum, ſiue in

præſcriptione tollatur. & certum eſt, ꝗ ſic, cum quadragenaria præſcriptione omne ius & omnis actio tollatur. procedit G. ſic in hoc articulo. Primo inducit actores allegantes. Secundo reos reſpondentes. Probãt ergo actores, ꝗ ius funerandi ad ſuam eccleſiam debet pertinere: quia uxores & filij in ſepulchro uirorũ & parentum ſunt collocandi: quod probat ix. auctoritatibus & exemplis.

NVNC AVTEM. Hæc eſt 2. pars q. in qua probat per c. Hierony (ſuperficialiter tamen) ꝗ omnes conſanguinei debent ſimul ſepeliri. Ioan. de Fan.

b ¶Nunc autem.] Hic explicatur alter articulus primæ quæſtionis, ſcilicet, ubi iſti ſint ſepeliendi. De hac materia loquuntur uarie iura. H. dicit ꝗ quilibet poteſt ſepeliri in ſua eccleſia, ubi audiuit diuinum officium, ut extra de ſepul. in noſtra. niſi in tribus caſibus, ſi uelit tranſire ad epiſcopalem eccleſiam, ut ꝟ. ea. vbicunque. uel ſi elegit ſepulturam in loco magis religioſo, ut extra de ſepul. fraternitatem. uel ſi uelit ſepeliri

e ¶Quos coniunxit.] Largius hic interpretatur Hieronymus auctoritatem Domini, quàm in Euãgelio Matthæi intelligatur. & eſt ſi. 28. q. 1. idololatria.

VNaquęque.] Hæc eſt 3 pars q in qua probat, ꝗ omnes non poſſunt ſimul ſepeliri Io. de Fan.

f ¶Sequatur.] Nunquid ergo tenetur ſequi uirum uagantem? Videtur quod non, ut 34. q. 2. ſi quis. ſic nec libertus tenetur ſequi patronum uagantem, ut ff. de ope. lib. quod niſi. ar. ff. de procu. ſed & hæ. § non ſolũ. ff. de an. leg. l. Mæuia §. 1. Sed contra. quia etiam tenetur ſequi leproſum extra de cõiug. lepro. c. 2. & 3. Credo, ꝗ ſi ſciret eum eſſe hiſtrionẽ, tenetur eum ſequi, aliàs non. H. tamẽ dicit, ꝗ ſemper debet ipſum ſequi, & dicit, ꝗ illud c. ſi quis. eſt abrogatum: ſimiliter dicit, ꝗ debet ipſum ſequi etiam ſi mittatur in carcerẽ, uel ſi cogatur ire in exercitum. Sed eadẽ ratione debet ipſum ſequi quoties dominus petit à viro, q eſt ſeruus, vt ſeruiat ſibi. lex tamen dicit, ꝗ poſtquam libera nupſit uoluntate patroni, ꝗ amodo non debet ſeruire pa-

Vxor ante neatur ſequi uirum uagantem.

dos centum ab ea exigebat. Greg. vero reſcribens ei dicit, ꝙ hoc uitium de eccleſia ſua remoueret: unde præcipit ſibi ne de cętero hanc cupiditatē exerceat. & hoc probat exemplo Ephron, qui ab Abraham pro ſepultura Saræ pretium recipere noluit. vnde ſi paganus ille pro

tur in ſeq. c. & iſte Ephron fuit filius Seor. [Renuit.] .ſ. Ephron, & licet ſ. diceret de filijs Seor in plurali, dicit tū poſtea in ſingulari de Ephron, ꝙ ipſe renuit.

a ¶Seor.] Seor fuit pater Ephron, & ab eo nominati ſunt deſcendentes ab eo propter famam ipſius.

† al. non erubeſcat

tas ueſtra uelit † exigere. *& infra.* ¶Hoc autem uitium & nos, poſtquam, Deo auctore, ad epiſcopatus honorem acceſſimus, de eccleſia noſtra omnino uetuimus; & prauam denuo conſuetudinem nequaquam uſurpari permiſimus: memores, quia dum Abraham à filijs Ephron β, hoc eſt à filijs Seor [a], ſepulchri terram pretio ad humandum corpus coniugis poſtularet, præmium accipere renuit [b]; ne commodum uideretur de cadauere conſecutus. Si ergo tātæ conſiderationis paganus uir fuit; quanto magis nos, q̄ ſacerdotes dicimur, hoc facere non debemus? Vnde ne hoc auaritiæ uitium uel in alienis denuo tentari præſumatur, admoneo: Sed ſi quando aliquem in eccleſia ueſtra ſepeliri cōceditis; ſi quidem parentes ipſis proximi, uel hæredes pro luminaribus ſpontè quid offerre uoluerint; accipi nō vetamus. Peti uero aliquid, aut exigi omnino prohibemus: ne (quod valde irreligioſum eſt) aut venalis fortaſſe (quod abſit) dicatur eccleſia, aut uos de humanis uideamini mortibus gratulari; ſi ex eorum cadaueribus ſtudeatis quærere quolibet modo compendium γ.

Gen. 23. Act. 7.

α ¶Centum] *Dictio iſta abeſt à nonnullis exemplaribus Gratiani, & epiſtolarum B. Gregorij. Sed quia in alijs earundem codicibus etiam manuſcriptis legitur, non eſt inducta.*

β ¶Ephron.] *Locus hic varie legitur. In epiſtolis B. Gregorij magis recepta lectio hac eſt*, à filijs Emor: hoc eſt Ephron filio Seor. *& Gen. 23. habetur*, intercedite pro me apud Ephron filium Seor.

γ ¶Compendium] *Poſt hoc caput in duobus antiquis exemplaribus recitantur duo Vrbani ſecundi, quæ placuit hic afferri, ne planè interirent, quòd alibi non facile inueniuntur. & vnum eorum citatur extra de ſepul. c. certificari.*

Vrbanus II Gothfredo Magalonenſi epiſcopo.

¶Mortuorum, qui in monaſterijs ſepeliri deſiderāt, aut omnino iuxta prædeceſſoris noſtri Leonis decretū, partē eleemoſynarum mediam, aut iuxta diſpenſationem noſtrā in Lateranenſi concilio promulgatam, partem tertiam parochialibus eccleſijs ſtatuimus derelinquendam. Idem eidem.

¶Capellanos quoque monachorum, ſicut reliquos parochię tuæ clericos, debitam tibi obediētiam perſoluere volumus.

Item Hieronymus in quæſt. Hebr. ad c. 23. Gen.

¶Etiam coacti de ſepultura pretium non debemus accipere. C. XIII.

Pann. l. 3. c. 26.

POſtquam pretiò uictus eſt Ephron, vt ſepulchrum venderet argento, licet cogente [c] Abraham: vau littera, quæ apud illos pro o [d] legitur, ablata de eius nomine

b ¶Renuit.] Primo enim commendatur in hoc cap. poſtea tamen conuictus precibus ſumpſit quadringentos ſiclos argenti, & inde uituperatur in ſeq. cap.

POſtquam.] CASVS. Hieronymus docet in hoc c. quòd nullus debet uendere ſepulturam. Et hoc probatur exemplo Ephron, qui licet cogēte Abraham acceperit aliquid pro ſepultura, poſtea uocatus eſt Ephran, id eſt, imperfectus, cum primo uocaretur Ephron, id eſt, perfectus; & hoc in prima parte. In ſecunda parte dicitur, ꝙ de iuſtis fiunt iniuſti, qui pro ſepultura ab inuitis aliquid extorquent, cum etiam Ephron de iuſto ſit factus iniuſtus, & tamen inuitus accepit. Secunda pars incipit ibi, [Fiāt igitur.] [Memoriam.] Id eſt, ſepulturam.

c ¶Cogente.] Per preces populi, & licet cōtractus factus ad clamorem populi teneat non tamen electio, vt extra de elect. Oſius. & 61. diſt. miramur. in prin. & 8. quæſtio. 1. ſi ergo.

d ¶Pro o.] O, eſt ultima littera Græcorū: & a, prima. & deſignat o, conſummationem & perfectionē. a, initium & imperfectionem. & Hebręi ponunt vau, pro o, in iſta dictione Ephron, quæ ablata eſt, &c. & videtur hic Hierony. velle, quòd Ephron peccauit: ſed nunquid Abraham peccauit, qui coegit ipſum uēdere locum talem, maximè quia locus ille iam deputatus erat ſepulturæ, erant enim ibi ſepulti

ille pro ſepultura nil accipere voluit, multo fortius ſacerdotes nil accipere debent. Spontè tamen oblata reſpui non debent. Iſte Ephron primo accipere noluit. vnde de hoc commendatur: ſed poſtea uictus precibus pretium pro ſepultura accepit. & de hoc reprehendi-

Adam & Eua. dicit tamen P. manducator, quod neuter peccauit: Sed quare reprehenditur hic à Hiero. Reſpon. non propter ſuum factum, ſed propter futuros, uolens oſtendere, quòd illi peccarent, qui tali modo uenderent.

a ¶Ephron.]

eſt, & pro Ephron [a] appellatus eſt Ephran [b]: ſignificãte ſcriptura non eum fuiſſe conſummatæ, perfectæque virtutis, qui potuerit memorias vendere mortuorum. ¶Sciant igitur, qui ſepulchra venditant nec coguntur, vt accipiant, pretium, ſed à nolentibus quoque extorquent, immutari nomen ſuum, & perire quid de merito eorum: cũ etiam ille reprehendatur occultè, qui inuitus acceperit.

Item ex concilio Triburienſi, c. 16.

¶De eodem. C. XIIII.

IN eccleſiaſtico [c] namque libro ſcriptum eſt: [Mortuo non prohibeas gratiam, ſciens, quoniam omnes moriemur.] & item: [omnia, quæ de terra ſunt, in terram conuertuntur.] Quid terra terram vendis? memento, quoniã terra es, & in terram ibis [α], & quoniam mors tibi futura eſt: appropiat, & non tardat. Recordare, quoniam non hominis eſt terra: ſed, ut pſalmiſta commemorat: [Domini eſt terra, & qui habitant in ea.] ſi terram [d] vendis, inuaſione alienæ † rei, reus teneberis. Gratis accepiſti à Deo: gratis da pro eo. Quare interdictũ ſit omnibus omnino Chriſtianis, terram mortuis vendere, & debitam ſepulturam denegare: niſi fortè proximi, & amici defuncti propter nomen †, & redemptionem animæ viri gratis aliquid dare velint.

Iuo p. 3. c. 250. *Eccl. 7.* *Eccl. 40.* *Gen. 3.* *Pſal. 23.* † *al. Dominicæ* † *al. nomen Domini*

α ¶Ibis.] *In codicibus uulgatis erat,* reuerteris: *& ſequebantur hæc,* & alibi de homine dictum eſt, terram teris, terram geris, & in terram conuerteris, qui de terra ſumeris: *quæ ſunt expuncta: quia abſunt à pleriſque vetuſtis, & ab originali.*

Item ex concilio Varenſi.

¶De eodem. C. XV.

PRæcipiendum eſt ſecundum canonum auctoritatem, vt de ſepulchris, & hominibus ſepeliendis nihil muneris exigant: niſi fortè qui ſepelitur, viuens iuſſerit eccleſiæ, in cuius atrio ſepelitur, aliquid de ſuis rebus tribuere aut etiam poſt mortem ipſius, illi, quibus commiſſum eſt eius eleemoſynam facere de rebus illius aliquid ſponte dare uoluerint: & tamen nullatenus à presbyteris eccleſiæ † illius aliquid exigatur; ſiue ab illis, qui locis, & villis † præſunt. ¶Prohibendum eſt etiam ſecundum maiorũ inſtituta, ut in eccleſia nullatenus ſepeliãtur; ſed in atrio, aut in porticu, aut in † exhedris [e] eccleſiæ. Intra eccleſiã uero, aut prope altare, ubi corpus & ſanguis Domini conficitur, nullatenus ſepeliantur [f].

Burc. l. 3. c. 159. Iuo p. 3. c. 222. † *al. illis aliquid* † *al. uicis* † *al. extra eccleſiam*

a ¶Ephron.] Id eſt, perfectus.
b ¶Ephran.] Id eſt, imperfectus.

IN eccleſiaſtico.] CASVS. Quæſitum fuit in concilio Triburien. vtrum terra cœmeteriata vendi poſſit pro ſepultura? & reſpondetur, quod non: & hoc probatur duabus auctoritatibus, vna Salomonis, & alia Dauid: & vna ratione: ſponte tamen oblata recipi poſſunt. Ratio incipit ibi, [Si terram vendis.] Quare interdictum ſit,] id eſt, interdicatur, vel quare, id eſt, ergo.

c ¶In Eccleſiaſtico.] Id eſt in eccleſiaſte 1. & ille liber eſt Salomonis, & incipit: Vanitas. Eſt alter qui dicitur eccleſiaſticus qui incipit: Omnis ſapientia à Domino. & ille liber eſt Ieſu filij Syrach.

1 Immo in eccleſiaſtico.

d ¶Si terram.] Sacram uel religioſam, & dico, quod terra ſit ſacra uel religioſa auctoritate põtificis, nõ ex eo, quod mortuus infertur ad locũ, ut ex. de reli. domi. ad hoc. Sed ſecundum legẽ ſecus ẽ: nam ſi trãsfertur corpus ad aliũ locũ, deſinit locus eſſe religioſus, uel etiam ſi capitur ab hoſtibus, ut ff. de reli. cum in diuerſis, & l. cum loca. Et not. quod quidquid eſt ſacrum, eſt religioſum: ſed non conuertitur ubi enim mortuus infertur, ſit religioſus 2. ſed non ſacer, ut ff. de re. di. in tantum. §. ſacræ. Item dicitur locus religioſus ubi corpus eo propoſito ponitur, ut ibi perpetuo remaneat: alias remaneret profanus, ut ff. de relig. ſi quis eo animo. & remoueri põt quãcunque placuerit vt C. eo. tit. l. nec dũ. Et licet partes hominis in diuerſis ſepulchris ſepeliantur, non ideo oĩa loca ſiũt religioſa: ſed tantum ubi caput eſt ſepultum, ut ff. eodem, cum in diuerſis. Item nec totus locus deputatus ſepulturæ ſit religioſus, ſed ille in quo corpus eſt humanum, vt ff. eo. l. 2. § ſepulchrum.

2 Hoc non eſt uerũ, ſi mortuus eſſet excõicatus. & ita ſẽtit Goff. extr. de ſepul. ſacris. & ibi de hoc per Ber.

PRæcipiendũ.] CASVS. Hoc c. diuiditur in duas partes. In prima parte dicitur, quod pro ſepultura, i. pro hominibus ſepeliendis clerici nihil exigent niſi in duobus caſibus: ſcilicet ſi defunctus iuſſit aliquid eccleſiæ dari, & niſi uiuente ſpontè aliquid obtulerit. In ſecunda parte dicitur, quod intra eccleſiã nullus eſt ſepeliẽdus, ſed in cœmiterio, uel etiam in arcubus muri eccleſiæ. Secunda pars incipit ibi, [Prohibendum eſt.]

e ¶In exhedris.] Exhedræ dicuntur quædam voltæ, quæ exterius adhærent parietibus eccleſiæ 3.

3 Exhedræ hodie dicũtur loca, quæ ſunt periſtylijs canonicorũ aut monachorum. i. clauſtris vulgo capitula dõt Vid. Budæũ in adno. priorib. ad l. ſi vero. ff. de ijs qui deiecerunt.

f ¶Sepeliantur.] Si ſint modicæ perſonæ, ut infra eo. nullus. & ideo prohibetur fieri ſepultura in eccleſia, quia locus ille ſpecialiter Deo dedicatus eſt: cui mors ultra non dominabitur.

Qui-

QVibus peccata.] Hæc eſt 8. pars q. in qua dicitur, ꝙ nullus debeat ſepeliri in eccleſia niſi ſit ſanctus niſi in atrio vel in exhedris: & ponit etiã, ꝙ ꝓficiant mortuis cœmiteria, & qualiter, & ubi animæ ſunt defunctorũ. & hoc probat per viij. aucto. Io. de Fã. Caſus damnãtur: quia loca ſacra eos non liberant, ſed temeritas accuſat eos.

a ¶A ſacris locis.] Id eſt, ab orationibus, quæ in eis fiunt; vel ad litteram intelligas, quia locus non ſanctificat hominem. ut 40 diſt. non loca.

¶Extat caput hoc in concilio Nannetenſi c 6 ex quo citatur à Burchardo, & Iuone: ſed quia potuit eſſe repetitum in aliquo Varenſi, ſeu Vaſenſi, non eſt mutatum. In epitome quidem conciliorum eſt in Vaſenſi, c 3.

Item Auguſtinus.

¶A ſacris locis non iuuantur poſt mortem, quibus peccata non ſunt dimiſſa. C. XVI.

Poly. l. 8. tit. 5. Burc. l. 3. c. 152. Iuo p. 3. c. 214.

8 QVibus peccata dimiſſa non ſunt, à ſacris locis [a] poſt mortem adiuuari nõ poſſunt: quia quos peccata grauiora deprimunt, ſi in ſacris locis ſe ſepeliri faciunt; reſtat, ut de ſua præſumptione iudicentur: quia eos ſacra loca non liberant, ſed culpa temeritatis accuſat.

In cõc. Tribur. c. 17.

¶Caput hoc à Burchardo etiam & Iuone citatur ex Auguſtino, & nonnihil ad hanc rem faciens habetur in libro de cura agenda pro mortuis, c. 1. ſed videtur confectum ex duobus locis lib. 4. dialog. B. Gregorij, vno quidem in c. 51. altero autem in c. 53. quod refertur in cõc. Tribur. c. 17. Nam capite quidem 51. cum narraſſet quandam ſanctimonialem, quæ in eccleſia ſepulta fuerat, uiſam fuiſſe ibi cremari ex eo colligit, Qua ex re aperte datur intelligi; quia hi, quibus peccata dimiſſa non fuerint, ad euitãdum iudicium ſacris locis poſt mortem non ualeant adiuuari *In c autem 53. cum memoraſſet corpus cuiuſdã Valentini è ſepulchro per dæmones fuiſſe extractum, & extra eccleſiam proiectum, hæc ſubiungit.* Ex quo Petre collige; quia his, quos peccata grauia deprimunt, ſi in ſacro loco ſepeliri ſe faciant; reſtat, vt etiã de ſua præſumptione iudicentur: quatenus eos ſacra loca non liberent: ſed etiam culpa temeritatis accuſet.

Nic. ad cõſulta Bulgarorum, c. 99.

Item Gregorius lib. 4. dial. c. 50.

¶Quibus proſit in eccleſia ſepeliri. C. XVII.

† Quos] orig.

Poly. ibidem. Burc. l. 3. c. 153. Iuo p. 3. c. 216.

CVm † grauia peccata non deprimunt, hoc prodeſt mortuis, ſi in eccleſia ſepeliantur [b], quòd eorum proximi quoties ad eadem ſacra loca ueniunt, ſuorum, quorum ſepulchra aſpiciunt, recordantur, & pro eis Domino preces fundunt. Nam quos peccata grauia deprimunt; nõ ad abſolutionem potius, quàm ad maiorem damnationis cumulum, eorum corpora in eccleſijs ponuntur.

Item ex concilio Moguntiaco 1. c. 52.

¶Qui ſepeliantur in eccleſia. C. XVIII.

Burc. l. 3. c. 233. Iuo p. 3. c. 274.

NVllus mortuus intra eccleſiam ſepeliatur, niſi epiſcopi, aut abbates, aut digni presbyteri, uel fideles [c] laici.

Quòd vero mortuis proſit iuxta eccleſiam ſepeliri, quidne ad eos perueniat, Auguſtinus in libro de agenda cura pro mortuis, c. vlt. oſtendit dicens.

CVm grauia peccata.] ¶CASVS. Quæſitum fuit a Grego. utrum proſit mortuis in cœmiterio ſepeliri. Et reſpondet ꝙ ſic, ſi cum mortali delicto nõ deceſſerunt: quia proximi eorum ſepulturas aſpicientes pro eis orant ad Dominum. ſi uero cũ mortali deceſſerint, potius obeſt, quàm ꝓdeſt. Sequens cap. cũ §. patet.

b ¶Sepeliantur.] Ecce ratio una, quare homines potius ſunt ſepeliendi apud eccleſias quàm alibi. Secũda ratio, quia ſpecialiter commendantur patrocinijs ſanctorũ illorum, in quorum nomine dedicata eſt eccleſia illa, ut ĩ. ead. non æſtimemus. In fin. Tertia ratio eſt, quia minus ibi uexantur à ſpiritibus immundis. unde in cœmiterijs dicitur eſſe requies defunctorum ut 11. q. 2. aurum. lex tñ alia conſideratione præcipit ne corpora in ciuitate ſepelirent, ne ciuitas corrumperetur fœtore, ut C. de reli. & ſum. fun. l. mortuorum & hic argu. ꝙ ibi potius ſepeliendi ſunt homines vbi eſt maior concurſus populorum, ut in cathedralibus eccleſiis, ut ſ. eadem, ubicunque.

Sepeliantur corpora in eccleſijs aut cœmiterijs.

c NVllus.] ¶Fideles.] Vocantur laici hic fideles à fidei uirtute, ita ut faciant miracula 1. Alij intelligunt à fide baptiſmi. ſecundum hoc intellige C. de ſac. ſanc. eccle. l. 2. Vel dic ꝙ omnis, Chriſtianus põt ſepeliri in eccleſia, ſed non gentilis, ut ĩ. de conſec. diſt. 1. eccleſiã. & hoc intelligas, niſi aliàs in mortali deceſſerit, uel impœnitens, uel niſi eccleſia interdicta ſit, uel niſi ſint torneamentarij, qbus propter terrorem interdicitur eccleſiaſtica ſepultura. extra de tornea. c. 1. & extra de rap. ſuper eo.

1 Hæc ſentẽtia fuit La. & Hug. Sed quod ſequitur, fuit ſententia. B. Iſido. quã H. reprobat.

CASVS. Dicitur in hoc cap. quòd non prodeſt decedẽtibus in mortali delicto, ſi in ſacris locis ſepeliantur: immo ſi ibi ſe faciant ſepeliri, de ſua præſumptione damnãtur: quia loca ſacra eos non liberant, ſed temeritas accuſat eos.

NOn æſtimemus.] CASVS. Hoc capitulum diuiditur in quattuor partes. In prima parte dicitur, ꝙ illa bona virorũ proſunt defunctis, ſcilicet, ſacrificium, oratio, & eleemoſyna, quæ defuncti in præſenti uita egerunt vt eis prodeſſent: & quia neſcitur qui ſint, pro omnibus regeneratis generaliter orare debemus. In ſecũda parte dicitur, quòd ſpecialius & cum maiori diligẽtia oramus pro cõſanguineis noſtris. In tertia parte dicitur, ꝙ ſeruitium impenſum corpori defuncti non prodeſt defuncto, ſed eſt ſolatium uiuorum: quia cum illi, qui reſurrectionem non credunt hoc faciant: multo fortius nos hoc facere debemus. In quarta parte dr̃, quòd ſi defunctus ſepeliatur apud eccleſias martyrum, prodeſt ei: quia patrocinio martyrum commendatur. Secunda pars incipit ibi, [Diligentius.] Tertia ibi, [Corpori.] Quarta ibi, [Quòd uerò.] Sequens c. cũ §. patet.

a ¶ Sacrificijs.] Aut ieiunijs parentum, ut ĩ. ead. cap. animæ.

b ¶ Quia non diſcernimus.] Arg. ꝙ ratione dubitationis melius eſt totum & ſuperfluum facere, quàm nihil facere, uel etiam aliquid omittere. ſic 42. diſti. quieſcamus. 24 q. 3. corripiantur. Item ratione dubitationis fiunt quæ aliàs eſſent illicita, ut extra de ſepul. ſacris. extra de vſu. in ciuitate. 11. q. 3. nolite. & ratione dubitationis poſſum uendicare incertam partem, uel rem. ff. de rei uen. quæ de tota. & nummos meos nõ poſſum uendicare, ſi ſint miſti alijs. ff. de ſolutio. ſi alieni.

Dubitationis ratione fiũt aliqua.

c ¶ Omnibus.] Infra ea pro obeuntibus. cõtra ſolu. eccleſia pro omnibus uiuis ſiue bonis ſiue malis poteſt orare generali ſiue ſpeciali oratione 1: & ꝓ Iudæis & paganis, vt conuertantur: quia de nemine eſt deſperandum, dum eſt in vita iſta, vt ĩ. de pœ. diſt. 7. nemo. ſed pro paganis vel Iudæis mortuis non eſt orandum, nec ꝓ cathecumenis: ſed pro baptizatis mortuis orandum eſt generali oratione, vt hic dicitur, & 23. q. 4. ſicut. & hoc ſiue ſint damnati, ſiue nondum tamen hoc non conſtet: ſed ſpeciali oratione non eſt orandum pro eis mortuis, quos conſtat eſſe damnatos, ſic loquitur illud cap. pro obeuntibus, ſed pro illis, qui non ſunt damnati, oratione ſpeciali & generali oramus, licite nisi ſint ualde boni, ut ĩ. ead. tempus.

Eccleſia an poſſit pro omnibus orare.

1 De hoc etiã no. 11. q. 3. ſi quis ep̃s: & ibi dixi Archi.

d ¶ Cum ille.] Scilicet ſpiritus.

e ¶ Vt reſurrecturo.] Niſi enim quis reſurrecturos ſperaret, &c 2 eſt ergo hoc ſignum quòd credamus futuram reſurrectionem, ut inf. ead. habent.

2 Superflui uideretur & uanum orare pro mortuis, ſecundum L. & hoc continetur ſub iſto, &c in Lau. cuius fuit iſta gl.

¶ Quare mortui iuxta eccleſiam ſepeliantur.

C. XIX.

Iuo p. 3. c. 113. † al. exiſtimemus

NOn æſtimemus † ad mortuos, pro quibus curam gerimus, peruenire; niſi quòd pro eis ſiue altaris, ſiue orationum, ſiue eleemoſynarum ſacrificijs [a] ſolenniter ſupplicamus. Quamuis non pro quibus fiunt, omnibus ꝓſint: ſed his tantum, quibus dum uiuunt, comparatur, ut proſint. Sed quia non diſcernimus [b] qui ſint; oportet ea pro regeneratis omnibus [c] facere †: ut nullus eorum prætermittatur, ad quos hæc beneficia poſſint & debeant peruenire. Melius enim ſupererũt iſta eis, quibus nec obſunt nec proſunt, quàm eis deerunt, quibus proſunt. ¶ Diligentius tamen facit hoc quiſque pro neceſſarijs ſuis, quo † pro illo fiat ſimiliter à ſuis. ¶ Corpori autem humando quidquid impenditur; non eſt præſidium ſalutis, ſed humanitatis officium, ſecundum affectum, quo nemo unquam carnem ſuam odio habet. Vnde oportet, ut quam poteſt, pro carne proximi curam gerat, cum ille [d] receſſerit, qui gerebat †. Et ſi hæc faciunt, qui carnis reſurrectionem nõ credunt; quanto magis debent facere, qui credunt? vt corpori mortuo, ſed tamen reſurrecturo [e], & in æternitate manſuro impenſum eiuſmodi officium, ſit etiã quodãmodo eiuſdem fidei teſtimoniũ. ¶ Quod uero quiſque apud memoriam martyrum ſepelitur; hoc tantum mihi uidetur prodeſſe defuncto, ut commendans eum etiam martyrum patrocinio affectus pro illo ſuplicationis augeatur.

† Adde ꝙ uerbum generale omnia comprehendit in l. à procuratore. & ibi bona gloſſ. cũ concor. C. manda.

† al. quod

Eph. 5.

† al. regebat

Econtra [f] *Hieronymus in epiſtola ad Gal c. 6. ad ea verba: [vnuſquiſque onus ſuum.]*

¶ Poſt mortem orationes viuentium mortuis damnatis non proſunt. C. XX.

IN præſenti ſæculo ſcimus ſiue orationibus, ſiue conſilijs inuicem poſſe nos coadiuuari. Cum autem ante tribunal Chriſti uenerimus; non Iob [g], non Daniel [h], nec Noe [i] rogare poſſe pro quoquam; ſed unumquemque portare onus ſuum.

¶ *Verba B Hieronymi ſunt hæc.* Obſcure licet, docemur per hanc ſententiam nouum dogma quod latitat, dum in præſenti ſæculo ſumus, ſiue, &c.

Verum hoc de impœnitentibus accipiendum eſt, de quibus propheta dicit. Non dabit Deo placationem ſuam, nec pretiũ redemptionis animæ ſuæ: & ideo frater nõ redimet eum, ſed laborabit [k] *in æternum, & viuet adhuc in finem*

Pſal. 48.

f ¶ Econtra.] Contra id quod dicit, quòd poſſumus orare pro mortuis. Ioan.

g ¶ IN præſenti.] ¶ Iob.] Id eſt, coniugati.

h ¶ Daniel.] Id eſt, Virgines uel continentes.

i ¶ Noe.] Id eſt, rectores eccleſiarum, & hoc intellige deceſſerint in mortali. ſic 25. diſt. qualis.

K ¶ Sed laborabit.] Id eſt, punietur æternaliter.

Pro obeun-

PRo obeuntibus.] CASVS. Bonifacius archiepiſcopus quæſiuit à Gregorio ſi liceat ſpecialiter pro defunctis celebrare diuina, & oblationes offerre. Et rñdet ꝙ pro catholicis licet: pro impijs autem ſpecialiter hoc fieri non licet.
a ¶Pro

De alijs autem intelligi non poteſt.
Vnde Gregorius Papa ſecundus Bonifacio epiſcopo, epiſtola vltima.

¶In pœnitentia defunctis bona proſunt viuentium. C. XXI.

Poly.l.8. tit.

PRo obeuntibus quippe conſuluiſſe dignoſceris, ſi liceat oblationes offerre: ſancta ſic tenet eccleſia, vt quiſque pro ſuis mortuis vere Chriſtianis offerat oblationes, atque presbyter eorum memoriam faciat, & quamuis omnes peccatis ſubiaceamus; congruit, ut ſacerdos pro mortuis catholicis memoriam faciat, & intercedat: non tamen pro impijs [a] (quamuis Chriſtiani fuerint) tale quid agere licebit.

† al. Idem

Item †.

¶Animæ mortuorum quatuor modis ſoluuntur. C. XXII.

Poly l 8. tit.6. Burc.l.19.c.112 Iuo p 15.c.124.
Aug. de cura ꝓ mortuis, c.2. & lib.1. de ciui. c. 12. & 13.

ANimæ [a] [b] defunctorum quatuor modis ſoluuntur, aut oblationibus ſacerdotum, aut precibus ſanctorum, aut charorum eleemoſynis, aut ieiunio cognatorũ. ¶Curatio uero funeris, conditio ſepulturæ, pompa exequiarum, magis uiuorum ſolatia ſunt, quàm ſubſidia mortuorum. Si aliquid prodeſt impio ſepultura pretioſa; oberit pio uilis, aut nulla. *& infra.* ¶Nec ideo tamen contemnenda, & abijcienda ſunt corpora defunctorum, maximeque iuſtorum, ac fidelium. *& infra.* ¶Vbi & illud ſalubriter diſcitur, quanta poſſit eſſe remuneratio pro eleemoſynis, quos viuentibus, & ſentientibus exhibemus; ſi neque hoc apud Deum petit, quod exanimis [c] hominum membris officij, diligentiæque perſoluitur.

a ¶Animæ.] *Horum verborum uſque ad verſ.* curatio *nullus auctor inuentus eſt. Ea Burchardus citat ex dictis Origenis, Iuo ex dictis Gregorij.*

Item Auguſtinus in Enchiridio, c.109. & 110.

¶Ante diem iudicij, ſacrificijs, & eleemoſynis mortui iuuantur. C. XXIII.

Sent.4. diſt.45. Auſ.l.7. c. 170.

TEmpus, quod inter homines mortem, & vltimam reſurrectionem interpoſitum eſt, animas [d] abditis [e] receptaculis continet, ſicut vnaquæq. digna eſt uel requie, vel ærumna pro eo, quod ſortita eſt in carne, dũ uiueret.

ANimæ.] CASVS. Hoc c. diuiditur in duas partes. In prima parte dicitur, quòd quatuor proſunt defunctis, ſcilicet oblatio ſacerdotum, preces ſanctorũ, amicorum eleemoſynæ, & ieiunia cognatorum. In ſecunda parte dicitur, quod illa obſequia, quæ fiunt circa corpus mortui, magis ſunt ſolatia uiuorum, quàm defunctorum ſubſidia: non tamen ideo corpora defunctorum, & maxime iuſtorum ſunt abijcienda. iſtud tamẽ ſeruitium quod corpori impẽditur, apud Deũ non perit, multo magis eleemoſyna, quam uiuentibus & ſentientibus facimus apud Deum, perire non debet.

b ¶Animæ.] Hoc c. eſt quaſi pars illius, non æſtimemus.

c ¶Exanimis.] Id eſt, exanimatis. i. mortuis & eſt hic arg ꝙ magis meretur homo impendendo aliquid uiuis quàm mortuis. Vnde patet, quod ſicut ieiuniũ alicuius liberat mortuum, multo potius alterius ieiunium prodeſt uiuo. quod concedo ſi ille eſt uicinè coniunctus illi, ut dixi 83. diſt. presbyter. in glo. & ita.

Ieiunium plus prodeſt uiuis quàm defunctis.

TEmpus.] CASVS. Licet Beneuen diuiſerit hoc cap. in duas partes, ego tamẽ Barth. B. hoc c. diuido in quatuor partes. In prima parte dicitur, ꝙ inter mortem hominis & iudicium futurum animæ morantur in locis nobis occultis, prout quæq; digna eſt requie uel ærumna. In ſecunda parte dicitur, ꝙ beneficia uiuorum proſũt defunctis, qui in pſenti uita ita egerunt ut ſibi ꝓdeſſent. In tertia parte dr, ꝙ hęc beneficia nõ ꝓſunt ſũme bonis, uel ſumme malis, ſed mediocriter bonis & mediocriter malis. In quarta parte dr ꝙ ꝓ ſũme bonis fiunt gratiarũ actiones: ſed ꝓ nõ valde malis ꝓpitiationes: ſed ualde malis beneficia nõ proſũt, ſed ſũt ꝯſolationes uiuorũ: ſed i mediocriter bonis operant plenã remiſſionẽ: i mediocriter vero malis mitiorẽ dãnationẽ Scđa pars incipit ibi, [Neq; negandũ ẽ.] Tertia ibi, [Eſt n. q dã.] Quarta ibi, [Et poſt pauca.]

d ¶Animas.] Non ſumme bonas: nam tales credo ſtatim ad cęlos volare, iuxta illud: Gaudent in cęlis animæ ſanctorum. 25. diſt. ſanctorum.

e ¶Abditis.] Id eſt, locis nobis occultis. Ex his verbis

a ¶Pro impijs.] Sed nunquid eccleſia orabit pro illis quos conſtat deceſſiſſe in mortali? Videtur ꝙ ſic: quia eis viuis communicauit: ergo & mortuis, vt 24. q. 2. ſane. argu. contra 21. q. 3. Cyprianus? Reſpon. ſi euidens eſt aliquem deceſſiſſe in mortali, ut cum quis ſuſpendit ſe, uel præcipitat, aut alio modo ſe interficit, pro illo non eſt orandum, vt 23. quæſt. 5. placuit. & quæſt. 8. quicumque clericus. ſecus. ſi eſt dubium. vnde. ſi aliquis occiſus eſt in ebrietate: non oratur pro illo, ut extra de reliquijs. audiuimus. & 23. quæſt. 5. placuit.

Orandũ ne eſt pro his qui in mortali peccato deceſſerunt?

videtur, ꝙ Auguſtinus dubitabat quo animæ defunctorum recedant, cum infernus ſit ſub terra. & cœlũ ſit ſupra, ut 23. q. 4. hæc autem.

a ¶Pro baptizatis.] Tantum proſunt orationes cuilibet, ſi fiãt generaliter * ꝓ omnib., ſicut ſi fierẽt ſpecialiter pro quolibet, ut j. de conſe. diſt. 5. non mediocriter.

Hoc cæteris paribus non eſt verum. Vide S. Thomá quol. 2. ar. 14.

b ¶Propitiationes.] Id eſt, vt Deus propitius ſit eis.

c ¶Pro ualde.] Hic Aug. diſtinguit quatuor genera hominũ, ſcilicet valde bonos & valde malos, mediocriter bonos & mediocriter malos. pro valde bonis non eſt orandum. iniuriam enim facit martyri, qui orat pro martyre, ut extra de celeb. Miſ. cũ Marthæ. §. vlt. Item nec ualde malis proſunt, ſed mediocriter bonis proſunt, vt citius liberentur ab igne purgatorij *, mediocriter malis proſunt ad hoc vt minus puniantur, nunquam tñ liberabuntur: & ſecũdum hoc etiam patet, ꝙ oratione ſpeciali oramus ꝓ illis qui deceſſerunt in mortali: dummodo non ſint ſumme mali: licet ar. contra ſup. ea. pro obeuntibus ſed pone ꝙ aliquis dat eleemoſynã pro eo, qui deceſſit in mortali peccato, qui eſt mediocriter malus, eleemoſynę uel orationes proſunt talibus ad mitiorem pœnam, ut hic dicit, ergo aliquantulũ de pœna ſublatum eſt 1. Ponamus quod centeſima pars pœnę ſit ſublata per unam eleemoſynam: ſi ergo dentur centum eleemoſynæ, tota pœna erit remiſſa: ergo iſte liberatur: quod hic negatur. Ad hoc dico, ꝙ ſi prima eleemoſyna tollit cẽteſimam partem pœnæ, ſecunda eleemoſyna etiam tollit tantam pœnam, ſed non tantam in quantitate, ſed tantam in proportione, & ſic ſemper aliquid remanet de pœna: & ſic ſoluo illud quod obijcitur de indulgentijs, ꝙ ſi ꝓpter oblationem unius denarij tollitur quarta pars peccatorum mortalium uel venialium, per oblationem ſecundi denarij tollitur tantum in proportione, non tãtũ in quantitate: & ſemper aliquid remanet; licet omne argentum effunderetur.

Hominum gña quatuor ſunt.

Vide Sã. Tho. 4. ſen. diſt. 45. 2. q. ar. 2.

Eleemoſynæ defunctis proſũt.

1 Hoc vult dicere; prima eleemoſyna tollit cẽteſimam totius pœnæ, ſcđa nõ totius cẽteſimã, ſed reſidũ. & ſic de alijs & [illegible] dicitur Arch.

DE OBSERVATIONE. Hęc eſt 9. pars q. in qua continetur quod in ſeq. cap declaratur. Ioan. de Fant. CASVS. Dictum eſt ſ ꝙ ſacrificia, uel eleemoſynæ, & huiuſmodi fiunt pro mortuis: ſed quia hæc obſeruantur circa diuerſos dies: ideo vnde ſumpſit initium talis obſeruatio, videamus: & propter hoc inducit ſeq. c. Quia.

¶Neque negandum eſt defunctorum animas pietate ſuorum uiuentium releuari, cum pro illis ſacrificium mediatoris offertur, vel eleemoſynæ in eccleſia fiunt. Sed hæc eis proſunt, qui cum uiuerent, ut hæc ſibi poſtea poſſent prodeſſe, meruerunt. ¶Eſt enim quidam uiuendi modus, nec tam bonus, ut non requirat iſta poſt mortem; nec tã malus, ut ei, non proſint iſta poſt mortem. Eſt uero talis in bono, vt illa nõ requirat: & eſt rurſus talis in malo, ut nec his valeat, cum hæc uita tranſierit, adiuuari. Quo circa hic omne meritum comparatur, quo poſſit poſt hanc vitã releuari quiſpiam, uel grauari. *& poſt pauca.* ¶Cum ſacrificia altaris, ſiue quarumcumque eleemoſynarum ꝓ baptizatis [a] defunctis omnibus offeruntur; pro ualde bonis gratiarum actiones ſunt: pro non ualde malis propitiationes [b] ſunt: pro ualde [c] malis, etſi nulla ſint adiumẽta mortuorum, qualeſcumq; uiuorum cõſolationes ſunt. Quibus autem proſunt; aut ad hoc proſunt, ut ſit plena remiſſio; aut certe, ut tolerabilior fiat ipſa damnatio.

Vid: Antonin. 1 par. Tit. V cap. 3. [illegible]

9 *De obſeruatione autem tertij, ſeptimi, trigeſimi, uel quadrageſimi diei queritur, vnde exordium ſumpſerit.*

Ambroſius in lib. de obitu Theodoſij Imperatoris dicit ſe re in principio.

¶Quare certi dies in mortuorum commemoratione ſeruentur. C. XXIIII.

QVia alij tertium [α] diem, alij triceſimũ, alij ſeptimũ, alij quadrageſimum obſeruare conſueuerunt; quid doceat lectio [d], conſideremus. [Defuncto, inquit, Iacob, præcepit Ioſeph pueris ſuis ſepultoribus, ut ſepelerint eum, & ſepelierũt ſepultores Iſrael, & repleti ſunt ei quadraginta dies. Sic enim dinumerãtur dies ſepulturæ. Et luxit eum Iſrael & ſeptem diebus:] Hæc ergo ſequenda ſolẽnitas, quam præſcribit lectio. Sic etiam in Deuternomio ſcriptum eſt: [Quia planxerunt filij Iſrael Moyſem diebus triginta: & conſumati ſunt dies luctus.] Vtraque ergo obſeruatio habet auctoritatem, qua neceſſarium pietatis † impletur officium.

Poly. l. 8. ti. 7. Anſ. l. 7. c. 169.

Gen. 50.

Deut. 34.

† Scilicet humanę cõſolationis, & oficij humanitati debiti, ut docet Ambro, in li. de Abrahã patriarcha, & Io. Chryſo. c. vbicũque iaſ ead.

α ¶Alij tertium.] *Apud B. Ambroſium legitur.* Quia alij tertium diem, & triceſimum; alij ſeptimum, & Quadrageſimũ. *Verum in miſſalibus Romanis tam antiquis, quàm recentioribus, & Ambroſianis nulla eſt mentio diei quadrageſimi, neque in c. nullus, ſupra diſt. 44. & infra de conſ. diſt. 5. ex concilio Nannetenſi. Eſt tamen frequens apud Græcos.*

QVia.] CASVS. Quæſitũ fuit ab Ambro. vnde sũpſit initium obſeruatio 3. 7. & 30. & 40. diei in officijs mortuorũ. Et rñdet ꝙ à veteri teſtamẽto: & hoc probat auctoritate Gen. & Deut. nã filij Iacob ſeruauerũt aromatib. cõditũ in Aegypto xl. diebus: & cum portarẽt eũ ſepeliendũ in ſpelũca duplici, luxerunt eũ 7. diebus. Similiter legit̃, ꝙ filij Iſrael luxerunt Moysẽ 30. dieb. De initio tertij diei ñ dr̃ aliqd i hoc c.

d ¶Lectio.] Scilicet Geneſis 50. cap.

LVGERE. Hic incipit x. pars q. in qua probat per 4. c quòd non debemus plangere mortuos ex diffidentia tanquam non debeant reſurgére. Io. de Fan. CASVS. Supra facta eſt mentio de luctu, & ideo ponit hic Gratianus qualiter ſit lugendũ, & quòd lugere nimium ex deſperatione futuræ reſurrectionis non licet, ſed intuitu pietatis licet, ut infra ea. habent.

QVam præpoſterũ.] CASVS. Hoc c. diuidiť in duas partes in prima parte oſtẽditur, ꝙ ſicut ſerui rebelles à dñis ſuis non remunerantur, ſic nos cæleſtib. præmijs non honoramur: cum quotidie dicamus. Fiat uoluntas tua ſicut in cœlo & in terra: & tamen dolentes & inuiti de hoc ſæculo recedimus, quando uocamur à Domino. In ſecunda parte dicit Cyprianus, ꝙ Deus multoties ſibi reuelauit, ut inter homines prædicaret mortuos non eſſe lugendos: quia non amittuntur, ſed præmittuntur in patriam uitæ ad inſtar proficiſcentium & nauigantium. Secunda pars incipit ibi, [Nobis quoque.] Seq. cap. planum eſt. [Efficiatur,] Id eſt debitum officij funeris impleatur.

β ¶Iſrael ſeptem] *Codices B. Ambroſii habẽt* & luxit eum Aegypus ſeptuaginta diebus: *quemadmodum habet editio lxx. & vulgata. Sed tamen viſa eſt ferri poſſe lectio hæc, quæ eſt in omnibus etiam Gratiani manuſcriptis: quoniam paulo poſt in eodem c. 50. Gen. hæc adduntur de Ioſeph, & cæteris filijs Iſrael.* Veneruntque ad aream Adad, quæ ſita eſt trans Iordanem: vbi celebrantes exequias planctu magno, atque uehementi impleuerunt ſeptem dies.

10 *Lugere autem, & triſtari tam pro noſtra, quàm pro aliorum morte Cyprianus prohibet, dicens in ſermone de mortalitate.*

¶Nec pro noſtra, nec pro aliorum morte triſtari debemus. C. XXV.

QVàm præpoſterum eſt, quàmque peruerſum, ut cum Dei uoluntatem fieri poſtulemus [a], quando euocat nos, & accerſit de hoc mundo Deus, non ſtatim uocatis eius imperio pareamus: obnitimur, & reluctamur: et peruicaciũ more ſeruorum ad conſpectum Domini cum triſtitia, & mœrore perducimur, exeuntes iſtinc neceſſitatis vinculo, non obſequio uoluntatis: & uolumus ab eo præmijs cæleſtibus honorari, ad quem uenimus inuiti [b]. *Idem paulo inferius.* ¶Nobis quoque ipſis minimis, & extremis quoties reuelatum eſt, quàm frequenter, atque manifeſte, de Dei dignatione, præceptum eſt; ut conteſtarer aſſidue, & publice prædicarem, fratres noſtros non eſſe lugendos accerſione † Dominica de ſæculo liberatos: cũ ſciamus non eos amitti, ſed præmitti; recedentes præcedere, ut proficiſcentes, & † nauigantes ſolent.

† *al. accerſitione*
† *al. ut*

Item Ioannes Chryſoſtomus hom. 26. in c. xi. epiſtolæ ad Hebræos.

¶Ex puſillanimitate mortuos lugere contingit. C. XXVI.

Pſal. 23.

VBicumque [c] ſepeliamur; Domini eſt terra, & plenitudo eius. Omnino fit, quod oportet fieri. Lugere autẽ, & deplorare, & lamentari eos, qui de hac uita decedunt, ex puſillaminitate contingit.

1. Theſſ. 4.

Hoc autem ex deſperatione futuræ reſurrectionis intelligitur. Vnde & Apoſtolus non ſimpliciter ait: [Nolumus vos ignorare de dormientibus, vt non contriſtemini.] ſed addidit: [ſicut & cæteri, qui ſpem non habent.] Pietatis nãque affectu, & humanitatis intuitu mortuos lugere nõ prohibemur: ſicut nonnullos ſanctorum, aliorum exequijs pias lachrimas impendiſſe legimus.

Hinc etiam Anaſtaſius Papa, epiſt. 2. ad Nerianum.

¶Qui ſpem futuræ reſurrectionis habent, de mortuis triſtari non debent. C. XXVII.

Et in regeſto B. Gregorij. lib 7. epiſt. 111. Anſ. l. 7. c. 171. Bur. l 19. c. 129. Iuo p. 15. c. 139.

HAbent forſitan illi iuſtam longi doloris excuſatio-

a ¶Poſtulemus.] cum dicimus, Fiat uoluntas tua. & eſt argum. ꝙ operę id complere debemus quod uoce proteſtamur. diſt. 23. pſalmiſta.

b ¶Inuiti.] Sic 23. q. 5. ad fidem. & ſic eſt arg. ꝙ non debemus cõſequi commodum ex eo quod inuiti facimus, ut ff. ad Tre. ſi patroni. §. 2. ſic 17. q. 4. ſunt qui opes. 8. q. 1. ſciendum.

c VBicũque.] [Libera fortuna mors eſt: capit omnia tellus, Quæ genuit: cœlo tegitur qui non habet vrnam.] Argu. contra. [Mollius oſſa cubant manibus tumulata ſuorum.]

HOC AVTVM. CASVS. Nunc ſoluit Grat. dicens non eſſe lugendum ex deſperatione futuræ reſurrectionis: & hoc probat auctoritate Pauli: ſed propter pietatẽ lugere non prohibemur, ſicut multos ſanctos legimus feciſſe: & ad hoc īducit duo ſeq. cap.

HAbent.] CASVS. Non eſt mirum, ſi pagani lugent mortuos ſuos, quia excuſationem habent

nem; qui uitam alteram neſciunt [a]; qui de hoc ſæculo ad melius eſſe tranſitum non cõfidunt. Nos autem, qui nouimus, qui hoc credimus, & docemus; cõtriſtari nimium de obeuntibus non debemus: ne quod apud alios pietatis tenet ſpeciem, hoc magis nobis in culpa ſit. Nam diffidẽtiæ quodammodo genus eſt, contra hoc, quod quiſque prædicat, torqueri *a* mæſtitia, dicẽte Apoſtolo: [Nolumus vos ignorare de dormientibus, ut non contriſtemini, ſicut & cæteri, qui ſpem non habent.] 1. *Theſſ.* 4.

a ¶Torqueri] *Sic eſt emendatum ex epiſtola B. Gregorij, in qua hoc idẽ habetur. In epiſtola Anaſtaſij legitur,* contra quod quiſque predicator queritur, iuſtitiam amans, dicente, &c. *In codicibus autem Gratiani etiam manuſcriptis videbatur mixta eſſe lectio ex vtraque, hoc modo,* contra hoc, quod quiſque prædicat quære e, iuſtitiam amans, dicente, &c.

Item ex concilio Toletano 3. c. 22.

¶De eodem. C. XXVIII.

QVi diuina vocatione ab hac vita recedunt; cum pſalmis tantummodo, & pſallentium vocibus debent ad ſepulchra deferri. Nam funebre *a* † carmen, quod vulgo defunctis cãtari ſolet, vel in pectoribus ſe aut proximos, aut familias cędere omnino prohibemus. Sufficiat autem, quòd in ſpe reſurrectionis, Chriſtianorum corporibus famulatus diuinorum impenditur canticorum. Prohibet enim nos Apoſtolus noſtros lugere defunctos, dicens: [De dormientibus autem nolo uos contriſtari, ſicut & cæteri, qui ſpem non habent.] Et Dominus non fleuit Lazarum mortuum, ſed ad uitæ huius plorauit ærumnas reſuſcitandum. Si autẽ † poteſt hoc epiſcopus omnes Chriſtianos prohibere, agere non moretur. Religioſis † tamen omnino aliter fieri non debere cenſemus. Sic enim Chriſtianorum per omnem mundum humari oportet corpora defunctorum.

a ¶Nam funebre] *Hinc uſque ad verſ.* ſufficiat *addita ſunt ex originali, vt intelligatur, quæ illa ſint, quæ in hoc canone prohibentur.*

11 *De mortuis etiam quæritur, utrum ſciant* [c] *ea, quæ hic a viuis geruntur. Eſaias ex perſona populi afflicti ait: [Abraham pater noſter neſciuit.]* [d] *Auguſtinus quoque in libro de agenda cura pro mortuis, illud idem teſtatur, dicens cap. 15.* *Eſa.* 63.

¶Mortui ex ſe neſciũt, quid hic à uiuis geratur. C. XXIX.

FAtendum eſt, neſcire quidem mortuos, quid hic agatur; ſed dum hic agitur: poſtea vero audire ab eis, qui hinc ad eos moriendo pergunt, non quidem omnia, ſed quæ ſinuntur indicare, & qui ſinuntur etiam iſta meminiſſe, & quæ illos, quibus hæc indicãt, oportet audire. Pñt & ab Angelis, qui rebus, quæ aguntur hic, præſto ſunt audire aliquid mortui, quod vnumquemque illorum audire debere iudicat, cui cuncta ſubiecta ſunt. *& infra.*

habent, cum de alia vita non confidant. Sed nos Chriſtiani nimiũ cõtriſtari de obeuntibus non debemus, ne quodammodo diffidere videamur: & hoc probatur exemplo Apoſtoli dicentis: Nolumus uos ignorare, &c. [Apud alios,] id eſt, laicos aut idiotas.

a ¶Neſciunt.] Id eſt, non credunt. Ioan.

QVi diuina.] CASVS. Quæſitum fuit in cõcilio Toleta. utrũ mortui ſepeliendi ſunt cũ pſalmodia & luctu. Et reſpondet ꝙ cum pſalmodijs ſic. & lugere non debemus. quod probatur auctoritate Apoſtoli dicentis: De dormientibus autem, &c. & hoc quilibet epiſcopus parochianis ſuis prohibeat; religioſis tamen hoc ſpecialiter prohibetur.

b ¶Religioſis.] Illi. n. magis tenentur abſtinere ab huiuſmodi, quam laici.

DE MORTVIS. Hæc eſt 11. pars quæſtio. ſecundum Ioann. de Fant.

CASVS. Facit Gratia. quandam incidẽtem quæſtionem, utrum defuncti ſciant quæ in mundo geruntur à viuis? & reſpondet quòd non: & hoc probat auctoritate Eſaiæ.

c ¶Sciant.] Mali neſciunt niſi quod eis ſcire permittitur. ſimiliter nec boni, qui adhuc ſunt in igne purgatorio: quia adhuc non fruuntur uiſione Dei, ut j. ea. fatendũ. ſed boni, qui fruuntur viſione Dei, ſciunt qđ agatur hic: iuxta illud Greg. Quid eſt ꝙ neſciant qui uidentem omnia uident 1? Et alij dicunt ꝙ boni dicuntur ſcire omnia quæ ſunt eis neceſſaria.

d ¶Neſciuit.] Quià nondum erat hoſtia oblata, per quã aperta fuit ianua paradiſi, ut extra de baptiſ. maiores. Ioan.

FAtendũ.] CASVS. Quæſitum eſt ab Au. vtrũ mortui ſciãt quid in hoc mundo agatur à uiuis? & reſpondet ꝙ non, donec aliquid agitur hic, ſed poſtea ꝑ mortuos q vadũt ad eos ſciunt non oĩa, ſed q̃ illi permittuntur audire, & q̃ iſtos recordari licet: aut ꝑ Angelos, q8 uidere non poſſit: ſub. ſ. quantũ ꝑmittit diuina potẽtia, ſm Ioã. de hoc ſatis no. ar. j. px c. 1. *

Defuncti utrũ ſciant q̃ hic agunt

1 Dñt qdã ꝙ aĩæ ĩmediatè vidẽt in ſpeculo trinitatis ſicut Angeli: vñ Beda ſup Lucã in illo euãgelio, Hõ qdã erat diues. &c. vbi dr̃ ꝙ iuſti q uidẽt clarita tẽ, nihil eſt in creatura

* *Sed in Vide S. Th. 4. ſent. di. 45. q. 3. art. 1. & diſt. 49. q. 2. ar. 5.*

† *al. funeris preciamen*

1. *Theſſ.* 4.

Io. 11.

† *al. enim*

† *al. A religioſis*

¶Multi quoque α ad viuos, aliquos ex mortuis uenire credunt [a], ſicut econtrario Paulum ex uiuis in paradiſum raptum eſſe diuina ſcriptura teſtatur.

α ¶Multi quoq &c.] *Apud B. Auguſtinum ſic legitur.* Mitti quoque ad viuos aliquos ex mortuis, ſicut econtrario Paulus ex viuis raptus eſt, diuina ſcriptura teſtatur *Sed ob gloſſam non eſt emendatum Veritatem vero ſuæ ſententiæ confirmat B. Auguſtinus aliquot alijs exemplis ſcripturæ ſacræ: quare ex textu deprauato auctor gloſſæ errandi occaſionem ſumpſit.*

Et in Vormacien. c. vlt.

II *De his autem, qui in patibulis ſuſpenduntur, quæritur, an iuxta eccleſias ſint ſepeliēdi. De quibus in Moguntinenſi concilio 2. ſub Rabano, c. 27. ita ſtatutum eſt.*

¶Non eſt deneganda communio his, qui in patibulis ſuſpenduntur. C. XXX.

Burc. l. 11. c. 76.
Iuo p. 14. c. 124.
Pan. l. 5. c. 122.

QVæſitum eſt ab aliquibus fratribus de his, qui in patibulis [b] ſuſpenduntur pro ſuis ſceleribus poſt confeſſionem Deo peractam, vtrum cadauera eorum ad eccleſias deferenda ſint, & oblationes pro eis offerēdæ, & Miſſæ celebrandæ, an non. Quibus reſpondimus, ſi omnibus de peccatis ſuis puram confeſſionem agentibus, & digne pęnitentibus communio in fine ſecūdum canonicum iuſſum danda eſt: cur non eis β, qui pro peccatis ſuis pœnam extremam perſoluunt? Scriptum eſt enim: [Non vindicat Deus bis in idipſum.]

Naum primo, ſecundum lxx.

β ¶Cur non eis.] *Reſtitutus eſt hic locus ex ipſo concilio Moguntino, & Vormacienſi, inductis aliquot uerbis, quæ potius perturbabant, quam illuſtrarent.*

PALEA. C. XXXI.

Ex̄ de fur. c. 2.
In Triburienſi, c. 31.
Poly. l. 6. tit. 16.
Burc. l. 11. c. 59.
Iuo p. 13. c. 45.

FVres, & latrones, ſi in furando, aut deprædando occidantur; viſum eſt pro eis non orandum. Si comprehenſi, aut vulnerati, presbytero, vel diacono confeſſi fuerint communionem γ eis non negamus.

γ ¶Communionem] *Antea legebatur*, confeſſionem. *Emēdatum vero ſic eſt ex Burchardo, Iuone, & Decretali: quibus locis hoc idem citatur ex concilio Triburienſi, & in eo, quod extat, habetur ſententia c. 31. copioſius expoſita: ubi etiam diaconi nulla fit mentio: ſed ita dicitur*, Deoque, & ſacerdoti.

[*Item ex concilio Aurelianenſi.*]

¶*Sic in omnibus codicibus, in quibus eſt hæc palea, & apud Burchardum, & Iuonem. & in Decretali: ex quibus ſunt multa emēdata & magni ponderis.*

¶De eodem. PALEA. C. XXXII.

Sententia habetur extra de homi. c. 2.
Poly. ibidem.
Burc. l. 11. c. 60. & l. 19. c. 5. inter feciſti furem.
Iuo p. 13. c. 46.

SI fur, aut latro captus in pręda abſque occiſione poteſt comprehendi, & tamen interficitur; quia ad imaginem Dei creati, & in nomine eius baptizati ſunt, interfectores eorum quadraginta diebus non intrent eccleſiam. Lanea veſte induti ab eſcis, & potibus, qui interdicti ſunt, à thoro, à gladio, ab equitatu ſe abſtineant. In tertia, quinta feria, & ſabbato, aliquo genere leguminum: uel olerum, & pomis, paruiſque piſciculis cum mediocri ceruiſia uiciſſim utantur, & temperate. Sin autem à ueridicis

los, qui præſentes ſunt rebus, quæ in mundo aguntur, aut per ipſos, qui quandoque ad nos uenire creduntur, ſicut econtrario Paulus uiuus dicitur eſſe raptus in paradiſum.

a ¶Credunt.] Et male, quia ſunt phantaſmata, vt 26. quęſt. 5. epiſcopi.

DE HIS AVTEM. Hæc eſt 12. pars q. ſecundum Io. de Fant.

CASVS. Quæritur an homines, qui ſuſpenduntur in patibulis, ſint ſepeliendi in cœmiterio. Et reſpondetur, ꝙ ſic, ſi ipſi pęnituerint.

QVæſitum.] CASVS. Quidam quęſiuerunt in concilio Moguntiñ utrum corpora illorum, qui in patibulis ſuſpenduntur, ſint ad eccleſias deferenda, & diuina pro eis ſint celebranda? Et reſpondet quòd ſic, ſi digne pœnituerint, quia ſicut communio ſacramentorum eis in fine non denegatur: ita communio corporis Chriſti uel ſepultura eis denegari non debet: quia ſcriptum eſt. Non uindicat Deus bis in idipſum.

b ¶In patibulis.] Licite ergo ſepeliuntur ſuſpenſi & concremati, dummodo hoc fiat auctoritate principis, ut ff. de cadaue. l. 2. & non eſt contra. 23. qō. 5. placuit. Quæri conſueuit, quare liberetur ille qui fugit ad eccleſiam, & non ille qui recipit corpus Chriſti, cum corpus Chriſti, maius ſit omnibus, ut de conſe. diſ. 2. nihil. Reſpon. quia corpus Chriſti eſt cibus animæ, & non corporis, ergo animā liberat, & non corpus. Vel dic ꝙ priuilegium eccleſiæ eſt, & nō debet trahi ad cōſequentiā 1, vt ĵ. 17. q. 4. ſicut. nec aliquod priuilegiū trahē dum eſt ad cōſequētiā. 7. q. 1. petiſti. & 16. q. 1. hic.

Sepeliri poſſunt ſuſpenſi.

Eccleſia & nō corpus Chriſti protegit maleſactorem.

1 Ad idem extra de priuileg. ſane. ueruntamen qui tali fugitiuo cōferret, bū faceret, ſed non eſt ſtatutum ſm Vin. Sed tu defendas ꝙ talis eſt per eccleſiā defendendus, qa corpori Chriſti aliqua res anteponi non debet. 1. q. 1. c. multi. 95 diſt. n. 1. ecce. de cōſecrat. d. 1. §. nihil Ar.

comprobatur teſtibus, quod ſine odij meditatione ſe, ſuaque liberando, Diaboli membra interfecerint, & a capi non poterant; pęnitentiam pro homicidio eis non iniungimus; niſi ipſi voluerint aliquid, quod humanitatis eſt, facere. At ſi presbyter eſt; non deponatur: cunctis tamen diebus vitæ ſuæ pęnitentiam agat.

a ¶ Et capi non poterant.] *Loca iſtorum uerborum in codicibus Gratiani erant hæc,* & pariter pæniteant, *quæ videntur pugnare cum proxime ſequentibus,* pęnitentiam pro homicidio eis non iniungimus. *Reſtitutus autem eſt locus ex cæteris collectoribus.*

CAVSA XIIII.

Anonici † *cuiuſdam eccleſiæ quæſtionem mouent de prædijs; teſtes ex fratribus ſuis producunt: negotiatoribus pecuniam crediderunt, ut ex eorum mercibus emolumenta.* † al. Clerici

1 *Hic primum quæritur, an liceat eis ſua repetere* a.
2 *Secundo, an illi teſtes ſint audiendi.*
3 *Tertio, an illud ſit vſuras exigere.*
4 *Quarto, an liceat clericis, uel laicis à quolibet vſuras expetere.*
5 *Quinto, an eleemoſynæ de vſuris fieri poſſint.*
6 *Sexto. an vſurarij pœnitentiam agere ualeant, niſi, quod male acceperunt, reſtituant.*

QVAESTIO PRIMA.

Vod autem ſua repetere nõ poſſint, facile videtur poſſe probari. Ait enim Dominus in Euãgelio: [*Si vis perfectus* b *eſſe, vade, & uende oĩa, quæ habes; & da pauperibus.*] *Quia ergo illi iter perfectionis arripiunt, non licet eis ſua habere. Multo ergo minus licet eis repetere; quia nõ dẽt repeti quod poſſideri* c *non licet.* ¶ *Item.* [*Si quis uoluerit tunicam tuam tollere, & in iudicio tecum contendere,* Matth. 19. Luc. 18. Mar. 10. Matth. 5.

Canonici cuiuſdam.] CASVS. Supra in proxima cauſa clerici introducuntur litigantes de ſpiritualibus. Nũc autem ſubnectit Gra. hanc 14. cauſam, in qua introducuntur litigantes de temporalibus, oſtendens qualiter clericis liceat repetere ſua, & an domeſtici teſtes ſint admittẽdi, uel aſſumẽdi: Addit etiam de vſuris & de turpi quæſtu clericis interdicto, & utrũ eleemoſynæ fieri poſſunt de male acquiſitis. & ut hæc omnia facilius pateãt, proponit thema, de quo ſex elicit quæſt.

a ¶ Sua repetere.] Omnes clerici, qui habent proprium uel habere poſſunt, poſſunt repetere ſua: ſi non habent propriũ nõ poſſunt, ſed bona eccleſiæ ſuæ repetere poſſunt, ſi ſunt prælati: vel ſi pręlati non ſunt de mandato ſuperioris poſſunt ea repetere, ut 16. q. 1. monachi 2. Item omnes clerici poſſunt agere pro miſerabilibus perſonis de mandato ſuperioris, ut 86. diſtin. peruenit. Clerici an poſſint ſua repetere.

Quod autem.] CASVS. Hic intitulatur prima quæſtio, qua quæritur, an clericis liceat repetere ſua: & certũ eſt, quòd omnes qui renunciauerunt proprijs, cum nihil habeant, ſua repetere nõ poſſunt, nomine tamen eccleſiæ ſuæ de mandato ſui ſuperioris experiri poſſunt, & eſſe in iudicio, ut 16. q. 1. monachi. clerici uero ſæculares, & omnes, qui non renũciauerũt proprijs, ſua repetere poſſunt, quia neque lege neque canone prohibentur. Et procedit hoc ordine Gra. in hac quæſtione. Primo probat v. auctoritatibus, ꝙ clericis ſua repetere non licet, & hoc duabus, Domini, & alia Apoſtoli, quarta Grego. quinta Carthaginen. conc. tandem allegatis rũdet duplicem adhibẽdo ſolutionẽ. & ita omnia plana ſunt vſq; ad §. [Sicut ergo.]

b ¶ Perfectus.] Id eſt, ſine mortali peccato. & ſine ueniali nam curam propriorum non poſſumus habere ſine peccato. ut 25. diſt. qualis.

c ¶ Poſſideri.] Simile eſt 3. q. 1. §. patet. vnde hæreticus non poteſt petere reſtitutionem aliquorum. quia nihil proprium poteſt poſſidere, ut 8. diſt. S. quo iure. & 23. q. 7. c. 1. & 2. nec laicus põt repetere decimas: quia eas non poteſt poſſidere, ut extra de pſcri. cauſam. ad hoc enim vt quis poſſit aliquid repetere, reqritur ꝙ fuerit in poſſeſſione iuris vel facti, vt extra de teſti. ſpolia. ex parte. vnde non ſufficit probare ſpoliationem niſi probauerit quòd poſſederit, vt extra de offi. delega. conſultationibus. vnde patet, ꝙ quilibet ſpoliatus habet reſtitutionis beneficium. extra de appel. ſignificauerunt & extra de reſt. ſpo. olim. Inuenio tamen ꝙ quis poteſt petere reſtitutionem, qui de iure poſſidere non põt. nã petitur reſtitutio conſanguineę, cũ qua de iure quis nõ põt cõmiſceri, vt ex. de reſti. ſpo. litteras. Itẽ ſeruus petit reſtitutionem rerum dñi abſentis, quas de iure non poteſt poſſidere, vt C. ſi per vim vel alio modo. l. 1. ſimiliter vxor põt petere res à viro ſibi datas ſi ſpoliata eſt: quarum rerũ dominium non poteſt habere. ff. de ui & Reſtitutionẽ quãque petit q. poſſidere nequit.

ui

vi arma.l.1. §. deijcitur. Item habens plura ſtipendia petit reſtitutionem alicuius: cum tamen de iure non poſsit illud poſsidere cũ alijs, vt extra de p̄ben. referente. Ioan Ego credo ſaluo meliori cõſilio, ꝙ laicus ſpoliatus decimis poteſt petere reſtitutionem, cũ latro reſtituatur.

Laicus poteſt decimas petere quibus ſpoliatus eſt.

c Epiſcopus.] ¶Prouocatus.] Id eſt, in iudicium vocatus: debet .n. per alium litigare, ut no. 5. q 3. ca. vlti. & ſi mala eſt cauſa eccleſiæ, non debet eam fouere: ſicut nec tutor pupilli, vt ff. de adminiſt. tuto. l. quoties. §. ſicut autem.

1. Cor 6.
L. 5. mortal. c. 8 ad 3. c. Iob.

dimitte ei & pallium.] ¶ *Item Apoſtolus in epiſtola ad Corinthios:* [*Sæcularia igitur iudicia ſi habueritis* [a], *omnino peccatum eſt in vobis.* [¶ *Item Gregorius exponens:* [*Omnia mihi licent: ſed ego ſub nullius* [b] *redigar poteſtate.*] *in quit:* [*Cum mens concepta deſideria ſequitur; ſeruire rebus conuincitur, quarum amore ſuperatur.*]

Item ex concilio Carthaginenſi 4. c. 19.

¶Pro rebus tranſitorijs epiſcopus prouocatus non litiget. C. I.

EPiſcopus nec prouocatus [c] pro rebus tranſitorijs litiget.

Quia ergo [d] *generaliter perfectis prohibetur in iudicio contendere: patet, quòd iſtis non licet ſtare coram indice.* ¶ *His ita reſpondetur. Prohibetur perfecto, in iudicio ſtare captando lucrum, ſed non euitando damnum. Vel aliter: Aliud eſt ſua poſſidere: aliud eſt communium procuratorem eſſe. Canonici non poſſident ſua: quia res Deo oblatæ non ſunt alicuius. Vtuntur enim rebus eccleſiæ non vt ſuis, ſed tanquam ad diſpenſandum ſibi creditis. Vnde Proſper in lib. de vita contemplatiua:* [*Sacerdos, cui diſpenſationis cura commiſſa eſt, &c.*] *require in cauſa eius, a quo pro ingreſſu monaſterij pecunia exigebatur.* ¶ *Sicut ergo iſti non ſua poſſident, ita nec ſua repetunt; ſed res eccleſiæ, quarum procurationem gerunt. Similiter, quòd in iudicio prohibentur contendere ſic intelligendum eſt: videlicet, vt non ſibi ſtent coram iudice, ſed alijs. Alijs autem coram iudice, aſtitiſſe, & pro eis iudicem interpellaſſe nonnullos ſanctorum* [e] *legimus. Hi autem non ſibi ſtant, ſed pauperibus, quorum neceſſitatibus profutura repetunt, & ita non prohibentur ſtare coram iudice.* ¶ *Illud vero Euangelij:* [*Si quis abſtulerit tibi tunicam, &c.* *non eſt præcipientis, ſed exhortantis.*

Sup 1. q. 2. sacerdos.

Vnde Auguſtinus ait libro 19. contra Fauſtum, c. 25.

¶Peccat qui vltra debitum exigit, non qui ſibi debita repoſcit. C. II.

QVod debetur [f] etſi benigne dimittitur, non tamẽ inique repetitur. Peccat autem, qui exigit vltra [g] debitum: ideoque lex modum figens, pœnam talionis [h] inſtituit. Sed tu eò longe es à peccato iniuſti exactoris;

d ¶Quia ergo.] Reg re ſupra 1. q. 2. ſacerdos.

SICVT ERGO. CASVS. Concludit Gra. ex ſupradictis, ꝙ clericis ſua repetere non licet: poſtea reſpondet dupliciter allegatis. Et primo ſic: ſcilicet quòd perfecti non debent contendere in iudicio captãdo lucrum, ſed uitando damnum poſſunt eſſe in iudicio: Secundo dicit, ꝙ licet clerici regulares ſua repetere non poſſunt, cũ nihil habeant: tamen res eccleſiaſticas, tanquam cõmunes, quarum procurationem gerunt, repetere non prohibentur: qui in iudicio contendere poſſunt non ſibi, ſed alijs, ſcilicet pauperibus: ſicut multi ſancti fecerunt.

e ¶Sanctorum.] ſup. 12. q. 1. expedit.

ILLVD. CASVS. Non reſpondet auctoritati Euangelij, ſi qs, &c. & dicit quòd conſilium Domini eſt, & non præceptum: & ad hoc inducit ſeq. cap.

QVod debetur.] CASVS. Quæſitum fuit ab Augu. vtrum ſit peccatum repetere ſua? Et reſpondet quòd non, licet non poſſint benigne remitti. ſed illi peccant qui ultra debitum exigunt, contra quos lex pœnam talionis inſtituit: ſed qui nullo modo petunt, remoti ſunt à peccato. & pœna iniuſte petentis. [Eo.] i. in tantum. [Quo.] i. in quantum.

Fur ad pœnam dupli vel quadrupli poteſt conueniri.

ſtituatur, ut extra de reſt. ſpol. in litteris. cum laici quotidie poſsideant 1 decimas ex tolerantia prælatorum, ſecus in heretico, cum ſit excommunicatus, ut extra de here. excommunicamus. & decre. illa, cauſam. dicit detinere, & non poſsidere. B.

1 De facto, quod dic ut no. 16 q. 7. c. 1. Arc.

a ¶Habueritis.] Iniurioſe. ita ut ſcandalizemini propter hoc.

b ¶Sub nullius.] Id eſt, ſub rei tẽporalis poteſtate nolo redigi intantum ut aliquem offendam, iuxta illud: Et mihi res: non me rebus ſubmittere cõſor. ut extra de verb. ſig. intelligentia.

Horatius in epiſtolis.

f ¶Quod debetur.] Ex aliquo maleficio. vel intellige ex quolibet debito.

g ¶Vltra.] Videtur ergo. quòd nõ poſsit licite peti pęna dupli uel quadrupli à fure, ut no. 12. q 2. in antiqs. quod concedit Hu. ſed non eſt ita, quia hoc habetur ex canone quòd peti poſsit. 11. q 2 in legibus.

h ¶Talionis.] ꝯ delinquentẽ, ſ. vt tanta ſatisfactio petatũ ab eo, quanta iniuria præceſſit, ut 22. q. 5. ſex differentiæ. uel loquitur de pęna talionis infligenda actori, qui iniuſte litigat: & q̃a calumnioſæ agens punitur in ſumptibus litis, ut extra de pęnis, calumniam.

1 De hoc no. 12. q. 2 fraternitas ibi uideas, & facit ad hoc ext. de ſent. excõ quãuis. & contra noſcitur. ubi plene r hoc nota. d

12. partes. In prima quæritur vtrũ pſcriptione tollãtur decimæ, & probat, ꝙ ſic per c. ſeq. Secunda ibi, [Nunc autem.] Tertia ibi, [Vna quæque.] Quarta ibi, [Quod de libero.] Quinta ibi, [Quia ergo.] Sexta ibi, [Oblationes.] Septima ibi, [Item ꝗritur.] Octaua ibi, [Quibus peccata.] Nona ibi, [De obſeruatione.] Decima ibi, [Lugere.] Vndecima ibi, [De mortuis.] Duodecima ibi, [De his autem.] Io. de Fant.

CASVS. Hic intitulatur ſecũda q. qua quęritur, an præſcriptione temporis ius percipiendi decimas, & ius funerandi tollatur: & reſpondet ꝙ ſic, quadragenaria præſcriptione, vt infra 16. q. 4. volumus. olim tñ præſcriptio currebat tricennalis, vt infr. c. 1. & cõtinet hæc quæſtio duos articulos. Primus eſt circa ius decimandi, vt in hoc §. Scđus circa ius funerãdi, vt inf. c. §. quo modo. Reſpondent ergo rei in hoc primo articulo, quòd licet iure territorij priori eccleſiæ decimæ ſint perſoluendæ, tamen à ſua actione excluditur prior eccleſia tricẽnaria, vel quadragenaria pſcriptione. & ad hoc inducit ſeq. ca. [Ad hæc,] .i. contra hæc, vel præter hæc.

præſcribi, vt contra epiſcopum, vt extra de præſcrip. de quarta. Itẽ vna eccleſia poteſt præſcribere decimas intra parochiã alterius eccleſiæ, vt extra de pſcrip. ad aures. ſimiliter ius funerandi præſcribitur ſecundũ leges vt C. de reli. monumentorum. ſimiliter alia ſacramẽta ec- | not. 16. q. 3. quia, i gl. 2.

vt aſſeritis [a] *; tamen tricennalis* [b] *obiectio vobis ſilentium imponit. Omnis enim poſſeſſio tricennaria præſcriptione tollitur, vel quadragenaria (ſicut poſſeſſiones religioſorum domorum) uel centenaria, ſicut prædia ſancta Romana eccleſia.*

Vnde Gelaſius Papa ait epiſcopis Siciliæ, epiſt. 2. c. 2.

¶ Quæ triginta annis ab epiſcopis poſſidentur, iure ab eis vendicantur. C. I.

FAcultates [c] eccleſiæ, necnon & diœceſes, ſi quæ ab aliquibus poſſidentur epiſcopis, iure ſibi vendicẽt, quod [d] tricennalis lex concluſit: quia & filiorum noſtrorum principium ita emanauit auctoritas, vt vltra xxx. [e] annos nulli licet pro eo appellare [f], quod legum tempus excluſit. | 16. q. 3. c. 2. §. illud etiam. Anſ. l. 5. c. 19. Burc. l. 3. c. 149. Pann. l. 2. c. 65.

At illi econtra. Cuius auctoritate nobis ſilentium imponitis, eiuſdem auctoritate ueſtra ora claudimus Ait enim idem Gelaſius: [Nulla [g] *præſumptione ſtatum parochia-* | 16. q. 3. licet in regulis.

a ¶ Vt aſſeritis.] hic de vna exceptione tranſitur ad aliam. ſi quis. n. ſuccubuerit in vna exceptione, tranſire ad aliam poteſt, & etiam ad contrariam trãſire poteſt, vt extra de præſcri. auditis. ff. de excep. nemo. ſimiliter de vna actione poteſt tranſire ad contrariam, qui in vna ſuccubuit, vt extra de iudi. examinata. & C. de inoff. teſt. contra maiores. & ff. de euict. minor. Sed quid ſi iurauit, ꝙ omnes exceptiones proponeret intra certum terminum? non videtur, ꝙ poſſit vnam poſt aliam proponere, vt extra de excep. paſtoralis. Nam etiam qui vnam exceptionem propoſuit, ſi poſtmodum cũ in illa ſuccubuit, vult aliam proponere, debet hoc facere intra terminum præfixum, vt inſti. de excu. tu. §. qui aũt. Ad hoc d co, ꝙ ſi alicui competerent plures exceptiones, quæ non ſunt contrariæ: in eo caſu ſi intra præfixũ terminum non proponit omnes exceptiones; ſi in vna ſuccubuit, non auditur in altera: & ſic intelligit inſti. de excu. tut. §. qui aũt. & extra de exce. paſtoralis. ſi aũt ſunt contrariæ, vt ſi primo dixit ſe exemptum, tũc licet ſuccubuerit, nihilominus poſt tpſ preſixum poteſt aliã proponere, vt C. de inoffi. teſt. l. contra maiores. Sed in actionibus ita eſt dicendum, ꝙ ſi alicui competebant plures actiones, & poterat eligere qua vellet agere, eligendo vnam, ſi in illa ſuccubuerit, non poterit tranſire ad aliam 1, vt ff. de tribu. ꝙ in hæredem. §. eligere. Item qui negat ſe aliquid debere, ſi vincatur, poteſt adhuc alia exceptione vti, niſi in caſibus à iure expreſſis, vt ff. de reg. iu. nemo ex his. Nam ſi quis neget numeratam pecuniam ſibi, ſi poſtmodum conuictus eſt, & velit dicere ſe ſoluiſſe, non audietur, vt C. de non nu. pe. in auth. contra qui. & ita non eſt in conuenieus, ſi de una exceptione tranſit ad contrariã. ſic 24. q. 1. quiſquis. extra de teſtib. ex tenore. ſic extra de excep. cum venerabilis.

Actiones plures habẽs an vna electa perdat alias.

1 Adde an hoc ſit indiſtincte verũ per Cyn. in l. edita. & ibi etiam Bald. C. de eden.

b ¶ Tricennalis.] hic tacite annectit ſecundam quæſt. .ſ. an ius decimarum, vel etiam ius funerandi poſſit præſcribi. Et eſt expeditum. ꝙ ius, id eſt, libertas non dandi 2 decimas à clerico nomine eccleſiæ ſuæ poteſt

Decimæ ãn poſſint præſcribi.

2 De hoc et

eccleſiaſtica præſcribuntur, vt extra de reli. do. cõſtitutus. Si quæras qualiter præſcribuntur decimæ, cum nõ continue dentur, & ſeruitutes præſcribi non poſſunt, cum non continuo poſſideãtur, vt ff. de ſer. ſeruitutes? Reſp. licet perceptio decimarum non ſit continua; tñ ius percipiendi eſt continuum. Vel aliter, licet perceptio non ſit continua, tñ cauſa percipiendi (.ſ. præceptũ Domini, quod perpetuum & continuum eſt) perpetua eſt. & naturalis. & hoc ſufficit ad præſcriptionem quòd cauſa ſit perpetua & naturalis, vt ff. de ſer. vrba. præd. foramen. ibi enim dicitur, ſi cauſam à cælo habet, continuum dicitur.

FAcultates.] CASVS. Quidam epiſcopi poſſeſſiones aliarum eccleſiarum, ſimiliter & diœceſes aliorũ epiſcoporum xxx. annis poſſederunt. Quæſitum fuit à Gelaſio, vtrum ſint tuti, vel ſecuri tanti temporis præſcriptione. Et reſpond. quòd ſic, quia principum ita emanauit auctoritas, vt poſt xxx. annos nulli ſuper his liceat iudicem interpellare. [Concluſit,] id eſt, acquiſiuit. [Excluſit,] illas poſſeſſiones ab epiſcopis quorum erant.

c ¶ Facultates.] Sic conſtrue, facultates eccleſiæ quæ ab aliquibus epiſcopis poſſidentur, ſupple ipſi epiſcopi iure ſibi vendicent, id eſt, defendant.

d ¶ Quod.] Id eſt, quia tricennalis lex concluſit, id eſt, acquiſiuit illas poſſeſſiones eis. Vel pone caſum, quòd ille epiſcopus, qui præſcripſerat res alterius, cecidit à poſſeſſione illarum rerum; tunc enim licite poſſet eas vendicare à poſſeſſore, vt 16. quæſtio. 3. §. poteſt.

e ¶ Xxx.] Cum eccleſia præſcribit contra priuatum 3. ſed ſi eccleſia præſcribit contra eccleſiam, & priuatus contra eccleſiam, requiruntur xl. anni, vt 16. quæſt. 3. §. poteſt in fin.

3 Argũ. ad hoc extra de pſcr. illud. vbi de hoc. Arch.

f ¶ Appellare.] Id eſt, interpellare.

AT ILLI. CASVS. Per c. ſupr. dictum videbatur imponi ſilentium actoribus: & ideo actores eccleſiæ nituntur claudere os rei, eiuſdem Gelaſij auctoritate, quę eſt 16. q. 3. licet in regulis. vbi dicitur, ꝙ ſtatus parochiarum temporali præſcriptione diuelli nõ poteſt: & ideo decimationes priori eccleſiæ aſſignatas nullus ſibi debet vſurpare.

g ¶ Nulla.] Infra 16. q. 3. licet in regulis.

a ¶ Vendica-

a ¶Vindicabili.] Id eſt, iniuſta Io. de Fan.

QVOMODO. CASVS. Non ſoluit hic G. contrarietatem duorum præmiſſorum cap. Gelaſij: ſed ſeruat reſolutionē ꝟ. 16. q. 3. Poſtea aūt annectit ſecundū articulum huius quæſt. ſcilicet, vtrum ius funerandi præ- in ſepulchris parentum ſuorum, vt ꝟ ead. placuit. Ego credo, ꝙ libere poteſt quis eligere ſepulturam ubicunque voluerit 1, vt extra eo. tit. cum liberum ſit. dum tamen legitimam portionem relinquat priori eccleſiæ, ut eo. tit. nos inſtituta. etiā apud locum minus religioſum, vt extra eo. in noſtra & omnia contraria intelligas, quando eſt illectus, vel qn̄ ex contemptu vel temeritate deſerit ſuam eccleſiam, uel qn̄ legitimam portionem non vult relinquere eccleſiæ priori: parentes tamen non poſſunt filijs intra annos diſcretionis eligere ſepulturam, niſi hoc habeat conſuetudo, ut extra de ſepul. de uxore. & extra eo. tit. in noſtra. in fi. ſi quis autem in caſu non conceſſo receperit corpus alienum, etiam ſepultum reddere cogentur, cum omnibus quæ occaſione ipſius receperat, ut extra eo fraternitatem. in fi. & extra eo. c. 1 & 2.

Sepulturæ electio unicuique libera eſt.

1 Dūmodo hoc non faciat ex odio, uel temeritate. ꝟ. ea. placuit. ſm Lau. & H.

rum, & c.] Si ergo temporalis obiectio diœceſim ſemel conſtitutam diuellere non poteſt; patet quòd nec vobis patrocinabitur, vt ſtatum parochiæ noſtræ mutantes, decimationes nobis quondam legitime aſſignatas, vindicabili [a] *vſurpatione vobis vendicetis. ¶Quomodo autem diſtinguendæ ſint hæ auctoritates; in cauſa monachorum inuenietur.*

16. q. 4.

2 *Nunc autem* [b] *quæritur de iure funerandi; quæ harū eccleſiarum habeat ius tumulandi iſtos. Sicut Hieronymus ſcribit, coniugati in vno ſepulchro videntur eſſe ponendi.*

In q. hebraicis in Geneſim, & de locis hebraicis.

Ait enim.

¶In ſepulchro parentum ſuorum filij ſunt collocandi. C. II.

Poly. l. 8. tit. 5. Burc. l. 3. c. 160. Iuo p. 3. c. 223.

EBron dicitur eſſe ciuitas quattuor α virorū; quia in ea ſepulti ſunt tres patriarchæ in ſpelunca duplici [c] cum tribus vxoribus ſuis, id eſt, Abraham & Sara Iſaac & Rebecca, Iacob & Lia, præter [d] ipſum Adam & Euam vxorem ſuam. Tobia dicit ad filium ſuum. [Cum acceperit Deus animam meam; corpus meum ſepelies, & honorem habebis matri tuæ omnibus diebus vitæ eius: & cum ipſa compleuerit tempus ſuum; ſepelias eam iuxta me in vno ſepulchro. *Ibidem.* ¶Quos coniunxit [e] vnum coniugium; coniungat vnum ſepulchrum: quia vna caro ſunt; & quos Deus coniunxit, homo non ſeparet.

Tob. 4 *&* 14.

Burc. l. 3. c. 161. Iuo p. 3. c. 224. *Matt.* 19.

α ¶Quattuor] *Sic emendatum eſt cum antea legeretur*, trium. *Sic enim legitur apud B. Hieronymum in quæſtionibus hebraicis in Geneſim, de locis hebraicis & in epitaphio Paulæ. Ac dictio hebraica ſignificat quattuor, & quattuor Patriarchæ hic numerantur, qui ibi ſepulti ſunt: Abraham, Iſaac, Iacob, & Adam cum vxoribus ſuis.*

Aliquid ſimile 9. confeſſ. c. 11. ex ſētētia aliqn̄ matris ſuæ.

Item Auguſtinus.

Poly. ibid. Bur. l. 3. c. 162. & 163. Iuo p. 3. c. 225. & 226.

C III.

VNnaquæque mulier ſequatur [f] virum ſuum, ſiue in

EBron.] CASVS. Dicit in hoc cap. Hie. vxores eſſe ſepeliendas in ſepulchris virorum ſuorum: & hoc probat exemplo quinque uirorum ſcilicet, Abrahæ, Iſaac, & Iacob, Adæ, & Tobiæ. Seq. duo c. patent per ſe.

c ¶In ſpelunca duplici.] Id eſt, quia duo receptacula habuit: in uno recipiebantur maſculi, in alio feminæ.

d ¶Præter.] Hæc dictio, præter, hic ponitur incluſiue 2 ſic 35. q. 3. ff. de pigno. act. l. 1. in fin.

2 Sed excluſiue poniē 16. q. 1. adijcimur. Ar.

præſcriptione tollatur. & certum eſt, ꝙ ſic, cum quadragenaria præſcriptione omne ius & omnis actio tollatur. procedit G. ſic in hoc articulo. Primo inducit actores allegantes. Secundo reos reſpondentes. Probāt ergo actores, ꝙ ius funerandi ad ſuam eccleſiam debet pertinere: quia uxores & filij in ſepulchro uirorū & parentum ſunt collocandi: quod probat ix. auctoritatibus & exemplis.

NVNC AVTEM. Hæc eſt 2. pars q. in qua probat per c. Hierony (ſuperficialiter tamen) ꝙ omnes conſanguinei debent ſimul ſepeliri. Ioan. de Fan.

b ¶Nunc autem.] Hic explicatur alter articulus primæ quæſtionis, ſcilicet, ubi iſti ſint ſepeliendi. De hac materia loquuntur uariæ iura. H. dicit ꝙ quilibet poteſt ſepeliri in ſua eccleſia, ubi audiuit diuinum officium, ut extra de ſepul. in noſtra. niſi in tribus caſibus, ſi uelit tranſire ad epiſcopalem eccleſiam, ut ꝟ. ea. vbicunque. uel ſi elegit ſepulturam in loco magis religioſo, ut extra de ſepul. fraternitatem. uel ſi uelit ſepeliri

e ¶Quos coniunxit.] Largius hic interpretatur Hieronymus auctoritatem Domini, quàm in Euāgelio Matthæi intelligatur. & eſt ſi. 28. q. 1. idololatria.

VNaquęque.] Hæc eſt 3 pars q in qua probat, ꝙ omnes non poſſunt ſimul ſepeliri Io. de Fan.

f ¶Sequatur.] Nunquid ergo tenetur ſequi uirum uagantem? Videtur quod non, ut 34. q. 2. ſi quis. ſic nec libertus tenetur ſequi patronum uagantem, ut ff. de ope. lib. quod niſi. ar. ff. de procu. ſed & hæ. §. non ſolū. ff. de an. leg. l. Mæuia §. 1. Sed contra. quia etiam tenetur ſequi leproſum. extra de cōiug. lepro. c. 2. & 3. Credo, ꝙ ſi ſciret eum eſſe hiſtrionē, tenetur eum ſequi, aliàs non. H. tamē dicit, ꝙ ſemper debet ipſum ſequi, & dicit, ꝙ illud c. ſi quis. eſt abrogatum: ſimiliter dicit, ꝙ debet ipſum ſequi etiam ſi mittatur in carcerē, uel ſi cogatur ire in exercitum. Sed eadē ratione debet ipſum ſequi quoties dominus petit à viro, q eſt ſeruus, vt ſeruiat ſibi. lex tamen dicit, ꝙ poſtquam libera nupſit uoluntate patroni, ꝙ amodo non debet ſeruire pa

Vxor ante neatur ſequi uirum uagantem.

dos centum ab ea exigebat. Greg. vero reſcribens ei dicit, ꝙ hoc uitium de eccleſia ſua remoueret: unde præcipit ſibi ne de cętero hanc cupiditatē exerceat. & hoc probat exemplo Ephron, qui ab Abraham pro ſepultura Saræ pretium recipere noluit. vnde ſi paganus ille pro tur in ſeq. c. & iſte Ephron fuit filius Seor. [Renuit.] .ſ. Ephron, & licet ſ̄ diceret de filijs Seor in plurali, dicit tū poſtea in ſingulari de Ephron, ꝙ ipſe renuit.

a ¶Seor.] Seor fuit pater Ephron, & ab eo nominati ſunt deſcendentes ab eo propter famam ipſius.

† *al. non erubeſcat*

tas ueſtra uelit † exigere. *& infra.* ¶Hoc autem uitium & nos, poſtquam, Deo auctore, ad epiſcopatus honorem acceſſimus, de eccleſia noſtra omnino uetuimus; & prauam denuo conſuetudinem nequaquam uſurpari permiſimus: memores, quia dum Abraham à filijs Ephron β, hoc eſt à filijs Seor [a], ſepulchri terram pretio ad humandum corpus coniugis poſtularet, præmium accipere renuit [b]; ne commodum uideretur de cadauere conſecutus. Si ergo tātæ conſiderationis paganus uir fuit; quanto magis nos, q̄ ſacerdotes dicimur, hoc facere non debemus? Vnde ne hoc auaritiæ uitium uel in alienis denuo tentari præſumatur, admoneo: Sed ſi quando aliquem in eccleſia ueſtra ſepeliri cōceditis; ſi quidem parentes ipſis proximi, uel hæredes pro luminaribus ſpontè quid offerre uoluerint; accipi nō uetamus Peti uero aliquid, aut exigi omnino prohibemus: ne (quod valde irreligioſum eſt) aut venalis fortaſſe (quod abſit) dicatur eccleſia, aut uos de humanis uideamini mortibus gratulari; ſi ex eorum cadaueribus ſtudeatis quærere quolibet modo compendium γ.

Gen. 23. Act. 7.

α ¶Centum] *Dictio iſta abeſt à nonnullis exemplaribus Gratiani, & epiſtolarum B. Gregorij. Sed quia in alijs earundem codicibus etiam manuſcriptis legitur, non eſt inducta.*

β ¶Ephron.] *Locus hic varie legitur. In epiſtolis B. Gregorij magis recepta lectio hæc eſt*, à filijs Emor: hoc eſt Ephron filio Seor. *& Gen. 23. habetur*, intercedite pro me apud Ephron filium Seor.

γ ¶Compendium] *Poſt hoc caput in duobus antiquis exemplaribus recitantur duo Vrbani ſecundi, quæ placuit hic afferri, ne planè interirent, quòd alibi non facile inueniuntur. & vnum eorum citatur extra de ſepul. c. certificari.*

Vrbanus II Gothfredo Magalonenſi epiſcopo.

¶Mortuorum, qui in monaſterijs ſepeliri deſiderāt, aut omnino iuxta prædeceſſoris noſtri Leonis decretū, partē eleemoſynarum mediam, aut iuxta diſpenſationem noſtrā in Lateranenſi concilio promulgatam, partem tertiam parochialibus eccleſijs ſtatuimus derelinquendam. Idem eidem.

¶Capellanos quoque monachorum, ſicut reliquos parochię tuæ clericos, debitam tibi obediētiam perſoluere volumus.

Item Hieronymus in quæſt. Hebr. ad c. 23. Gen.

¶Etiam coacti de ſepultura pretium non debemus accipere. C. XIII.

Pann. l. 3. c. 26.

POſtquam pretio uictus eſt Ephron, vt ſepulchrum venderet argento, licet cogente [c] Abraham: vau littera, quæ apud illos pro o [d] legitur, ablata de eius nomine

b ¶Renuit.] Primo enim commendatur in hoc cap. poſtea tamen conuictus precibus ſumpſit quadringentos ſiclos argenti, & inde uituperatur in ſeq. cap.

POſtquam.] CASVS. Hieronymus docet in hoc c. quod nullus debet uendere ſepulturam. Et hoc probatur exemplo Ephron, qui licet cogēte Abraham acceperit aliquid pro ſepultura, poſtea uocatus eſt Ephran, id eſt, imperfectus, cum primo uocaretur Ephron, id eſt, perfectus; & hoc in prima parte. In ſecunda parte dicitur, ꝙ de iuſtis fiunt iniuſti, qui pro ſepultura ab inuitis aliquid extorquent, cum etiam Ephron de iuſto ſit factus iniuſtus, & tamen inuitus accepit. Secunda pars incipit ibi, [Fiāt igitur.] [Memoriam.] Id eſt, ſepulturam.

c ¶Cogentē.] Per preces populi, & licet cōtractus factus ad clamorem populi teneat non tamen electio, vt extra de elect. Oſius. & 61. diſt. miramur. in prin. & 8. quæſtio. 1. ſi ergo.

d ¶Pro o.] O, eſt ultima littera Græcorū: & a, prima. & deſignat o, conſummationem & perfectionē. a, initium & imperfectionem. & Hebręi ponunt vau, pro o, in iſta dictione Ephron, quæ ablata eſt, &c. & videtur hic Hierony. velle, quòd Ephron peccauit: ſed nunquid Abraham peccauit, qui coegit ipſum uēdere locum talem, maximè quia locus ille iam deputatus erat ſepulturæ, erant enim ibi ſepulti Adam & Eua. dicit tamen P. manducator, quod neuter peccauit: Sed quare reprehenditur hic a Hiero. Reſpon. non propter ſuum factum, ſed propter futuros, uolens oſtendere, quòd illi peccarent, qui tali modo uenderent.

ille pro ſepultura nil accipere voluit, multo fortius ſacerdotes nil accipere debent. Spontè tamen oblata reſpui non debent. Iſte Ephron primo accipere noluit. vnde de hoc commendatur: ſed poſtea uictus precibus pretium pro ſepultura accepit. & de hoc reprehendi-

α ¶Ephron.]

eſt, & pro Ephron [a] appellatus eſt Ephran [b]: ſignificãte ſcriptura non eum fuiſſe conſummatæ, perfectæque virtutis, qui potuerit memorias vendere mortuorum. ¶ Sciant igitur, qui ſepulchra venditant nec coguntur, vt accipiant, pretium, ſed à nolentibus quoque extorquent, immutari nomen ſuum, & perire quid de merito eorum: cũ etiam ille reprehendatur occultè, qui inuitus acceperit.

Item ex concilio Triburienſi, c. 16.

¶ De eodem. C. XIIII.

IN eccleſiaſtico [c] namque libro ſcriptum eſt: [Mortuo non prohibeas gratiam, ſciens, quoniam omnes moriemur.] & item: [omnia, quæ de terra ſunt, in terram conuertuntur.] Quid terra terram vendis? memento, quoniã terra es, & in terram ibis α, & quoniam mors tibi futura eſt: appropiat, & non tardat. Recordare, quoniam non hominis eſt terra: ſed, ut pſalmiſta commemorat: [Domini eſt terra, & qui habitant in ea.] ſi terram [d] vendis, inuaſione alienæ † rei, reus teneberis. Gratis accepiſti à Deo: gratis da pro eo. Quare interdictũ ſit omnibus omnino Chriſtianis, terram mortuis vendere, & debitam ſepulturam denegare: niſi fortè proximi, & amici defuncti propter nomen †, & redemptionem animæ viri gratis aliquid dare velint.

Iuo p. 3. c. 258. *Eccl. 7.* *Eccl. 40.* *Gen. 3.* *Pſal. 23.* †*al. Dominicæ* †*al. nomen Domini*

α ¶ Ibis.] *In codicibus uulgatis erat,* reuerteris: *& ſequebantur hæc,* & alibi de homine dictum eſt, terram teris, terram geris, & in terram conuerteris, qui de terra ſumeris: *quæ ſunt expuncta: quia abſunt à pleriſque vetuſtis, & ab originali.*

Item ex concilio Varenſi.

¶ De eodem. C. XV.

PRæcipiendum eſt ſecundum canonum auctoritatem, vt de ſepulchris, & hominibus ſepeliendis nihil muneris exigant: niſi fortè qui ſepelitur, viuens iuſſerit eccleſiæ, in cuius atrio ſepelitur, aliquid de ſuis rebus tribuere aut etiam poſt mortem ipſius, illi, quibus commiſſum eſt eius eleemoſynam facere de rebus illius aliquid ſponte dare uoluerint: & tamen nullatenus à presbyteris eccleſiæ † illius aliquid exigatur; ſiue ab illis, qui locis, & villis † præſunt. ¶ Prohibendum eſt etiam ſecundum maiorũ inſtituta, ut in eccleſia nullatenus ſepeliãtur; ſed in atrio, aut in porticu, aut in † exhedris [e] eccleſiæ. Intra eccleſiã uero, aut prope altare, ubi corpus & ſanguis Domini conficitur, nullatenus ſepeliantur [f].

Burc. l. 3. c. 159. Iuo p. 3. c. 222. †*al. illis aliquid* †*al. uicis* †*al. extra eccleſiam*

a ¶ Ephron.] Id eſt, perfectus.

b ¶ Ephran.] Id eſt, imperfectus.

IN eccleſiaſtico.] CASVS. Quæſitum fuit in concilio Triburien. vtrum terra cœmeteriata vendi poſſit pro ſepultura? & reſpondetur, quod non: & hoc probatur duabus auctoritatibus, vna Salomonis, & alia Dauid: & vna ratione: ſponte tamen oblata recipi poſſunt. Ratio incipit ibi, [Si terram vendis.] Quare interdictum ſit,] id eſt, interdicatur, vel quare, id eſt, ergo.

c ¶ In Eccleſiaſtico.] Id eſt in eccleſiaſte 1. & ille liber eſt Salomonis, & incipit: Vanitas. Eſt alter qui dicitur eccleſiaſticus qui incipit: Omnis ſapientia à Domino. & ille liber eſt Ieſu filij Syrach.

1 Immo in eccleſiaſtico.

d ¶ Si terram.] Sacram uel religioſam, & dico, quod terra ſit ſacra uel religioſa auctoritate põtificis, nõ ex eo, quod mortuus infertur ad locũ, ut extra de reli. domi. ad hoc. Sed ſecundum legẽ ſecus ẽ: nam ſi trãsfertur corpus ad aliũ locũ, deſinit locus eſſe religioſus, uel etiam ſi capitur ab hoſtibus, ut ff. de reli. cum in diuerſis, & l. cum loca. Et not. quod quidquid eſt ſacrum, eſt religioſum: ſed non conuertitur ubi enim mortuus infertur, ſit religioſus 2. ſed non ſacer, ut ff. de re. di. in tantum. §. ſacræ. Item dicitur locus religioſus ubi corpus eo propoſito ponitur, ut ibi perpetuo remaneat: alias remaneret profanus, ut ff. de relig. ſi quis eo animo. & remoueri põt quocunque placuerit vt C. eo. tit. l. nec dũ. Et licet partes hominis in diuerſis ſepulchris ſepeliantur, non ideo oĩa loca fiũt religioſa: ſed tantum ubi caput eſt ſepultum, ut ff. eodem, cum in diuerſis. Item nec totus locus deputatus ſepulturæ ſit religioſus, ſed ille in quo corpus eſt humanum, vt ff. eo. l. 2. §. ſepulchrum.

2 Hoc non eſt uerũ, ſi mortuus eſſet excõicatus. & ita ſẽtit Goff. extr. de ſepul. ſacris. & ibi de hoc per Ber.

PRæcipiendũ.] CASVS. Hoc c. diuiditur in duas partes. In prima parte dicitur, quod pro ſepultura, i. pro hominibus ſepeliendis clerici nihil exigent niſi in duobus caſibus: ſcilicet ſi defunctus iuſſit aliquid eccleſię dari, & niſi uiuente ſpontè aliquid obtulerit. In ſecunda parte dicitur, quòd intra eccleſiã nullus eſt ſepeliẽdus, ſed in cœmiterio, uel etiam in arcubus muri eccleſiæ. Secunda pars incipit ibi, [Prohibendum eſt.]

e ¶ In exhedris.] Exhedræ dicuntur quædam voltæ, quæ exterius adhærent parietibus eccleſiæ 3.

f ¶ Sepeliantur.] Si ſint modicæ perſonæ, ut infra eo. nullus. & ideo prohibetur fieri ſepultura in eccleſia, quia locus ille ſpecialiter Deo dedicatus eſt: cui mors ultra non dominabitur.

3 Exhedræ hodie dici põt loca, quæ i periſtylijs canonicorũ aut monachorum .i. clauſtris vulgo capitula dñr Vid Budæũ in adno. priorib. ad l. ſi vero. ff de ijs qui deiecerunt.

Qui-

QVibus peccata.] Hæc eſt 8. pars q. in qua dicitur, ꝙ nullus debeat ſepeliri in eccleſia niſi ſit ſanctus niſi in atrio vel in exhedris: & ponit etiã, ꝙ ꝓficiant mortuis cœmiteria, & qualiter, & ubi animæ ſunt defunctorũ. & hoc probat per viij. aucto. Io. de Fa. Caſus damnãtur: quia loca ſacra eos non liberant, ſed temeritas accuſat eos.

a ¶ A ſacris locis.] Id eſt, ab orationibus, quæ in eis fiunt; vel ad litteram intelligas, quia locus non ſanctificat hominem. ut 40 diſt. non loca.

¶ Extat caput hoc in concilio Nannetenſi c 6 ex quo citatur à Burchardo, & Iuone: ſed quia potuit eſſe repetitum in aliquo Varenſi, ſeu Vaſenſi, non eſt mutatum. In epitome quidem conciliorum eſt in Vaſenſi, c 3.

Item Auguſtinus.

¶ A ſacris locis non iuuantur poſt mortem, quibus peccata non ſunt dimiſſa. C. XVI.

Poly. l. 8. tit. 5. Burc. l. 3. c. 152. Iuo p. 3. c. 214. In cõc. Tribur. c. 17.

8 QVibus peccata dimiſſa non ſunt, à ſacris locis [a] poſt mortem adiuuari nõ poſſunt: quia quos peccata grauiora deprimunt, ſi in ſacris locis ſe ſepeliri faciunt; reſtat, ut de ſua præſumptione iudicentur: quia eos ſacra loca non liberant, ſed culpa temeritatis accuſat.

¶ Caput hoc à Burchardo etiam & Iuone citatur ex Auguſtino, & nonnihil ad hanc rem faciens habetur in libro de cura agenda pro mortuis, c. 1. ſed videtur confectum ex duobus locis lib. 4. dialog. B. Gregorij, vno quidem in c. 51. altero autem in c. 53. quod refertur in cõc. Tribur. c. 17. Nam capite quidem 51. cum narraſſet quandam ſanctimonialem, quæ in eccleſia ſepulta fuerat, uiſam fuiſſe ibi cremari ex eo colligit, Qua ex re aperte datur intelligi; quia hi, quibus peccata dimiſſa non fuerint, ad euitãdum iudicium ſacris locis poſt mortem non ualeant adiuuari *In c autem 53. cum memoraſſet corpus cuiuſdã Valentini è ſepulchro per dæmones fuiſſe extractum, & extra eccleſiam proiectum, hæc ſubiungit.* Ex quo Petre collige; quia his, quos peccata grauia deprimunt, ſi in ſacro loco ſepeliri ſe faciant; reſtat, vt etiã de ſua præſumptione iudicentur: quatenus eos ſacra loca non liberent: ſed etiam culpa temeritatis accuſet.

Nic. ad cõſulta Bulgarorum, c. 99.

† Quos] orig.

Item Gregorius lib. 4. dial. c. 50.

¶ Quibus proſit in eccleſia ſepeliri. C. XVII.

Poly. ibidem. Burc. l. 3. c. 153. Iuo p. 3. c. 216.

CVm † grauia peccata non deprimunt, hoc prodeſt mortuis, ſi in eccleſia ſepeliantur [b], quòd eorum proximi quoties ad eadem ſacra loca ueniunt, ſuorum, quorum ſepulchra aſpiciunt, recordantur, & pro eis Domino preces fundunt. Nam quos peccata grauia deprimunt; nõ ad abſolutionem potius, quàm ad maiorem damnationis cumulum, eorum corpora in eccleſijs ponuntur.

Item ex concilio Moguntiaco 1. c. 52.

¶ Qui ſepeliantur in eccleſia. C. XVIII.

Burc. l. 3. c. 233. Iuo p. 3. c. 274.

NVllus mortuus intra eccleſiam ſepeliatur, niſi epiſcopi, aut abbates, aut digni presbyteri, uel fideles [c] laici.

Quòd vero mortuis proſit iuxta eccleſiam ſepeliri, quidue ad eos perueniat, Auguſtinus in libro de agenda cura pro mortuis, c. ult. oſtendit dicens.

CVm grauia peccata.] CASVS. Quæſitum fuit à Grego. utrum proſit mortuis in cœmiterio ſepeliri. Et reſpondet ꝙ ſic, ſi cum mortali delicto nõ deceſſerunt: quia proximi eorum ſepulturas aſpicientes pro eis orant ad Dominum. ſi uero cũ mortali deceſſerint, potius obeſt, quàm ꝓdeſt. Sequens cap. cũ §. patet.

b ¶ Sepeliantur.] Ecce ratio una, quare homines potius ſunt ſepeliendi apud eccleſias quàm alibi. Secũda ratio, quia ſpecialiter commendantur patrocinijs ſanctorũ illorum, in quorum nomine dedicata eſt eccleſia illa, ut ĩ. ead. non æſtimemus. In fin. Tertia ratio eſt, quia minus ibi uexantur à ſpiritibus immundis. unde in cœmiterijs dicitur eſſe requies defunctorum ut 13. q. 2. aurum. lex tñ alia conſideratione præcipit ne corpora in ciuitate ſæpelirent, ne ciuitas corrumperetur fœtore, ut C. de reli. & ſum. fun. l. mortuorum & hic argu. ꝙ ibi potius ſepeliendi ſunt homines vbi eſt maior concurſus populorum, ut in cathedralibus eccleſiis, ut ſ. eadem, ubicunque.

Sepeliantur corpora in eccleſijs aut cœmiterijs.

c NVllus.] ¶ Fideles.] Vocantur laici hic fideles à fidei uirtute, ita ut faciant miracula 1. Alij intelligunt à fide baptiſmi. ſecundum hoc intellige C. de ſac. ſanc. eccle. l. 2. Vel dic ꝙ omnis Chriſtianus põt ſepeliri in eccleſia, ſed non gentilis, ut ĩ. de conſec. diſt. 1. eccleſiã. & hoc intelligas, niſi aliàs in mortali deceſſerit, uel impœnitens, uel niſi eccleſia interdicta ſit, uel niſi ſint torneamentarij, qbus propter terrorem interdicitur eccleſiaſtica ſepultura. extra de tornea. c. 1. & extra de rap. ſuper eo.

1 Hæc ſententia fuit La. & Hug. Sed quod ſequitur, fuit ſententia B. Iſido. quã H. reprobat.

CASVS. Dicitur in hoc cap. quòd non prodeſt decedẽtibus in mortali delicto, ſi in ſacris locis ſepeliantur: immo ſi ibi ſe faciant ſepeliri, de ſua præſumptione

¶ Quare mortui iuxta eccleſiam ſepeliantur. C. XIX.

NOn æſtimemus † ad mortuos, pro quibus curam gerimus, peruenire; niſi quòd pro eis ſiue altaris, ſiue orationum, ſiue eleemoſynarum ſacrificijs [a] ſolenniter ſupplicamus. Quamuis non pro quibus fiunt, omnibus ꝓſint: ſed his tantum, quibus dum uiuunt, comparatur, ut proſint. Sed quia non diſcernimus [b] qui ſint; oportet ea pro regeneratis omnibus [c] facere †: ut nullus eorum prætermittatur, ad quos hæc beneficia poſſint & debeant peruenire. Melius enim ſupererũt iſta eis, quibus nec obſunt nec proſunt, quàm eis deerunt, quibus proſunt. ¶ Diligentius tamen facit hoc quiſque pro neceſſarijs ſuis, quo † pro illo fiat ſimiliter à ſuis. ¶ Corpori autem humando quidquid impenditur; non eſt præſidium ſalutis, ſed humanitatis officium, ſecundum affectum, quo nemo unquam carnem ſuam odio habet. Vnde oportet, ut quam poteſt, pro carne proximi curam gerat, cum ille [d] receſſerit, qui gerebat †. Et ſi hæc faciunt, qui carnis reſurrectionem nõ credunt; quanto magis debent facere, qui credunt? vt corpori mortuo, ſed tamen reſurrecturo [e], & in æternitate manſuro impenſum eiuſmodi officium, ſit etiã quodãmodo eiuſdem fidei teſtimoniũ. ¶ Quod uero quiſque apud memoriam martyrum ſepelitur; hoc tantum mihi uidetur prodeſſe defuncto, ut commendans eum etiam martyrum patrocinio affectus pro illo ſuplicationis augeatur.

Iuo p. 3. c. 113.
† al. exiſtimemus
† Adde ꝙ uerbum generale omnia compꝛ̃hendit in l à procuratore. & ibi bona gloſſ. cũ concor. C. manda.
† al. quod
Eph. 5.
† al. regebat

Econtra [f] Hieronymus in epiſtola ad Gal c. 6. ad ea verba: [vnuſquiſque onus ſuum.]

¶ Poſt mortem orationes viuentium mortuis damnatis non proſunt. C. XX.

IN præſenti ſæculo ſcimus ſiue orationibus, ſiue conſilijs inuicem poſſe nos coadiuuari. Cum autem ante tribunal Chriſti uenerimus; non Iob [g], non Daniel [h], nec Noe [i] rogare poſſe pro quoquam; ſed unumquemque portare onus ſuum.

¶ *Verba B Hieronymi ſunt hæc.* Obſcure licet, docemur per hanc ſententiam nouum dogma quod latitat, dum in præſenti ſæculo ſumus, ſiue, &c.

Verum hoc de impœnitentibus accipiendum eſt, de quibus propheta dicit. Non dabit Deo placationem ſuam, nec pretiũ redemptionis animæ ſuæ: & ideo frater nõ redimet eum, ſed laborabit [k] in æternum, & viuet adhuc in finem Pſal. 48.

NOn æſtimemus.] CASVS. Hoc capitulum diuiditur in quattuor partes. In prima parte dicitur, ꝙ illa bona viuorũ proſunt defunctis, ſcilicet, ſacrificium, oratio, & eleemoſyna, quæ defuncti in præſenti uita egerunt vt eis prodeſſent: & quia neſcitur qui ſint, pro omnibus regeneratis generaliter orare debemus. In ſecũda parte dicitur, quòd ſpecialius & cum maiori diligẽtia oramus pro cõſanguineis noſtris. In tertia parte dicitur, ꝙ ſeruitium impenſum corpori defuncti non prodeſt defuncto, ſed eſt ſolatium uiuorum: quia cum illi, qui reſurrectionem non credunt hoc faciant: multo fortius nos hoc facere debemus. In quarta parte dr̃, quòd ſi defunctus ſepeliatur apud eccleſias martyrum, prodeſt ei: quia patrocinio martyrum commendatur. Secunda pars incipit ibi, [Diligentius.] Tertia ibi, [Corpori.] Quarta ibi, [Quòd uerò.] Sequens c. cũ §. patet.

a ¶ Sacrificijs.] Aut ieiunijs parentum, ut ĩ. ead. cap. animæ.

b ¶ Quia non diſcernimus.] Arg. ꝙ ratione dubitationis melius eſt totum & ſuperfluum facere, quàm nihil facere, uel etiam aliquid omittere. ſic 42. diſti. quieſcamus. 24 qõ. 3. corripiantur. Item ratione dubitationis fiunt quæ aliàs eſſent illicita, ut extra de ſepul. ſacris. extra de vſu. in ciuitate. 11. q. 3. nolite. & ratione dubitationis poſſum uendicare incertam partem, uel rem. ff. de rei uen. quæ de tota. & nummos meos nõ poſſum uendicare, ſi ſint miſti alijs. ff. de ſolutio. ſi alieni.

Dubitationis ratione fiũt aliqua.

c ¶ Omnibus.] Infra ea pro obeuntibus. cõtra ſolu. eccleſia pro omnibus uiuis ſiue bonis ſiue malis poteſt orare generali ſiue ſpeciali oratione 1: & ꝓ Iudęis & paganis, vt conuertantur: quia de nemine eſt deſperandum, dum eſt in vita iſta, vt ĩ. de pę. diſt. 7. nemo. ſed pro paganis vel Iudæis mortuis non eſt orandum, nec ꝓ cathecumenis: ſed pro baptizatis mortuis orandum eſt generali oratione, vt hic dicitur, & 23. qõ. 4. ſicut. & hoc ſiue ſint damnati, ſiue non: dum tamen hoc non conſtet: ſed ſpeciali oratione non eſt orandum pro eis mortuis, quos conſtat eſſe damnatos, ſic loquitur illud cap. pro obeuntibus, ſed pro illis, qui non ſunt damnati, oratione ſpeciali & generali oramus, licite niſi ſint ualde boni, ut ĩ. ead. tempus.

Eccleſia an poſſit pro omnibus orare.

1 De hoc etiã no. 11. q. 3. ſi quis epũs: & ibi dixi. Archi.

d ¶ Cum ille.] Scilicet ſpiritus.

e ¶ Vt reſurrecturo.] Niſi enim quis reſurrecturos ſperaret, &c 2 eſt ergo hoc ſignum quòd credamus futuram reſurrectionem, ut inf. ead. habent.

2 Superfluũ uideretur & uanum orare pro mortuis, ſecundum L. & hoc continetur ſub illo, &c ĩm Lau. cuius fuit iſta gl.

f ¶ Econtra.] Contra id quod dicis, quòd poſſumus orare pro mortuis. Ioan.

g IN præſenti.] ¶ Iob.] Id eſt, coniugati.

h ¶ Daniel.] Id eſt, Virgines uel continentes.

i ¶ Noe.] Id eſt, rectores eccleſiarum, & hoc intellige deceſſerint in mortali. ſic 25. diſt. qualis.

K ¶ Sed laborabit.] Id eſt, punietur æternaliter.

Pro obeun-

PRo obeuntibus.] CASVS. Bonifacius archiepiſcopus quæſiuit à Gregorio ſi liceat ſpecialiter pro defunctis celebrare diuina, & oblationes offerre. Et rñdet ꝙ pro catholicis licet: pro impijs autem ſpecialiter hoc fieri non licet.

a ¶Pro

De alijs autem intelligi non poteſt.

Vnde Gregorius Papa ſecundus Bonifacio epiſcopo, epiſtola vltima.

¶In pœnitentia defunctis bona proſunt viuentium. C. XXI.

Poly.l.3. tit.¶

PRo obeuntibus quippe conſuluiſſe dignoſceris, ſi liceat oblationes offerre: ſancta ſic tenet eccleſia, vt quiſque pro ſuis mortuis vere Chriſtianis offerat oblationes, atque presbyter eorum memoriam faciat, & quamuis omnes peccatis ſubiaceamus; congruit, ut ſacerdos pro mortuis catholicis memoriam faciat, & intercedat: non tamen pro impijs [a] (quamuis Chriſtiani fuerint) tale quid agere licebit.

¶ al. Idem

Item †.

¶Animæ mortuorum quatuor modis ſoluuntur. C. XXII.

Poly l 8. tit.6. Burc.l.19.c.112 Iuo p 15.c.124.

Aug. de cura ꝓ mortuis, c.2. & lib.1. de ciui.c. 12. & 13.

ANimæ [a] [b] defunctorum quatuor modis ſoluuntur, aut oblationibus ſacerdotum, aut precibus ſanctorum, aut charorum eleemoſynis, aut ieiunio cognatorũ. ¶Curatio uero funeris, conditio ſepulturæ, pompa exequiarum, magis uiuorum ſolatia ſunt, quàm ſubſidia mortuorum. Si aliquid prodeſt impio ſepultura pretioſa; oberit pio uilis, aut nulla. *& infra*. ¶Nec ideo tamen contemnenda, & abijcienda ſunt corpora defunctorum, maximeque iuſtorum, ac fidelium. *& infra*. ¶Vbi & illud ſalubriter diſcitur, quanta poſſit eſſe remuneratio pro eleemoſynis, quos viuentibus, & ſentientibus exhibemus; ſi neque hoc apud Deum petit, quod exanimis [c] hominum membris officij, diligentiæque perſoluitur.

a ¶Animæ.] *Horum verborum uſque ad verſ.* curatio *nullus auctor inuentus eſt. Ea Burchardus citat ex dictis Origenis, Iuo ex dictis Gregorij.*

Item Auguſtinus in Enchiridio, c.109. & 110.

¶Ante diem iudicij, ſacrificijs, & eleemoſynis mortui iuuantur. C. XXIII.

Sent.4. diſt.45. Anſ.l.7. c. 170.

TEmpus, quod inter homines mortem, & vltimam reſurrectionem interpoſitum eſt, animas [d] abditis [e] receptaculis continet, ſicut vnaquæq. digna eſt uel requie, vel ærumna pro eo, quod ſortita eſt in carne, dũ uiueret.

ANimæ.] CASVS. Hoc c. diuiditur in duas partes. In prima parte dicitur, quòd quatuor proſunt defunctis, ſcilicet oblatio ſacerdotum, preces ſanctorũ, amicorum eleemoſynæ, & ieiunia cognatorum. In ſecunda parte dicitur, quod illa obſequia, quæ fiunt circa corpus mortui, magis ſunt ſolatia uiuorum, quàm defunctorum ſubſidia: non tamen ideo corpora defunctorum, & maxime iuſtorum ſunt abijcienda. iſtud tamẽ ſeruitium quod corpori impẽditur, apud Deũ non perit, multo magis eleemoſyna, quam uiuentibus & ſentientibus facimus apud Deum, perire non debet.

b ¶Animæ.] Hoc e. eſt quaſi pars illius, non æſtimemus.

c ¶Exanimis.] Id eſt, exanimatis .i. mortuis & eſt hic arg ꝙ magis meretur homo impendendo aliquid uiuis quàm mortuis. Vnde patet, quod ſicut ieiuniũ alicuius liberat mortuum, multo potius alterius ieiunium prodeſt uiuo. quod concedo ſi ille eſt uicinè coniunctus illi, ut dixi 83. diſt. presbyter. in glo. & ita.

Ieiunium plus prodeſt uiuis quàm defunctis.

TEmpus.] CASVS. Licet Beneuen. diuiſerit hoc cap. in duas partes, ego tamẽ Barth. B. hoc c. diuido in quatuor partes. In prima parte dicitur, ꝙ inter mortem hominis & iudicium futurum animæ morantur in locis nobis occultis, prout quæq; digna eſt requie uel ærumna. In ſecunda parte dicitur, ꝙ beneficia uiuorum proſũt defunctis, qui in p̃ſenti uita ita egerunt ut ſibi ꝓdeſſent. In tertia parte dr̃, ꝙ hęc beneficia nõ ꝓſunt sũme bonis, uel ſumme malis, ſed mediocriter bonis & mediocriter malis. In quarta parte dr̃ ꝙ ꝓ sũme bonis fiunt gratiarũ actiones: ſed ꝓ nõ valde malis ꝓpitiationes: ſed ualde malis beneficia nõ proſũt, ſed sũt ꝯſolationes uiuorũ: ſed i mediocriter bonis operant plenã remiſſionẽ: ĩ mediocriter vero malis mitiorẽ dãnationẽ. Scd̃a pars incipit ibi, [Neq; negandũ ẽ.] Tertia ibi, [Eſt n. q dã.] Quarta ibi, [Et poſt pauca.]

a ¶Pro impijs.] Sed nunquid eccleſia orabit pro illis quos conſtat deceſſiſſe in mortali? Videtur ꝙ ſic: quia eis viuis communicauit: ergo & mortuis, vt 24. q. 2. ſane. argu. contra 21. q. 3. Cyprianus? Reſpon. ſi euidens eſt aliquem deceſſiſſe in mortali, ut cum quis ſuſpendit ſe, uel præcipitat, aut alio modo ſe interficit, pro illo non eſt orandum, vt 23. quæſt. 5. placuit. & quæſt. 8. quicumque clericus. ſecus. ſi eſt dubium. vnde ſi aliquis occiſus eſt in ebrietate: non oratur pro illo, ut extra de reliquijs. audiuimus. & 23. quæſt. 5. placuit.

Orandũ ne eſt pro his qui in mortali peccato deceſſerunt?

d ¶Animas.] Non ſumme bonas: nam tales credo ſtatim ad cęlos volare, iuxta illud: Gaudent in cęlis animæ ſanctorum. 25. diſt. ſanctorum.

e ¶Abditis.] Id eſt, locis nobis occultis. Ex his verbis

videtur, ꝙ Auguſtinus dubitabat quo animæ defunctorum recedant, cum infernus ſit ſub terra. & cœlũ ſit ſupra, ut 23.q.4. hæc autem.

a ¶Pro baptizatis.] Tantum proſunt orationes cuilibet, ſi fiãt generaliter * ꝑ omnib., ſicut ſi fierẽt ſpecialiter pro quolibet. ut ĩ. de conſe.diſt.5.non mediocriter.

b ¶Propitiationes.] Id eſt, vt Deus propitius ſit eis.

c ¶Pro ualde.] Hic Aug. diſtinguit quatuor genera hominũ, ſcilicet valde bonos & valde malos, mediocriter bonos & mediocriter malos. pro valde bonis non eſt orandum. iniuriam enim facit martyri, qui orat pro martyre, ut extra de celeb. Miſ. cũ Marthæ. §. vlt. Item nec ualde malis proſunt, ſed mediocriter bonis proſunt, vt citius liberentur ab igne purgatorij *, mediocriter malis proſunt ad hoc vt minus puniantur, nunquam tñ liberabuntur: & ſecũdum hoc etiam patet, ꝙ oratione ſpeciali oramus ꝑ illis qui deceſſerunt in mortali: dummodo non ſint ſumme mali: licet ar. contra ſup. ea. pro obeuntibus ſed pone ꝙ aliquis dat eleemoſynã pro eo, qui deceſſit in mortali peccato, qui eſt mediocriter malus, eleemoſynę uel orationes proſunt talibus ad mitiorem pœnam, ut hic dicit, ergo aliquantulũ de pœna ſublatum eſt ɩ. Ponamus quod centeſima pars pœnę ſit ſublata per unam eleemoſynam: ſi ergo dentur centum eleemoſynæ, tota pœna erit remiſſa: ergo iſte liberatur: qđ hic negatur. Ad hoc dico, ꝙ ſi prima eleemoſyna tollit cẽteſimam partem pœnæ, ſecunda eleemoſyna etiam tollit tantam pœnam, ſed non tantam in quantitate, ſed tantam in proportione, & ſic ſemper aliquid remanet de pœna: & ſic ſoluo illud quod obijcitur de indulgentijs, ꝙ ſi ꝓpter oblationem unius denarij tollitur quarta pars peccatorum mortalium uel venialium, per oblationem ſecundi denarij tollitur tantum in proportione, non tãtũ in quantitate: & ſemper aliquid remanet; licet omne argentum effunderetur.

DE OBSERVATIONE. Hęc eſt 9. pars q. in qua continetur quod in ſeq. cap declaratur. Ioan. de Fant.

CASVS. Dictum eſt ſ. ꝙ ſacrificia, uel eleemoſynæ, & huiuſmodi fiunt pro mortuis: ſed quia hæc obſeruantur circa diuerſos dies: ideo vnde ſumpſit initium talis obſeruatio, videamus: & propter hoc inducit ſeq. c. Quia,

* Hoc cæteris paribus non eſt verum. Vide S. Thomã quol. 2. ar. 14.

Hominum gña quatuor ſunt.

* Vide Sã. Tho. 4. ſen. diſt. 45. 2. q. ar. 2.

Eleemoſynæ defunctis proſũt.

ɩ Hoc vult dicere; prima eleemoſyna tollit cẽteſimam totius pœnæ, ſecũda nõ totius cẽteſimã, ſed reſidũ. & ſic de alijs. & ſic ẽt intelligiť qđ infra dicitur Arch.

¶Neque negandum eſt defunctorum animas pietate ſuorum uiuentium releuari, cum pro illis ſacrificium mediatoris offertur, vel eleemoſynæ in eccleſia fiunt. Sed hæc eis proſunt, qui cum uiuerent, ut hæc ſibi poſtea poſſent prodeſſe, meruerunt. ¶Eſt enim quidam uiuendi modus, nec tam bonus, ut non requirat iſta poſt mortem; nec tã malus, ut ei, non proſint iſta poſt mortem. Eſt uero talis in bono, vt iſta nõ requirat: & eſt rurſus talis in malo, ut nec his valeat, cum hæc uita tranſierit, adiuuari. Quo circa hic omne meritum comparatur, quo poſsit poſt hanc vitã releuari quiſpiam, uel grauari. *& poſt pauca*. ¶Cum ſacrificia altaris, ſiue quarumcumque eleemoſynarum ꝓ baptizatis [a] defunctis omnibus offeruntur; pro ualde bonis gratiarum actiones ſunt: pro non ualde malis propitiationes [b] ſunt: pro ualde [c] malis, etſi nulla ſint adiumẽta mortuorum, qualeſcumq; uiuorum cõſolationes ſunt. Quibus autem proſunt; aut ad hoc proſunt, ut ſit plena remiſsio; aut certe, ut tolerabilior fiat ipſa damnatio.

Vide Antonin. i par. Tit. V cap. 3. nu 2

9 *De obſeruatione autem tertij, ſeptimi, trigeſimi, uel quadrageſimi diei queritur, vnde exordium ſumpſerit.*

Ambroſius in lib. de obitu Theodoſij Imperatoris dicit ſere in principio.

¶Quare certi dies in mortuorum commemoratione ſeruentur. C. XXIIII.

QVia alij tertium [a] diem, alij tricesimũ, alij ſeptimũ, alij quadrageſimum obſeruare conſueuerunt; quid doceat lectio [d], conſideremus. [Defuncto, inquit, Iacob, præcepit Ioſeph pueris ſuis ſepultoribus, ut ſepelirent eum, & ſepelierũt ſepultores Iſrael, & repleti ſunt ei quadraginta dies. Sic enim dinumerãtur dies ſepulturæ. Et luxit eum Iſrael ß ſeptem diebus:] Hæc ergo ſequenda ſolẽnitas, quam præſcribit lectio. Sic etiam in Deuternomio ſcriptum eſt: [Quia planxerunt filij Iſrael Moyſem diebus triginta: & conſumati ſunt dies luctus.] Vtraque ergo obſeruatio habet auctoritatem, qua neceſſarium pietatis † impletur officium.

Poly. l. 8. ti. 7. Anſ. l. 7. c. 169.

Gen. 50.

Deut. 34.

† Scilicet humanę cõſolationis, & oficij humanitatis debiti, ut docet Ambro. in li. de Abrahã patriarcha, & Io. Chryſo. c. vbicũque iaſ ead.

a ¶Alij tertium.] *Apud B. Ambroſium legitur*. Quia alij tertium diem, & tricesimum; alij ſeptimum, & Quadrageſimũ. *Verum in miſſalibus Romanis tam antiquis, quàm recentioribus, & Ambroſianis nulla eſt mentio diei quadrageſimi, neque in c. nullus, ſupra. diſt 44. & infra de conſ. diſt. 5. ex concilio Nannetenſi. Eſt tamen frequens apud Græcos.*

QVia.] CASVS. Quæſitũ fuit ab Ambro. vnde ſũpſit initium obſeruatio 3. 7. & 30. & 40. diei in officijs mortuorũ. Et rũdet ꝙ à veteri teſtamẽto: & hoc probat auctoritate Gen. & Deut. nã filij Iacob ſeruauerũt aromatib. cõditũ in Aegypto xl. diebus: & cum portarẽt eũ ſepeliendũ in ſpelũca duplici, luxerunt eũ 7. diebus. Similiter legiť, ꝙ filij Iſrael luxerunt Moyſẽ 30. dieb. De initio tertij diei ñ dř aliqđ i hoc c.

d ¶Lectio.] Scilicet Geneſis 50. cap.

LV-

LVGERE. Hic incipit x. pars q. in qua probat per 4. c. quòd non debemus plangere mortuos ex diffidentia tanquam non debeant reſurgére. Io. de Fan.
CASVS. Supra facta eſt mentio de luctu, & ideo ponit hic Gratianus qualiter ſit lugendũ, & quòd lugere nimium ex deſperatione futuræ reſurrectionis non licet, ſed intuitu pietatis licet, ut infra ea. habent.

QVam præpoſterũ.] CASVS. Hoc c. diuidit̃ in duas partes in prima parte oſtẽditur, ꝙ ſicut ſerui rebelles à dñis ſuis non remunerantur, ſic nos cæleſtib. præmijs non honoramur: cum quotidie dicamus. Fiat voluntas tua ſicut in cœlo & in terra: & tamen dolentes & inuiti de hoc ſæculo recedimus, quando vocamur à Domino. In ſecunta parte dicit Cyprianus, ꝙ Deus multoties ſibi reuelauit, ut inter homines prædicaret mortuos non eſſe lugendos: quia non amittuntur, ſed præmittuntur in patriam uitæ ad inſtar proficiſcentium & nauigantium. Secunda pars incipit ibi, [Nobis quoque.] Seq. cap. planum eſt. [Efficiatur,] Id eſt debitum officij funeris impleatur.

ß ¶Iſrael ſeptem] *Codices B. Ambroſii habẽt* & luxit eum Aegypus ſeptuaginta diebus: *quemadmodum habet editio lxx. & vulgata. Sed tamen viſa eſt ferri poſſe lectio hæc, quæ eſt in omnibus etiam Gratiani manuſcriptis: quoniam paulo poſt in eodem c. 50. Gen. hæc adduntur de Ioſeph, & cæteris filijs Iſrael.* Veneruntque ad aream Adad, quæ ſita eſt trans Iordanem: vbi celebrantes exequias planctu magno, atque uehementi impleuerunt ſeptem dies.

10 *Lugere autem, & triſtari tam pro noſtra, quàm pro aliorum morte Cyprianus prohibet, dicens in ſermone de mortalitate.*

¶Nec pro noſtra, nec pro aliorum morte triſtari debemus. C. XXV.

QVàm præpoſterum eſt, quàmque peruerſum, ut cum Dei uoluntatem fieri poſtulemus [a], quando euocat nos, & accerſit de hoc mundo Deus, non ſtatim vocatis eius imperio pareamus: obnitimur, & reluctamur: et peruicaciũ more ſeruorum ad conſpectum Domini cum triſtitia, & mœrore perducimur, exeuntes iſtinc neceſſitatis vinculo, non obſequio voluntatis: & uolumus ab eo præmijs cæleſtibus honorari, ad quem uenimus inuiti [b]. *Idem paulo inferius.* ¶Nobis quoque ipſis minimis, & extremis quoties reuelatum eſt, quàm frequenter, atque manifeſte, de Dei dignatione, præceptum eſt; ut conteſtarer aſſidue, & publice prædicarem, fratres noſtros non eſſe lugendos accerſione † Dominica de ſæculo liberatos: cũ ſciamus non eos amitti, ſed præmitti; recedentes præcedere, ut proficiſcentes, & † nauigantes ſolent.

† al. accerſitione
† al. ut

Item Ioannes Chryſoſtomus hom. 26. in c. XI. epiſtolæ ad Hebræos.

¶Ex puſillanimitate mortuos lugere contingit. C. XXVI.

Pſal. 23.

VBicumque [c] ſepeliamur; Domini eſt terra, & plenitudo eius. Omnino fit, quod oportet fieri. Lugere autẽ, & deplorare, & lamentari eos, qui de hac uita decedunt, ex puſillaminitate contingit.

1. Theſſ. 4.

Hoc autem ex deſperatione futuræ reſurrectionis intelligitur. Vnde & Apoſtolus non ſimpliciter ait: [Nolumus vos ignorare de dormientibus, vt non contriſtemini.] ſed addidit: [ſicut & cæteri, qui ſpem non habent.] Pietatis nãque affectu, & humanitatis intuitu mortuos lugere nõ prohibemur: ſicut nonnullos ſanctorum, aliorum exequijs pias lachrimas impendiſſe legimus.

Hinc etiam Anaſtaſius Papa, epiſt. 2. ad Nerianum.

Et in regeſto B. Gregorij. lib 7. epiſt. 111. Anſ. l. 7. c. 171. Bur. l 19. c. 129. Iuo p. 15. c. 139.

¶Qui ſpem futuræ reſurrectionis habent, de mortuis triſtari non debent. C. XXVII.

HAbent forſitan illi iuſtam longi doloris excuſatio-

a ¶Poſtulemus.] cum dicimus, Fiat voluntas tua. & eſt argum. ꝙ operę id complere debemus quod uoce proteſtamur. diſt. 23. pſalmiſta.

b ¶Inuiti.] Sic 23. q. 5. ad fidem. & ſic eſt arg. ꝙ non debemus cõſequi commodum ex eo quod inuiti facimus, ut ff. ad Tre. ſi patroni. §. 2. ſic 17. q. 4. ſunt qui opes. 8. q. 1. ſciendum.

c VBicũque.] [Libera fortuna mors eſt: capit omnia tellus, Quæ genuit: cœlo tegitur qui non habet vrnam.] Argu. contra. [Mollius oſſa cubant manibus tumulata ſuorum.]

HOC AVTVM. CASVS. Nunc ſoluit Grat. dicens non eſſe lugendum ex deſperatione futuræ reſurrectionis: & hoc probat auctoritate Pauli: ſed propter pietatẽ lugere non prohibemur, ſicut multos ſanctos legimus feciſſe: & ad hoc idducit duo ſeq. cap.

HAbent.] CASVS. Non eſt mirum, ſi pagani lugent mortuos ſuos, quia excuſationem habent

habent,cum de alia vita non confidant. Sed nos Chriſtiani nimiũ cõtriſtari de obeuntibus non debemus, ne quodammodo diffidere videamur: & hoc probatur exemplo Apoſtoli dicentis: Nolumus uos ignorare,&c. [Apud alios,] id eſt, laicos aut idiotas.

ſpondet ꝙ non,donec aliquid agitur hic,ſed poſtea ꝑ mortuos q̃ vadũt ad eos ſciunt non oĩa,ſed q̃ illi permittuntur audire,& q̃ iſtos recordari licet:aut ꝑ Angelos, qđ uidere non poſſũt: ſub.ſ. quantũ ꝑmittit diuina potẽtia, ſm Ioã. de hoc ſatis no.ar. ĩ.px.c.1. *

nem; qui uitam alteram neſciunt [a]; qui de hoc ſæculo ad melius eſſe tranſitum non cõfidunt. Nos autem, qui nouimus, qui hoc credimus, & docemus; cõtriſtari nimium de obeuntibus non debemus: ne quod apud alios pietatis tenet ſpeciem, hoc magis nobis in culpa ſit. Nam diffidẽtiæ quodammodo genus eſt, contra hoc, quod quiſque prædicat, torqueri α mæſtitia, dicẽte Apoſtolo: [Nolumus vos ignorare de dormientibus, ut non contriſtemini, ſicut & cæteri, qui ſpem non habent.] 1.Theſſ.4.

α ¶Torqueri]*Sic eſt emendatum ex epiſtola B.Gregorij, in qua hoc idẽ habetur. In epiſtola Anaſtaſij legitur,* contra quod quiſque predicator queritur, iuſtitiam amans, dicente, &c. *In codicibus autem Gratiani etiam manuſcriptis videbatur mixta eſſe lectio ex vtraque, hoc modo,* contra hoc, quod quiſque prædicat quære c, iuſtitiam amans, dicente, &c.

Item ex concilio Toletano 3.c.22.

¶De eodem. C. XXVIII.

QVi diuina vocatione ab hac vita recedunt; cum pſalmis tantummodo, & pſallentium vocibus debent ad ſepulchra deferri. Nam funebre β † carmen, quod vulgo defunctis cãtari ſolet, vel in pectoribus ſe aut proximos, aut familias cędere omnino prohibemus. Sufficiat autem, quòd in ſpe reſurrectionis, Chriſtianorum corporibus famulatus diuinorum impenditur canticorum. Prohibet enim nos Apoſtolus noſtros lugere defunctos, dicens: [De dormientibus autem nolo uos contriſtari, ſicut & cæteri, qui ſpem non habent.] Et Dominus non fleuit Lazarum mortuum, ſed ad uitæ huius plorauit ærumnas reſuſcitandum. Si autẽ † poteſt hoc epiſcopus omnes Chriſtianos prohibere, agere non moretur. Religioſis † tamen omnino aliter fieri non debere cenſemus. Sic enim Chriſtianorum per omnem mundum humari oportet corpora defunctorum.

† al. funeris preciamen
1.Theſſ.4.
Io.11.
† al. enim
† al. A religioſis

α ¶Nam funebre]*Hinc uſque ad verſ.* ſufficiat *addita ſunt ex originali, vt intelligatur, quæ illa ſint, quæ in hoc canone prohibentur.*

11 *De mortuis etiam quæritur, utrum ſciant* [c] *ea, quæ hic a viuis geruntur. Eſaias ex perſona populi afflicti ait: [Abraham pater noſter neſciuit.]* [d] *Auguſtinus quoque in libro de agenda cura pro mortuis, illud idem teſtatur, dicens cap.15.* Eſa.63.

¶Mortui ex ſe neſciũt, quid hic à uiuis geratur. C.XXIX.

FAtendum eſt, neſcire quidem mortuos, quid hic agatur; ſed dum hic agitur: poſtea vero audire ab eis, qui hinc ad eos moriendo pergunt, non quidem omnia, ſed quæ ſinuntur indicare, & qui ſinuntur etiam iſta meminiſſe, & quæ illos, quibus hæc indicãt, oportet audire. Pñt & ab Angelis, qui rebus, quæ aguntur hic, præſto ſunt audire aliquid mortui, quod vnumquemque illorum audire debere iudicat, cui cuncta ſubiecta ſunt. *& infra*.

a ¶Neſciunt.]Id eſt, non credunt. Ioan.

QVi diuina.] CASVS. Quæſitum fuit in cõcilio Toleta. utrũ mortui ſepeliendi ſunt cũ pſalmodia & luctu. Et reſpondet ꝙ cum pſalmodijs ſic. & lugere non debemus. quod probatur auctoritate Apoſtoli dicentis: De dormientibus autem,&c. & hoc quilibet epiſcopus parochianis ſuis prohibeat; religioſis tamen hoc ſpecialiter prohibetur.

b ¶Religioſis.]Illi.n. magis tenentur abſtinere ab huiuſmodi, quam laici.

DE MORTVIS. Hæc eſt 11. pars quæſtio. ſecundum Ioann. de Fant.

CASVS. Facit Gratia. quandam incidẽtem quæſtionem, utrum defuncti ſciant quæ in mundo geruntur à viuis? & reſpondet quòd non: & hoc probat auctoritate Eſaiæ.

Defuncti utrũ ſciant q̃ hic aguntur

c ¶Sciant.] Mali neſciunt niſi quod eis ſcire permittitur. ſimiliter nec boni, qui adhuc ſunt in igne purgatorio: quia adhuc non fruuntur uiſione Dei, ut ĩ.ea. fatendũ. ſed boni, qui fruuntur viſione Dei, ſciunt qđ agatur hic: iuxta illud Greg. Quid eſt ꝙ neſciant qui uidentem omnia uident 1? Et alij dicunt ꝙ boni dicuntur ſcire omnia quæ ſunt eis neceſſaria.

1 Dñt q̃dã ꝙ aĩæ ĩmediatè vidẽt in ſpeculo trinitatis ſicut Angeli: vñ Beda ſuꝑ Lucã in illo euãgelio, Hõ q̃dã erat diues. &c. vbi dr ꝙ iuſti q uidẽt clarítatẽ, nihil eſt in creatura

d ¶Neſciuit.] Quia nondum erat hoſtia oblata, per quã aperta fuit ianua paradiſi, ut extra de baptiſ. maiores. Ioan.

FAtendũ.]CASVS. Quæſitum eſt ab Au. vtrũ mortui ſciãt quid in hoc mundo agatur à uiuis? & re-

* Sed in Vi de S.Th.4. ſent.di.45. q.3. art. 1. & diſt.49. q.1.ar.5.

¶Multi quoque *α* ad viuos, aliquos ex mortuis uenire credunt [a], ſicut econtrario Paulum ex uiuis in paradiſum raptum eſſe diuina ſcriptura teſtatur.

α ¶Multi quoq;ue.] *Apud B. Auguſtinum ſic legitur.* Mitti quoque ad viuos aliquos ex mortuis, ſicut econtrario Paulus ex viuis raptus eſt, diuina ſcriptura teſtatur *Sed ob gloſſam non eſt emendatum Veritatem vero ſuæ ſententiæ confirmat B. Auguſtinus aliquot alijs exemplis ſcripturæ ſacræ: quare ex textu deprauato auctor gloſſæ errandi occaſionem ſumpſit.*

Et in Vormacien. c. vlt.

11 *De his autem, qui in patibulis ſuſpenduntur, quæritur, an iuxta eccleſias ſint ſepeliẽdi. De quibus in Moguntinenſi concilio 2. ſub Rabano, c. 27. ita ſtatutum eſt.*

¶Non eſt deneganda communio his, qui in patibulis ſuſpenduntur. C. XXX.

Burc. l. 11. c. 76.
Iuo p. 14. c. 124.
Pan. l. 5. c. 122.

QVæſitum eſt ab aliquibus fratribus de his, qui in patibulis [b] ſuſpenduntur pro ſuis ſceleribus poſt confeſſionem Deo peractam, vtrum cadauera eorum ad eccleſias deferenda ſint, & oblationes pro eis offerẽdæ, & Miſſæ celebrandæ, an non. Quibus reſpondimus, ſi omnibus de peccatis ſuis puram confeſſionem agentibus, & digne pœnitentibus communio in fine ſecũdum canonicum iuſſum danda eſt: cur non eis *β*, qui pro peccatis ſuis pœnam extremam perſoluunt? Scriptum eſt enim: [Non vindicat Deus bis in idipſum.]

Naum primo, ſecundum lxx.

β ¶Cur non eis.] *Reſtitutus eſt hic locus ex ipſo concilio Moguntino, & Vormacienſi, indoctis aliquot uerbis, quæ potius perturbabant, quam illuſtrarent.*

PALEA. C. XXXI.

Ex de fur. c. 2.
In Triburienſi, c. 31.
Poly. l. 6. tit. 16.
Burc. l. 11. c. 59.
Iuo p. 13. c. 45.

FVres, & latrones, ſi in furando, aut deprædando occidantur; viſum eſt pro eis non orandum. Si comprehenſi, aut vulnerati, presbytero, vel diacono confeſſi fuerint communionem *γ* eis non negamus.

γ ¶Communionem] *Antea legebatur,* confeſſionem. *Emẽdatum vero ſic eſt ex Burchardo, Iuone, & Decretali: quibus locis hoc idem citatur ex concilio Triburienſi, & in eo, quod extat, habetur ſententia c. 31. copioſiſsime expoſita: ubi etiam diaconi nulla fit mentio: ſed ita dicitur,* Deoque, & ſacerdoti.

[*Item ex concilio Aurelianenſi.*]

¶*Sic in omnibus codicibus, in quibus eſt hæc palea, & apud Burchardum, & Iuonem. & in Decretali: ex quibus ſunt multa emẽdata, & magni ponderis.*

¶De eodem. PALEA. C. XXXII.

Sententia habetur extra de homi. c. 2.
Poly. ibidem.
Burc. l. 11. c. 60. & l. 19. c. 5. inter feciſti furem.
Iuo p. 13. c. 46.

SI fur, aut latro captus in prӕda abſque occiſione poteſt comprehendi, & tamen interficitur; quia ad imaginem Dei creati, & in nomine eius baptizati ſunt, interfectores eorum quadraginta diebus non intrent eccleſiam. Lanea veſte induti ab eſcis, & potibus, qui interdicti ſunt, à thoro, à gladio, ab equitatu ſe abſtineant. In tertia, quinta feria, & ſabbato, aliquo genere leguminum: uel olerum, & pomis, paruiſque piſciculis cum mediocri ceruiſia uiciſſim utantur, & temperate. Sin autem à ueridicis

los, qui præſentes ſunt rebus, quæ in mundo aguntur, aut per ipſos, qui quandoque ad nos uenire creduntur, ſicut econtrario Paulus uiuus dicitur eſſe raptus in paradiſum.

a ¶Credunt.] Et male, quia ſunt phantaſmata, vt 26. quæſt. 5. epiſcopi.

DE HIS AVTEM. Hæc eſt 12. pars q. ſecundum Io. de Fant.

CASVS. Quæritur an homines, qui ſuſpenduntur in patibulis, ſint ſepeliendi in cœmiterio. Et reſpondetur, quod ſic, ſi ipſi pœnituerint.

QVæſitum] CASVS. Quidam quæſiuerunt in concilio Moguntiñ utrum corpora illorum, qui in patibulis ſuſpenduntur, ſint ad eccleſias deferenda, & diuina pro eis ſint celebranda? Et reſpondet quòd ſic, ſi digne pœnituerint, quia ſicut communio ſacramentorum eis in fine non denegatur: ita communio corporis Chriſti uel ſepultura eis denegari non debet: quia ſcriptum eſt. Non uindicat Deus bis in idipſum.

b ¶In patibulis.] Licite ergo ſepeliuntur ſuſpenſi & concremati, dummodo hoc fiat auctoritate principis, ut ff. de cadaue. l. 2. & non eſt contra. 23. q. 5. placuit. Quæri conſueuit, quare libere tur ille qui fugit ad eccleſiam, & non ille qui recipit corpus Chriſti, cum corpus Chriſti, maius ſit omnibus, ut de conſe. diſ. 2. nihil. Reſpon. quia corpus Chriſti eſt cibus animæ, & non corporis, ergo animã liberat, & non corpus. Vel dic quod priuilegium eccleſiæ eſt, & nõ debet trahi ad cõſequentiã, vt ĩ. 17. q. 4. ſicut. nec aliquod priuilegiũ trahẽdum eſt ad cõſequẽtiã. 7. q. 1. petiſti. & 16. q. 1. hic. paſſim

Sepeliri poſſunt ſuſpenſi.

Eccleſia & nõ corpus Chriſti protegit maleſactorem.

1 Ad idem extra de priuileg. ſa·- ne. ueruntamen qui tali fugitiuo deferret, bñ faceret, ſed non eſt ſtatutum ſm Vin. Sed tu defendas quod talis eſt per eccleſiã defendendus, q̃a corpori Chriſti aliqua res anteponi non debet. 1. q. 1. c. multi. 95 diſt n. 1. ecce. de cõſecrat. diſt. 5. nihil Ar.

comprobatur teſtibus, quod ſine odij meditatione ſe, ſuaque liberando, Diaboli membra interfecerint, & a capi non poterant; pęnitentiam pro homicidio eis non iniungimus; niſi ipſi voluerint aliquid, quod humanitatis eſt, facere. At ſi presbyter eſt; non deponatur: cunctis tamen diebus vitæ ſuæ pęnitentiam agat.

a ¶Et capi non poterant.] *Loca iſtorum uerborum in codicibus Gratiani erant hæc,* & pariter pænitcant, *quæ videntur pugnare cum proxime ſequentibus,* pęnitentiam pro homicidio eis non iniungimus. *Reſtitutus autem eſt locus ex cæteris collectoribus.*

CAVSA XIIII.

Canonici † cuiuſdam eccleſiæ quæſtionem mouent de prædijs; teſtes ex fratribus ſuis producunt: negotiatoribus pecuniam crediderunt, ut ex eorum mercibus emolumenta. †al. Clerici

1 *Hic primum quæritur, an liceat eis ſua repetere* a.
2 *Secundo, an tales teſtes ſint audiendi.*
3 *Tertio, an illud ſit vſuras exigere.*
4 *Quarto, an liceat clericis, uel laicis à quolibet vſuras expetere.*
5 *Quinto, an eleemoſyna de vſuris fieri poſſint.*
6 *Sexto. an vſurarij pœnitentiam agere ualeant, niſi, quod male acceperunt, reſtituant.*

QVAESTIO PRIMA.

Qvod autem ſua repetere nō poſſint, facile videtur poſſe probari. Ait enim Dominus in Euangelio: [*Si vis perfectus* b *eſſe, uade, & uende oīa, quæ habes; & da pauperibus.*] *Quia ergo iſti iter perfectionis arripiunt, non licet eis ſua habere. Multo ergo minus licet eis repetere; quia nō dēt repeti quod poſſidere* c *non licet.* ¶*Item.* [*Si quis uoluerit tunicam tuam tollere, & in iudicio tecum contendere,*] Matth. 19. Luc. 18. Mar. 10. Matth. 5.

Canonici cuiuſdam.] CASVS. Supra in proxima cauſa clerici introducuntur litigantes de ſpiritualibus. Nūc autem ſubnectit Gra. hanc 14. cauſam, in qua introducuntur litigantes de temporalibus, oſtendens qualiter clericis liceat repetere ſua, & an domeſtici teſtes ſint admittēdi, uel aſſumēdi: Addit etiam de vſuris & de turpi quæſtu clericis interdicto, & utrū eleemoſynæ fieri poſſunt de male acquiſitis. & ut hæc omnia facilius pateāt, proponit thema, de quo ſex elicit quæſt.

a ¶Sua repetere.] Omnes clerici, qui habent proprium uel habere poſſunt, poſſunt repetere ſua: ſi non habent propriū nō poſſunt, ſed bona eccleſiæ ſuæ repetere poſſunt, ſi ſunt prælati: vel ſi prelati non ſunt de mandato ſuperioris poſſunt ea repetere, ut 16. q. 1. monachi 2. Item omnes clerici poſſunt agere pro miſerabilibus perſonis de mandato ſuperioris, ut 86. diſtin. peruenit. Clerici an poſſint ſua repetere.

Qvod autem.] CASVS. Hic intitulatur prima quæſtio, qua quæritur, an clericis liceat repetere ſua: & certū eſt, quòd omnes qui renunciauerunt proprijs, cum nihil habeant, ſua repetere nō poſſunt, nomine tamen eccleſiæ ſuæ de mandato ſui ſuperioris experiri poſſunt, & eſſe in iudicio, ut 16 q. 1. monachi. clerici uero ſæculares, & omnes, qui non renūciauerūt proprijs, ſua repetere poſſunt, quia neque lege neque canone prohibentur. Et procedit hoc ordine Gra. in hac queſtione. Primo probat v. auctoritatibus, quod clericis ſua repetere non licet, & hoc duabus, Domini, & alia Apoſtoli, quarta Grego. quinta Carthaginen. conc. tandem allegatis rńdet duplicem adhibēdo ſolutionē. & ita omnia plana ſunt vſq; ad §. [Sicut ergo.]

b ¶Perfectus.] Id eſt, ſine mortali peccato, & ſine uenial. nam curam propriorum non poſſumus habere ſine peccato. ut 25. diſt. qualis.

c ¶Poſſideri.] Simile eſt 3. q. 1. §. patet. vnde hæreticus non poteſt petere reſtitutionem aliquorum. quia nihil proprium poteſt poſſidere, vt ī. diſt. 8. quo iure. & 23. q. 7. c. 1. & 2. nec laicus pōt repetere decimas: quia eas non poteſt poſſidere, ut extra de pſcri. cauſam. ad hoc enim vt quis poſſit aliquid repetere, requiritur quod fuerit in poſſeſſione iuris vel facti, vt extra de teſti. ſpolia. ex parte. vnde non ſufficit probare ſpoliationem niſi probauerit quòd poſſederit, vt extra de offi. delega. conſultationibus. vnde patet, quod quilibet ſpoliatus habet reſtitutionis beneficium. extra de appel. ſignificauerunt & extra de reſt. ſpo. olim. Inuenio tamen quod quis poteſt petere reſtitutionem, qui de iure poſſidere non pōt. nā petitur reſtitutio conſanguineę, cū qua de iure quis nō pōt cōmiſceri, vt ex. de reſti. ſpo. litteras. Itē ſeruus petit reſtitutionem rerum dñi abſentis, quas de iure non poteſt poſſidere, vt C. ſi per vim vel alio modo l. 1. ſimiliter vxor pōt petere res à viro ſibi datas ſi ſpoliata eſt: quarum rerū dominium non poteſt habere. ff. de ui & vi Reſtitutionē quiſque petit quod poſſidere nequit.

ui arma.l.1. §. deijcitur. Item habens plura ſtipendia petit reſtitutionem alicuius: cum tamen de iure non poſsit illud poſsidere cũ alijs, vt extra de pben. referente. Ioan. Ego credo ſaluo meliori cõſilio, ꝙ laicus ſpoliatus decimis poteſt petere reſtitutionem, cũ latro reſtituatur.

Laicus poteſt decimas petere quibus ſpoliatus eſt.

a EPiſcopus.] ¶ Prouocatus.] Id eſt, in iudicium vocatus: debet .n. per alium litigare, ut no. 5. q. 3. ca. ulti. & ſi mala eſt cauſa eccleſiæ, non debet eam fouere: ſicut nec tutor pupilli, vt ff. de adminiſt. tuto. l. quoties. §. ſicut autem.

dimitte ei & pallium.] ¶ *Item Apoſtolus in epiſtola ad Corinthios:* [*Sæcularia igitur iudicia ſi habueritis* [a], *omnino peccatum eſt in vobis.*] [¶ *Item Gregorius exponens:* [*Omnia mihi licent: ſed ego ſub nullius* [b] *redigar poteſtate.*] *in quis:* [*Cum mens concepta deſideria ſequitur; ſeruire rebus conuincitur, quarum amore ſuperatur.*]

1. *Cor* 6.
L. 5. mortal. c. 8 ad 3. c. Iob.

Item ex concilio Carthaginenſi 4. c. 19.

¶ Pro rebus tranſitorijs epiſcopus prouocatus non litiget. C. I.

EPiſcopus nec prouocatus [c] pro rebus tranſitorijs litiget.

Quia ergo [d] *generaliter perfectis prohibetur in iudicio contendere: patet, quòd iſtis non licet ſtare coram iudice.* ¶ *His ita reſpondetur. Prohibetur perfecto, in iudicio ſtare captando lucrum, ſed non euitando damnum. Vel aliter: Aliud eſt ſua poſſidere: aliud eſt communium procuratorem eſſe. Canonici non poſſident ſua: quia res Deo oblatæ non ſunt alicuius. Vtuntur enim rebus eccleſiæ non vt ſuis, ſed tanquam ad diſpenſandum ſibi creditis. Vnde Proſper in lib. de uita contemplatiua:* [*Sacerdos, cui diſpenſationis cura commiſſa eſt. &c.*] *require in cauſa eius, a quo pro ingreſſu monaſterij pecunia exigebatur.* ¶ *Sicut ergo iſti non ſua poſſident, ita nec ſua repetunt; ſed res eccleſiæ, quarum procurationem gerunt. Similiter, quòd in iudicio prohibentur contendere ſic intelligendum eſt: videlicet, vt non ſibi ſtent coram iudice, ſed alijs. Alijs autem coram iudice, aſtitiſſe, & pro eis iudicem interpellaſſe nonnullos ſanctorum* [e] *legimus. Hi autem non ſibi ſtant, ſed pauperibus, quorum neceſſitatibus profutura repetunt, & ita non prohibentur ſtare coram iudice.* ¶ *Illud vero Euangelij:* [*Si quis abſtulerit tibi tunicam, &c.*] *non eſt præcipientis, ſed exhortantis.*

Sup. 1. q. 2. ſacerdos.

Vnde Auguſtinus ait libro 19. contra Fauſtum, c. 25.

¶ Peccat qui vltra debitum exigit, non qui ſibi debita repoſcit. C. II.

QVod debetur [f] etſi benigne dimittitur, non tamẽ inique repetitur. Peccat autem, qui exigit vltra [g] debitum: ideoque lex modum figens, pœnam talionis [h] inſtituit. Sed tu eò longe es à peccato iniuſti exactoris;

d ¶ Quia ergo.] Require ſupra 1. q. 2. ſacerdos.

SICVT ERGO. CASVS. Concludit Gra. ex ſupradictis, ꝙ clericis ſua repetere non licet: poſtea reſpondet dupliciter allegatis. Et primo ſic: ſcilicet quòd perfecti non debent contendere in iudicio captãdo lucrum, ſed uitando damnum poſſunt eſſe in iudicio: Secundo dicit, ꝙ licet clerici regulares ſua repetere non poſſunt, cũ nihil habeant: tamen res eccleſiaſticas, tanquam cõmunes, quarum procurationem gerunt, repetere non prohibentur: qui in iudicio contendere poſſunt non ſibi, ſed alijs, ſcilicet pauperibus: ſicut multi ſancti fecerunt.

e ¶ Sanctorum.] ſup. 12. q. 1. expedit.

ILLVD. CASVS. Non reſpondet auctoritati Euangelij, ſi quis, &c. & dicit quòd conſilium Domini eſt, & non præceptum: & ad hoc inducit ſeq. cap.

QVod debetur.] CASVS. Quæſitum fuit ab Augu. vtrum ſit peccatum repetere ſua? Et reſpondet quòd non, licet non poſſint benigne remitti. ſed illi peccant qui ultra debitum exigunt, contra quos lex pœnam talionis inſtituit: ſed qui nullo modo petunt, remoti ſunt à peccato. & pœna iniuſte petentis. [Eo.] i. in tantum. [Quo.] i. in quantum.

Fur ad pœnam dupli vel quadrupli poteſt conueniri.

ſtituatur, ut extra de reſt. ſpol. in litteris. cum laici quotidie poſsideant 1 decimas ex tolerantia prælatorum, ſecus in hæretico, cum ſit excommunicatus, ut extra de hære. excommunicamus. & decre. illa, cauſam dicit detinere, & non poſsidere. B.

1 De facto, quod dic ut no. 16 q. 7. c. 1. Arc.

a ¶ Habueritis.] Iniurioſe. ita ut ſcandalizemini propter hoc.

b ¶ Sub nullius.] Id eſt, ſub rei tẽporalis poteſtate nolo redigi intantum ut aliquem offendam, iuxta illud: Et mihi res: non me rebus ſubmittere cõfor. ut extra de verb. ſig. intelligentia.

Horatius in epiſtolis.

f ¶ Quod debetur.] Ex aliquo maleficio. vel intellige ex quolibet debito.

g ¶ Vltra.] Videtur ergo. quòd nõ poſsit licite peti pœna dupli uel quadrupli a fure, ut no. 12. q. 2. in antiqs. quod concedit Hu. ſed non eſt ita, quia hoc habetur ex canone quòd peti poſsit. 13. q. 2. in legibus.

h ¶ Talionis.] Cõ delinquentẽ, ſ. vt tanta ſatisfactio petatur ab eo, quanta iniuria præceſſit, ut 22. q. 3. ſex differentiæ. uel loquitur de pœna talionis infligenda actori, qui iniuſte litigat: & qa calumnioſæ agens punitur in ſumptibus litis, ut extra de pœnis, calumniam.

1 De hoc no. 12. q. 2 fraternitas ibi uideas, & facit ad hoc ext. de ſent. excõ quãuis. &c. ea noſcitur. ibi plene hoc nota. &

a ¶Nullum.] Scilicet quo ipſe teneatur alijs, vel aliter, id eſt, nulli vult ſoluere pœnam pro peccato debitam.
b ¶Debitum.] Id eſt, pœnam, debitam ex peccato.
c ¶Sic &.] Hic eſt §.
d ¶Cætera] Id eſt, ꝓ omnia ſunt cõſilij: ſicut illud, q. percuſſerit te in vnã maxillam, &c.

Nam pro ſe quis teſtificari non poteſt. ſed ꝯ ſe ſic. & ideo cum iſti ferunt teſtimonium ſuper rebus eccleſię ſuæ, quæ ſpectant ad ſuam utilitatem. non ſunt audiẽdi. Poſtea ſoluit dicens, ꝙ in cauſa criminali eſt hoc ſeruandum, ſed in cauſa eccleſiæ bene admittuntur de-

quò omnino nõ exigis debitum: ideoque bonus magiſter ait: [Qui te percutit in unam maxillam, præbe ei & alteram.] præſertim ne cogamur & ipſi reddere debitum ab eo, qui nullum [a] habet debitum [b]. *Luc. 6. Matth. 5.*

¶In aliquot vetuſtis exemplaribus capitulum hoc coniunctum eſt ſuperiori, & confectum eſt ex verbis B. Auguſtini lib. 19. contra Fauſtum c. 25 hinc inde acceptis, & interdum etiam immutatis. Quare præſtat integrum illud caput perlegere.

Sic [c] & cætera [d] accipias. Item in libro de ſancta virginitate α, c. 14. & 15.

α ¶Virginitate.] *Reſtituta eſt citatio ex Polycarpo. Antea citabatur,* ex ſermone Domini in monte *Sic etiam* §. Quod præcipitur *reſtitutum eſt B. Hieronymo.*

QVisquis.] CASVS. In hoc c. & ſequenti aſſignatur differentia inter præceptum & cõſilium: quia peccatum eſt non obedire præcepto, & pœnam ſuſtinet, qui non obſeruat: conſilio uero non obedire peccatũ non eſt; ſed qui non obedit, minus boni adipiſcitur.

e QVod pcipit, imperatur.] Hic Greg. innuit dñiam inter pcipere & imperare 1. nam aliàs Aug. dicit: quod Cæſar præcipit, faciendum eſt; quod imperat, tolerandum eſt, ut 23. q. 1. militare. Item inter mandatum & præceptum ui detur eſſe differẽtia, quia finitur 2. mandatum morte mandatoris, ut extra de offic. deleg. relatum. ſed pceptum non, ut in authen. ut nulli iud. §. & hoc uero iubemus. colla. 9. Item quando que ea quæ ſunt præcepti, conſuluntur, ut 28. quæſt. 1. ſic enim. quandoque etiam q̃ ſunt mandati, præcipimus ut ſic æquiparentur præceptum & mãdatum, ut C. de actio. & obligat. ſi quidam. Item quandoque verbum rogandi pro verbo præcipiendi ponitur, ut 11. quæſtio 3. rogo.

1 Iſtã gl. approbat & dicit eã verã & notabilẽ Alex. d Imo. in l. more. coll. x. ff. de iu om. iu. & p Spe. in ti. d iu. deleg. §. reſtat ad fin. 1. col. & in ti. de leg. §. finitur. ver. ſed pone d facto. 2 Ope exceptionis, vt dicã 18. q. 2 dudũ. ibi videas. 63. diſt. principali. Arch.

¶De eodem. C. III.

QVisquis præceptis non obtemperat, reus eſt, & debitor pęnæ. *& paulo poſt.* ¶Præcepto Domini nõ obedire, peccatum eſt: conſilio ſi vti nolueris, minus boni adipiſceris, non mali aliquid perpetrabis. *Itẽ Hieronymus † libro primo contra Iouinianum.* Quod præcipitur imperatur: quod imperatur [e], neceſſe eſt fieri: ſi non fiat, pęnam habet. *& infra.* ¶Vbi cõſilium datur, offerentis arbitrium eſt: vbi præceptum, neceſſitas eſt ſeruientis β. *Poly. l. 1. tit. 24. Cap. 15.* *† in vulgatis, erat, Greg. in epiſt. ad Iouinianum.*

β ¶Seruientis.] *Sequebantur hæc verba,* ut obediat; uel imperantis, ut ei obediatur, *quæ ſunt expuncta auctoritate codicum uetuſtorum, & originalis.*

QVAESTIO II.

DE eo autem, quod quæritur; an de ſuis fratribus [f] teſtes producere poſſint; multis auctoritatibus videtur eſſe prohibitum. Leges enim tã ſacrorum canonum, quàm ſecularium principum prohibent aduerſus aliquem †, teſtem de ſua domo produci. Cõtra ſe n. quiſq; teſtari poteſt, pro ſe vero minimè. Quia ergo iſti producuntur, vt pro ſeipſis teſtimonium ferant. (Non. n. vtilitatis ſuæ eccleſia ſe penitus immunes arbitrantur futuros;) patet, quòd eorum uox in talibus non eſt audienda. Sed diſtinctio † hæc, & teſtium *† al. extraneũ* *† al. diſtrictio*

DE eo autẽ.] CASVS. Hic intitulatur ſecũda quæſtio, qua quæritur, an fratres vel domeſtici teſtes ſint audiendi. Et certum eſt, ꝙ in cauſa criminali non admittuntur, vt 2. q. 5. c. 1. niſi quando clerici accuſant ſuum prælatũ, vt 2. q. 7. lator. & cum accuſatur patrimonium propter conſanguinitatem, vt 35. q. 6. c. 1. ſimiliter in cauſa ciuili domeſtici teſtes non admittuntur, ut 4. q. 3. etiam in ſe propria. clerici tamen tam pro ſua eccleſia, quàm ꝓ aliena bene admittuntur, ut ꝭ. ea. c. 1. & c. quanquam. Et procedit hoc ordine. Primo probat, quod fratres, & domeſtici teſtes non ſunt admittendi. poſtea dat ſolutionem. Dicitur ergo, ꝙ tam leges, quam canones prohibent domeſticos teſtes aduerſus extraneum aſſumi, domeſtici teſtes, vt in ſeq. c. patet.

f ¶An de ſuis fratribus.] In cauſa criminali nunquã admittuntur domeſtici, ut 3. q. 5. cap. 2. niſi in duobus caſibus, ſcilicet cum canonici accuſant prælatum ſuum, vt 2. q. 7. lator. & cum accuſatur matrimonium ꝓter conſanguinitatem, ut 35. quæſt. 6. cap. 1. ſimiliter in cauſa ciuili non admittitur domeſticus. 4. q. 3. etiam ciuili iure. Item etiam niſi in cauſa eccleſiæ ſuæ, ut inf. eod. cap. 1. & extra de teſti. inſuper. Similiter ad probãdum conſanguinitatem admittitur domeſticus, ut 35. q. 6. cap. 1. ſiue agatur ad ꝯhendum, ſiue ad dirimendũ matrimonium, ut extra qui matrimoni. accu. poſſ. vł Teſtificari pñt q̃óq; domeſtici.

Sed pro

Sed pro alio impedimento matrimonij domeſtici non admittũtur, etiam, ſi velint probare affinitatem, ut extra de teſti. in litteris. Io. Sed contra videtur dicere decre. extra de teſta. ſuper eo. & ſic de facto ſeruatur: & in illa decre. in litteris ſuſpicio erat contra eum: q̃a ſteterat

alijs literis ſuper teſtibus recipiendis ſibi miſſis prius.

a ¶Stephani.] Vnus canonicus poteſt inducere in teſtimonium ſuũ concanonicum contra eiuſdem eccleſiæ canonicos: quia non eſt magis domeſticus vni q̃ alij: & par affectionis cauſa ſuſpicionem excludit, vt ff. de ritu nupt. non ſolum. §. 1. ſicut & poteſt ipſum inducere contra ſuum prælatum, vt 2. q̃. 7. lator. Sed nunquid poteſt eum inducere contra canonicũ alterius eccleſiæ: Hug. dicit ꝙ non. Tu potes dicere, ꝙ ſic: quia nõ eſt domeſticus iſtius. ſed eccleſiæ tantum. ſimiliter prælatus iſte poteſt induci in teſtem pro eccleſia ſua: dum tamen alius conſtituatur, qui nomine eccleſiæ agat, ut extra de teſt. inſuper 2. nec dicuntur iſti ferre teſtimonium in ꝓpria cã: quia cauſa eccleſiæ non eſt in cauſa ſingulorum, vt 12. q. 2. q. manumittitur. ſic legatarius fert teſtimonium in cauſa teſtamenti, in quo aliquid ei relictum eſt, vt inſti. de teſta. §. legatarius. Sed nonne talibus imperatur ab eccleſia; ergo nõ poſſũt eſſe teſtes pro illa. vt 4. quæſt. 3. idonei? Sed illud eſt in fauorem religionis. nam contra rationem pro religione iudicatur. ut ff. de relig. & ſump. ſunt perſonæ. Sed licet dicam, ꝙ vnus canonicus poteſt eſſe teſtis in cauſa ſui concanonici, non tamen dico, quòd poſſit eſſe iudex ſuus contra extraneum, quia minor cã repellit aliquem à iudicio quàm à teſtimonio, vt extra de offi. de leg. cum R.

Canonicus pro canonico teſtificari poteſt.

examinatio in criminalibus cauſis ſeruanda eſt: in ciuilibus autem non vſquequaq;. In criminali .n. cauſa non licet teſtẽ de propria domo produci: in ciuili autẽ prælatis eccleſiæ licet.

Vnde Paſchalis II. Guidoni archiepiſcopo Vienneſi Apoſtolicæ ſedis legato ſcribit dicens.

¶Clerici pro ſua eccleſia teſtimonium ferre poſſunt. C. I.

SVper prudentia tua plurimum admiramur, quòd in negocio B. Stephani [a], clericorum ipſorum acceptare nolueris teſtimonium. Diuerſæ namq; ſunt ſpecies cauſarũ: nec in omnibus cauſis crimina agitantur. In criminibus † ſiquidem, accuſatorum, & teſtium illa diſtrictio obſeruanda eſt, quæ in canonibus cõtinetur; ne qui ad probationẽ domeſtici aſſumantur. Cæterum in poſſeſſionum, vel huiuſmodi negocijs hi potiſſimum aſſumendi ſunt; qui eadem negocia tractauerunt [b], de quorum auditu, & viſu [c] hæſitatio eſſe nõ debeat. Si ergo ijdem clerici idonei ſunt ad aſſertionem cauſæ illius; nullatenus remoueantur; ſed ſicut alijs litteris deliberatum eſt, inter S. Ioannis, & S. Stephani canonicos lis illa plenius decidatur.

† al criminalibus

Poteſt etiam intelligi aliter. Domeſtici ad probationem non admittantur, vt pro his uidelicet, quorum ſunt domeſtici, teſtimonium ferant. Hi autem (ſicut ſupra de actoribus dictum eſt) non pro domeſticis, ſed pro eccleſia, quæ mater eſt omnium pauperum, teſtimonium dicant. In conficiẽdis autem inſtrumentis ſæcularium negociorum presbyteri nõ uocentur ad teſtimonium: ſed ſi caſu cõtractui eos interfuiſſe contigerit, iubente epiſcopo teſtimonium dicant.

Vnde in ſynodo habita Romæ ab Eugenio Papa II. ſtatutum eſt, c. 13.

¶In conficiendis inſtrumentis ſacerdotes ad teſtimonium non vocentur. C. II.

Poly. l. 4 tit. 31.

QVanquam ſacerdotum teſtimonium credibilius habeatur; tamen ipſi in ſæcularibus negocijs pro te-

a Ad idẽ ff. de ver. ſig. priceps. C. de digni. ius ſenatorum ſed ꝫ, q̃a executores negociorũ, & adminiſtratores in eiſdẽ negocijs teſtes eſſe nõ pũt. ff de teſt. mãdatis. Arc.

Cõtra rõnẽ cõem ꝓ religione iudicatur.

teterat cum uxore per ſeptem annos, & etiam ibi ſuper affinitate inducebãtur domeſtici. Præterea vt notauit, ibi T. familiares ſui erant, uel domeſtici, quibus imperare poteſt ratione dominicæ uel patriæ poteſtatis. aliàs domeſtici bene admittuntur. B.

SVper prudẽtia.] CASVS. Guido archiepiſcopus Viẽnenſis, Apoſtolicæ ſedis legatus in cauſa, quæ vertebatur inter canonicos S. Stephani, & canonicos S. Ioannis, canonicos S. Stephani ad perhibendum teſtimonium veritati recipere nolebat, quia domeſtici erant: quare Paſchalis ſecundus ſcribit ſibi, & docet, ꝙ in cauſa criminali teſtes domeſtici non aſſumantur, ſed in ciuili eccleſiaſtica potius ipſi q̃ alij recipiantur. præcipit ergo ſibi, vt à teſtimonio ferendo nullo modo repellat clericos B. Stephani, dumodo idonei uideantur. [Alijs litteris,] quibus cauſam illam cõmiſerat ſibi: vel

a Alij ꝫ 4. q. 3. et ciuili iure nãmercenarij ſũt domeſtici. ff. de pę. reſpiciẽdũ §. furti. C. de his q̃ ad eccl. confu. præſenti. Arch.

b ¶Tractauerũt.] Quia ea, quæ in capitulo geſta ſunt, melius poſſunt probari per canonicos quàm per alios, vt extra de teſtib. veniens. in fi. licet lex dicat aliàs inter domeſticos, facile quid confingi poſſe pro negotij qualitate, ut C. de dona. data.

c ¶Et uiſu.] 3 q. 9. teſtes.

POTEST. Iſte §. diuiditur in duas partes. In prima ſoluit aliter quam ſuperius dixerat, dicens ꝙ domeſtici ad teſtimonium non admittuntur pro eo cuius ſunt domeſtici. ſupradicti autem clerici non pro domeſticis admittuntur, ſed pro eccleſia, quæ mater eſt oium. In ſecunda parte dicitur, ꝙ presbyteri in contractibus ſæcularium non debent ad teſtimonium uocari. ſi tamen caſu interfuerint, iubente epiſcopo teſtimonium, ferre poſſunt, ut in ſeq. c. docetur.

QVanquam.] CASVS. Quæſitum fuit ab Eugenio,

vtrum ſacerdotes ſint vocandi ad teſtimonium ſuper conficiendis inſtrumentis in negocijs ſæcularibus? Et rñ. ꝙ non. ſi tamen caſu interfuerunt, vbi laici non inueniunt idonei, iubente epiſcopo poſſunt dicere teſtimonium, ne veritas occultetur.

ſunt, vt mutuum & commodatum. In mutuo certum eſt & ſequitur, quòd ſit gratuitum: alioquin eſt vſura. Item ſi commodatum non eſt gratuitum, non quidẽ eſt uſura, ſed tamen ſi aliquid recipitur pro commodato, ſtatim deſinit eſſe commodatum: quia aut recipitur

ſtimonio α, aut conficiendis inſtrumentis non rogẽtur [a]; quia eos in talibus rebus eſſe non conuenit. Si autem β euentu [b] aliquo cauſæ interfuerint, & aliquid viderint, uel audierint [c], vbi nullæ idoneæ ſæcularium inueniantur perſonæ; ne veritas occultetur [d], & malus vt bonus æſtimetur, in prouidentia proprij epiſcopi ſit, vt aut coram ſe [e] & competentibus [f] iudicibus, aut aliter [g] honorificè veritatem attollant †. †al. teſtificentur

α ¶ Pro teſtimonio.] *Sic eſt emendatum ex concilijs Eugenij II. & Leonis IIII & Polycarpo. Antea enim legebatur*, pro conficiẽdis inſtrumentis ad teſtimonium non rogentur.

β ¶ Si autem.] *In concilijs ipſis & Polycarpo legitur*, ſi enim euctæ cauſæ aliquid viderint. &c.

QVAESTIO III.

QVòd autem [h] præter ſummam emolumenta ſectari, ſit vſuras exigere, Auguſtini auctoritate probatur, qui in pſalmum 36. ad verſ. [Tota die] ſcribit dicens.

¶ Qui plus, quàm dederit, accipit, vſuras expetit. C. I.

SI fœneraueris homini, id eſt, mutuam pecuniam tuam dederis, à quo aliquid plus, quàm [i] dediſti, expectes Sent 3. diſt. 37. Iuo p. 13. c. 17.

a ¶ Nõ rogẽtur.] An poſſit clericus cogi, not. 2. quæſ. 6. ſtatuendum.

b ¶ Euẽtu.] ſ. q. 3. ad fidem.

c ¶ Vel audierint.] Et hoc eſt in illis caſibus, vbi teſtimonium valet de auditu, vt 3. quæſt. 9. ſi debitum.

d ¶ Occultet.] Illud eſt regulare quod in defectum probationum quilibet poſſit cogi, vt extra de teſt. cog. peruenit. immo talis admittitur, qui aliàs non eſt idoneus vt 4. q. 3. item ſerui reſponſo. ſimile eſt 55. diſt. priſcia. & de conſecr. diſtinct. 4. in neceſſitate. & C. de hæret. l. vlt.

Clerici non coguntur teſtificari.

e ¶ Coram ſe.] Sed qualiter teſtatur clericus coram epiſcopo cum cauſa verſatur coram laico iudice, cum continentia cauſæ diuidi nõ debeat, ut extra de ſequeſt. ad hæc? Reſpon. hoc eſt priuilegium clericorum, quòd non coguntur coram quolibet iudice teſtificari ſicut egregię perſonæ non coguntur coram quolibet iudice teſtificari, ut ff. de iureiu. ad perſonas 1.

1 Ad idẽ extra de teſt. c. ſi quis & maximè cum tunc iurare dẽant: ꝙ facere nõ debent laico. 22. q. vlti. c. vlt. ſm Ioã. de Fant.

f ¶ Competentibus.] Scilicet iudicibus eccleſiaſticis.

g ¶ Aut aliter.] Id eſt, vt committat epiſcopus aliquibus qui recipiant teſtimonia ipſorum.

QVod autem.] CASVS. Hic intitulatur tertia quæſtio, in qua quæritur utrum ſit vſura, ſi aliquid præter ſortẽ exigatur? Et certum eſt, ꝙ ſic: niſi cum eccleſia mutuat pecuniam laico, ad hoc vt prædium eccleſiaſticum de manu laici redimatur: quo caſu fructus eccleſiaſtici fundi præter ſortem retinebit, vt dicit Innoc. III. in prima decre. de feu. & Alex. de uſu. in prima decre. in fin. Similiter non licet aliquid expectare præter ſortem, ut ſ. ea. ca. 1. Spes enim facit vſurarium ſicut ſimoniacum arg. 1. q. 3. non ſolum.

Vſura aliqñ nõ cõmittitur licet vltra ſortẽ q̃d accipiatur.

h ¶ Quòd autem.] Hic quæritur an vſura ſit ultra ſortem aliquid recipere? Et certè ſic: niſi in quinq; caſibus. Primo, in caſu fauore eccleſiæ. extra de vſur. c. 1. & c. cõqueſtus. Secundo, & cum fideiuſſor ſoluit ſortem & uſuras, põt vſuras petere, ut ff. de fideiuſ. cõſtitutus. Tertio, & cũ pœna petitur præter ſortem, ut 12. q. 2. in legibus. Quarto, & cũ petitur vſura tanquã intereſſe, vt dicam ſ. ea. q. 4. qm̃ multi. & ff. pro ſoc. l. ſocius qui. Quinto, & cum recipitur aliquid pro re, quæ non cõſiſtit in pondere, numero vel menſura, ſicut in locatione. itẽ in ſexto caſu rõne incertitudinis, ut extra de vſur. in ciuitate. & nõ ſolum quodcũq; lucrum, ſed etiã ipſa ſpes facit hominem vſurarium, vt ſ. ead. cap. 1. ſicut facit hominem ſimoniacum, ut 1. quæſt. 3. non ſolum. Ad intelligentiam autem huius quæſtionis ſcias, quòd duo ſunt contractus, qui de natura ſui gratuiti

Contractus duo sũt gratuiti.

pitur aliquid pro re ipſa, aut pro vſu rei ſi pro re ipſa aliquid recipitur, aut eſt pecunia: aut alia res. Si pecunia, eſt emptio ſeu venditio: ſi alia res, erit contractus permutationis: ſi pro vſu rei accipitur pecunia, erit cõtractus locationis: ſi res alia, erit contractus innominatus, do, vt des, vel do, vt facias. omnes iſti contractus ſunt liciti laicis etiam cauſa negociationis. vt 88 diſt. fornicari. Clerici tñ inquantum poſſunt debent abſtinere ab emptione & venditione: quia illud non facile fit ſine peccato, vt ſ. de pœni. diſt. 5. qualitas. tamen in cauſa neceſſitatis permiſſum eſt clericis negociari, vt extra ne cle vel mona. ca. 1. licitum tamen eſt clericis emere aliquam rudem materiam, & inde aliquod artificium facere, ſi eis ſua non ſufficiunt, ut 91. diſt. clericus victum. & 21. q. 1. c. 1. de conſe. diſt. 5. nunquam. & tunc non acquiritur lucrum ex negociatione, ſed ex artificio. talia enim lucra licita erant Apoſtolis, vt 21. q. 1. c. 1.

SI fœneraueris.] CASVS. Aliquis dedit pecuniã mutuam, & præter ſortem aliquid expectabat. quæſitũ fuit ab Auguſtino, vtrum ſit vſurarius? Et reſpondet quod ſic.

i ¶ Plus quàm.] Supple quod conſiſtit in pondere, numero, & menſura. ſed in equo & domo aliud eſt: quia ibi licitum eſt recipere ſortem & lucrum. & eſt ea ratio, quia in prædictis quæ cõſiſtunt in pondere, numero & menſura, trãsfertur dominium, cum illud ſit mutuum. Vnde res illa ſtatim eſt periculo 2. illius qui recipit eam. vnde incõueniẽs eſſet vt nomine illius rei magis grauaretur 3. ſed domus & equus nõ ſunt periculo ſui. vnde non eſt inconueniens, ſi aliàs grauetur pro re tali dando aliquid. ad hoc facit ff. de iureiur. eum qui. Sed contra hoc obijcitur. Pone quod aliquis vendat vſum

2 Periculo. l. ſi vnus ex ſocijs. §. ſi vn' ꝑ ſocio

3 Arg. ff. de iureiu. cũ q.

accipere, nō pecuniam ſolam, ſed aliquid plus, quàm dediſti †, ſiue illud triticum ſit, ſiue vinum, ſiue oleum, ſiue quodlibet aliud ſi plus; quàm dediſti, expectas [a] accipere, fœnerator es; & in hoc improbandus, non laudandus.

& ibid gl. ord.

Item Hieronymus ſuper Ezechielem lib. 6. ad c. 8.

¶ Quidquid ſupra datum exigitur, vſura eſt. C. II.

Sent. ibidem. Iuo p 13. c. 18. Pann. l. 3. c. 160

PVtant quidam vſuram tantum eſſe in pecunia [b]. Quod præuidens ſcriptura diuina omnis rei aufert ſuperabūdantiam, ut plus non recipias, quàm dediſti *. *Item ibidem*. ¶ Alij pro pecunia fœnerata ſolent munuſcula accipere diuerſi generis: & non intelligunt vſuram appellari, & ſuperabundantiam, quidquid illud eſt; ſi ab eo, quod dederint, plus acceperint.

Item Ambroſius in lib. de Tobia, c. 14.

¶ Quidquid ſorti accedit, vſura eſt. C III.

Iuo p. 13. c. 26.

PLerique refugientes præcepta [c] legis [d], cum dederint pecuniam negotiatoribus [e], non in pecunia vſuras exigunt; ſed de mercibus eorum, tanquam vſurarum emolumenta percipiunt. Ideo audiant, quid lex [f] dicat *. [Neque vſuram, inquit, eſcarum accipies, neque omnium rerum.] *Item paulo poſt*. ¶ Et eſca vſura eſt; & ueſtis vſura eſt, & quodcumque ſorti accedit [g], vſura eſt; quod ueli ei nomen imponas, vſura eſt. *Item paucis interiectis*. ¶ Si quis inſtaurandum conuiuium putat; ad negotiatorem [h] mittit, ut abſynthiaci † α cupellam ſibi gratis deferat; ad cauponem dirigit, vt Picenum vinum, aut tyriacum † requirat: ad lanium, ut hilam † ſibi procuret; ad alium, ut poma [i] ſibi adornet.

Deut. 23.

† al. abſynthiati
† al. theriacū
† al. Vuluam

α ¶ Abſynthiaci] *De hoc vino, quod tardam coctionem accelerat, ideoque inſtaurandis conuiuijs aptum eſt, meminit Dioſcori-*

vſum pecuniæ, & recipiat in ſe periculum pecuniæ, talis contractus non eſt vitioſus, quia cum vſus ſit illius qui vendidit, licite poteſt eum vendere 1. & ſic hēs ꝙ aliquis pro pecunia poteſt recipere pecuniam & aliud in hoc caſu, aliàs non: & hoc ideo, quia pecunia non de terio-

terioratur, ſed aliæ res deteriorantur. Item nōne ſi creditor alicui gratis mutuat pecuniam, uenditor tenetur ei ad antidora, ut extra de teſta. cum in officijs. & ff. de peti hære. ſed & ſi. §. conſuluit. & naturaliter eſt ei obligatus ad aliā. quare ergo illam naturalem obligationem non poteſt deducere in ciuilem ſcilicet, vt pactum fiat pro illa danda, ad quam tamen tenetur, cum etiam alia pacta interueniant in ſpiritualibus, ad quæ aliàs quis tenetur. extra de præben. ſignificatum. & extra de elect. ſignificaſti.

a ¶ Expectas.] Ex pacto ſecundum quoſdam, uel etiā ſine pacto: quia ſola ſpes facit vſurarium, vt hic. Sed quid ſi mutuet eo pacto: ut ſibi etiam remutuet cū opus habuerit? Non credo quod illud poſſet deducere in pactum: & ita hic naturalis obligatio non poteſt deduci in pactum 2.

PVtant.] CASVS. Quidā pecunia mutuata pecuniā pro vſura recipere nolebant, ſed munuſcula, quod dicebant non eſſe vſuram, ſed Hieron. dicit quod quid ultra ſortem recipitur, vſura reputatur.

b ¶ Pecunia.] Stricte ſumitur hic nomen pecunia- nam generaliter dicitur pecunia quidquid habes, vt 1. quæſt. 3. totum.

PLerique.] CASVS. Quidam cum pecuniam mutuaſſent negotiatoribus, de lucro mercium partem recipiebāt: quæſitum fuit ab Ambro. vtrum hoc debeat reputari vſura? Et reſpondet quòd ſic: & non ſolū hoc, ſed etiā quidquid vltra ſortē exigitur, quocumque nomine cēſeatur dicitur vſura. & ad hoc ꝓbandū auctoritatē legis Moſaicę īducit. Sequēs c. planum eſt.

c ¶ Præcepta.] Nolūt quidam facere contra legem, ſed faciunt fraudem legi. Ille uero facit fraudem legi, qui obſeruat verba legis, ſed mētem eius circumuenit, ut ff. de legi. fraus. Fit fraus legi quattuor modis. De re ad rē, id eſt, qū in fraudem datur alia res, ut hic, & 1. q. 1. ſunt nonnulli, talis eſt fraus Macedoniani. ff. ad Macedon. l. ſed Iulianus. §. mutui. Itē de perſona ad perſonā, ut cum quis ſub perſona alterius exercet uſurā, ut 46. diſt. ſicut non ſuo, & cum maritus non poteſt aliquid dare uxori, ſupponit aliam perſonam cui dat, ut ff. de dona. inter uirum & uxo. hæc eſt rō. §. vlti. Item de uno contractu ad alium contractum fit fraus, ut cū mulier non poſſit dare aliquid uiro, fingit ſe uēdere ei: ut ff. de donat. inter virum & uxo. ſi ſponſus. §. circa. ſic 16. qō. 3. ſi ſacerdotes. Item de vno contractu ad alium fit fraus, ſed alio modo, ut cū mulier non poſſit fideiubere, conſtituit ſe principalem debitricem, vt ff. ad Velle. quamuis. 33. qō. 5. mulierē 3.

d ¶ Legis.] Id eſt, canonis legitime agentis, ſ. legis propheticę dicētis: Qui pecuniā ſuā nō dedit ad vſurā, &c.

e ¶ Negotiatoribus.] Videtur, ꝙ ſi quis pecuniā ſuā dedit negotiatori, ut inde emat merces, & det ſibi partē lucri, ꝙ illud ſit licitū. quod non concedo, ſi periculum ſpectet ad recipiētem, ut ſit inter eos cōtractus mutui. ſed ſi per illa uerba ſocietatem contrahunt, & tunc periculum ſpectat ad vtrumque: tunc bene licitum eſt, ꝙ vnus ſocius det pecuniam, & alter ſuppleat laborem, qui deeſt in pecunia, ut ff. pro ſo. l. quinta.

f ¶ Lex.] Moſaica.

g ¶ Accedit.] Ex pacto.

h ¶ Ad negotiatorem.] Cui credidit pecuniam.

i ¶ Poma.] Vīt ergo ꝙ vſura differat in hoc a crimine ſimonię, quia crimen ſimonię non committitur in modico. ut extra de ſim. & ſi quæſtiones, ſed non eſt ita & cap. ſi quæſtiones. intelligas, ꝙ non præſumitur in modico committi ſimonia ratione perſonæ.

1 Vendere puta. locando 1. Præc. Purpura. l. 2. §. 1. colū. 9. n. 68. ſi cer. pet.

† Adde hic Bal. ī rubr. C. de cōſti. pec. in 1. gl. & in l. 3. & ibi clarius per eūdem Bal. & Salic. C. de exercito. Ba. in l. 2. in prin. C. de vſu. rei iu. & in c. 1. in 8. col. de plus pe. late per Sal. in auth. ad hæc in 11. q. C. de vſu. Iaſon. in l. cunctos. in 24. col. uerſ. ſexto & vltimo q̄ro. C. de ſum. tri. Io. Cal. in conſi. 11. poſito ſub tit. de vſuris. Domi. Alex. in cōſi. 303. qđ incipit, viſo ꝓceſſu cauſæ uerrentis inter ſo. in ult. col.

* Cōco. tex. in l. 1. §. cū vrbē. ff. de of pf. urb. & in l. 1. C. de hæred. inſtit.

* Adde ad hoc plene no. per Iaſ. in l. cuctos. col 12. C. de ſum. trini.

2 Iſtā ſentētiam tenet Gof. extra de vſu. cōſuluit. ſed gl. p̄cedens uidet innuere cōtrariū, uel ſ. itē nō ne c. Archid.

Legi fit fraus quadrupliciter.

3 De hac materia plene not. extra de priui. q̄. to. ibi uideas in ſūma Hoſti. de cōtrahē. empt §. vlt.

Simonia an in modico cōmittatur.

QVód vero nec.] CASVS. Hic intitulat̃ quarta quæſtio, qua quæritur vtrũ laicis vel clericis liceat vſuras accipere? Et certũ eſt, ꝙ non, niſi in caſibus notatis ſup. in proxi. q. & in apparatu: & in ſumma illius q̃ſtionis.

SI quis obligatus.] CASVS. Quidam clerici uſuras centeſimas exigebant, vel aliquid aliud præter ſortẽ. & vilius emebant, ut carius alijs vendant. quare fuit cõſtitutum à Martino Papa, ut qui de cætero talia fecerint, deponantur. Item eſt caſus ſequentis capituli.

a ¶Quod vero.] Nulli licitum eſt vſuras ſumere, nec etiam Iudæ, vt extra de vſu. poſt miſerabilem. videtur tamen quòd in caſu licitum ſit etiam Chriſtiano ſumere vſuram, ut inf. ead. cap. vlti. tamen licitum eſt aliquando vltra ſortem aliquid recipere, vt notaui in proxima quæſtio. ſupr. in ſumma.

CLerici.] CASVS. Præcipit Gelaſius in hoc cap. ut clerici ab omni illicita cupiditate cuiuſlibet negotiationis ſe abſtineant: alioquin, in quocumq; gradu fuerint: deponentur. Sequens capitulum patet.

b ¶Indignis.] Licitas enim negotiationes poſſunt clerici facere, ut extra ne clerici uel monachi. ca. 1. & hoc cum eis ſua nõ ſufficiunt, vt 91. diſt. clericus.

c ¶Si ceſſare.] Non ergo ſtatim deponendus eſt clericus propter vſuras. 47. diſt. c. 1. arg contra. 47. diſt. c. 2. Sol. ſtatim deponendus eſt, & quod hic dicitur, refertur ad facultatem diſpenſandi. 1.

d MIniſtri.] ¶ Datam.] Sup. 46. diſt. non licet.

CAnonum.] CASVS. Quidam clerici emebant vilius ut carius uenderent: & hoc faciebant ſtudioſa cupiditate lucrandi. Ideo ſtatutum fuit in concilio Tarraconẽſi, ut de cætero hoc non faciant, alioquin deponẽtur. [Studio,] Id eſt, ſtudioſa cupiditate.

1 Vel de turpi lucro hoc intellige: ſed ꝫ in vſura ſecundum Lau. de hoc leg. & no. extra de vſu. ꝑterea. ibi uideas. Arch.

e ¶Vel vendendi.] In eadẽ forma: ſed in rudi materia poſſunt emere corium & chartas, & inde facere ſotulares & libros, vt 21. q. 1. c. 1. & 91. diſt. clericas. nec eſt negotiatio: ſed artificium.

des lib. 5. c. 49. Lampridius de Heliogabalo inquit, & roſato, atq. abſynthio † vulgus ad bibendum inuitauit. *De hoc Alciatus parer. l. 7. c. vlt.*

a ¶Ex † *fortaſſe.* abſynthiaco, *aut* abſynthiato. cap. l 1. c. 125.

Item ex concilio Agathenſi.

¶Quando amplius, quàm debetur, exigitur, vſura eſt. C. IIII.

VSura eſt, vbi amplius requiritur, quàm datur. Verbi gratia, ſi dederis ſolidos decem, & amplius quæſieris: vel dederis frumenti modium vnum, & ſuper aliquid exegeris.

Burc. l. 2. c. 126. Iuo p. 6. c. 200. Pann. l. 3. c. 161

Ecce euidenter oſtenditur, quòd quidquid vltra ſortem exigitur, vſura eſt.

QVAESTIO IIII.

Q*Vòd uero* [a] *nec clericis, nec laicis liceat vſuras exigere, probatur auctoritate Gelaſii, & aliorum.*

Ait enim Gelaſius Papa ſcribens epiſcopis per Lucaniam, & Siciliam, c. 17.

¶A quæſtibus negotiationis clerici abſtineant. C. I.

CLerici aut ab indignis [b] quæſtibus nouerint abſtinendum, & ab omni cuiuslibet negotiationis ingenio, vel cupiditate ceſſandum; aut in quocumque gradu ſint poſiti; ſi ceſſare [c] noluerint α, mox à clericalibus officijs abſtinere cogantur.

diſt. 88. conſequens. §. proinde. Iuo p. 13. c. 28.

α ¶Si ceſſare noluerint.] *Hæc non ſunt in epiſtola, neq. referuntur ſupra diſt. 88. c. conſequens. ſed non ſunt expuncta ob gloſſam.*

Item ex concilio Arelatenſi primo, quod confirmauit Papa Silueſter, c. 12.

¶Excommunicentur miniſtri, qui fœnerantur. C. II.

MIniſtri †, qui fœnerantur, placuit iuxta formam diuinitus datam[d], eos à communione abſtinere.

Iuo p. 13. c. 10. † *De miniſtris*] orig.

Item ex concilio Tarraconenſi, c. 2.

¶Qui uolunt eſſe in clero, à ſtudio negotiationis abſtineant. C. III.

CAnonum ſtatutis firmatum eſt, ut quicumque in clero eſſe uoluerint, emendi vilius, uel vendendi [e] carius ſtudio non vtatur. Quod certe ſi uoluerit exercere, cohibeatur à clero.

Burc. l. 2. c. 122. Iuo p. 13. c. 13, & p 6. c. 197.

Item ex concilio Martini Papæ, c. 62.

¶Alienetur à clero vſuras, aut ſuperabundantiam exigens. C. IIII.

In capitulis Mart. Bracha.

j SI quis oblitus timorem Domini, & ſanctam ſcripturam, quæ dicit; [Pecuniam ſuam nõ dedit ad uſuram.]

Pſal. 14.

a ¶Ex quolibet.] 21.q 3.placuit.

SI quis clericus.] CASVS. Quidam clericus mutuauit certam quantitatem pecuniæ alicui certo tempore ſoluendam: quæſitum eſt in Nicæno concilio, ſi tempore ſtatuto ad ſolutionem faciendam uelit recipere frumẽtum, vel aliā ſpeciem loco pecuniæ, ſub quo pretio debeat eam recipere. Et reſpondet, q ſub eo ꝑtio, quo uendi pōt tpe ſolutionis faciendæ, & tm̃ recipiat ſub eo pretio donec perueniat ad ſummā, quā mutuauit. Si vero non vult ſpeciem, ſed pecuniā recipiat eam ſine augmento. Ita uidetur mihi quæſtio huius c formāda, licet Beneuen. aliter eam formauerit: nec in ea caſus poſitio à ſua differt, niſi in formatione quæſtionis. & Hugo ferè idem dicit cũ Beneuen. Sequens c. patet.

poſt hanc cognitionem magni concilij α fœnerauerit, & centeſimas exegerit, aut ex quolibet [a] negocio turpe lucrũ quæſierit, aut per diuerſas ſpecies vini, vel frugis, vel cuiuslibet rei, emendo, vel vendendo aliqua incremēta ſuſceperit; de gradu ſuo deiectus, alienus habeatur à clero.

α ¶Magni concilij.] *Sic loquitur Martinus Bracharenſis: quoniam hanc ſententiam accepit ex capite 17 concilij Nicæni, quod citatur infra ead. c. quoniam. & in duobus vetuſtis Gratiani exēplaribus poſt hoc continuo illud ſubiungitur.*

Item ex concilio Tarraconenſi, c. 3.

¶Pro pecunia, quam clericus mutuo dedit, iuſto pretio ſpecies accipere poteſt. C. V.

Iuo p 6.c 369. & p 13.c.14. Pann.l 3.c.59.

ij SI quis clericus ſolidum [b] in neceſſitate præſtiterit; hoc [c] de vino, vel frumēto accipiat, quod [d] mercandi [e] cauſa tempore ſtatuta [f] decretum [g] fuerit venundari. Cæterum ſi ſpeciem non habuerit neceſſariam; ipſum, quod dedit, ſine vllo augmento recipiat.

† In vulgatis erat Agathēſi 3.]

Item ex concilio Carthaginenſi † 3.c.16.

¶Clericus non accipiat plus quàm commodauit. C. VI.

Anſ.l.7.c.153. Burc.l.2.c.124. Iuo p.6.c.198. & p.13.c.9. Pann.l.3.c.158. Rab.pœn.c.32. & in cōc. Aquiſgran.c.62.

NVllus clericorum amplius recipiat, quàm cuiquam accomodauerit: ſi pecuniam, pecuniam accipiat: ſpeciem eandem, quantam dederit accipiat: & quidquid aliud, tantum, quantum dederit, accipiat.

Item Leo Papa, epiſt. 1. c.3.

¶Etiam laicis uſura damnabilis eſt. C. VII.

Poly.l 4. tit 31. Burc.l 2.c.123. Anſ.l.7.c.149. Iuo p.6.c.65.

NEc hoc quoque prætereundum eſſe duximus, quoſdā lucri turpis cupiditate captos vſurariam exercere pecuniā, & fœnore velle diteſcere. Quod nos, non dicam in eos, qui ſunt in clericali officio conſtituti, ſed & in laicos cadere, qui Chriſtianos ſe dici cupiunt, condolemus. Quod vindicari acrius in eos, qui fuerint confutati, decernimus, ut omnis peccandi opportunitas adimatur.

& in Aquiſgrā. c 40.

Item ex Nicæno concilio, c.17.

¶Eijciantur à clero turpia lucra ſectantes. C. VIII.

diſt.47. quoniā multi. Burc.l.2. c 120. Iuo p.13.c.8.

QVoniam multi clerici auaritiæ cauſa turpia lucra ſectantes, obliti ſunt diuini præcepti, quo dictum eſt: [Qui pecuniam ſuam non dedit ad vſuram.] fœnerantes, centeſimas exigunt; ſtatuit hoc ſanctum concilium, ut ſi quis inuentus fuerit poſt hanc definitionē vſuras accipere, vel ex quoliber tali negocio turpia lucra ſectari, vel ēt ſpecies frumentorum ad ſeſcuplum dare; omnis, qui tale aliquid conatus † fuerit ad quæſtum [h], deijciatur à clero, & alienus ab eccleſiaſtico habeatur gradu.

Pſal. 4.

† al. cōmentus

¶*Supra diſt. 47. hic idem canon affertur ex verſione Dionyſii, qui nunc ex priſca, quæ eſt in collectione Iſidori.*

capit l.1.c.131.

Item Iulius Papa.

b ¶Solidum.] Scilicet pecuniam numeratam.

c ¶Hoc.] Id eſt, tm̃.

d ¶Quod.] Id eſt, quantum.

e ¶Mercandi.] Si deberent uendi.

f ¶Tempore ſtatuto.] Id eſt, ſolutionis tempore.

g ¶Decretum.] A iudice, vel ab alio: ſcilicet hoc vult dicere, q creditor frumentum pro tanta pecudia debet recipere, quantum valuit tempore ſolutionis 1. & ita conſiderandũ eſt tēpus ſolutionis. ſed ſi non eſt præfixum: tunc æſtimatur quantum valet tempore quo res petitur, ut ff. ſi cer. pet. l. vinum.

1 Nō intelligas, quòd hic imponatur neceſſitas venditori aliud q̃ dēat accipiendi, ſed plus nō exigēdi. aliud .n. pro alio nō pōt ſolui īuito. ff. de ſolut. ſi qs. C. e. tit. cũ aũt. ſm Bart. Iſid. Archid.

NEc hoc.] CASVS. Dicit Leo Papa, q quidam turpia lucra ſectantes, vſuras exercēt: de quo dicit ſe valde dolere nō ſolum in clericis, ſed etiam in laicis: quod dicit eſſe acrius uindicandum in clericos, q̃ in laicos, ut cæteris metus incutiatur.

h QVoniā.] ¶Ad queſtum.] Vł hic q ꝓhibeamur ſumere vſuram cā lucri captādi, nō aũt uitādi dāni. ar. ad hoc ſ. ea. ſi qs oblitus. ubi dicit, incrementa ſuſceperit. maximè ſi ſit bonæ fidei ɔ̄tus 2. ubi ex ſola mora ueniunt vſuræ, ut ff. de vſur. mora. §. in bonæ. ſi quis ergo eſt in mora ſoluendi, ab eo poſſunt repeti vſuræ, non tanquā uſuræ, ſed tanquam intereſſe, ut ff. ꝓ ſoc. ſocius qui. & tunc petuntur uſuræ iudicis officio, non iure actionis, licitè .n. pōt qs agere ad hoc vt

Vſurę cā dāni uitandi poſsũt peti.

2 Quæ ſint actiones ſiue ɔ̄tus bonæ fidei, hꝫ Iſti. đ actio. §. actionū. & no. ex̄ de excep. cum venerabilis. in gl. quæſi tum, &c.

¶Turpe lucrum ſequitur, qui minus emit, vt plus vendat. C. IX.

QVicunque tempore meſſis, vel vindemiæ, non neceſſitate, ſed propter cupiditatem comparat annonam, vel vinum, verbi gratia de duobus denarijs comparat modium [a] vnum, & ſeruat vſque dum vendatur denarijs quatuor, aut ſex, aut amplius; hoc turpe lucrum dicimus.

Poly. ibidem. Burc. l. 2. c. 127. Iuo p. 6. c. 201. & p. 13. c. 21. Pann. l. 3. c. 162.

¶Caput hoc apud Burchardum, & Iuonem p. 6 c. 201. & in Panormia citatur ex decretis Iulij Papæ vſurarijs miſſis. Verum idē Iuo par. 13 c. 21. citat ex capitularibus quorum lib. 1. cap. 131. habetur.

Item Ambroſius in libro de bono mortis, c. 12.

¶Rapinam facit, qui uſuram accipit. C. X.

SI quis vſuram acceperit; rapinam [b] facit, vita non viuit.

Item Auguſtinus ad Macedonium, epiſt. 54.

¶Non minus crudelis eſt, qui pauperem trucidat fęnore, quàm qui diuiti aliqua rapit. C. XI.

* Adde ꝙ doctor ſacerdos pōt dare conſiliū in camera, nec dicitur aduocatus. no. Bart. in l. 1. § aduocatus. ff. de var. & extra ord co. & in l. 1. §. poſtulare. ff. de poſtula.

Hoc autem de illis intelligendum eſt, qui canonicam uitam profeſſi regulariter ſe victuros propoſuerunt. Generali namque eccleſiæ conſuetudine receptum eſt, & moribus approbatum, ut clerici more aduocatorum patrocinia impendant, & pro impendendis munera exigant, et pro impenſis ſuſcipiant.

Ertio.] CASVS. Hic ponit 3. quæſtio. ī qua quæritur, utrum, ex pſ mulieris confeſſione presbyter iſte ſit condemnandus: & certum eſt ꝙ non, ut j. e. nemini. Primo tū ꝓbat, ꝙ mulier ſacerdotem accuſare non valet duabus rationibus. Prima eſt, quia ſm canones nullus poteſt ſacerdotem accuſare, nec in eum teſtificari, qui non eſt ſacerdos: nec pōt ad ſacerdotiū ꝓmoueri: ſed mulier ad ſacerdotiū ꝓmoueri non pōt, nec etiā ad diaconatū, & ita mulier accuſare non pōt: ad qđ inducit c. 2. q. 7. ipſi Apoſtoli. Secunda rō eſt, q̃a mulier ſm leges apud iudices poſtulare non poteſt, niſi ſuam uel ſuorum iniuriam proſequatur. Quare cum iſta mulier nec ſuam nec ſuorum iniuriam proſequatur: ad accuſandum admitti non debet. Poſtea probat 3rium, nam mulier admittitur ad maius, ſcilicet ad iudicandum: & hoc probat exemplo Delboræ propheteſſæ: q̄ populum Iſrael in veteri teſtamento iudicauit, ergo etiam poteſt ad accuſandum admitti, cum non prohibeatur per diuinam ſcripturam.

QVAESTIO III.

Ertio [b] quæritur, an ex mulieris confeſſione iſte ſit condemnandus. In quo primo videndum eſt, an mulier ſacerdotem accuſare valeat. Quod ſacris canonibus omnino videtur eſſe prohibitum [c]. Generaliter [d] enim ſtatutum eſt ex decretis Fabiani Papæ, vt ſacerdotes Domini non accuſent, nec in eos teſtificentur, qui ſui ordinis non ſunt, nec eſſe poſſunt. Mulieres autem non ſolum ad ſacerdotium, ſed nec etiam ad diaconatum prouehi poſſunt. Vnde nec ſacerdotes accuſare, nec in eos teſtificari ualent. Legib. [e] quoque cautum eſt, ut ob verecundiam ſui ſexus mulier apud prætorē pro alio nō intercedat †: niſi forte ſuas, vel ſuorum iniurias perſequi uoluerint. Hæc autem, quæ nec ſuas, nec ſuorum iniurias perſequitur, ad hanc accuſationem admitti non debet. ¶ Econtra [f] qui iudicis perſonam gerere valet, ab accuſatoris officio non remouetur. Mulieres [g] autem in veteri teſtamento populū iudicaſſe, quicumque librum Iudicum [h] legerit, ignorare non poteſt. Non itaque ab accu

2. q. 7. ſicut ſacerdotes.

ff. de regu. iur. l. fœmina.

† Concor. tex i l. 1. §. ſecundo loco. uer. ſexum. ff. de poſtu.

Iud. 4.

Muliet an poſſit teſtificari in crimine contra clericū.

b ¶Tertio.] Per mulieris teſtimonium non poteſt clericus conuinci de crimine, tum quia mulier non eſt, nec poteſt eſſe eiuſdem ordinis, ut ſup. 2. q. 7. ipſi Apoſtoli. & c. teſtes. tum quia ipſa, q̄ confitetur proprium delictum, non poteſt teſtificari de alterius delicto, ut extra de teſti. tam litteris.

c ¶Prohibitum.] Vt inf. 33. q. 5. mulierem. & extra de uerb. ſig.

d ¶Generaliter.] Excipit.

e ¶Legibus.] ff. de regu. iur. fœminę. ſu. 3. q. 7. §. tria.

f ¶Econtra.] Intendit.

g ¶Mulieres.] Fœmina de iure non poteſt eſſe iudex, vt 33. q. 5. mulierem & 3. q. 7. §. tria. ff. de reg. iur. fœminæ. niſi ei princeps ſcienter deleget cauſam, ut 2. q. 5. Mennam. & 23. q. 4. ſi quos 12. q. 2. cum deuotiſſimā. Vel niſi ex præſcripta conſuetudine hoc habeat, ut extra de arbi. dilecti. Item nec docere poteſt, ut 23. diſt. mulier.

Fœmina an poſſit eſſe iudex.

h ¶Iudicum.] Ibi enim legit, ꝙ Delbora propheteſſa

poſuit

poſuit tentorium ſuum in monte Effraim ſub arbore palmæ, quæ dicebatur palma Delboræ: & ibi iudicabat populum Iſrael.

HIS ITA RESPONDETVR. CASVS. Reſpondet Gratia. obiectioni ſupradictæ, dicens quòd licet in ueteri

ſatione remoueri poſſunt, quas etiam iudicis perſonam frequenter geſſiſſe constat: nec ulla ſerie diuinarum ſcripturarum ab accuſatione prohibentur. ¶ *His ita reſpondetur. In ueteri lege multa permittebantur, quæ hodie perfectione gratiæ abolita ſunt. Cum enim mulieribus permitteretur populum iudicare; hodie pro peccato, quod mulier induxit, ab Apoſtolo eis indicitur* [a] *uerecundari, uiro ſubditas eſſe, in ſignum ſubiectionis uelatum caput habere. Quæ ergo his omnibus uiro ſubiecta eſſe oſtenditur, cui pro alio poſtulare non conceditur; ad accuſationem admittenda non uidetur. Econtra, quamquam paſſim, & indifferenter ad accuſationem mulier non admittatur; ſunt tamen quædam crimina, quorum accuſationem mulier ſubire prohibetur.*

Eph. 5.

tit. qui accu. nõ poſſ.

Vnde in libro codicis nono, tit. 1. le. 12. Imp. Diocletianus ſcribit dicens.

C. I.

DE crimine, quod publicorum [b] fuerit iudiciorum, mulieri accuſare non permittitur, niſi certis ex cauſis; id eſt, ſi ſuam, ſuorumque perſequatur iniuriam ſecundum antiqui † iuris [c] ſtatuta tantum, de quibus ſpecialiter eis conceſſum eſt, non exacta ſubſcriptione. Vnde aditus præſes prouinciæ in primis examinabit, an ſit tale crimen, cuius accuſationem mulier ſubire non prohibeatur.

† *al. antiquitus ſtatuta*

¶In aliquot uetuſtis exemplaribus ab initio quæſtionis, vſque ad cap. ſane. nulla eſt diſtinctio capitulorum.

lib. dig. 22. ti. 5.

Item in libro digeſtorum Paulus libro 2. de adulterijs, titu. de teſtibus, le. 18.

C. II.

EX eo, quòd prohibet lex Iulia de adulterijs teſtimonium dicere condemnatam mulierẽ, colligitur [d] etiã mulieres in iudicio teſtimonium † [e] dicendi ius habere. *Item Digeſtis titulo de accuſationibus, & inſcriptionibus, libro ſecundo.* ¶ Non eſt permiſſum mulieri publico iudicio quemquam reum facere: niſi ſcilicet parentum, liberorumque, & patroni & patronæ, & eorum filij filiæve, nepotisve mortem exequatur.

† *al. teſtimonij*

lib. 48. tit. 2. l. 1.

Papinianus lege 2. eodem tit.

C. III.

CErtis de cauſis conceſſa eſt mulieribus publica accuſatio: ueluti ſi mortem exequantur eorum earũque, in

teri teſtamento populum iudicaſſet, hodie tamen non permittitur, ſed potius propter peccatum quod induxit mulier, debet uerecundari, & viro ſubijci: in cuius ſignum iubetur habere caput uelatum. Poſtea probat ꝙ in quibuſdam caſibus mulier admittitur ad accuſandum, & probatur per leges ſequentes.

a ¶Indicitur]Vt ĩ 33. q. 5. mulierem.

DE crimine.] CASVS. Quæſitum eſt ab Imperatore utrum mulier in publico iudicio quemquam ualeat accuſare. Et reſpondetur, ꝙ non, niſi ſuam uel ſuorum iniuriam proſequatur, & niſi in criminibus, in quibus eſt ei ſpecialiter conceſſum accuſare ſine inſcriptione: & ideo diſcretus iudex examinabit, utrum tale ſit crimen ad cuius accuſationem poſſit admitti.

b ¶Publicorum.] ĩ. 32. qõ 5. publico. quæ ſint publica, habes inſtitu. de public. iud. in prin. & per totum.

c ¶Antiqui iuris.] Hoc vult dicere, ꝙ in quibus caſibus antiqua iura permittunt, quòd poſſit fieri accuſatio ſine inſcriptione, in illis fęmina non tenetur inſcribere 1. Qui autem ſunt illi caſus, habes 4. qõ 4 §. aliquando. & 2. qõ 8. in ſumma. Quidam tamen dicunt ex hac lege, ꝙ fęmina in nullo caſu tenetur inſcribere.

1 Aliter ponit H. & dicit, ꝙ antiqua ſtatuta fuerũt quæ fęminas in certis criminibus ſine iſcriptione accuſare pmiſerũt. illa ſtatuta non hñtur in iure noſtro. forte apud Græcos habenẽ. & forte continebant de crimine laſæ maiẽ. & de crimine abigeatus. 4. qõ. 4. c. nullus. § aliqñ ſm H.

EX eo.] CASVS. Lex Iulia de adulterijs prohibet mulierem condemnatam teſtificari: ergo à contrario ſenſu non condemnata ad teſtimonium poteſt admitti.

d ¶Colligitur.] Argu. quod de vno negatur, de alijs omnibus conceditur 2. Item arg. ꝙ poſſumus argumentari per argu. à contrarijs, ut hic, & 25. diſtin. qualis. & 45. diſtin. diſciplina. & 23. q. 4. quæſitũ. Et lex dicit, quòd fortiſſimum eſt argumentum à contrario ſenſu, ut de offic. eius cui manda. eſt iuriſdi. l. 1.

2 Tex. eſt ꝓ hoc in l. cũ lex. ff. de le. & in l. cũ ꝑtor. cũ concor. ff. ď iu.

e ¶Teſtimonium.] Secundum leges mulier in omni cauſa poteſt teſtificari, ſiue ſit ciuilis, ſiue criminalis: niſi tantum in ultimis uoluntatibus. ſecundum canones uero mulier in nullo crimine põt teſtificari, niſi exceptus, ſed in ciuilib. poteſt teſtificari Nec obſt 33. qõ. 5. mulierem. & extra de verb. ſig. fortius ubi dicit, ꝙ mulier non põt eſſe teſtis, ſed intelligas de criminalibus cauſis, & ultimis uoluntatibus. Quidã tñ dicunt, ꝙ mulier ſm canones nõ põt teſtificari niſi in caſibus à iure exꝓſſis.

NON EST PERMISSVM. CASVS. Mulier non poteſt quemquam in iudicio publico accuſare: niſi ſuam vel ſuorum proſequatur iniuriam.

CErtis de cauſis]CASVS. Dicitur in hac l. ꝙ cõceſſum eſt mulieribus accuſare ſi ſuam uel ſuorum iniuriam proſequãtur contra quos nõ coguntur inuite

dicere teſtimonium. ſimiliter nolunt dicere teſtimonium ſuorum conſanguineorum, vt liberti paterni vel materni eſſe falſum, admittuntur ad accuſandum, pupillus vero uel pupilla mortē patris vel aui exequi poteſt auctoritate tutoris: ſimiliter de teſtamento patris poteſt experiri.

IN QVAESTIONIBVS. CASVS. Dicitur hic quòd in crimine lęſæ maieſtatis mulier poteſt accuſare, quod probat exemplo mulieris Fuluiæ, quæ Catilinam coniurantem Marco Tullio detexit.

QVAECVMQVE. CASVS. Dictum eſt ſupra, quòd mu-

in factũ, ut teſtamentũ exhibeatur. ff. de aucto. præſtan. l. 4. ff. de tabu. exhiben locu a. Lau.

quos ex lege publicorum teſtimonium inuitæ [a] nō dicũt. ¶ Idem & in lege Cornelia teſtamẽtaria [b] ſenatus ſtatuit: ſed & de teſtamento paterni [c] liberti, uel materni mulieribus publico iudicio dicere permiſſum eſt. ¶ Pupillis [d] ex conſilio tutorum patris mortem, item pupillæ aui ſui mortem exequi conceſſum eſt lege teſtamentaria [e]. Nam & de patris quidem teſtamento pupillis agere diuus Veſpaſianus permiſit. Sed etſi non exhibeantur tabulæ, per interdictum [f] poſſunt experiri. *Codice de iis, qui accuſare poſſunt, vel non, lege quarta.* Imp. Alex. Dionyſio. Vxor tua, ſi conſobrini ſui necem uindicandam exiſtimat adeat præſidem prouinciæ. *In digeſtis ad legem Iuliam maieſtatis lege octaua, Papinianus li. 11. reſponſorum.* ¶ In quæſtionibus læſæ maieſtatis etiam mulieres audiuntur *. ¶ Et coniurationem denique Lucij † Catilinæ Fuluia mulier detexit, & M. Tullium conſulem indicio ſuo inſtruxit.

li. 9. ti. 1. l. uxor

lib 48. tit. 4. l. in quæſtionibus.

† al. Sergij

* Adde contra quos poteſt admitti. not. in l. ſi familia. ff de iuri'd. omn. iud. & in l nemo. C. de epiſc. aud.

Quæcumque [g] *vero perſona ad accuſationem publicorũ iudiciorum, vel læſæ maieſtatis admittitur, eadem accuſationem ſimoniæ ſubire non prohibetur.*

Vnde in primo libro Codicis Imp. Leo Armaſio præfecto Prætorio le. 29.

tit. 3. de epiſcopis & cle. l. ſi quemquam.

¶ Læſæ maieſtatis, & publicorum iudiciorum, & ſimoniæ accuſatio æqualiter proponatur. C. IIII.

SAne † [h] quiſquis hanc ſanctam, & uenerandam antiſtitis ſedem pecuniæ interuentu ſubiſſe, aut ſi quis, vt alterum ordinaret, vel eligeret, aliquid accepiſſe detegitur; ad † inſtar [i] publici criminis, & læſæ maieſtatis accuſatio

† Cum ſane ſi quis] orig.

† al. inſtar

Simonia, & crimē læſæ maieſtatis non omnino conueniunt.

a ¶ Inuitæ.] Quędam enim perſonæ ſunt, contra quas non cogitur aliquis teſtificari, ut 4. q. 3. item lege Iulia.

b ¶ Teſtamentaria.] ut mulier poſſit accuſare teſtamentum falſum, ſi teſtamentum ad ſe uel ad ſuos pertineat.

c ¶ Paterni.] Quia filij patronorum, & etiam hi, qui ex tranſuerſo ueniunt vſq; ad quintum gradum uocantur ad ſucceſſionem liberti, vt in inſti. de ſucceſ. lib. §. ſi autem ſine liberis.

d ¶ Pupil' s] Regula re eſt, quod minor annis ſine tutore, uel curatore nec agere poteſt, nec conueniri, ut C. de aucto. præſtan. l. clarum alioquin ſententia lata contra ipſum nulla eſt: ſi tamē lata fuerit pro ipſo, tenet, ut C. de procur. non eo minus. quandoque tamē agit vel conuenit ſine tutore uel curatore, vt in caſibus hic poſitis. Itē ſi impetrauit ueniam ætatis, ut C. de his qui ve. æta. impetr. l. 3. Itē ſi agatur de libero homine exhibendo, vbi etiam pupillus admittitur, vt ff. de lib. ho. exhi. l. 3. §. pen. item ſi agatur de recuperanda poſſeſſione, vbi ēt impubes ſine tutore auditur, vt C. qui legi perſo. l. vlt. item minor poteſt agere de thoro ſuo uiolato, vt ff. de adult. l. ſi maritus. §. lex Iulia. licet autem minor pro ſe non poſſit agere, pro alijs tamen poteſt, ſi habet mandatum, vt ff. de mino. cũ mandato & ff. de procu. filius familias. in fin. Vtrum autem in cauſis ſpiritualibus. vt in matrimonio, uel pro eccleſia poſſit minor litigarē pro ſe? Dicunt quidam quòd ſic: quia in his cenſetur maior, ſed certe cum ibi maius periculum vertitur, magis eſſet ibi conſulendum minoribus, vt ff. ad Carb. l. 1. §. 3. nam circa maiora maius periculũ vertitur, ut 42. d. ſ. quieſcamus. Item video, quod in matrimonio locũ habet in integrum reſtitutio, vt extra de in integ. reſt. ex litteris. ſimiliter in alijs cauſis ſpiritualibus, ſcilicet in religione aſſumenda. 20. q. 1. illud. in ordine ſacro. 77. diſt. c. 1. & 2. Item cum filius agit contra patrem ſecundum canones 2. q. 7. quæritur. in matrimonio certũ eſt quòd minor pro ſe admittitur ad agendum, vt extra de reſt. ſpol. ex parte. ſed de hoc poſſet dubitari, vtrum ibi locum habeat reſtitutio. ſed de hoc dixi ſuper illa decre. ex parte. ſup. de reſti. ſpo.

e ¶ Teſtamentaria.] Id eſt, lege Cornelia de falſis.

f ¶ Per interdictum.] Scilicet per interdictũ de tabulis exhibendis: quo experitur omnis ille cuius intereſt, vt ff. de tabulis exhiben. locum 1.

Minor agere & conueniri non pōt, niſi in certis caſib.

Sed hodie §. condēnatio, in cuius locũ ſuccedit hodie actio

mulier admittitur in publico crimine, & in crimine læſæ maieſtatis ad accuſandum. Nunc vero probat, quòd admittitur in crimine ſimoniæ, cum admittitur in publico crimine, & in crimine lęſæ maieſtatis. Et ad hoc inducit legem ſequentem.

g ¶ Quæcumque.] Hoc non facit ad propoſitum: ſed hoc ponit vt inducat ſequen. cap.

SAne quiſquis.] CASVS. Statuit Leo imperator in hac lege vt ſi quis Romanā ſedem per pecuniam acquiſierit, vel alium per pecuniam ordinauerit vel elegerit, ad inſtar criminis læſæ maieſtatis accuſatus & conuictus deponatur, & perpetuo infametur, cum ipſi ſint in crimine pares.

h ¶ Sane.] Hæc lex eſt pars illius C. de epiſcopis & cle. ſi quemquam.

i ¶ Ad inſtar.] Nō tamē eſt ibi omnimoda ſimilitudo inter crimen ſimoniacũ, & crimen læſæ maieſtatis: quia pro crimine ſimoniæ imponitur pęna depoſitionis. ſed pro crimine læſæ maieſtatis pena mortis, ut 6. q. 1. §. uerum, ſed quo ad accuſationē & teſtimonium paruficari uidentur, vt quicũq; admittatur accuſator vel teſtis in uno, & in reliquo, vt extra de ſi. licet Hely. in fine. & cap. tanta. 79. diſt. ſi quis Papa. Itē ſimonia * eſt maius crimen quam hæreſis. vt 1. q. 1. eos. imò eſt maius crimen quam aliquod aliud crimē, vt 1. q. vlt. pater: ſed in hæreſi quilibet admittitur, ergo multo fortius in ſimonia. argum. tamen contra eſt extra de teſti. ueniens 1. vbi

* *Quemodo ſimonia inter dum dicatur grauius crimen, uide ſupra q. Vt. c. patet, in glo. in uer. reputantur. Nam proprie loquēdo, hæreſis eſt maius crimē quā ſimonia.*

vbi dicitur, ꝙ in ſimonia ſocij criminis non admittuntur. ſed in crimine læſæ maieſtatis audiuntur, ut 6. q. 1. §. verum. & §. porro. Sed dic, ꝙ non admittuntur ſocij criminis cum accuſatus eſt bonæ famæ, aliàs quilibet auditur. Vel dic ut dixi 2. q. 1. in primis. in fin. 1. Vel dic

1 Et melius 3. 1. q. 2. ſi quis epiſcopus. ibi videas.

Vel dic ꝙ admittiť quilibet ad accuſandũ in his criminibus, ſed non ad teſtificandum: quia tota vis conſiſtit in teſtimonio, ſed non in accuſatione.

deportationi, ſiue decapitationi, ut 5. q. 6. delatori. CVM AVTEM CASVS. Iſte §. diuiditur in duas partes. In prima parte concludit Grat. ex ſupradictis dicens, quòd canones non recipiunt accuſationes, quas leges ſæculi repellunt: ergo à contrario ſenſu per canones ſunt admittendi, qui per leges non prohibentur. Poſtea reſpondet huic concluſioni dicens, quòd nõ bene infertur: quia leges prohibent omnes clericos nuptias contrahere, qui per canones prohibentur: non tamen leges admittunt copulam omniũ clericorum, qui per canones non prohibẽtur. Et de hoc ponit exemplum. Et ita quãuis canones non admittũt accuſationes, quas admittunt leges; non tamen recipiunt omnes, quas leges admittunt. In ſecunda parte dicitur quòd in negotijs eccleſiaſticis tunc legibus eſt utẽdum, cum canonibus non contradicunt. Vnde cum per leges mulier in crimine læſæ maieſtatis & ſimoniæ admittitur ac accuſandum, & per canones eſt admittenda: uel oſtendatur canon per quam repellatur. Et ſi quis dicere uelit, quòd mulier alios de ſimonia & non ſacerdotes poſſit accuſare: tunc eius diſtinctio locum non habebit, niſi ſpecialiter hoc aliqua lege inueniatur eſſe prohibitum, cum legibus generaliter ei permiſſum uideatur. Poſtea huic quæſtioni reſpõdet dicens, quòd ſpecialia ſunt crimina, in quibus mulieri ꝑmittitur accuſare, inter quæ cum fornicatio non connumeretur, de qua mulier pſbyterum accuſat; patet, ꝙ propter hoc mulier ſit repellenda, & etiam propter aliud: quia dum de ſe confitetur contra ſacerdotem, ei credi non debet, ut infr. ſeq cap. Secũda pars incipit ibi, [Sed ſicut.] &c.

ne propoſita, à gradu ſacerdotij retrahatur. Nec ſolum hoc deinceps honore priuari; ſed perpetuæ quoque infamiæ damnari decernimus: ut eos, quos [a] facinus par coinquinat, & æquat; vtroſque ſimilis pœna comitetur.

Cum autem ſacris canonibus accuſationes omnino ſubmoueantur, quas leges ſæculi non aſciſcunt, è diuerſo videntur admittendæ, quæ legibus [b] ſæculi non prohibentur. Verum hoc non infertur. Quicumque enim clericorum ſacris canonibus nuptias contrahere prohibetur, & legibus Imperatorum. Non autem conſequenter omnium copulam leges admittunt, quorum coniunctionem ſacri canones non prohibent, legibus enim α *ſoli cantores, & lectores: canonibus autem etiam acolythi vxores ducere poſſunt. Quamuis igitur ſacris canonibus ſubmoueantur accuſationes, quas leges ſæculi non aſciſcunt; non ideo conſequenter recipiuntur, quaſcumque principum leges admittunt. ¶Sed (ſicut circa huius operis initium [c] præmiſſum eſt) toties legibus Imperatorum in eccleſiaſticis negotijs vtendum eſt; quoties ſacris canonibus obuiare non inueniuntur. ¶Vnde aut ſpecialiter ſacris canonibus mulier ab accuſatione læſæ maieſtatis, & ſimoniæ oſtendatur prohibita: aut præmiſſis rationibus ad huiuſmodi accuſationem admittenda probetur. Nec quiſquam diſtinguere quærat ad aliorum, non ad ſacerdotum accuſationem in hoc caſu ſimoniæ mulieres eſſe admittendas †. Cum enim generaliter [d] legibus hoc eis permiſſum inuenitur; niſi quis ſpecialiter aliqua lege hoc prohibitum oſtenderit, eius diſtinctio locum non habebit. Verum, cum contra generales regulas quædã crimina ſpecialiter excepta ſint, in quibus mulieri accuſare permittitur, inter quæ fornicatio non numeratur; patet, quòd huius accuſatio dupliciter infirmatur; & quia fornicationis crimen intendit; & quia dum de ſe confitetur, ſuper alienum crimen ei credi non oportet.*

diſt. 10. c. 1.

† Concor. tex. il. quẽquam. cum gl. C. de epiſco. & cle.

& Dionyſius, epiſt. 2.

Vnde Iulius Papa ſcribit in decretis, c. 18. dicens.

α ¶Legibus enim. *Diſcrepantia hæc legum, & canonum vera non eſt. Sed fortaſſe in hanc opinionem venit Gratianus ex quibuſdam verbis nouellæ vigeſimæſecundæ, quæ in vulgatis authenticis habetur collat. 4. tit. de nuptijs.* §. ſed & ſi quis inter reuerendiſsimos conſtitutus clericos (ultra lectorem, aut cantorẽ dicimus) omnino contraxerit nuptias; hũc ex noſtra cõſtitutione cadere ſacerdotio conſtituimus, atque uolumus. *Iulianus autem anteceſſor eadem nouella 22. nu. 27. illud.* ſupra

a ¶Quos.] Non intellige ꝙ eandem pœnam patiatur conuictus de ſimonia, quam conuictus de læſa maieſtate. Sed hoc uult dicere, ꝙ eandem pœnã patiať tã dans quàm accipiens pecuniam 2. Vel dic eadem pœna, id eſt, conſimili: nam pęna depoſitionis ſimilis eſt

2 Ad hoc 1. q. 1. quos contigerit.

b ¶Legibus.] Sup. 10. diſt. lege Imperatorum.

c ¶Initium.] Sup. diſt. 10. cap. 1.

d ¶Generaliter.] Sic ergo argumentatur, cum nuſquã inueniatur prohibitum. ergo non debet prohiberi, ut 27. q. 2. lex diuina, ſimile uigeſima prima q. 1. quod ſi dormierit. & 55. diſt. ſi Euangelica.

NEmini.] CASVS. Quæſitum eſt à Iulio Papa, vtrum alicui de ſe confeſſo contra ſocium criminis ſit credendum? Et reſpond. ꝙ non: niſi in crimine læſæ maieſtatis: quia omnis confeſſio accuſanti periculoſa aduerſus quemlibet. Item §. qui poſtea ſequitur planus eſt.

nes agitur: vt C. de fer. prouinciarum. Itē ſi partes ſpōtaneè velint litigare feriatis diebus, poſſunt: aliàs non tenet ſententia, vt ff. eod. l. 1. libellus autem poteſt porrigi die feriato, vt ff. de adul. miles. §. ſexaginta. Ioan. tamen dixit quòd partes mutuo conſenſu poſſunt litigare

lectorem, & cantorem, *exponit,* ueluti ſubdiaconus, & diaconus. *Hos autem canones etiam nuptijs prohibent. Et Leo in c. lex continentiæ ſupra diſt. 31. ferè iiſdem verbis vſus eſt, quibus Iuſtinianus in hac nouella, & nomine lectorum omnes minores ordines ſignificauit.*

¶ Rei profeſſio aduerſus quemlibet admitti non debet. C. V.

NEmini (præterquam de crimine læſæ maieſtatis α [a]) de ſe confeſſo credi [b] poteſt † ſuper crimen alienum: quoniam eius, atque omnis rei profeſſio periculoſa eſt, & admitti aduerſus quemlibet non debet.

Anſ. l. 3. c. 75.
Iuo p. 5. c. 288.
Pann. l. 4. c. 69.
† *al. oportet*] *al. debet.*

α ¶ Præterquam de crimine læſæ maieſtatis.] *Hæc exceptio in nullo ex locis indicatis habetur, præterquam apud Anſelmum.*

Quia ergo iſta de ſe confitetur, ſuper alienum crimen ei credi non oportet, ſed contra eam ſua confeſſio interpretanda eſt.

QVAESTIO IIII.

QVòd vero [c] die Dominico nec epiſcopo, nec presbytero cauſam aliquam ventilare liceat, in † Tarraconenſi concilio prohibetur, in quo ſic ſtatutum eſt, c. 4.

¶ Miniſtri eccleſiæ die Dominico cauſas ventilare non debent. C. I.

NVllus, epiſcoporum, aut presbyterorum, vel clericorum die Dominico propoſitum cuiuſcunq; cauſæ negocium audeat ventilare †; niſi hoc tantum, ut Deo ſtatuta ſolennia peragant. Cæteris vero diebus, conuenientibus perſonis illa, quæ iuſta ſunt, habent licentiam iudicandi, excepto † criminali [d].

Iuo p. 4. c. 22.
† *al. iudicare*
† *al. exceptis criminalibus negotijs*

Item ex concilio apud Erphesfurt ß habito præſente rege Henrico.

a ¶ Læſæ maieſtatis.] Et præterquam de crimine ſimoniæ, vt 79. diſt. ſi quis Papa. & 1. ca. ſanè. licet ſit arg. contra, extra de teſt. veniens 1. Quidam tamen dicunt, ꝙ in crimine ſimoniæ non auditur ſocius cōtra ſocium: & ad illud decretum 79. diſ. ſi quis Papa. reſpōdet, ꝙ ibi ſocius admittebatur contra ſocium, hoc ideo fuit: quia non fuit ibi tātum crimē ſimoniæ, ſed ēt crimē læſæ maieſtatis. Item auditur confeſſio vnius latronis ꝯ alios, vt C. de fer. prouinciarū. Item falſarius contra ſocium ſuum auditur 1. vt C. de fal. 1. nunquam tamen valet cōfeſſio talium ad conuincendum ſocium, niſi adſit aliqua præſumptio, vt ff. de cu. re diuus. Ioan.

Cōfeſſio latronis ꝯ latronē audit. 1 Iſta fuit ſnīa. B, Iſi. q dicebat, ꝙ nūquam valet cōfeſſio ſocij ꝯ ſocium, niſi aliqua ſit p̄ſūptio ꝯ ipſum. ſed Azo dicit ſg valere niſi expreſſū in uenire. Ar.

b ¶ Credi.] Præiudicatur tamen alteri ex tali confeſſione, intantum, quòd ei indicitur purgatio, vt extra de adul. ſignificaſti, quod verum eſt ſi laboret infamia, aliàs non vt extra de purga. capitu. nos inter alios. & extra de confeſſ. cum monaſterium.

QVod vero dic.] CASVS. Hic intitulatur quarta quæſtio, qua quæritur vtrum die Dominico liceat cauſas ventilare? Et reſpondetur, quòd nec die Dominico, nec alijs diebus feriatis, vt infra ead. c. 1. 2. & 3. niſi tractetur de pace, vt infra 22. q. 5. decreuit. & niſi partes in hoc ſpōtè conſentiant. vt ff. de fer. l. 1. Itē ſi res ſit tempore peritura, agitur diebus feriatis. Liberalia quoque iudicia diebus illis tractantur, & de amouendis officiatis, & de alimentis, & atrocibus iniurijs, & vt aliquis in poſſeſſionem cauſa rei ſeruandæ mittatur, agitur diebus iſtis, vt ff. eod. l. 2. & 3. & contra inſignes latrones agitur diebus feriatis, vt C. eod. l. prouinciarum. & in quibuſdam alijs caſibus, qui notantur C. eod. tit. & in ſumma huius quæſtionis.

Feriatis dieb. an poſſit litigari.

c ¶ Quòd vero.] Diebus feriatis cauſæ non ſunt tractandæ, vt infra cap. 1. & vlt. niſi tantum de pace, vt 22. quæſt. 5. decreuit. agitur tamen in quibuſdam caſibus, ſcilicet cum actio eſt tempore peritura. Item cum agitur de tutoribus dandis, & de amouendis officiatis, & de alimentis, & de atrocibus iniurijs, & de liberalibus, cauſis, vt ff. de fer. l. 1. 2. & 3. Item contra inſignes latrones

tigare diebus feriatis. hoc tantum intelligendum eſt de ferijs meſſium, vel vindemiarum: alioquin conſenſus earum non ſufficeret, vt litigent aliquo ſolenniſſimo die, vt extra eo. c. vl. B. Item ſatis vr, ꝙ cauſæ matrimoniales poſſunt tractari diebus feriatis, cum ibi ſit periculū adulterij, vel inceſtus. ſimiliter vbi agitur de electione epī vel prælati, ꝓpter periculum moræ: quia non debet eccleſia vacare vltra tres menſes, vt 50. diſt. poſtquam. & quia in his caſibus multa ſunt ſpecialia, vt extra vt lite non conte. quoniam ſo.

NVllus epiſcoporum.] CASVS. Statutum fuit in cōcilio Tarraconenſi, vt in diebus Dominicis, vel alijs ſolennibus diebus epiſcopi vel alij clerici cauſas ventilare non audeant: ſed in alijs diebus poſſunt, excerta cauſa criminali, ubi agitur ad ſanguinis effuſionem.

d ¶ Criminali.] Scilicet cum agit ad effuſione ſanguinis. tūc clerici non poſſunt eſſe iudices, vt 23. q. 8. his à quibus. delegari tñ pōt clerico criminalis cauſa, vt tamen princeps iuret de impunitate rei, vt 23. q. 8. ſæpè.

Placita

PLacita.] CASVS. Hoc c. diuiditur in duas partes. In prima dicitur, ut in diebus Dominicis & præcipuis feſtiuitatibus, uel in legitimis ieiunijs ſæcularia placita non tractentur. In ſecunda parte dicitur, ꝙ in ſeptem diebus ante natiuitatem domini vſque ad octauam

pro pace, vt 12.q.5. decreuit 1. & ſic non poſſet præſtari ſacramentum calumniæ. Sed pone quòd Papa commiſit alicui, quod intra triginta dies terminaret cauſam aliquam, & illi dies incidant intra dies quadrageſimales; videtur ꝙ cum res ſit petitura tempore, quòd, iudex inuitis partibus ꝓcedere poſſit, quod quidam concedunt: ſed non eſt uerum hoc: quia licet litteræ pereant, lis tamen ſalua manet corã alio 1. Sed pone ꝙ iudex citet aliquem die feriato; nunquid tenetur citatus uenire, & allegare priuilegiũ ſuũ? Videtur, ꝙ ſic: quia ſi poſt appellationem citat aliquem tenetur uenire, & allegare priuilegium ſuum, ut extra de appella. ſi duobus. & c. cum parati. Item etſi non teneatur quis reſpondere die illa: tamen poteſt ad hoc citari, ut libellus ei detur 2. ut ff. de adult. miles. §. ſexaginta. Item quid ſi ſub hac forma fiat citatio, Mando tibi, ut hinc uſque ad diẽ Dominicam hic compareas, ut extra de do. & contuma. cum dilecti. Reſpondeo, ſi citat ut compareat die feriato, bene tenet citatio. Sed ſi citat ut reſpondeat, non tenet: quia talis citatio nulla eſt 3, vt ff. de fer. l. 1. & ubi citatio nulla eſt. & hoc liquet quòd eſt nulla. non tenetur uenire ad allegandum priuilegium ſuum, ſed vbi dubium eſt an teneat, tenetur uenire, ut dixi tertia quæſt. ſecunda, ſi epiſcopus.

1 Idẽ ſentie Inno. extra de offic. de leg. de cauſis. Arch.

2 Idẽ tenet Al. de Imo. in l. 1. col. 2. ff. de ferijs & B. in l. 1. § mutatio. de op. no. nun. & in l. 1. in uer. cõpellendi ff. de fer. & in gl. 1. l. iure, in ver. eius. & ibi Bald. C. de adul. & no. gl. in c. fin. & ibi vide doc. de iud. extra.

3 Concor. Alexan. de Imo. in l. ex quacũque. col. 2. ff. ſi quis in ius uoc. non ier. & Cyn. in l. dies. ff. de ferijs & per Bar. in l. 1. §. nũciatio. de op. no. nun.

β ¶Erphesfurt.] *In vulgatis legebatur*, Epheſum, *quaſi hoc eſſet decretum aliquod concilij Epheſini habiti tempore Caleſtini Papæ, & Theodoſij iunioris. Hoc vero eſt Germanicum concilium habitum præſente Henrico rege, prout etiam apud Burchardum, & Iuonem dicitur. Et codices Gratiani manuſcripti habent, quemadmodum eſt reſtitutum. In hoc autem oppido petijt Bonifacius à Zacharia Papa conſtitui epiſcopum, & impetrauit. Quod apparet ex prima epiſtola Bonifacij ad Zachariam, & ultima Zacheriæ ad Bonifacium.*

¶Solennibus diebus, & legitimorum ieiuniorum ſæcularia placita non agantur. C. II.

Burc. l. 13. c. 21. Iuo. p. 4. c. 53.

PLacita ſæcularia Dominicis diebus, uel alijs præcipuis feſtis, ſeu etiam in his diebus, in quibus legitima ieiunia celebrantur, ſecundum canonicam conſtitutionem minime fieri decernimus. Inſuper etiam ſancta ſynodus decreuit, ut nulla iudiciaria poteſtas licentiam habeat ſua auctoritate Chriſtianos ad placitum bannire in ſupradictis diebus, id eſt † ſeptem dies ante Natalem Domini uſque in octauas Ephiphaniæ, & à quinquageſima [a] uſque in octauas Paſchæ, & ſeptem dies ante natiuitatem ſancti Ioannis Baptiſtæ: quatenus adeundi eccleſiam, orationibuſque vacandi [b] liberius habeatur facultas.

† &] fortaſſe

Item Hadrianus Papa in capitulis, c. 64.

¶De eodem. C. III.

Burc. l. 2. c. 112. Iuo. p. 5. c. 204.

NVllus epiſcopus, uel infra poſitus die Dominico cauſas iudicare præſumat.

QVAESTIO V.

PVrgationem [c] vero neganti eſſe præſtandam Stephanus ſcribit Leoni epiſcopo Theanenſi.

¶Idem eſt titulus in cap. de manifeſta. ſupra 2. quæſt. 1.

¶Diaconus ſi de crimine conuinci non poterit, apud epiſcopum ſeipſum ſecreto purificet. C. I.

Iuo p. 6. c. 460.

DE crimine ſibi illato diaconus tuus veriſſime fatebatur ſe eſſe immunẽ. Veruntamen ſi ſuſpicio habetur,

PVrgationẽ] CASVS. Hic Intitulatur 5. qõ. qua quæritur, an neganti ſit purgatio indicenda? Et reſpondetur quòd non, ſi de crimine non eſt infamatus, vt 6. quæſt. quinta, cap. vno. Si autem eſt infamatus de crimine, indicitur ei purgatio, ut infra ea. cap. 1.

uam epiphaniæ, & à quinquageſima uſque ad octauã paſchæ, & ſeptem diebus ante feſtum ſancti Ioãnis Baptiſtæ non liceat iudici ad placitum aliquem uocare. Secunda pars eſt ibi,] Inſuper.] Sequẽs capitulũ patet.

a ¶A quinquageſima.] Alibi dicitur à ſeptuageſima, ut 22. quæſt. 5. decreuit. hoc tamen hodie non ſeruat Romana curia. Ioan.

b ¶Orationibuſque vacandi.] Ratio ſecunda eſt ob reuerentiam dierum, & tertia fauore partium, ut ſic partes à litibus reſpirent, vt C. de ferijs, dies. Quarta ratio eſt, quia talibus diebus non præſtatur iuramentum niſi

c ¶Purgationem.] Hic quæritur an neganti ſit indicenda purgatio. Et eſt dicẽdum quòd non, niſi laboret infamia 6. q. 5. quod autem. hæc quæſtio dicta eſt ſ. 2. q. 5. per totum. Ioan.

DE crimine.] CASVS. Aldericus diaconus habebatur ſuſpectus de quodam crimine: & ideo per ipſum Aldericum Menen. epiſcopus conſuluit Stephanum Papam, qualiter ſuper hoc eſſet procedẽdũ? Et reſpondet,

& accuſatores idonei reperiuntur, & tales teſtes, quales ſacri canones faciunt: accito tecum certo epiſcoporum numero [a] ueniant accuſatores [b], uocetur & ipſe Aldericus diaconus: & ſi negauerit, uentiletur cauſa canonice; &, ſi uel ſponte confeſſus, uel legitimis teſtibus fuerit approbatus, canonica feriatur ſententia. Qui ſi nec ſponte confitetur, nec accuſatores, & teſtes legitimi reperti fuerint, & mala fama crebuerit; non publico [c] examine, ſed coram te, & aliquantis reuerendiſſimis presbyteris, & diaconis tuæ eccleſiæ ſecreto iuramento ſe purificet. Et tu deinceps boni teſtimonij eum annuncia: & compeſce, & cómone eccleſiæ tuæ filios, ne ſacerdotem [d] Dei ulterius infamare præſumant; timentes, quod Cham [e] maledictus eſt, qui patris uerenda deriſit. *Gen. 9.*

Item Nicolaus Solomoni Conſtantienſi epiſcopo.

¶Non eſt ſpoliandus presbyter, uel diaconus, niſi ſponte confeſſus, uel legitime conuictus fuerit. C. II.

PResbyter, aut diaconus, quem aſſeris crimina nolle publice confiteri, ſed uelle cum ſacramento [f] defendere ſe; & ſi tamen notum ſit epiſcopo eſſe ſcelus ab ipſo perpetratum; non poteſt per aliquam pœnitentiam [g] ſacerdotali, uel diaconali officio potiri: ſed mirandú eſt [h], ſi ipſe cófeſſus non fuerit, quomodo notum poſſit eſſe epiſcopo ſcelus ab ipſo perpetratú, niſi accuſatore forte idoneo per teſtes idoneos approbante. Vnde ſi examinante epiſcopo cauſam presbyteri, uel diaconi nó fuerit per teſtiú approbationé presbyter †, uel diaconus forte conuictus; nó eſt ſcelus epiſcopo legitime manifeſtum; niſi ſua ſpóte ſcelus pſe cófiteatur. Qđ niſi fecerit, interim nó ui- *Iuo p. 6. c. 128.*

† al. ille presbyter

ſpondet, ſi accuſatores & teſtes idonei reperiuntur, coram certo numero epiſcoporum accuſetur ipſe Aldericus, & confeſſus fuerit, uel legitimis teſtibus conuictus, canonica ſententia feriatur. Si uero crimen non cófiteatur, nec teſtibus poteſt probari, & infamatus eſt de crimine non in publico, ſed coram te, & aliquot teſtibus, presbyteris, & diaconis, ſecreto ſe purget, præſtito iuramento, & deinde cómoneat clericos ne præfatum diaconum infamare præſumát, exemplo Chã, qui maledictus fuit in filijs, quia uerenda patris deriſit.

a ¶Numero.] ĵ. e. q. 7 Felix.

b ¶Accuſatores.] Id eſt, accuſator.

c ¶Publico.] 2. q. 5 p̄sbyter. 23. diſt. in. illud contra. Sed ibi loquitur cú publice q̃s eſt infamatus 1, hic cum clanculo uel à clero eſt infamatus.

1 Itē arg. ĵ 6. q. 1. teſtamentú. ibi 1. l.

d ¶Ne ſacerdotem.] hic ſacerdotem uocat diaconum. ſic extra de coha. clericorú, & mu ſi quiſpiam.

e ¶Cham.] 2. q. 7. ſententia. Ioan.

PResbyter.] CASVS. Quidam epĩs ſciens peccatú cuiuſdam presbyteri & diaconi ſui (qđ peccatú ſibi notú erat per eorú confeſſionem ſibi extra iudicium factã) cópellebat eos publice cófiteri, qđ cú facere nollent; ſed ſe ſacramento defendere uellent, ab officio vtrumque ſuſpendit. ſuper hoc Solomon Conſtan. epiſcopus quæſiuit à Nicolao de duobus. Primo vtrum per ſolam pęnitentiam poſſit presbyter uel diaconus ad officium reparari, cum epiſcopo ſit notum ſcelus eſſe perpetratum? Et rñdet ꝙ non. Secundú, utrum propter cóf eſſionem extra iudicium factam poſſit quis ſuſpendi vel dãnari? Et rñdet ꝙ non, ſed per teſtium approbationem, uel ſpontaneam confeſſionem in iudicio factã. ita ponit Ben. hunc caſum. H. vero ſic. Quidam epiſcopus dicebat ſe ſcire crimen cuiuſdam presbyteri, & cuiuſdã diaconi: & ideo noluit purgationem eorum recipere, ſed ſtatim eos depoſuit. tãdem delata fuit cauſa ad Solomonem epiſcopum per delegationem domini Papę, vel per appellationé: quia forte metropolitanus eorum erat: qui dum vellet de cauſa cognoſcere, epĩs inſtabat, & dicebat ne reciperet purgationem eorum, quia eos iuſte demnauerat. Dubitabat ergo Solomon, & in hoc articulo dominum Papam conſuluit: cui nunc Papa reſcribit, oſtendens qualiter in cauſa debeat procedere. Si enim legitime conuicti, vel cófeſſi in iure: remaneãt ſic depoſiti. ſi uero nec in iure ſint confeſſi, nec legitimis teſtibus coram ſuo epiſcopo conuicti, priſtino ſtatui ſiue honori reſtituantur.

Epĩs an poſſit clericú f ¶Sacramento.] Hic conſueuit quæri, ſi epĩs ſcit clericum infamatum eſſe reum, an debeat eius purgationē audire, uel etiam compellere eum ad purgationem? Et videt ꝙ ſic: quia generaliter traditur in canone, quòd clericus infamatus debeat ſe purgare. 2. q. 5. p totum. Item ſacerdos tenetur concedere Euchariſtiam ei quē ſcit in mortali conſtitutum, ut infra de conſecr. diſt. 2. non infamatum cogere ad purgationem.

prohibeat. Item epiſcopus iure ſuo utatur, ſi quid mali inde accidit, non eſt ei imputandum 2, ut 33. q. 5. de occidendis. Item non potes dicere, ꝙ eum epiſcopus cogat ad periurium, ſed potius canon cogit ipſum iurare, ut 33. q. 2. quos Deus. Sed contra, ille qui recipit alterius iuramentum, & ſcit eum falſum iuraturum, uincit homicidam, ut 22. q. 5. ille. Item qui permittit aliú falſum iurare cú poſſit ꝓhibere, peccat, ut 22. qō. 5. hoc vī. H. dicit ꝙ epĩs ſecreto debet ei cóſulere, vt potius cófiteatur publice crimen, quam ut fiat periurus. Sed ſi ad hoc non poteſt eum inducere, dicet populo: abſit vt quidquam ſiniſtri de hoc clerico ſuſpicemur, ut 11. q. 3. abſit. Alij dicunt, ꝙ delegabit purgationē. Tertij dicunt, ꝙ nó peccat audiendo purgationem: quia auctoritate canonis facit. 22. q. 4. qui peccat. 2 Hoc ideo q̃a lege permittere ſit, &c. C. de adul. Gracchus. C. de concu. l. antepe. argu. 31. qō. 1 hac rone 23. q. 4. q̃ peccauit. in prin.

g ¶Pęnitentiam.] Quia pęnitentia non reſtituit aliquem dignitati, ſed gratiæ tantum, vt ĵ. de pæ. diſtin. 6. qui vult. niſi quandoque, vt quando crimē occultú eſt, vt 50. diſt. domino ſancto. & c. quia ſtia. ſed per reſtitutionem in integrum uel diſpenſationem.

h ¶Sed mirandum eſt.] Arg ꝙ non ſecundum conſciētiam iudicandum ſit 3. vt 3. q. 7. iudicet & per hoc decretú intelligo illud 32. diſt. nullus. intelligo enim illud de ſcientia iuris, nó facti, licet alias verbum ſciendi large ſumatur, ut 22. q. 5. hoc videtur. 3 Adde ss & qñ ſit ſm cóſciam iudicandum: tex. in l. illicitas § 1 ff. de offi p̄ſi. & in l. 2. ff. de ſer.

Quòd

demus ſuo debere presbyterum, vel diaconum officio priuari. Sola ergo ſpontanea confeſſio, & canonicus numerus, & qualitas teſtium (decernentibus epiſcopis, & accuſatore, quod obiecerat, comprobante) clericum priuat proprio gradu.

QVAESTIO VI.

1 Qvòd vero [a] *confeſſio cruciatibus extorquenda non ſit, Alexander Papa teſtatur ſcribens omnibus orthodoxis, epiſtola prima c. 2.*

¶ Miniſtrorum confeſſio non ſit extorta, ſed ſpontanea. C. I.

Iuo p. 5. c. 241. Pan. l. 4. ca. 118.

SI quandoque à ſacerdotibus, & auctoribus ecclesiæ, quædã ſcripturæ quoquomõ per metũ [b], aut fraudem, aut per uim extortæ fuerint, uel ut ſe liberare poſſint, quocumque ab eis conſcriptæ, aut roboratæ fuerint ingenio; ad nullum eis præiudicium [c], uel nocumentum valere † cenſemus: neque vllam eos infamiam, vel calumniam, aut à ſuis ſequeſtrationem bonis vnquam, Deo auctore, & ſanctis Apoſtolis, eorumque ſucceſſoribus ſuſtinere permittimus. Confeſſio uero in talibus non compulſa, ſed ſpontanea fieri debet. *& infra.* ¶ Omnis enim confeſſio, quæ fit ex neceſſitate, fides non eſt. *& paulo poſt.* ¶ Confeſſio ergo in talibus non extorqueri debet, ſed potius ſponte profiteri. Peſſimum enim eſt de ſuſpicione, aut extorta confeſſione quemquam iudicare: cum magis ſit inſpector cordis Dominus, quàm operis. *& paucis interiectis.* ¶ Non poteſt autem humano condemnari examine, quem Dominus ſuo reſeruauit iudicio. Si omnia namque in hoc ſæculo vindicata eſſent, locum diuina iudicia non haberent. *Item multo ſuperius.* ¶ Eſt etiam &

† *al. prouenire*

Qvòd vero.] Hæc q. diuidit in duas partes: in quarum prima dicitur, quòd confeſsio extorta non præiudicat. Secunda ibi, [A fidelitatis.] Ioan. de Fant.

CASVS. Hic intitulatur 6. q. qua quæritur an confeſsio ſit cruciatibus extorquenda. Et reſpõdetur ꝙ viles teſtes poſſunt cruciari, vt 5. q. 6. presbyteri. & 2. q. 1. in primis. accuſator vero non eſt cruciandus à iudice, niſi in crimine excepto propter inopiã probationum: vel ne falſitatem dicat. C. ad legem Iul. læſę maieſtatis, ſi quis. ubi quilibet accuſator & reus & teſtis torquetur: aliàs a reo veritas non eſt cruciatibus eruẽda, ut ĩ ea c. 1. niſi ſit præſumptio ꝯ eum, ut 23. q. 5. c. 1. De hoc ſatis notatur in ſumma huius quæſtionis.

a ¶ Quòd vero.] Ab aduerſario numquam eſt extorquenda confeſsio cruciatibus, vt ĩ. e. c. 1. & 2. ſed à iudice licite extorquetur confeſsio tormentis & quæſtionibus. Nam à iudice quãdoque torquetur teſtis: quãq; reus: quãque accuſator. Teſtis torquetur tam in ciuili quam in criminali, ut ſi eſt ſeruus, uel uilis perſona: uel etiã ſi ſit liber & ſic criminoſus & infamis, vel obſcurus uel ignotus. tales enim non recipiuntur ad teſtimonium ſine quæſtionibus, licet ſint clerici. 4. q. 3. ſi teſ. & 5. q. 5. illi qui. & q. 6. presbyteri. & 2. quæſt. 1. in primis. & in authen. de teſti. § nos igitur. & §. licet coll. 7. & C. de fal. ſi quis decurio. Torquetur etiã libera perſona licet non ſit vilis, dum tñ uacillet in teſtimonio, vt ff. de quæſtioni. ex libero. extra de pœnis. ſuper his 1 Item reus quandoque torquetur, licet raro, ſcilicet cum eſt ſuſpectus, & non poteſt alias res probari, maxime ſi eſt uilis perſona, & hoc in ciuili cauſa: vt 14. q. 6. ſi res aliena. ſimiliter in criminali torquetur, ut 23. q. 5. cap. 1. Actor uero in ciuili cauſa nunquã torquetur, ſed accuſator in criminali cauſa quandoque torquetur, ut in crimine læſæ maieſtatis, cum criminaliter non poteſt probari. ut C. ad leg. Iu. maie. ſi quis. ibi enim qualicumque dignitate ſit præditus nullo priuilegio ſe poteſt tueri, ſiue ſit accuſator, ſiue reus uel teſtis, ut 6. q. 1. §. porro. & 50. diſt. nullus omnino. Ioan.

Torquere põt iudex aliquas perſonas.

1 Ad idem arg. C. de teſt. nul uin & 4. q. 3. ꝗ falſo. idem videtur, & ſi non vacillet. ff. de quęſti. l. vnius. §. teſtes. ſecundum Io. de Fan.

SI quandoque à ſacerdotibus.] CASVS. Significatum fuit Alexandro Papæ, ꝙ quidam capiebant ẽpos uel ſacerdotes, vel auctores eccleſiarum, & ab eis per metum uel fraudem, aut per vim confeſsiones extorquebant in ſcriptis, vt ſic ſuis bonis eos ſpoliarent: vel vt ſuas cauſas non requirerent, vel vt de ſe ẽta eorum eſſe confiterentur, & hoc corã populis eos confiteri faciebant: quare ſtatuit Papa Alexander vt propter hoc nullam infamiam uel calumniam uel præiudiciũ aliquod patiantur: quia Deus reſpicit potius ad cogitationes & uoluntates hominum, quàm ad actus, qui per ſimplicitatem uel neceſſitatem fiunt. nam in talibus non extorta, ſed ſpontanea confeſsio eſt exigenda [Fides non eſt,] Id eſt, nõ facit fidem.

b ¶ Per metum.] Dummodo talis ſit metus, qui cadat in conſtantem uirum, ut extra quod met. cauſa, ad audientiam. Si quæris qualis metus debeat cadere in cõſtantem uirũ: dico ꝙ qui continet metum mortis, uel cruciatu corporis; ut ex eo. tit. cũ dilectus. Coactio autẽ uerborũ non ſufficit, etiam ſi Rex ſit qui minetur, ut extra qui clerici, uel uouen. inſinuante. C de tranſa. interpoſitas. ibi melius dr̃, licet ſit ar. ꝯ 31. q. 2. Lotharius. & ꝯ. di. 7. fuerũt. ff. de acqui. hęred. l. 6. §. vlt. vbi dr̃, ꝙ nõ ſit hęres q ꝑ metũ verborũ adijt hęreditatẽ. Et nota ꝙ canõ hic tria æquiparat, uim, metũ, & fraudẽ, ut 3. q. 1. redintegrãda. metus tñ ꝓ reuerẽtia à lege accipiẽ & hæc accuſat, ñ qua. te actio ñ dat. l. 1. §. ꝗ onerãdæ,

Metus cadens in cõſtantẽ uirũ qualis eſt.

c ¶ Præiudicium.] Bene fit pręiudicium ei quantum ad hoc, ꝙ ille cui ꝑ metum traditur res, dominus fit rei: ſed quantũ ad hoc, non fit ei præiudicium, quia detur ei actio, quod metus cauſa ad repetendũ; ſi tradidit

vel exceptio, ſi non tradidit, ut ff. eod. metum 2. §. ſed quod prætor. & §. ex hoc edicto. ſi tamen primo coactus promiſit, & poſtea ſpontanee tradidit, non excuſat coactio, ut C. quod metus cauſ. l. 2. & extra qui cle. vel uo. inſinuante, ibi, patientia t̄pis, &c. & eſt ſimi. extra de eo qui duxit in matrim. ſignificauit.

a ¶Litteras.] In quibus fatētur aliqua ſe debere.

b ¶Requiſitione.] Id eſt, cōfiteantur quod abſoluerunt aliquos à debito, in quo illi tenebantur.

c ¶Erroris.] Id eſt, q confitentur ſe tenere aliquam hæreſim. Sed nonne peccat mortaliter ille qui confitentur hoc? Reſpond. ſic: nec excuſat eum aliqua. coactio quia talis coactio non eſt abſoluta. & coactio conditionalis neminem excuſat. ut 50. diſtin. presbyteros. & de conſe. diſt. 4. eos. potius enim debet q̄s pati mortem, quam malo conſentire, ut 32. q. 5. ita ne. & occiſores corporis nō ſunt contra iuſtitiam timendi. vt 11. quæſt. 3. non ſolum & c. nolite. 31. q. 2. Lotharius. Solu. hic non excuſantur tales à toto, ſed à tanto. metus enim uel coactio conditionalis nō excuſat peccatum, ſed attenuat, vt extra quod metus cau. ſacris. Et no. hic quòd contra ea, quæ publice facta ſunt, admittitur probatio in contrarium ſic 31 q. 2. Lotharius. extra q̄d metus cauſa, perlatū. quod eſt ꝯ regulā generalem. 8. q. 1. licet.

Coactio eſt duplex.

d ¶Quæ fiunt.] Potius reſpiciēda ē cauſa facti quàm ipſum factum, vt 23. q. 8. occidit. de pœn. diſtin. 1. aut facta.

ad hanc ſanctam ſedem perlatum (quod pudet dicere, & non ſolum ſacerdotali, ſed etiam omni Chriſtiano nomini eſt inimicum) quòd nonnulli epiſcopos, uel ſacerdotes aut metu compellunt, aut ui extorquent, aut fraude decipiunt, aliquas confeſſionis ſuæ in alteram partem, quàm debeant, litteras [a] ſcribere [ϛ], aut pro ſuarum non requiſitione [b] cauſarum †, aut (quod deterius eſt) pro alieni erroris [c] ſecta ſcripturas facere, & proprijs manibus roborare, & coram populis recitare, atque confiteri. Aliquos dicunt carceribus. & ergaſtulis retrudi †, ut ſaltem his territi inſidijs deuient Domini ſacerdotes, & ſuis faueant voluntatibus. *Item vbi ſupra.* ¶Confeſſio uero in talibus nō compulſa, ſed ſpontanea fieri debent ipſo atteſtante, qui ait: [Ex corde enim procedunt homicidia, adulteria, fornicationes, blaſphemiæ.] & cętera, quæ ſunt ad hæc pertinentia. ¶Nec tantum attendenda ſunt, quæ fiunt [d] quantum quo animo fiant. *& paulo poſt.* ¶Amplius autem reſpicit Deus ad cogitationes, & ſpontaneas uoluntates, quàm ad actus, qui per ſimplicitatem, aut per neceſſitatem fiunt.

† *al. rerum*

† *recludi*]ori.

ꝯ. in hoc eo. c.

Matth. 15.

